✝
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 338

Estante 38

A. 1ª

V. 7º

DE POTESTATE PROREGIS COLLATERALIS CONSILII, ET REGNI REGIMINE

Tractatus

D. IO. FRANCISCI DE PONTE,

Patritij Neapolitani, Iurisconsultorum consultissimi,

FEVDISTARVM FACILE PRINCIPIS, MARCHIONIS MVRCONI,

Regentis supremi Italiæ Consilij, Decani Collateralis Regni Neapolitani, ac demùm sæculi pompis abiectis Sacerdotis Religionis Clericorum Regularium, &c.

In duodecim principales distinctus Titulos, quos versa pagina indicat.

IN QVO VLTRA POLITICORVM PRAECEPTORVM CVMVLVM innumera ferè quæstiones tùm secundum iuris communis, & feudalis, tùm municipalis, & Regni aispositionem (commemoratis priùs, & accuratè perpensis multis Decisionibus in similibus controuersijs per Reg. Cam. Summ. Sac. Consil. & Reg. Cancell. aliàs factis) adeò eruditè, & iuxta veros iuris terminos resoluuntur, & illustrantur, vt potiùs leges condita, quàm interpretata videantur, vt meritò subiunxerim, &c.

Opus aureum, vtilitate vndiq. refertum, ex omnibus quoquo modo iura tractantibus, necnon politicam facultatem profitentibus summè vtile, & necessarium, &c.

Cùm Indice rerum obseruatione dignarum satis copioso, & admodum insigni.

NVNC SECVNDO IN LVCEM EDITVM, AB OMNIBVS, quibus scatebat, mendis expurgatum, & aureis, ac perutilibus Additionibus IO. BAPTISTAE DE THORO I. C. Neapolitani locupletatum, &c.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

NEAPOLI, Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi 1621. *Superiorum Permissu.*

SVMPTIBVS IOANNIS MARINI.

TITVLI OPERIS:

1 *De prouisionibus circa personas pro placido, & tranquillo Regni regimine.*
2 *De Annona Ciuitatis.*
3 *De Officialium Electione.*
4 *De Regalibus impositionibus.*
5 *De tractis, seù extractionibus.*
6 *De Assensu Regio super dotibus.*
7 *De Assensibus Regijs.*
8 *De Restauratione fenderum.*
9 *De Successione mulierum.*
10 *De diuersis prouisionibus.*
11 *De triremibus, & nauigijs, &*
12 *De delegationibus causarum.*

PERILLVSTRI, ET ORNATISSIMO D.

D. IOANNI BAPTISTAE VALENZVELA VELAZQVEZ

DIGNISSIMO REGIS A LATERE CONSILIARIO,

IN HOC NEAPOLIS REGNO

REGIAM CANCELLARIAM REGENTI,

Domino, ac Protectori suo Colendissimo.

Hector Soldanellus, & Ioannes Marinus S. P. D.

DVABVS impulsi causis (Clarissime, & Doctissime Regens) solent Auctores operum, vel Bibliopolæ libros Illustrissimo alicui, Primatiq. Viro dicatos in lucem prodere, vel vt à nominis splendore, generis amplitudine, & singulari Patroni illius doctrina, ab inuidorum, criticorumq. morsibus Auctores reddantur immunes. quemadmodum Cerua illa securè per Vrbem vagabatur, cui inscriptum collo: CÆSARIS SVM, NOLI ME TANGERE, vel vt animum inseruiendi Magnati Viro, cui plurimum debet, dicator ostendat; vtramque nos causam habemus. Cum enim de nouo Typis tradendum curauerimus insignem Tractatum de Potestate Proregis IO. FRANCISCI DE PONTE celeberrimi Iurisconsulti, olim Collateralis Regni Neapolis Decani, eiq. Additiones IO. BAPTISTÆ DE THORO V. I. D. Neapolitani D. T. addictissimi, adnexuerimus. cui potiùs consecrare debuimus, quàm Illustrissimo nomini tuo, quod non per Italiam modò, non per Germaniam, & Hispanias tuas, sed per

vniuer-

vniuersum latè Orbem terrarum celeberrimum sonat à Bactris ad Thylen vsque, à Solis cunis ad eiusdem tumulum, & occasum editis prudentissimis Consilijs, quasi legum oraculis, & Discursibus Status, quorum comparatione taceant Taciti, sileant Politici, tua vera, ac singularis Politica perlegatur, & demùm aureis in Venetos scriptis, quæ omnia clarissima opera tua, quanti fiant, testes nos Bibliopolæ sumus, qui de ijs ab exteris, & ab eis, qui vltra Montes inhabitant postulamur, & qui aliorum Scriptorum tuorum auido desiderio afficimur, quæ ne in lucem prodeant, negotiorum tui muneris mole impeditur. Quare si tuo inscriptus nomini prodeat in lucem Tractatus hic, quasi quodam subarmatus', munitusq. Clypeo tangetur à nemine. nam à quo damnabitur, Valenzuela Protegente? Generis verò tui antiqua nobilitas enarraretur à nobis, sed veremur, ne huius pagellæ ambitu clarissimum Velazquez, & Valenzuelæ familiarum decus, satis Annalibus Hispaniarum notum obscuraremus, ideò pauca dicendo, relinquamus id Famæ, relinquamus Historijs. Nec altera, eademq. potissima causa deficit, cum nos plurimis, ijsq. amplissimis obstrinxeris beneficijs. quare nunquam inseruiendi D. T. occasionem prætermittemus. Accipe igitur hilari vultu, quæ tibi dicamus, & cum ijs animum nostrum ne despicias. Interim precamur D. O. M. vt te nobis, totiq. Reipublicæ profuturum, diù seruet incolumem. Neapoli Idibus Iunij MDCXXI.

PROSPERI ANTONII ZIZZAE
SACERDOTIS, ET ACADEMICI
OCIOSI NEAPOLITANI.

PALLAS.

CECROPIIS quondam ſedes mihi dulcis Athenis,
Dulcior hæc eadem Hiſpano mihi tradita Cælo.
Iam non Imperium modo rerum Hiſpania victrix
Obtinet, & mundi faciles moderatur habenas,
Sed Pindo Muſas, & Pallada pellicit ad ſe.
Teſtis, quæ clara ingenijs Salmantica feruet,
Teſtis Muſarum iam nobilis hoſpita Concha,
Natus vbi, qui me celebrat terraq. mariq.
Doctus Ioannes ſacrarum oracula legum
Pandere, & ex imis reſerare arcana latebris
Et Populo, & variæ dare iura Politica genti,
Viue mihi, iam viue tuis, iam viue PHILIPPO
Viue diù Patriæ. nam te viuente vigebunt
Artes Palladiæ, diuini & munera Phœbi.

INDEX
NOTABILIVM OMNIVM,
QVÆ EX HIS AVREIS,

Et diuinis penè Commentarijs D. IO. FRANCISCI DE PONTE celeberrimi poſt hominum memoriam Iureconſulti, Feudiſtę Maximi, & nemini ſecũdi excerpſit, & exhauſit Horatius Mazzapinta Diuini, & humani Iuris Doctor peritiſſimus in hunc inſignem, qui ſequitur, ordinem redigendo.

In quo illud obſeruandum erit, ſemper ſuperiorem paginam eſſe repetendam ſub quolibet inferiori numero illa carente.

Poſtremò illud hic admonendi ſumus, impreſſoris incuria fuiſſe bis computata fol. 175. 176. 177. 178. 179. & 180. iccircò neceſſe fuit, illa indicare cum hoc adiuncto, il 1. & il 2.

A

ABOLITIO, vide infra in verb. indultus.

ACCVSANDI ius, vide infra in verb querela.

ACTIO ex ſtipulatu in quo differat ab actione ex empto nu. 7. fol. 115

Actio duplex oritur ex contractu emptionis, & venditionis, vna ex ſtipulatu, ex qua agitur ad ſimplum cum dupla, & altera ex empto, quæ ex euictionis natura datur ad intereſſe, & competit etiam ſi non ſit promiſſa, cum ſit de natura huius contractus num. 12.

Actiones quædam debentur ex contractu, & quædam ex facto num. 33. fol. 118

Vide in verb. conſuetudo Neapol. feudalis contractus, & obligatio.

Actio reuocatoria, vide in verb. actus, & reuocatio.

ACTVS tribuitur concedenti, ac poteſtatem conferenti num. 11. fol. 7

Actus commiſſus Conſilio, vel alij ſub nomine collectiuo, eſt à maiori parte explicandus: In caſu verò diſcordiæ Rex, vel Prorex eſt adeundus, quod recipit limitationem in ordinationibus temporalibus circa concernentia regimen Ciuitatis nu. 24. & 25. fol. 55

Actus de conſenſu duorum explicandus ſi fiat cum conſenſu vnius, non eſt nullus; ſed ſtat in ſuſpenſo, donec alius aſſentiat, benè tamen dicitur non valere quò ad iuris realis tranſlationem, cuius occaſione affertur intellectus ad text. in l. fin. ff. comm. præd. à quo longius aberrauit Camerar. num 28. 29. & 30. fol. 201

Actus dicitur geſtus ab eo, qui dedit facultatem faciendi iuxta regul. ſatis vulgat. quæ intelligenda eſt, quando nullum ius reſidet in perſonam facientis; ſed totum in perſonam concedentis nu. 6. fol. 207

Actus quando dicatur geſtus in fraudem, & quomodo detur illius reuocatio, ex notabil. diſtinctione, quæ recenſetur, facili negotio intelligi poteſt numer. 26. fol. 261.

Actus, qui ſit ad conſeruandum, & validandum, operatur, ac ſi de nouo fieret, & in eſſe tanquam nouus producitur num. 4. fol. 263

Actus remanet purus, dùm remittitur conditio, aut qualitas, cum qua fuerat celebratus, & habetur, ac ſi ab initio fuiſſet purus num. 6.

Actus geſtus intelligitur, prout eſt à iure permiſſus numer. 25. fol. 303

Vide in verb cauſa, confirmatio, & nullitas.

ADHOA non ſoluitur de vita, & militia, & ita deciſum num. 30. fol. 216

Vide in verb fiſcus, & immunitas.

ADMIRATI officium, vide in verb. bannum, Magn. Cur. in fin. & officium.

ADNOTATIO bonorum, quæ fit ex cauſa delictorum in quibus non datur bonorum confiſcatio, qualiter facienda num. 49. fol. 138

ADVOCATI iurium ignari, quando deficiunt eis iura, dicere conſueuerunt, ita aliàs in tali caſu fuiſſe obſeruatum num. 55. fol. 173

Aduocati ſcientes, ſe ius fouere, poſſunt allegare omnia, etiam non ſubſiſtentia propter Iudices ignaros, qui ſolent ex leuibus, & non ſubſiſtentibus moueri nu. 56.

AEDIFICANDI facultas in diſtrictu huius Ciuitatis, & intra Ciuitatem per certum ſpatium à Philippo II. indelebilis memoriæ Rege interdicta, & qua ratione num. 18. fol. 39

Aedificandi prohibitio ceſſat in refectione iuxta declarationem Collateralis Conſilij, niſi ædificia reficienda eſſent penitus deſtructa nu. 19. cum ſeq.

Aedificare in burgis, aliſq. Ciuitatis locis plura banna prohibent, quæ ſingula recenſentur nu. 1. fol. 40

Aedificare aduerſus legis prohibitionem delictum eſt, continens factum continuum, permanens, & ſucceſſiuum, legem ſemper offendens n. 21. fol. 43

Aedificandi prohibitio in ſuburbijs Ciuitatis, aliſq. locis an clericos includat, remiſſiuè. Recenſetur pariter declaratio Regis Philippi III. omnium potentiſſimi, vt Eccleſias non comprehendat nu. 10. cum ſeq. fol. 46

Aedificandi prohibitio deuincit Clericos vti priuatos in patrimoniali ſolo ædificantes nu. 12.

Vide in verb. bellum, caſtrum, indultus, interdictum, mare, operarius, portus, Princeps, Prorex, & refectio.

AGNATORVM prælatio ex Conſtit. vt de ſucceſſionibus in feudo deuoluto ad Regem, cum alteri concedere intendit, non eſt vſu recepta nu. 48. fol. 73

Agnationis ratio non intelligitur habita, quando maſculi non ſunt indefinitè vocati, nec fœminæ perpetuò excluſæ, quo caſu excluſio non protrahitur vltra perſonas nominatas nu. 27. fol. 310

Agnati prælatio in feudis antiquis prævalet illi, quam habet Dominus directus, dummodò infra annum exerceatur nu. 6. & 7. fol. 326

Vide in verb. annale ſilentium, Baro, citatio, Dominus, feudum, prælatio.

ALIENATIO, vel conceſſio rerum Eccleſiæ facta conſanguineis, iuxta terminos auth. quibuſcũque C. de ſacroſ. eccl. an obtineat de iure canonico, & quid ſi vergat in euidentem Eccleſiæ vtilitatem nu. 17. fol. 46

Alienari an poſſint, quæ ſunt deputata pro victu Regis, regalis dignitatis, ac Regni ſubſtentatione, quo circa referuntur, & commendantur traditiones Andr. & Luc. de Pen. nu. 30. fol. 157

Alienandi poteſtas à Rege Baroni conceſſa, operatur, vt liberè poſſit ſubinfeudare abſque alio aſſenſu, & ſic limitatur Conſtit. poſt mortem nu. 21. fol. 201. & nu. 35. fol. 203.

Alienatio feudi mixti facta cum aſſenſu Baronis validatur per aſſenſum Regis impetratũ poſt venditoris obitum ſecundũ Parid. & Afflict. opin. quam Author ſuſtinet aduerſus Camer. maximè in caſu Camer. ponẽtis exemplum in morte Baronis nu. 22. cum ſeqq. fol. 201

Alienandi poteſtate conceſſa in feudalibus, intelligitur de alienatione facienda in æqualem nu. 36. fol. 203

Alienatione permiſſa in proximũ ſucceſſorẽ, intelligitur de proximo habili ad ſuccedendum nu. 25. fol. 210

Alienare prohibitus cenſetur etiam prohibitus hæredem inſtituere extraneũ, ac legata relinquere, quia alienare eſt, ſicut è contra conceſſa alienãdi facultate, erit permiſſa hæredis inſtitutio, & quælibet diſpoſitio per actum vltimæ voluntatis, & hæc eſt communis opinio nu. 18. fol. 258

Alienandi licentia conceſſa, intelligitur de iure, quod conceſſionarius habet nu. 17. fol. 273

Alienandi inter viuos conceſſa licentia, ſi conceſſionarius ſucceſſore careat, intelligitur, vt poſſit vita durante ius, quod habet, transferre, & eo modo, quo habet, non alterando feudi naturam; quo loci reuocatur in dubium opinio Frecc. qui idem opinatus fuit in caſu fortiori nu. 32. & 33. fol. 276

Alienatione permiſſa, eſt permiſſa pignoratio, ſeù hypotheca etiã in feudo, & ſic è cõtra prohibita alienatione nu. 1. fol. 277. ſed declara, vt nu. 19. & 20. fol. 280

Alienare dicitur, qui oppignorat, cuius occaſione declaratur text. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. num. 10. & 11. fol. 278

Alienatum non dicitur propriè, quod adhuc in venditoris dominio perſiſtit nu. 13.

Alienare verbum latiùs patet, quàm vendere, & oppignorare nu. 15.

Alienationis verbo propriè & ſtrictè non venit pignus, quando profertur ab homine, ſecùs quando à lege ſecundũ vnum intellectũ ad text. in d. l. fin. n. 17. fol. 279

Alienandi facultas ſimpliciter data complectitur vtrũque actum tàm inter viuos, quàm vltimæ voluntatis num. 26. fol. 280

Alienatione prohibita erit etiam prohibita poſſeſſionis tranſlatio ex vi cõprehenſiua, nõ extenſiua n. 9. fol. 300

Vide in verb. feudatarius, officiũ, & priuilegium.

ANIMVS ex coniecturis elicitur, atque probatur nu. 13. fol. 272

Vide in verb. hæreditatis aditio.

ANNALE ſilentium ſi concurrat cum ſcientia, & agnatione, operatur excluſionem agnati proximioris, & confirmationem inueſtituræ in agnatum remotiorem, non ſecus, ac ſi alienatio facta fuiſſet de expreſſo immediati ſucceſſoris conſenſu nu. 27. & 29. fol. 297

Annale ſilentium habet vim refutationis nu. 30.

Annale ſilentium non currit à die mortis feudatarij feudum alienantis iuxta opinionem Thom. de Marin. ſed à die ſcientiæ, ſed quomodo ſcientia præſumatur, remiſſiuè nu. 31. & 36.

Annale ſilentium in agnato proximiore, quando in remotiorem fit feudi alienatio, idem operatur, quod lapſus annorum triginta, vbi alienatio fit in extraneum, idq. quomodo procedat, declaratur, quo loci adnotatur, text. in cap ſi quis per triginta, ſi de feud. mil. non habere locum in Regno nu. 32. & 33. fol. 298

Annale ſilentium non procedit hodie, & maximè in Regno ſecundum Camerar. qui tamen miſerè lapſus eſt, prout demonſtrat D. Author nu. 34.

Annale ſilentium non habet locum in feudo hæreditario quò ad reuocationem, ſi cum legitimo ſit alienatum aſſenſu, & ſic eſt intelligenda deciſ. Theſaur. quam Bammac. ſequitur, ſed in alijs caſibus per D. Authorẽ adnotatis eſt vſquequaque conſiderabile nu. 35.

Vide in verb. Dominus.

ANNONÆ Prefecti omni cogitatione curaq. incumbere debent, ne frumentum nouum abſumatur, diem ſuppetit vetus nu. 19. fol. 33

Annonam concernentes Pragmaticæ, quibus frumenti pretium præſcriptum eſt, vel vt illud venale exponatur, vnde ortum habuere nu. 25. fol. 34

Annonæ Ciuitatis gratia frumentũ conducentes quomodo illud recipere, & conſignare debeant nu. 26.

Annonæ Ciuitatis conductores infra tempus præfixum præſentare debent reſponſalia conductionis factæ numer. 28.

Annonam Ciuitatis frumentariam proprijs nauibus cõducentes, easq. priuatorum mercibus onerantes, qua pœna plectendi nu. 29.

Annonæ cura, ac circa eam poteſtas omnis Ciuitatis Decurionibus ex capitulis Regis Ladislai & Federici demandata, declaratur nu. 1. & 15. fol. 35. & 36

Annonę fauore fuit conceſſum Capitulum hutc Ciuitati à Ferdinando Rege, quod eſt obſeruatione dignum, & de eius intellectu nu. 14. cum ſeqq. fol. 36. cum ſeq.

Annonæ ſumma difficultate exiſtente Octauiani tempore nedum exteri, ſed etiam venales ſerui, famuli, ac domeſtici eiuſdem Imperatoris à Ciuitate electi fuere num. 2. fol. 38

Annona frumentaria inopiæ tempore cariùs empta non eſt poſtea viliùs diſtribuenda inter ciues, & habitatores, & ita recenſetur, mandaſſe Philippum II. æternæ mem. Regem per ſuas literas particulares nu. 1. fol. 47

Annonam concernentes capitula huius Ciuitatis nuncupata del ben viuere ſunt iuri communi conſona, atque conformia, eorumq. deſuetudo vnde fluxit nu. 2. cum ſeq. & nu. 13. fol. 47. & 48

Annona vt conſeruetur, plurimum confert prohibitio extrahendi panem à Ciuitate inopiæ tempore, necnon extrahendi frumenta, cæteraq. victualia à Regno, qui ordines ſunt iuri communi conformes numer. 17. fol. 48.

Annonæ aſportandæ cauſa capi poſſunt naues, animalia, & alia neceſſaria, etiam ab inuitis; ſed iuſto ſalario

iusto salario mediante, quod in Principe tantum locũ habet, licet malè seruetur n. 50. & 54. fol. 109. & 110

Almonæ conducendæ gratia taxa pretij eorum, quæ sunt necessaria pro almonia mulorum, & vecturarum fieri consueuit, hæcq. praxis vnde sumpta nu. 51.

Vide in verb. extractio, pax, Prorex. & salarium.

APPELLATIO, & recursus ad Superiorem admittitur, quando lex, vel statutum est particulare aduersus certum personarum genus, licet generalibus verbis conceptum nu. 17. fol. 42

Appellatio permissa est à sententia Regis ad alterius consultationem Iudicantis nu. 18.

Appellatio à Baiuli sententia in Regno spectat ad Baronem, seù suum Capitaneum, etiam si Baro non habeat appellationis causas nu. 49. fol. 64

Appellatio à subfeudatarij sententia subfeudum tenentis immediatè, & in capite à Barone, ad eundem spectat Baronem, quamuis carentem appellationum causis, quicquid Frecc. dubitauerit nu. 50.

Appellationi à reo inquisito interpositæ fiscus adhæsisse intelligitur ex dispositione Reg. Pragm. quæ non obtinet cum proceditur ad partis querelam, & ita decisum nu. 52. cum seq.

Appellatio ab appretio facto per Appretiatores Vniuersitatis datur, si quis senserit se grauatum n. 43. fol. 150

Appellatio non habet locum, dùm nomine Regio proceditur nu. 5. fol. 366

Appellatio non datur, nec reclamatio in causis criminalibus, quæ decidunter in Collaterali Consilio nu. 6.

Vide in verb. Baro, captura, & fiscus.

APPRETIVM, vide in cap. præced. in antep. Summ.

AQVAE concessio ex publico Ciuitatis aquæductu, ac fonte ducendæ, priuatis à Ferdinando Rege facta ab eodem limitata, dùm tamen non producat defectum aquarum ad vsum, & opportunitatem Ciuitatis, ac ciuium nu. 5. fol. 50

Aquæ deriuandæ ex publico fonte facultas à Rege priuatis concedi, ac modus præscribi potest nu. 6.

Aquæ concessio à Rege facta reuocari potest, si ciuium vsui aqua deficiat nu. 7. & 9. fol. 75. cum seq.

Aqua ex publico fonte, quæ ciuium necessitati non sufficit, non potest ex ordinaria Regis potestate cõcedi pro extruendis priuatorum molendinis nu. 9. fol. 76

Vide in verb. gratia.

ARGVMENTVM non rectè ducitur ex legibus loquentibus de vsuris ad interesse, quia aliud est vsura, & aliud interesse nu. 25. & 26. fol. 117

Argumentum de pupillo, & minore ad fiscum in iure est validum nu. 49. fol. 120

ARTEM mechanicam exercentes possunt à suis apothecis in publicum ponere, & in via, quæ sunt eorum exercitij, dummodò non impediant, vehiculum ire num. 26. fol. 52

Vide in verb. currus.

ASCENDENTES succedunt in feudis antiquis, & ratio affertur, iura autem omnia, & Regni Constitutiones, quæ contrarium suadere videntur feudi noui limites nequaquam egrediuntur num. 16. 18. & 24. fol. 242. & 243.

Ascendentes in bonis donatis soli succedunt in defectum descendentium, & non procedit dispositio text. in auth. defuncto C. ad tertull. nu. 39. fol. 245

Vide in verb. auus.

ASSENSVS non extenditur de casu ad casum, nec de tempore ad tempus, nec de præsenti in futurum, nec è contra num. 26. fol. 143

Assensus intelligitur, prout ius intelligit nu. 28. fol. 144. & nu. 31. fol. 276

Assensus non extenditur ad incogitata num. 39 fol. 145. & 22. fol. 274. & n. 21. fol. 302

Assensus intelligitur præstitus instrumento dotali, in quo feuda pro dote obligantur per Capitulum Regis Catholici huic Ciuitati concessum nu. 13. fol. 166

Assensus Capituli prædicti loquentis tantũ de bonis mariti, habet locum etiam in bonis soceri, quia præstitus est instrumento, idq. decisum nu. 14.

Assensus, de quo supra, quia datus est instrumento, non est subsidiarius, & ita aliàs iudicatum aduersus Regium Fiscum, quicquid contrariũ attentauerit Camer. in cap. imperialem: nam ad omnia eius motiua realis affertur resolutio; quo circa declaratur l. cõmodis ff. de re iud. & l. si ego §. ff. de iur. dot. inter cætera autem conuincitur opinio Camerarij, quæ ortũ habuit ex confusione per eum facta Capitulorum Ciuitatis, & irrefragabiliter ruit ex subtili ponderatione per D. Authorem facta super Pragm. vulgò dicta nouem capitum, cæterùm hodie hæc disputatio cessat propter aliud Capitulum huic Ciuitati nouissimè concessum nu. 15. 16. 17. 18. 20. 26. 30. 31. & 32. fol. 166. cum seqq.

Assensus capituli proximè memorati, quia intelligitur datus instrumento, operabitur, vt frater tanquam comprehensus in instrumento succedat in dote mulieri debita, non obstante natura feudorum pro hæredibus ex corpore nu. 33. fol. 169

Assensus Capituli præfati, quia est assensus Regis, & non Proregis, obtinet locũ etiam, quod maritus, seù dotans succedere careat, estq. ita pariter decisum nu. 34.

Assensus d. Capit. Regis Catholici, obtinet etiam in bonis titulatis aduersus Frecc. ex eadem ratione, quia datus est instrumento bona titulata continenti, idq. passim est vsu forensi receptũ, quinimò assensus præstitus super obligatione bonorum feudalium indefinitè facta, comprehendit d. bona titulata ex Minad. qui tamen subiũxit, hoc esse in executione temperandum, dùm aliunde super alijs bonis posset creditoribus satisfieri, & ita refert iudicatum nu. 36. & 37. fol. 170

Assensus præstitus per d. capit. Regis Catholici locum habet solùm quò ad obligationem feudalium pro consecutione dotis, & antefati in pecunia constitutorum; non autem quò ad translationem dominij feudorũ: nam hoc casu manebunt incorrecta Constit. Reg. & capit. Caroli II. ex quò ratio finalis, & substantialis conseruationis dotium considerata in d. capit. cessat in translatione feudorum, quæ etsi ex assensus defectu nõ transeant in virum, remanebunt penes vxorem nu. 39. & 43.

Assensus d. capit. propter rationem finalem conseruationis dotium extenditur in aliquibus casibus enumeratis nu. 43. & 44. fol. 170. cum seq.

Assensus præstitus obligationi bonorum feudalium differt ab eo, qui datur instrumẽto eandem obligationem continenti nu. 21. fol. 167

Assensus assumit naturam contractus, super quo interponitur, & in expresso latè interpretatur, dùm stat in formam gratiæ nu. 22. & 46. fol. 167. & 171

Assensus simpliciter petitus super instrumento dotali, & simpliciter concessus, omnem complectitur casum, prout instrumentum loquitur secundum Andr. communiter receptum nu. 27. fol. 167

Assensus, qui in dies præstantur obligationi bonorũ feudalium, non intelliguntur in subsidium concedi n. 29.

Assensus præstitus obligationi non intelligitur præstitus venditioni, & sic è contra nu.40. fol.170

Assensus non extenditur de contractu ad contractum, nec de re ad rem, nec de casu ad casum, nec de persona ad personam nu.42.

Assensus præstantur per Proreges obligationi feudorum pro dotis restitutione etiam post obligantis obitum in præiudicium hæredum fauore dotis, idq. in vsu positum est quotidiano nu.1. fol.175.il 1.

Assensus habetur pro præstito in casibus, in quibus Dominus consentire tenetur, & requisitus recusauit, num.4.

Assensus in terminis text. in l. si ego §. si res ff. de iure dot. est subsidiarius, sed contrarium ius est inductum per Capitula huic Ciuitati concessa num. 5.

Assensus impetratio post mortem restringitur ad dotes tantùm; non autem ad antefatum, & ita decisum nu.6.

Assensus non potest impetrari post mortem secundum doctrinam Andr. frequentiùs receptam, quæ tamen communi calculo limitatur in dote, sed ab hac limitatione discedit acutissimus, & sapientissimus Author, (cuius eximia virtus est imitatione, & non inuidia digna) & contrariam fundat opinionem validissimis medijs, & inconuincibilibus rationibus, afferendo pariter germanum intellectum ad text. in l. si ego § si res ff. de iur. dot. nu.7. cum seqq. fol.175.il 1. cum seqq.

Assensus superueniens reconualidat cõtractum, sed spes ista amittitur per mortem alienantis nu.12. fol.176. il 1 sed declara, vt nu.26. fol.201

Assensus semper est gratia & nunquam habetur Dominus pro consentiente, quamuis dicatur facere contra honestatem secundum Camer. nu. 19. fol. 177. il 1. & num.20. fol.209

Assensus tacitus non sufficit in Regno nu. 20. fol.178. il 1 & nu.15. fol.237

Assensus impetratus post mortem debitoris in venditione necessaria facta sub hasta, est nullus secundum decis. relatam per D. de Franch. quam tamen Author reuocat in dubium nu. 21. fol. 178 il 1.

Assensu non impetrato in vita, quando hæredes tenentur assentire dispositioni factæ per defunctum, possunt compelli, vt consentiant per nouum contractum, & super hoc nouo contractu debet expediri assensus, hæc nõ est noua practica, sed iuri consona, atque conformis, secundum quam aliàs fuit iudicatum nu. 22.

Assensus non retrotrahitur in præiudicium tertij nu.23.

Assensus super feudo hæreditario potest impetrari post mortem in vltimis voluntatibus secundum opinionem Annæ, quæ confutatur ab Authore, quia de diametro pugnat cum cap.1. de succes. feud. & ex alijs num.24. cum seqq.

Assensus potest impetrari post mortem quò ad præiudicium Domini, non autem hæredis nu.28. fol.179

Assensus Regis, & Baronis requiritur in alienatione feudi quaternati secundum quid, vel mixti, sciù secundum terminos Constit. Regn. post mortem, reiecta Paridis opinione volentis, quod solius Regis sufficiat, quãdo Rex assentit ex certa scientia n.3. & 4. fol.193

Assensus Regis vnicus alio non expresso non quaternat feudum, nec ex vnica concessione Rex obtineret in petitorio, dùm Baro est in contraria possessione, maximè concurrente cursu temporis nu. 4. fol.198

Assensus quomodo quaternet feudum nu.7.

Assensum quaternare feudum est de more Regni nu.17 fol.200.

Assensus est gratia, quæ potest denegari ex iusta causa num.12. fol.208

Assensum denegandi iusta est causa carentia liberorum, hinc de stylo Cancellariæ vltra clausulam nostris, & alienis iuribus semper saluis ponitur clausula particularis; quatenus alienans habeat legitimum successorem in feudo, quæ qualitas successoris requiritur tempore alienationis contra Vinc. de Anna, & eadem cõtradicendi causa, quæ militat respectu cõcessionarij à fortiori viget in eius successore; hinc detegitur grauis Camerar. lapsus nu.17. & 21. fol.209. & nu.7. fol.212

Assensuum registratio in quinternionibus Reg. Cam. non fit in assensibus obligationem tantùm feudorum continentibus nu.4.

Assensus præstari vetitus per Pragm. feudatarijs exteris, qui non sunt Regi subditi, restringitur, quando habent feudum formatum, illudue alienare volunt, non autem quò ad ius hypothecæ. & ita decisum nu.6.

Assensus præstari vetitus non habenti successorem intelligitur de eo, qui alienationis tempore est feudi Dominus; non autẽ de eo, qui in acquisitione feudi illud obligat pro pretij solutione, & sic Pragm. habet locum in feudis acquisitis, & non acquirendis nu. 12. fol.213

Assensus præstitus alienationi faciendæ non expirat per mortem concedentis nu. 2. fol.217

Assentiendi facultas per Reg. Pragm. concessa est tàm Proregi, quàm Collaterali Consilio nu.3.

Assensus præstantur obligationibus feudorum in beneficium Ecclesiarum, Vniuersitatum, Collegiorum, Montium, & his similium, cum clausula tamen, quæ recensetur, idq. est de stylo Reg. Cancell. qui optimo iure confirmatur nu 1. & 7. fol.232. cum seq.

Assensus antiquitus per verbum fiat expediebantur, superuenerunt postea Pragmaticæ, & statuerunt, vt omnia memorialia per verbum fiat expedita redigantur infra certum tẽpus in formam priuilegij, alias nullius existant roboris, & momenti num. 1. & 2. fol. 234. & 235.

Assensus per verbum fiat dicitur præstitus suspensiue propter priuilegium in forma Cancellariæ expediendũ quod si deficiat assensus expeditus resoluitur, ac si nũquam præstitus esset nu.4. fol.235

Assensus non est actus de per se subsistens; sed requirit confirmabile nu. 7.

Assensus per verbum fiat non stat in suspenso, sed est purus, resoluendus tamen sub conditione, & sic conditio & non actus est in suspenso nu.12. fol.236

Assensus in verbo peto, & in conclusione consistit nu.14. fol.237.

Assensus super feudorum refutationibus, quæ fiunt filijs matrimonij contemplatione quomodo præstentur, & quid per Capitula Ciuitati concessa nu.1. fol.240

Assensus si sit præstitus super feudi refutatione, & in Reg. Cam. præsentatus, non habebit locum Pragm. noue edita super præsentatione contractus refutationis, nu. 8. fol.241

Assensus impetratus super venditione, & non super pacto de retrouendendo, dicitur surreptitius, & venditio non valet ex indiuiduo voluntatis nu.6. fol.248. & nu.21. cum seqq. fol.265

Assensus non potest præstari per Proregem in refutatione facta cum reseruatione vsusfructus refragantibus Regijs Pragmaticis, nisi fiat contemplatione matrimonij, vel reseruatio tollatur de medio num. 1. & 2. fol.263.

Aſſenſus impetratus ſuper venditione, & non ſuper pacto ſuſpenſiuo trãslationis dominij, quouſque pretium fuerit ſolutum, an valeat ſi venditor remiſerit pactum prædictum in ſui beneficium appoſitum, & validiſſimis rationibus, & medijs cõcluditur valere aduerſus deciſ. D. de Franch. n. 9. & 20. cũ ſeqq. fol. 264. & 265

Aſſenſus Domini tollit obſtaculum, & vaſſallus eſt, qui transfert dominium nu. 24. fol. 266. & nu. 3. fol. 284. & nu. 17. fol. 302

Aſſenſus interpoſitus ſuper actu, qui aliàs abſque eo explicari potuiſſet, eſt dicere, arma virumq. cano nu. 4. fol. 271.

Aſſenſus præſtitus venditioni faciendæ Titio, ex natura correlatiuorum cenſetur præſtitus emptioni faciendæ à Titio nu. 15. fol. 273

Aſſenſus alicui conceſſus, vt poſſit teſtari, includit tantum ius Conceſſionarij, & vt teſtetur eo modo, quo habet, etiam quod illud extinguatur morte diſponentis, num. 16.

Aſſenſus ad vnum non operatur duo, ſcilicet validare actum, & concedere ius deſolutionis proximum, num. 18.

Aſſenſus impetratus ſuper venditione facienda tempore, quo impetrans ſucceſſores habebat, vel de filijs non erat deſperatus, non iuuabit vtique, ſi venditio ad illud differatur tempus, quo vel ſucceſſoribus carebit, vel de filijs erit deſperatus num. 19. & 24. fol. 273. & 274.

Aſſenſui ineſſe videtur ſequens conditio, vtpotè ſi in eadem habilitate, & ſtatu conceſſionarius permanſerit num. 20. fol. 273

Aſſenſus impetratus alienandi feudum, non iuuabit, ſi contractus non fuerit celebratus poſt tres menſes immediatè ſequentes expeditionem aſſenſus, ita diſponente Reg. Pragm. quæ optimè declaratur, & obiter, an ſit vſu recepta nu. 21. cum ſeqq.

Aſſenſus præſtitus venditioni intelligitur, vt quis vendat eo modo quo habet nu. 30. fol. 275

Aſſenſus alicui conceſſus teſtandi de feudo nõ extinguetur per vnicum actum, ſed ſuffragabitur vltimo teſtamento per Teſtatoris mortem confirmato iuxta Camerar. opin. quicquid dixerit Frecc. nu. 34. fol. 277

Aſſenſus extenditur ex mente comprehenſiua, num. 2. fol. 278.

Aſſenſus conceſſus per Capit. Neapol ſuper dotibus mulierum extenditur ex mente comprehenſiua, & multos includit caſus, qui recenſentur, & ita deciſum nu. 3.

Aſſenſus ſuper venditione non porrigitur ad pignorationem: nam hic caſus valde diſtinguitur à caſu permiſſæ alienationis nu. 4.

Aſſenſus materia eſt vigoroſa nu. 7.

Aſſenſus hominis diſtinguitur ab aſſenſu legis, quia ſtrictiùs prouidet lex, quam homo, & in plus porrigitur hominis, quàm legis aſſenſus, quo loci benè declaratur text. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. num. 19. 20. 22. & 23. fol. 280

Aſſenſus regulatur à contractu nu. 7. fol. 284

Aſſenſus præſtitus ſuper feudi alienatione eius eſt virtutis, vt cenſeatur retranslatum vtile dominium feudatarij in Dominum directum, & demùm ab eo tranſlatum in ſucceſſorem, ita vt is dicatur habere cauſam à Domino directo, & non à feudatario diſponente, quoduè occultetur vnus actus, & cenſeatur retranslatio facta, idq. habet locum in feudo ex pacto tantùm, & non in hæreditario, ſed quomodo etiam in iſto dicatur occultari vnus actus nu. 11. & 17. fol. 284. & 285

Aſſenſus præſtitus ſuper feudo donato ſecũdogenito nulla de primogenito facta mentione num ſit inualidus ex defectu poteſtatis alienantis, vel Proregis aſſentientis, vel ex cauſa ſubreptionis: quia Prorex non conceſſiſſet, vel durius. In hoc articulo D. Author relatis DD. opinionibus, & ſententijs aliàs factis donatarij partes acerrimè ſubſtinet tàm in feudo hæreditario nouo, & antiquo, quàm ex pacto nouè acquiſito, easq. cõfutatis contrarijs fouet, & fulcet, & particularibus Iſern. doctrinis, & Pragm. & Capit. Reg. à nemine hucuſque ſic animaduerſis, & ponderatis, intãtum vt ex ipſius ſcriptis omnis dubitandi anſa in poſterum ſublata eſſe videatur nu. 1. cum ſeqq. fol. 291

Aſſenſus eſt gratia, quæ nunquam intelligitur conceſſa in præiudicium tertij nu. 5. fol. 292

Aſſenſus Domini ſolus, ſi feudatarius non vendat, nihil operatur nu. 18. fol. 302

Aſſenſus, qui petitur ad obſtaculum tollendum non extenditur ad conceſſionem iuris Domini, nec ad diſpenſationem, & iuris feudorum correctionem nu. 23.

Aſſenſus ſuper alienatione feudorum denegari ſolent illis, qui de filijs deſperati volunt in ſucceſſorum præiudicium illa extraneis alienare, etiam quod feuda ſint hæreditaria, idq. procedit in feudis antiquis, non autem nouis, & caſus, in quibus fuerunt denegati, referuntur num. 8. fol. 332

Vide in verb. alienatio, bona, clauſula, conductor, Conſilium Collaterale, Conſtit. conſtitutionem, cõtractus, creditor, decurio, dilatio, dos, dotarium, feudalis contractus, Feudatarius, feudum, inueſtitura, matrimoniũ, officium, pactum, pater, poſſeſſio, Prorex, refutatio, Rex, vaſſallus, & Vniuerſitas.

ASSISTENTIA, vide in verb. dominium.

AVARITIA eſt quarumlibet rerum inſatiabilis, & inhoneſta cupiditas, nullumq. vitium ipſa deterius, hinc meritò dicitur Idolorum ſeruitus nu. 15. fol. 353

Auari, & prodigi deſcriptio nu. 16.

Vide in verb. pater, Princeps.

AVLA in Proregis Palatio, quæ vulgò nuncupatur la Camera Collateralium Titulatorum, & Officialium iure ſtatuta, & quibus in eam introitus concedendus num. 30. fol. 90

AVVS refutans feudũ nepoti ſuccedit eidem, ſicut ſuccederet pater, ſi refutaſſet nu. 38. fol. 245

Auus, vel Proauus ſuccedunt vnà cum fratribus defuncti, qui aſcendentes ſuccedunt loco patris, & hæc eſt frequentiùs recepta ſententia nu. 40. fol. 246

AVXILIVM præbentes delinquentibus qua pœna plectendi num. 53. fol. 15

Auxilij tria genera, in vnoquoque cõis adhibetur diſtinctio, ex qua dignoſcitur, quãdo eadem, vel minor pena auxiliatori ſit irroganda, quæ in ſtatutaria quoque diſpoſitione eſt admittenda, niſi ſtatuti verba ſint generalia quamlibet auxilij ſpeciem complectentia nu. 54. cum ſeqq.

Auxilium ſibi inuicem præſtare videntur ſimul commorantes nu. 11. fol. 24

Auxilium, & opem ferre dicitur, qui cum alio ſtat armatus nu. 12.

Auxilium præbere ſemper præſumitur quis, quãdo eius cauſa aliquis fit audacior nu. 13.

Auxilium præſumptum coniunctorum erga bannitos, an ſit talis virtutis, vt poſſit Prorex aduerſus eos

pœnam corporis afflictiuam, non tamen ordinariam ſtatuere, quæſtionis eſt, de qua diſertè, & iuxta morem ſcribit noſter religioſiſſimus Author omni virtutum genere cumulatiſſimus nu. 22. fol. 36

B

BALIATVS *non regulatur à ſucceſſione, ſed à poteſtate ſecundum Iſern nu. 5. fol. 347*

Baliatus *ſi ſit alicuius magni Principis, qualis cautio ſit per Balium præſtanda, declaratur, idq. exemplis illuſtratur, atque comprobatur nu. 6.*

Baliatus *prouiſio ſi ſpecificè non fuerit facta in teſtamento, an Balij cenſeantur inſtituti executores, & Adminiſtratores teſtamentarij, & de confidentia legis in perſonam matris tàm circa delationem tutelæ, & baliatus filiorum, quàm in educatione ipſorum, & quæ in his facere poſſit, & debeat circumſpectus Iudex, laiſſimè, ſed remiſſiuè nu. 7.*

Vide in verb. Prorex, ſalarium.

BANNITOS *perſequendi, ac extirpandi gratia impoſitio Regni Vniuerſitatibus facta, qualis eſt trium granorum pro quolibet foculari, non eſt lege fulcita, ſed potius conſuetudine roborata. num. 59. & 64. fol. 101.*

Bannitorum *bona non poſſunt à quolibet deuaſtari nu. 8. fol. 366.*

Vide in verb. auxilium, Baro, indultus, Prorex, receptator, ſtatutum.

BANNIM *ad contumaciam contrahendam ex capitali cauſa eſt publicandum per hanc Ciuitatem: cæterum in Mag. Cur. Vicar. ſufficit publicari Curia pro Tribunali ſedente ex Afflicti traditione nu. 18. cum ſeq. fol. 12*

Banna, *quæ pœnam triremium irrogant vagabundis, & alijs inutilibus perſonis, ſunt iuſta, ac ex ipſo legum fonte dimanant nu. 56. fol. 101*

Banna *fieri conſueta circa prohibitionem armorum, quomodo fundentur tàm de iure communi, quàm de iure Regni nu 1. fol. 348*

Banna *prohibentia aſportationem certi armorum generis non comprehendunt ſeruientes Curiæ magni Admiratus, prout nec ſeruientes Mag. Cur. Vic. & ita deciſum nu. 9. fol. 349*

BARO *eſt Iudex ordinarius vaſſallorum nu. 1. fol. 7*

Baro *ob contumaciam amittit interim iudicaturæ exercitium nu. 2.*

Baro *ob contumaciam non poteſt abſque dedecore ſtare in Curia Regis nu. 3.*

Barone *comparente, vel in vinculis exiſtente, iuriſdictionis ob contumaciam ſuſpenſio tollitur nu. 5.*

Baronis *poteſtas eligendi Officialem in propria Terra longè diſtat à facultate nominandi Officialem in loco demaniali ex priuilegio nu. 9. fol. 7*

Baro *an ſaluiconductus, & guidatici faciendi facultatem habeat. Affirmatiuè concluditur, & Frecciæ dubitationi occurritur. Etiam ſi nulla concurrat cauſa concedendi præfatam ſecuritatem, idq. fluit ex poteſtate, quam habet condonandi, ſiuè aggratiandi delicta, modo partis querela non adſit, vel remiſſio præcedat. Nec Regiæ Pragmaticæ prohibentes, Baronem aſſecurare, ſeu guidare bannitos, aliosq. delinquentes refragantur; nam illis exacta affertur interpretatio Hæc tamen Baronis poteſtas non extenditur vltra eius ſubditos. Qua ſi prudenter Baro vtatur, eius vſus optimum finem ſortitur nu. 53. vſque ad 59. fol. 21. cum ſeq.*

Baro *an fiſcum habeat, & quomodo, & quando gratias facere poteſt delictorum, ac eorum pœnas remittere, remiſſiuè nu. 60. fol. 22*

Baro *habens merum, & mixtum imperium, fiſcum habere dicitur ſecundum Plat. & Auend quorum traditio D. Authori non probatur, eſtq. exploratum in Regno, in quo Baro non habet fiſcum; ſed fiſci coadiutorem & ratio aſſignatur nu. 63. cum ſeq.*

Baro *iuriſdictionem, quam habet cum mero, & mixto imperio, ac etiam publicatione bonorum, à Rege recognoſcit nu. 66.*

Baro *eſt Regis Procurator, ſed in rem propriam, eumq. in iuriſdictionis exercitio repreſentat, tanquam Iudex ordinarius vaſſallorum à Rege conſtitutus nu. 67.*

Barones *non poſſunt conſtituere Officiales vltra annum, nec minus anno, vel ad ipſorum beneplacitum nu. 2. fol. 56.*

Baronibus *officia vendentibus certa eſt in Regno impoſita pœna nu. 12. fol. 57*

Baro *malè tractans vaſſallos poteſt cogi ad vendendum, & hoc etiam ex officio poteſt Iudex mandare num. 1. fol. 60.*

Baro *propter nimiam ſeueritatem poteſt etiam iuriſdictione priuari; ſi tamen gratuitò fuerit conceſſa, ſecùs ſi ex cauſa onerosa, vtpotè venditionis, quo itidem caſu ſi ſæuitia, & alia eſſent grauiſſima, poſſet procedi ad huiuſmodi priuationem nu. 2. cum ſeqq.*

Baro *ante vel poſt ſententiam pendente appellatione delictorum gratiam vaſſallis, ita demum tribuit, ſi partis intercedat remiſſio, idq. decretum in Sacr. Conſil. iunctis aulis nu. 11. fol. 61*

Barones *habent iuriſdictionem priuatiuam in conceſſis, & poſſunt mandare vaſallis, ne ipſorum iuriſdictionem declinent nu. 21. fol. 62*

Baro *ſuo nomine petere poteſt remiſſionem vaſalli contumacis nu. 22.*

Baro *cum ſit Iudex ordinarius ſuorum vaſallorum, ſi merum, & mixtum imperium habeat, poteſt ex cauſa publici boni pœnam à lege præſcriptam augere nu. 42. fol. 63.*

Baro *habens merum, & mixtum imperium, poteſt in bannis imponere pœnam vltra auguſtalem ſibi melius viſam ex cauſa, nec Capit. Regni item, & inquiſitionem refragatur: quia eſt intelligendum in habente ſimplicem iuriſdictionem nu. 43. cum ſeq.*

Baro *ratione contemptus poteſt pœnam exigere vltra damnum, & ita pluries deciſum nu. 45. fol. 95*

Baro *non habens ſecundas cauſas, ſeù appellationes, vel alias regias iuriſdictiones, eaſq. exercens, qua veniat afficiendus pœna nu. 46.*

Baronis *iuriſdictio eſt adeò limitata, vt ſi grauamen inferatur vaſſallis in eius Curia litigantibus in incidenti, aut interlocutoria cauſæ principalis, tota cauſa auocetur nu. 47.*

Baro *non habens cauſas appellationum, ſi deleget primas, an poſſit cognoſcere de appellatione à ſententia Delegati interpoſita, & quid in Regno, & an ſaltem per viam querelæ, & recurſus remiſſiuè num. 48. fol. 64.*

Baronum *Terris aliquæ Regiæ Audientiæ reſiderunt, & reſident, ex cauſa tamen, eaq. Baronibus, nedum Vniuerſitatibus vtili: Baronibus verò contradicentibus non poſſent Regiæ Audientiæ, nec alij Officiales in Baronum Terris habitare nu. 55. cum ſeqq.*

Baro *an poſſit tenere Iudicem appellationis in Terra*

ſubinfeudata remiſſiuè nu. 58.

Baro,*qui eſt primus ciuis inter vaſallos,vti talis vſum habet in territorijs demanialibus in baronia exiſtentibus num. 1.* fol.65

Baro *non poteſt prohibere, vaſallos paſcere animalia in territorio demaniali ipſius* **Baronis**,*quatenus ipſorum vſus exigit,& ita alias per Sac.Conſ.deciſum num.2. & 3.*

Baro *in territorio demaniali Vniuerſitatis habet vſum, vt primus Ciuis, & ideò poterit immittere propria animalia ad paſcendum,vti cæteri ciues, & hoc procedit de plano abſque controuerſia, quod autem ius obtineat in territorijs appatronatis remiſſiuè num. 4. cum ſeq.*

Barone *locante eius Terram cum omni iuriſdictione, iuribus,& introitibus,prout ipſe tenet, & poſſidet, an huic conductori debeatur vſus, quem* **Baro** *habet, vt primus ciuis in territorio Vniuerſitatis demaniali, & negatiuè concluditur nu 6.& 9 cum ſeqq.* fol.66

Baro *vt primus ciuis vſum etiam habet in territorio alieno, in quo Vniuerſitas, eiusq. Ciues* **Baronis** *vaſalli paſcendi ius habent,niſi tamen particulari titulo vniuerſitas territorium, vel paſcendi ius adepta fuerit, num.7. cum ſeq.*

Baro *vſum,quem habet in territorio demaniali Vniuerſitatis,nec vendere,nec cedere, nec locare poteſt num. 11.& 14.*

Baro *vti primus ciuis vſum habet, etiam ſi non habitet, & ita practicatur contra opinionem Auendani num. 13.*

Baro *eundem habet vſum in territorio Vniuerſitatis demaniali, quem ciues obtinent in demaniali* **Baronis**, *num.22.* fol.67

Baro *excadentias, ſiuè feuda plana ſolita, ac permißa concedi eidem deuoluta per lineam finitam an pro ſe retinere poſſit, vel teneatur de nouo conferre num. 1. cum ſeqq.* fol.68

Baronum *conſuetudo concedendi feuda plana ad eos deuoluta ipſis inuitis recenſetur à Parid. ſed de ea non conſtat,quinimò non eſt vera,nec rationi congrua, & rurſus Bart. doctrina, quæ refertur in l.1. §.permittitur ff.de aqu.quot.& æſtiu. nunquam eſt ſeruata in feudis,nec videtur poſſe applicari quæſtioni de ſubinfeudatione nu.3.4.27.34.& 46.* fol.68.*cum ſeqq.*

Baro *in Regno poteſt ſubinfeudare excadentias,quo caſu non habebit locum regula deſumpta ex cap.1. rurſus quib.mod.feud.amitt. & qua ratione id ſit conſtitutum,& quid in clerico ſubinfeudante ſolita concedi num.10.11.& 13.* fol.69

Baro *in Regno excadentias deuolutas iterum concedere non tenetur, ſi tamen velit debet in concurſu agnatos tantumdem offerentes extraneis præferre ex Conſtit. Reg.vt de ſucceſſ.verſ.in omnibus, cuius verba recitantur, quæ licet loquatur de Rege, obtinet etiam in* **Barone** *ex identitate rationis, quæ viget in vtroque nu.40.cum duobus ſeqq.* fol.72

Baro *poteſt ſecundum leges communes feudorum concedere res particulares feudi in emphyteuſim: in Regno autem concedere poteſt res feudi ſteriles ad meliorandum pro certa parte fructuum annua,non in pecunia, ſed quæſtionis eſt, an poſſit in pecunia correſpectiua ad fructus citra fraudem, de qua remiſſiuè num. 1.2. & 3.* fol.74

Baro *in feudo tanquam vniuerſitate facti poteſt habere feudalia, allodialia, & reddituſ cuiuſcumque generis numer. 20.* fol.76

Barones *Regni,eorumq. ſubfeudatarij,item vaſalli burgenſes quando ad ſeruitia, & ad quid teneantur remiſſiuè num.4.* fol.93

Barones *Regni in parlamento generali donant tàm pro ſe,quàm pro eorum Vniuerſitatibus ex conſuetudine iuſta,& rationabili nu. 24.* fol.95

Barones *in generali parlamento non habent legitimam perſonam pro ſuis Vniuerſitatibus in his, in quibus non habent æquale intereſſe nu. 26.* fol.96

Baro *primus ciuis non intelligitur reſpectu adminiſtrationis patrimonij, quod poſſidet vniuerſitas, ſuos habens adminiſtratores,per quos regitur, & repreſentatur nu.35.* fol.97

Barones,*Vniuerſitas, & Rex ad quid teneantur pro Regni bannitis remiſſiuè nu.58.* fol.101

Baronia *an computetur inter feuda titulata, ſuper hoc articulo expenduntur authoritates Doctorum, & demum ponderatur Pragmat.Regni dicta nouem capitum,& ſuper Capitulis Regni amplus habetur diſcurſus num.2. cum ſeqq.* fol.183

Baronia *eſt feudum, ſicut Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus num.3.*

Baro *efficitur altero de duobus modis,de quibus nu. 4.*

Baronia *eſt dignitas in Regno nu.5.*

Baro,*vt quis efficiatur à Rege,oportet,vt idem Princeps concedat feudum in titulum Baroniæ expreſsè nu.6.*

Baronum *prærogatiuæ, & priuilegia remiſſiuè num. 7.* fol. 189.

Baro,*& Comes per Conſtit.Regni æquiparantur nu.8.*

Baro *non dicitur quis propter poſſeſſionem multorum feudorum, quia oportet, illa eſſe conceſſa in baroniam ex certa ſcientia nu.10.*

Baro *cum Comite nullum habet diſcrimen, ſed procedit à pari nu. 11.*

Baronia *an diuidi poſſit inter ſucceſſores, huius occaſione traditur intellectus ad text.in §.præterea Ducatus num.eod.*

Baronia *continetur ſub diſpoſitione iurium loquentium de regalibus dignitatibus nu.14.*

Baro *ſi conceßerit per duas vices rem feudalem infra tempus triginta annorum,licet non ſit præſcripta conſuetudo,conſtituitur tamen in poſſeſſione dandi nu.3.* fol. 198.

Baro *ſi concederet feudum tenendum immediatè ab eo, & idem diceretur in Regis aſſenſu, neutrum valeret num 13.* fol.199

Baro *ſi concederet fendum cum clauſula,quod immediatè,& in capite teneatur ab eo,& hoc cum Regis aßenſu,non haberet locum Conſtitut. poſt mortem num.15.* fol. 200.

Baro *poteſt habere feudum in alieno territorio, num. 7.* fol. 207.

Baro *non poteſt feudum inhabitatum habitatoribus replere,vel Caſtrum reædificare abſque ſpeciali Principis beneplacito, quo caſu quomodo feudatario hæc facere cupienti ſit conſultum, declaratur nu.1.* fol.318

Baro *non poteſt in ſua Terra ædificare portum maris abſque Principis licentia nu.1.*

Baro *non poteſt in ſua Terra abſque ſpeciali Regis aßenſu facere mercatum, ſeù nundinas francas; benè tamen poterit abſque alia immunitate, & priuilegio numer.1.* fol.319

Baro *abſque Regio aſſenſu non poteſt liberare vaſallos, & immunes reddere ab adiutorijs ſibi debitis vigore*

re Conſtit.Reg. quàm plurimum nu.13. fol.323
Baro poſſidens ciuilem iuriſdictionem dicitur Dominus, non autem habens criminalem tantum ſecundum Frecc.num.14.
Baro an poſſit ponere inſignia, & arma in Caſtro ſubinfeudato, & an feudatarius, vel ſubfeudatarius in Caſtro conceſſo, & in quo loco,remiſſiuè nu.8. fol.350
Vide in verb.alienatio,appellatio,aſſenſus,bona, Camera reſeruata, delictum, Epiſcopus, Feudatarius, feudum, læſæ maieſtatis crimen, Magn. Cur.mercator,Officialis,poſſeſſio,Prorex,receptator,Regnum,Rex, ſententia, vaſallus, venditio, Viſitator, & Vniuerſitas.
BELLI tempore, vel alia publica vrgente neceſſitate dirui poſſunt ædificia ſupra altitudinem ſtatutam extructa, vel quæ defendi nequeunt, & ſegetes pariter comburi, vt inimici careant victu, & exempla recenſentur num.27. fol. 62
Bella ſunt de iure gentium num.4. fol.358
Belli initium eſt diffidatio num.6.
Bello cum infidelibus indicto, intelliguntur omnes ipſo iure diffidati,ita vt tanquam hoſtes ipſi,ipſorumq. bona efficiantur capientium nu.7.
Vide in verb.conductor, Conſilium Collaterale,miles,priuilegium,Rex.
BENEFICIVM Principis in expreſſo latam recipit interpretationem nu. 14. fol.278
Beneficio in omnibus cauſis vbi perſonæ conditio locum facit, ibi deficiente cauſa beneficium quoque deficere, regula eſt iuris notiſſima nu. 39. fol.345
Beneficium l.2. C.de reſcind. vendit.
Vide in verb.læſio,remedium.
BONA feudo reddititia ſimpliciter à Barone conceſſa, non ſunt feudalia penes poſſeſſorem, ſed allodialia; eorum verò redditus eſt feudalis num.4.5. & 13.fol. 74.cum ſeqq.
Bona feudo reddititia cum aſſenſu Domini à Barone ſub annuo cenſu conceſſa cum facultate alienandi,& trãſlatione cuiuſlibet iuris, erunt penes conceſſionarium cenſualia non feudalia, nec emphyteutica; & ſic accipienda eſt Neapodani doctrina hac de re loquentis, num.6.8.& 17. fol.75.cum ſeq.
Bona feudo reddititia à Barone ſub annuo redditu ſimpliciter conceſſa abſque facultate alienandi, & ſine verbis illis tranſlatiuis omnis iuris, erunt allodialia; non tamen poterunt abſque Domini beneplacito alienari nu.9 & 26. fol.75.& 77
Bona regalia alienari non poſſunt abſque Domini aſſenſu ex Conſtit.Regn.ſcire volumus, pariter feudalia ex Conſtit. conſtitutionem diu. mem. ita quoque particularia reddititia ex Conſtitut.hac edictali; ſi tamen hæc vltimi generis bona fuerint alienata ſpreta Domini licentia,non incident in cõmiſſum,quicquid Paris contrarium ſcripſerit nu.10.11.& 14.
Bona feudo reddititia, quorum conceſſio apparet ſimpliciter facta tanquam de bonis feudi, emphyteutica, & non cenſualia cenſentur:conceſſione verò,vel titulo nõ apparente cenſualia in dubio iudicantur, quo loci deciſiones Afflict.Capyc.Gramm.& Io.Fab.doctrina acriter, & diligenter iuxta morem expenduntur, & declarantur nu.12.13.16.18.19.21.22.25.27.& 28. fol.75. cum ſeqq.
Bona intra fines feudi exiſtentia penes Baronem poſſidentem feudalia,penes alium allodialia, & libera cenſentur,& ita pluries deciſum nu.14. fol.76
Bona feudo reddititia à Baronе conceſſa,emphyteutica cenſentur, ſi Baronis conſuetudo,& mos Regionis ſuffragentur nu.30. fol.77
Bona præſumuntur conceſſa in feudum ex alijs conceſſionibus fieri ſolitis in feudum,qualis autem ſit hæc præſumptio,& quid operetur nu. 31.
Bona intra fines feudi poſſeſſa vti libera, non præſumuntur feudalia nu. 32.
Bona patrimonialia à fiſcalibus quomodo differant, remiſſiuè nu.47. fol.128
Bona fiſco non incorporata quanto tempore præſcribantur,remiſſiuè nu.53. fol.139
Bona empta ex pecunia antiqua,vel ex fructibus bonorũ antiquorum,minimè inter antiqua computari debent, & ſic non erunt ſubiecta conſuetudini loquenti de bonis antiquis,& ita alias iudicatum: hinc detegitur error Paul.de Caſtr.in l.fin. ff.quand.act.de pecul. contrarium aſſeuerantis nu.17 & 22. fol.308.cum ſeq.
Bona acquiſita titulo oneroſo, etiam quod fuerint empta ab agnatis,& cognatis,& ex pretio bonorum antiquorum,nequaquam manent ſub diſpoſitione conſuetudinis loquentis de bonis antiquis nu.18.
Bona omnia clericorum quomodocumque ex fructibus, vel intuitu Eccleſiæ acquiſita,ad eandem pertinẽt Eccleſiam nu.21. fol.309
Bona exterorum non poſſunt per Barones occupari caſu, quo illi cum cauſa expelluntur ab eorum Terris nu.3. fol.321.
Bona,& perſonæ infidelium,contra quos eſt indictum publicum bellum,fiunt occupantium,ſiuè ſint capta in acie belli, ſiuè extra,quia ſemper dicuntur in ipſo bello capta, ſecundum frequentius receptam ſententiam, iuxtà quam fuit paſſim iudicatum nu. 3. vſque ad 10. fol.358. cum ſeq.
Vide in verb.adnotatio bonorum,bannitus,bellum, Clericus,conſuetudo neapolitana, deſcriptio bonorum,hoſtis, ſucceſſio.
BONA FIDES contractationis in feudalibus non deſeruit ad actus validitatem, ſed benè ad intereſſe, & alia extrinſeca nu.16. fol.237

C

CADAVERA Magnatum ſunt balſamo curanda, maximè quando ad propriam Patriam in longinquis exiſtentem ſunt aſportanda nu.12. fol.54
CAMERAE reſeruatæ Baronũ ſunt immunes ab onere hoſpitandi nedum actuali;verùm etiã à contributione in pecunia & ratio aſſignatur nu.17. & 20. fol.28
Cameræ reſeruatæ quoi ſunt cõcedẽdæ Ducibus,& Principibus,& quot cæteris Titulatis, & Baronibus n.18.
Cameræ reſeruatæ immunitatis priuilegio non gaudent in hoſpitio per tranſitum, vel imminente neceſſitate defenſionis Terrarum,& Regni nu.22. fol.42
Cameræ reſeruatæ an hoſpitandi immunitate potiantur, quando Barones ab illis abſunt. Deciſio Cam.Summ. eiusq. rationes referuntur n.25.cum ſeq. fol.28.& 29
Vide in verb.Vniuerſitas.
CAPITANEI vulgò dicti de guardia deputati ad cuſtodiam Ciuitatis virgam geſtare debent in ſignum officij ad hoc,vt ab omnibus cognoſcantur; hinc offendens vnum ex ipſis Capitaneis virgam iuſtitiæ non geſtantem,minimè tenetur de offenſa tanquam tali Officiali facta, ſi eum non cognoſcebat,quo loci remiſſiuè traditur de pena geſtantis virgam iuſtitiæ,cum non ſit de Officialibus ad hoc deputatis nu. 1. 2. & 3. fol. 330.cum ſeq.

Capita-

Capitanei prædicti immediatè ſubditi ſunt Regenti Magnæ Curiæ, qui verè appellari poteſt Præfectus vigilum num.4. fol.331
Vide in verb. Prorex.

CAPTVRA in delictis occultis eſt arbitraria, & pro ea decernenda ſufficit extraiudicialis informatio; in grauibus verò ſola ſuſpitio, nec appellatione relaxatur: ſed interim ea pendente captus detinetur num. 19. fol. 4.

CARCERVM fractores, qua pœna puniantur, remiſſiuè num.9. fol.11

Carceris ſpecies quot nu.18. & 20. fol.24.cum ſeq.

Carcerum viſitatio per Iudices Mag.Cur. fieri conſueta, & panis, qui carceratis egenis, & pauperibus dari mandatur, iuris communis diſpoſitione nituntur numer.11. fol.61
Vide in verb.depoſitum, viſitatio.

CARDINALIS Legatus Procõſuli, Legatus tantùm, ſed non Cardinalis Præſidi æquiparantur, num. 31. fol.223.
Vide in verb.Clericus, Proconſul.

CASTRORVM, & murorum conſtructio & reparatio ad quem pertineat, contributio pro ea quo pacto faciẽda, ædificia priuata iuxta, vel ſupra muros Ciuitatis quando tollenda remiſſiuè nu.41. fol.63

Caſtri cuſtos, ſi illius exiſtat proditor, inimicos in arcem introducendo, qua veniat pœna plectendus, num. 7. fol. 83.
Vide in verb.Vniuerſitas.

CASIBVS nouis noua remedia adhibenda n.11. fol.48
Vide in verb.aſſenſus, conſuetudo.

CAVALLARII Regij, quorum munus eſt paſcua cuſtodire, & conſeruare, fori priuilegio gaudent, ſuntq. ſub iuriſdictione Regij Dohanerij numer. 48. & 49. fol.151.

Cauallarij ſupernumerarij, ſeù extraordinarij fieri poſſunt, & conſuetum eſt neceſſitate ſuadẽte, idq. per Imperatorum Conſtitutiones erat etiam definitum, qui etiam pœnas ſtatuerunt aduerſus eos, qui malè adminiſtrant nu.50.

Cauallarij ſunt milites equitantes ſecundum Io. de Plat. num. 52.

Cauallarij ſupernumerarij de iure gaudere non debent priuilegijs, quibus perfruuntur ordinarij; hinc infertur ad notab.deciſ.Sac.Conſ.nu.53. cum ſeq.
Vide in verb.paſcua.

CAVSA redacta ad non cauſam, res in priſtinam reuertitur naturam nu. 27. fol 44

Cauſa, & origo eſt attendenda nu.18. fol.155

Cauſa remota, mediata, & inualida non attenditur habita cauſa immediata valida nu.23. fol.201

Cauſa ceſſante non ceſſat effectus conſumatus, & quatenus eſt influxus de præterito nu.15. fol.213. & num. 23. fol.327

Cauſa neceſſaria eſt cauſa infirmitatis, & abſentiæ nu.7. fol.220.

Cauſa ſi exiſtat tempore actus geſti, & poſtea deficiat, non officit nu.22. fol.327

Cauſa finalis appellatur cauſa fiendi, quæ ſi ſit falſa, actum reddit irritum nu.14. fol.336

Cauſa inductiua, & productiua dignitatis, tractum habens ſucceſſiuum, ſi ceſſet, ceſſabit & dignitas; cum nedum ad inducendum, ſed conſeruandum requiratur nu. 35. fol.345

Cauſa duplex fiendi, & eſſendi earumq. diſcrimen n.37.

Cauſa infirmante ſuperueniente omnia priuilegia extinguuntur nu.38.
Vide in verb.citatio, decretum, dictio, demanium, diſpenſatio, legitimatio.

CAVTIO de non offendendo peti poteſt aduerſus offendentem num. 8. fol.3
Vide in verb.Prorex.

CESSIO, quæ fit poſſeſſori ex legis æquitate, non operatur contra cedentem nu.19. fol.238

Ceſſio bonorum, vide in verb. debitor.

CITATVS ſeruata forma ritus dicitur criminaliter citari propter periurij reatum, dicitur pariter cauſa criminalis, non ciuilis, & conſequenter citatus debet comparere de perſona nu.45.49.& 50. fol.231.cum ſeq.

Citari an debeant agnati, vel alij ſucceſſores ab inteſtato in legitimatione naturalium, vel ſpuriorum nu.2.cum ſeqq. fol.331
Vide in verb.diſpenſatio, legitimatio.

CIVES poſſunt compelli ad emendum frumentum pro neceſſaria militum alimonia nu.10. fol.33

Ciues poſſunt cogi ad emendum frumentum, vel aliud, quod Ciuitas habet paratum ad vendendum, vt minorem iacturam patiatur, idq. pluries practicatum in hac Ciuitate nu.12. cum ſeq.

Ciues inopiæ tempore cogi poſſunt ad proficiſcendum in Regiones longinquas pro emendo frumento, idq. fuit pluries in hac Ciuitate practicatum nu. 15.

Ciuis non poteſt à ſua Patria recedere, & aliò ad habitandum ſe conferre, niſi ſit licentiatus à Ciuitate, vel Patria nu.8. cum ſeq. fol.38

Ciues an poſſint cogi ad delinquentium perſequutionem remiſſiuè nu.57. fol.101

Ciuem pro conciue, vel poſſeſſorem pro alienis debitis nõ eſſe moleſtandos quomodo intelligatur, ſuper quo examinatur Luc.de Pen. traditio, & text. in l omne territorium C.de cenſ. & cenſit. explanatur num.11.& 14. fol.103.
Vide in verb.aqua, Baro, Ciuitas, conductor, functiones fiſcales, vſus.

CIVITAS inopiæ tempore ſicut Rex poteſt cogere Ciues ad emendum, & aſportandum frumentum, vel ad pecuniam mutuandam pro eo comparando. Ad quæ æqualiter cogendi erunt, & pauperes, & diuites, pro modo tamen facultatum, & ratio redditur nu.6. & 9. cum ſeqq. fol.32.cum ſeq.

Ciuitas penuriæ tempore poteſt capere animalia, naues, & alia frumenti aſportandi cauſa nu.16. fol.33

Ciuitas, ſicut Fiſcus poſſunt inopiæ tempore, vt minorem iacturam faciant, miſcere frumentum veius corruptũ cum nouo, illudnè inter Ciues, & ſubditos diſtribuere, idq. eſt conſonum l.1. C. de cond. in pub. horr. lib.10. quæ exactè declaratur nu.17. cum ſeqq.

Ciuitatis inordinata adminiſtratio, vt plurimum eſt penuriæ cauſa nu. 10.

Ciuitas nimiæ magnitudinis non benè poteſt cuſtodiri nu. 17. fol.39

Ciuitatis maiorem partem quatuor plateæ, ſiuè quarteria conſtituunt, eamq. repreſentant, necnon concludũt etiam reluctante platea populari, & ita per Regem Fridericum ſancitum, & per Collaterale Conſilium pariter decretum nu.13.& 15. fol.54

Ciuitatis maiore parte aliquid concludente, quilibet de populo reclamare poteſt, & ſuperiorem adire nu 14.

Ciuitatis ſedilia, ſiuè plateæ liberè congregari poſſunt abſque licentia nu. 16.

Ciuitas largò modo dicitur esse sub tyrannide, quando ciues non possunt libera voce defendere bonum publicum num.17.

Ciuitas si in Curia haberet procuratorem pro Ciuitatis, & Regni occurrentibus necessitatibus, remedium ex D. Authoris sententia præpotens esset ad vitandos tumultus, & dissidia, quæ oriri consueuerunt, dùm agitur de transmittendo Legatum ad Regem nu. 18.

Ciuitatem regi pro maiori parte per nobiles est à iure approbatum; sicut contraria consuetudo irrationabilis, & minimè seruanda nu.19. cum seq. fol.55

Ciuitatis in regimine plures debent esse nobiles, quàm populares nu. 22.

Ciuitatis interest per nobiles, & non per populares gubernari nu.23.

Ciuitas in generali parlamento non habet votum in donatione Regi facienda nu.33. fol.96

Ciuitas in suis venditionibus non fruitur priuilegio pacti addictionis in diem nu. 52. fol 128

Vide in verb. actus, ædificium, Annona, aqua, ciuis, Decurio, Legatus, Princeps.

CLAVSVLA sub indignatione nostra in literis Papæ, & Regis, quid importet nu.6. fol.53

Clausula Cancellariæ in assensu, vt nisi infra certũ tempus assecurationis iuramentum præstetur, assensus habeatur pro non præstito, operatur resolutionem contractus, idq. decisum in Sac. Cons. & confirmatum in Collaterali cum impositione perpetui silentij numer. 16. fol.94.

Clausula iuribus nostris, & alienis semper saluis, prout illa feudi natura in aliquo non mutata, intelliguntur præter quam in expressis nu.5. fol.193

Clausula decreti annullatiua ipso iure annullat num. 3. fol.235.

Clausulæ appositæ in obligatione bonorum feudalium facta cum assensu, vtpotè cum potestate capiendi, vendendi, & alienandi quid operentur nu. 14. fol.300

Vide in verb. creditor.

CLERICORVM domus ab hospitandi onere sunt penitus exemptæ nu.14. fol.27

Clericus si de pecunia Ecclesiæ ædificet in solo patrimoniali, an solum cedat ædificio fauore Ecclesiæ nu. 13. fol.46.

Clerici, cæteriq. immunitatis priuilegio fruentes contribuere tenentur ad extructionem, vel refectionem murorum, pontium, & viarum; sed non ex vi legis laicorum, sed ex vi rationis nu.40. fol.63. compellendi tamen sunt à suis Iudicibus nu.62. fol.101

Clericorum bona donata ad titulum patrimonij, item Hospitalium, Confraternitatum, & similium, quomodo sint exempta à collectis, seù functionibus fiscalibus, remissiuè nu.8. fol.106

Clericus etiam beneficiatus, & Cardinalis an succedant in feudo remissiuè nu. 8. fol.213

Clerici primæ tonsuræ in Regno non succedunt in feudo num.10.

Clerici, Episcopi, & Cardinales extra Regnum succedũt in feudis num. 11.

Clericus in feudo succedit, si re integra ante introductã feudi quæstionem habitum dimiserit nu.13.

Clericus non videtur assumpsisse habitum, si statim post patris obitum illum dimiserit nu.22. fol.215

Clericus propter periurij reatum amittit priuilegiũ cap. Odoardus, & potest pro debito ciuili in carcerem coniici, & idem ius obtinet, si fuerit incusata obligatio contra eum, cùm hoc casu etiam periurium incurratur nu.46. & 47. fol.231

Clericus, seù Monasterium an feudo succedat, seruiendo per substitutum, & quid in iure hypothecæ, optimè enucleatur, & præ cæteris punctualis Capyc. decisio recensetur nu.3. & 4. fol.233

Clericos, Monasteria, & his similia posse per Superiores habilitari ad feudorum possessionem, consuetudine potest vtique induci nu. 6.

Clericorum numerus, qui præter modũ creuit in Regno, debet per Superiorem Ecclesiasticũ moderari ratione fraudis euitandæ, quo circa Illustrissimi, & amplissimi Cardin. Arigon. legitima refertur prouisio nu. 10. fol.352.

Vide in verb. ædificium, Baro, bona, Consilium Collaterale, Dominus, Legatum, Officialis, priuilegium, vita, & militia.

COLLECTA, seù tributum certæ quantitatis, in quo Regnum, seù Terræ taxantur in vniuersum, solui debet integrè, nulla habita ratione diminutionis focularium, idq. procedit in donatiuis, quæ licet exigantur iuxta taxam focularium, hoc fit ad faciliorem exactionis modum num.13.14.15.19.20.21. & 22. fol.103. cum seq.

Collectæ, quæ soluebantur ante impositionem functionum fiscalium, quo tempore fuerunt in Regno introductæ nu.10. & 11. fol.105

Vide in verb. clericus, priuilegium, & Vniuersitas.

COLLEGIA Artium etsi proprios Iudices habeant, tamen possunt conuenire coram Potestate numer. 17. fol. 36.

COMES, vide in verb. Baro, Magna Curia, vir.

COMMERCII verbum quid importet nu. 33. fol. 180. il 1.

COMMISSARII vulgò dicti de redemptione, alij pro extirpatione locustarum, alij ad capiendas informationes delictorum, quomodo destinentur, & à quibus salarium consequi debeant, remissiuè nu.6. fol.322

CONCESSIO vniuersalis futuras includit accessiones, ad quod adducitur lex si seruitus ff. de seruit. vrban. præd. quæ habet locum etiam in priuilegijs ex Iserniæ sententia nu.37. cum seqq. fol.14

Concessio quælibet regulatur ab intellectu iuris num. 26. fol. 70.

Concessio fieri non potest, nec intelligitur facta alia lege, quàm sit penes concedentem nu.19. fol.155

Concedens intelligitur concedere, quod est suum, eiusq. tantùm vsui deputatum, & non, quod est in vsus, & publicas necessitates destinatum nu.19. cum seq.

Concessiones Imperatorum intelliguntur respectu iuris, quod habent nu.38. fol.363

Concessiones ab Imperatore, vel à Papa factæ in derogationem iuris alterius alio non dicto, intelliguntur, quando ex illis non infertur magnum præiudicium, nec vsus tollitur, qui de iure communi, & gentium competit secundum punctualem Luc. de Pen. traditionem nu.40. & 41.

Vide in verb. alienatio, aqua, assensus, extractio.

CONDITIO impossibilis, vel reijcitur, vel habetur pro impleta nu. 9. fol.236

Vide in verb. actus.

CONDVCTOR alicuius Terræ ad longum tempus cum assensu, efficitur & Dominus, & ciuis nu.10. fol.66

Cõductor Terræ Baronalis quæ, & qualia seruitia ex huiusmodi contractu consequatur remissiuè nu.15.

Conductores nauium, equorum, & aliorum in bello amissorum secundum opinionem frequentioribus suffragijs receptam non tenentur ad damnorum refectionem, quando Domini voluntariè locauerunt, aliàs si contra voluntatem, debet damnum resarciri à mandante n.44. & 45. fol.364

Vide in verb. Baro, fiscus, liber rationis, oblatio, via.

CONFESSIO facta inter personas aliàs contrahere prohibitas nullius est ponderis nu.8. fol.342

CONFIRMATIO est nulla, si confirmabile est nullum, idq. cumulatè exornatur, & declaratur num.19. cum seqq. fol.337

Vide in verb. consuetudo, feudatarius in fin. feudum.

CONSILIVM Collaterale defuncto Prorege facultatem habet concedendi assensum, quia in omnibus Proregis personam repræsentat nu.1. fol.217

Consilium Collaterale mortuo Prorege quomodo congregetur pro expediendis negotijs ad iustitiam, aut ad generalem Regni gubernationem pertinentibus, item pro negotijs status, & belli, & qui mos seruetur circa honorum prælationes, tàm in Consilio, quàm extra inter Consiliarios Collaterales, Togatos, Magnates, seù Titulatos, & alios titulo carentes, item habentes vnum ex septem officijs Regni, & quid si inter Magnates adsit vnus de sanguine Regio, recensentur decisiones aliàs factæ in similibus controuersijs nu. 4. cum seqq. fol.217. & 218.

Cõsilium Collaterale quam iurisdictionem habeat, & eius Regentes an sint Iudices ordinarij, an verò Proregis Assessores remissiuè nu. 10 fol.218. & fusè num. 17. fol.368.

Consilium Collaterale non potest declarare, vel limitare leges inconsulto Principe nu.11. fol.315

Consilium Collaterale in concernentibus iustitiam habet omnimodam iurisdictionem, vltra multa alia inducta per capitula huic Ciuitati concessa, quæ recensentur nu.11. fol.367. & de plenitudine potestatis Cancellariæ nu.18. fol.368

Consilium Collaterale est tribunal supremum erectum cum certo Regentium numero, cuius tribunalis Prorex est caput, & in eo negotia omnia terminantur per maiorem votorum partem nu.12. cum seq. fol.367

Consilium quomodo diffiniatur ab Isern. nu.23. fol.228

Consilium aliud est, & aliud militia, sicut aliud Consiliarij, & alij milites nu.36. fol.230

Consilij Collateralis Regentes in concernẽtibus iustitiam habent votum decisiuum; in cæteris verò consultiuum nu.7. fol.218. & nu.16. fol.368

Consilij Collateralis Regentes in omnibus interueniunt negotijs, tàm iustitiam, gubernationem, & patrimonium, quàm statum, & bellum concernentibus; cæteri verò Collaterales non possunt, nec debent interesse, nisi in tangentibus bellum, & statum nu.14. fol.367

Consiliarij Collaterales Curiales dicuntur, quia in Curia Regis, & penes Regem assistere debent, à qua recedere non possunt absque speciali licentia nu.2. & 3. fol.226

Consiliarij Collaterales, qui durante officio se obligauerũt seruata forma ritus, non possunt declinare forum, quod non procedit in clerico, & ratio affertur, nisi dolo, & fraude clericatum assumpsisset nu.16. fol.228

Consiliarij Collaterales in quo differant ab alijs nu.22.

Consiliarij Collaterales, qui sint, & in quibus versetur eorum officium nu.24. & 35. fol.228. & 230

Consiliarij Collaterales non iudicant, sed in Collaterali assistunt, dùm res bellica tractatur, & eorum vota sunt consultiua, non decisiua, nec vllam aliam habent iurisdictionem nu. 25. fol.229

Consiliarij Collaterales non sunt milites, sed viri militares nu.30. fol.230

Consiliarij Collaterales sunt pars corporis Principis nu. 20. fol.369

Vide in verb. appellatio, assensus, aula, Mag. Cur. Officialis, Prorex.

CONSTITVTIO prædicta quò ad beneficium reuocationis habet locum tàm in venditore, quàm in emptore, & sic est vsu forensi receptum contra Frecc. & Ann. cuius occasione per D. Authorem traditur verus, & germanus intellectus d. const. it. num. 31. & 32. fol.179. il 1. & nu.11. fol.300

Constitutio præfata habet locum etiam in promissione de vendendo, & pariter in promissione de emendo, & in hoc secundo capite sic fuit aliàs decisum per Sacr. Cons. nu.34. fol.180. il 1. & nu.12. fol.300

Constitutionis prædictæ beneficium circa reuocationem an detur post preces Regi porrectas, & pendente consultatione, si assensus sit præstandus, & de materia reuocationis factæ, remissiuè num. 28 fol. 182. & quod non habeat locum, fuit decisum in Collat. Consil. nu.2. fol.281.

Constitutio prædicta declaratur, quomodo procedat in feudis mixtis nu.25. fol.201

Constitutio de qua supra, non procedit, quando feudum alienatur, & Dominus tenetur assentire: nam tunc assensus habetur pro præstito, & sic cessat reuocatio nu. 33. fol.202

Constitutio iam iam memorata habet locum, etiam aduersus fiscum nu.13. fol.258

Constitutio hæc eadem dum prohibuit quamcumque alienationem, censetur prohibuisse institutionem hæredis extranei absque assensu, siue legatum, quia alienationes dicuntur secundum Afflict. nu.18. fol.259

Constitutionis antedictæ beneficium quò ad reuocationem cessat, si Dominus præueniat vasallum in auocatione feudi absque assensu alienati, & est litem contestatus nu.4. fol.281

Constitut. de qua iam facta est mentio, habet locum etiam in pacto de non petendo nu.13. fol.300

Vide in verb. dos, emptio, feudatarius, officium.

Constitutio Regni excludens fœminas à successione extãneis masculis, cum loquatur de filiabus, non porrigetur vltra casum, & sic non habebit locum in nepte ex filio nu.41. fol.312

CONSVETVDO mala non confirmatur ex longo tempore nu.50. fol.15

Consuetudo erronea non protrahitur ad alios, cum quibus non fuit iudicatum nu 51.

Consuetudo, vt Decuriones, vel alij Officiates præsentes eligant successores in officio non confirmata Superioris authoritate, vel ab vniuersitate nullius est roboris, & contraria Rouiti opinio refellitur, eiusq. locis respondetur nu.5. cum seq. fol.35

Consuetudo Dominorum Lombardiæ constituentium in eorum Ciuitatibus exploratores, vt sciant, qua causa forenses eorum Ciuitates ingrediantur, est iusta nu.16. fol.39.

Consuetudo laudabilis, per quam nobiles tantum assumuntur ad ciuitatis regimen exclusis popularibus numer.21. fol.55

Conſuetudo dandi rem in feudum, vel eam tenendi in demanium, inducitur ſpatio triginta annorum nu. 39. fol.72.

Conſuetudo irrationabilis non eſt ſeruanda, numer. 27. fol.96.

Conſuetudo contrahendi cum pretio conuento ſoluendo infra certum tempus, & interim conuenitur de certo intereſſe, etiam quod fructus excedat, eſt ſanè valida, quo circa declaratur ſententia Caſtrenſ. & pulchra deciſ. Genuenſ. refertur nu. 71. cum ſeqq. fol.131

Conſuetudo dandi ſemel in anno veſtitum remigibus, vulgò dictis, forzatis, vnde ſumpta nu.28. fol.149

Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, num. 27. fol.344.

Vide in verb. bannitus, bona, ciuitas, demanium, lex, mercatus, Perceptor.

Conſuetudo Neapolitana excludit ſorores à ſucceſſione fratrum, ſi dotatæ ſint de bonis paternis, vel maternis, & ſic diſtinguitur à conſtit. & Pragm. Reg. & ita deciſum nu.6. fol.307

Conſuetudo præfata habet locum in bonis ſitis in diſtrictu, & territorio Ciuitatis; in cæteris verò extra diſtrictum proceduni Conſtitutiones Regni, quo circa ſubijcitur notabilis diſtinctio, an conſuetudo loquatur de bonis, vel de perſonis nu.7.

Conſuetudo de qua ſupra, habet locum in dote, vbicumque ſit dos etiam extra diſtrictum, quia eſt ius vniuerſale, & nomen iuris, & conſuetudo extenditur ad iura, & actiones, & ita aliàs deciſum nu.8. & 9.

Conſuetudo Neapolitana diſponens, vt de bonis antiquis non poſſit quis diſponere vltra medietatem, & ſi fuerit fœmina. filios habens, de decima parte, habet locum etiam in fructibus bonorum antiquorum numer. 15. fol.308.

Conſuetudines Neapolitanæ habent tantum locum in vltima voluntate, non autem in diſpoſitione inter vinos, hinc infertur ad vnum notabile obſeruatione dignum, ſuper quo nil firmitatis habent conſiderata per Gaſpar. de Leo nu.19. & 20. fol.309

Conſuetudo Capuani, & Nidi diſtinguitur à conſuetudine Ciuitatis nu.23. cum ſeqq.

Conſuetudo moris Magnatum idem continet, quod ius commune nu. 24.

CONSVLES ſunt illuſtres nu. 29. fol.223

CONTRAHENTIBVS licitum eſt ſe inuicem decipere, ſed fallit in Iudice diſtrahente rem nomine debitoris, niſi modica eſſet læſio nu.7. & 14. fol.125

Contrahens cum aliquo ſcire debet illius conditionem, quo caſu ignorantia facti alieni non excuſat, quia non eſt probabilis nu.23. fol.296

Contractus perpetuò prohibiti propter intereſſe partium, ſi fiant cum reſeruatione diſpenſationis impetrandæ, erunt vtique nulli, in tantum, vt diſpenſatio ſuperueniens neutiquam ſuffragetur, aut iuuet nu.15. fol.336

Vide in verb. clauſula, homo, læſio, pactum.

CONTRIBVTIO ab alijs illi vniuerſitati facienda, quæ actuali hoſpitandi onere præmitur, eiusq. practica vnde deſumpta nu.2. fol.26

Contributio non conceditur pro hoſpitio per tranſitum unum.3.

Contributio facienda eſt à Terris mediterraneis pro militum hoſpitio, quod Terræ maritimæ ſuſtinent, cuius ratio qualiter habenda nu.29. fol.29

Contributio non eſt præſtanda pro omnibus neceſſarijs militum victui, ſed pro rebus dumtaxat, quas vniuerſitates viliori pretio præſtare debent num.30. cum ſeq.

Contributio pro quolibet milite ſingulis diebus quanta nu. 36. fol.30

Vide in verb. Camera reſeruata, caſtrum, clericus, hæres, hoſpitium, impoſitio.

CONTVMACIA an adimat priuilegium nominandi Iudicem in locis demanialibus, Collateralis Conſilij deciſio, eiusq. ratio refertur nu.7. & 8. fol.7

Vide in verb. bannum, Baro, deportatio, Dominus, mandatum pœnale, receptator.

CONVENTIO de ſoluendo certo intereſſe pendente dilatione data ad ſoluendum pretium, eſt valida iuxta Doctorum ſententiam frequentioribus ſuffragijs receptam, quæ ampliatur, etiam ſi intereſſe conuentum rei fructus excedat, ad cuius corroborationem elegans doctrina Caſtrenſ. adducitur, & notab. ratio aſſignatur nu.68. 69. & 70. fol.130. cum ſeq.

Conuentio certi intereſſe rei ſterilis, ex qua fructus aliquis non percipitur, valet nu.75. fol.131

CREDITOR hypothecarius ob ſuum intereſſe poteſt impedire deuaſtationem domus ſui debitoris delinquentis, quæ aliàs ob delicti atrocitatem veniret demolienda, & ita aliàs iudicatum nu. 36. fol.6

Creditor non habens ſucceſſorem in feudo ſtante clauſula in aſſenſu apponi ſolita vigore Pragm. quatenus habet ſucceſſorem, an poſſit cedere creditum ſuum, etiam cum hypotheca contractum ſuper bonis feudalibus. D. Author in hac quæſtione ſubſtinet opinionem negatiuam aduerſus Lanarium propter expreſſam clauſulam in omnibus aſſenſibus apponi conſuetam, ſiue ſuper contractu dominij translatiuo, ſiuè ſuper hypotheca tantum quamuis non neget, Pragmat. ſancitam fuiſſe propter deuolutionem, quæ in dominio, & non in hypotheca conſideratur nu.1.2. & 3. fol.212

Creditor habens hypothecam ſuper feudalibus cum aſſenſu expedito per verbum fiat, ſi illius virtute exigat creditum, an teneatur reſtituere pecuniam exactam poſterioribus creditoribus habentibus aſſenſum priuilegio vallatum in forma Cancellariæ, ſi ipſe aliter infra tempus non redegit ſuum aſſenſum in formam prædictam. In hoc arduo, & perplexo iuris articulo primo loco refertur deciſio Sac. Conſ. pro poſterioribus creditoribus, quam poſtea D. Author reuocat in dubium, & demum confutatis contrarijs, illam adeò exquiſitis rationibus, & argumentis confirmat, vt nemo non intelligat, ſummam eſſe in eo ingenij aciem nu.5. cum ſeqq. fol.235

Creditores defuncti etiam in actione perſonali vigore ſeparationis præferuntur creditoribus hypothecarijs hæredis nu.22. fol.286

Creditor non poteſt vendere bona debitoris illo priùs nõ requiſito, niſi vigore pacti ſpecialis nu. 24. fol.302

Vide in verb. debitor, fraus.

CVRIALES officia gerentes penes Principem, fori declinatoria non gaudent, dùm extra curiam contrahunt, & de negotijs ipſorum priuatis conueniuntur, nu.17. fol.228

Vide in verb. Conſilium Collaterale, iuriſdictio, magna curia, miles.

CVRRIBVS, qui vulgò carrociæ dicuntur, vehi licet tantùm illis, qui in dignitate, & honore conſtituti ſunt, plebeis autem, & mechanicam artem exercentibus nequaquam, nullo modo nu.21. fol.353

Currus, lectica, & ſedes, quæ ad manus deferuntur, non ſunt

ſunt quid nouum, ſed antiquiſſimis temporibus erant etiam in vſu nu. 23.
Currus quàm ſint Reipubl. pernicioſi, & quæ mala pariant, remiſſiuè nu. 24.

D

DATIO ad libellum quid importet, numer. 13. *fol.* 250.
DEBITOR fiſcalis contumax in non ſoluendo, non gaudet beneficio ceſſionis bonorum in fiſci damnum num. 17. *fol.* 148
Debitor poteſt non acquirere, & in acquirendo facere conditionem ſui creditoris deteriorem nu. 23. *fol.* 286
Vide in verb. creditor, decurio, miniſter.
DECLARATIONIS natura eſt declarare facta dubia præcedētia, aliàs non eſſet propriè declaratio, ſed importaret nouam diſpoſitionem nu. 23. *fol.* 215
Declaratio importans reuocationem gratiæ, aut legis factæ, non præiudicat, quia intelligitur Papa, aut Princeps circumuentus nu. 12. *fol.* 42. *& nu.* 12. *fol.* 335
DECRETVM, prout ſententia irrita fiunt ex cauſa in illis expreſſa manifeſtum iuris errorem continente, nu. 8. *fol.* 335
Vide in verb. clauſula, homo, numeratio.
DECVRIONES Ciuitatis ex dignioribus, ac ditioribus eligendi nu. 2. *fol.* 35
Decuriones munus ſibi delatum abſque pœna reſpuere nequeunt nu 3.
Decuriones eligi nequeunt Ciuitatis debitores num. 13. *fol.* 36.
Decuriones abſque Regis aſſenſu minimè valent mutuare frumentum, oleum, aut quid aliud pro Ciuitatis annona reſeruatum, nec pecuniam ſub vſuris accipere, nec aliud ſimile facere nu. 26. *fol.* 37
Decuriones primitus exequebantur ſpectantia ad politiam Ciuitatis ex Capit. Regis Ferdinādi Primi, quod poſtea fuit immutatum nu. 3. *fol.* 50
Decurionibus poteſt à Ciuitate limitari poteſtas, tempore tamen electionis ad decurionatum, & non poſt electionem nu. 18. *cum ſeq. fol.* 51
Vide in verb. Annona, conſuetudo, Officialis, Prorex.
DELEGATVS Principis eſt maior quolibet Ordinario, quia Principis perſonā repreſentat n. 11. *fol.* 221
Delegationes particulares an & quando fieri poſſint in præiudicium Iudicum ordinariorum n. 1. *fol.* 366
Delegatio facta in cauſis Sedilium vti legitima defenditur nu. 2.
Delegationes maxima cauſa non vrgente fieri non debent nu. 4.
Delegationes huiuſcemodi vltra iuris communis ſanctionem expreſsè prohibitæ ſunt per Capitula huic Ciuitati conceſſa, quæ ad literam ſubiiciuntur n. 10. *fol* 367
DELICTVM ſit grauius ex loci qualitate, & affertur exemplum in eo, qui alapa percuſſit in Palatio Papæ, & fuit furca ſuſpenſus, item in alio, qui ſimile facinus patrauit in Palatio Proregis, & manus amputatione fuit punitus nu. 16. *&* 17. *fol.* 9
Delictum iudicatur quoque grauius ex qualitate perſonæ, quæ iniuriam paſſa eſt, recenſetur exemplum de quodam, qui alapa percuſſit, & ex qualitate perſonæ percuſſæ fuit furca ſuſpenſus nu. 18.
Delicti non iure communi, ſed ſtatutario, vel Principis conſtitutione, ex quibus ex non delicto fit delictum, cognitio pertinet ad Iudicem ordinarium, vel Baronem delinquentis, cuius traditionis irrefragabilis aſſignatur ratio, ex qua Menoch. & Surd. notantur, eorumq. ratio exploditur num. 29. 30. *&* 42. *cum ſeqq. fol* 13 *cum ſeqq.*
Delictorum cognitio Baroni conceſſa includit quæ ex nō delictis fiunt delicta in ſua iuriſdictione patrata ex vi conceſſionis delictorum cognitionem vniuerſaliter ei tribuentis nu 35. *cum ſeq.*
Delicti iure communi, quod ex Principis conſtitutione eſt effectum non delictum, cognitio Baroni adimitur, num. 36. *fol.* 14
Delicti ex non delicto cognitio poteſt Principis conſtitutione Baroni expreſſim prohiberi nu. 40 *&* 43. *fol.* 20
Vide in verb. adnotatio bonorum, ædificium, captura, creditor, foriudicatio, læſæ maieſtatis crimen, mulier, Princeps.
DELINQVENTIS domus ob delicti enormitatem Superioris mandato diruitur, idq. in facti contingentia fuit pluries obſeruatum nu 35. *fol.* 6
Delinquens in imaginem B. Virginis, vel contumelias inferendo, vel lapides in eam proijciendo, vel eam percutiendo, qualiter puniendus nu. 20. *fol.* 9
Vide in verb. adnotatio bonorum, auxilium, depoſitum, foriudicatio, pax, receptator.
DEMANIA quæ mala pariant, remiſſiuè numer. 16. *fol.* 323.
Demania conſueta in Regno fieri, quo iure fundentur, nu. 1. *fol.* 325
Demania ſunt introducta contra ius ſecundum Camer. num. 3.
Demania introducta ſunt de inueterata conſuetudine ſecundum Regnicolarum opinionem, quam D. Author non admittit, & ideò ſuam affert opinionem, atque ſententiam nu. 8. *fol.* 326
Demanij reuocatio quando intentari poſſit ex cauſa ceſſante nu. 24. *fol.* 328
Demanium præſcribitur ſpatio triginta annorum, numer. 25.
Vide in verb conſuetudo, Dominus, Feudatarius, Vniuerſitas.
DEPORTATIONE non extinguitur nominandi, ſiuè eligendi facultas nu. 10. *fol.* 7
Deportatus amittit, qua ſunt iuris ciuilis, contumax verò ſecus nu. 12.
DEPOSITA fieri conſueta in triremibus facinoroſorū, ac vilium hominum in Magna Curia detentorum nō eſſe nouam prouiſionem, ſed legitimum, ac iuſtum ortum ducere optimis, ac veris rationibus concludit D. Author (quem meritò illuſtriſſimum, doctiſſimum, ac eruditiſſimum appellauit Menoch. in conſ. 1174.) *nu.* 51. 54 *&* 55. *fol.* 100. *cum ſeq.*
DESCRIPTIO bonorum eatenus eſt prohibita, quatenus importat ſpeciem incorporationis, vt eſt depingere arma fiſcalia, & ſimilia denotantia poſſeſſionem, aut dominium, ſed quid de ſigillatione capſarum, & oſtiorum nu. 47 *&* 48. *fol.* 138
Vide in verb. fiſcus.
DEVS eſt ſcrutator cordium, ipſe intelligit, & reddit vnicuique ſecundum opera ſua nu. 39. *fol.* 150
DICTIO, ex, importat cauſam immediatam, & proximam nu. 35. *fol.* 118
Dictio, ſed, eſt aduerſatiua ſimilibus, hinc ſi ponatur poſt orationem negatiuam affirmabit, & è contra num. 45. *fol.* 119.
Dictio taxatiua deſignat perſonalitatem, hinc D. Author verus iuris alumnus, & ex cuius ſcrinio pectoris leges

ges ipſæ dimanare videntur, rectè in dubium reuocat traditiones Bart. in l ſtipulatio iſta ff. de verbor. oblig. & Bald. in l. fin. C. de act. empt. dùm voluerunt, hæredem non poſſe ex proprio iure agere, etiam quod promiſſio defuncti fuerit cum clauſula taxatiua à ſe tantum nu. 31. & 32. fol. 137

Diſtio, cæteris idem prorſus ſubſtantia, & qualitate implicat, & refert, licet diuerſum ſpecie, & numero nu. 31. fol. 230

Diſtio, quia importat cauſam finalem n. 14. fol. 336

DIGNITATI iniuriam fieri leges dixere, cum ad eam minus idonei promouentur nu. 13. fol. 79

Dignitatis, & honoris augmentum non ambitione, vel pecunia, ſed labore, & merito comparandum nu. 31. fol. 90.

Dignitate cum turpitudinis nota deſtituẽdus eſt, qui eam fuit pecunia adeptus nu 32.

Dignitatem habens cum adminiſtratione præfertur aliis eandem habentibus abſque adminiſtratione num. 29. fol. 344.

Dignitas cohærens perſonæ, nec cum patre communicatur nu. 32.

Dignitate ceſſante ceſſabit illius occaſione conceſſum nu. 42. fol. 346

Dignitatem titulorum vendi in Regno eſt vtique vſurpatum nu. 4. fol. 352

Dignitas titulorum negotiatoribus, atque ſimilibus concedi nequaquam debet nu. 5.

Vide in verb. Baro, cauſa, infamis, Officialis, Princeps, Prorex, Rex, Titulatus, vidua.

DII ATIO conceſſa ad expediendum priuilegium ſuper aſſenſu quid importet, & quare fuit petita num. 8. fol. 236.

DISPENSATIO requirit citationem partis intereſſe prætendentis n 5. fol. 332

Diſpenſatio requirit cauſam, quæ ſi ſit falſa, vel inſufficiens exprimatur, vtique vitiat nu. 9. fol. 335

Diſpenſatio abſque cauſæ cognitione eſt nulla nu. 10.

Vide in verb contractus, Dominus.

DOCTORES ſupernumerarij, ſeù extraordinarij Collegij Neapolitani, in quo magnus Cancellarius habet ordinariam iuriſdictionem, non gaudẽt priuilegijs, quibus perfruuntur Ordinarij de Collegio, & ita deciſum num. 54. fol. 151

Doctor Lector electus, licet ſit electa induſtria perſonæ, poteſt ex cauſa infirmitatis alium loco ſui ſubſtituere, & eſt communis opinio nu 8. & 9. fol. 220

Vide in verb. priuilegium.

DOHANA Menepecudum Apuleæ, per quam locantur territoria, & paſcua ad vſum pecudum, cæterorumq. animalium, non eſt quid nouum, omnesq. ipſius inſtructiones ſunt per Imperatorum Cõſtitutiones diffinitæ nu. 46. fol. 151

Dohanerius Regius habet merum, & mixtum imperium ſuper omnes Dohanæ ſubditos, & quomodocumque illam inſequẽtes, quinimò iudicatum eſt habere iuriſdictionem, etiam contra Neapolitanos nu. 49. & 50.

Dohanerius Regius habet intentionem fundatam contra deſcriptos aliquo tempore in eius libris, vt dicantur obnoxia tàm animalia ad paſcua fumenda, & debitam penſionem ſoluendam in poſterum, quàm territoria, quæ Regia Curia capit à particularibus Dominis pro ſubſtentatione pecudum, & animalium, idq. etiam erat per Conſtitution. Imperatorum diffinitum numer. 55.

Dohana Regia initium ducit antiquum à tempore Romanorum nu. 56.

Vide in verb. Cauallarius, paſcua.

DOLO facere nullus videtur, qui iure ſuo vtitur, quia iuris executio non habet iniuriam n. 24. fol. 260

Vide in verb. fiſcus.

DOMICILIVM amittitur habitatione interdicta num. 10. fol. 38

Domicilium vnum altero principalius quis habere poteſt num. 11.

Domicilij onera in principaliori ſuſtinenda, in æqualibus verò diuidenda nu. 12.

Domicilium originis tanquam naturale, & immutabile cæteris potentius nu. 13.

Domicilij forum tripliciter quis ſortiri poteſt nu. 14.

DOMINII directi ſi fiat translatio, adeò eſt receſſum à natura feudorum ſecundum Bald. vt dicatur initus alius contractus, vtpote innominatus nu. 20. fol. 200

Dominium poteſt in hæredem transferri ſuſpenſiuè num. 26. fol. 201

Dominium feudi, donec ſucceſſor clericus deliberat circa dimiſſionem habitus, penes quem reſidebit, ſi in ſuſpenſo ſtare non poteſt nu. 19. fol. 214

Dominium poteſt transferri ſuſpenſiuè, & demùm trahi, & retransferri ad ſua principia attractiua numer. 25. fol. 215.

Dominij reſeruatio eſt vtique valida, quando eſt temporalis ad effectum ſolutionis pretij, ſecus ſi ſit perpetua nu. 16. fol. 264

Dominij probatio an requiratur in iudicio aſſiſtentiæ fiſcè nu. 27. fol. 303

Dominium inueſtitura, & ſucceſſione acquiritur, non ſic poſſeſſio nu. 26. fol. 344

Vide in verb deſcriptio bonorum, pactum.

DOMINVS poteſt ſuggerente cauſa exteros omnes ab eius Terra eũcere nu. 3. fol. 38

Dominus directus poteſt Caſtrum, vel fortelitium etiam clericorum, & illis inutis cuſtodire, atque defendere, nu. 29. fol. 62

Dominus vtilis feudi non tenetur ad ſumptus, quos directus erogat in extruendo, vel reficiendo fortelitio, ſed tanquam vnus de populo contribuere debet numer. 30.

Dominus non poteſt de iure communi feudorum compellere agnatum ſupremi poſſeſſoris pro inueſtituræ renouatione. Agnatus verò Dominum conuenire poteſt num. 9. fol. 69. quæ tamen reuocatur in dubium, vt infra videbis in ſumm. ab hinc 3.

Dominus intelligitur concedere feudum cum ſua natura, & conſequenter promittere ſubinfeudationem, & ſic in ſubfeudatarium conſentire, cum de natura feudorum ſit, vt feudatarius poſſit ſubinfeudare num. 19. & 25. fol. 70

Domini non intereſt habere magis ſuum, quàm alienum vaſallum, ſi ſubinfeudatus teneat feudum, vt primus infeudatus, ex ſententia Præpoſit & Aluarot. quæ tamen confutatur nu. 24. & 25.

Dominus ob lineam finitam feudum ſibi deuolutum non tenetur ſecundum leges feudorum alteri concedere agnato deficiente, qui cum extraneo concurrat, penitus exploſa Bald. ſententia contrarium affirmantis, quinimò ex ſententia grauiſſimorum Doctorum, & præſertim noſtri, (cui omnia ſuppetunt, quæ conſequi ingenio, aut vſu homines, aut diligentia poſſunt,) idem concludendum eſt, vt nec agnatis concedere, eosq.

eosq. de nouo inueſtire teneatur, & ad Bart. doctrinã in l.1.§.permittitur ff.de aqu.quot. & æſtiu. quæ contrarium ſuadere videtur, affertur reſponſum, vt procedat in inueſtitura confirmatoria, vel in concurſu agnati, & extranei, cum Dominus vult inueſtire, ſecus ſi velit pro ſe retinere, cum hoc caſu non ſit conſiderabilis iniuriæ ratio, quem etiam intellectum aliqui attulerunt verbis Bald. vt eum ſaluarent ab aliorum impugnationibus num. 29. vſque ad 37. fol. 71. cum ſeqq.

Dominus non poteſt facere compoſitionem ſubiectionis, vel tranſactionis non conſentientibus ſubditis, ſi aliquod intereſſe ipſos tangat nu.29. & 32. fol.96

Dominus facta inueſtitura tenetur tradere, & non liberatur ſoluendo intereſſe nu. 21. fol.143

Dominus in caſu euictionis tenetur ad tradendum aliud feudum eiuſdem æſtimationis nu.22.

Domino inueſtiente, habet locum reg.l.cum vir ff.de vſucap.non autem vaſallo vendente feudum cum aſſenſu Domini, quia aſſentijt, vt de re vendentis, & non de re in futurum acquirenda nu. 26.

Domini vendentis in feudum intereſt, venditionem validari ratione intereſſe euictionis, quo caſu ius ſuperueniens validat contractum ſecundum Bart.communiter receptum nu. 37.

Dominus quando ſit à ſuis feudatarijs alendus num.29. fol.157.

Dominus directus poſt infeudationem factam non poteſt apponere legem, aut conditionem, vel detrahere authoritati Baronali nu. 11. fol.165

Dominus ob contumaciam feudatarij delinquentis capit poſſeſſionem iuriſdictionis feudi, ac prædictæ iuriſdictionis fructus tantùm, reliqui verò fructus ad feudatarium contumacem pertinent durante contumacia nu.18. fol.196

Dominus eſt, qui dat naturam feudis ſecundum leges inueſtiturarum, per quas omni feudorum naturæ derogatur nu.41. fol.203

Dominus ſimpliciter aſſentiendo, nunquam intelligitur ius ſuum concedere, immò ſciens feudum eſſe deuolutum, & aſſentiens diſpoſitioni feudatarij, iuri ſuo neutiquam facit præiudicium nu.16.fol.209. & num.17. 19. & 20. fol.302

Dominus non tenetur exprimere cauſam, quare non aſſentit nu.19. fol.209

Dominus ſcienter concedens feudum Clerico, vel fœminæ, intelligitur cum eis diſpenſare n.16. fol.214

Dominus rarò conſentit alienationi faciendæ per eum, qui ſucceſſore caret nu. 25. fol.274

Dominus licet non poſſit feudum alienare, poterit tamen illud obligare ſecundum Iſern.communiter receptum nu.16. fol.279

Domini aſſentientis eſt onus ſe informare de expoſitis, & de qualitate eius, in quem feudum transfertur nu. 20. fol.296.

Dominus aſſentiendo cenſetur inueſtire nouum acquirentem per donationem nu.21.

Dominus per lapſum anni à die ſcientiæ excluditur à prælatione, quam habet, dùm feudum per vaſallum alienatur nu.28.fol.297. & nu.5. fol.326

Dominus directus an poſſit vendere vaſallos ſuos de demanio inuitos nu. 4. fol.225

Dominus vtilis non habet prælationis ius, dùm Dominus directus vendit ſuum directum dominium numer. 9. fol.326.

Vide in verb. Agnatus, aſſenſus, conductor, conſtitut. conſtitutionem, electio, emphyteuſis, emptio, feudatarius, feudum, intereſſe, inueſtitura, mercator, prælatio, refutatio vaſallus.

DONATARIVS omnium bonorum quomodo habeatur loco hæredis nu. 12. fol.269

DONANS tenetur inquantum facere poteſt commodè, & honeſtè, ita quod non egeat ære alieno deducto, & in hoc non inſpicitur tempus donationis, ſeù conceſſionis, & obligationis, ſed exactionis, ſiuè petitionis nu.23. fol.156

Donatio remuneratoria non eſt cenſenda, quæ fit ob ſeruitia præſtita ex officij debito, vel ex alia antecedenti obligatione, etiam ſi exprimatur donari ob ſeruitia, ſed pura iudicanda nu. 24. & 26.

Donationes factæ Officialibus necnon militibus ſtipendiatis ob ſeruitia præſtita in eorum officijs nullo pacto dici debent remuneratoriæ nu. 28.

Donationes, diminutiones, remiſſiones, & cõceſſiones omnes ſunt nullæ, etiam factæ ex certa ſcientia in functionibus, cenſibus, vectigalibus, tributis, panibus, & redditibus ciuilibus nu 37. & 39. fol 158

Donationes factæ contemplatione matrimonij ſunt pro lege ſeruandæ, ſunt pars contractus matrimonij, ſine quibus matrimonium non eſſet contractum, ſunt pacta correſpectiua ad dotes, ſunt adeò firmæ, & irreuocabiles, vt nec mariti, nec filij poſſint mulieribus præiudicare, propter quod ſemper fuerunt annullatæ cautelæ factæ in præiudicium talium donationum, & ita fuit paſſim iudicatum nu. 21. fol.180.il 2.

Donatio ex nunc pro tunc ſequuta morte, & è contra, eſt pura, dominij, ac poſſeſſionis translatiua ex nunc, ſed executio tantùm differtur poſt mortem nu.2. fol.240

Donata vxori contẽplatione viri, erunt viri, & ſic è conuerſo, idq. procedit etiam in dubio nu.9.fol.342. & inſuper ampliatur, vt nu.12. & 14. fol.eod.cum ſeq.

Donatum Legatis contemplatione Principis, eidem donatum videtur nu. 10. fol.342

Vide in verb.aſcendens, Clericus, donatiuum, euictio, fraus, gabella, pactum, pater.

DONATIVVM voluntarium concluditur à maiori parte, eaq. minori præiudicat, & ratio affertur nu.18. fol.95.

Donatiuorum, & impoſitionum frequentia eſt multorum cauſa malorum nu. 42. fol.99

Donatiua quæ fiunt in generalibus parlamentis, an dicãtur voluntaria, remiſſiuè nu.37. fol.150

Vide in verb immunitas, læſio in fin. mandatum, Perceptor, Prorex, Vniuerſitas.

DOTIS cauſa præcipua eſt, & priuilegiata numer. 28. fol.167.

Dotis cauſa ſi fuerint bona feudalia obligata, an admittatur reuocatio vigore Conſtit.Reg.conſtitutionem diuæ memoriæ, antequam aſſenſus impetretur numer.2. fol. 175.

Dotis fauore hæres ratificare tenetur contractum factum per defunctum nu. 3.

Dotes, & dotaria, ſeù antefata cõſtitui poſſunt ſuper feudis abſque aſſenſu, dummodò matrimonia contrahantur de ſpeciali Regis licentia, & ita ſunt intelligenda Conſtitutiones, & Capitula Regni, & hoc iure vtimur, vt deficiente conſenſu in matrimonio, quando mulier non eſt Neapolitana, tàm pro dote, quàm pro dotario aſſenſus petatur pro obligatione bonorum feudalium nu.1. & 2. fol.190

Dos de paragio regulariter non potest esse minus legitima, & in non maritata, vt nubat pari, potest ascendere vsque ad virilem, sicut è contra quando nubere potest pari cum dote à patre data, vel legata, potest esse dos minus legitima, quod maximè procedit in Magnatibus habentibus amplissimum patrimonium, quibus sufficit congruam conficere dotem, & si legitima minorem nu. 2. fol. 306

Dotis restitutio in quibus casibus fieri possit constante matrimonio nu. 27. fol. 338

Vide in verb. assensus, Consuetudo Neapolitana, filius in fin. interesse, mulier.

DOTARIVM an possit constitui in vltima voluntate super feudo absque assensu, sicut potest in contractu inter viuos nu. 22. fol. 259

Vide in verb. dos, filius, matrimonium.

DVPLA est de natura contractus emptionis, & venditionis, iccircò etiam non promissa debetur num. 11. fol. 115.

E

ECCLESIÆ immunitate gaudent, ne in illis fiant parlamenta, aut Congregationes laicorum num. 11. fol. 320.

Vide in verb. ædificium, alienatio, assensus, Clericus, emptio in princ. fiscus, lex. Regnum, Thesaurus, tutor, venditio, verba in fine.

ELIGENS, & nominans, quàm maximè differunt. Hac de re iura obstringentia nominatorem pro successore ab eo nominato qualiter sint intelligenda, traditur; necnon Bart. traditio in l. vnum ex familia §. si de falcidia de legat. 2. expenditur num. 7. cum duobus seqq. fol. 35.

Eligendi facultate concessa, electione secuta Dominus fecisse videtur, & quo ad hoc eligens erit nudus minister, qui facultatem à Domino datam deducit in exercitium nu. 50. fol. 205

Electio, vel iudicium à pluribus faciendum non potest fieri sine interuentu ad minus duarum partium eligere, vel iudicare debentium nu. 7. fol. 366

Vide in verb. deportatio.

EMPHYTEVSI, vel feudo deuolutis propter lineam finitam, Dominus supremi possessoris agnatis inuestituram renouare tenetur, alias diceretur facere iniuriam & posset appellari nu. 2. fol. 68. Limita tamen, quando Dominus vellet pro se retinere, & nemini concedere, quicquid Dec. dixerit nu. 38. fol. 72

EMPTVM de pecunia Ecclesiæ licet alieno nomine, est ipsius Ecclesiæ, eodem pariter priuilegio gaudent miles, pupillus, & fiscus nu. 14. fol. 46. & nu. 17. fol. 112

Emptores rerum fiscalium, vel Regis concessionarij habent exceptionem legis bene à Zenone C. de quadr. præscript. aduersus vendicantes res ab ipsis possessas salua actione veris Dominis agendi contra fiscum ad rei æstimationem infra quatriennium nu. 1. fol. 134

Emptor bonæ fidei de iure communi feudorũ potest agere contra venditorem, vt adimpleat, & cogere ad tradendum cum valido assensu nu. 27. fol. 144

Emptor rei feudalis absque assensu facta reuocatione iuxta formam Constit. Regni recuperat pretium, siue bona, siuè mala contraxerit fide; cæterùm quæstionis est, an possit etiam agere ad interesse D. Author perpẽsis doctr. Andr. in hoc articulo dicit, quod multum deseruiet bona, vel mala fides nu. 1. & 2. fol. 177. il 2.

Emptor rei feudalis in mala fide constituitur, si scienter contraxit super feudo, quo casu nullũ debetur interesse, licet promissum fuerit, vel cautum de euictione, sed quid in alienatione facta cum reseruatione Regij assensus nu. 4. & 5.

Emptor in possessione rei emptæ existens, si pretium soluat, Dominus efficitur absque noua rei traditione nu. 18. fol. 164

Emptor feudi dominium acquirit subiectum prælationi Domini, & sic reuocabiliter, intantùm quod succedente prælationis casu habetur, ac si nũquam emisset, quia omnia resoluuntur nu. 17. fol. 327

EPISCOPI antiquitus præcedebant Barones, & Comites, vt ex literis Regis Ferdinandi Primi, quarum tenor subijcitur, manifestè constat nu. 34. fol. 90

Episcopus ratione peccati euitãdi an possit prohibere prodigalia laicorum vestimenta, remissiuè n. 8. fol. 352

Vide in verb. Clericus, fiscus.

EVICTIO quid importet nu. 6. fol. 115

Euictio promissa à se absque dictione taxatiua tantùm, comprehendit hæredem, etiam venire volentem ex propria persona, secùs adiecta taxatiua, & hæc est frequentiùs recepta sententia num. 21. 25. & 26. fol. 136. cum seq.

Euictio promissa à se tantùm repellit promissorem etiam venire volentem ex iure alterius, quicquid tradiderit Bald. in suis consilijs, quod vt est dictum, non obtinet in eius hærede nu. 32 & 33. fol. 137

Euictio non debetur, quando succedit casus ex natura rei nu. 19. fol. 143

Euictio, quæ venit in donatione remuneratoria, intantùm debetur, inquantum si ob seruitia dabatur actio aduersus donatorem, quo circa recensentur decisiones aliàs factæ per quas decretum, & decisum fuit, non deberi euictionem rei concessæ ob seruitia, quando illa fuerũt præstita ex officij debito nu. 27. & 28. fol. 156

Vide in verb. actio, Dominus, fiscus.

EVIDENS vide in verb. expressum.

EXACTORES publici non possunt sine Principis licentia pecuniam exactam conuertere in florenos, vel florenos in pecuniam, & si de facto conuertant, & lucrũ exinde capiant, tenentur in foro conscientiæ ad restitutionem & cõtrariа Decij opinio refellitur, & remissiuè, quid in facti contingentia fuerit decisum, refertur nu. 2. 5. & 7. fol. 111

Vide in verb. Perceptor.

EXCEPTIO declarat regulam, & dicitur esse de regula, aliàs non esset bona exceptio nu. 12. fol. 272

Exceptio leg. bene à Zenone potest opponi tàm in vim dilatoriæ, quàm peremptoriæ, sicut exceptio quem de euictione tenet actio n. 2. fol. 134

Exceptio l. bene à Zenone non procedit, quando in priuilegio est adiecta clausula iuribus alienis semper saluis quæ si non esset expressa, non subaudiretur in terminis d. l. nu. 3.

Exceptio d. l. obtinet, quando Rex concedit rem, credendo esse suam, licèt verè sit aliena nu. 4.

Exceptio d. l. quomodo procedat, & quomodo limitetur remissiuè nu. 5.

Vide in verb. emptio.

Exceptio, quem de euictione tenet actio, habet locũ etiam in fisco, & est exceptio doli nu. 17. & 18. fol. 136

Exceptio præfata habet locum etiam in venditoris hærede, qui ex propria persona venire vellet nu. 19.

Exceptio prædicta limitatur fauore libertatis consutato Alex. intellectu ad text. in l. si tibi C. de act. empt. à qua originem ducit hoc priuilegium nu. 23.

Exceptio memorata non obtinet in hærede fideiußoris, qui pro alio ſe obligauit de euictione, ſed poterit ex propria perſona venire nu. 24.

Exceptio, de qua ſupra, limitatur, quando eſt promiſſa euictio à ſe tantùm, nam vigore illius dictionis taxatiuæ hæres poterit ex iure proprio agere, & eſt communis, ſed quæſtionis eſt, an idem promiſſor poſſit contrauenire, vtendo iure alterius nu. 25. & 33. fol. 136. cum ſeq.

Vide in verb. Fiſcus.

EXECVTIO, vide in verb. Magna Curia, miles.

EXPRESSVM, & euidens dicitur, quod ex coniecturis colligitur n. 3. fol. 41

Expreſſum dicitur, quod concedens interrogatus reſpondiſſet nu. 21. fol. 155

Expreſſio eius, quod tacitè ineſt naturaliter, nihil de nouo operatur nu. 17. fol. 264. nec mutat iuris conditionem nu. 3. fol. 271. declara tamen, vt nu. 7.

Expreſſio eius, quod tacitè non ineſt de neceſſitate, debet aliquid operari nu. 16. fol. 317

EXTENSIO in correctorijs ex identitate rationis fit per viam comprehenſionis nu. 28. fol. 210

Vide in verb. alienatio, conſuetudo in fin. lex.

EXTRACTIO auri, argenti, frumenti, vini, equorum cum multis alijs eſt prohibita in Regno ſine licentia Principis, & non ſolutis debitis diricibus vltra diſpoſita iuris communis, recenſentur hac de re Capitula Regni, Pragmaticæ, & ritus Regiæ Cameræ nu. 1. & 2. fol. 153. & nu. 2. fol. 349. ſed declara vt nu. 3.

Extractio pretij peruenti ex mercibus immiſſis in Regno eſt pariter prohibita; poterunt tamen extrahi merces ex pretio prædicto emptæ, & ita intelligenda eſt Pragm. Reg. vna cum ritu Reg. Cam. & ob id contraria conſultatio eiuſdem Tribunalis fuit alias reuocata nu. 3. & 4. fol. 153

Extractionum conceſſiones habet intrinſecam, & inſitam naturam, & cõditionem, quatenus Regnum remaneat munitum, & his opus non habeat nu. 5. fol. 154

Extractio frumentorum, & aliorum, ſi prohibeatur fieri ad Romanam Curiam, ne Regno deficiat neceſſaria prouiſio, nequaquam incurritur in Bullam Cœnæ, & ſic paſſim iudicatum nu. 8.

Extractionis conceſſio ſi non habet clauſulam refectionis, non poterit anno ſequenti extrahi, quod in primo non fuit extractum nu. 9.

F

FACTVM aduerſus legis, aut ſtatuti prohibitionem an ſit nullum, & in priſtinum reducendum, quando alia pena eſt appoſita nu. 2. cum ſeq. fol. 41

Factum Iudicis dicitur factum partis fictum numer. 9. fol. 123.

Factum contemplatione mea, directè in meam perſonam factum videtur, idq. exemplis illuſtratur numer. 10. fol. 342.

FALSVM, vide in verb. inſignia.

FEVDALIS contractus de iure communi feudorum licet ſit nullus abſq; aſſenſu quò ad tranſlationem iuris feudalis; non tamen erit inualidus reſpectu actionis perſonalis ex contractu deſcendentis, nedum aduerſus contrahẽtem, ſed etiam aduerſus illius hæredem, quia hoc non tangit feudum, cuius occaſione declaratur doctr. Andr. in cap. imperialem, in cuius intellectu miserè lapſus eſt Camer. quæ tamen opinio in Regno redditur dubia propter Conſtit. conſtitutionem diu. mem. nu. 29. & 30. fol. 144. & nu. 3. fol. 177. il 2.

Feudalis contractus ſi non valet propter aßenſus defectum, vtpotè quia falſus, vel obreptitius ſit detectus, neque ſubſtinebitur aßenſus reſpectu obligationis bonorum, quicquid Camer. dixerit nu. 6.

Feudalis contractus ex quibus perſonis conſiſtat nu. 19. fol. 180. il 2. & nu. 24. fol. 280

Feudalis contractus dicitur innominatus n. 22. fol. 296

Feudalis contractus abſque aſſenſu celebratus vigore Conſtit. adeò eſt nullus, vt nec ex eo confeſſio oriatur nu. 31. fol. 144. & nu. 4. fol. 300

FEVDATARIVS abutens re feudali ad exinanitionem, ſeruitutem, vel depopulationem, ea priuatur nu. 60. fol. 64

Feudatarij ſubinfeudantis ſecundum leges communes feudorum iure extincto ſubfeudatarij pariter ius tolli neceſſe eſt, niſi facta ſit ſubinfeudatio cum beneplacito directi Domini, vel niſi ſubinfeudatus paratus ſit ſeruire Domino mediato eo modo, quod Domino immediato deuinctus erat nu. 6. 7. & 8. fol. 69

Feudatarius, qui ſubinfeudauit, poteſt reſutare feudum Domino in præiudicium ſubfeudatarij, nec hoc caſu dicetur contractus claudicare nu. 20 cum ſeq. fol. 70

Feudatarius alienans feudum abſque aſſenſu, de iure communi amittit illud, & ad Dominum reuertitur, etiam quod poſt alienationem factam recuperauerit. Cæterùm de iure Regni habet facultatem reuocandi, ſed ſi ante reuocationem Dominus præuenerit, & litẽ fuerit conteſtatus aduerſus eum, in quem fuit tranſlatum, recuperabit feudum, & vaſallus illud amittet nu. 10. & 11. fol. 176

Feudatarius quomodo dicatur reuocare iure proprio ſecundum Conſtit. conſtitutionem diu. mem. recenſetur intellectus Frecc. ad dictam Conſtit. & commendatur, & ab impugnationibus Annæ rectè vindicatur num. 14. & 16. fol. 176. & nu. 3. fol. 281

Feudatarius poteſt habere vnum hæredem in feudalibus & alterum in allodialibus nu. 7. fol. 184

Feudatarius etiam non inſtitutus ab vltimo morientẽ, iure hæreditario ſucceſſionem feudi hæreditarij capiet, & tenebitur ad omnia onera, & hæc eſt communis opinio rectè diſtinctis, & perpenſis Doctorum traditionibus, ſecundùm quam pariter plures fuerunt factæ deciſiones, quæ recenſentur, & demùm ab obiectis, & argumentis Bammac. in cap. Titius, ſi de feud. defunct. milit. rectè defenditur, & vindicatur per D. Authorem nu. 20 cum ſeq. fol. 181

Feudatarius non poteſt concedere ea, quæ ſunt in demanio abſque aſſenſu Regis nu. 10. fol. 199

Feudatarius de iure communi feudorum poteſt ſubinfeudare, dummodò ſincerè, & bonafide, & ſubinfeudatus efficitur ſubinfeudantis vaſallus nu. 2. fol. 207

Feudatarius eſt Procurator Domini in rem propriam num. 5.

Feudatarius præſumitur alienare in fraudem, ſi eſt deſperatus de filijs, ſecùs ſi rationabiliter habere ſperat nu. 24. fol. 210

Feudatarius, ſeù ſucceſſor intelligitur deſperatus de filijs, quando adeſt impedimentum aliquod, vel nimia ſenectus, ſecùs ſi poſſet ſperare rationabiliter habere, licet ſuſpicaretur contrarium, quia in hac materia idem eſt habere filios exiſtentes, vel aptitudine; hinc confutatur opinio Camerar. & declaratur Pragmat. quæ requirit vt feudatarius habeat ſucceſſorem, vt intelligatur de ſucceßore habili ad procreandum num. 29. cum ſeqq.

Feudatarius se clericando, vel religionem ingrediendo, statim amittit feudum, & irreuocabiliter, ita vt pœnitentia, & habitus dimissio nequaquam illi proficiant nu.14. fol.213

Feudatarius carens successore in feudo, de eo disponere neutiquam potest, ita disponente Reg. Pragm. quæ vtique cessat respectu hypothecæ super feudo contractæ, nu. 5. fol.233

Feudatarius potest feudum alienare proximo successori, vel per venditionem, vel per libelli dationem, vel quocumque modo, & prout vult etiam sine Domini consensu, quia omnes contractus resoluuntur in vim refutationis nu.12.14.15. & 16. fol.250. & potest alienare etiam alia lege, quàm ipse tenet, & ratio affertur, nu. 22. fol.253

Feudatarius instituendo personam non vocatam à lege inuestituræ, dicitur alienare nu.17. fol.259

Feudatarius secundum consuetudines feudales potest infeudare, nisi filius careat nu.26. fol.274

Feudatarius non habens aliundè liberam' bonorum dispositionem, non potest quicquam de feudo disponere nu.5. fol.283

Feudatarij dispositio regulatur ab intellectu iuris nu. 6. fol.284.

Feudatarius est ille, qui suum vtile dominium transfert assensu impetrato, & emptor contrahens cum feudatario, dicitur ab eo causam habere, quo loci declaratur regula illa, quod qui confirmat, dat, necnon & alia, quod aliud sit dare, & aliud danti consentire nu.9. & 10.

Vide in verb. assensus, Dominus, feudum, inuentarium, matrimonium, Rex.

FEVDVM antiquum si permutetur cum nouo Rege assentiente, nouum assumit naturam antiqui num. 10. fol.9.

Feudum antiquum ad Regem deuolutum ob crimen, mox ab eo restitutum sub eadem qualitate feudi antiqui, manebit vtique antiquum, licet Rex expresserit, se de nouo concedere nu.11.

Feudum emptum, vel alio modo alteratum retinet naturam feudi præterquam in expressis nu.7. fol.60

Feudo, seù in feudi beneficium cedit fortelitium extructum à directo Domino in feudo Baronis numer. 31. fol.63.

Feudum est homo mutus, pro eo loquitur feudatarius, qui dicitur eius pica, & organum nu.12. fol.69

Feudo deuoluto Domino directo, non deuoluuntur excadentiæ, sinè feuda plana, nec hoc casu oportet, vt vasallus offerat seruire, iuxta terminos cap. 1. §. si verò qual. olim pot. feud. alien. qui exactè declaratur confutato Pist. intellectu super eo num.14.15.23. & 28. fol. 69. cum seqq.

Feuda ad Regem deuoluta si ab eo iterum concedantur, de nouo taxantur in cedulario Reg. Camer. num. 47. fol. 73.

Feudum est, sed alteratæ naturæ, cum res conceditur in feudum sub annuo redditu contra Bald. numer. 23. fol.76.

Feuda vniformiter taxantur attento redditus valore, nec taxa augetur, quo circa declaratur, quare in Regno passim fiat sermo de taxa noua, & antiqua, si inter eas non cadit differentia nu.5.6.7. & 8. fol.93. cum seq.

Feuda innatam capiunt naturam ab eorum inuestituris nu.9. fol.94. & nu.5. fol.271

Feuda quomodo taxentur in Reg. Cam. si seruitium non reperiatur taxatum, & pro adhois præteritis, si feuda fuerant ab antiquo concessa, à quo tempore fiet exactio nu 12. fol.94

Feudorum emptores secundum leges communes feudorum non iurant fidelitatem Regi pro feudis emptis, sed contrarium est inductum in Regno per nouellas Pragmaticas, per quas est etiã mandatum, à vassallis præstari assecurationis iuramentum ipsis emptoribus nu.14. cum seq.

Feuda respectu Baronum ex tot multiplicatis impositionibus sunt ad dispendium, & non ad compendium nu. 43. fol.99

Feudo vendito absque assensu, & euicto, bonæ fidei emptor pretium recuperare potest, ac etiam ad interesse agere secundum Andr. communiter receptum nu.20. fol 117. & nu.3. fol.177. il 2.

Feuda sunt præscriptibilia, & possedibilia per inuestituras veras, vel præsumptas, & non sunt de perpetuò prohibitis alienari, & maxima intercedit differentia inter feudalia & spiritualia nu 36. fol.138

Feuda ad instar regalium non possunt possideri absque titulo, hinc quotidie ad fisci instantiam citantur possessores ad ostendendum titulum feudorum, cæterorumq. regalium. & si in promptu constat de non iure ipsorũ, potest procedi ad sequestrationem nu 37. & 38.

Feudi venditio an confirmetur ex iure superuenienti, iuxta terminos l. cum vir ff. de vsucap. num.1. cum seqq. fol 140

Feuda cum Regio assensu obligata ab his, qui successore carent, si contingat vendi ad instantiam creditorum, pretium, quod supereſt exolutis creditis, implicatur in emptionem loco feudi subiectam iuri deuolutionis, & hoc iure vtimur in Regno nu. 8. fol.141

in Feudis seruatur rigor nu. 32. fol.144

Feudi concessio per Titium viuentem possessi, quem Dominus mortuum esse credebat, non confirmatur mortuo Titio sine hærede nu. 33.

Feudi concessio tanquam vacantis per mortem, corruit, si vacet ex alia causa nu. 34.

Feudalia iura non tractauerunt articulum iuris superuenientis, & propterea inhærẽdum est dispositioni iuris communis num. 38.

Feuda de iure communi feudorum non possunt dari in dotem sine assensu, sed quæstionis est an idem ius obtineat in patre, quando aliunde non habet, numer. 1. fol.161.

Feuda, vt absque Domini assensu alienari non possint, Reipubl. interest nu. 2.

Feudi dati in dotem absque assensu quomodo detur retentio secundum registra Regis Friderici, & an sit hoc correctum per Capitula Regni nu. 4. fol.162

Feudum an possit in dotem dari à feudataria pro se dotanda absque assensu, cuius occasione latè, exactè, & studio indefesso, ac non indiligenti, & acriter iuxta morem declarat D. Author Constit. Regni incip. fratribus, aliam incipien honorem nostri Diadematis, & aliam incip. cum hæreditarium, item Capit. Regis Caroli II. incipien. item statuimus, docet præterea quas Constitutiones correxerit dictum Capitulum, & an Capitulum Papæ Honorij circa dationem feudi in dotem sit in vsu positum, & quomodo in Regno sint seruanda eius Capitula, quæ fuerit facta de consensu Regis, quo loci etiam non omittit subtiliter indagare, in quo Capitula Ciuitati concessa correxerint dispositionem

nem iuris communis, Constitutionum, & Capitulorum Regni circa dationem in dotem, aut obligationem feudorum nu. 3. 5. 7. 8. 9. 10. 12. & 20. fol. 161. cum seqq.

Feudum hæreditarium, dùm adest assensus, quò ad dispositionem nil differt ab allodio nu. 23 fol. 167. quo casu cessat dispositio text. in cap. 1. de success. feud. nu. 8. & 9. fol. 257. & nu. 16. fol. 285

Feuda sunt de per se alienabilia, & in commercio nu. 24. fol. 167. & nu. 11. fol. 258

Feudorum alienatio ob quodam extrinsecum, scilicet assensum Domini dicitur impedita nu. 25. fol. 167

Feuda sunt alienari prohibita generaliter, & sub hac generali prohibitione continetur etiam causa dotis, idq. fuit prouisum tàm de iure communi, quàm de iure Regni nu. 9. fol. 175. il 1.

Feudalium alienatio facta per defunctum non validatur per consensum hæredis tacitum, sed desideratur expressus, dispositiuus per nouum contractum, & super eo nouus assensus nu. 13. fol. 176. il 1.

Feudalium venditio facta sub hasta non reuocatur vigore Constit. Reg. constit. diu. mem. nu. 15.

Feudi repudiatio valet absque assensu, & assignatur ratio nu. 36. fol. 180 il 1.

Feudi venditor si promittat sub pœnâ, se curaturum, vt Dominus consentiat, non valebit obligatio secundum Andr. qui hoc videtur limitare in magno Consiliario intimo Domino; hæc tamen limitatio Frecc. visa est dubitabilis, & Afflict. eam admisit cum aliquo temperamento, nec vnquam fuit practicata n. 7. cum seqq. fol. 178. il 2.

Feudum si alienetur per contractum inter viuos, qui aliquo casu non teneat, non adhibetur distinctio, quæ in vltima voluntate de secundaria intentione disponentis ad pretium rei legatæ, licet opinio etiam in vltima voluntate sit satis controuersa secundum D. Authorem nu. 8. Hinc prosequere, vt infrà.

Feudi æstimatio non debetur in vltima voluntate, siuè sit dispositio particularis, siuè vniuersalis, quando est collata in alium, quàm in vocatum ex lege inuestituræ, est hæc communis opinio, secundum quam aliàs fuit iudicatum & omni prorsus caret difficultate, quãdo sumus in casu, in quo assensus non consueuit præstari nu. 9. 10. & 16. fol. 178 il 2. cum seq.

Feudum dicitur legitima primogeniti, & sine causa priuari non potest, sed quid dandum sit secundogenito, nu. 11. fol. 179

Feudi datio, seù infeudatio, refutatio, & omnis alia dispositio de iure feudorum permissa intelligitur, quatenus sincerè, & bona fide explicentur nu. 15.

Feudi æstimatio non debetur in contractibus, in quibus non procedit text. in l. apud Iulianum §. constat de leg. 1. nu. 17. & 18. fol. 180 il 2.

Feudi æstimatio, & si non debeatur in contractu donationis inter viuos; debetur tamen in contractu donationis factæ contemplatione matrimonij, vel ob aliam causam onerosam, latè fundatur, & commendantur traditiones Andr. quæ videntur punctuales, & demùm recensetur decisio aliàs facta huic opinioni conformis, quicquid dixerit Anna in alleg. 140. num. 20. vsque ad 26. fol. 180. il 2. cum seqq.

Feudi dispositio quælibet quomodolibet facta ad fraudandum legitimum successorem, nulla est iudicanda num. 27. fol. 182

Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis, censetur allodiale, & dicitur esse corpus patrimonij, & computatur filio in legitima nu. 9. fol. 184

Feudi hæreditarij natura est, vt succedens in eo, dicatur esse hæres feudi, & in eo succedere tanquam hæres institutus à principio generationis ipsius, ad quod recensetur notabile verbum Guil. Pern. Sicul. num. 14. cum seq.

Feudum concessum pro se, & hæredibus est hæreditarium, idq. in Regno caret controuersia num. 15. cum seq. fol. 185

Feudi hæreditarij successor debet habere qualitatem sanguinis, & hæredis, quod vltimum intelligitur, quatenus pater, vel alius instituat, quod si non stet per illum, feudum habebit tanquam in eo institutus à principio acquisitionis feudi, & consequenter, quia hæres, semper tenetur ad onera, quod non est in feudo ex pacto num. 17.

Feudum mixtum de iure communi feudorum per delictum etiam in Dominum mediatum patratum, aperitur Baroni Domino immediato; per alienationem verò irrequisito Domino factam aperitur Regi Domino mediato, & huius discriminis ratio affertur num. 7. fol. 193.

Feudum quaternatum mixtum secundum quid de iure Regni, si sit concessum à Barone cum assensu Regio tenendum ab eo immediatè, & in capite, & ab ipso recognoscatur, ad Baronem deuoluitur propter delictũ, & lineam finitam, & ab eo erit concedendum, & sic limitatur Constit. Regn. post mortem, sed si in concessione facta cum Regio assensu non adsit clausula, vt à Barone immediatè, & in capite teneatur, adhuc ad Baronem deuoluitur, conferendum tamen à Rege, quo circa affertur verus intellectus ad dictam Constit. & declaratur pariter eius glos. & opin. Frecc. refellitur nu. 8 cum seqq.

Feudi mixti collatio Regi reseruata per Constit. Reg. post mortem est speciale priuilegium, exorbitans, iniquum, & irrationabile. Iccircò d. Constitut. fuit reuocata, & correcta per Capitula Papæ Honorij, quibus statutum fuit, vt ad Baronem non solum feuda deuoluantur, sed ab ipso conferantur, & ita seruatur nu. 14. & 15. fol. 191. & nu. 18. & 19. fol. 200

Feuda quomodo regulentur, vel non à dispositione leg. Statius Florus §. Cornelio felici ff. de iure fisc. notabiliter declaratur, & quid decisum num. 16. cum seq. fol. 196.

Feudum ex pacto non hæreditarium ex delicto in Dominum commisso an ad eum, vel ad agnatos deuoluatur, & quid decisum, cuius occasione declaratur text. in cap. 1. §. fin. de capit. Corrad. nu. 17. & 20.

Feudum ad Dominum deuolutum, quibus rémaneat oneribus affectum, & quomodo in Regno omne Castrum dicatur feudum quaternatum, & quid possidente Ecclesia, remissiuè nu. 19.

Feuda plana, seù res excadentiales quomodo constituãtur, in hoc articulo D. Author sustinet opinionem Afflict. & eam vindicat ab oppositionibus Camer. nu. 1. cum seqq. fol. 198

Feudum constituitur planum, & alienabile cum assensu tantum Baronis, si concessio facta per eum steterit per triginta annos, etiam si fuerit vnica nu. 2.

Feudũ concessum à Rege quando dicatur quaternatũ, recẽsetur doctr. Andr. super hoc, & declaratur n. 5. & 6.

Feudum non fit quaternatum ex clausula, quod teneatur in capite à Rege, deficiente clausula illa immediatè nu. 12. fol. 199

Feudo-

Feudorum planorum,& quaternatorum diſtinctio non fuit cognita de iure communi feudorum numer. 16. fol.200.

In Feudis magis attenditur cauſa proxima, quàm remota nu.24. fol.201

Feudo à Barone conceſſo cum Regis aſſenſu in ſubfeudatarium cum clauſula,cum poteſtate alienandi ſaluo aſſenſu impetrãdo, ſi poſtea ſubfeudatarius alienet cum reſeruatione aſſenſus,an poſſit ipſe,vel eius hæres contrauenire nu. 32. fol.202

Feudũ conceſſum cum facultate alienandi reſeruato Domini aſſenſu,non ſolùm tenetur Dominus ad aſſentiendum, ſed habetur pro conſentiente, quando non habet iuſtam cauſam contradicendi nu.34.fol.202. & num. 13. fol.208

Feudum francum poteſt abſque Domini aſſenſu alienari ſecundum D.Authorem,qui de communi teſtatur exploſa Camer. opinione, & oppoſitionibus ſublatis, quæ in contrarium adducuntur nu.37.cum ſeqq. fol.203

Feudum francum eſt omni libertate liberum,& omni ſeruitute abſolutum,& quod francum,& liberum eſt non expectat licentiam alterius nu. 38. & 39.

Feudum francum idem importat, quòd dicere feudum ſui iuris nu. 40.

Feudũ in aliquibus alteratum retinebit ſuam propriam naturam in omnibus alijs nu. 42.

Feudi franchi conceſſio eſt pinguior, quàm feudi conceſſio abſque ſeruitio nu. 43. fol.204

Feudum francum quid importet, & ſignificet ſecundum Bald.nu.44.

Feudum franchum poteſt alienari in Eccleſiam ſecundũ Bald.opinionem,quam D.Author optimè confutat, & conuincit nu. 45.

Feudi franchi conceſſio non importat tranſlationem dominij directi in feudatarium aduerſus Bald.nu.46.

Feudum poteſt concedi franchum à iuramento fidelitatis, quianon omnia, quæ continentur ſub fidelitate, ſunt de ſubſtantia, & aliud eſt eſſe de ſubſtantia, & aliud de natura, quæ poteſt in aliquibus impropriari nu.48.& 49. fol.204.cum ſeq.

Feudũ franchum appellatur conditionatum, non rectum num.51. fol.205

Feudum ſi concedatur franchum, & liberum, poteſt ſecundum omnes alienari ſine aſſenſu per verbum illud liberum nu.52.

In Feudis militat regula,nil referre quid ex æquipollentibus fiat nu.26.fol.210. & nu.10. fol.241

In Feudis proceditur de ſimilibus ad ſimilia,quando eadem viget ratio nu.27.fol.210.& nu.11. fol.241

Feudum amittitur per Clericatum, & per ingreſſum religionis,quinimò per votum tantùm religionis nu.18. fol.214.

Feudorum conſuetudines vetantes illorũ acquiſitionem Eccleſijs,Clericis,aliiſq. perſonis repreſentatis,loquũtur in acquiſitione dominij feudorum nu.2. fol.233

Feuda nequaquam ſubſunt diſpoſitioni auth.defuncto C. ad Senatuſc.Tertul.nu.17. fol.242

Feudum à patre acquiſitum, & filio refutatum, in eius perſonam non dicitur nouum, ſed paternum nu.20.

Feuda ſecundum leges feudorum præſumuntur ex pacto, in Regno autem hæreditaria nu.26. fol.243

In Feudis vtile per inutile vitiatur ex indiuiduo voluntatis,aliàs procedit contraria regula nu.7. fol.248. & nu.23. fol.265

Feudorum leges, quæ ipſorum alienationem prohibent, minimè complectuntur eam,quæ fit in proximum ſucceſſorem,& ratio affertur nu. 11. fol.250

Feudum an poſſit Regis primogenito alienari abſque aſſenſu,remiſſiuè nu.5. fol.257

Feudum abſque aſſenſu alienatum amittitur, quatenus fiſcus præuenit feudatarium in auocatione illius num. 12. fol.258

Feudum hæreditarium includitur ſub diſpoſitione l.fin. C.de edict.D.Adr. nu.16. fol.259

Feudum poteſt ad tempus locari nu.19. fol.265

Feudi natura non abhorret ab acquiſitione pro ſe, & liberis, ſeù hæredibus nu.8. fol.272

Feudum ſimpliciter conceſſum ſecundum conſuetudines feudorum eſt ex pacto, & prouidentia, licet ab intellectu iuris ſit tranſitorium ad hæredes; ſi verò ſit conceſſum pro ſe, & hæredibus expreſsè, erit hæreditarium nu.9.

Feudum quò ad diſpoſitionem ab allodio, quàm maximè diſtinguitur n.27. fol.275

Feudi conceſſio non includit ſeruitiũ,licèt ſolitum,ſi non exprimatur,quia ſeruitium non ineſt dr neceſſitate, ſicut fidelitas,quæ eſt de eius ſubſtantia nu. 29.

In Feudis non procedit argumentum à maioritate rationis nu.5. fol.278

In Feudis conſideratur nudum factum nu.6.

Feudalia iura, & conſuetudines ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda nu. 9.

Feudorum materia eſt rigoroſa, & in ea rigor ſeruatur nu.2. fol.283

Feudum hæreditarium cenſetur res defuncti numer. 13. fol.284.

Feudum ex pacto ſucceſſione,hæreditariũ verò tranſmiſſione à defuncto in hæredem acquiruntur nu. 14.

In Feudo hæreditario quomodo dicatur contegi, ſeù occultari vnus actus,& cenſeatur emptor à Domino inueſtitus nu.17. fol.285

Feudo vendito cum aſſenſu Domini emptor ſuccedere dicitur ex perſona illius ſecundum Bald.opinionem, quæ optima ratione à D.Authore impugnatur, ſecundum quem poterit etiam ſaluari, & admitti in feudo ex pacto nu. 18.

Feuda regulantur à diſpoſitione legum Romanorum in defectum conſuetudinum feudalium nu.19.

Feuda ob parricidium commiſſum non ad Dominũ, ſed ad agnatos deuoluuntur, quia huiuſmodi facinus non connumeratur inter delicta in Dominum admiſſa, nu. 3. fol.287

Feudalia iura magnam conſtituũt differentiam inter delictum commiſſum in Dominum,vel in alium nu.6.

Feudum vaſalli parricidæ ſi fuerit antiquũ ad agnatos; ſi verò nouum ad Dominum deuoluetur n.13. fol.289

Feudalia iura ob parricidium priuant feudatarium delinquentem proprio feudo ratione incapacitatis, quod non facit pœna indignitatis ſecundum ius commune Romanorum,per quod non auferuntur bona propria, ſed hæreditaria tantùm occiſi nu.14.

Feuda radicata in perſonam feudatarij deuoluũtur propter delictum ad fiſcum, & ſecundum communem feudiſtarum ſcholam priuatur nedùm feudatarius, ſed omnes ab eo deſcendentes. ſiuè feudum ſit hæreditarium, ſiuè ex pacto,& ex quocumque delicto,ex quo feudatarius priuatur, quo loci Fabij de Ann.cõſilium redarguitur nu.20.& 21. fol.289.cum ſeq.

Feudum conceſſum Titio,& primogenitis, vel Titio, & liberis eſt ex pacto,& prouidentia nu.3. fol.292

Feudum conceſſum tibi, & hæredibus, quomodo diſtinguatur à feudo conceſſo tibi, & liberis deſcendentibus, vel tibi, & primogenitis nu.4.

Feudum in quo viuitur iure francorum, conceſſum Titio, & hæredibus eſt hæreditarium nu.8. fol.293

Feudum ſemper dicitur hæreditarium, quando in conceſſione eſt appoſitum verbum hæredibus nu.9.

Feudum conceſſum tibi, & primogenitis eſt ex pacto, ſecùs ſi adſit verbum hæredibus etiam ſi ſit adiecta clauſula iuris francorum, quia non importabit niſi delationem ſucceſſionis, & prælationem, ſed cum qualitate hæreditaria, ad cuius confirmationem ponderatur punctualis deciſ. Andr. in cap.1. de nat. ſucc. feud. nu. 8.9.10. & 11.

Feudum non poteſt aſſignari vni ex filijs abſque aſſenſu num.12.

Feudum ex pacto in primo acquirente habente naturam hæreditarij, & poteſt ab eo alienari, niſi ſit filijs nominatim, vel eorum contemplatione principaliter conceſſum nu.13 fol.294. & nu.15. fol.343

in Feudis vindicant ſibi locum duæ regulæ, & ſunt de eorum natura, vna vt feuda abſque aſſenſu ſint inalienabilia, & altera contraria, vt cum aſſenſu ſint alienari permiſſa, quæ locum habet in alienatione feudi hæreditarij tàm noui, quàm antiqui, necnon feudi ex pacto noui nu.14. fol.294. & nu.1. fol.299

Feudi diuidui valida eſt diſpoſitio cum aſſenſu inter filios, etiam ſi ſit inæqualis nu.16. fol.295

Feudum hæreditarium cum aſſenſu poſſe alienari in extraneum nemo hucuſque hæſitauit nu.17.

Feudi alienatio in ſecundogenitum cum conſenſu primogeniti valida eſt abſque Domini aſſenſu, quia reſoluitur in vim refutationis, ſed an ſufficiat tacitus conſenſus primogeniti, & quomodo inducatur nu.25. cum ſeqq. fol.297

Feudũ impropriari, ac eius natura alterari dicitur, dùm conceditur cum poteſtate diſponendi, ſeù alienandi abſque aſſenſu n.2. fol.299

Feudalium iurium feudi inſtar eſt prohibita alienatio, num.3.

Feudi, & actionis ad feudum par eſt iudicium, iccircò in ceſſione hypothecæ iuris feudalis requiritur aſſenſus, prout in feudi ceſſione nu.5. & 6. fol.300

Feudalis iuris commutatio, ſeù translatio de perſona in perſonam abſque aſſenſu eſt prohibita nu.7.

Feudorum lex & Regni Conſtit. ex quo prohibuerunt omne commercium, omnẽq. contrectationem rerum feudalium annullauerunt, reſpiciendo facti feriem; non autem iuris effectum, hinc notabiliter infertur, vt n.8.

Feudorum lex, & Regni Conſtit. alienationes prohibentes, habent etiam locum in ſola poſſeſſionis alienatione, quo caſu feudum perditur, quia committitur in legem num.10.

Feudo conceſſo cum facultate alienandi, vel cum clauſula cui dederis, an in ipſius alienatione requiratur nouus aſſenſus, in hoc articulo relatis hinc inde opinionibus affirmatiuè concluditur, ſed admiſſa citra veri præiudicium contraria opinio, frequentioribus calculis limitatur, quando facultas eſt conceſſa in executiuis, & non in principali diſpoſitione nu.15. & 16. fol.301.

Feudi natura eſt reſpicere ſuum ſtipitem nu.5. fol.315

Feudum non manet ſub diſpoſitione l.vnic. C. ſi liber. imper. ſoc. lib.10. nu.12. fol.326

Vide in verb. agnatus, alienatio, annale ſilentium, aſcendens, aſſenſus, Baro, bona, bona fides, clauſula, Clericus, Conſtit. conſtitutionem, conſuetudo, creditor, dominium, dos, dotarium, emphyteuſis, emptio, feudatarius, filius, frater, hæres, intereſſe, inuentarium, lex, matrimonium, nepos, oblatio in fin. officium, pactum, pater, prælatio, Princeps, Prorex, refutatio, ſeparatio bonorum, ſequeſtratio, ſucceſſio, teſtamentum.

FILIVS facto inuentario non tenetur ſeruare diſpoſita per defunctum, quatenus tangunt feudum ex pacto, & prouidentia; ſecùs verò omiſſa inuentarij ſolemnitate nu.29. fol.137

Filius primipili etiam non hæres, nec paterna bona poſſidens tenetur Regiæ Curiæ pro patris adminiſtratione; cæterùm in Regno hoc iure non vtimur num.4. & 18. fol.147. & ſeq.

Filius pro functionibus fiſcalibus vſque adeò tenetur pro patre, vt etiam ſi renunciauerit paternam hæreditatẽ, adhuc remaneat obnoxius, niſi cedat bonis quocumque titulo inter viuos à patre habitis tanquam talibus debitis ſubiectis; hoc tamen non eſt in praxi receptum nu.12. & 18.

Filij primogeniti ex nobilibus orti ſemper debent totum habere, quia melius eſt ſecundogenitorum diſperſio, quàm inter eos hæreditatis diuiſio ſecundum B. Bernardum nu.12. fol.179. il 2.

Filius in feudo hæreditario non inſtitutus an ſuccedat, & ſuccedendo an teneatur ad onera hæreditaria. In hoc articulo primo referuntur Doctores tenentes, non inſtitutum vniuerſaliter, vel in quota, licet inſtitutum in re certa non ſuccedere. Secundò recenſentur alij, volentes, inſtitutum in re certa, non tamen in feudo, ſuccedere in ipſo feudo, & non teneri ad onera, quæ vltima opinio confutatur, & declaratur tantùm procedere in feudo ex pacto nu.1. cum ſeqq. fol.183

Filius in feudo ex pacto eſt deterioris conditionis, quàm agnatus, quia tenetur eſſe hæres in hæreditate allodij, licet ſufficiat, vt ſit inſtitutus in re certa num.10. cum ſeq. fol.184

Filius in feudo ex pacto non tenetur ad onera hæreditaria confecto inuentario, quia feudum non eſt de corpore hæreditatis, quod ſecus eſt in feudo hæreditario, nu.11. cum ſeq.

Filius natus in morte patris, ſi ſtatim poſt mortem deceſſerit, habetur pro non nato, vt ſic fœmina aliàs non ſucceſſura propter maſculi exiſtentiam, tali caſu ſuccedat ſecundum communes Doctorum traditiones, qui volunt procedere, etiam ſi vixerit per octo dies, nu.21. fol.215

Filius ſecundogenitus pro vita, & militia habet actionem aduerſus tertium feudi poſſeſſorem ex ſpeciali prouiſione Capituli Regni nu.32. fol.216

Filius parricida inſpectis conſuetudinibus feudalibus facit ſe inhabilem, & incapacem feudi, quinimò ex omni delicto, ex quo quis non poteſt ſtare in Curia ſine dedecore, dicitur feudi incapax nu.10. fol.288

Filius delinquens in vita patris, non priuatur feudo, quia illud non habet, ſed inhabilitatur ad illud acquirendum, & habetur pro mortuo, ac ſi non eſſet in mundo nu.17. fol.289

Filius primogenitus in vita patris committens feloniam in Dominum, ſe inhabilem reddit ad feudi ſucceſſionem, vnde nil tranſmittit ad fiſcũ, ſed poſt patris obitum ſecundogenito ſucceſſio defertur nu.19.

Filios non aſpergit patris macula in hereditate auita, niſi delictum

delictum ſit læſæ maieſtatis nu. 22. fol.290

Filij in tertiaria, quarta, ſeù antefato conſtituto ſecũdum morem Magnatum ſuccedunt, vti hæredes, & non vt filij ex propria perſona; & ita aliàs iudicatum in cauſa Comitis Montiſcalui aduerſus text. in auth. hæres C. de ſecund. nupt. deciſ. Afflict. & conſilia D. Authoris tunc Aduocati Comitis Montellæ nu. 25. fol.309

Filia vigore Conſtit. Regni ſuccedit in feudo excluſo patruo, & hæc eſt frequentiùs recepta opinio, quando filius decedit poſt patris obitum, etiam non adita adhuc hæreditate nu. 36. fol.311

Filia ex filio præmortuo in vita patris an ſubingrediatur locum patris in gradum, & ſexum, ita vt excludat perſonas quas aliàs pater excluderet, ſi ſuperuixiſſet, vel ſubingrediatur in locum patris tantùm in illius portionem, non autem ad aliorum excluſionem, fusè nu. 37. cum ſeqq. Sed proſequere, quæ mox ſubijciam.

Filia ſubingreditur ſexum patris ex lege Velleia ſecundum Neapod. opinionem, quam optimis rationibus locum habere tàm in allodialibus, quàm feudalibus, & tàm de iure communi, quàm de iure conſuetudinario, & Regni, quàm clariſſimè demõſtratur, & vltra quod eſt communiter recepta à Regnicolis, eſt etiam ſecundum eam iudicatum, vt neptis ſubingrediatur ſexum, & locum patris tàm in allodialibus, quàm feudalibus, eſt etiam conformis declarationibus Regijs, quæ referuntur, necnon deciſioni Sac. Conſ. nouiſſimè in ſimili facti ſpecie prolatæ, quæ pariter recenſetur nu. 44. cum ſeqq. fol.312

Filia etſi non compellatur dotem inſumere, vt à vinculis patrem vindicet, nihilominus ſi ſua ſponte id faciat, ſacroſancta lex hunc actum fouet, atque commendat nu. 28. fol.338

Vide in verb. aſſenſus, citatio, donatio, legatum, legitimatio, pater, querela, renunciatio.

FISCVM habent Rex, omnis Princeps non recognoſcẽs Superiorem, ac Ciuitas libera nu. 61. cum ſeq. fol.22

Fiſcum propriè non habent Epiſcopi, & Archiepiſcopi, num. 69.

Fiſcus poteſt cogere Dominos ad bona diſtrahenda iuſto tamen pretio pro militum ſubſtentatione, & Regis neceſſitate nu. 4. fol.32

Fiſcus poteſt cogere ſubditos, vt emant ipſius frumentum num. 14. fol.33

Fiſcus in Regno non appellat à decretis liberatorijs in criminalibus ſed habet recurſum ex notorio grauamine, de quo ante omnia cognoſcitur nu. 51. fol.64

Fiſcus pro adhoa præterita habet actionem realem ſuper feudo aduerſus tertium poſſeſſorem, niſi ſit conceſſionarius Regiæ Curiæ nu 10. & 11. fol.94

Fiſcus pro releuio habet actionem realem aduerſus feudi poſſeſſorem nu.13.

Fiſcalis patrimonij curam gerentes non omnia, quæ proponere poſſunt, proponere eis licet, ſed ſilere debẽt pro populorum quiete nu.41. fol.109

Fiſcus vendere poteſt rem, quam habet communem cum aliis, etiam ſi commodam pateretur diuiſionem n 43.

Fiſcus non ſoluit vſuras, ſed benè ei ſoluuntur num. 9. fol.166.

Fiſcus, non exiſtente ſoluendo eius miniſtro, qui pecuniam exoluerat ſuis creditoribus, condicet ab illis, etiam quod bona fide conſumpſerint ex ſpeciali eius priuilegio, quod tamen hoc caſu eſt ſubſidiarium, ad quod comprobandum ſingularis ratio affertur, quo loci declarantur pariter l. ſi eum ſeruum, & l. ſi me, & Titium num. 12. 13. 19. 20. 21. & 24. fol.112. cum ſeq. & nu. 18. fol.238

Fiſcus prius agere debet aduerſus ſuos debitores, & poſtea conuenire poſſeſſores bonorum ſibi obligatorum, etiam quod habeat hypothecam expreſſam numer. 14. fol.112.

Fiſcus agit in ſubſidium aduerſus debitorem ſui debitoris, niſi ex pecunia fiſcali nomen fuerit contractum, quæ concluſio non obtinet in creditore debitoris, & ratio affertur nu.15. & 18.

Fiſcus etſi non aſtringatur ad vſuras, an teneatur ad intereſſe, quo circa declaratur text. in l. cum quidam §. fiſcus ff. de vſur. & in l. ſi Procurator ff. de iur. fiſc. nu. 1. 10. & 13. fol.114 cum ſeqq.

Fiſcus in contractibus fiſcalibus nunquam tenetur de euictione vltra ſimplum, etiam ſi ſit expreſsè promiſſum nu. 2. & 9.

Fiſcus tenetur ad intereſſe, quando promiſit factum, & non adimpleuit, vel aliquo modo contrauenit num. 3. & 8. fol.115

Fiſcus actione ex empto tenetur ad intereſſe, ſed non totale, ſed quatenus erit valor rei tempore euictionis ſecutæ nu. 15. fol.116

Fiſcus non habet priuilegium, niſi in expreſſis nu. 17.

Fiſci priuilegium, de quo in l. cum quidam §. fiſcus ff. de vſur. an hodie ceſſet, quo circa etiam agitur de intellectu d. §. & multifariam, multisq. modis declaratur nu. 32. 34. 36. 39. 44. 46. & 50. fol.118. cum ſeqq.

Fiſcus, minor, & Eccleſia habent remedium reſtitutionis in integrum vltra illud, quod eis competit ex l. 2. C. de reſc. vend. quo loci recenſetur doctr. Peregr. & confutatur. declarantur inſuper l. 3. & l. ratas C. de reſcind. vend. & l. ſi hypothecas C. de remiſſ. pig. & demùm examinantur traditiones gloſ. Bart. Alberic. Roman. Alex. & aliorum, vna cum deciſ. Afflict. 240. nu. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 25. & 26. fol.124. cum ſeq.

Fiſci quæ ſunt, ſunt pariter & Cæſaris nu. 28. fol.125

Fiſcus in dolo incidenti gaudet iure ſpeciali numer. 38. fol.126.

Fiſco pariter conceſſa priuilegia, & Cæſari conceſſa intelliguntur, dùm tamen non adſit diuerſitatis ratio, nu. 43. & 44. fol.127

Fiſcus ſi vendat, habet reſtitutionem, ſecùs quando Rex per ſuum ſpecialem contractum nu. 46. fol.128

Fiſcus in ſuis venditionibus fruitur priuilegio pacti addictionis in diem nu. 50.

Fiſcus, Reſpubl. & minor reſtituuntur etiam ad lucrum, & ſic propter maiorem oblationem, vt iterum fiat licitatio; verùm non ſufficit quælibet læſio, ſed conſiderabilis, & propterea vſus forenſis obtinuit, vt ſit in ſexta, & ita aliàs deciſum facta relatione per Reg. Camer. in Collater. Conſil. quo loci declaratur, in quo caſu procedant doctr. Alber. & deciſ. Afflict. item traditio Luc. de Pen. & qualiter ſit intelligenda l. ſi tempora C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. num. 55. 57. 59. 60. 61. & 62. fol.128. cum ſeq.

Fiſcus non poteſt habere fidem de pretio, & ſi tradideris pretio non ſoluto, dominium nequaquam transfertur nu.6, fol.134

Fiſcus, minor, Syndicus, Eccleſiæ, & ſimiles non poſſunt habere fidem de pretio, non ratione ſpecialitatis, ſed quia mandatum habent limitatum, & à iure poteſtas eſt eis denegata, quo loci declaratur text. in l. ſi Procurator §. fin. ff. de iur. fiſc. & commendatur doctrina Bart. in l. à Diuo Pio §. ſed ſi emptor ff. de re iudic. & Bald.

Bald. in l. in ciuile C. de rei vendic. num. 10. 11. 12. & 14. fol. 135

Fiſcus, ſicut priuatus non poteſt euincere rem quàm vẽdidit, ex iure poſteà ſuperueniente, ſed obſtabit regula, quem de euictione tenet actio nu. 16. & 17. fol. 136

Fiſcus quando poſſit bona à ſe vendita de facto capere, & ſequeſtrare, quod de iure eſt prohibitum, ſicuti deſcriptio, ſeù inuentarium bonorum, etiam feudalium, & qualiter hoc caſu deſcriptio accipi, ſeù intelligi debeat nu. 34. 35. & 47. fol. 137. cum ſeq.

Fiſcum fraudantes in bonis non adhuc incorporatis dupli, in incorporatis autem quadrupli pœna mulctantur, & in vtraque mulcta ſimplum computatur num. 50. fol. 139.

Fiſcus præfertur vxori Primipili anteriori pro dotibus, ſic quoque præfertur anteriori hypothecæ cæterorum creditorum, cæterum ſecundum gloſ. notab bona mulieris erunt pro marito obnoxia fiſco, ſi omnia mariti bona exhauſta ſint, & ſic in ſubſidium: in practica nihilominus receptum eſt contrarium, tàm reſpectu mulieris, quàm aliorum creditorum nu. 5. 7. 8. 11. & 18. fol. 147. cum ſeq.

Fiſcus ex cauſa publicæ neceſſitatis poteſt à debitore ſuo exigere ante diem, & pendente tempore ſolutionis, deducto tamen intereſſe medij temporis nu. 13. fol. 147

Fiſci Arrendator ſi multum lucratus ſit in arrendamẽto, compelli poteſt, finito conductionis tempore, vt iterum conducat pretio eodem, quãdo non reperitur Arrendator pro eodem ſaltim pretio, quod tamen adhuc non admiſit forenſis vſus; quo loci declaratur text. in l. cotem ferro §. fin ff. de public. & in l. 3. §. in quinquẽnium ff. de iur. fiſc. nu. 14. 15. & 18. fol. 147. cum ſeq.

Fiſcus in paritate licitatorum poteſt gratificari plus vni, quàm alteri, ſed contrarius vſus inoleuit in Reg. Cam. quæ talibus euentibus prouidere conſueuit, vt iterum accendatur candela nu. 16.

Fiſco, prout Reipubl. expedit conuenire priùs principalem debitorem, quia ex hoc faciliùs reperiuntur fideiuſſores, & approbatores; hinc nonnullæ inferuntur illationes nu. 22. fol. 148

Fiſcus poteſt directis actionibus experiri aduerſus participes in arrendamento, vulgò nũcupatos Caratarios, ſicut contra principalem Arrendatorem nu. 24.

Fiſcus, ſeù Dominus directus in vita feudatarij nullo modo eſt creditor releuij, nec orta obligatio, imò incerta ipſius natiuitas, quia poteſt alienare in vita, quo caſu releuium non debetur nu. 5. fol. 268

Vide in verb. appellatio, argumentum, Baro, Ciuitas, Conſtit. conſtitutionem, debitor, emptio, exceptio quem de euict. iudicium. Læſio, mandatum pœnale, miniſter, minor, numeratio Regni, obligatus, Procurator, ſeparatio bonorum, ſignificatoria, theſaurus, tutor, venditio, vniuerſitas.

FOEMINA vide in verb. mulier.

FORIVDICATIO in quibus criminibus locum habeat, deciſ. Sac. Conſ. iunctis omnibus tribunalibus hac de re facta recenſetur nu. 47. cum ſeq. fol. 20

FORVS vide in verb. Cauallarius, Conſilium Collaterale, Curialis, Doctor, domicilium, miles, Officialis, priuilegium, receptator.

FRATRES, & ſorores ſecundum Reg. Conſtit. vt de ſucceſſionibus ſuccedunt in feudo nouo, niſi inueſtitura eſſet pro hæredibus ex corpore nu. 22. fol. 243. idq. eſt ampliatum etiam in fratre, & ſorore vterinis nu. 1. 2. 3. & 8. fol. 314. Cæterùm ſecundum Capitula nouiſſimè Ciuitati, & Regno conceſſa nedum fratres, & ſorores; ſed etiam nepotes, & neptes ſuccedunt in feudis nouis, etiam quod feudum eſſet conceſſum pro hæredibus ex corpore nu. 23. fol. 243

Frater de iure cõmuni non ſuccedit fratri in feudo, quod aliundè prouenit, quàm à communi parente; ſed in Regno opinio communis eſt in contrarium, vt frater vterinus ſuccedat tàm in feudo nouo, quàm antiquo, etiam quòd non ſit coniunctus ex latere, vnde feudum prouenit, & ita deciſum, quo loci declaratur authoritate Andr. Conſtit. vt de ſucceſſionibus habere locum tàm in feudo nouo, quàm antiquo nu. 4. 6. & 7. fol. 315

Frater vterinus non coniunctus ex latere, à quo feudum prouenit, an ſuccedat in feudo antiquo cõceſſo pro hæredibus ex corpore. In hoc articulo D. Author negantium opinionem ſecutus eſt, quàm teſtatur eſſe communem, eamq. firmiſſimis fundamentis munit, atque confirmat, quo loci declarat Conſtit. Reg. vt de ſucceſſionibus non loqui in conceſſione facta pro hæredibus ex corpore, & Capit. Regn. conſiderantes loqui in feudo antiquo nu. 8. cum ſeqq.

FRAVS reſpectu futurorum creditorum quando conſideretur nu 8. fol. 268

Fraus præſumitur, quando incontinenti poſt donationem factam debita contrahuntur nu. 10. fol. 269

Fraus conſiderata in terminis text. in l. omnes §. Lutius ff. quæ in fraud. cred. eſt reſpectiuè ad vniuerſa bona donata, quo loci declaratur doctr. Andr. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura nu. 13. & 14.

Fraus in materia releuiorum, vel præſumitur, vel excluditur ex perſonarum qualitate, quæ hoc caſu multum præualet, quo circa declaratur gloſ. in d. §. ſed & res, & demùm quid per Reg. Cam. in facti contingentia fuerit iudicatum recenſetur nu. 15. cum ſeqq.

Vide in verb. actus, feudatarius, pater, refutatio, reuocatio, ſubinfeudatio.

FVNCTIONES fiſcales collectarum loco impoſitæ numer. 7. fol 38

Functiones fiſcales effectiuè ſoluuntur à ſingulis Ciuibus, quia numeratio fit vniuſcuiuſque Ciuis, & quiſque taxatur ad certam rationem, ita quod non eſt facta taxatio ſingularum Terrarum in vniuerſum, & propterea focularium numero diminuto fit alleuiatio, & reſpectu illius quantitatis perimitur exactio numer. 8. fol. 103.

Functionibus fiſcalibus per Vniuerſitates non ſolutis, Perceptorum Prouincialium mandato in dies executiones fiunt aduerſus particulares Ciues, eorumq. bona nu. 9.

Functiones fiſcales quo tempore introductæ fuerunt, & pro qua quantitate nu. 10. & 12. fol. 106

Functiones fiſcales ſublatæ tempore Regis Ferdinandi Primi, & demùm reſtitutæ nu. 13. & 14.

Functionibus fiſcalibus olim ſublatis, vel exigebatur vnũ pro centenario, vel vintemium, ſeù vigeſima pars fructuum, aliàs conſuetum indici ad reſtaurãdas Regnorum neceſſitates nu. 15. & 16. fol. 107

Functiones fiſcales fuerunt antiquitus tempore Romanorum Imperatorum introductæ, & ſoluebantur viginti ſex denarij pro quolibet capite, ſeù fumante, ante quam impoſitionem ſoluebantur collectæ nu. 33. cum ſeqq. fol. 149

Functiones fiſcales impoſitæ tẽpore Regis Alphonſi Primi fuerunt recompenſatiuæ ad pretium ſalis, quod idẽ Rex dare pollicitus fuit ſingulis Regni focularibus, videlicet

videlicet modium vnum pro quolibet, de quo vectigali loquutum fuisse Vlp. clarè constat, imò aderat etiam tempore Machabæorum, & inter Regalia computatur, & solus Rex in Regno sal vendere potest, cuius sunt omnes salinæ, etiam existentes in fundis priuatorum nu. 36. fol. 150

Vide in verb. Clericus, donatio, filius, Vniuersitas.

FVRTVM committentes cum fractura, qua pœna plectendi, habetur remissiuè sub nu. 9. fol. 11

Fures in Regno bullari debent ex dispositione Regiæ Pragmaticæ vltimo loco editæ num. 4. fol. 330

G

GABELLA imposita super eo, quod titulo lucratiuo transfertur, non habet locum in donatione facta contemplatione matrimonij nu. 23. fol. 181

Vide in verb. læsio in penult. summ. Vniuersitas.

GRATIÆ, & compositiones sunt prohibitæ non præcedente partis remissione. Nec fieri possunt saluo iure partis nu. 9. cum seq. fol. 17

Gratiæ delictorum cum partis remissione non passim, sed cum moderamine, & nonnullis qualitatibus perpensis concedendæ sunt nu. 12.

Gratijs in concedendis abusus, ac nimia Superiorum facilitas afflictiones, & flagella in subditos inducunt num. 13.

Gratia an fieri possit per Principem absque expressa partis remissione, si hæres sit incertus, vel forensis, & absens nu. 32. fol. 20

Gratia an fieri possit nulla existente partis offensæ querela, super quo expenditur text. in l. diffamari C. de ingen. manum. qui declaratur procedere tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, examinatur quoque doctr. Luc. de Pen. in l. 1. C. de defert. lib. 12. & text. in l. 1. C. vt nem. inuit. cog. eg. nu. 33. cum seqq. fol. 335

Gratiæ factæ minimè alterantur ex subsequentibus declarationibus, quando verba non admittunt talem interpretationem, & effectiuè gratiæ reuocarentur num. 12. fol. 42 & nu. 12. fol. 335

Gratia Regis Friderici, vt aquæ restituantur priuatorum molendinis, quam interpretationem à iure accipiat, nu. 8. fol. 50

Gratiam delictorum, atque pœnarum post sententiæ prolationem tribuere ad solum Principem spectat num. 9. fol. 61.

Gratiam delictorum absque partis remissione de potestate ordinaria iusta non suggerente causa Rex facere non potest ex doctr. Andr. communiter recepta, in cuius intellectu miserè labitur Afflict. cons. Regum consuetudo generalis in hoc Regno sic vsu recepta num. 14. cum seqq. fol. 61

Gratia est subreptitia, & nulla, quando Principi non est expressum id, propter quod gratiam non concessisset, vel duriùs nu. 6. fol. 292

Vide in verb. assensus, Baro, declaratio in fin. Princeps, Prorex, remissio.

GVBERNATORES, seù Præsides, & Auditores Prouinciarum propriis expensis per suas Prouincias iter facere debent, sed tamen contrarium, & perperam est vsurpatum nu. 16. fol. 84

Gubernatores prudentes ante oculos habere debent, illibataq. ac inuiolata custodire præcepta illa politica exarata per Luc. de Pen. in l. quicúque C. de omn. agr. defer. nam sic facilè consulent, & prouidebunt, ac prospicient omnibus secundum Deum, & christianã charitatem, & nemini iniuriam inferent nu. 41. fol. 158

Vide in verb. Cardinalis, Proconsul.

GVIDATICVM vide in verb. Baro, indultus, Prorex.

H

HÆREDITAS vide in verb. pactum in princ.

Hæreditatis aditio animo perficitur, qui declaratur ex actibus subsequentibus, imò opinio prævalet veritati nu. 20. fol. 215

Vide in verb. separatio bonorum.

HÆRES adeundo absque beneficio legis non potest ex propria persona vindicare bona fideicommissaria à defuncto vendita, secùs verò facto inuentario num. 26. cum seq. fol. 137

Hæredes omnes vocati per stipulationem mulieris succedunt in debito dotis, & consequenter habent actionẽ personalem cum acquisitione iuris hypothecæ bonorum feudalium. Ad cuius confirmationem præ cæteris allegatur Capit. Regis Philippi II. huic Ciuitati cõcessum, in quo prouisum legitur, successorem in credito succedere, etiam in obligatione, dummodò non contra fiscum, sed si ante mulieris obitum feuda pro dotis credito eidem adiudicata fuissent, tunc successio regularetur secundum naturam feudorum, quia dotis debitum ex adiudicatione esset extinctum num. 45. & 47. fol. 171

Hæres non tenetur habere ratum factum defuncti nullũ, & à lege improbatum, & sic limitatur text. in l. cum à matre C. de rei vindic. nu. 17. fol. 176. il 1.

Hæres in feudalibus, & hæres in allodialibus contribuũt pro rata bonorum in oneribus hæreditarijs numer. 8. fol. 184.

Hæreditaria onera si fuerint mandata solui ab vno hærede, alter hæres, siuè cohæres non tenetur contribuere nu. 22. fol. 186

Hæreditaria iura, quæ hæredi competunt hæreditate adita, finguntur competijsse à die mortis defuncti nu. 24. fol. 215

Hæres in feudo hæreditario tenetur habere ratum factum defuncti legitimum, secùs in feudo ex pacto nu. 19. fol. 259

Hæres tenetur approbare gesta per defunctum, dummodò disponat de his, in quibus habet liberam dispositionem, & ita procedit text. in l. cum à matre C. de rei vend. nu. 25. fol. 261

Hæres in feudo tripliciter consideratur nu. 15. fol. 285

Vide in verb. alienatio, assensus, Constit. constitutionem, dictio in 3. summ. donatarius, dos, euictio, exceptio, quem de euict. insignia, possessio, promissio, querela, salarium, stipulatio.

HOMINES præferendi sunt cunctis rebus, quia omnia pro illis creata sunt nu. 9. fol. 48

Homines liberi non possunt compelli ire ad molendina particularia, vel ad nundinas, seù mercatum num. 9. fol. 320.

Homini luxuriosè viuenti, tanquam sui ipsius prodigo bonis interdici potest nu. 18. fol. 353

Homo maximo amore captus, æquiparatur ebrio, & furioso, ideircò in ipsius contractu decretum requiritur num. 19.

HOSPITANDI, ac præstandi alimoniam equis militum grauis armaturæ munus est patrimoniale nu. 4. fol. 27.

Hospitandi ius est de regalibus, hospitiorumq. distinctio, ac mutatio ad solum Proregem pertinet nu. 6.

Hospitium præbere tenetur vasallus Regi, eiusq. familiæ, certamq. domus partem assignare. Hinc in Hispaniæ consue-

consuetudo inualuit, qua Regis Officialibus, & Magnatibus, qui nuncupantur (li Grandi) domus præbentur dictæ de Appostento, quæ quando non fuerint capaces, superadduntur habitacula, quæ dicuntur accessoria nu. 7. & 8.

Hospitari qui tenentur, nil vltra hospitium præbere debent num. 9.

Hospitia satellitum, & aliorum Commissariorum in Regno sunt sublata, quibus tamen auctum est salarium expensis Reg. Cur. per nouissimam Pragmaticam Comitis de Lemos nu. 10.

Hospitia publica, seù Tabernæ in amplioribus Regni locis sunt construi iussa, eaq. munita, & instructa teneri ex prouisione Collateralis Consilij, quę est iuri consona, ac rationi conformis, in quibus pariter ex mandato Regiarum Audientiarum taxa rerum venalium est præponenda nu. 11. cum duob. seqq.

Hospitandi ab onere, vti etiã à contributione in pecunia immunis est hæc Ciuitas ex priuilegio; Familiaribus tamen, & Curialibus sequentibus Curiam Sacrę Maiestatis quędam quarteria particularia assignare debet non gratis, sed iusta mercede soluta n. 23. & 24. fol. 28

Hospitum militum excessus est multorum causa malorum nu. 27. fol. 29

Hospitia actualia non dantur hyemali tempore militibus leuis, & grauis armaturæ; verùm adest impositio per totum Regnum in pecunia inter ipsos diuidenda; tempore verò æstiuo distribuuntur per terras maritimas Regni nu. 28. fol. 43

Hospitia militum licet iusta, ad maximam tamen egestatem Regnum miserè deduxerunt, pro quibus quantum singulis diebus Regnum soluat iuxta relationem Scribæ rationis, congruenti ordine subijcitur nu. 32. cum seq.

Hospitandi onus si tolleretur, & perpetua hospitia statuerentur in locis propè mare indicta vniuersali contributione, optimum esset remedium leuandi maximã calamitatem huius Regni, præsertim si ex nostri eruditissimi D. Authoris sententia præfata contributio Vniuersitatibus contribuentibus imputaretur in fiscalium functionum solutione nu. 34. & 35. fol. 30

Hospitia, vt tollerentur solutis duobus aureis nũmis pro quolibet milite singulis mensibus fuit alias à Regno petita gratia, sed non concessa nu. 37.

Hospitandi ab onere milites hispanos pedites, qualiter possit eximi Regnum, secunda affertur prouisio Regi pariter vtilis num. 38.

Vide in verb. Camera reseruata, Clericus in princ. contributio, immunitas, molendinum.

HOSTES dicũtur illi, contra quos publicè bellum est indictum, quo casu poterunt posteà capi licet non in acie belli, intantũ vt licitum sit ab istis prædari, & furari; quinimò & hostium subditos, & adiuuantes, fas sit capere secundum Innoc. doctr. sic communiter intellectã iuxta quam fuit alias in facti contingentia in quàm pluribus casibus iudicatum nu. 5. cum seqq. fol. 358

Hostes, ipsorumq. bona capi posse etiam in alieno territorio confutata Socc. opin. optimis medijs, & rationibus comprobatur nu. 14. cum seqq. fol. 359

Vide in verb. bellum in fin. bona in fin.

HYPOTHECA vide in verb. creditor, separatio bonorum in fine.

I

IMMVNITATIS priuilegium non comprehendit hospitandi immunitatem, idque in Regia Cameræ Summariæ decisum num. 5. fol. 27

Immunis ab adhoa an sit exemptus à donatiuis remissiue num. 29. fol. 182

Vide in verb. Camera reseruata, Clericus, Ecclesia, priuilegium.

IMPERATOR Fridericus Regnum exinaniuit tyrannico dominio n. 61. fol. 64

Imperator quomodo sit Dominus totius Orbis num. 26. fol. 361.

Vide in verb. concessio in penult. & fin. summ. insula in princ. mare, Venetiæ.

IMPOSITIONES omnes, quæ hodie sunt redactæ in pecunia ad subueniendum Regum necessitatibus, antiquitus ex Imperat. Constit. præstabantur in speciebus pro victu militum necessarijs nu. 26. fol. 149

Impositio per focularia est antiqua, de qua Bald. est loquutus num. 34.

Impositio dicta delli Lagni, prout illa Turrium, põtium, & stratarum Regni fundatæ sunt super publico beneficio, & ideò obligant omnes ad contributionem num. 58. fol. 151

Impositiones pro substentatione militum, ex quo agitur de publico interesse, de iure sunt alienari prohibitæ, num. 40. fol. 158

Vide in verb. Prorex, stipendium, vectigal, Vniuersitas.

INCAPAX de iure communi Romanorum quàm maximè distinguitur ab indigno, quia incapax, seù inhabilis nunquam acquisiuit; indignus verò fecus, sed fiscus ob pœnam delicti aufert ab eo tanquam ab indigno num. 7. fol. 288

Incapacitas quando concurrit cum indignitate, ipsa præualet num. 8.

INCORPORATIO in incorporalibus fit per sententiam declarantem, quid ad fiscum spectare, quo casu non habet locum præscriptio, de qua in l. in omnibus ff. de diuers. & temp. præscr. nu. 51. fol. 139

Vide in verb. descriptio bonorum, fiscus.

INDIGNATIONIS significatio, & effectus num. 5. fol. 53.

INDVLTVS concedi potest sociis criminum pro detegendis criminibus, idque Reipubl. expedit nu. 39. cum seq. fol. 20

Indultus concessus capienti, vel occidenti bannitos, prodest etiam vasallis Baronum nu. 45.

Indultum generalem comprehendere ædificantes aduersus Regiam probibitionem, ijsq. prodesse concluditur. Hinc declaratio negatiua supremi Italiæ Consilij in dubium reuocatur, & ex multis in executione fore superfedendum demonstratur, & contrarijs, quæ obijci possent, exacta, ac vera affertur responsio nu. 9. cum seqq. fol. 41. cum seqq.

Indultus multoties ex causis, vel dilatantur, & concedũtur guidatica, seù assecurationes temporaliter, vel medentur quibusdam clausulis, quæ referũtur n. 2. f. 330

Vide in verb. Princeps, Prorex.

INFAMIBVS portæ dignitatum patere non debent, quia infamia ab bonoribus repellit nu. 4. fol. 8

INSIGNIA, & arma, vt distinguantur, per Iudicis officium, & Superiorem, ad quem Reipubl. quies spectat, debet prouideri, & ratio affertur nu. 1. fol. 349

Insignia sunt triplicis generis, vt nu. 2. fol. 350

Insignia deferens dignitatis alterius tenetur falsi pœna num. 3.

Insignia regalia deferens, Regem se faciẽdo, capitis pœna

tenetur, exemplaq. & casus recensentur nu. 4.

Insignia, & arma, ac inscriptiones in operibus publicis poni non possunt eorum, qui publicis operibus conficiendis deputantur, quando de pecunia publica opus construitur, secus si eorũ pecunia fiat, vel si post Principis, vel Ciuitatis inscriptionem eorum sequatur nomen: nam his casibus vtique licebit, & ita inualuit cõsuetudo vniuersalis, hinc reuocatur in dubium decis. D. de Franch. volentis contrarium seruari in hac Ciuitate, nam casus, & exempla, quæ commemorantur, refragari videntur nu. 5. 6. & 7.

Insignibus, & armis in sepultura, vel in Ecclesia de iurepatronatus appositis per Fundatorem, an alia superaddi possint per hæredes, remissiuè nu. 9.
Vide in verb. Baro in fin.

INSTITVTVS in re certa quomodo dicatur esse loco legatarij, & ad onera hæreditaria non teneri num. 5. fol. 184.

INSTRVMENTI liquidatio, vide in verb. Magna Curia.

INSVLÆ in mari ædificatæ sunt de iurisdictione Prouinciæ propinquioris per centum milliaria, vel si in alto mari sunt de Imperij iurisdictione, quæ exerceri non poterit, nisi ab Imperatore, vel eius Concessionario, aliàs secundum Romanorum leges læsæ maiestatis crimen patraretur nu. 31. & 32. fol. 362

Insulas occupantes de iure gentium faciunt sibi Regem, idq. procedit in illis gentibus, quæ nec iure Romano, nec alio iure communi vtuntur nu. 33.

INTERDICTVM prohibitorium, ne quis in loco publico ædificet, datur cuilibet de populo, cessat nihilominus, vbi Princeps hanc tribuit facultatem, & hæc optimè declarantur nu. 7. fol. 45

INTERESSE partis duplex consideratum per Isern. vtpotè pecuniarium, & sæuitis animi, quod vltimum non attenditur nu. 14. cum seq. fol. 61

Interesse voluntatis in feudis maximè consideratur, amplia etiam si conditio Domini melior efficiatur, & dicitur interesse voluntatis si placet, vel displicet num. 18. & 24. fol. 70. & num. 41. fol. 170. & num. 18. fol. 209.

Interesse quando sit idem cum re debita nu. 4. fol. 115

Interesse rei, & pretium sunt diuersa nu. 5.

Interesse, & æstimatio rei an sit idem, & è contra nu. 16. fol. 116.

Interesse ab vsura longè distat nu. 18. & 21. fol. 116. & 117.

Interesse, & damna secundum Canones peti possunt, quia non sunt vsura nu. 23. fol. 117

Interesse etiam quanti plurimi solui debet à Camera fiscali, secundum Alex. nu. 24.

Interesse pecuniæ solutæ debetur, idq. decisum in Regia Camera, quo loci declaratur authent. quæ supplicatio C. de prec. Imperat. offer. & pariter, qui fructus veniant ex dispositione illius authenticæ num. 27. & 28. fol. 175.

Interesse pecuniæ debitæ in contractu stricti iuris venit à die moræ nu. 29. fol. 118

Interesse intra rem, & nõ extra rem debetur, sed hoc fallit in pecunia, in qua semper venit interesse extra rem etiam lucri cessantis, & huius traditionis ratio affertur, quo loci pariter declaratur text. in l. si sterilis §. cum per venditorem ff. de act. empt. nu. 30. & 31.

Interesse dotium potest taxari ad certam rationem, donec dos non soluatur secundum consuetudinem Regionis numer. 76. fol. 131

Interesse Domini in alienatione rei feudalis numer. 22. fol. 302.

Interesse tertij secundarium non attenditur, dùm Princeps suo vtitur iure n. 4. fol. 320

Interesse damni emergentis quando attendatur, & non lucri cessantis nu. 5. 6. 7. & 8.

Interesse singulorum, vt singulorum non consideratur in materia admissionis ad sedilia, sed sufficit, vt maior pars assentiat & ita iudicatum nu. 10. fol. 333
Vide in verb. argumentum in princ bona fides, cõsuetudo in antepen. summ. conuentio, creditor in princ. molendinum, mora in fin. mutuum, vsura.

INVENTARIVM inducit separationem bonorum, & obligationis nu. 28. fol. 137

Inuentarium in feudo hæreditario releuat, vt non teneatur feudatarius vltra vires hæreditatis; non autem quin teneatur vsque ad concurrentem quantitatem valoris feudi nu. 19. fol. 185. & nu 21. fol. 259. & nu. 12. fol. 284

Inuentarij beneficium habet locum tàm in feudo ex pacto quàm hæreditario, & bonorum separationem inducit nu. 20. & 21. fol. 285
Vide in verb. filius, successio in penult. summ.

INVESTITVRA feudi alieni non est in se actus nullus, nec à lege reprobatus num. 3 fol. 141. quinimò hoc casu tenetur inuestiens loco feudi alieni concessi dare aliud eiusdem bonitatis, seù quantitatis nu. 7.

Inuestitura facta de alieno feudo scienti, quod ob mortem feudatarij possidentis feudum esset recasurum ad Dominum, intelligitur comprehendere hoc ius deuolutionis, quod tunc Dominus habebat, cuius occasione affertur verus, & germanus intellectus ad text. in cap. moribus si de feud. def. mil. sic pariter ad text. in cap. 2. de feud. dat. in vic. l. commiss. prout etiam ad text. in cap. 1. qui succ. ten. & ad text. in cap. si quis fecerit, quo temp. mil. quo etiam loci peroptimè examinantur tradita per Andr. qui in eo tantum confutatur, dùm voluit d. cap. moribus continere specialia, nu. 11. vsque ad 18. fol. 141. cum seq.

Inuestitura pro hæredibus ex corpore an præsumatur in Regno, & quomodo obsit, vel prosit ascendentibus, vel Collateralibus, remissiuè nu. 25. fol. 243

Inuestitura pro hæredibus ex corpore non præsumitur in Regno, qualitas tamen ista requiritur in quouis successore, sed sufficit, vt sit ex corpore primi acquirentis, nisi in inuestitura esset dictum pro se, vel ex eorum corpore descendentibus nu. 13. & 15. fol. 316

Inuestituræ confirmatoriæ, seù assensus, qui conceduntur super feudorum alienationibus, debent expediri secundum tenorem primæ inuestituræ, aliàs reformantur, & reducuntur ad primam inuestituræ formam, & hic mos seruatur passim, & indistinctè in Reg. Cancell. nu. 1. & 8. fol. 354

Inuestitura prima dicitur lapis angularis totius fundamenti nu. 4.

Inuestitura prima est adeò attendenda, vt nulla ratio sit habenda aliarum inuestiturarum difformium nu. 5.

Inuestituræ primæ alteratio nunquam intelligitur facta, nisi expressè nu. 6.

Inuestituræ primæ forma, & tenor per Dominũ alterari non potest in successorum præiudicium nu. 7. fol. 517
Vide in verb. annale silentium in princ. dominium in fin. Dominus.

IVDEX causa exigente præcipere potest, ne quis trãseat ante

ante domum alterius num.13. fol.4

Iudex in ſumma poteſtate conſtitutus poteſt in cauſis grauibus,& vrgentibus mandatum facere ſub pœna graui pecuniaria,& ita eſt conſuetudinis nu.21. fol.5

Iudices inanem ob gloriam ſæuientes, perperam agunt nu.32. fol.6

Iudex regulariter non poteſt pœnam delictorum arbitrariam ad mortem vſque extendere damnata, gloſſ.opinione; in grauiſſimis tamen delictis recepta nu.13.& 19. fol.9

Iudex,qui coram Principe, eoq. conſulto pœnas decernit,poteſt extendere pœnã arbitrariam vſque ad mortem, idq. fuit in praxi receptum D.Authore conſulente tempore Comitis de Beneuento nu. 15. & 16.

Iudices inferiores à Principe non poſſunt delegare cauſas appellatione remota nu. 3. fol.17

Iudex,vel fiſci Patronus an concedere poſſint ſaluũconductum, ſeù ſecuritatem delinquentibus,quod hodie ſolus Prorex concedit, ſeù ab eo poteſtatem expreßam habens nu.51. cum ſeq. fol.21

Iudices reſcribendo,& conſulendo Principi deſeruiunt nu. 15. fol.42

Iudex non eſt conſtituendus imperitus,ac legum ignarus nu.11. fol.79

Iudicibus,ac Reipubl. Miniſtris non cuſtodientibus legẽ iuſtitiæ Deus horridè minatur nu.12.

Iudex quid facere debeat pro exoneratione ſuæ conſcientiæ,& debito ſui officij remiſſiuè nu. 14.

Iudices mali, quæ mala pariant, eorumq. pœnæ ex Dei iudicio nu.15.

Iudices extra iudicij locum pernoctare prohibentur numer.8. fol.83

Iudices in Palatio Regio pro iuſtitia miniſtranda habitare poſſunt, & ſic in quotidiano eſt poſitum vſu numer.9.

Iudices omnes ſimul habitare pro celeri cauſarum expeditione eſſet optimum nu. 10.

Iudex condemnans ad quinque,quando videatur abſoluere à reliquis vltra quinque petitis, quo loci declaratur gloſ.in l.1. C.ſi aduerſ.rem iudic. nu.29. & 30. fol.108.

Iudex laicus nullo pacto poteſt ſe intromittere ſuper queſtione matrimonij, quando eſt quæſtio iuris, nec iudicare de illius validitate, ſecùs verò ſi ſit quæſtio facti, vtpotè ſi ſit contractum, vel non matrimonium, ſed quid ſi non ſit quæſtio de matrimonio inter coniuges, ſed inter alios, quæſtionis eſt, de qua dic, vt per D. Authorem nu. 50. fol.172

Iudex laicus, quando controuerſia eſt ſuper matrimonio contrahendo, poteſt cognoſcere, & interponere partes ſuas; ſecùs ſi ſit quæſtio ſuper matrimonio iam contracto, quia tunc cognitio ſpectabit ad Eccleſiaſticum nu.54. fol.173

Iudices imperiti multoties caſus non diſcernentes, & leges ignorantes ſuperiores decipiunt, dicendo ſic aliàs iudicatum,& conſuetum nu.55.

Iudex conductus debet habere ſumptus etiam pro acceſſu, & receßu nu.18. fol.222

Iudicibus quibus non debetur ſalarium, debent tamen refici integræ expenſæ in itinere erogatæ, quia nemo debet ſuis ſumptibus militare nu. 36. fol.224

Iudicis,& Aſſeſſoris differentia nu.37.

Iudicum particularium deputatio à iure communi ſtatuta certis perſonis in dignitate conſtitutis,& præſertim Magiſtri officiorum receſſit ab Aula, quo loci ponderatur text.in l.2.C.vbi Senat.vel Clariſ.nu.28. & 29. fol.229.

Iudex ſuo tantum munere contentus eſſe debet, nec per Principem in alienis officijs, & muneribus eſt occupandus nu.9. fol.367

Iudices iniuriam patiuntur, quando de ſpectantibus ad eorum officium aliẏ conſuluntur nu.24. fol.369

Vide in verb.Aduocatus in fin.Baro,captura,carcer in fin.Collegium, Conſilium Collaterale in 3. ſumm.contractus in princ.delegatus, delictum in 3.ſummar.dignitas, factum,inſignia in princ. mandatum pœnale,miles,munera,Princeps,ſequeſtratio,ſubreptio in princ.

IVDICIA non debent claudicare, ſed in eis eſt ſeruãda æqualitas,etiam reſpectu fiſci nu.31.& 33. fol.108

Vide in verb.electio in fin.

IVRISDICTIO alicui conceſſa de certo cauſarum genere non derogat vniuerſali iuriſdictioni Poteſtatis nu.19. fol.36

Iuriſdictio ſemper intelligitur cumulatiuè conceſſa, num.20.

Iuriſdictio vel in officium,vel in feudum, ſeù proprietatem conceditur,& vna ab altera longè, latèq. differt, hactamen differentia ceſſat, ſi iuriſdictio in officium fuerit habita ex cauſa oneroſa num.13. & 23. fol.61. cum ſeq.

Iuriſdictio,quæ tenetur in officium, & non ea,quæ tenetur in feudum,regitur ex diſpoſitione legis iudicium ſoluitur ff.de iud.nu.18. fol.62

Iuriſdictionem quomodocumque conceſſam ſemper remanere ſub Principis imperio, quomodo intelligatur num.24.

Iuriſdictio,& dignitas prædeceſſoris non ceſſat, niſi vſque ad aduentum ſucceſſoris in Prouincia, & antè ſucceſſor nihil poteſt mandare,quinimò ſecundũ Bald. ſucceſſor non dicitur veniſſe,niſi cæperit poſſeſſionem, & iuramentum præſtiterit nu.21. & 22. fol.222

Iuriſdictio magni Siniſcalchi, qui cognoſcebat de familiaribus Curiæ Regis, receſſit ab Aula,& de his omnibus cognoſcit Magna Curia nu.10.& 28.fol.227.& 229.& nu.6. fol.318

Vide in verb.Baro,inſula in princ.mare,Princeps, Proconſul, Venetiæ.

IVS congrui, ſeù prothomiſcos, vide in verb. prælatio.

Ius exorbitans non habet locum in eo,qui habetur pro tali, quia aliud eſt eſſe talem, vel haberi pro tali nu. 23. fol.344.

Ius paſcendi, vide in verb. paſcuæ.

Ius patronatus acquiritur fundatione, dotatione, & conſtructione, hinc notabiliter infertur, vt num. 10. fol. 351.

Ius ſuperioritatis nunquam cenſetur conceſſum, nec à Principe abdicatum num.16.18.21.& 23. fol.36.& 37. & nu.19. fol.324

Ius ſuperioritatis non cenſetur reſeruatum quò ad ius honeſtatis, quod ab omni iure ſuperioritatis intelligitur exceptum n.27. fol.37

Ius ſuperueniens validat venditionem factam, quando non eſt ſimpliciter nulla, ſed cauſatiuè propter ius tertij, quo loci declaratur regula, quod ab initio non valuit nu.5.& 6. fol.141

IVSTITIA vera qualis eſſe debet nu. 31. fol.6

Iuſtitiæ laudes, atque neceſſitas ex Latinis, & Eccleſiaſticis,& legum Doctoribus nu. 29. fol.82

Iuſtitia reddi debet ſecundum rectam prudẽtiæ adminiſtrationẽ, aliàs culpa contrahitur lethalis n. 23. fol. 369

L

LÆSÆ Maieſtatis crimen excludit priuilegium conceſſum Comitibus, Baronibus, & Militibus circa numerum, & qualitatem teſtium in cauſis eorum criminalibus nu. 5. fol. 8

Vide in verb. mandatum pœnale in 2. ſumm.

LÆSIO in contractibus fiſcalibus an requiratur vltra dimidiam ſeruata forma text. in l. 2. C. de reſcin. vendit. nu. 1. cum ſeqq. fol. 122

Læſio minor dimidia ſufficiens eſt, quando in contractu fiſcali incidiſſet fraus, aut gratia nu. 3.

Læſio vltra ſextam tantum ſufficit in venditione facta ſub haſta tàm rerum fiſcalium, quàm aliarum, quæ ad inſtantiam creditorum à Iudicibus venduntur, idque iam eſt vſu forenſi receptum iuxta notab. doctr. Bart. in l. ſi ſocietatem 9. arbitrorum ff. pro ſoc. num. 6. & 8. fol. 123.

Læſio quælibet ſufficit ad venditiones retractandas data fraude, vel gratia, alioquin his ceſſantibus requiritur læſio ad minus in ſexta nu. 34. fol. 126

Læſio in contractibus fiſcalibus vltra ſextam, tanto magis vltra dimidiam operatur nullitatem contractus. & propterea datur vendicatio, & reſtituitur res vna cum fructibus, quia dominium nunquam abſceſſit, & reſcinditur ex tunc, non vt ex nunc, quo loci authoritate Bald. concluditur, non habere locum in fiſco diſpoſitionem l. 1. C. ſi vend. pig. ag. nu. 35. 36. & 41.

Læſionis remedium aduerſus licitationẽ ex maiori oblatione, quod ſecundum vſum forenſem quotidie præſtatur Reipubl. minori, & fiſco, quomodo procedat, & qualiter debeant intelligi deciſ. Guid. Pap. & Afflict. quæ de diametro pugnare videntur, & inſuper quid dicendum de gabellis, & aliis, quæ ſubiecta videntur fortuitis caſibus nu. 48. 49. & 50. fol. 128

Læſio in venditione reddituum ad vitam quomodo conſideranda, an ſit licitus iſte contractus, quid ſi non fiat ſuper corpore certo, vt in donatiuis à Regno fieri conſuetis nu. 63. fol. 130

Vide in verb. contractus in princ. fiſcus.

LEGATARIVS vide in verb. inſtitutio.

LEGATVM, donatio, vel inſtitutio facta Eccleſiæ rei emphyteuticæ, vel feudalis valet quantum ad rei æſtimationem, quo circa declaratur text. in cap. 1. de immun. eccleſ. nu. 8. & 9. fol. 234

Legatum factum, ſi Stichum quis manumittat debetur, ſi Stichus mortuus fuerit ante moram nu. 10. fol. 236

Legatum factum filio, aut monacho ſub commemoratione patris, aut Monaſterij, eiſdem directè relictum videtur nu. 10. fol. 342

Vide in verb. alienatio in 7. ſumm. Conſtit. conſtitutionem in antepen. teſtamentum in fin. venditio in 16.

LEGATVS abſque Proregis licentia non poteſt ab hac Ciuitate ad Regem tranſmitti, aliàs & Legatus, & mandantes extraordinarias ſubibunt pœnas Iudicis arbitrio remiſſas; cæterum ſi licentia fuerit petita, & abſque iuſta cauſa denegata, non erit huic pœnæ locus, nec à Rege Legato denegabitur audientia, & ita practicatur, & legi ſi quis decurio la 1. C. de decur. lib. 10. quæ refragari videtur, affertur intellectus nu. 1. 2. 3. 4. 7. & 9. fol. 53

Legatis ad Regem tranſmiſſis licentia à Ciuitate petita, & iniuſtè denegata à Prorege, ſalarium erit ſoluendum, & ita in Collaterali Conſilio deciſum nu. 8. 9. & 11. fol. 53. & 54

Legatus poteſt à Ciuitate ad Regem tranſmitti contra Proregem ex regia declaratione nu. 10. fol. 54

Vide in verb. Cardinalis, officium in 8. ſumm. Proconſul in 3. ſalarium in 2.

LEGITIMATIONES naturalium, & ſpuriorum hodie fiunt abſque partis citatione, ex quo de ſtylo Regiæ Cancellariæ in legitimatione facta in vita patris apponitur clauſula citra præiudicium liberorum, & poſt mortem citra præiudicium venientium ab inteſtato, & nouiſſimè ex ordine Regiæ Maieſtatis in legitimatione naturalium de familijs ſedilium huius Ciuitatis apponitur clauſula citra illorum præiudicium nu. 3. & 4. fol. 331. cum ſeq.

Legitimatio ne dicatur ſubreptitia, cauſa eſt exprimenda, & probanda, quæ tamen in patre præſumitur, niſi filios legitimos habeat, quo caſu eſt facienda mentio filiorum, ſed hæc ceſſant in Regno ex clauſulis, vt ſupra nu. 7. fol. 332

Legitimationis materia fusè cumulata per D. Lanarium Iuriſconſultum præſtantiſſimum, quem meritò D. Author maximis effert laudibus nu. 8. & 9.

Vide in verb citatio in fin. Prorex.

LEGIS interpretatio eſſe debet circa circumſtantias, non principalem diſpoſitionem, quæq. cum diſpoſitionis verbis ſe compatiatur, & non eam tollat, & deſtruat nu. 11. fol. 42

Leges nouæ pro recta, & neceſſaria Regnorum adminiſtratione conſtituendæ nu. 12. fol. 48

Lex particularis in aliquo caſu facta ex ratione generali eſt vniuerſalis in omnibus alijs caſibus nu. 43. fol. 72

Lex correctoria quando vnica eſt ratio, & alia non aſſignatur, ex mente comprehenſiua extenditur ad omnes alios caſus eandem rationem habentes nu. 44. fol. 73

Leges multæ ſanctæ, plura ſtatuta cõpoſita, & Pragmaticæ pariter editæ, quæ recenſentur, ex quibus ad lites tollendas, & ad populorum quietem ſunt denegatæ actiones, & vetitum fieri lites nu. 36. fol. 108

Lex aliquando annullat actum principaliter de ſe, interdum cauſatiuè propter alterius intereſſe, & inter vtrunque caſum maxima conſtituitur differentia, vt ex exẽplis per D. Authorem cumulatis facilè dignoſci poteſt nu. 2. fol. 140

Legis prohibitio operatur, vt nec principale, nec acceſſorium ſubſiſtat, vel quicquid ex eo, vel ob id ſequatur nu. 5. fol. 177

Leges ciuiles non ſunt allegandæ in materia feudi hæreditarij, ex quo prædicta qualitas conſideratur in eo vti ſubſtantialis, & intrinſeca; non autem vt accidentalis, & ſeparata n. 12. cum ſeq. fol. 184

Lex, vel Pragmat. recipit intellectum rebus in eodem ſtatu permanentibus nu. 11. fol. 236

Lex ſemper loquitur nu. 3. fol. 263

Leges Principum de Eccleſijs loquentes, prout ſtatuta, & cõſuetudines ex iuriſdictionis defectu nullius ſunt ponderis nu 6. fol. 355

Lex, vel conſuetudo generalis, aut erit nulla, aut non comprehendit Eccleſiam nu. 7.

Lex improbans conſuetudinem deuincit etiam immemorabilem, niſi ſuffragentur ſcientia, & patientia Domini, ad quem ſpectat concedere, quia ex his præſumpta oritur conceſſio nu. 20. fol. 361

Lex quando reſiſtit præſcriptioni, & conſuetudini, tunc quod eſt conceſſibile non eſt præſcriptibile, nec conſue-

tudo

tudo etiam immemorabilis quicquam proficit, ſed requiritur priuilegium verum, vel præſumptum, quod allegari debet, & probari per poſſeſſionem immemorabilem ſecundum Angel. communiter receptum, loquẽtem in Gulfu Venetorum nu. 21. & 22.

Leges abſque maturo conſilio ſancitæ contemptibiles reddũtur nu 22. fol. 369

Vide in verb. Conſilium Collaterale in 4. ſumm. poteſtas, Princeps.

LIBRIS Arrendatorum, eorũq. priuatis ſchedulis nulla eſt adhibenda fides, dùm ex iſtis intendunt facere debitores aliquos, vel in arrendamento participes, maximè ſi ſint in neceſſitate, vel egeſtate conſtituti num. 23. & 25. fol. 148. cum ſeq.

Liber rationis continens data, & recepta, quam fidem faciat nu. 25. fol. 149

LICITATOR primus non liberatur per maiorem oblationem ab alio factam, ſi non fuerit adimpleta nu. 51. fol. 128.

Vide in verb læſio in penult. ſumm. oblatio.

LINEA primò præfertur, ſecundò gradus, tertiò ſexus inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ, & gradus, & quartò ætas inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ, gradus, & ſexus nu. 30. fol. 310

Lineæ maſculinæ appellatione venit neptis ex filio n. 32.

Lineæ tot ſunt, quot filij, cum vnuſquiſque ſuam conſtituat lineam, & deſcendentiam nu. 42. fol. 312

LIQVIDATIO inſtrumenti vide in verb. Mag. Cur.

LITERÆ familiaritatis non deſeruiunt actu non ſeruientibus, & ita deciſum, & ratio affertur nu. 40. fol. 230. *& nu. 11.* fol. 319

LVCRVM capere, & debitum amittere ſunt diuerſa nu. 16. fol. 112

M

MAGNAE Curiæ ritus circa liquidationem inſtrumentorum an habeat locum contra Collaterales, quæſtio proponitur, & affirmatiuè concluditur nu. 1. cum ſeqq. fol. 226

Magna Curia habet iuriſdictionem contra Curiales numer. 2.

Magnæ Curiæ Tribunal eſt idem, quod Regis Tribunal, appellatur ſpeculum iuſtitiæ, & luminare maius. iccirco iuriſdictionem habet vniuerſalem ſuper omnes Barones, Comites, Duces, & Principes, & alios cuiuſcunque conditionis, & præeminentiæ fuerint, & conſuetudo antiqua, quod contra iſtas perſonas non procedatur inconſulto Principe eſt ſublata, quia contra Conſtitutiones, & Ritum dictæ Magnæ Curiæ, ex quibus ceſſant diſpoſita de iure communi, & inſuper caſus recenſentur, in quibus fuit proceſſum aduerſus Magnates, ſeù Titulatos, & etiam habentes vnum ex ſeptem officijs n. 4. 5. & 6. fol. 226 *& 227*

Magnæ Curiæ ritus, qui excipit familiares Regis domeſticos, commenſales, & actu ſeruientes abijt in deſuetudinem, imò contraria viget conſuetudo nu. 7. fol. 227

Magnæ Curiæ ritus recepit interpretationem in ſeruientibus, & familiaribus propriæ domus Regis, aut Proregis, de quibus cognoſcit Auditor exercitus, niſi aliud Proregi viſum fuerit, non autem in Conſiliarijs, alijsq. Officialibus nu. 12.

Magna Curia non habet iuriſdictionem in Curia magni Admiratus, ſed vtrunque Tribunal procedit per viã literarum hortatoriarum nu. 10. fol. 349

Vide in verb. Capitaneus in fin. bãnum in princ. & in fin. iuriſdictio, Officialis, receptator.

MAIOREM partem concludere, vel vocandos eſſe, quos negocium principaliter tangit, duo ſunt inuicem diuerſa nu. 28. fol. 96

Vide in verb. actus in 2. ſumm. Ciuitas, donatiuum in princ. intereſſe, Prorex in penultim. ſummar. Rex.

MANDATA, ſeù procurationes Vniuerſitatum Regni, qualia debeant eſſe pro donatiuis faciendis, remiſſiuè num. 38. fol. 150

Mandatum, iuſſus, licentia, & conſilium diſtinguuntur à conſenſu, vt nu. 22. cum ſeq. fol. 337

Mandatum pœnale fieri poteſt etiam ſub commination omnium bonorum ob contumaciam, cæterum non eſt indiſtinctè decernendum, ſed cum moderamine num. 22. fol. 5

Mandata ſub pœna publicationis bonorum fieri poſſunt, etiam Neapolitanis, quorum bona vigore Capitulorum non poſſunt fiſco vendicari, niſi pro crimine læſæ maieſtatis, diuinæ vel humanæ, & ita in dies ſeruatur, tanto magis quod in facti contingentia conſultus Rex Philippus II felic. memor. hoc idem reſcripſit, & ſimile mandatum fuit executioni demandatum aduerſus Marchionem Padulæ nu. 23 & 28.

Mandata fieri conſueta, ne matrimonia contrahantur inconſulto Principe, quomodo iuſtificentur numer. 48 fol. 171.

Mandata ſimpliciter, & indifferenter cauſa legitima non præcedente fieri neutiquam poſſunt, ne matrimonia contrahantur, quia ſunt contra matrimonij libertatem, contra Capitula Regni, & contra præcepta Eccleſiæ, ſecus verò ſi fiant cum cauſa, & cauſarum genera recenſentur nu. 49. 51. & 52. fol. 172

Vide in verb. Iudex, Prorex.

MARE eſt omnibus commune naturali iure num. 27. fol. 362.

Maris reſpectu tria conſiderantur, proprietas, quæ in nullius eſt bonis, vſus, qui eſt omnibus communis, & iuriſdictio, ſeù protectio, quæ eſt Populi Romani, ſeù Imperatoris. Hinc in mari ædificare licet, dummodò vſus publicus non impediatur nu. 28. & 29.

Maria, & litora adiacentia Terris particularibus ſunt de iuriſdictione illarum, ſeù illorum, qui ibi præſunt nu. 42. fol. 363

Vide in verb. Inſula.

MATER, vide in verb. Baliatus, mulier, receptator.

MATRIMONII libertas an dicatur impediri, ſi fuerit dictum, non nubas ſine conſenſu meo, vel non nubas Titio, vel non nubas Neapoli nu. 6. fol. 163

Matrimonia poſſe liberè fieri à Feudatarijs, ſed feuda non poſſe in dotem dari abſque expreſſo Regis conſenſu ſtatutum fuit per Capitula Regis Caroli II. quod extenditur etiam ad dotarium nu. 2. fol. 192

Vide in verb. aſſenſus circa med. donatio, Iudex, mandatum pœnale in ſumm. penult. & fin. refutatio in 3. ſumm.

MATTONATÆ nomen antiquum, & vſitatum nu. 21. fol. 51

MEDICVS, qui vadit ad aliquem locum pro tanto ſalario quolibet die, debet illud habere etiam tempore itineris nu. 17. fol. 222

MERCATORES forenſes ante ingreſſũ in aliquas Terras, vel in ipſo ingreſſu, poſſunt ab illarum Dominis expelli, ſed poſtquam recepti fuerint, minimè, niſi legitima ſubſiſtat cauſa nu. 2. fol. 321

MERCATVS faciendi priuilegium antequam à Prorege concedatur, quæ præcedere consueuerunt, exponitur nu. 2. fol.319

Mercatus fieri non potest die festo, nisi consuetudo esset in contrarium nu.10. fol.320

Vide in verb. Baro propè fin. homo, priuilegium paulò ante fin.

MERO, & mixto imperio, vel simplici iurisdictione concessis tributa censetur statuendi facultas; non tamen contra ius commune, nisi ex causa publicæ vtilitatis, quo circa declaratur l.vnic. C.ne fin.iuss. Princ. nu.31.32.& 34. fol.13

MERCES corruptæ, vel cum corruptis admixtæ proijciendæ, vel publicè concremandæ, idq. pluries seruatum in contingentia facti nu. 21. fol.33

Mercibus priuatorum onerari non debent Regiæ triremes, quauè pœna coercendi sic eas onerantes num.30. fol.34.

Vide in verb.extractio.

METVS iustus ex quibus inducatur remissiuè num. 25. fol.12.

MILITIBVS, remigibusq. Regio seruitio vacantibus in Regijs triremibus species annonariæ præstatur statutis diebus in hebdomada Curiæ expensis, quæ postea militibus in eorum stipendijs imputantur numer. 27. fol.149.

Militibus de iure communi, quæ debeant præstari pro victu nu.30.cum seqq.

Milites stipendiati in bello ab hostibus capti nullam habent actionem aduersus Regem, vt ipsos redimat, vel taleas factas soluat nu.28.fol.156.declara, vt num.45. fol.364.

Milites Hierosolymitani in feudo non succedunt, & ita per Reg.Cam.decisum nu. 9. fol.213

Milites in Regno militarem artem actu exercentes, & in matricula, seù rollo descripti quò ad iurisdictionem tantùm habent Iudicem particularem deputatum, qui dicitur l'Auditor del Campo nu 11. fol.227

Milites negotiatores conuenti pro illa negotiatione, militari priuilegio non gaudent, sed Iudici subsunt ordinario, etiam si sint Curiales, & familiares, qui ad latus Principis seruiant nu. 18. fol. 228

Militare dicuntur Curiales, dùm in Regis seruitio degunt, iccircò dicuntur milites, sed non armatæ militiæ num. 19.

Milites facti ex priuilegio, qui non se exercent in factis armorum, fori priuilegio non gaudent nu.32. fol.230

Militantes in sacro Palatio in quocunque officio, quibus priuilegijs gaudeant nu. 33.

Milites facientes militarem professionem, sed verè actu non exercentes, vti debent iure communi in eorum actibus, quia eorum militia non est priuilegiata secundum Bald. nu.34.

Milites proprijs negotiationibus incumbentes militare priuilegium amittunt nu.37.

Miles in matricula descriptus, si militiam non exerceat, militari priuilegio neutiquam gaudebit nu.38.

Milites veterani non gaudent, quia non exercent n.39.

Milites nostri temporis non gaudent secundum opinionem frequentiùs receptam, immò pro debito in carcerem conjci possunt nu.41.& 43. fol.230.& 231

Milites priuilegio gaudent, vt non conueniantur, nisi inquantũ facere possunt pro debitis contractis in Castris, in bello, & in expeditione; non autẽ pro his, quæ contraxerũt domi, vel vagando per mundũ n.42. fol.230

Milites nouæ militiæ indifferenter executionem patiuntur circa eorum personas, super equis tamen, & armis non potest fieri executio nu.43. fol.231

Milites non possunt mutari de vna cohorte in alteram sine Principis iussu nu.2. fol.348

Milites stipendiati ab illis, qui absque stipendio seruiunt vulgò dicti Auuenturieri, quo differant, remissiue num. 3.

Milites Aduenturerij an militum priuilegijs perfruantur, remissiuè nu. 4.

Milites militiæ desertores, qua pœna plectantur nu.5.

Milites absentes debent cassari à numeratione, seù matricula, vulgò dicta il rollo nu.7.

Militibus stipendiatis licentia concedi non debet eundi ad lõginquas Regiones propter eorum negocia, maximè cum solutione stipendij, quo casu concedens licentiam deberet soluere de suo secundum Frecc. quinimò de iure huiusmodi licentia non tenet secundum D. Authorem nu.8. & 9.

Miles si licentiam habuerit ad tempus, & illud sit elapsum, nullo modo ei stipendium debetur nu. 10.

Miles si ex causa necessaria licentiam habuerit, & demũ stet otiosè, stipendium ei non debetur, etiam si licentia non contineat tempus præfinitum nu.11.

Militum Capitaneo absenti etiam cum licentia stipendiũ nõ debetur, si interim ex necessaria causa fuerit alius in eius locum suffectus, nam aliàs duplicatum solueretur stipendium, cum substitutus proprijs sumptibus militare non debeat nu. 12.& 13.

Milites cruciferos, qui aliorum seruitijs se ascribunt, de iure communi militiæ cingulo priuari mandatur n.3. fol.352.

Vide in verb.Cauallarius in penult.summ.Ciuis in princ.donatio in 3 summ.emptio in princ.hospitium impositio, læsæ maiestatis crimen, priuilegium.Prorex, Rex in fin.stipendium, Vniuersitas in princ & paulò ante med.

MINISTRI pecuniarũ grauibus plectuntur pœnis, & etiam capitalibus, de pecunia fiscali quomodolibet disponentes, & nedum ipsi, sed qui scienter ab ipsis accipiunt nu. 1.3.& 4. fol.111

Ministri pecuniarũ si in liquidatione computorum remaneant debitores quomodo significentur nu.8.& 10. fol.112.

Vide in verb. fiscus, significatoria, Thesaurarius in fine.

MINOR & pupillus fisci instar priuilegio fruuntur, vt re ipsa in ipsorum beneficium irregularis mora contrahatur nu.47. fol.119

Minor restituitur, sed non in modicis, quo loci ponderatur text.in l.& si sine §.quæsitum ff. de minor. nu.15. cum seq. fol.124

Vide in verb.argumentum in fin. fiscus, mora in princ.

MOLENDINVM, hospitium, furnus, & alia huius generis an possint construi reluctantibus vicinis propter eorum interesse, exactè declaratur, & notab. Alber.doctr. refertur nu.6. cum seqq. fol.320

Vide in verb. homo.

MONASTERIVM vide in verb.Clericus in antepen. & penult.summ.Legatum.

MONETA, vt crescit, & decrescit, sic pariter rerum pretia crescunt, & decrescunt nu. 39. fol.98

Monetæ valor in Regno auctus tempore Præsidatus Ducis Albæ nu.40.

Moneta eſt mutuanti reddenda iuxta valorem inſpecto contractus, non autem reſtitutionis tempore num.41. fol.99.
Vide in verb. pecunia.
MORA regularis habet locum etiam in pupillo, & minore, ſi fuerit eis interpellatio legitimè facta num. 48. fol.119.
Mora regularis contracta per interpellationem, vel temporis lapſum parit intereſſe tàm damni emergentis, quàm lucri ceſſantis in eo, qui non conſueuit tenere pecuniam ociosam in arca, ſed in emptionem commutare nu. 66. fol.130
Vide in verb. minor in princ.
MORATORIA vide in verb. Prorex paulò ante fin.
MVLIER aſportans veſtes contra prohibitionem, propriè delictum committere dicitur aduerſus Bald. ſententiam nu. 8. fol.41
Mulieres per Reg. Conſtit. & Neapolitanas Conſuetudines maſculis exiſtentibus ſunt à ſucceſſione excluſæ, dummodo de paragio dotentur nu.1. fol.306
Mulier ſi dotetur ex propriis bonis, & ex paternis parùm, aut nihil habeat, poteſt agere ad ſupplementum, idq. procedit etiam in magnis Dominis, ſed ſi ex paternis bonis ſit congruenter dotata iuxta Regionis morem, & in matrimonium collocata pari, tunc non attenditur, dotem eſſe minorem legitima nu.3.
Mulier dotata à ſucceſſione excluditur, quando fuit dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur. Hinc ſoror dotata à fratre de bonis paternis, vel maternis, non excluditur à ſucceſſione eiuſdem fratris, idq. ſtatutum eſt in Regno per Pragmat. vulgò nuncupatam la Filingeria nu.4.
Mulier ſi pro eius dote aliquid habuerit de bonis fratris, non per hoc intelligetur ab eius ſucceſſione excluſa, quia debet eſſe congruè dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, vt intelligatur expulſa, maximè quando frater de ſuo voluntariè dotauit nu.5. fol.307
Mulieres dum dotantur, de generali conſuetudine ſolent facere ampliſſimas renunciationes, & eorum mariti ſe particulari obligationis nexu obſtringunt, vt vxores illas facere habeant in valida forma quo caſu non excuſantur, allegando feciſſe eorum poſſe, & ita pluries iudicatum contra deciſ. Afflict. nu.10.
Mulieres per Conſuetudinem Neapolitanam differentibus ſucceſſoribus eas maritare vſque ad annos ſexdecim completos ſecũdum paragium, poſſunt petere portionem virilem, vt cæteri fratres, & alij ſucceſſores, id tamen in allodialibus tantum procedit, ſecus in feudalibus, ſed ſecundum Conſtit. Reg. ſemper remanent excluſæ cum onere dotandi de paragio nu.14. fol.308
Mulieres per Conſtit. Regni, & Conſuetudines Neapolitanas non intelliguntur excluſæ à ſucceſſione omninò, nec per omnes maſculos, ſed per exiſtentes in eodem gradu; ſecus verò per remotiores n.26. & 29. fol.310
Mulier dicitur de ſanguine, & eſt caput & finis ſuæ familiæ nu.33.
Mulieres quomodo intercedere poſſint, D. Author in hac materia commemorat decretationes fieri conſuetas per Collat. Conſil. quas nequaquam admittit, ſed redarguit, & efficaciſſimis argumentis, & rationibus cõuincit, eſſe contra expreſſam iuris diſpoſitionem, vna cum deciſ. D. de Franch. quæ illis ſuffragari videtur nu.1. cum ſeqq. fol.334
Mulier ſi pro pia intercedat cauſa, Velleianum vtique ceſſabit, quo circa optimis rationibus redarguitur deciſ. D. de Franch. in qua dicitur, deciſum fuiſſe obligationem matris pro filio eximendo à carcere fuiſſe annullatam, cuius occaſione declaratur text. in cap. cauſas, in auth. vt cum de appell. cognoſc. n.30. cum ſeqq. fol.338.
Mulier de iure communi dummodò ſit certior facta, poteſt ſe à Velleiani beneficio facere alienam, licet non cogatur nu.33. fol.339
Mulieri luxuriosè viuenti tanquam ſui ipſius prodigæ bonis interdici poteſt nu.18. fol.353
Vide in verb. Conſtitutio in aliquibus, conſuetudo neapolitana, officium poſt medium, Prorex, querela in fin. remiſſio in 2. ſumm. ſequeſtratio in fin. ſtatutum, velleianum.
MVNERA qualiter Officialibus prohibita numer.11. fol.83.
Munerum ab Officialibus accipiendorum prohibitio obtinet in illis, qui ſufficiens habent ſalarium ex Alberic. ſententia, quæ an procedat in Regno ſtantibus Pragmat. benè examinatur nu.12. cum ſeq.
Muneribus in accipiendis certus, qui exponitur, ab Officialibus ſeruandus eſt modus nu. 14.
MVTVANS ad neceſſariam ſubuentionem alicui pecuniam, quam paratam habebat ad emptionem faciendam, poteſt paciſci ſibi deberi intereſſe lucri ceſſantis nu.77. fol.131
Vide in verb. moneta in fin.

N

NAVIGATIO quo tempore incipere debet, & quo finire nu.29. fol.148
Vide in verb. proprietas.
NECESSITAS facit licitum, quod aliàs de iure eſſet illicitum nu.34. fol.157
NEPOS de iure communi feudorum ſuccedit ex perſona patris vna cum patruo, ſed ſi in feudis viuatur iure Francorum nepos ex primogenito excludit patruũ, idq. in Regno procedit etiam in linea Collateralium, & ita deciſum, ſed quid in fratre vterino, & quando non eſt coniunctus ex latere, à quo feudum prouenit, remiſſiuè num.32. fol.244. & fusè num. 8. cum ſeqq. fol.315.
Nepos dum excludit patruum à feudi ſucceſſione, à vitæ, & militiæ ſolutione nequaquam redditur immunis nu 42. fol.246
Nepos an excludatur à ſucceſſione auiti feudi propter parricidium ab eius patre commiſſum. In hoc articulo relatis hinc inde opinionibus optimis mediis pro parte negatiua concluditur, cuius occaſione declaratur doctr. Andr. & Afflict. in cap. præterea ſi vaſall. quæ ſit prim. cauſ benef amitt. Nec huic opinioni refragatur text. in l. quiſquis C. ad leg. iul. maieſt. quia procedit in delictis in Dominum commiſſis, & ſecundum eam aliàs fuit per Reg. Cam. iudicatum num.1. cum ſeqq. fol.287
Nepos auo ſuccedit ex propria perſona patre ob delictum de medio ſublato nu. 4.
Nepotis ſucceſſio in feudo auito ſtante delicto parricidij paterno non oritur ex tranſmiſſionis cauſa à patre in filium, ſed ex propria forma & feudi natura, quæ principaliter vocat nepotem ad ſucceſſionem, & ratio eſt, quia quis non poteſt venire per alium, quando ille medio tempore eſt inhabilitatus nu.15. & 16. fol.289
Nepos à patre exhæredatus ſuccedit in feudo auito hæreditario, quando pater prædeceſſit, quia venit ex propria perſona, & agitur de aui ſucceſſione nu.18.

Vide

Vide in verb. Auus.

NOBILIVM priuilegium, ne ſuſpendantur, competit etiam popularibus diuitibus, atque honeſtis numer. 2. fol. 8.

Nobilis magis eſt cenſendus, qui ſua virtute eſt nobilitatem aſſecutus, quàm qui claris eſt ortus parentibus, num. 23. fol. 89

Nobilis genere, & virtute cæteris præferendus nu. 24.

Nobiles, & non populares ad latus Imperatorum, & Regum ſtare debent nu. 26.

Nobiles Sedilium liti cedere non poſſunt, quinimò ſolus Rex citrà voluntatem eorum poteſt mandare, vt cauſa per iuris tramites decidatur nu. 3. fol. 366

Vide in verb. Cadauer, Ciuitas, conſuetudo circa med. Decurio in princ. nominans in pen. ſumm. officiũ in princ. Prorex, remiſſio in fin. Titulatus.

NOMINANS aliquem in officio, quod ex ſola nominatione confertur, pro eo tenetur nu. 10. fol 36

Nominandi, vel eligendi non ſunt ad officium, habentes malum nomen, ſicut è contra præponendi ſunt habentes bonum nomen, atque famam nu. 4. & 5. fol. 78

Nominatio Officialium, qui iuſtitiæ reddendæ præficiuntur eſt Regi facienda à Prorege cum voto Collateralis Conſilij nu. 8. fol. 79

Nominandus, ac eligendus eſt ad officium nobilior cæteris paribus nu. 9.

Nominator ad quid, & quando teneatur nu. 17. fol. 80

Vide in verb. deportatio, electio in princ. officium poſt med. Prorex.

NVLLITAS actus geſti aduerſus legis prohibitionem quando dicatur pœna nu. 4. fol. 41

Nullitas actus geſti contra legem prohibentem non eſt pœna naturaliter, niſi ex actus nullitate ius alteri quæſitum tollatur, & aliquid abſit ab eo nu. 5. & 6.

Nullum eſſe, vel non eſſe idem important numer. 16. fol. 336.

Vide in verb. lex.

NVMERATIO Regni cur, quando, & quomodo facienda nu. 7. & 16. fol. 103

Numeratio viduarum, & pauperum fit ad damnum cæterorum Ciuium, & Vniuerſitatis, ita quod numerantur, ſed non ſoluunt, ſed alij Ciues, ſeù Vniuerſitas, pro illis præmuntur onere nu. 5.

Numeratio Regni poſtquam eſt facta, & clauſa, ita quod non datur amplius reuiſio, ſingulæ Vniuerſitates tenentur iuxta earum taxam, & diminuto Ciuium numero non datur alleuiatio, ſicut è contra ſi augeantur focularium numero, maiori ſolutione non prægrauantur nu. 18: fol. 104

Numeratio Regni olim quolibet triennio, hodie verò ſingulis quindecim annis fieri conſueuit nu. 17. fol. 107

Numerationis tempore occupans regia focularia, quæ veniat pœna plectendus remiſſiuè nu. 18.

Numerationis reuiſio cum tempore præfinito vnde ſumpta nu. 19.

Numeratorum pœna fraudantium focularia in damnum Regiæ Curiæ nu. 20.

Numerare eſt idem, quod computare, & vulgò dicitur contare, e li Contatori nu. 21.

Numerationes factæ diſcutiuntur in Regia Camera, & à lege eſt præfixum tempus præponendi, & diſcutiendi grauamina, quo elapſo denegatur actio, & ſic eſt à iure impoſitum ſilentium nu. 22. vſque ad 26.

Numerationum decreta interpoſita ſuper earum clauſura important exceptionẽ rei iudicatæ tàm pro, quàm contra Vniuerſitates, & Fiſcum nu. 27.

Numeratio quãdo ad inſtantiam Fiſci, vel Vniuerſitatis reuidetur, tota ex integro reuideri debet n. 40. fol. 109

NVNDINÆ *vide in verb. Mercatus.*

O

OBLATIO maior ſemper admittitur infra tempus licitationi præfixum etiam ſi res fuerit licitata, & alteri liberata, ſecus verò tempore elapſo, quando iuſto pretio res fuit liberata nu. 53. fol. 128

Oblatio maior admittitur contra Conductorem finito tempore locationis, dùm vult perſiſtere in conductione, cæterum ſi idem offerat, alijs præfertur, quinimò infra tempus locationis maior admittitur oblatio, quod non obtinet in perpetuis locationibus, niſi tempore contractus nu. 54. & 58. fol. 128. cum ſeq.

Offerens rem feudalem emere in iudicio, non poteſt amplius reuocare oblationem debitoris inſtar, cuius bona venduntur, & reuocationem facere non valentis nu. 1. cum ſeqq. fol. 281

Vide in verb. læſio, licitator.

OBLIGATVS ad aliquod munus Fiſco, non liberatur ſoluendo extimationem n. 59. fol. 110

Obligatio eſt mater actionis nu. 37. fol. 119

Vide in verb. inuentarium.

OFFICIALIS non poteſt in cauſa criminali in ſententia condemnatoria ſibi, vel Baroni reſeruare facultatem indulgendi, moderandi, aut commutandi pœnam de perſonali in pecuniariam nu. 14. fol. 17

Officiales Baronales repreſentant perſonas Regiorum Miniſtrorum nu. 68. fol. 22

Officialis, qui Regis nomine præſidet in Tribunali Decurionum, cum eis non votat, ſed concluſionum executio fit cum ipſius authoritate ex ſententia Regis Friderici nu. 4. fol. 50

Officialibus nomine Regio Præſidentibus in Tribunali Decurionum, vel in alio huius Ciuitatis an ſit aliquod pro labore præſtandum ſalarium nu. 10. fol. 51

Officialis dum, Rege, vel Prorege mandantibus, pluribus officijs diſtinctis fungitur, ſingulorum officiorum ſalario potiri debet nu. 11. 12. 13. 14. 15. & 17.

Officialibus ſalarium decernere exiuribus Reipubl. ad Principem ſpectat nu. 16.

Officiales debent eſſe annales nu. 1. fol. 56

Officialium delicta, vt à ſola Magna Curia cognoſcantur iuxta ritum eiuſdem, obtinet etiam in Officialibus Baronum nu. 3.

Officiales à Rege creati, vel ſimpliciter, vel ad beneplacitum cenſentur perpetui nu. 4.

Officiales poteſt, non tamen debet Rex ad nutum priuare officio ſine iuſta cauſa, quia intelligitur auferre honorem, & facere iniuriam, quod debet eſſe alienum a Principe nu. 5.

Officiales, qui iuſtitiæ miniſtrandæ præponuntur quales eſſe debent, & quibus officia decernenda nu. 13. fol. 57

Officialis, qui legitimè exit officium, & malè tractat ſubditos, vel eſt malæ famæ, & odioſus poteſt cogi ad vendendum nu. 1. fol. 60.

Officialis propter nimiam ſeueritatem poteſt officio priuari, ſi tamen gratuitò fuerit conceſſum, ſecus ſi ex titulo oneroſo, vipotè venditionis, quo itidem caſu eadem irrogaretur pœna, & ita practicatum, ſi ſæuitia, & alia eſſent grauiſſima nu. 2. cum ſeqq.

Officialis, qui deliquit in officio, eoq. fuit priuatus, nec ad illud redire, nec ad aliud promoueri poteſt, etiam ex Principis reſcripto, quinimò nec accuſatus ad nouos honores

honores promoueri debet nu.1.2. & 3. fol.78
Officiales præſumuntur multa mala ſcire, & committere, & potiùs deferre potẽtibus, quàm iuſtitiam miniſtrare petentibus nu.25. fol.81
Officiales propriè dicuntur, qui iuriſdictionem habent, & conſequenter Lictores, Apparitores, & ſimiles non ſunt dicendi Officiales nu.26.cum ſeq.
Officiales quoque maiores, qui malum, & corruptum ingreſſum habuerunt, multa mala committere præſumuntur nu.28.
Officiales, qui iuſtitiæ miniſtrandæ præſunt viſitare, & per alienas domos curſitare prohibentur nu 1. fol.82
Officialium authoritas à Principe, atque Prorege augenda, ſine qua vileſcit iuſtitiæ adminiſtratio nu.2.& 4. fol.83.
Officiales Principis membra, & pars corporis eſſe dicuntur num.3.
Officiales, vt iuſtè ſuo fungantur munere, ſunt à Principe remunerandi, & ad ſublimiores dignitates promouendi pro iuſta laborum ipſorum retributione, & exemplo aliorum nu. 5.
Officiales cum ſubditis pro iuſtitia ipſos adeuntibus modeſtè, ac abſque iniuria agere debent, aliàs grauiſſimè puniuntur nu.6.
Officiales nec gratis, nec ſoluta mercede poſſunt morari in hoſpitijs ſubditorum, niſi priuati amici, ac volentis nu.15. fol.84
Officiales ante officij ingreßum cautionem de benè adminiſtrando, & ſindicatui parendo præſtare debent, ad quam tamen non tenentur Officiales perpetui, ſed poſt aliquam temporum intercapedinem viſitantur nu.17. & 18.
Officiales an præſumantur ex officio locupletati, variæ Doctorum diſtinctiones recenſentur num.2. cum ſeqq. fol.85.
Officialibus perpetuis de iure cõmuni eſt negociari permiſſum, omnibus autem vendere, & emere palàm, & bona fide tributum atque conceſſum nu.3.& 4.
Officialibus etiam perpetuis in Regno negociatio eſt interdicta, emptio, & venditio palàm, & bona fide permiſſa, ſecùs ſi viliùs emerent vendendi gratia cariùs num.5.
Officialis nõ præſumitur acquiſiuiſſe ex officio ex frequentiùs recepta ſententia, ſed D. Author noſter ſapientiſſimus natura peracutus, ac prudens ſic diſtinguit, vt Officialis diues ante officium non præſumatur ex eo ditatus. Officialis pauper, vel qui modicum habebat patrimonij, ex officio locuples factus præſumatur, præſertim ſi officium emerit, & ſplendidè viuat nu.6. vſque ad 10.
Officialis Regius nequit abſque Regis licentia clericatus ordine initiari; poteſt verò ingredi religionem num. 15. fol. 86
Officialis ad maiorem promotus dignitatem, retinet priuilegia minoris, à qua aſſumitur; non tamen propriam dignitatem nu.1. & 2. fol.87
Officialis Præſidens Reg.Cam. effectus Conſiliarius Sacr. Conſ. vel ad Regentis officium promotus retinet honores, & priuilegia priſtinæ dignitatis; non tamen nomen, nec exercitium illius nu.3.
Officialis promotus à minori officio vendibili ad maius, vendere illud poteſt, idq. eſt in vſu poſitum nu.4.
Officialis vnius tantum, quod exercet, non vtriuſque officij ſalarium meretur, & ita Regijs ordinibus diffinitũ, habet tamen honorantias præcedentis officij, ſeu quædam munuſcula, & ita eſt vſu receptum nu.5. & 6.
Officialis aſſumptus à maiori dignitate ad minorem, priſtina dignitate, & priuilegijs illius eſt denudatus numer.7. fol.88
Officiales Regentes in ſupremo Italiæ Conſilio effecti Locumtenẽtes, vel Conſiliarij Præſidentes Regiæ Cameræ, non niſi ex ſpeciali Regis priuilegio priſtinam retinent dignitatem cum eodem ſalario, ſine tamen adminiſtratione, & ita eſt in vſu poſitum nu. 8.
Officialis ſua ſponte, & accedente Regis beneplacito officium deponens, retinet quandiù viuit nomen, priuilegia, & honores officij depoſiti; non tamen prælationem, ſed eum præcedit alter habens officium cum adminiſtratione nu 9.10.& 11. fol.88.& nu.28. fol.344
Officialis officium deponens præuio Regis aſſenſu, videtur adeſſe, & perinde habetur, ac ſi perſonaliter inſeruiret, idq. fusè exornatur nu.12. 13.14.15.16. & 18. fol.88.cum ſeq.
Officialis Regens Regiam Cancellariam ſi ſit Doctor de Collegio ſemper Compromotoris officio fungitur, & ita deciſum nu.17. fol.89
Officialis Præſes Sac.Conſ. præcedit Locumtenentẽ Reg. Camer. olim Regentem, & hodie etiam ex particulari priuilegio eius prærogatiuam tenentem, quando tribunalia Collegialiter vniuntur, & ita deciſum, & in quotidiano vſu poſitum nu. 35. fol.91
Officialis patronus Fiſci Reg.Cam & Mag.Cur. collegialiter incedentes cum ſuis tribunalibus præcedit vnus alterum, prout tribunalia præcedunt, tanquam cum ſuis capitibus vniti, idq. deciſum nu.36.
Officiales Collaterales, qui Regi, ac Proregi aſſiſtunt, quæ perpendere debent in nouis impoſitionibus Regno imponendis nu.45. fol.99
Officiales pecuniarij vulgò dicti li pagatori, qui deſtinantur per Prouincias ad ſolutiones faciendas militibus, non poſſunt iteratò tranſmitti, niſi reddita priùs ratione primæ miſſionis refragante in hoc ordine Proregis, eiusq. Collateralis Conſilij nu.19. fol.148
Officiales ad iuſtitiam miniſtrandam Præfecti, ex redditibus Regni ſalarium habere debent nu.12. fol.154
Officiales maiores in ſumma dignitate conſtituti à die electionis dignitatem acquirunt, & ſalarium ad ſucceſſores tranſmittunt ante cæptam adminiſtrationem, & ingreſſum in Prouinciam, & hæc eſt communis limitatio n 23. fol.222
Officiales immediatè Regi inſeruientes, priuilegio non gaudent pro contractibus domi initis, nec pro delictis extra Curiam patratis, quando priuilegium conceſſum eſt perſonæ nu. 21. fol.228
Officiali à Principe ſpecialiter deputato, & non alij licet facere literas licentiæ de recipiendo equos, & alia publica animalia nu.8. fol.473
Officialis inquiſitus quomodo, & ex qua cauſa ab officio deponatur pendente inquiſitione, & an ab officio tantùm, vel ab officio, & beneficio, remiſſiuè nu 8. fol.323
Officialis aliàs ſindicatus, & liberatus an poſſit iterũ ſindicari ex ordine Proregis, remiſſiuè nu.9. fol.330
Vide in verb Baro, conſuetudo in 3.ſumm.Curialis, dignitas, donatio, miniſter, munera, ſalarium, Viſitator.
OFFICIVM popularium exercere recuſans ſub nobilitatis prætextu, compelli poteſt cum clauſula citra præiudicium prætenſæ nobilitatis, idq. pluries fuit vſu receptum in electione maximè Magiſtrorum D. Mariæ Annunciatæ nu.4. fol.35

Officium Iuſtitiarij Graſſiæ Ciuitatis,& Magiſtri Portulani in quibus verſetur remiſſiuè nu.27. fol.52

Officia ementes præſumuntur parati vendere,quod emerunt nu.6. fol.57

Officiorum venditio eſt plurimorum cauſa malorum,quæ ſigillatim recenſentur,intelligendo tamen de officijs cũ adminiſtratione iuſtitiæ, alias ſecus nu.7.8.& 14.

Officiorum venditio prohibita per Capitulum Regis Philippi II.Ciuitati conceſſum nu.11.

Officium,vel feudum emptum,vel alio modo alteratum retinet naturam officij, vel feudi præterquam in expreſſis nu.7. fol.60

Officium Regiorum Portulanorum Regni,& Capitaneorum Graſſiæ Terræ Laboris, & Aprutij, quæ nam contineat nu.53. fol.110

Officium Regiæ Cameræ Summariæ in quo conſiſtat ,& de laudibus ipſius Tribunalis nu.57. fol.151

Officium Legati a latere non expirat per mortem Pontificis nu.5. fol.220

Officium magni Admiratus in quo conſiſtat, & quomodo illius literis tantum credatur, dùm ad Mag. Cur. ſcribit, petendo remiſſionem alicuius inquiſiti tanquã de ſua iuriſdictione nu.4.& 5. fol.318

Officium magni Siniſcalchi olim dum erat in vſu, eius literis fides præſtabatur eo modo, prout literis magni Admirati nu.6.

in Officijs non poteſt ſubſtitui, ſi huiuſmodi poteſtas non ſit expreſsè conceſſa in priuilegio, idq. ampliatur, vt nu.2. fol.329

Officium ex certa ſcientia conceſſum perſonæ inhabili ad ſeruiendum,intelligitur, vt poſſit ſeruire per ſubſtitutum nu.3.

Officio conceſſo cum poteſtate nominandi, vel pro ſe, & hæredibus,etiam quod dicatur quibuſcunque conceſſionarius non poterit nominare fœminam, nec illam inſtituere,& ratio affertur nu.4.

Officia cuius ſint naturæ,an diſtinguantur à feudis,quomodo poſſint alienari,an in ipſis locum habeat Conſtitut.Reg.conſtitutionem diuæ memoriæ, an detur ipſorum obligatio abſque aſſenſu, & de ipſorum reſignatione remiſſiuè nu.5.

Officium ampliatum an ſit idem officium nu.6.

Officij ampliatio à Rege conceſſa habetur,ac ſi tẽpus ampliationis fuiſſet à principio appoſitum nu.7.

Officium ceſſat ceſſante qualitate officij, inductiua nu.36. fol.345.

Officium conceſſum in adminiſtrationem quàm maximè diſtat ab eo,quod eſt conceſſum in dominium num.26. fol.369.

Vide in verb.nominans,priuilegium,Rex.

OPERARII ædificantes contra prohibitionem non tenentur, ſed Domini, qui eos conducunt nu.20. fol.46

P

PACTVM de hæreditate viuentis eſt inualidum, quicquid Camer. dixerit in cap. imperialem ad limitationem l fin.C.de pact. nu.20. fol.143

Pactum de non petendo feudum non valet abſque aſſenſu num.35. fol.180.il 1. niſi initum eſſet cum proximo ſucceſſore nu.19. fol 252

Pactum de non petendo inducit donationem,ob quod requiritur inſinuatio, quando excederet ſummam à lege ſtatutam nu.37. fol.175.il 2.

Pacta dicuntur correſpectiua nedum,quę in eodem contractu inſeruntur, ſed etiam quę in diuerſis contractibus apponuntur,incontinenti tamen factis n.4.fol.248

in Pactis correſpectiuis conſideratur indiuiduum voluntatis nu.5.

Pactum ſuſpenſiuum translationis dominij,donec pretiũ ſoluatur,eſt validum in allodialibus; quæſtionis tamẽ eſt, quid in feudalibus, de qua optimè iuxta morem ſcribit D.Author nu.10. cum ſeqq. fol.264

Pactum,quod pendente pretij ſolutione dominium non transferatur, eſt de natura contractus, qui etiam hoc caſu dicitur purus, & non conditionalis nu.15.

Pactum eſt pars contractus nu.22. fol.265

Vide in verb.mutuum,renunciatio, venditio.

PAPA mortaliter peccat abſumendo res Eccleſiæ, vt diuitijs augeat conſanguineos, ſecus diſponendo in eos de redditibus Eccleſiæ, vel pro neceſſaria eorundem ſubſtentatione nu.15.& 16. fol.46

Papa Leo XI. laudibus affertur nu.12. fol.61

Vide in verb.conceſſio in fin declaratio pariter ad extremum capitis.Rex in 5.ſumm.

PASCVORVM penſio ſolui conſueta augeri non poteſt Principe inconſulto nu.47. fol.151

Paſcua cuſtodiri, & non damnificari mandatum fuit, etiam per Conſtitutiones Imperatorum, quorum hodie vigiles, ac cuſtodes ſunt Regij Cauallarij ſic vulgò nuncupati nu.48.

Paſcua ad vſum Regiæ Dohanæ deputata paſcentes, & damnificantes,qua pena ſint afficiendi nu.51. fol.225

Paſcendi ius in alieno territorio præſcriptum, intelligitur quatenus territorij Domino non deſit, hinc poteſt prohiberi vicinis,ne paſcant cum immoderato grege nu.6.& 7. fol.154

Vide in verb.Cauallarius, Dohanæ.

PATER non poteſt priuare primogenitum Regno,quod dicitur eius legitima,nec pariter feudis dignitatum, vel his,in quibus viuitur iure Francorum, hinc pater donando,poteſt dici de inofficioſa donatione nu.12.& 13. fol.179.il 2.

Pater non poteſt in feudo ſecundogenitum præferre in præiudicium primogeniti,niſi eſſet ingratus, ſed quæſtionis eſt, an huiuſmodi diſpoſitio valida foret iudicanda, ſi eſſet Domini aſſenſu vallata nu.2. cum ſeqq. fol.429.& affirmatiuè concluditur dummodò ſincerè, & ſine fraude,& ita iudicatum nu.14.

Pater ex cauſa poteſt deputare filium ſuum Viceregentem nu.12. fol.221

Pater ſuccedens in feudo refutato filio,an teneatur ad vitam,& militiam fratri defuncti ſeruata forma Conſtit. Regni Comitibus, quæ eſt frequentioribus calculis intellecta,etiam in ſucceſſione Collateralium,dic, vt per D.Authorem nu.41.cum ſeqq. fol.246

Pater ſi filio vendat, vel alienet feudum, dummodò non omnia bona feudalia,reliquum minimè debetur ſecundum Andr.nu.2. fol.267

Pater vt extraneus alienat donando feudum filio cum aſſenſu nu.18. fol.295

Pater deportatus,& demùm reſtitutus recuperat ius patriæ poteſtatis circa adminiſtrationem bonorum filij remoto tutore dato, niſi eſſet prodigus, vel auarus nu.17. fol.353

Vide in verb. dignitas circa med. Legatum in fin. legitimatio,receptator in 4.ſumm.

PATRVVS vide in verb.nepos.

PAVPERES tumultum,ac ſeditionem affectant,& ratio affertur,vbi pariter recenſetur popularis tumultus exemplum,& quæ ſint cibaria plebis num.5.cum ſeq. fol.47.

INDEX.

PACI componendæ certi olim Magiſtratus erant præfecti, Irenarchæ nuncupati, quorum inſtar ſunt in hac Ciuitate ſex ſedilium appellati, de quorum poteſtate ſermo etiam habetur ſub nu. 6. fol.3

Pacis cauſa multitudini delinquenti parcendum eſt, & principales tantùm ſunt plectendi nu.9.

Pacis, ac tranquillitatis Ciuium conſeruandæ rei frumẽtariæ copia, & vbertas præpotens eſt n.1. fol.32

Vide in verb.Prorex in 3.ſumm. cum duob.ſeqq.

PECVNIA publica erogari conſueuit in tripudijs, & in alijs feſtiuitatibus, quæ recenſentur nu.4. fol.322

Vide in verb.moneta, Perceptor.

PENSIONES à Rege concedi conſuetæ eatenus conceſſæ intelligũtur, quatenus Regni redditus ſuppetunt facta prius prouiſione eorũ, quæ pro neceſſaria Regni ſubſtentatione, ac defenſione eſſent opus n.10. fol.154

Penſio non ſoluitur, ſi Camera ære alieno præmatur, quinimò annua penſio à Principe conceſſa poteſt per eundem, vel Proregem ad libitum reuocari n.41. fol.158

Vide in verb.Rex.

PERCEPTORES Prouinciarum de iure non debent vrgere Vniuerſitates notoriè impotentes ad impoſitiones ſoluendas, nec his euentibus de exactione non facta moleſtari poterunt, at in Regno contrarius inualuit vſus nu.1. fol.106

Perceptores Prouinciarum non debent defatigare Vniuerſitates ad electam pecuniam exoluendam, ſed omne genus pecuniæ recipere debent nu. 6.

Perceptores Prouinciales ante deſtinationem Commiſſariorum contra Vniuerſitates, debent illas intimari curare pro ſolutione facienda debito tempore nu.9. & 42. fol.106.& 109

Perceptores Prouinciarum ſingulis menſibus exactionũ bilancia tranſmittere debent ad Reg. Cam. & vnde hoc duxit originem nu. 45. fol.109

Perceptores Prouinciarum quolibet anno præſentare debent eorum computa in Reg. Cam. vbi liquidantur, idq. eſt legi conſonum, atque conforme nu. 46.

Perceptores Prouinciales ſi exigant vltra debitum, qua puniantur pœna. hacq. practica de ſuperexactionibus vnde ſumpta, & pariter illa, quod ſoluant, & repetant nu.47.& 48.

Perceptores Prouinciales tranſmittere debent pecuniam ad Regiam generalem Theſaureriam cum mulionibus vulgò dictis li carruggi, quos populi aſſociare tenentur, videlicet vnuſquiſque per ſuã Prouinciam, quod fieri debet mediante iuſto ſalario, ſed contrarium eſt conſuetudine vſu patum, quæ in his attenditur num. 49.& 55. fol 109.cum ſeq.

Perceptores Prouinciarum donatiua imponi conſueta ſingulis duobus annis exigere non poſſunt, niſi vel facto generali parlamento, vel de expreſſo Proregis ordine, & hoc iure vtimur nu.56. fol.110

Perceptores Prouinciarum de iure tenere debent diuerſas arcas pro cuſtodia pecuniarum exigendarum ſecundum diuerſitatem impoſitionum cum die, conſule, & menſe, cauſa, & ſumma diſtincta nu.57.

Vide in verb.ſunctiones fiſcales in 3.ſummar.Vniuerſitas.

PERIVRII pœna ſecundum Regni ritum antiquitus erat amputationis manus nu.48. fol.231

Vide in verb. citatio in princ. Clericus circa med. priuilegium pariter circa med.

PIGNVS in bonis debitoris permanet nu.12. fol.278

Vide in verb.alienatio, refutatio in fin.

PLEBS ad multa ſanè mala procliuis, & propenſa, quæ ſigillatim recenſentur nu.4. fol.47

Vide in verb.currus in princ.nobilis, pauper, titulatus.

POENA propriè dicitur læſio, quæ punit, & vindicat nu.7. fol.41

Vide in verb. nullitas.

PONTIFEX Maximus, vide in verb.Papa.

PORTVM ædificare eſt de Regalibus nu.2. fol.318

Portus ſunt Regis, hinc portus, & litora cuſtodiuntur per Regios Miniſtros nu.3.

Vide in verb.Baro paulo ante fin.

POSSESSIO, ſeù quaſi in incorporalibus acquiritur per ſententiam nu.52. fol.139

Poſſeſſio naturalis vaſalli, eo mortuo conuolat, & conſolidatur cum ciuili exiſtente penes Dominum directum num.9. fol.194

Poſſeſſio ſiuè Baronis feudi vti plani, ſiuè Regis, vti quaternati operatur validitatem aſſenſuum præſtitorum, licet poſteà in petitorio declararetur, vel contra Regem, vel Baronem, puta bi ſunt fructus poſſeſſionis num.8. fol.199

Poſſeſſio interpretatiua non requirit longi temporis præſcriptionem nu.13.cum ſeq.

Poſſeſſio non tranſit ipſo iure ad hæredem, prout alia iura nu.25. fol.344

Poſſeſſio non poteſt eſſe penes duos inſolidum, ex quo notab infertur, vt nu.43. fol.346

Vide in verb.alienatio in fin. deſcriptio bonorum, dominium in finalib.verb. proprietas in princ.

POSTÆ ſine Principis licentia non conceduntur, & quare ſic appellatæ nu. 52. fol.110

POTESTAS data à lege differt ab ea, quæ eſt collata ab homine nu.29. fol.125

PRÆLATIO an detur Domino in venditione feudi, quando non pro ſe, ſed in alterius beneficium intendit illam exercere remiſſiuè nu.29. fol.182

Prælatio an detur conſanguineis in venditione feudi, remiſſiuè nu. 30.

Prælatio an competat vaſallis aduerſus Baronem ementem iuriſdictionem criminalem, vel ſecundas cauſas, portulanias, pondera, & menſuras. Deciſio aliàs facta commemoratur, vt prælatio non admittatur, ſed hodie conſuetudo inualuit in contrarium, & ſic paſſim iudicatur, & ratio non contemnenda recenſetur num.15. cum ſeqq. fol.323

Prælationis ius quando locum habeat ratione communionis nu.11. fol.326

Prælatio ratione iuris congrui, quæ competit vicino, non habet locum in feudalibus, quæ autem competit ratione conſanguinitatis, procedit etiam in feudis, & huius reſpectu dicitur, in feudis locum habere ius protbomiſeos, & hæc eſt communis opinio, ſecundum quam aliàs fuit iudicatum nu.10. & 13.

Prælationis ius fundatur in iure conſanguinitatis reſpectu agnatorum, & ratio eſt, quia intereſt, res maiorum in familia conſeruari; hinc locum tantùm habet in feudo antiquo, & non nouo, cum ceſſet ratio, quod ſit res maiorum nu.19. & 20. fol.327

Prælationis ius non habet locum in venditione neceſſaria num.21.

Vide in verb. Agnatus, Baro in 3.col.in fin. Conſilium Collaterale in 2. ſumm. creditor in 3. & 4. dignitas circ. med. Dominus in antepen. & fin. ſumm. linea in princ. nobilis, nominans, oblatio in 2.

in 2. ſumm. Officialis, querela, ſeparatio bonorum in fin. Titulatus, vita, vniuerſitas paulò ante fin.

PRÆSCRIPTIO *triginta, vel quadraginta annorum an intelligatur ſublata per verbum ſemper, & quandocunque remiſſiuè nu. 14.* *fol. 320*

Vide in verb. annale ſilentium, bona poſt med. demanium in fin. feudum, incorporatio, lex paulò ante fin. paſcua in fin. poſſeſſio in antepen. ſumm. præſens.

PRÆSENS *quò ad præſcriptionem dicitur in eadem Prouincia exiſtens nu. 17.* *fol. 12*

PRINCIPI *non eſt conſulendum exemplo rei geſtæ, ſed ratione nu. 15.* *fol. 4*

Princeps ex cauſa publici boni leges ſequi non tenetur, omnesq. pœnæ ſunt ei arbitrariæ nu. 24. *fol. 5*

Princeps ob publicam vtilitatem poteſt bona à priuatis auferre, nec ad eorum æſtimationem tenetur, cum per viam legis id agit nu. 26. fol. 5. & nu. 8. & 9. *fol. 24*

Princeps poteſt priuilegia à ſe conceſſa reuocare nu. 27. fol. 5.

Princeps poteſt de facto iuris ordine non ſeruato facere rigoroſa ſupra, vel aduerſus leges; non tamen paſſim, & indiſtinctè, ſed ex magna, & enormi cauſa, & in inconſueto delicto nu. 29. *fol. 6*

Principi crudeli & cupido non eſt conſulendum, vt poteſtatis ordinariæ limites excedat, nec Domini crudelis & cupidi malitia malis adhortationibus eſt augenda, qua de re moralia, ac notabilia Iſerniæ verba referuntur num. 30.

Principe irato præcipitanter procedẽte, Iudex debet remorari executionem ſaltem per triginta dies nu. 33.

Princeps debet lenitatem ſeueritati, amorem rigori, ac zelum pietati enixè copulare nu. 34.

Princeps poteſt mandare, vt priuilegiati torqueantur ſecundum ſuam conſcientiam nu. 6. *fol. 9*

Princeps poteſt commutare titulos de vna terra in aliam cum eorum antiquitate, cuius efficax ratio vltra poteſtatem aſſignatur nu. 9.

Princeps dignitates, quas contulit, ab immerentibus, & ingratis poteſt auferre nu. 12.

Princeps poteſt pœnam arbitrariam extendere vſque ad mortem, cum de nouo poſſit pro delicto mortis pœnam irrogare nu. 14.

Princeps poteſt aliorum iuriſdictionem ſupprimere, nedum ſingularium perſonarum, ſed etiam Ciuitatum num. 22. *fol. 36*

Princeps poteſt ex cauſa prohibere multitudini, vel exercitui ingreſſum in Regnum, necnon ab eo alienigenas, & exteros eiicere nu. 4. fol. 38. & nu. 5 & 6. fol. 39

Princeps poteſt cogere incolas vnius loci, vt in alio habitent, ne deſeratur illius habitatio num. 5. *fol. 38*

Principi non ſufficit dicere, non fuit hæc mea intentio, dũ hoc repugnat dictis, & maximè dum agitur de præiudicio iuris tertij nu. 16. *fol. 42*

Princeps ſolus poteſtatem in loco publico ædificandi cõcedit, vel is, qui hoc ius habet à Principe indultum, vel conſuetudine vſurpatum nu. 3. 4. & 5. *fol. 45*

Principis conceſſio in dubio non intelligitur facta in præiudicium, & incommodum alterius notabile; non autem modicum, niſi ex cauſa, qua ſuggerente poteſt tertio præiudicare nu. 8. cum ſeq.

Princeps ex ſuprema ſua authoritate poteſt in caſibus melius ſibi viſis feudum conceſſum cuſtodire, milites apponere, & alia, quæ ſibi melius videntur expedire, num. 25. *fol. 62*

Princeps poteſt mandare in Terra infeudata fortelitium extrui, illud refici, & ſitum in confinibus dirui, & ita in Regno practicatur nu. 26. cum ſeq.

Principes non deberent deputari, niſi in celebri Ciuitate, & de genere, & proſapia Magnatum ex Frecc. ſententia nu. 33. *fol. 90*

Princeps pro ſeruanda iuſtitia, cuſtodiendo Regno, & pro illius ſecuritate, & defenſione habet nonnullos Regni redditus, qui ad hoc ſunt inſtituti, vt colligi poteſt ex Capitulis Regni, quæ hic recenſentur num. 11. 13. & 15. *fol. 154. cum ſeq.*

Princeps eſt debitor iuſtitiæ, & ſuos ſubditos cuſtodire, & protegere debet nu. 14. fol. 155. & nu. 9. *fol. 218*

Princeps, qui non auget, ſed diminuit enormiter, non dicitur Princeps, & pariformiter Rex nu. 38. *fol. 158*

Princeps donans videtur permittere, quod eſt de iure permiſſum, & id quia ineſt, habetur pro cauto, & expreſſo num. 8. *fol. 208*

Princeps quomodo ſit in Republ. & Reſpubl. in eo, remiſſiuè nu. 9. *fol. 218*

Princeps debet publicum Reipubl. ſtatum priuatis commodis anteferre nu. 10.

Princeps non conſueuit gratiam facere in præiudicium tertij num. 3. *fol. 320*

Princeps ſolus concedit gentes armatas pro aſſociatione itinerantium, & quid illis ſolui debeat vltra conſueta ſtipendia num. 7. *fol. 322*

Princeps ſolus mittit, vel dat gentes publicas alicui pro eius cautela, & pariter ipſe ſolus concedit licentiam incedendi cum hominibus armatis ex cauſa inimicitiæ num. 9. *fol. 323*

Princeps habet priuilegium reuocandi ſententias in rem iudicatam tranſactas nu. 20. *fol. 324*

Princeps vnico verbo poteſt caſſare ſententias Iudicum ritè, & rectè latas nu. 21.

Princeps res iudicatas reſcindit, & reſtituit ad appellandum aduerſus eas nu. 22.

Princeps poteſt tollere ſententiã, & mandare reuiſionem ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ nu. 23.

Princeps eſt ſupra ius ciuile, illud tollere poteſt cum omnibus ſuis effectibus nu. 24.

Princeps indulgendo crimen, reſtituit ad omnia, etiam alteri quæſita mediante ſententia, ſecùs autem ex facto, aut contractu hominis nu. 25.

Princeps propter res benè geſtas, vel propter alias cauſas ſibi benè viſas indulgere poteſt, & etiam pœnas commutare de corporali in pecuniariam, etiam abſque partis remiſſione nu. 3. *fol. 330*

Princeps poteſt facere ſtatutum ſuper omnibus, in quibus conſideratur exceſſus nu. 9. & 12. *fol. 352*

Princeps poteſt, & debet apponere manus aduerſus omnes, qui ſua ſubſtantia abutuntur, qua ratione poterit dare curatorem auaro, ſicut prodigo, quia etiam ille dicitur ſua ſubſtantia abuti, & huius ſententiæ eſt D. Author, quam optimis rationibus, & authoritatibus comprobat, atque confirmat nu. 13. cum ſeqq.

Princeps non debet eſſe ſuſpectus, nec facilis ad credendum nu. 19. *fol. 369*

Principis exceſſus præcipuus eſt, quando maiora negocia ſuo ſenſu, vel cum paucis expedit nu. 21.

Vide in verb. Annona in penult. ſumm. beneficium in princ. declaratio in fin. delegatio in princ. delictum, donatio in fin. Fiſcus in princ. gratia, ius ſuperioritatis, paſcua in princ. pẽſio, poſtæ, Prorex, reſcriptum, ſtudium, theſaurus, vniuerſitas.

PRI-

PRIVILEGIA cõceſſa alicui magno Principi cũ caſibus reſeruatis nõ tranſeunt in generali alienatione cũ aſſenſu facta perſonis inferioribus, quibus Rex talia nõ fuiſſet conceſſurus, & ita pluries iudicatũ n. 34. fol. 63
Priuilegia omnia habent inſitam clauſulam rebus in eodem ſtatu permanentibus nu. 31. fol. 157
Priuilegium dum incipit fieri iniquum non eſt ſeruandum nu. 32. fol. 157. & nu. 33. fol. 274
Priuilegia variantur ſecundum diuerſitatem temporum, & rerum varietatem nu. 33. fol. 157
Priuilegium immunitatis à collectis ceſſat ſuperueniente belli calamitate nu. 35. f. 158
Priuilegia omnia intelliguntur conceſſa, dũmodo non ledatur publica vtilitas n. 41. fol. 158. & n. 20. fol. 228
Priuilegia militum, & Clericorum, vt non teneantur, niſi inquantum facere poſſunt amplius non ſeruantur ſecundum Caſtrenſ. nu. 8. fol. 227
Priuilegia Doctorum, vt non poſſint carcerari, ſunt antiquata nu. 9.
Priuilegium fori pro debitis contractis ante officium, officio ſuſcepto non mutatur, quia officium auget honorem, ſed non mutat ſtatum, nec cauſam iuris, prout videmus in militibus gaudentibus; contrarium tamen eſt receptum in Clerico propter totalem ſtatus mutationem nu. 13. & 14. cum ſeq.
Priuilegio indiſtinctè, & indifferenter non gaudẽt perſonæ, quæ illud ſunt adeptæ, hinc circa hanc materiam affertur notabilis Bart. diſtinctio nu. 26. fol. 229
Priuilegium Senatoris ceſſat in cauſis pecuniarijs n. 27.
Priuilegium, de quo in l fin. C. vbi Senat. vel Clariſ. non obtinet in Regno nu. 44. fol. 231
Priuilegio fori perfruentes, ob periurij reatum ſe faciunt alienos à qualibet dignitate, & priuilegio n. 51. f. 232
Priuilegio fori non gaudent emẽtes commiſſiones adhoc, vt fori exemptione perfruantur: ſunt enim hæc in fraudem, & cum actu non ſeruiant, nullo modo gaudere debent nu. 7. & 8. fol. 319
Priuilegio non gaudent qui ſunt de Collegio alicuius artis, nec matriculatus, ſi non exerceant nu. 9. & 10.
Priuilegio pariter non perfruuntur qui ſunt prolixæ, & imbecillæ ætatis, quia non ſeruiunt, nec per ſubſtitutum ſeruire poterunt, ad finem gaudendi. Hinc exceptio hoſtica non ſuffragatur ſeruienti per ſubſtitutum nu. 12. 13. & 14.
Priuilegium Studij generalis, vel nundinarũ, & ſi amittatur per non vſum decennij; non tamen perditur, ſi in eo fuerint appoſita verba denotãtia perpetuitatem, vtpotè ſemper, vel perpetuò nu. 13. fol. 320
Priuilegia omnia ſunt intelligenda, & interpretanda ſecundum conditionem, & qualitatem Conceſſionarij, ſeù priuilegiati nu. 13. fol. 343
Priuilegium, quod non iure proprio competit, ſed ex Cõceſſionarij perſona ad alios deriuatur, diẽ functo principali extinguitur quò ad omnes, idque exemplis illuſtratur n. 30. fol. 344
Priuilegium conceſſum contemplatione perſonæ, ceſſat ea deficiente, ſi perſona fuerit immediata cauſa priuilegij ſecundum notab. Boſſ. doctrinam nu 40. f. 345
Priuilegium iure irregulari, & extraordinario queſitum ex cauſa tunc exiſtente, etiam in his, quæ momento acquiruntur eo denique iure ceſſante, & ipſum tolli, neceſſe eſt num. 41.
Vide in verb. Baro in pen. col. paulò ante fin. beneficium, Cauallarius in princ. & in fin. cauſa in fin. Clericus, conceſſio, contumacia, Curialis, Doctor, Fiſcus, Læſæ maieſtatis crimen, lex in pen. ſumm. mercæus in princ. miles, Nobilis, Officialis, Princeps, Titulatus.
PROCONSVLES, & Præſides indelegabilia poſſunt delegare in cauſa abſentiæ, aut infirmitatis n. 6. f. 220
Proconſul ſtatim vt Vrbe egreditur, & ſic dum eſt in itinere, habet proconſularia inſignia, ac iuriſdictionem voluntariam, & non deponit dignitatem vſque ad ingreſſum in Vrbem nu. 25. f. 223
Proconſul quando iuſta cauſa detinetur, & iuſtum adeſt impedimentum, ſi mittat Legatum in Prouinciam, qui ſuo nomine illam regat, ille exercebit, & ceſſabit iuriſdictio alterius nu. 27.
Proconſul in Prouincia ſibi decreta eſt maior omnibus poſt Principem nu. 28.
Proconſules, Senatores, Patritij, & Conſules Cardinalibus æquiparantur nu. 32.
Vide in verb. Cardinalis, Prorex.
PROCVRATOR vnus eſt Fiſci, & alter Cæſaris num. 26. fol. 125
Procurator Fiſci habet mandatum à lege limitatũ, quod non eſt in Procuratore Cæſaris, qui omnia explicat ex mandato ſui principalis nu. 27.
Procurator Principis ſicut ipſemet Princeps poteſt vendere abſque ſubhaſtatione: Fiſci autem Procurator neutiquam, & ita deciſum nu. 30. & 31.
Procurator conſtitutus ad vendendum ſimpliciter, poteſt vendere habita fide de pretio, quia illa dilatio eſt pars contractus nu. 13. fol. 135
Procurator generalis ad negotia, vt eſt generaliſſimus Prorex Regni poteſt loco ſui alium ſubſtituere, & ita generalis moleuit conſuetudo, ſecundum quam aliàs fuit iudicatum nu. 13. fol. 221
Vide in verb. Baro in 1. col. paulò ante fin.
PRODIGVS, vide in verb. Auarus in fin. mulier itidem in fin. pater pariter in fin.
PROEMIVM declarat intentionẽ ſtatuentis n. 9. f. 241
PROMITTENS de ſuo dato, & facto, tenetur de facto eius, cuius eſt hæres nu. 22. fol. 136
Promiſſio, ſicut prouiſio ſemper intelligitur pro ſe, & hæredibus nu. 29. & 30. fol. 137
PROPRIETAS à poſſeſſione diſtinguitur, vt n. 24. f. 344
Proprietas riparum, & ſi ſit Domini fundorum, quibus illæ adhærent, non per hoc tollitur illarum vſus nauigantibus, cum ſit ille de iure gentium nu. 39. fol. 363
PROREX in Regno Regis perſonam repreſentat, eſt eius Vicarius, & Locumtenens, immò ex ampliſſima commiſſionis forma conſtituitur alter ego, ac omnia poteſt, quæ ipſemet Rex nu. 1. fol. 2. & nu 3. f. 220
Proregis poteſtas, vt iã dixi, Regiæ æquiparatur, declarãdo, axioma hoc procedere in reſpiciẽtibus neceßariã Regni gubernationem, ſecùs in his, quæ ſoli Principi congruunt, quæ qualia ſint, tangitur remiſſiuè n. 2. f. 2
Prorex inuigilare præcipuè debet pro placido, & tranquillo Regni Statu, ad quem conſeruandum plura remedia ſunt introducta, de quibus ſigillatim ſermo inſtituitur nu. 3. cum ſeq.
Prorex põt cogere ſubditos ad pacem faciendã n. 5. fol. 3
Prorex pro rei qualitate, ẽt in hac Ciuitate manus apponit in pace componenda, non obſtante, quod adſint ſex ſedilium, quibus hoc munus eſt demandatum nu. 7.
Prorex poteſt cogere litigatores ad compromittendum, præſertim cum controuerſia eſt inter Magnates, & Nobiles, ex qua publicum ſcãdalum timetur, idq. Iudici ordinario eſt etiam permiſſum, & à Sacro Cõſilio

d quan-

quãdoq. obſeruatum in cauſis in iure, vel in facto admodum controuerſis nu. 10.

Prorex poteſt, ſi expedire viſum fuerit, ex ſuſpitione tãtum abſque proceſſu certis finibus circumſcribere ſubditos præſertim turbulentos, ac ſeditioſos, idq. extitit pluries obſeruatum, maxima tamen, ac vrgentiſſima cauſa concurrente, quo circa declaratur l. certa forma cum gloſ. I. C. de iur. fiſc. num. 11. 12. & 14. fol. 4

Prorex ex cauſa optimo iure eũcit à Ciuitate mulieres inhoneſtas, quæ iuuenes perdere conſueuerunt nu. 16.

Prorex mandat præſtari cautionem de non offendendo, etiam pro amicis, & familiaribus altrinſecus, eiusq. præſtandæ praxis ſubijcitur nu. 17.

Prorex mandat capi, & in carcerem detrudi ſubditos, modò iuſta adſit ſuſpitionis cauſa, vel ſi ex perſonæ qualitate impediri poſſet informatio nu. 18.

Prorex poteſt facere mandatum ſub pœna graui pecuniaria pro delicti qualitate nu. 20. fol. 5

Prorex Officialem conſtituit in terra Baronis in contumacia exiſtentis, vt interim iuſtitiam miniſtret, & cõcludens ratio aſſignatur nu. 4. & 6. fol. 7

Prorex, ſicut Princeps in atrocibus delictis nobilitatem attendere non debet, ſed nobiles ſuſpendere, & ad triremes dãnare poteſt, idq. fuit ſæpè in facti contingentia executioni demandatum nu. 1. & 3. fol. 8

Prorex ſicut Princeps poteſt poteſtate ordinaria ex cauſa conferre dignitatem cum prælatione temporis, idq. practicatum nu. 8. fol. 9

Prorex deputat Capitaneos, vulgò de Campagna nuncupatos, quorum officium quale ſit, vid. nu. 1. fol. 11

Prorex, eiusq. Collaterale Conſilium mortis pœnam, qua principales facinoroſi tenentur, iure licito ſtatuere poteſt aduerſus receptatores nu. 14. fol. 12

Prorex ex cauſa concedit Commiſſarijs contra bannitos, ac Regijs Audientijs facultatem procedendi ad modum belli, & appellatione remota. Ad quod expenditur l. 1. §. vlt. ff. à quib. appell. non lic. quæ ampliatur in quocunque Principe non recognoſcente Superiorem nu. 1. cum ſeq. fol. 17

Prorex concedit facultatem impunè occidendi notorios, ac diffamatos delinquentes Regni quietem perturbantes num. 4.

Prorex cum Collaterali Conſilio poteſt facere omnia exorbitãtia concurrente neceſſaria cauſa publicæ vtilitatis num. 5.

Prorex concedere conſueuit Cõmiſſarijs contra bannitos facultatem indultandi abſque partis remiſſione, quod facere poteſt, ſi hoc ſuadeat eadem cauſa publicæ vtilitatis, aliàs ſecus, prout ſic in ſupremo Italiæ Conſilio fuit decretum, & gratia reuocata, quam Prorex fecerat abſque partis remiſſione nu. 6. cum duob. ſeqq.

Prorex gratiam facere non poteſt non præcedente partis remiſſione, etiam ſi fuerit in gratia expreſſum, dummodo partes cõcordentur infra aliquod tempus, eamq. ſic concedendo, perperàm agit, ni cauſa publica hoc ſuggerat nu. 11.

Prorex tribuit quoque facultatem eiſdem Commiſſarijs contra bannitos, vt poſſint eiſdem bannitis indulgere pro alijs bannitis capiendis nu. 38. fol. 20

Prorex concedit eiſdem Cõmiſſarijs facultatem coangustandi foriudicationis terminum nu. 46. cum ſeqq.

Prorex concedere quoque conſueuit eiſdem Commiſſarijs facultatem faciendi guidaticum, ſeù ſecuritatem delinquentibus nu. 50. fol. 21

Prorex eiſdem Commiſſarijs poteſtatem etiam defert eũciendi ab eorum patria parentes, & conſanguineos, eosq. in carcere detinendi. Quod remedium ad bãnitos exterminandos eſt præ cæteris efficax, iuſtaq. nititur ratione nu. 1. 2. 3. & 10. fol. 23. cum ſeq.

Prorex curare debet, ne Commiſſarij contra bannitos Vniuerſitatibus, eorumq. Ciuibus grauamina inferant num. 1. fol. 26

Prorex cum voto Collateralis Conſilij annona ingraueſcente cogere poteſt Dominos frumenti ad illud vendẽdum iuſto, interdum etiam viliori pretio. Hinc praxis inoleuit taxandi Maſſarios Apuliæ, cæterosq. frumenti copiam habentes, vt ipſius portionem huic Ciuitati certo taxato pretio vendant nu. 2. & 3. fol. 32

Proregis, & non Decurionum munus eſt eligere Ciues ad emendum frumentum pro Ciuitate, & ita nouiſſimè decretum per Collaterale Conſilium nu. 22. cum ſeq. fol. 34

Proregi curæ debet eſſe, vt neceſſaria ad Annonam ſuppetant. Hinc pro ea Officiales, & Miniſtros conſtituit num. 24.

Prorex Conductoribus frumentorum, ac aliorum ad Annonam pertinentium guidatica concedere conſueuit, ne interim aliqua ex cauſa moleſtentur nu. 27.

Prorex multoties confirmat Electos populares in eorum officijs, licet ſit lapſum tempus conſtitutum, & alius debeat eligi, idq. non obſtantibus aliorum querimonijs iuſtè fit per Principem, dum alios non agnoſcit ad hoc habiles nu. 12. fol. 36

Prorex iuſtè delegat cauſas ſpectantes ad Sac. Conſ. Reg. Cam. vel Mag. Cur. ex earum qualitate, & circumſtantijs nu. 2. fol. 37

Prorex cum voto Collateralis Conſilij inopia rei frumentariæ ſuadente poteſt eũcere exteros ab hac Ciuitate, eosq. ad proprios lares remittere, & ita aliàs practicatum nu. 1. 6. & 15. fol. 38

Prorex, vt Prorex non poteſt concedere licentiam ædificandi contra Regis prohibitionem, & ita aliàs practicatum nu. 1. 2. & 6. fol. 45

Proregis eſt munus conſtituere vnũ ex Regentibus Collateralibus, vt nomine Regio præſideat, & aſſiſtat in omnibus, quæ Decuriones tractant, ad Ciuitatis Annonam pertinentibus. Idq. vigore Capitulorum eiuſdem Ciuitatis ſtatutum eſt nu. 1. cum ſeq. fol. 49

Prorex in viſitatione carcerum Mag. Cur. cum aſſiſtentia Collateralis Conſilij, & omnium Regiorum Officialium vniuſcuiuſque Tribunalis generales abolitiones concedere conſueuit nu. 10. fol. 61

Prorex cum voto Collateralis Conſilij iuſta ſuggerente cauſa abdicat cognitionem cauſarum à Curijs Baronalibus, nec ad illas remittit, & praxis ſuper hoc recẽſetur, interdum limitat, vt procedatur in Ciuitate, vel cum certo Iudice deputato nu. 19. & 20. fol. 62

Prorex quæ obſeruare debet in nominatione Officialium Regi facienda nu. 5. & 6. fol. 78

Prorex nominans Regi perſonam inhabilem, vel indignam ad officium, letalem contrahit culpam, & dãnorum reſtitutioni ſe facit obnoxium ex frequentius recepta Theologorum ſententia nu. 6. & 7.

Prorex in Iudicum electione, quæ animaduertere debeat quæ item ſupremi Conſiliarij promouendos approbantes num. 16. fol. 79

Prorex pro nominatione Officialium, cui Rex, vt plurimũ fidem adhibet, iure tenetur nu 18. fol. 80

Proregis munus eſt in parlamẽto generali accuratè perquirere, & facilè audire à Ciuitatum, & Terrarum Syndi-

Syndicis, vel Procuratoribus ſingularum Vniuerſitatum neceſſitates, & querimonias, idque erat ſpeciali Conſtitutione inductum in Regno, quæ tamen eſt antiquata, ſed ſi in quotidiano poneretur vſu, & Domini, & ſubditorum maxima exinde profluëret vtilitas nu. 21. cum ſeq. fol. 81

Prorex perferre non debet, vt Officiales, & Miniſtri ſint Procuratores Baronum, & Vniuerſitatũ in parlamento generali pro donatiuo elargiendo nu. 23.

Prorex ex D. Authoris ſententia verus, & optimus eſſet Regni Viſitator nu. 1. fol. 84

Prorex Titulatos eodem titulo decoratos pro diuerſarum perſonarum qualitate non eodem modo excipere debet num. 25. fol. 89

Prorex poteſt, & ſolet cum voto Collateralis Conſilij publicis imminentibus neceſſitatibus nouas indicere impoſitiones, alioquin cauſa ceſſante vtiq; peccaret, cauſarũq. exẽpla recẽſentur n. 1. & 2. fol. 93. & n. 17. f. 95

Proregi vetitum eſt per Pragm. nouẽm capitum aſſentire diſpoſitioni defuncti, quando in feudo inſtituitur hæres alius, quàm vocatus ex lege inueſtituræ: verùm hæc prohibitio locum tantùm habebit reſpectu inſtitutionis vniuerſalis hæredis; non autem reſpectu legatorum nu. 29. & 30 fol. 178. & nu. 15. fol. 294. & nu. 26. fol. 303

Prorex in Regno vigore Pragmaticarũ non poteſt præſtare aſſenſum ſuper feudorum titulatorum alienationibus dominij translationem importantibus, ſed tantùm ſuper ipſorum obligationibus, etiam quòd Terra alienetur abſque titulo, atque cum decreto Iudicis, & ita aliàs iudicatum nu. 1. fol. 183

Prorex ſicut non poteſt præſtare aſſenſum legitimo ſucceſſore in feudo carentibus, ſic etiam quando ſucceſſor eſſet valdè ſenex, & de filijs deſperatus, & ita deciſum nu. 11. fol. 208

Prorex non poteſt alienare rem, vel ius Domini ſecundum Iſern. & per rem directum dominium, per ius autem deuolutionis ius ſignificari notauit Camer. nu. 14. fol. 209. & nu. 26. fol. 303

Prorex an teneatur ſequi conſilium Regentium conſultiuum, quando omnes ſunt in pari voto, & quomodo practicetur nu. 8. fol. 218

Prorex in caſum abſentiæ, vel aduerſæ valetudinis poteſt perſonam ſubſtituere, quæ loco ſui adminiſtret, & vterque caſus euenit tempore Præſidatus Comitis de Lemos nu. 1. fol. 220

Proregis poteſtas non expirat per mortem Regis nu. 4.

Proregis ſubſtituto non idem honor, qui Proregi, debetur, niſi ſubſtitutio facta fuiſſet à Rege, circa quod ſubijcitur practica obſeruatione digna nu. 14. fol. 221

Proreges in Regno iuriſdictionem non exercent, niſi poſt captam actualem poſſeſſionem, & interim prædeceſſor adminiſtrat in omnibus vti Prorex nu. 15.

Proreges æquiparantur Proconſulibus, & Præſidibus ſecundum Frecc. imò ſunt maiores ſecundum D. Authorem nu. 2. 24. & 33. fol. 220. & 223

Prorex an poſſit aſſentire venditioni factæ cum pacto, vt pendente pretij ſolutione feudi dominium nequaquam transferatur, dubium facit, quia hic caſus videtur particulariter exceptus per Pragmaticam nouem capitum; nihilominus optimis, & exquiſitis conſiderationibus, & argumentis iuxta morem concluditur pro opinione affirmatiua aduerſus deciſ. D. de Franch. nu. 8 cum ſeqq. fol. 263

Proreges cum Collaterali Conſilio præuia cauſæ cognitione ordines facere conſueuerunt ad inſtantiam Baronum, vt exteri in illorum Terris habitantes recedant nu. 1. fol. 321

Prorex cum Collaterali Conſilio diſpenſare ſolet ſuper donis, quæ conſuetæ ſunt facere vniuerſitates in ingreſſu noui Domini, vel in iucundo Epiſcopi aduentu nu. 1. & 2. fol. 322

Prorex poteſt donare ea, quæ Regia Maieſtas elargiri conſueuit pro honore ſuæ Coronæ nu. 5.

Prorex diſpenſat, vt in ortu, vel ingreſſu Principis per Ciuitates fiant veſtes ſolemnes ipſarum Decurionibus, ſicut etiam veſtes lugubres in morte Regis, quæ de iure debent reſtitui, ſed conſuetudo inualuit in contrarium n. 11. fol. 323

Proreges diſpenſant, vt Officiales, qui ſubſtituendi facultate carent, poſſint ſeruire per ſubſtitutum n. 1. f. 329

Proreges ſaluumconductum, ſeù ſecuritatem ad tempus delinquentibus concedere conſueuerunt, ſic etiam indultus, & generales abolitiones ex cauſis ſibi benè viſis, etiam abſque partis remiſſione nu. 1. fol. 330

Proreges mandare conſueuerunt Præſidibus Prouinciarum, ac Regijs Audientijs, vt in aliquibus cauſis ſummariè procedant abſque iudicij figura nu. 4.

Proreges legitimare conſueuerunt naturales, & ſpurios etiam ad ſucceſſionem, quod nemo alius facere poteſt num. 1. fol. 331

Prorex ad inſtantiam patris poteſt legitimare nedum naturales, ſed etiam ſpurios, etiam abſque partis citatione, quo loci declarantur Anchar. conſilia, & aliorum Doctorum traditiones, quæ huic opinioni refragari videntur nu. 5. & 6. fol. 332

Prorex cum Collater. Conſil. prouidet de Balio Feudatarijs minoribus, ſi per Patrem, vel Auum eis non fuerit prouiſum; inter perſonas autem eligẽdas per Principem eſt mater, ac etiam Auia præferenda: cæterùm ceſſabit iſthæc prouiſio ſuperſtitibus Patre, vel Auo, in quorum poteſtatem eſſent recaſuri feudatarij minores n. 1. cum ſeqq. fol. 346

Proreges conſueuere Milites creare, & Capitaneos deputare ad militum cohortes faciendas nu. 1. fol. 347

Proreges conſtituere ſolent particulares Iudices pro militũ exceſſu, conſueuitq creari vnus ex Cõſiliarijs Sac. Conſ. qui manu regia leuato velo procedat, facta tamẽ prius relatione Proregi tãtũ in ipſius Aula n. 6. f. 348

Proreges præcedente prius cauſæ cognitione mandare conſueuerunt, vt domus priuatorum deſtruantur, vel territoria occupentur, ſoluto tamen iuſto pretio, adhoc vt Ciuitas nobilitetur ædificijs, vel viæ amplientur, aut aliæ de nouo conſtruantur nu. 11. fol. 351

Proreges pariter concedere ſolent guidatica, & moratorias pro debitis ciuilibus Maſſarijs, & Colonis, adhoc vt vacare poſſint culturæ, & meſſi publicam vtilitatem concernentibus, quouſque perdurauerit prædictum tempus nu. 12.

Proreges itidem expedire conſueuerunt prouiſiones in beneficium vaſallorum Baronũ, vulgò ſaluaguardias nuncupatas, vt contra illos de facto non procedatur, nec pro delictis antiquis inconſulto Principe nu. 13.

Proreges quoque pro recta Regni adminiſtratione ſuperfluos populorum ſumptus circa viuendi rationem proprijs legibus moderari conſueuerunt nu. 1. fol. 352

Proreges ſicut purgare tenẽtur Prouincias malis hominibus, ſic quoque maria illis adiacentia ab hoſtium, & piratarum incurſu vindicare debent, adhoc vt libera, & tuta ſit cuiq. nauigatio nu. 1. fol. 358

I N D E X.

Proreges concedere conſueuerunt licentias armandi nauigia quæ maria tranſcurrant, & pariter mandare aſſueti ſunt, vt Regiæ triremes aptentur, & in incurſu vadant contra Turcas, & chriſtianæ fidei hoſtes, aliàs prohibitum eſſet, cum ad ſolum Principem id ſpectet ſic vltra ius commune diſponentibus Regijs Pragmaticis nu. 1. & 2.

Proreges quandoq. cauſas delegãt eximendo eas ab ordinarijs Iudicibus inſpecta perſonarum, ac cauſarum qualitate nu. 1. fol. 366

Prorex in concernentibus ſtatum non tenetur exequi votum maioris partis, ſed quò ad concernentia iuſtitiam contrarium ius eſt ſtatutum nu. 15. fol. 368

Prorex nulliter procedit, quando omiſſo Iudicum ſibi aſſignatorum conſilio alios conſulit, & negocium diffinit, nec conſuetudo in contrarium proficit nu. 25. 27. & 28. fol. 369. cum ſeq.

Vide in verb. actus in 2. ſumm. aſſenſus, auxilium in fin. Conſilium Collaterale, Gubernator in fin. Hoſpitium in 2. ſumm. Iudex. Legatus, mandatum pœnale, mercatus, nominans in 3. ſumm. Officialis, penſio, Perceptor in penult. ſumm. Procurator in fin. Salarium in princ. Vicarius.

PROVINCIALES præſumuntur ſcire publicè geſta in aliqua Prouinciæ parte nu. 22. fol. 11

Prouinciales non præſumuntur ſcire quæ ad certã Diœceſim, Ciuitatem, vel ſingulares perſonas pertinẽt, ſed quæ ad vniuerſam Prouinciam nu. 23.

PVPILLVS vide in verb. argumentum, emptio, minor, mora.

Q

QVERELÆ, ac remiſſionis ius non eſt hereditariũ, ſed ſanguinis inſpecta iuris cõis diſpoſitione, at in hoc Regno attentis terminis Pragmaticæ totum contrarium eſt aſſerendum nu. 20. & 28. fol. 18. cum ſeq.

Querelæ, item remiſſionis ius competit filio etiam repudianti, vel exhæredato, & emancipato nu. 21. fol. 18

Querelæ, & remiſſionis ius cõpetens conſanguineis præponderat illi, quod aſſequitur hæres extraneus ex teſtamento nu. 22.

Querelæ, & remiſſionis ius competit, & maſculis, & fœminis, quibus in pari gradu exiſtentibus, & inter ſe diſſentientibus maſculi ex communi Doctorum ſententia præferuntur, etiam ſi fœminæ fuerint plures. Contrarium tamen verius eſt in Regno ex diſpoſitione Pragmaticæ retentis terminis quæſtionis diſputatæ, videlicet ſi ſucceſſionis ius non requiratur. Hæc ſumpta occaſione exactè, ac eruditè vltra alios declaratur pragmat. 8. de comprom. ac viua ſanè ratio aſſignatur, quare fœminæ excluſæ à ſucceſſione maſculis extantibus arceantur à iure querelandi, ſuper quo expenditur etiam, ac declaratur deciſio D. de Franch. nu. 23. cum plurib. ſeqq. fol. 18. cum ſeqq.

Vide in verb. appellatio circa med.

R

RATIHABITIO in multis ſanè caſibus ſuum non operatur effectum, de quibus nu. 24. fol. 337

RECEPTATORES delinquentium genus eſt hominum peſſimum nu. 2. fol. 11

Receptatorum pœna quæ ſit, ponitur ſub nu. 3.

Receptans ignoranter excuſatur nu. 4.

Receptatores ſi extiterint conſanguineus, vel affinis, mitiores dabunt pœnas Iudici arbitrio remiſſas, excluduntur nihilominus pater, mater, & vxor, qui nullas luent nu. 5. cum ſeq.

Receptatoris pœna num teneatur exhibens cibum, vel potum tranſeunti nu. 6.

Receptator, vt quis dicatur, an requiratur pluralitas actuum, tangitur remiſſiuè nu. 7.

Receptator rerum furto ſubtractarum an eadem, qua fur, pœna veniat plectendus, habetur remiſſiuè nu. 8.

Receptanti inquiſitum de crimine læſæ maieſtatis à Romanorum legibus deportationis pœna eſt præſcripta, ſed de iure Regni eadem, qua reus principalis, pœna plectitur, & ita per Collaterale Conſilium iudicatum referente D. Marco Antonio de Ponte, qui multis laudibus ab Authore effertur num. 10. cum ſeqq.

Receptator contumacis, vel banniti per Mag. Cur. an pœnam incurrat abſque alia particulari ſcientia de contumacia vel banno nu. 15. fol. 12

Receptans contumacem Mag. Cur. Vic. an excuſetur ob ignorantiam, quæ an hoc caſu præſumatur, quæſtionis eſt, recenſetur doctrina Follerij, quæ tamen reuocatur in dubium nu. 20. cum ſeq.

Receptatoris pœna non tenetur receptans bannitum propter terrorem, & iuſtum timorem, ita quoque eſt vſu forenſi receptum in receptantibus multitudinem bannitorum nu. 24. cum ſeq.

Receptatoris pœna inducta ex Regijs Pragmaticis eſt in praxi recepta, quæ autem ſit, declaratur nu. 26. cum ſeq. fol. 13

Receptans contumacem Mag. Cur. vel Regiæ Audientiæ non remittitur ad ſuum Baronem, licèt habentem priuilegium cum clauſulis abdicatiuis, & priuatiuis, & ita conſuetudine vſurpatum eſt; non autem ratione, quaſi ſpreta, & contempta videatur iuriſdictio Mag. Cur. vel Regiæ Audientiæ iuxta negantium opinionem nu. 27. cum ſeq.

Receptatio delictum eſt iure communi graue, iccircò ad Baronem illius cognitio ſpectat, nec cõtraria, quæ obijcitur conſuetudo, eam à Barone adimere poteſt duplici ex capite nu. 48. cum ſeqq. fol. 14

Receptationis delictum à vaſallo cõmiſſum, niſi Baro cognoſceret, facilè remaneret impunitum nu. 52. fol. 15

Vide in verb. Prorex.

REFICERE non eſſe de nouo facere, eſt regula vtriuſque iuris, quo autem pacto ſit intelligenda, remiſſiuè nu. 19. & 21. fol. 39

Refectionem non includi ſub ædificandi prohibitione declarauit aliàs Collaterale Conſilium. Aduerſus quam tamen interpretationem D. Author acutiſſimam ſanè, & ſubtiliſſimam mouet difficultatem ſuo ingenio profectò dignam nu. 19. cum ſeqq.

Reficere largè, & impropriè eſt de nouo facere nu. 23.

Vide in verb. ædificium in 2. ſumm. via itidem in 2. Vniuerſitas.

REFVTATIO ſimplex ex nunc in proximum ſucceſſorem eſt valida abſque aſſenſu nu. 4. fol. 240

Refutationes vigore Reg. Pragm. noue editæ debent preſentari in Reg. Cam. infra quindecim dies poſt illarum celebrationem nu. 6.

Refutatio fraudulenta præſumitur, quando eſt omnium feudorum, niſi facta fuerit ex iuſta cauſa, & præſertim matrimonij, & ita aliàs deciſum nu. 7. fol. 241

Refutans ſuccedit in feudo refutato decedente refutatario abſque deſcendentibus nu. 13. fol. 360

Refutans ſuccedit refutatario, vt hæres, iccircò ſoluit releuium & ita deciſum nu. 14. fol. 242

Refutans ſuccedit filio refutatario illius fratribus, & ſororibus excluſis, quo circa declarantur illa famigerata

rata verba Andr.& Doctor.quod pater habeat feuda iure reuerſionis, necnon ex mente Andr. affertur intellectus ad Conſtit.Regn. vt de ſucceſſionibus,& pariter ad eiuſdem Andr.doctr. in d.Conſtit. nu.15.21. & 36. fol.242.& 244

Refutatio effugit, & euitat diſtinctionem feudi antiqui, & noui, quia reſpectu filiorum ſemper dicuntur feuda paterna nu.27. fol.243

Refutans refutãdo intelligitur cogitaſſe de ſucceſſione,& intantum refutaſſe extinguendo ius,quod habebat, inquãtum refutatarius ſuperuixerit,& hæc eſt efficax,& realis ratio, quare pater excludat fratres refutatarij, quæ latè exornatur, quo loci pariter declaratur text.in cap.1.de eo,qui fin.fec.agn.affertur quoque,& alia bona ratio, quia pater eſt proximior, ex quò in feudis non habet locum auth.defuncto C. ad tertull. num.28. 29. 30. & 34.

Refutans pater excluditur à ſucceſſione, quando refutauit omninò, ſed quomodo intelligatur omnimoda refutatio nu.33. fol.244

Refutatio quando ſit realis,& quando perſonalis remiſſiuè nu. 35.

Refutatio omninò in Regno non datur ex particularibus Capitulis Ciuitati,& Regno conceſſis nu.37. fol.245

Refutatio abſque alio aſſenſu fieri poteſt in proximum ſucceſſorem,cæterum queſtionis eſt,an ſub refutationis verbo comprehendatur omnis alius contractus.In hoc articulo D.Author relatis Doctorum opinionibus, & confutatis illis,qui minus rectè hac de re ſcripſerũt,& exactè declarata famigerata illa Iſern.doctr.dicentis, refutatio valet,cætera pacta non,adeò viuis,inconuincibilibus,exquiſitis, & irrefragabilibus argumẽtis,& rationibus concludit, omnem alienationem permitti, cum in vim refutationis reſoluatur,vt in hac queſtione videatur eſſe inuentor, & quaſi Architectus veritatis nu.1.cum ſeqq. fol.247

Refutatio debet habere elegans nomen venditionis, permutationis,donationis,vel alterius ſpeciei n.17. f.251

Refutatio non clauditur ſub diſpoſitione Conſtit.Reg.conſtit.diu.mem. ſed ſub iurium communium ſanctione permanet nu.18.

Refutatio,quæ fit Domino,etiam quod refutans habeat filios, eſt valida, quia dicitur alienatio, quæ à iure eſt permiſſa,& hæc eſt cõis,quo loci inter cætera benè declaratur Camer. doctr.in cap. imperialem, & traditio Andr.in §.ſed & res per quos fiat inueſt & demum in fine quæſtionis referuntur deciſiones aliàs factæ in beneficium Domini directi num.1. cum ſeqq. fol.256

Refutatio, quæ fit Domino, quomodo adhuc retineat refutationis nomen nu. 6. fol.257

Refutatio cum reſeruatione vſusfructus non ſubſtinetur vt pura reiecta reſeruatione ex indiuiduo voluntatis nu.5. fol.263

Refutatio cum reſeruatione vſusfructus ea ratione probibita eſt, quia inducitur feudi diuiſio, cum vſusfructus ſit pars dominij nu. 7.

Refutatio quid ſit nu. 4. fol.268

Refutatio ſi fiat ob iuſtam cauſam,excluditur præſumptio fraudis nu.6.

Refutatio fraudulenta præſumitur,quando pater valde ſenex nulla legitima cauſa præcedente feudum refutat filio nu.9. fol.269

Refutatio feudi per vaſallum facta Domino directo extinguit pignus medio tempore contractum,& ratio affertur nu.18. fol.327

Vide in verb.annale ſilentium in 2 ſumm.aſſenſus, auus, feudatarius in 3 ſumm.& in 2.col.circa med. pater in 3. ſumm. relcuium, Titulatus in princ.

REGALIVM à Principe inſeparabilium plures ſunt ſpecies,inter quas tamen non recenſetur ſtatuendi poteſtas nu.33.& 41. fol.13.& 14

Vide in verb.Hoſpitium in 2.ſumm. portus.

REGNVM dicitur eſſe vna Prouincia nu. 16. fol.12

Regna ex peruerſione iuſtitiæ ſubuertuntur n.19. fol.80

Regni directũ dominium eſt Eccleſiæ in vniuerſo;vtile verò Regis, ſed quò ad particularia Regni feuda Rex eſt directus Dominus,& idem obtinet in Barone reſpectu rerum particularium ſuæ Baroniæ nu. 13. fol.195

Vide in verb. alienatio in 2. ſumm. numeratio Regni.pater in princ. penſio.

RELATVM eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus nu.12. fol.241

RELEVIVM ex more introductum tantùm eſt,quando ſucceditur defuncto, non autem quando quis feudum conſequitur ex refutatione per contractum inter viuos dummodò ſincerè,& ſine fraude fuerit facta refutatio num.3 & 5.fol.240. imò nec tempore mortis ſoluitur, vbi talis non viget conſuetudo nu.1.& 2. fol.267

Releuium ſoluit filius,quando refutatio eſt omnium feudorum,quia præſumitur fraudulenta. ſed ſoluet mortis tempore,& non celebrati contractus aduerſus Andr.Afflict.& Capyc. quinimò quod nullatenus ſoluat, ſi donatio fiat legitima cauſa ſubſiſtente, adducuntur efficacia media,& optimæ rationes, hinc affertur exactiſſima interpretatio ad text. in l. omnes §. Lutius ff. quæ in fraud. cred. necnon limitatur gloſ. in §. ſed & res,per quos fiat inueſt.vt procedat reſpectu proprietatis totius feudi,non autem fructuum, & demùm ſuper hoc refertur determinatio per Reg. Cam. aliàs facta nu.3. cum ſeqq.

Vide in verb.Fiſcus in 1. & vlt. col. ſemper in fin. fraus in fin.pater circa med. refutatio in 5.ſummar.

REMEDIVM l.2. C.de reſc.vend. procedit etiam in bonis Eccleſiaſticis nu.2. fol.122

Remedium d.l.an locum habeat in venditione facta cum Iudicis decreto, vel cum ſubhaſtatione, & quomodo intelligatur nu.5.cum ſeqq. fol.122.cum ſeq.

Remedium d. l. quomodo locum habeat in tranſactione nu.12. fol.123

Vide in verb. læſio.

REMISSIO ad hoc,vt gratia;vel compoſitio fieri poſſit, in Regno obtinenda eſt ab omnibus, quibus defertur ſucceſſio nu.16.& 27. fol.18

Remiſſio filiæ,vel ſororis non ſuccedentis, ſed de paragio dotandæ extantibus maſculis an requiratur. Deciſio quæſtionis nouiſſima recenſetur. Refertur itidem Clari opinio.& Mediolanenſis Senatus deciſio negatiua, vt remiſſio fœminæ à ſucceſſione excluſæ non ſit neceſſaria, quæ tamen inſpectis terminis iuris communis eſt frequentius damnata, procedere tamen poteſt attenta diſpoſitione Pragmaticæ huius Regni nu. 19. 25.& 29. fol.18.cum ſeq.

Remiſſio partis offenſæ in Regno requiritur expreſſa, licet non adſit querela,& quomodo inter nobiles vſurpatum ſit nu.36.& 37. fol.20

Vide in verb.Baro,gratia,Princeps, paulò ante fin. Prorex querela.

RENVNCIATIONES hodie fieri ſolent in capitulis

matrimonialibus cum pacto, vt maritus reficiat de proprio omne, & quicquid mulier vltra dotes habitas consequi vellet non obstante renunciatione facta, quod pactum validum esse, & optimis inniti rationibus demonstratur, & D. de Franch. decisio redarguitur nu. 11. & 13. fol. 307. cum seq.

Renunciationes quando dicantur omninò, vel respectiuè ad masculos, & an filij venire possint ex propria persona, remissiuè nu. 12. fol. 308

RES transit cum sua causa nu. 17. fol. 155

RESCRIPTVM Principis si repugnet legis dispositioni, & tractetur de iure alteri quæsito tollendo, non est executioni demandandum, sed Principi rescribendum num. 14. fol. 42

Rescriptum concessum vni ex litigatoribus porrigitur ad alterum, etiam in decisoris, si alias insurgeret iniquitas, quo loci declaratur l. euidenter ff. de except. rei iudic. nu. 32. 34. & 35. fol. 108

RESPVBLICA collapsa, vt restituatur seueritate, & non lenitate vtendum. Hinc ex B Gregorij testimonio graue est confusis temporibus locis, & moribus esse præpositum nu. 15. cum seq. fol. 48

Rempublicam tria destruunt, non prudens, neque digestum consilium, priuatum commodum, & odium latens num. 10. fol. 79

Respublica, seù Ciuitas habet, vt Fiscus priuilegium auocationis pecuniæ creditori solutæ, & consumptæ, num. 22. fol. 113

Vide in verb. Fiscus in princ. in 3. col. ante med. in 4. paulò ante fin. Venetiæ.

RESTITVTIO in integrũ aduersus sententiam ex scripturis nouè repertis non datur effluxo quatriẽnio, quo loci declaratur l. qui grauatos C. de cẽsib. & cẽsit. & l. 1. C. de sent. aduers. fisc. l. nu. 37. 38. & 39. fol. 109

REVOCATIO, quæ datur successori ex causa fraudis non excedit legitimam aliàs ipsi debitam n. 27. f. 261

Vide in verb. actus paulò ante fin. Constit. constitutionem demanium in penult. summ. dos in 2. feudatarius in 4. & 5.

REGIS clementia qualis esse debet nu. 31. fol. 6

Rex creat dignitates, & ad libitum confert eas: hinc dicitur omnes dignitates esse penes eum nu. 7. fol. 9. illasue potest augere, & diminuere, prout melius sibi visum fuerit nu. 13. fol. 189

Rex populorum vtilitatem propriæ præferre debet numer. 7. fol. 48

Rex est Reipubl. maritus, & cõis omnium pater n. 19 fol. 49. Datus est Regnò, & è contra, dicitur quoque Tutor, & Administrator populorum nu. 40. fol. 150

Reges, pariter & Pontifices officia vendere possunt, cum non sit istbæc prohibitio de iure diuino, nec in illis ambitus, & simonia considerari possint, vendendo tamen non rectè agunt nu. 9. cum seq. fol. 57

Rex potest in Castro nouum apponere Castellanum ob inimicorũ suspitionẽ, vel Baronis diffidentiam n. 28. f. 62.

Rex an possit ex suprema potestate ob publicã vtilitatem Officialem constituere residentem in Terra Baronis, vel Visitatorem deputare supra suos feudatarios num. 54. cum seqq. fol. 64

Rex põt constituere Visitatorẽ contra Barones malè tractãtes vasallos, vel feuda dilapidãtes, vel grauia onera imponẽtes, secùs absq; causa, & in hoc miserè lapsus est Capyc. simpliciter, & indistinctè loquendo nu. 59.

Reges, & Regnorum Gubernatores quomodo inuigilare debeant pro salute subditorum, & recta iustitiæ administratione num. 20. fol. 89

Reges decipiuntur à malis Consiliarijs, qui sunt omnium causa malorum nu. 24. fol. 81

Regis negotium reputatur Vniuersitatis Regni, iccircò in eo sufficiens est consensus maioris partis Regni, sed an sufficiat maior pars Magnatum Regni, etiam in his quæ pertinẽt ad singulos vti singulos, itẽ an minor, sed sanior pars præualeat maiori n. 19. 20. 21. & 23. f. 95

Rex an possit de consensu populi statuere, vt moneta minoris ponderis expendatur pro maiori valore, quàm est pondus, & valor illius nu. 22.

Rex propter necessitatem potest mandare, vt cudatur moneta vilis, & de vili materia, vtpotè de ferro, vel corio, & vt expẽdatur, ac si esset bona; verùm necessitate cessante damnum compensare debet nu. 36. fol. 98

Regis pariter mandato data eius necessitate cudi potest moneta inferioris aliquantulum valoris, quàm sit metallum, sed non multum expendenda tantum intra, & non extra Regnum nu. 37.

Rex necessitatibus imminentibus si aliud non habeat, potest capere bona subditorum; verùm tenetur tunc soluere pretium, si habet, sin autem minus, cum habebit nu. 38. fol. 98. & nu. 36. fol. 158

Rex in Regno est Dominus personarum suorum vasallorum nu. 53. fol. 101

Rex non debet noua imponere vectigalia pro iustitia seruanda, sed debet illam subditis ministrare, eosq. custodire à latronum incursu propter redditus Regni, quos velut stipendia adhoc constituta percipit nu. 65. fol. 101. & nu. 11. & 13. fol. 154. cum seq.

Rex pro vijs ampliandis ad decorem, & ornatum Ciuitatis, etiam pro nouo porticu extruendo, potest mandare, vt priuatorum domus vastentur, ædificia pariter prohibere, & nouas collectas imponere, pro quibus erũt taxandi commodum sentientes, & ita est positum in vsu, & horum executio spectat ad officium Magistri Portulani Ciuitatis nu 66. fol. 101

Rex nihil habet in hoc Regno, quod possit dici ex mero suo patrimonio, sed totum fiscale est ipsius Regni secundum opinionem Luc. de Pen. quæ tamen reuellitur nu. 45. & 47. fol. 127. cum seq.

Regis Alphonsi dictum commendatur nu. 41. fol. 150

Rex potest suspendere pensiones, concessiones, & non minus eas tollere, etiam quod sint concessæ ex causa remunerationis, quando Regni redditus nequeunt Reipubl. incumbentia sufferre nu. 22. fol. 156

Rex debet se præbere gratum, ac liberalem suis subditis vltra illorum merita nu. 25.

Rex ex causa necessitatis põt differre debitas solutiones ex decis. Andr. quæ in hoc commendatur n. 36. f. 158

Regum officium est facere iudicium, atq. iustitiã, & liberare de manu calumniãtium vi oppressos n. 52. f. 172

Rex absque causa publicæ vtilitatis nõ potest de potestate ordinaria tollere ius tertij, etiam de plenitudine suæ potestatis, aliàs esset plenitudo tempestatis n. 6. fol. 193

Rex non facilè, imo rarò præstat assensum sobole carentibus num. 15. fol. 209

Rex Siciliæ est Dux Apuliæ, & Comes Prouentiæ num. 30. fol. 223

Rex aliquem inuestiendo de feudo, vel assensum præstando, dicitur contrahere nu. 23. fol. 280

Rex de ordinaria potestate potest in modicis præiudicare num. 5. fol. 328

Rex nõ debet soluere duplicatum stipendium n. 13. f. 348

Rex potest prohibere, ne quis odiosus rem emat, ex quo iustifi-

iuſtificantur ordines aliàs facti, qui recenſentur nu.7. & 8. fol.349
Reges Hiſpaniæ non recognoſcunt Imperatorem, ſed ſũt abſoluti Domini neminẽ recognoſcentes n.25. fol.361
Rex vbicunque irruit in hoſtes, ibi eſt territorium ſuum num.43. fol.364
Rex non tenetur ad ſolutionem talearum militum in bello captorum, quando voluntariè acceſſerunt, ſecus ſi neceſſariò, & vocati, dummodò illis culpa non poſſit imputari num.45.
Vide in verb. actus in 2.ſumm. Agnatus in princ. alienatio, appellatio in 2.ſumm. aqua, aſſenſus, Baro, Fiſcus, gratia, miles, Officialis, portus, poſſeſſio in 3.ſumm. Prorex, Regnum.
RITVS vide in verb. Magna Curia.

S

SALARIVM an debeatur Proregi non ſolum poſt ingreſſum Regnum, ſed à die diſceſſus, & receſſus vſque quo redeat ad patriã, quæſtio diſputatur ad partes, & affirmatiuè concluditur n.16.cum ſeqq. fol.221
Salarium currit Legatis à die acceſſus, ſeù præcepti facti de eundo n.19. fol.222
Salarium totius anni licet non debeatur hæredibus Officialis, qui in itinere deceſſit, debent tamen refici ſumptus in notabili ſumma erogati in præparatione pro acceſſu & ſic ſeruari indemnes nu.34. fol.224
Salarium debetur, ratione laboris in adminiſtratioone, quod autem ſoluitur pro acceſſu, & receſſu eſt ratione ſumptuum, & ſic diuerſis reſpectibus vtrunque debetur num.35.
Salarium Balio debitum de iure Regni, quod nam ſit, remiſſiuè num.1. fol.346
Salarium laboratorum tempore meſſium eſt taxandum, vt exceſſiua ſolutio vitetur, quæ eſt cauſa, vt annonæ pretium excreſcat n.11. fol.352
Vide in verb. Commiſſarius, Legatus in 2.ſummar. Medicus, Officialis.
SALVAGVARDIA vide in verb. Prorex in 6. col. in fine.
SALVVSCONDVCTVS vide in verb. Baro in 6.ſummar. Iudex in 1.col.circa fin. Prorex.
SCRIBA Portionis nullum habet ſuperiorem, niſi Regem, aut Proregem nu.21. fol.148
Vide in verb. Theſaurarius in fin.
SENEX quando quis dicatur, ſeù de filijs deſperatus num.11. fol.269
Vide in verb. ſubinfeudatio in princ.
SENTENTIA lata per Curiam Baronalem, quæ condemnat ad exulandum, vel certam quantitatem ſoluendam, valida eſt, nec includitur ſub Pragmat. vlt. ſub tit. de Baron. nu.14.cum ſeq. fol.17
Sententia condemnatoria ad rei reſtitutionem vna cum fructibus an includat quod datum eſt pro iucundo aduentu nu.3. fol.322
Sententiæ tres latæ in Curia Baronis habentis primas, & ſecundas appellationes, cur vſus forenſis admiſit, vt pro vna habeantur, tangitur ſub nu.18. fol.324
Vide in verb. decretum, poſſeſſio in princ. Princeps in 3.col. reſtitutio.
SEPARATIO bonorum an habeat locũ in feudis iuxta opin. Ann. patris affirmatiuã, vel eius contrariã D. Io. Andr. de Georg Conſiliarij meritiſſimi. In hoc articulo acutiſſimus Author neutram damnando, nouã conſtituit opin. quam exquiſitis rationibus, & firmis fundamentis fulcit, & ſuſtinet nu.1.cum ſeqq. fol.283
Separatio bonorum non tollit hæreditatis additionem, non hypothecam contractam per creditores hæredis, ſed tantum inducit prælationem, & habet locum etiam aduerſus Fiſcum, ad cuius comprobationem præ cæteris ponderatur punctualis doctr. Zaſij nu.3. & 4.
Vide in verb. creditor in penult. ſumm. inuẽtarium in princ. & in fine.
SEQVESTRVM feudorum fieri debet per Capit. Regn. quando ſucceſſor non venit ad ſucceſſionem claro, & aperto iure, & hoc iure vtimur in Regno in morte Baronum, cæterorumq. feudatariorum feuda tenentium immediatè, & in capite à Regia Curia, idq. declaratur nonnullis modis nu.39. vſque ad 43. fol.138
Sequeſtratio eſt permiſſa, quando dubitatur, ne partes veniant ad arma, & hoc iure vtimur ſecundum qualitatem factorum nu.44.
Sequeſtratio eſt quoque permiſſa, quando timetur dilapidatio, deuaſtatio, ſeù ſubtractio bonorum; cuitatur tamen data cautione de conſeruando, & exhibendo in eodem ſtatu nu.45.
Sequeſtratis mobilibus, quæ ſeruari non poſſent, & eſſent tempore peritura, poteſt procedi ad venditionem, & pretium deponi nu.46.
Sequeſtratio mulierum, quæ fit per Iudicem laicum, quãdo eſt controuerſia inter conſanguineos, cui puellæ ſint in matrimonium collocandæ, eſt permiſſa tàm de iure canonico, quàm de iure ciuili, & eſt etiam vniuerſali conſuetudine roborata nu.52. cum ſeq. fol.172
Vide in verb. feudum in 3.col.circ.princ. Fiſcus in 3.col. circa fin.
SIGNIFICATORIA per introitum ſuperantem exitum exequutioni demãdatur Miniſtro non audito tanquã in notorijs ex ſpeciali Fiſci priuilegio n.11. f.112
SOCII criminis admittuntur in teſtes, cum veritas aliter haberi non poteſt, præſertim quando plures ſunt eorum confeſſiones nu.43. & 44. fol.20
Vide in verb. indultus in princ.
SOLVTIO facta creditori extingut creditum, ſi ſit irreuocabilis, aliàs in ſuſpenſo res eſt, quæ traditio latè exornatur nu.17. fol.237
SOROR vide in verb. Conſtitutio in aliquibus, conſuetudo neapolitana in princ. mulier, remiſſio in 2.ſumm.
SPONSALIA contracta ſalua diſpenſatione Pontificis, inualida profectò ſunt, ſi ſint à lege reprobata num.17. fol.336
STATVTA bannitorum conſanguineos plectentia valida ſunt quò ad pecuniariam, & eiectionis, non quò ad corporis pœnam, qua de re commemoratur Statutum Florentiæ, quale eſt, vt vno delinquente cæteri teneantur, recenſentur etiam Conſtitutiones Regni pœnas irrogantes Ciuibus, & Vniuerſitatibus propter damna illata à delinquentibus, quæ communi publicæ vtilitatis bono nituntur, quales etiam ſunt Bullæ Pij, & Sixti V. hic etiam relatæ. Ad cuius axiomatis cõprobationẽ expenditur gloſ. traditio in cap. cum homo in verb. ſuppliciũ 23. quæſt. & Felyni aduerſus eã oppoſitio refertur, iterũ declaratur, & ab eadem obiectione defenditur n.4.5.6.7.14.15. & 23. fol.23.cũ ſeqq.
Statuta iam iam relata ſunt etiam valida quò ad detentionem in carcere nu.16. fol.24
Statutum prohibens mulieribus delationem perlarum, & veſtium focatarum, non habet locum in perlis fictis, ſic et veſtibus: prohiberi tamen debet earum pariter delatio, quia inficiunt oculos videntium n.23.cũ ſeq. fol.43
Statutum excludens fœminas propter maſculos eiuſdẽ lineæ,

neæ,& gradus,eſt fauorabile,ſicut è contra eſt odioſũ, quando ipſas excludit propter remotiores n.28. f.310

Statutum excludens fœminas abſolutè propter maſculos, tunc intelliguntur excluſæ propter remotiores, quia conſiderata eſt ratio agnationis, quando verò excluduntur propter maſculos eiuſdem lineæ, & gradus, tunc ſecus, ſed neptis excludit patruum nu.31.

Statutum vocans ad ſucceſſionem deſcendentes per lineã maſculinam,comprehendit fœminas à maſculo deſcendentes,& ideò filia excludit patruum,quo loci ex mẽte Andr.traditur,non procedere text.in cap.1. de eo,qui ſibi,& hæredibus ſuis in terminis Conſtit.in aliquibus num.34.& 35.

Statutum excludens fœminas à ſucceſſione extantibus maſculis, eſt partim fauorabile, & partim odioſum nu.38. & 40. fol.311.cum ſeq.

Statutorum,& Conſuetudinum Regni iuſta ignorantia quomodo excuſet exteros,remiſſiuè nu.4. fol.349

Vide in verb.lex in 5.& 11.ſumm.merum,& mixtum imperium,Princeps paulò ante fin.regalia.

STIPENDII ſoluendi gratia militibus hiſpanis in Regno exiſtentibus pro ipſius cuſtodia fuit facta impoſitio granor. 4. pro foculari quolibet menſe tempore Caroli V.Imperatoris inuictiſſimi nu.16. fol.28

Stipendiũ ſolitũ militibus augeri non conuenit n.39. f.30

STIPVLATIO defuncti ſemper comprehendit hæredem nu.20. fol.136

STVDIVM generale in Ciuitate conſtitui abſque Principis licentia,legi pariter in publicis Gymnaſiis, necnon publicas erigi ſcholas,vetitum eſt nu.12. fol.310

SVBINFEVDATIO dicitur in fraudem,quando ſubinfeudans erat ſenex, filijs carebat, & de eis erat deſperatus num.3. fol.207

Subinfeudatio an reſoluatur reſoluto iure ſubinfeudantis remiſſiuè num. 4.

Vide in verb. alienatio in 3. ſumm. Dominus in 1. col. in fin. & in 2. circa princ. feudatarius in 2. col. circa princ. & paulò ante fin. vaſallus in 4. ſumm. necnon propè concluſionem capitis.

SVBREPTIO quando conſiſtit in his,quæ non reperiũtur à iure expreſſa,remittitur Iudicis arbitrio, ſi Princeps conceſſiſſet, vel ſaltem durius nu. 7. fol.292

Subreptionem non inducit omne,quod tacetur, ſed illud tantum, quod à iure eſt diffinitum, vt exprimi debeat nu.19. fol.295

Subreptio conſiſtit in taciturnitate veri,& obreptio in expreſſione falſi nu. 19.

Vide in verb.aſſenſus in vlt.col. circa med. gratia in fin.legitimatio in 2. ſumm.

SVCCESSIO in bonis feudo redditittijs regulatur ſecundum ius Romanorum,non feudorum, quia merè allodialia reputantur nu.15. fol.76

Succeſſorem non habere,vel habere, & inhabilem à pari iudicantur nu.22. fol.209

in Succeſſione prima cauſa eſt deſcendentiũ, ſecunda aſcendẽtium,& tertia Collateralium, & in feudis ceſſat diſpoſitio auth.defuncto C.ad tertull nu.31. fol.243

Succeſſio in feudis non datur in linea Collateralium, donec ſuperſunt deſcendentes nu.43. fol.246

Succeſſor in feudo hæreditario poteſt grauari vſq; ad cõcurrentem quantitatem valoris feudi,& ſi non conficerit inuentarium,tenetur etiam vltra nu.20. fol.259

Succedendi ius,quod in filium tranſmittitur,intelligitur, dummodò is non reddiderit ſe incapacem,& inhabilem nu. 9. fol.288

Vide in verb.Auus, linea in prine. mulier, nepos, refutatio.

SVPERINDICTVM quid nu.2. fol.102

Superindictum cæteris Vniuerſitatibus imponi ob aliarũ diminutionem,vel vnam obſtringi ad ſoluendum pro altera, ſunt omninò diuerſa nu. 12. fol.103

Vide in verb Vniuerſitas circa med.

SVPPLEMENTVM pretij non habet locum, quando agitur de annullatione, aut reſciſſione venditionis ex cauſa doli,aut fraudis nu.37. fol.126

Supplementum pretij datur in venditione ſub haſta, & ita aliàs deciſum nu. 39.

Supplementum iuſti pretij intelligitur vſque ad verum rei valorem attento tempore contractus nu.40.

T

TERRITORIVM cõfœderatorum cum inimicis iudicatur, vt territorium inimicorum niſi illius Dominus eſſet æqualiter confœderatus nu.16. fol.359

Territorij Dominus poteſt prohibere ingreſſũ,& reſiſtere ingredi volentibus, ſed id nil cõe habet cum captura hoſtium,& bonorum,quia illa non ſunt Domini territorij, ſed iure gentium ſunt capientium nu. 18.

Vide in verb.Rex in penult. ſumm.

TESTAMENTVM, in quo directus Dominus eſt hæres inſtitutus in feudo, eſt vſquequaque validum nu. 14. fol.258

Teſtamentum, in quo immediatus ſucceſſor eſt ſcriptus hæres in feudo hæreditario,vtique valet n.15. fol.259

Teſtamentum,in quo ſit inſtitutus alius, quàm legitimus ſucceſſor in feudo,an ſubſtineatur ex poteſtate à Rege conceſſa ſimpliciter teſtandi de feudo, & quid ſi conceſſionarius non habeat ſucceſſorem, an vigore huius licentiæ poſſit teſtari de iure deuolutionis ad Dominũ ſpectante,vel etiam ſubſtituere, & fideicommittere, de his latè, & eruditè iuxta morẽ ediſſerit D.Author, necnon benè declarat text.in cap.1. de feud. non hab. propr. natur. feud. & quomodo poſſit illius diſpoſitio procedere in Regno,& qualiter per Andr. limitetur, necnon eiuſdem Iſern. deciſionem in cap. 1. qui ſucc. ten.exacta interpretatione explicat, atque explanat, nu.1.cum plurib.ſeqq. fol.271

Teſtamentum poteſt ſubſiſtere abſque fideicommiſſo, legatis,aut alia ſubſtitutione, & conſequenter poſito teſtamento, neceſſariò non infertur ad iſta n.28. fol.275

Vide in verb.tranſuerſalis.

TESTATOR poteſt habere duo patrimonia, vnum paganicum,& alterum caſtrenſe nu.6. fol.184

Teſtator poteſt habere hæredem ex teſtamento in allodialibus,& ab inteſtato in feudalibus nu.18. fol.185

Vide in verb.aſſenſus in 6.col. paulò ante fin.

TESTI pro veritate deponenda pecuniam dare licet, ſi veritas aliter haberi non poſſet,& contraria procedũt in actibus indifferentibus,qui aliàs verificari legitimo modo poſſunt nu.41. cum ſeq. fol.20

Teſtium depoſitionibus fidem adhibere, quandoq. argumentum eſt fallax,infelix, ac pernicioſum n.12. fol.85

Vide in verb.ſocius.

THESAVRARIVS Generalis præſentare debet quolibet ſemeſtri cedulas exactionum in Reg. Cam. num. 58. fol.110

Theſaurarius Generalis Regni fungitur officio Primipili,& ſic appellari poteſt,hinc omnia diſpoſita in Primipilo habent locum in eo, & hæc eſt frequentius recepta ſententia, ſed non ſeruatur in practica nu.1.2. 3.6.9.10.& 18. fol.147.cum ſeq.

Theſaurarius tenetur de culpis ſuorum Miniſtrorum in ſubſidium; Scriba verò portionis principaliter, & affertur ratio nu. 20. fol. 148

THESAVROS abſconditos enunciare, & indicare proponentes, quid obſeruare debeant nu. 1. fol. 355

Theſaurus data opera perquiſitus, & inuētus in locis fiſcalibus, in vniuerſum cedit fiſci emolumentis nu. 2.

Theſauri omnes ſiuè in publicis, ſiuè in priuatis locis inueniantur, de generali conſuetudine ſpectant ad Principes, & in hoc Regno aderant leges particulares, quæ hodie ſunt correctæ per Capitula Caroli II. & Papæ Honorij, per quæ mandatur ſeruari ius commune num. 3. & 9.

Theſaurus caſu inuentus in loco religioſo, vel ad Eccleſiam ſpectante inuentoris commodo cedit pro medietate; ſin autem data opera totus erit Eccleſiæ, ſeù Fiſci Eccleſiaſtici, cuius nequaquam erit temporalis particeps nec conſuetudo, vt omnes theſauri ſint Principis, illi opitulabitur, ex quò non protenditur ad inuentos in bonis Eccleſiaſticis. Cæterùm caſus recenſetur de theſauro, qui ſupponebatur eſſe in loco Eccleſiaſtico, & Fiſcales tàm temporales, quàm Eccleſiaſtici pacti fuere, vt diuideretur inter Cameram Apoſtolicam, Regiam, & inuentores nu. 4. 5. & 10.

TITVLATI Terras cum titulo filijs refutantes, adhuc gaudent, vt tales; ſunt tamen cæteris actu poſſidentibus poſteriores, & ita eſt in vſu poſitum quotidiano nu. 19 fol. 89. & nu. 28. fol. 344

Titulati, qui pecunia ſunt titulum aſſecuti, de iure cæteris alijs inferiores exiſtimantur; quinimò ex Vinc. de Ann. ſententia non debent dici verè titulati num. 20. cum ſeq. fol. 89

Tituli honor quibus conferendus nu. 22.

Titulorum dignitas popularibus, ac plebeis minimè conferenda nu. 27. & 29.

Titulorum dignitas, vt propter merita, & ſeruitia nobilibus perſonis gratiosè, vt antiquitus conſuetū erat, concederetur, fuit alias in generali parlamento humilis, ſupplexq. precatio Regi porrecta nu. 28. fol. 90

Vide in verb. dignitas, Magna Curia in 3. ſumm. Prorex in 4 col. paulò ante fin.

TRADENDI facultatem habens, ad præcisè tradendum compellitur, eſtq. frequentioribus calculis recepta ſententia nu. 24. fol. 143

Traditio nil aliud transferre debet, vel poteſt ad eum, qui accipit, quàm quod eſt apud eum, qui tradit num. 16. fol. 155

Vide in verb. emptio in 3. & penult. ſumm.

TRANSVERSALES nullum habent ius aduerſus teſtamentum defuncti turpi perſonæ non inſtituta num. 23. fol. 260

TRIREMES Regiæ, aliaùe nauigia an poſſint in Gulfu, ſeù in mari Adriatico, quæ Veneti prætendunt eſſe propria hoſtes, eorumq. bona capere, ita vt capientium efficiantur. quæſtio proponitur, & negantiū opinio validiſſimis rationibus expugnatur n. 14. cum ſeqq. f. 359

Vide in verb. merx in fin.

TVTOR, & Syndicus Eccleſiæ non poſſunt habere fidem de pretio, ſicut nec fiſcus nu. 8. & 9. fol. 135

Vide in verb. pater in fin.

V

VAGABVNDVS vide in verb. bannum in 2 ſumm.

VASALLORVM vxores inuitatæ à Dominis ſuis vel à Principe ad ſtipendia, ire non tenentur ſuſpitionis vitandæ gratia, ſecus ſi ad aſſociandum conſortē, quia tunc ceſſat inhoneſtatis cauſa nu. 28. fol. 37

Vaſalli, quę remedia habeant aduerſus Baronem eis grauamina inferentem remiſſiuè nu. 5. fol. 60

Vaſallus eximitur à iuriſdictione Baronis eum malè tractantis nu. 8. fol. 61

Vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus, niſi ſit ſubinfeudatus de re à me conceſſa nu. 17. fol. 70

Vaſallus quomodo teneatur ſeruire de perſona per ſubſtitutum, vel præſtare ſeruitium in pecunia, & tunc quātum erit, & cuius ſit electio, remiſſiuè nu. 7. fol. 94

Vaſalli burgenſes multa ſoluunt tributa, innumera ſubſtinent onera, & calamitates pro Regni regimine, defenſione, & conſeruatione nu. 44. fol. 99

Vaſalli in certis caſibus limitatis à Regn. Conſtit. incip. quàm plurium Domino ſubuenire debent, cuius conſtitutionis ratio inductiua refertur, & comprehendit etiam Regem ſecundum Iſern. nu. 46.

Vaſallus an teneatur Dominum adiuuare, cum bellum eſt extra Regnum, non pro Regno, ſed pro nouo dominio acquirendo, vel pro arcendis hoſtibus à Regno, num pro bello iniuſto, & cui de belli iuſtitia credendum remiſſiuè nu. 47. fol. 100

Vaſalli ſoliti, & in defectum habiles inſeruire debent Baroni in quibuſcunque ſeruitijs illi neceſſarijs num. 52. fol. 101.

Vaſallo contrahente ſuper re feudali non habet locum diſpoſitio l. cum vir ff. de vſucap. iuxta allegata per D. Authorem, Fab. de Ann. & Cōſil. Io. Andr. de Georgio in eorum conſilijs, ſed Domino diſponente bene procedit regul. d. l. quicquid dixerit Io. Vinc de Ann. quo loci pariter confutatur opin. Bammac. in cap. moribus, dùm voluit d. l. cum vir habere locum in feudis etiam vaſallo vendente, & deciſiones per eum allegatæ declarantur nu. 35 cum ſeq. fol. 144

Vaſallus infeudatus à Barone facultatem habente à Rege dandi in feudum, an dicatur infeudantis, vel Regis vaſallus nu. 1. cum ſeqq. fol. 206

Vaſallus filijs carens non poteſt ſubinfeudare, quicquid dixerit Frecc. cuius occaſione examinatur, & declaratur doctr. Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. num. 9. & 10. fol. 208

Vaſallus poteſt alienare feudum Domino abſque alio aſſenſu nu. 2. fol. 256. & ratio aſſignatur nu. 7. fol. 257

Vaſallus parricida feudum poſſidens eo priuatur ex lege feudi, quia taliter delinquens feudi redditur incapax nu. 11. & 12. fol. 288

Vaſalli eadem ſeruitia, & ſubuentiones præſtant Domino directo, dùm manent in eius immediato dominio, quæ præſtarent vtili Domino nu. 2. fol. 225

Vide in verb. Baro, Conſtit. conſtitutionem, Hoſpitium in 3. ſumm indultus in 2 prælatio in 3.

VECTIGALIA noua inſtitui, vt poſſint, nō ſatis eſt vrgens cauſa, ſed exigitur etiam, vt Rex non habeat tantùm de ſuo, quod ſufficiāt nu. 3. fol. 93

Vectigal, ſeù impoſitio certa in Regno pro Turriū in locis maritimis extructione, earūq. cuſtodia n. 63 f. 101

Vectigalia impoſita ad certā cauſam non debent cōuerti in aliam niſi vrgente maxima neceſſitate n. 60. f. 110

Vide in verb. donatio in 4. ſumm. Rex circa med.

VELLEIANVM fuit ampliatum per Reg. Pragmat. num. 3. fol. 334

Velleianum tàm de iure communi, quàm Regni habet locum in omnibus mulieribus & in capillo, & in matrimonium collocatis, & in viduis nu. 5. & 6.

Velleianum locum habet, ſiuè mulieres obligent ſe pro vire,

viro, ſiuè pro filio, ſiuè pro patre, & quomodocunque alienam in ſe ſuſcipiant obligationem nu.25. fol.338

in Velleiano non attẽditur pietas perſonæ, ſed pietas cauſæ, cuius occaſione multi enumerantur caſus, in quibus velleianum ceſſat nu.26.

Vide in verb mulier in quatuor ſum final. vxor in 2.

VENDENTIVM frumentum aduerſus Regis prohibitionem cognitio ad Regem, non Baronem pertinet peculiari ratione, quæ proponitur nu.46. fol.14

Vendens vltra pretium taxatum inopiæ tempore, qua pœna puniendus, remiſſiuè nu.5. fol.32

Vendere domũ, vel fundũ an quis teneatur pro Eccleſia amplianda, vel de nouo conſtruenda n.18.cũ ſeq f.46

Vendendi frumentum huius Ciuitatis viliùs, quàm fuit emptum abuſus eſt execrandus, & nullo pacto ferendus nu.10. & 14. fol.48

Vendentes cariùs, quàm ſtatutum eſt, alimenta inopiæ tempore, qua pœna coercendi nu.18. fol.49

Vendentes non poſſunt prohiberi, ne in ſuis apothecis teneant pergulas, vulgò tẽnas nuncupatas nu.25. fol.52

Venditio ſub pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem eſt pura; reſoluenda tamen ſub conditione num. 22.fol.70.& ſi pactum remittatur, remanet pura, ac ſi à principio ſic celebrata fuiſſet, quod tamen exerceri non poteſt inuito venditore nu. 25. fol.266

Vendẽdi bona fiſcalia facultate alicui tributa, poterit da re fideiuſſorem de euictione & apponere omnia pacta pœnalia ſecundum morem Regionis ex Angel. ſententia, idq. obtinet in Eccleſia iuxta opinionem Canoniſtarum frequentiùs receptam nu.19. fol.116

Venditio rei fiſcalis habet multa requiſita, & inter cætera, vt vendatur iuſto pretio, & ſi aliquid ex requiſitis defecerit, irritatur nu.10.32. & 33. fol.123.& 126

Venditio rei fiſcalis facta per Fiſcum abſque ſubhaſtatione eſt penitus nulla nu.24. fol.125

Venditio rerum fiſcalium dicitur tàm reſpectu proprio-rum bonorum fiſci, quàm etiam ei obligatorum, dùm ad illius inſtantiam venduntur num. 42. fol.127

Venditio pro certo pretio ſoluendo infra certum tempus, vel quandocunque cum pacto, & interim certa debeat præſtari pro intereſſe quantitas, an ſit valida, vel reiiciatur tãquam vſuraria, quo loci ſubijcitur intellectus ad text. in l. curabit C. de act. empt. nu.64.& 65. f.130

Venditio rei pro certo conuento pretio non operatur dominij translationem re tradita pretio non ſoluto, niſi fuerit habita fides de pretio, & hoc ius obtinet inter priuatos, ſed non in Fiſco, qui hanc fidẽ habere neutiquam poteſt nu.7.& 8 fol.135.& nu.13. fol.264

Vendi non poſſunt bona pro executione teſtamentorum, præſertim ſi diſtrahantur ob pias cauſas, habita fide de pretio, quia executio piæ cauſæ non admittit moram num.15. fol.135

Venditio, ſeù contractatio rei alienæ de iure vtique valet num.4. fol.141

Vendens rem aliquam, in qua non habet plenum dominium, ſed ius aliquod, non intelligitur vẽdere, niſi ius illud, & idẽ in legato vſusfructus, licet legatũ ſit inane, cum vſusfructus morte finiatur nu.9 & 10.

Venditio iurium futurorum de iure valet nu.13.

Venditor rei alienæ, qui Domino rei ſucceſſit, cogitur implere venditionem nu.23. fol.143

Venditio ex iure ſuperueniente in vẽditore confirmatur, & ſi tradiderit, non eſt neceſſaria noua traditio n.25.

Venditio rerum feudalium non fit hodie ad inſtantiam creditoris aſſenſu carentis nu. 19. fol.167

Venditionis contractus ex re, & pretio perficitur, quod ex poſt facto in totum remitti poteſt valida venditione profectò manente nu.11. & 12. f.264

Venditionis verbo omnis contractus comprehenditur, largè tamen, & impropriè, ſecùs ſecundum propriam vocabuli ſignificationem nu. 8. f.278

Vide in verb actio, alienatio, aſſenſus, Baro in 1.col. in fin. in 2. in princ. in 3. circa med. Ciuis in 1.& 2. ſumm. Ciuitas in princ. Conſtit. conſtitutionem pariter in princ. creditor in fine, Dominus in 2. col paulò ante fin. & in penult. & fin. ſumm. dupla, fiſcus, ius ſuperueniens, læſio, Officialis in 2. & 3. col. prælatio, Procurator in 3. & 4. ſumm. Prorex, remedium in princ. ſequeſtratio in penult ſumm. ſupplementum, vniuerſitas poſt med. necnon paulò ante fin.

VENETI tenent vſurpatam Adriatici maris proprietatem ſecundum vnam opinionem, & ſecundum alteram ex conſuetudine cũ certa Domini ſcientia, ex qua præſumpta oritur conceſſio nu.19. fol.360

Veneti poſſunt prohibere nauigationem in eorum Gulfu, donec in poſſeſſione perſiſtunt nu. 23. fol.361

Veneti poſſeſſionem maris prætendunt ex prætenſa Imperatorum conceſſione nu.24. & 26.

Venetiarum Ciuitas in mari ædificata dicitur libera quò ad dominium, non autem quò ad Imperij iuriſdictionem nu.30. fol.362

Veneti ſunt de Populo Romano, ſed exemptionẽ prætendunt ex priuilegio Imperatorũ, aliàs nullo pacto exercere poſſent iuriſdictionem. Hinc recenſetur traditio Alberic. affirmantis vidiſſe ipſum priuilegium aureæ bullæ bullatum, intantùm vt Bartol. & Bald. dixerint, poſſe Imperatorem ex cauſa reuocare priuilegium, & reducere in ſeruitutem nu.34 35. & 36.

Venetiarum Duces ſecũdum Bald. & alios non ſunt propriè Duces, ſed habent potiùs quandam præeminentiam dignitatis, quàm dominium nu.37.

Vide in verb triremis.

VERBVM quibuſcunque adiectum in diſpoſitione hominis nullam admittit reſtrictionem, nec de habilitate, & veniunt etiam impropria nu. 10. f.42

Verba, quæ naturaliter, & ciuiliter intelligi poſſunt, naturaliter interpretanda ſunt nu.40. fol.119

Verba interpretari debent ſecundum propriam ſignificationem, & non ſecundum vſum loquendi communem ex Bart. ſententia nu.41.

Verba ſic interpretanda ſunt, vt tertio præiudicium non inferatur: imò hoc caſu verba ſunt impropriãda n.43.

Verba debent intelligi cum effectu num.23. fol.210

Verbũ eo ipſo importat idem, quod ipſo iure n.17. f.214

Verbum fiat in decretatione memorialium, quomodo intelligatur nu. 13. fol.237

Verbum reuerti, vel redire, quid importet n.19. fol.242

Verbum quaſi denotat improprietatem nu. 24. fol.254

Verba intelligi debent, prout ius intelligit n.20. fol.265

Verba generalia non includunt caſum, qui eſſet contra Eccleſiaſticam libertatem, cum illa publicæ vtilitati æquiparetur nu. 8. fol.355

Vide in verb. præſcriptio, priuilegium in vlt. col. paulò poſt princip.

VESTIMENTA, ſuppellectilia, domorum ornamenta, & alia ſunt moderata, & limitata per Reg. Pragmat. ne Reſpubl. ad egeſtatem deducatur, & hæc prouiſio non eſt noua, ſed ortum habet ab ipſis Romanorum legibus nu.2. & 6. fol.352

Veſtimenta prodigalia modernum abuſum introduxiſſe dixi. Bald. aut. de tali ſtatuto locutus fuit nu. 7.

Veſtimenta prohibita an quis in propria domo poſſit aſportare, & quid ſi reperiebantur confecta tempore edictionis Pragmat. & quid de gemmis, auro, & ſimilibus nu. 20. cum ſeq. fol. 353

Vide in verb. Epiſcopus in fin. mulier in princ.

VIARVM publicarum conſtructio iuxta domos priuatas ab earum Dominis facienda, vel à Conductoribus imputatis impenſis in mercedem, quando Domini non conſtruunt nu. 22. fol. 52

Viarum refectio ante domos priuatorum, quam hæc Ciuitas facit ſuis impenſis, eſt contra iuris communis diſpoſitionem, & hic inter alios huius Ciuitatis abuſus numerandus eſt nu. 23.

Viarum publicarum impedimentum perpetuum prohibitum; temporale tamen permiſſum nu. 24.

Vide in verb. vniuerſitas circa med.

VICARIVS Regis tanquam Vicarius non poteſt alienare neque rem, neque ius Domini, ſed quid intelligatur per has dictiones rem, & ius nu. 12. fol. 141

VIDVA non gaudebit viri dignitate, quæ habebat annexam adminiſtrationem nu. 34. fol. 345

Vide in verb. numeratio Regni in 2. ſumm. velleianum pariter in 2.

VIR tenetur ex bonis dotalibus ſoluere debita vxoris in actione perſonali contracta ante matrimonium, & ita deciſum, idq. ampliatur, vt nu. 2. fol. 334

Vir tenetur probare, vxorem bona acquiſiuiſſe conſtante matrimonio adhoc, vt ſit locus diſpoſitioni l. quintus ff. de donat. inter vir. & vxor. quicquid Alciat. & Me noch. dixerint nu. 5. f. 341

Vir an efficiatur Comes, Marchio, Dux, aut Princeps, ſi eius vxor vnum ex his titulis fuerit aſſecuta num. 16. cum ſeqq. fol. 343

Vir coruſcat dignitate vxoris de facto, & de cõſuetudine, idq. procedit, ſi vxor ſit Domina illius dignitatis, vt potè Comitatus; nõ autem ſi in eius poſſeſſione reperiatur, declaratur præterea, vt vir non aſſequatur propriã dignitatẽ vxoris, ſed tantum nobilis efficiatur ex ea, quia id importabit verbum coruſcare n. 19. cum ſeqq.

Vir non poteſt poſt vxoris obitum illius titulo gaudere, ſi in eo alius exiſtat legitimus ſucceſſor nu. 43. fol. 346

Vide in verb. aſſenſus, donatio in 5. & 7. ſumm. mulier in 1. col. in fin. renunciatio in princ. vxor.

VIS incontinenti propulſata dicitur etſi ex interuallo, cum eſt continuata, ac permanens nu. 22. fol. 43

VISITATIO carceratorum Mag. Cur. fieri conſueta in die Sabbathi per ſingulas hebdomadas per vnum ex Regentibus Collateralis Conſilij vnde originem ſumpſit, remiſſiuè nu. 10. f. 323

VISITATOR Regni generalis à Rege conſtitutus non habet poteſtatem viſitandi Barones, & ita eſt per Regem declaratum nu. 61. & 62. fol. 64

Viſitator Regni Generalis de opibus, quas Officiales ante officium habebant, vel poſt acquiſiuerunt, & de modo expenſarum in primis, ac potiſſimùm inquirere debet, num. 11. fol. 85

Viſitatoris munus inſuper eſſe debet in perſcrutando Officialium habilitatem, atque peritiam, in perquirendo pariter, an officium emerint, quo caſu non ſolùm eo erunt priuãdi, ſed acriter puniendi etiam ad aliorum exemplum nu. 13. cum ſeq. f. 86

Vide in verb. Prorex in 4. col. poſt med. Rex paulò poſt princ.

VITAM hominum, eorumuè alimoniãm eſſe cuilibet pecuniario Regis intereſſe præferẽdam conuenit, hinc pulchra infertur illatio nu. 8. & 9. fol. 48

Vita, & militia ſecundum Conſtit. Reg. exordientem Comitibus debetur Clericis etiam in ſacris cõſtitutis de fructibus feudi, quæ ſucceſſit loco alimentorum, & ita eſt vſu forenſi receptum. Abſurdum tamen eſt deberi loco portionis feudi, à quo ſunt excluſi, ſed benè ratione alimentorum nu. 28. & 29. fol. 215

Vita, & militia debetur etiã primogenito, qui ſe clericauit, & voluntariè feudum renunciauit nu. 31. fol. 31

Vide in verb. adhoa, filius in 2. col. paulò ante med. nepos in 2. ſumm. pater in 4.

VNIVERSITATES Regni, quę præſtare debẽt militibus equeſtribus, & pedeſtribus, ſtatutũ eſt per Capitulũ Regis Catholici huic Regno conceſſum n. 15. fol. 28

Vniuerſitates poſſunt dare pecuniam Baronibus, vt eas in proprias Cameras recipiant, idq fuit pluries iudicatum capta prius informatione qualitatis Terræ, & quantitatis donandæ nu. 21.

Vniuerſitates tenẽtur facere panem pro exercitu, ac inopiæ tempore viliori pretio vendere nu. 31. f. 29

Vniuerſitates Terrarum olim tenebantur ad reparationẽ Caſtrorum ex Capit. Reg. edito per Carolum II. quod poſtmodum fuit abrogatum per Pragm. Regis Ferdinandi I. ita quod hodie ab hoc oneris nexu ſunt ſolutæ, niſi conſuetudo legitimè præſcripta, vel alia legitima cauſa refragentur nu. 32. cum ſeq. f. 63

Vniuerſitates non tenentur ad refectionẽ Caſtri, etiam ſi in vẽditione Terrarũ eſſet adiecta clauſula cũ iuribus noſtris, licèt aliàs dũ erant in poteſtate Regis, vel rõne conſuetudinis, vel alia cauſa ad hoc tenerentur n. 34.

Vniuerſitates tenentur ad murorum refectionem, pro qua ſinguli Ciues contribuere tenẽtur, idq. pluries in Reg. Cam. deciſum nu. 35. & 37.

Vniuerſitates non poſſunt muros extruere, vel reficere abſque Principis licentia nu. 36.

Vniuerſitatibus ob earum impotentiam muros reficere non valentibus, eos reficit fiſcus cum facultate repetendi ſumptus nu. 38.

Vniuerſitates poßunt retinere tertiam partem tributorũ, quæ fiſco debentur, ad extructionem, vel refectionem murorum expendendam, ſed hoc malè ſeruatur per fiſcales nu. 39.

Vniuerſitas dum corpus habet, vocandi ſunt Conſules, & Adminiſtratores; ſi verò non habeat, ſufficit vocare Barones, ſeù habentes iuriſdictionem Terrarum nu. 25. 31. & 34. fol. 96

Vniuerſitatis Rectores, vel Syndicum citare ſatis eſt. cũ cauſa Vniuerſitatis, & non ſingulorum agitur; tunc enim ſinguli ſunt vocandi nu. 30. & 34.

Vniuerſitates. & Populi quãdo teneantur propriis sũptibus adiuuare Dominum, & num ẽt pro extirpatione, & perſecutione latronum nu. 47. cum ſeq. fol. 100

Vniuerſitates tempore neceſſitatis ſalario mediãte poſſũt cogi ad præſtandum milites pro noua militia nuncupata del battaglione, remigãtes pro Regijs triremibus, qui dicuntur bonauoglia, & fodiatores, vulgò appellatos guaſtatori: verùm iſti non debent eſſe bibuli, & ſimiles perſonæ vacantes agriculturæ nu. 49. cum ſeq.

Vniuerſitates non amplius tenentur ad dãna clandeſtina iuxta formam Conſtit. ſuper inciſionibus ob nouam prouiſionem ſuper ijs factam nu. 60. fol. 101

Vniuerſitates ad viarum, & pontium refectionem tenentur nu. 61.

Vniuersitas incolarum numero diminuta, quomodo pro diminutionis rata à solito functionum fiscalium onere subleuanda, & quæ sit practica nu. 1. f. 102

Vniuersitatibus aliis superindicenda, & imponenda est quantitas, à qua Vniuersitas exoneratur ex Luc. de Pen. sententia, quæ non est in vsu posita, sed Fisci damno cedit nu. 2. 6. & 17. fol. 102. cum seqq.

Vniuersitatibus fiscales impositiones ob earum impotentiam soluere non valentibus quomodo sit consulendū, recensentur prouisiones superseſſoriales his euentibus à Reg. Cam. expediri consuetæ nu. 2. fol. 106

Vniuersitates docētes se soluisse per triennium cōtinuum fiscales functiones, non possunt pro antecedentibus functionibus molestari, quia præsumuntur etiam in præteritum soluisse: cæterum non sufficit vnica solutio pro tribus annis, sed reiterata requiritur, satis tamen erit per annum tantum tres tertias continuatim soluisse, idq. in Reg. Cam. decisum nu. 2. cum seqq.

Vniuersitatibus depopulatis Princeps concedere consueuit functionum fiscalium immunitatem, adhoc vt iterum incolis, & habitatoribus repleātur, qui cautionem præstare debent de non recedendo nu. 7.

Vniuersitas taxata, & condemnata in decreto numerationis pro certo focularium numero, tacitè absoluta intelligitur à maiori eorum numero nu. 28. fol. 107

Vniuersitates possunt soluere Perceptori ante tempus fiscales functiones, qui recipere tenetur nu. 44. fol. 109

Vniuersitates quomodo possint imponere collectas, seù gabellas pro solutione functionum fiscalium, & aliorū onerum, & qui ad eas teneantur, vel excusentur num. 42. fol. 150. & nu 3. f. 328

Vniuersitates quomodo possint vendere, seù arrendare territorium omnibus commune, & nouas facere defensas, remissiuè nu. 45. fol. 150

Vniuersitates Terrarum de iure communi poterant facere donatiua Baronibus pro ortu filij vel nuptijs Dñi, sed de iure Regni est interdictū, hinc Proreges dispēsant limitando quantitatem donandam nu. 12. fol. 323

Vniuersitates petentes demanium, dicuntur exercere ius prælationis Domino directo competens cum eius scientia, & consensu, hinc si Dominus directus respuat demanium, vniuersitates repelluntur n. 14. & 15. f. 326

Vniuersitas, seù Terra semel de demanio effecta, si iterum vendatur, an primus Baro habeat ius prælationis num. 16. f. 327

Vniuersitates pecunia indigentes pro publicis earum necessitatibus, qui mos sit introductus, vt ad interesse illam accipere valeant, quo circa declaratur doctrina Bart. in l. 4. §. actor ff. de re iudic. nu. 1. & 2. f. 328

Vniuersitates quomodo procedant ad venditionem aliquorum corporum earundem Vniuersitatum nu. 3.

Vniuersitates ex causis vrgentibus an vēdere possint territoria, in quibus Ciues, & Baro habent vsum illis contradicentibus nu. 4.

Vide in verb. bannitus, Baro paulò post princ. & in 4. col. post med. Camera reseruata, Castrum, collecta, conductor, consuetudo, contributio, functiones fiscales, mandatum, numeratio Regni, pecunia, Perceptor in 1. 2. & 3. summ. superindictum.

VSVARIVS syluæ, vel fundi remoti potest vendere ligna, & fructus secundum glos. pro sumptibus vehendi ligna, & fructus vsuario necessarios secundum Aret. qui sic intelligit l. diuus ff. de vsu, & habit. sed dubitatio aduersus eum proponitur, & rursus Fabri locus, in cuius intellectu oscitanter hallucinatus est Cassaneus, exactè declaratur nu. 16. vsque ad 20. fol. 66

Vsuarius fundi, ita demum fructus ex eo pro vsu asportare potest, si cōmodè in fundo vti nequeat n. 21. f. 67

VSVRA est etiam de iure diuino prohibita, è contra interesse est omni iure permissum nu. 21. fol. 117

Vsura, quæ ex retardata solutione præstatur, succedit loco interesse, diciturq. interesse recompēsatiua, & ideò est permissa ex frequentius Doctorum recepta sententia num. 22.

Vsura propria, & naturalis dicitur, quæ in sola conuentione fundatur, & ista est omni iure prohibita, vsuræ verò recompensatoriæ non sunt propriæ vsuræ, sed loco interesse succedunt, & ideò vtroque iure permissæ num. 38. fol. 119

Vsuræ debitæ ex mora regulari non petuntur vt vsuræ, sed vt interesse nu. 67. fol. 130

Vsuræ, prout pensiones dicuntur esse extra rem, & non ex re, sed propter rem, hinc notabiliter infertur, vt nu. 16. cum seq. fol. 308

Vide in verb. argumentum in princ. interesse in 6. & 7. summ.

VSVS rei, quæ iure proprietatis ad Ciuitatem pertinet, Ciuibus concedi potest nu. 20. fol. 51

Vsus ab habitatione quàm maximè differt nu. 12. fol. 66

Vide in verb. Baro in 3. col. in fin. cum plurib. summ. seqq. proprietas in fine.

VTILITAS publica præfertur priuatæ, quæ sub publica includitur nu. 25. fol. 5

VXOR, filij, cæteriq. coniuncti dicuntur habere causam onerosam in donatione facta contemplatione matrimonij num. 22. fol. 181

Vxor pro viro è carcere vindicando vtique intercedere potest nu. 29. fol. 338

Vxor quicquid emit, vel acquirit constante matrimonio, sibi, & non viro acquirit, licet præsumatur emisse de pecunia mariti, cuius tantum viro debitrix erit, nisi probetur, aliundè pecuniam ad vxorem peruenisse, & sic limitatur text. in l. quintus ff. de donat. inter vir. & vxor. nu. 1. 2. & 4. fol. 340

Vxor si in bonorum possessione reperiatur, illa quò ad extraneos sua esse cēsentur tàm in possessorio, quàm petitorio, quò verò ad virum, eiusq. successores, idē ius obtinebit, si possessionē habuerit ante matrimonium nu. 3.

Vxor emens constante matrimonio rem de pecunia à viro donata, sibi rem acquirit contra Plat. & Pyrr. remanente marito vtili ad rem actione in subsidium, quatenus vxor esset effecta locupletior nu. 6. fol. 341

Vxor contrahendo si asserat se emere de propria pecunia viro præsente, & tacente, vel expresse hoc confitente, non per hoc cessabit præsumptio l. quintus ff. de donat. inter vir. & vxor. quicquid Menoch. & alij dixerint nu. 7. cum seq. fol. 342

Vxor coruscat nobilitate, & dignitate viri; non autem è contra, nisi sit Regina, vel alia in maxima dignitate constituta, quo casu vir simplex miles non efficietur Rex, licet coruscabit radijs vxoris nu. 18. fol. 343

Vxor iure mariti coruscat dignitate illius, & participat passiuè, & non actiuè radios eiusdem, & sic è conuerso num. 31. fol. 344

Vxor in viduitate manens quomodo gaudebit viri priuilegijs nu. 33. f. 345

Vide in verb. donatio in 5. & 7. summ. fiscus in 3. col. in fin. receptator in 4. summ. vasallus in princip. velleianum, vir.

FINIS INDICIS.

DE POTESTATE PROREGIS COLLATERALIS CONSILII, ET REGNI REGIMINE TRACTATVS

Duodecim in titulis distributus.

AVTHORE
IO. FRANCISCO DE PONTE
VIRO PATRITIO, &c.

DE PROVISIONIBVS FIERI SOLITIS, & quæ fieri debent circa personas pro pacifico, & quieto Ciuitatis, & Regni statu, &c.

TITVLVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Prorex in Regno Regis personam representat, est eius Vicarius, ac Locumtenens, immò ex forma commissionis amplissima, Alter ego; omnia potest, quæ idem Rex.*

2 *Quæ tamen ad potestatem pertinent respicientem necessariam Regni gubernationẽ, non quæ soli Principi conueniunt, qualia hæc sint remissiuè.*

3 *Prorex vigilare præcipuè debet pro quieto, ac pacifico Regni statu.*

4 *Ad eum conseruandum pleraque tendunt, de quibus sigillatim sermo instituitur.*

5 *Prorex potest cogere subditos ad pacem faciendam.*

6 *Ad eam componendam certi olim Magistratus præfecti Irinarchæ nũcupati; quorum instar sunt in Ciuitate sex sedilium, eorumq; potestas.*

7 *Sæpè tamen Prorex pro rei qualitate manus apponit.*

8 *Cautio de non offendendo peti potest ab offendente.*

9 *Ex eadem causa pacis multitudine delinquente ei parendum est, & principales tãtum puniendi.*

10 *Prorex potest cogere litigatores ad compromittendum, præsertim, cum controuersia est inter magnates, ac nobiles, ex qua publicum scandalum timetur, idq. Iudici quoq. ordinario permissum, & à S.C quandoque obseruatum.*

11 *Confinare subditos, si expediret, videbitur ex suspitione tantùm absque processu, præsertim scandalosos, ac seditiosos, idq. pluries obseruatum maxima tamen, ac vrgentissima causa concurrente n. 14.*

12 *L. certa forma cum Gloss. 1. C. de iur. fisc. lib. 10. enucleata.*

13 *Iudex ex causa potest præcipere, ne quis transeat ante domum alterius.*

15 *Principi non exemplo rei gestæ, sed ratione consulendum.*

16 *Prorex ex causa iure eiicit è Ciuitate mulieres inhonestas, quæ iuuenes perdere solent.*

17 *Mandat præstare cautionem de non offendendo, eiusq; præstandæ praxis; etiam pro amicis familiaribus altrinsecus.*

18 *Capi, & carcerare ſubditos, non adhuc conſtito de crimine, modo iuſta adſit ſuſpitionis cauſa, vel ex qualitate perſonæ impediri poſſit informatio.*

19 *Captura in delictis occultis eſt arbitraria, ſufficit pro ea extraiudicialis informatio: In delictis grauibus ſola ſuſpitio, nec appellatione remittitur, ſed ea pendente captus interim detinetur.*

20 *Prorex poteſt facere mandatum ſub pœna graui pecuniaria pro delicti qualitate.*

21 *Iudex pariter ſub pœna graui pecuniaria in ſumma poteſtate conſtitutus ex conſuetudine: In cauſis grauibus, atque vrgentibus eadem mandata facere poteſt.*

22 *Mandata fieri etiam poſſunt ſub pœna quoque omnium bonorum ob contumaciam: Non tamen indiſtinctè faciendum, ſed cum moderamine.*

23 *Mandata fieri poſſunt, & idem etiam in Neapolitanis, quibus vigore Capitulorũ non poſſunt bona confiſcari, niſi pro crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ, & ità in dies ſeruari, quod Rex Philippus II. in facti contingentia conſultus reſcripſit, & cum Marchione Paduli practicatum. nu. 28.*

24 *Princeps ex cauſa publici boni leges ſequi non tenetur, omneſq. pœnæ ſunt ei arbitrariæ.*

25 *Publica vtilitas præfertur priuatæ, quæ ſub publica includitur.*

26 *Princeps ob publicam vtilitatem poteſt bona priuatis auferre, nec ad emendam tenetur, cum per viam legis id agit.*

27 *Priuilegia ab eo conceſſa reuocare.*

29 *Princeps etſi poteſt hæc rigoroſa ſupra, vel contra leges facere de facto iuris ordine non ſeruato, non paſſim, ac indiſtinctè ſed ex magna enormi cauſa, & inconſueto delicto.*

30 *Principi crudeli, & cupido non eſt conſulendum, vt poteſtatem excedat: Nec domini crudelis, & cupidi malitia malis adhortationibus augenda; qua de re moralia, ac notabilia Andreæ verba recenſentur.*

31 *Iuſtitia vera, qualis, Qualis item Regis clementia eſſe debeat.*

32 *Iudices perperam agere ſæuientes ob inanẽ gloriam.*

33 *Principe irato præcipitanter procedente Iudex debet remorari executionem ſaltem per triginta dies.*

34 *Lenitatis, & ſeueritatis: Amoris, & rigoris pro Principe ratio qualis.*

35 *Delinquentis domus, ob delicti atrocitatem ſuperioris mãdato diruitur, idq. multoties practicatum.*

36 *Creditor, cui bona ſunt obligata, poteſt ſe opponere, ac diruptionem impedire.*

ARGVMENTVM.

De Poteſtate Proregis in vniuerſum, præcipuo ipſius munere ad pacificum Regni ſtatum conſeruandum ſpectante, dequè multiplici eius aſſequendi ratione.

1 NVLLI dubium eſt Regni Proregem repreſentare propriam Regis perſonam, tùm quia Vicarius, & Locumtenens, quo caſu poteſt omnia, quæ ipſemet Rex, ſecundum notata per *Paul. de Caſtr. Alexandr. & Moder. in leg. 2. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* cum aliis latiſſimè ad propoſitum cumulatis per *D. Frecc. in 2. lib. in tit. quis dicatur Dux num. 33. poſt Andr. in cap. Imperialem num. 12. de prohib feud. aliena. per Federic.* Tùm etiam vigore ampliſſimorum titulorum, ſeu commiſſionum, quas tenet, in qui-

2 bus conſtituitur, Alter ego. Tractando tamen de ſuprema, ac ordinaria poteſtate pro recta noſtri Regni neceſſaria gubernatione, non autem de his, quæ ſoli Principi conueniunt, quę non attinent ad hunc tractatum, de quibus latè per *Iacob. & Rom. in l. imperium ff. de iuriſd. omn. iud. latiſſimè Affl. in cap. 1. quæ ſint regal.* Et propterea Proreges, etſi ampliſſimæ ſint illorum commiſſiones habent poſteà ſecretas inſtructiones, in quibus regulatur illorum poteſtas, & iuriſdictio ſecundum præfata.

Præcipuum officium Proregis erit, Ciuitatem, & Regnum in ſtatu pacifico, & quie-

3 to manutenere, & nè alter alteri iniuriam inferat, iuxtà elegantia verba *Vulpiani in leg. 1. §. quies ff. de offic. præf. vrb.* ibi. *Quies quoque popularium, & diſciplina ſpectaculorum ad Præfecti Vrbis curã pertinere videtur. Et ſanè debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid vbique agatur. Et vrbe interdicere Præfectus Vrbi, & qua alia ſolitarum Regionum poteſt, & negotiatione, & profeſſione: & aduocationibus, & foro, & ad tempus: & in perpetuum Interdicere poterit, & ſpectaculis, & ſi quem releget ab Italia, ſubmouere*

eum

eum etiam à Prouincia ſua.

Concordat *text. in l. moris ff. de pœn. & in l. fin ff. de interd. & releg.* ibi *poteſt Præſes quemdam damnare, ne domo ſua procedat.*

Et idem *Vulp. in l. congruit ff. de offi. Præſ.* eleganter. *Congruit bono, & graui Præſidi curare, vt quieta, atque pacata Prouincia ſit, quam regit. Quod non difficilè obtinebit, ſi ſollicitè agat, vt malis hominibus Prouincia careat; eosq. conquirat. Nam, & ſacrilegos, & latrones, plagiarios, fures conquirere debet: & prout quiſque deliquerit, in eum animaduertere, receptatoreſq. eorum coercere: ſine quibus latro diutius latere non poteſt.*

4 Ex his vnuſquiſque prudens facilè percipere poteſt, quæ debent, quæ poſſunt, & quę faciunt Proreges cum aſſiſtentia Collateralis Conſilij, ſi ſunt iuri conſona, ſi ſunt ad ipſorum officium ſpectantia, & ſi aliàs Ciuitas, & Regnum gubernari poſſet. Nam ex prædictis iuribus mandatur, & imponitur Vrbis Præfecto, & Præſidi quies, pax, & pacificus ſtatus Reipublicæ punitio; & extirpatio delinquentium, deſtinatio militũ, vt ſunt Capitanei, atque Commiſſarij dicti de Campania ad populorum quietem conſeruandam, & tuendam, interdictio Patriæ, Vrbis, ſeu Prouinciæ ad tempus, vel in perpetuum, ſeu vt à domo ne quis exeat ſecũdum factorum contingentiam; & propterea dum à Proregibus, Regijſque ſupremis Miniſtris paces mandantur, perſonæ eijciũtur à Patria, Prouincia, ſiuè Regno, milites Commiſſionarij, ſeu Capitanej Campaniæ per diuerſas Regni partes deſtinantur receptatores ſeuerè caſtigantur, circa annonam maximè tempore cariſtiæ prouiſiones fiunt, quod pariter ad curam Præfecti Vrbis pertinere dignoſcitur, ſecundum *text. in eadem l. 1. §. cura carnis:* Quare perſonæ multæ conqueruntur, & inſipienter verè loquuntur; ſed magis particulariter, & diſtinctè tractemus de his, quæ pro pacifico Regni ſtatu prouideri ſolent.

5 Poſſunt, & ſolent cogere ſubditos ad pacem faciendam pro quiete Reipublicæ *Bal. in d. l. 1. §. cura carnis, multa per Felyn. in rubr. extra de treg. & pac. in prine. cumulat authoritates Reſtaur. Caſtal. in tract. de Imper. q.* 110 *priuil.* 102. & antiquis temporibus per Ciuitates ordine Præſidum Prouinciarum deputabantur Officiales ad hoc particulares, qui Irenarchæ appellabantur, quorum hoc erat officium, ad *text. in l. vnica, vbi gloſs. in rubric. C. de Irenarch. libr.* 10. prout hodie ſunt ſex ſic appellati ſedilium huius noſtræ Ciuitatis, qui differentias inter nobiles ipſorum ſedilium componunt, & mandata etiam faciunt, vt vnuſquiſque in ſua domo permaneat, donec paciſcantur, nec alius Officialis Superior ſe intromittere poteſt, dummodò non interuenerit ſanguinis effuſio, per Capitulum ſpeciale conceſſum Ciuitati tempore Regis Ferdinandi primi; nec fit res ſcandaloſa, quæ aliàs digna eſſet exemplari demonſtratio-
7 ne; nam tunc ſolent Proreges ex illorum ſuprema poteſtate manus apponere, & prouidere, prout facti qualitas expoſtulat; cum ius ſuperioritatis per quamcumque conceſſionem nunquam à Principe intelligatur ſublatum, vt infra latius ſuo loco dicemus. Et *Bar. in l. ambitioſa ff. de decr. ab ordin. fac. n.* 18. tradit idem in Prioribus Ciuitatis, quibus eſt datum arbitrium ſuper bono, & pacifico ſtatu illius. Adeo autem commendata eſt pax, & quies, vt ſecundum magis veram, & communem opinionem, poſſit, &
8 debeat Superior compellere, quem ad cautionem præſtandam de non offendendo, vel pœnale mandatum ſuper hoc illi facere ad inſtantiam partis, quæ timet ab illo offendi, etiam quòd ipſa per prius illum offenderit, ex quo inimicitia iuſtè ortum habuit, fuit opinio *Guil. de Zuzar, relata per Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de pignor. §. ſequitur verſ. quid ſi timeo Bart. in l. qui bona §. ſi quis iuxta ff. de damn. infect. vbi latius Alex.* qui articulum ad partes examinat; & pro eadem cauſa quietis conſeruan-
9 dæ, quando multitudo delinquit, licet de rigore omnes puniri poſſunt, tamen æquitate penſata, vt pax non turbetur, principales ſolùm puniri ſolent parcendo multitudini ad *tex. in cap. fin. de tranſact. vbi eſt caſus, & ibi gloſ. & Scrib.* ibi. *Poteris ad componendum interponere partes tuas, & interdum aliquid ſeueritati detrahere, prout ſtatu imperij, & excedentium multitudine prouida deliberatione penſatis videris expedire;*
10 quæ etiam in Ciuilibus procedunt, vt poſſit Princeps cogere partes ad compromittendum: maximè quando quæſtio eſt inter Magnates, vel Nobiles, & ex eorum controuerſia poteſt ſcandalum publicum oriri, deciſio eſt notab. *Bald.* in caſu fortiori in *leg. æquiſſimum ff. de vſufruct.* qui loquitur in Iudice quando adeſt ſuſpitio ſcandali publici, vt poſſit in eum caſum tractare ad amicabiliter componendum via facti, & non iuris, in quo eſt *gloſ. notab. in Canon. placuit* 90 *diſt.* Vnde ſi poteſt hæc ordinarius Iudex, multo magis Princeps, vt latius per *Bellug. in ſuo Spec. rub.* 11. *in tit. de propoſ.*

grauam. §. compendiosè, quæ notentur; nam tangunt hæc gubernium,& ſtatum,quæ fuerunt practicata per S.C.in cauſis in iure,vel in facto valde dubijs.

11 Et ex eadem ratione poteſt Prorex perſonam Principis repræſentans, ex ſuſpitione,prout ſibi expedire videbitur ad ſcandala euitanda abſque alio proceſſu confinare perſonas, Deciſio not.eſt *Ang.in § vnum in authent.de reſt.& ea,quæ parit,in vndec. menſ.* maximè in hominibus ſeditioſis, & ſcandaloſis,de quo per *Auend.in tract. de exequ.mand.Reg.libr.2.c 6. num.*14. quod fuit practicatum in noſtra Ciuitate cum multis etiam Magnatibus, quæ omnia fundantur in iuribus in princ. alleg. & in radice,& fundamento publici boni,pacis,& quietis manutenendæ in Republica.

Nec eſt nouum, vt Principes ex cauſa iubeant,vt perſonæ,quæ poſſunt ſcandala cauſare Ciuitatibus,transferantur in alias Ci-
12 uitates, & Prouincias, qui alias Metroici appellabantur,de quo eſt *tex.in l.certa forma,ibiq latè Scrib.C.de iur. fiſc. libr.* 10. & licet aliàs iſti Metroici, ſeu illorum tranſlatio abolita fuerit,quia antiquis temporibus ex ea nihil aliud acceſſerit Reipublicę, niſi bellum Ciuile, dicit *glo.in eadem l. certa,quæ allegat text.in l.1.in princ. C.de lat. liber.toll.* Tamen fuit hoc illis temporibus, quia de illis ſolis perſonis loca particularia replebantur, & in illis inhabitabant etiam certis illis Territorijs aſſignatis, vt ſic mirum non erat, quod tumultuabant,ſed dum hæ prouiſiones fiunt cum certis, & particularibus perſonis non iunctim deſtinatis in locis particularibus ceſſat ratio bellorum Ciuilium,& prouiſio, dùm ob bonum pacis ordinatur, ſeruanda eſt; dicit in ſpetie *Bal.in eadem l.certa*, quæ eſt deciſio par-
13 ticularis. Hinc Iudex poteſt alteri iubere, ne tranſeat ante domum talis ex iuſta cauſa,puta,rixæ, vel ſcandali euitandi, de quo per *Alex.cæteroſq. Scrib.in l.quod iuſſit auctoritate gloſ.ibi ff. de re iud.* Ex quibus apparet, ſi conqueſtus multorum, quando hæc acciderunt,fuit iuſtus. Verùm perpen-
14 dere,& penſare debent Proreges ad hæc nõ paſſim,& indifferenter peruenire,ſed ex maxima,& vrgentiſſima cauſa, quando alio remedio ſuccurri non poteſt. Sunt hæc contra leges,& contra Capitula particularia noſtræ Ciuitatis,dum ſine maxima,& vrgẽti cauſa bonum publicum reſpiciente ad talia proceditur,ſicut è contra cauſis iuſtis exiſtentibus omnia ſunt permiſſa, & multoties detinentur perſonæ ſimiles in Caſtris:
15 Ideoque non debet Principi ſimpliciter cõſuli hoc aliàs factum eſſe: nam hoc eſt proprium eorum,qui ſunt iurium ignarj,vt notanter dixit *Alber.auctoritate Iacob.de Rauen.in l.1.ff.de conſtit. Princ.nu.*5. quem pro notabili ponderat,& allegat *Boer.in addit. ad Io.de Montaig.in tract. de parlamen.p.1.nu.8.in 16.vol.tract.* Cuius verba ſunt infraſcripta.

*Licet ſecundum Alber.in l.*1. *C.de Conſti. Princ.hoc faciunt Aduocati Iurium ignari, quando deficiunt eis iura, ſolent dicere; fuit ita per Regem, & Papam obſeruatum, & Gemin.quem refert Affl in conſtitu.vt de ſuc ceſſionibus nu.*19. *dicit quod exempla non ſunt principum, ſed inferioris Iudicis, &c.* debent enim,vt dixi,perpendi circumſtãtię, & qualitates caſuum præteritorum, & præſentium, indiſpoſitio temporum, & ſuper omnia conditio perſonarum.

16 Hinc concurrentibus debitis circumſtantijs fuerunt hæc etiam practicata cum mulieribus inhoneſtis,& ſcandaloſis, quæ ſolẽt Ciuitatem perturbare, & iuuenes in perditionem reducere,de quo per eumdẽ *Auend. vbi ſupr.nu.*3.

17 Sic pariter ſolent mandare Proreges, qđ detur altrinſecus ſecuritas de non offendendo,de quo per *Bar. & Doct.in l. illicitas §. nè potentiores per illum tex.de offic. Præſid.* quæ cautio poteſt peti, & præſtari debet, tàm pro me, quàm pro amicis, familiaribuſq. meis,atque qui eam dat, debet pariter pro ſe,& ſuis familiaribus dare ſecundũ *Bar.in d.§.nè potentiores*, vbi quando ſufficiat ſola obligatio abſque cautione,*idem Bald.in l.*1.*C de epiſc.& cler.in fin.latè Felin.in rubr.de treg. & pac.* quod vt plurimum inter Magnates, & Nobiles promittitur hoc ſub verbo,& fide regia,quæ mandato Proregum ſolet capi à Regni Secretario,qui eſt de Collaterali Conſilio,& in ſuis libris facit de omnibus debitam annotationem.

18 Et idem *Ang.in §. audient in auth. de defenſ.Ciuit.* dixit per illum *tex.* quòd antequam conſtet de crimine, poteſt mandare quem capi,& carcerari,ne aufugiat,vt ſimiliter ordine Proregum hæc captura in dies mandatur,quod pariter cum temperamento fieri debet,quando adeſt iuſta, & legitima cauſa ſuſpitionis, aut quoquo modo ex potentia, & qublitate perſonæ poteſt impediri informatio capienda ad eruendam veritatem,& ob id *Bar.in l. conſentaneum C.*
19 *quom.& quan.Iud.* tradidit,quòd in criminalibus captura eſt arbitraria in delictis occultis, quæ ſecretò perpetrantur *Iul. Clar. in §.fin.q.*28. & vt plurimum ſufficit habere

re informationem ab extra, non in figura iudicij, *Salyc. notabiliter in l. 2. C. de cuſtod. reor. & alibi idem Salyc.* dixit *in l. nullus C. de exhib. reis & in l. ea quidem n. 77. C. de accuſ.* poſſe in delictis grauibus carcerari ex ſuſpitione, & dum quis à captura appellat, interim poteſt in carcere detineri, ad *tex. in l. eos §. quod ſuper his C. de appell. Innoc. in c. vt fame, de ſent. excom. per Bellug. latiùs rubr. 38. de Præſid. §. conquiruntur num. 8.*

Poſſunt etiam facere mandata ſub pœna graui pecuniaria, attenta qualitate delicti,
20 & cauſæ *Andr. de Barul. in l. certa nu. 7. C. de iur fiſc. lib.* 10. quem ibi allegat, & ſequitur *Nicol. de Neapo. & in l. quidã C. de decur.*
21 *eod. libr.* Quod in iudicibus in ſumma poteſtate conſtitutis in caſibus grauibus, & vrgentibus non eſt dubium, & ita eſt conſuetudinis, vt latè per *Aſſl. in Conſt. Reg pœnã eorum nu. 9.* Et licet *Andr.* ibi de conſuetudine dubitauerit, non quòd ſit inualida, ſed quòd in deſuetudinem abierit, tamen in *cap. 1. in verſ. & contrahentium inceſtas nuptias, in tit. quæ ſint regal.* firmauit hanc opinionem in caſibus grauibus, & œnormi-
22 bus. Et *Andr. de Barul. Nicol. de Neap. & etiam Luc. de Penn.* ponunt caſum, vt poſſit fieri mandatum ſub pœna omnium bonorum propter contumaciam. Verùm *Luc.* aduertit, quod non eſt hoc indiſtinctè faciendum, & in talibus non eſt laxanda, ſed reſtringenda poteſtas, ac imponendam dicit eſſe freni temperiem Iudicibus. Verũ ſe remittit ad dicta per *Andr. vbi ſupra*, qui
23 eamdem ponit quæſtionem; quod in Neapolitanis vigore ſuorum Capitulorum fuit valdè altercatum. Siquidem per Capitula eis conceſſa tollitur quælibet confiſcatio, niſi pro delictis criminis læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ; ſed hoc non obſtante in dies mandata fiunt, & ſeruantur: cum
24 non teneatur, concurrente bono publico, Princeps leges ſequi, ſed omnes pœnæ ſunt ei arbitrariæ, notant *Bald. & Aret. & poſt eos præcipuè Sali. in l. fi. C. vbi ſen. vel clariſſ.* fiunt enim hæc ob publicum bonum, quo ca-
25 ſu publica vtilitas præfertur priuatæ, quia etiam priuata includitur in publica, de quo eleganter per *Andr. de Barul. in l. ex omni-*
26 *bus C. de decur. lib.* 10. & propter publicam vtilitatem Princeps aufert bona priuatorũ, & alteri concedit, nec tenetur ad emendã, quando per viam legis, quia ſic Reipublicæ, expedit, *Alex. conſ.* 190. 2. *volum. quem allegat, & latius exornat Dec. in conſ.* 520. *idem Dec. in cap. quæ in eccleſiarum num.* 20. *de conſtit. cum latè cumulatis per Reſtaur. Caſtal. in tract. de imper. q.* 98. *volum.* 16. *tract.*
27 & ob id poteſt reuocare priuilegia ab ipſo conceſſa *Bald. in l. qui ſe patris, C. vnde liberi, de quibus latè, & eleganter per Luc. de Penn. in l. fin. num.* 47. *& ſequ. C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. *latè, & notabiliter Petrus Bellug. in ſuo Princ. Spec. rub.* 26. *in §. Prin-*
28 *ceps*, & ſic ſtatutum eſt generaliter poſſe pro bono publico talia fieri mandata, & dũ Ciuitas in ann. 1550. de hoc ſpecificè ſuppli cauerit Cæſaream Maieſtatem dicendo, qđ per indirectum inducebantur confiſcationes, à quibus Ciues Neapolitani ſunt exempti, vt apparet ex *cap. 6. in lib. Capitulorum fol.* 62. Tamen Cæſarea Maieſtas noluit cõcedere, ſed reſpondit, quòd ſeruentur ſuper hoc, Conſtitutiones, & Capitula Regni, vt *in cap.* 80. *Maieſtatis Cæſareæ fol.* 149. & nulla Conſtitutio, nec Capitulum Regni adeſt, per quod hoc concedatur, & Capitulum circa confiſcationes bonorum conceſſum per Regem Catholicum in anno 1507. non eſt Capitulum Regni, ſed Capitulum conceſſum Neapolitanis tantùm. Hinc quotidie, & per Inferiores Iudices fiunt mandata Neapolitanis ex cauſis diuerſis, pœnæq; exiguntur, & ſignanter pœnæ mãdatorum ſpretorum, quod eſt vnum de prouentibus ordinarijs Magnæ Curiæ, & innumeræ Pragmaticæ, decreta, & banna ſunt facta, & quotidie fiunt indifferenter, in quibus pœnæ imponuntur pecuniariæ, & inuiolabiliter exiguntur; & aliàs tempore Præſidatus in hoc Regno Don Ioannis de Zuniga Commendatarij Maioris fuit hoc maximè controuerſum propter mandatum factum Marchioni Padulę ducat. 20000. ne à domo diſcederet, qui tandem mandato non obtemperauit, ſed ſe abſentauit, ob quod fuit mandata pœnæ exequutio, & iam cœpit exigi, Ciuitas, me ipſam defendente tanquàm illius Aduocato, habuit recurſum ad Proregem, prætendens vigore ſuorum Capitulorum talem pœnam exigi non poſſe, præſupponendo eſſe ſpeciem confiſcationis, de quo Rege conſulto fuit reſponſum mandata fieri poſſe, & legitimè proceſſum: verùm ille Religioſiſſimus Prorex, & magnus Gubernator habita informatione cauſæ, quare Marchio mandato non obtemperauit; quæ fuit cauſa honoris, mandauit nõ procedi vlterius ad pœnæ exactionem, & omnia cum quiete compoſita fuerunt, & demum Marchio comparuit, & iniuſtum erat habere hominem, & pœnam ad *tex. in l. apud Celſum, §. prætor ait ff. de dol. mal. except.*

Sed quæſo aduertatur ad dicta per *And.*

in c.1. §.contrahentium inceſtas nuptias in 2.addit.num.42.verſ. ſatis poteſt dici in tit.

29 *quæ ſint regal.* Dixit enim *Hæc rigoroſa ſupra,vel contra leges ſic de facto iuris ordine non ſeruato poſſe Principem tantùm, non ordinarium Iudicem, ſed non paſſim, & indiſtinctè, ſed ex magna,& enormi cauſa,& in conſueto delicto,* & ſubnectit ſequentia verba.

30 *Alioquin non deberet quis conſulere Principi crudeli,vel cupido excedere poteſtatem ordinariam, quia per ſe poterit, ſi viderit expedire communi bono ff. de conſtitut. Princ.leg prima C.de præc. Imper. in rubr. tunc ordinarium eſt ordinem excedere, & non aliter,quia conſuetus mos, & ordo iudiciorum non debet mutari ſine cauſa C. de iniur.l fin.in fin.de vet. iur enucl l.1.§. ſed etſi quæ leges ff.de teſt.l.3 §.vlt.mali, crudeles,& cupidi Domini per ſe ſunt vitioſi, non debet quis augere eorum malitiam malis exhortationibus ff de ſeru. corrupt.l.1.§.ſed vtrum: vnde puniuntur accedentes iram Regis, & inflammantes extra de homic. cap. ſicut §.qui verò Seneca de benef.in cap.incip. deinde pauciora in fin. dicens, quia non eſt irritandus animus ad auaritiam, ad querelas, ad diſcordias,ſua ſponte in iſta fertur, quantum poſſumus, reſiſtamus, & quærenti occaſiones amputemus.* Hæc omnia *Iſernia*.

31 Et certè bene loquitur, quia vt ait *Sanctus Gregorius Papa* increpans zelum iuſtitiæ phariſæorum,*vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa verò dedignationem: maximè quando agitur typo ſuperbiæ,* & alibi idem Author dixit, quòd *iuſtitia, quæ non habet implicitam miſericordiam,non eſt iuſtitia, quodq; abundantem miſericordiam Rex taliter habere debet vt alijs eius virtutibus præferatur,& in pſal.144.Suauis Dominus vniuerſis,& miſerationes eius ſuper omnia opera eius*; & proprium eſt in Principe habere clementiam in *l.cunctos populos, vbi not. Salic.& Iaſ.C.de ſumm.Trin.& fid. cathol. & in l. imperialem in princip. C. de nupt.*

32 ob quod reprehenduntur Iudices, qui propter inanem gloriam ſæuitiam exercent,vt ibi latius per *Odoffr.* & ideo dixit *Seneca*: *Reginam apum carere aculeo; cum cæteræ Apes habeant.*

Hinc *tex.notab.in c.fin. de tranſact. in verb.in his verò,* dicit: *In his verò, ſuper quibus non inuenitur expreſſum, procedat æquitate ſeruata ſemper in humaniorem partem declinando ſecundum quod perſonas, & cauſas, loca, & tempora poſtulare videris:*

33 ob quod iura ſanxerunt, quod quando Princeps videtur iratus præcipitanter procedere, Iudex debet detinere exequutionem, Aureus *tex.in l.ſi vendicari C. de pœn.* cum vt filios,& fratres ſubditos diligere, & gubernare debeat; elegans ad hoc *text.in l.ſi quis filium C.de inoffic. teſtam.* miſcenda

34 eſt ergo lenitas cum ſeueritate; faciendum eſt igitur quoddam ex vtroque temperamentum, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi,neque nimia benignitate ſoluantur, ſit itaque amor, ſed non emolliens; ſit rigor, ſed non exaſperans;ſit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens; ſit pietas, ſed non pluſquam expediat, parcens, & alia ad hoc memoranda, & notabilia, vide per *Diuum Gregorium in ſuis moral. lib.20.p.4. cap.11.quod cap.eſt in Decreto diſt.45.incip. diſciplina*.

Sed,vt diximus,concurrente cauſa publica,magna,& neceſſaria ob commune bonũ, & vt quieta Reſpublica permaneat, & in pace gubernetur, omnia prædicta practicantur.

35 Hinc propter enormitatem delicti domus delinquentis diruitur ad mandatum Superioris,& arbuſta inciduntur, ad *tex. in l.is cum quo ff.comm.diuid. quod latè proſequitur,& declarat Andr.in cap. 1.§. receptatoribus de pac.iuram. firm. multa Rom. in l.1.§ ſeruus pignori,ff ad Syllan.latiſſimè Boer.in dec.230. p.2.* vt multoties per Proreges,& Collaterale Conſilium ob delicto-

36 rum enormitatem mandatum fuit; verùm dixit vnum notabile verbũ,*Bal. in d.§. ſeruus,* quòd poſſunt comparere ij, quorum intereſt,habentes talia bona obligata,& impedire; quæ fuerunt practicata in cauſa Baronis Comi,& etiam in hac noſtra Ciuitate; dum per populares fuit occiſus ipſorum Electus.

SVMMARIVM.

1 *Baro, Iudex eſt ordinarius vaſallorum.*

2 *Baro ob contumaciam amittit interim exercitium iudicaturæ.*

3 *Baro ob contumaciam non poteſt ſine dedecore ſtare in Curia Regis.*

4 *Prorex Officialem conſtituit, qui durante Baronis contumacia iuriſdictionem exerceat,ratio redditur nu.6.*

5 *Barone comparente,vel in vinculis exiſtente,iuriſdictionis ob contumaciam ſuſpenſio tollitur.*

7 *Contumacia an adimat priuilegium nominandi Iudicem in locis demanialibus.*

8 *Deciſio Collateralis Conſilij, eiuſque ratio recenſetur.*

Po-

9 *Poteſtas eligendi officialem Baroni competens in propria terra, eſt longè diuerſa à facultate nominandi officialem in loco demaniali ex Priuilegio.*

10 *Nominandi ſiuè eligendi facultas, deportatione, non extinguitur.*

11 *Actus tribuitur concedenti, ac poteſtatem conferenti.*

12 *Deportatus amittit, quæ ſunt iuris ciuilis, contumax verò ſecus.*

ARGVMENTVM.

De Poteſtate Proregis in Officiali eligendo propter contumaciam Baronis; ob quam amittitur iudicatura, & iuriſdictionis ſuſpenditur exercitium. Quouſque ſuſpenſio duret. An ob contumaciam priuetur quis facultate, quam habet nominandi Iudicem in locis demanialibus.

§. I.

QVONIAM verò ex delictis plerumque contrahitur contumacia, non ab re erit vnum, cæteris prætermiſſis effectum contumaciç breuiter attingere, non omni contumaciæ communem; ſed illius proprium, quæ à Baronibus, & feudatarijs contrahitur, qui Iudices ſunt ordina-
1 rij vaſallorum, *Andr. in conſtitu. officiorum periculoſa, in conſtit. poſt mortem in cap. 1. §.*
2 *hæreditatem de pac. tenen.* Tunc per contumaciam interim exercitium iudicaturæ ſuſpenditur. *Idem Iſern. in Conſtit. Reg. clementiæ imperialis*; nàm reputantur infames infamia tamen facti; ob quod propter con-
3 tumaciam non poſſunt ſtare in Curia ſine dedecore, dicit *Andr. in cap. 1. §. 1. an ille, qui interfec. fratr. Domini ſui*, & propterea iuriſdictione ſuſpenduntur, & Prorex ponit
4 officialem, qui interim iuſtitiam adminiſtrat, vt eleganter declarat *Frec. in author. 29. Baron. Capic. in dec. 131. & latè per Moder. Addent. ad Andr. in c. 1. de milit. vaſall. qui contumax eſt per illum tex qui eſt particularis Petr. Greg. de conceſſ feu. p. 1. q. 10.*
5 Sed comparente demum, vel quomodocumque eo exiſtente carcerato tollitur ſuſpẽſio, *Andr. in Conſtit. Reg. clementiæ*, quæ dixit *text. in d. cap. 1. de milit. vaſall.* Et non eſt
6 mirum, quòd deputetur officialis ad iuſtitiam miniſtrandam: nam ſi ex contumacia Baro efficitur inhabilis ad iudicandum, & propterea iuriſdictio ſuſpenditur, & inter fructus iuriſdictionis computatur creatio officialium, vt illius prouentus, ſecundum *Petr. Greg. vbi ſupra.* Quid mirum, quod Prorex de officiali prouidet, tamquam fructus ſuſpenſæ iuriſdictionis, etiam vt ſubditi, & vaſalli Baronis habeant ad quẽ recurrere pro recta iuſtitiæ adminiſtratione.

7 Sed fuit aliàs dubitatum in Collaterali Conſilio: an ſi contumax habeat facultatẽ nominandi Iudicem in aliqua Terra demaniali, cui quidem Iudici facta demùm nominatione, titulus, & Commiſſio expeditur à Prorege, & ab ipſo confertur Officium, ac nomine Regio exerceetur, ita quod illud tãtum miniſterium facti nominandi exerceetur per nominantem. Dubitatum inquam fuit: An ex cauſa contumaciæ ſit interim priuatus contumax hac facultate, donec in contumacia perſeuerauerit, ſicut interim ſe abſtinet à deputatione Officialis in propria ſua Terra, & omne iuriſdictionis exercitium confertur in perſonam à Rege deputandam: & caſus ſucceſſit in perſona Marchionis Burgentiæ, qui ex certis cauſis reperiebatur contumax, & habebat facultatem nominandi Iudicem in Ciuitate Tarenti Regij demanij, & decidimus poſſe facere
8 nominationem vigore ſuorum priuilegiorũ non obſtante contumacia, quia erat, quid conſiſtens in nudo facto, & actus non denominatur ab eo, ſed attribuitur ei, qui facultatem nominandi dedit, & Iudex dicitur creatus à Prorege, à quo poteſtas confertur
9 & priuilegium firmatur, & longè diuerſum eſt à deputatione Officialis, & Iudicis in propria Terra, cum à Barone tunc omnis re cognoſcatur iuriſdictio, & in eius perſona fundatur, ſuoq. nomine adminiſtratur, pro quo adducta fuerunt iura peculiaria in de-
10 portato, & in ſpecie in nominatione, & electione illi commiſſa ante deportationem, vt eſt *text. in l. cum pater §. hæreditatem de leg. 1. in leg. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad trebell.* multa cumulat ad propoſitum
11 *Dec. in conſ. 525.* vbi poterit videri, quòd actus attribuitur concedenti, & poteſtatem conferenti, & ipſe dicitur facere, prout etiã declarauit *Andr. in cap. 1. num. 50. de pac. iur. firm. aliàs de allod. & in capit. 1. qualit. vaſall. iur. deb fidelit. poſt num. 4.* ſed caſus eſt fortior in deportato, quàm in contumace; nam ille amittit omnia, quæ ſunt iu-
12 ris ciuilis, & efficitur pœnitus incapax, ad *tex. in l. 1. vbi Scrib C. de hæred. inſtit.* quod non eſt in ſimplici contumace; quòd latius declarat *Petr. Greg. in loco præallegato lib. 4. q. 7. n. 53. Surd. in conſ. 394. n. 22. vol. 3.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prorex, ſicut Princeps in atrocibus delictis nobilitatem attendere non debet, ſed nobiles ſuſpendere, & ad triremes condemnare poteſt; idq. ſæpè practicatum nu. 3.*

2 *Nobilium Priuilegium, ne ſuſpendantur, competit etiam popularibus diuitibus, atq. honeſtis.*

4 *Portæ dignitatum infamibus patere non debent ſed infamia ab honoribus repellit.*

5 *Priuilegium conceſſum Comitibus, Baronibus, & Militibus circa numerum, & qualitatem teſtium, in cauſis eorum criminalibus, non obtinet locum in crimine læſæ maieſtatis.*

6 *Princeps poteſt mandare, vt priuilegiati torqueantur, ſecundum ſuam conſcientiam.*

7 *Dignitates omnes ſunt pœnes Regem.*

8 *Prorex, ſicut Princeps poteſt poteſtate ordinaria ex cauſa conferre dignitatem cum prælatione temporis, idque practicatum.*

9 *Princeps poteſt commutare titulos de vna terra in aliam cum eorum antiquitate, cuius ratio prater poteſtatem redditur.*

10 *Feudum antiquum, ſi permutetur cum nouo, de conſenſu Regis; nouum aſſumit naturam antiqui.*

11 *Feudum ad Regem ob crimen deuolutum mox ab eo reſtitutum ſub eadem qualitate feudi antiqui, manebit antiquū, licèt Rex dixerit ſe de nouo concedere.*

12 *Princeps, dignitates, quas contulit, ab immerentibus, & ingratis auferre poteſt.*

13 *Pœnam delictorum arbitrariam ad mortem vſque protrahi non poſſe, regulariter reprobata opinio gloſ in grauiſſimis tamē delictis recepta. nu. 19.*

14 *Princeps poteſt pœnam arbitrariam extendere vſque ad mortem, cum de nouo, poſſit pro delicto mortis pœnam irrogare.*

15 *Iudex poteſt extendere pœnam arbitrariā, vſque ad mortem, qui coram Principe, eoq. conſulto pœnas decernit.*

16 *Idque practicatum, Auctore conſulente tempore Comitis de Beneuento.*

17 *Percutiens alapa in Palatio Papæ furca, in Palatio Proregis, manus amputatione quandoque punitus.*

18 *Ex qualitate etiam perſonæ percuſſæ, furca ſuſpenſus; & exemplum recenſetur.*

20 *Contumelias Virginis Imagini inferenti, lapides in eam proÿcienti, vel eam percutienti, pœna.*

ARGVMENTVM.

De poteſtate Proregis in derogando nobilitatis priuilegio ob œnormia, atq; atrocia crimina in conferēda dignitate cum prælatione. De poteſtate item Principis in permutandis titulis cum temporis, & antiquitatis prærogatiua. Extendenda pœna arbitraria ad mortem vſque.

§. II.

NON ſolùm ob delictum contumaciæ, quam Baro incurrit, poteſt Prorex poteſtatis, quam Baro habet in Officialibus eligendis vſum adimere, iuxta proximè tradita. verùm etiā ob atrocia, atque œnormia delicta nobilitatis priuilegio derogare, & nobiles talia committentes ſuſpendere, atque ad Regias triremes damnare. *Alber. not. in l. 1. C. vbi Sen. vel clariſſimi, tradidit Bald. in cap. cum quidam in fin. de iureiur.* quòd nobilis propter œnorme delictum, vt proditionis, poteſt furcis ſuſpendi, & altioribus furcis, quē allegat, & ſequitur *Gram. in ſua dec. 36. n. 6.* Licet alias nobiles perſonæ non ſuſpendantur, quod etiam extenditur ad populares diuites, atque honeſtos, in quo eſt deciſio ſingularis *Bart. in l. capitalium §. ſerui ff. de pœn. Felyn. in cap. cum quidam 3. col. verſ. 3. declaratio de iureiur.* quos allegat, & ſequitur *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 9. num. 19. multa per Conſiliarium Fabiū de Anna in ſuo conſi. 34.* Et hæc fuerunt practicata cum quodam, qui erat vnus de centum continuis reſidentibus circa perſonam Proregis cum alio Hiſpano nobili viro, & vltimo loco cum quodam Doctore Hiſpano Iudice Terræ Lacus Nigri; qui duo videlicet, primus, & vltimus poſt duas torturas illatas ex cauſa homicidiorum atrociſſimorum fuerunt ad triremes condemnati, eſt caſus in *l. quilibet C. de decur. lib. 10.* vbi in ſpetie *Andr. de Barul.* notat ſpetialem caſum, in quo Decurio patitur pœnam plebeiorum, quia portæ dignitatum infamibus patere non debent ad *tex. in l. 2. C. de digni. lib. 11. in l. vnica C. de infam. lib. 10.* & delicti qualitas infamiam irrogat, *l. infamia, C. de decur. lib. 10.* & ab honoribus repellit, vt ibidem per *Andr. de Barul.* Ideò *in Conſtit. Regni, proſequentes*, tollitur priuilegium conceſſum Comitibus, Baronibus, & Militibus circa qualitatem teſtium, & numerum, qui requiritur in eorum cauſis criminalibus, non obtinet locum in crimine læſæ maieſtatis, vt ibidem per *Andr. de Barul.* & *Matth. de Afflict. in Conſtit. Regni, proſequentes*, & *Carol. de Tapia in Conſtit. Regni, ſi quis*, & *Ioſeph Caſtalion.

minalibus, quando ſunt inquiſiti de crimine læſę Maieſtatis, vbi *gloſ. & Andr.* notãt-
6 quod poteſt Princeps mandare, vt priuile-
giati torqueantur ſecundum ſuam conſcientiam ſic tollendo priuilegium illius *Conſtitutionis.*

7 Omnes enim dignitates ſunt pœnes Regem, & ab illo creantur, & conferuntur ad libitum dixit *Cyn. in l quoties C. vbi Sen. vel clariſſ.* & ab eo vti à fonte fluunt, & refluũt, dixit *Bald. in c. 1. Quis dicatur Dux, vbi latius Affl. & idem Bald. in cap. 1. de allod.*

8 Hinc ex cauſa, & de poteſtate ſua ordinaria poteſt conferre dignitatem cum prælatione temporis *Io. de Plat. in l. vnicuique per illũ text. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. de quo latius in meo conſi. 7. num. 4. volum. 2. Franc. Marc. in quæſt. 806. & 807.* Quod practicatum fuit tempore Præſidatus Comitis de Beneuento in hoc Regno, qui deputauit Ferdinandum Barbutum Auditorem in Prouincia Calabriæ vltra cum prælatione, ſeu præcedentia omnibus alijs Auditoribus antiquioribus, inſpecta qualitate prædicti Ferdinandi integerrimi, & circumſpecti viri, qui per multos, & multos annos in eiſdem officijs ſuæ Maieſtati ſumma cum laude inſeruiuit, quæ notabiliter explicauit *Frecc. in tit. quis dicatur Princeps*, vt poſſit hæc Rex propter merita perſonæ, ætatem, nobilitatem, vel alia in Principem, vel Rempublicam collata beneficia, vbi adducit authoritates, & exempla, & inter cœtera dixit vidiſſe ipſum in Collaterali Conſilio nouum Conſiliarium aſcitum primam tenere ſedẽ, & primam ſententiam ferre antiquitatis
9 ordine neglecto. Hinc videmus noſtrum Sereniſſimum Regem concedere permutationem titulorum de vna Terra in aliam cũ antiquitate ipſorum, & hic concurrit maior ratio: non ſolùm enim quia poteſt; ſed quia ſubrogat illum in locum alterius, quo caſu ſortitur primæuam naturam, & tanquã ſubrogatus intelligitur cum omnibus ſuis
10 qualitatibus: ſicut dicimus quando permutatur feudum antiquum cum nouo de conſenſu Regis; nam hoc nouum habebit naturam antiqui feudi, tradit *Affl. in cap. 1. de grad. ſucceſſ in feud. num. 16. in fin. & latius Lodulph. Schrad. in tract. feud. tom. 1. p. 2. ca. 3. num. 55.* quod per prius decidit *Andr. in cap. 1. de vaſall. decrep. ætat.* dum tradidit feudum antiquum amiſſum propter crimen
11 & ipſo iure ad Regem deuolutum: ſi demum Rex illud reſtituit, vt habeat iure antiqui feudi, quod feudum erit antiquum ſecundum primæuam naturam, & qualitatem: non obſtante, quòd dicat, reſtituimus, & de nouo concedimus, quæ doctrina eſt cõmuniter recepta, ita quod omnia poteſt
12 Rex: vnde quid mirum, quòd ex cauſa poteſt dignitates ab eo collatas ab immeritis, & ingratis tollere, & reuocare, cum omnia poſſe debet Princeps pro recto ſuorum Regnorum regimine.

13 Hinc opinio *gl in §. in ſumma inſtit. de iniur.* quæ communiter eſt reprobata, dum tradit, quòd pœna arbitraria poteſt extendi vſque ad mortem; Hæc inquàm opinio
14 recepta eſt in Principe, qui de nouo poſſet in delictis pœnam mortis imponere, de quo per *Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. fin in quæſt. 83. incip. dixi etiam Menoch. de arbi. iud. lib. 1. q. 86. Marant. diſput. 3. Boſſ. in princ. tit. de pœn. num. 9. & 25. verſ. hæc enim diſputatio*, quia omnes pœnæ ſecundum eum ſunt Principi arbitrariæ, & poteſt extendere, & imponere, quomodo meliùs ei videbitur, *Auguſt. ad Ang. de malef. in verſ. & ibi, caput à Spatulis, ver. quæro aliqua lege num. 46. poſt Bal. & alios per ipſum cumulatos, Farin. latiſſimè in tit. de delictis, & pœn. q. 13. p. 1. nu. 39. & particulariter num. 60.* tradit poſſe pro-
15 cedere gloſ. in Iudicibus, qui coram Principe, & ipſo conſulto pœnas imponunt, de quo etiã per *Menoch. vbi ſupra. Ignat. Lop. in pract. canon. q. 149. in verb. infligere*; ſed cauſa maxima requiritur, & vrgentiſſima digna tantæ prouiſionis, quæ practicata
16 fuerunt tempore Præſidatus Comitis de Beneuento, & ſignanter me conſulente in cauſa vnius, qui mediante pecunia ad inſtantiam alterius faciem cuiuſdam pueri incidit, qui noluerat conſentire vitio nefando, & hoc vulnus dederat in ſcalis Eccleſiæ Ieſus; nam qualitas loci, cauſæ, & perſonæ ſuaſerunt arbitrium extendendum eſſe vſq; ad mortem: ſicut aliàs ſcribit *Caſſan. in cathal glor. mund. 5. par. conſid. 25.* quòd pro
17 pter alapam datam in palatio Papæ, fuit ille furcis ſuſpenſus, & pro ſimili cauſa propter alapam datam in palatio Proregis, quando præſidebat in Regno Cardinalis Columna, fuit illi manus amputata, refert *D. Frecc. in 1. lib. in tit. Magn. Seneſc. nu. 6.*
18 & noſtris temporibus fuit furcis ſuſpenſus quidam, qui alapam dedit Ferdinando Manſorio tunc Iuſtitiario Graſſiæ Ciuitatis, dũ
19 eius officium exercebat, & recepta eſt opinio *gloſ. prædictæ in d. §. in ſumma*, procedere in delictis grauiſſimis, & exorbitantibus, & ſic in caſibus contingentibus fuerunt plures morti traditi, ac furcis ſuſpenſi, vt latè per *D. de Franc. in dec. 504. & Frãc. Marc. in deciſ. 509. 1. volumin.* refert fuiſſe in par-
20 tibus Franciæ viuum excoriatum quendã,

qui

qui contumelias plures dixerat contra B. Virginem, lapidesq; in eam proiecerat, in quo videantur multa pulchra, & notatu digna dicta per *Andr. in §. aiffidamus de ſtat. & conſuet. num.* 28. Sicq; è contra, & ſi quis poſſit condemnari ad mortem, tamen exiſtente aliqua cauſa colorata arbitrium erit Iudici dare aliam pœnam extraordinariam, allegari ſolet *tex. in l. lex Iulia in fin. ff. ad l. iul. repet. de quo per Felyn. in cap. dilecti, de elect. n.* 12. *Gram. dec.* 5. & 23.

SVMMARIVM.

1 *Prorex deputat Capitaneos, qui vulgò appellantur* de Campagna, *eorumque officium.*

2 *Receptatores peſſimum genus hominum.*

3 *Pœna receptatorum.*

4 *Receptans ignoranter excuſatur.*

5 *Receptator, affinis, conſanguineus, vxor, pater, vel mater hi pœnam euadent, affinis, & conſanguineus mitiorem dabunt Iudici arbitrariam.*

6 *Receptatoris pœna, an habeat locum in eo, qui cibum, vel potum tranſeunti exhibuit.*

7 *Receptator, vt quis dicatur, an requiratur, vt pluries quis receptauerit, remiſſiuè.*

8 *Receptator rerum furtiuarum eadem ne pœna qua fur puniatur, remiſſiuè.*

9 *Furtum committentes cum fractura, vel carcerem frangentes, qua pœna plectendi, remiſſiuè.*

10 *Receptatoris inquiſitum de crimine læſæ Maieſtatis pœna iure communi diffinita eſt deportatio.*

11 *Receptator inquiſiti de crimine rebellionis in Regno, eadem, qua reus principalis, damnatur.*

12 *Idque in Collaterali Conſilio iudicatum.*

13 *Marcus Antonius de Ponte multis nominibus commendatus.*

14 *Prorex, eiuſq. Collaterale Conſilium mortis pœnam, qua facinoroſi principales rei tenentur contra receptatores iure ſtatuere poteſt.*

15 *Receptator contumaeis, vel banniti per Magn. Cur. an poenam incurrat ſine alia particulari ſcientia de contumacia, vel banno.*

16 *Regnum cenſetur vna Prouincia.*

17 *Præſens dicitur quoad præſcriptionem, qui in eadem Prouincia exiſtit.*

18 *Bannum ad contumaciam contrahendam ex cauſa capitali eſt publicandum per Ciuitatem.*

19 *In Magna tamen Curia Vicariæ ſufficit publicari Curia ſedẽte pro Tribunali ex Aſſiſtio.*

20 *Receptans contumacem Magnæ Curiæ Vicariæ, an excuſetur ignorantia, vel præſumatur ſcientia ex Follerio.*

21 *Eius traditio in dubium reuocatur.*

22 *Prouinciales præſumuntur ſcire publicè, geſta in aliqua parte Prouinciæ, dum in ea exiſtunt.*

23 *Prouinciales non præſumuntur ſcire quæ ad certam Diœceſim, Ciuitatem, vel ſingulares perſonas pertinent, ſed quæ ad totã Prouinciam.*

24 *Receptatoris pœna non obtinet in receptante bannitum, propter terrorem, & iuſtum timorem, & ibi numero ſequenti, quomodo eſt practicatum cum multitudine delinquentium.*

25 *Metus iuſtus, ex quibus inducatur remiſſiuè.*

26 *Receptatoris poena ex Regni Pragmatica, eaque practicata.*

27 *Receptans contumacem Magn. Cur. vel Regiæ Audientiæ non remittitur ad ſuum Baronem licèt habentem priuilegia cum clauſula abdicatiua, & priuatiua.*

28 *Idquè conſuetudine receptum, non autem ratione, quaſi contempta videatur iuriſdictio Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ iuxta negantium opinionem.*

29 *Delicti non iure communi, ſed ſtatuto, vel Principis Conſtitutione, qua ex non delicto fit delictum, cognitio pertinet ad Iudicem ordinarium, vel Baronem deliquentis. Declaratur num. ſeq.*

30 *Vera ratio exponitur, in qua Menochius, & Surd. notantur, eorumque ratio conuincitur nu.* 42.

31 *Conceſſo mero, & mixto imperio, vel conceſſa ſimplici iuriſdictione, tributa cenſetur ſtatuendi poteſtas.*

32 *Non tamen contra ius commune, niſi ex cauſa publicæ vtilitatis.*

33 *Statuendi poteſtas non eſt de Regalibus à Principe inſeparabilibus; eorumq; plures ſpecies, & nu.* 41.

34 *L. vnic. C. ne fin. iuſſ. Princi. declaratur.*

35 *Cognitio delictorum Baroni conceſſa includit, quæ ex non delictis fiũt delicta in ſua iuriſdictione commiſſa ex vi conceſſionis, qua delictorum cognitio vniuerſaliter ei tribuitur, & num. ſeq.*

36 *Non delicti ex Principis Conſtitutione, quod eſt iure communi delictum, cognitio Baroni adimitur.*

37 *Conceſſio vniuerſalis futuras includit acceſſiones, & num.* 39.

38 *Text. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrban. prædior. obtinet locum in priuilegijs, ſecundũ Andream,*

40 *Delicti ex non delicto cognitio poteſt Principis Conſtitutione Baroni expreſſim non concedi & nu.* 43.

44 *Iuriſdictionem cenſeri Baronibus cumulatiuè conceſſam; non pertinet ad reſolutionem de cognitione delicti, quòd ex non delicto ſit Principis Conſtitutione contra Surd. & Menoch.*

45 *Præſertim, cum iuriſdictio eſt præuenta.*

46 *Cognitio vendentium frumentum contra Regis prohibitionem ad Regem, non Baronem pertinet, ſpetiali ratione, quæ proponitur.*

47 *Deciſio Sac. Conſ. á D. Præſid. de Franch. relata examinatur.*

48 *Receptatio delictum eſt iure communi graue, ideoque ad Baronem illius cognitio ſpectat.*

49 *Nec contraria, quæ obijcitur conſuetudo eã Baroni adimere poteſt duplici ex capite, & num. ſeq.*

50 *Conſuetudo mala longo tempore non confirmatur.*

51 *Erronea non extenditur ad alios, cum quibus non eſt iudicatum.*

52 *Receptationis delictum à vaſallo commiſſum, niſi Baro cognoſceret facilè remaneret impunitum.*

53 *Auxilium præſtantes delinquentibus, qua poena plectendi.*

54 *Auxilij tria genera in vnoquoque communi recenſetur diſtinctio de eadem, vel mitiori poena illud præſtanti irroganda.*

55 *Quæ in ſtatutaria queque diſpoſitione eſt adhibenda.*

56 *Niſi verba ſtatuti ſint generalia quamlibet auxilij ſpeciem concludentia.*

ARGVMENTVM.

De Poteſtate Proregis in bannitorum receptatores, eorumque pœna; eamquè minuant, vel adimant? poſſit ne Prorex eandem decernere, qua banniti receptati tenentur? Banni ſcientia, in receptatore, quando præſumenda, vel probanda delicti non iure communi, ſed ſtatuto, vel Principis conſtitutio ne cognitio pertineat, ne ad Baronem opem delinquentibus ferentium pœna diuerſa, vt diuerſa corũ genera.

§. III.

AD hunc, qui Proregi præcipuus eſſe debet finem aſſequendum, pacati ſcilicet, ac tranquilli Regni ſtatus iuxta relatam *l. congruit, & l. primam §. quies*, deputat
1 Capitaneos, quos *de Campagna* vulgò nuncupamus, qui Regni prouintias ipſis decretas cum præſcripta militum cohorte malis hominibus purgent: ijs verò graſſantibus alios eligit Commiſſarios, quibus maiorem impartitur auctoritatem, pro quorum Capitaneorum, & Militum ſoluendo ſtipendia eſt in Regno particularis impoſitio: non minus autem proceditur contra principales delinquentes, quàm contra eorum receptatores, contra quos vltra tradita in *d. l. congruit* inuehitur *Iureconſult. in l.* 1. *ff. de re-*
2 *cept.* in qua inquit eſſe peſſimum hominum
3 genus, illoſq. punit, tanquàm principales delinquentes, ſed declaratur per *gloſ.* ibi communiter ſequutam, non tamen ſimili pœna, & hæc eſt communis, vt per *Bertran. in conſ.* 402. *lib* 4. *Plaz. in epit. delict. p.* 17. *nu.* 5.
4 quòd intelligitur, quando ſcientia, & ignorãtia præſumitur, *Salic. in l.* 1. *in fin. C. de his, qui latrones Bart. in l. omnes C. de agric. & cenſ. lib* 11. & pariter limitatur in affine,
5 ſeu conſanguineo: nam iſti mitiùs puniuntur, & ſi fuerint vxores nullo modo, de quo per *Aſſi in Conſt. Reg. Pateranorum & in Conſtit. pœnam eorum*, ibi *qua pœna puniatur receptator in Regno, & quid in affine*, & qualis erit iſta mitior pœna, latè per *Andr. vbi Afflict. in c.* 1. *§. receptatoribus, de pac. iuram firm.* Quæ omnia fundantur in diſpoſitione *text. in l. fin. ff. de recept.* & mitius erit, quod bono iudicis arbitrio vi-
6 debitur, & pariter limitatur, quando per tranſitum dederit ad bibendum, vel comedendum, vt ex *Bart. Alex. & alijs tradit Afflict. in d. Conſt. Pateranorum verſ.* 7. *fallit;* & in vxore ratio eſt, quia quod Deus coniunxit, homo non ſeparat, ſuntq; duo in carne vna, & idem dicendum erit in patre, vel matre, quorum viſcera ſunt filij ad *tex. in l. iſti quidem ff. quod met. cauſ.* & ſolùm in crimine læſæ Maieſtatis limitatur id, quod dicitur de propinquis.

7 An autem requiratur, quòd pluries receptauerint, & alia de materia, habetur per *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de deſert.* & latiſſimè
8 per *Andr. Gail in ſua pract. libr.* 2. *cap.* 10. & quid de receptante res furtiuas; an puniatur eadem pœna, qua fur, per *Bal. in l. eos C. de furt.* & de his qui faciunt furtum cum fractura, per *Gramm. in dec.* 17. & qua
9 pœna puniantur fractores carcerum, *idem Gramm. in vot.* 37. & de fugientibus à carceribus multa per *Boer. dec.* 215.

10 In receptante verò inquiſitũ de crimine læſæ Maieſtatis ponit *Iuriſconſul.* pœnam de-

deportationis In *l. metrodorum ff. de pœn.* quẽ allegat, & ſequitur ad hoc *gloſ. in l. 4. ff. ad l. iul. maieſt.* quem *text.* dicit *Andr.* procedere in hoc crimine in *d. Conſtit. Paterano-*
11 *rum*, ſed in noſtro Regno per *text. in cap. nuper apud tranum*, venit puniendus receptator in crimine læſæ Maieſtatis eadem pœna, qua principalis, dixit idem *Andr. in d. Conſtit. pœnam eorum, in fin.* & ita fuit
12 iudicatum per Collaterale Conſilium referente Conſiliario Marco Antonio de Pon-
13 te Iudice delegato, viro integerrimo, eruditiſſimo, ac Deum timente; qui demùm ob ſua merita, doctrinam, integritatem, bonitatem, & ſeruitia fuit à ſua Maieſtate promotus ad officium Regentis in ſupremo Italiæ Conſilio.

14 Verùm aliquando contra inſignes malefactores, Proreges cum eius Collaterali Cõſilio banna promulgarunt, vt eadem mortis pœna tenerentur receptatores, qua ipſimet principales facinoroſi ex abſoluta Principis poteſtate fundata in communi bono, quo caſu, vt eſt iuris explorati, illa poteſt, & debet exerceri; de quibus latius per *Foller. in Conſtit. Regn. Pateranorum*, & per *Io. Anto. de Nigr ſuper Capit. Reg. incip. licet contra receptat.*

15 Illud in hac materia tanquam egregium non omittam ad limitationem dictorum communiter per *Doct.* vt in receptatore requiratur ſcientia; quod receptatus eſſet contumax, ſiue bannitus. Nam hoc non videtur procedere in contumace, ſeu bannito Magn. Cur. Vic. quæ eſt caput Regni, habetq; vniuerſalem iuriſdictionem in toto Regno, & ſuper omnia ipſius Tribunalia; & quia Regnum ſub vno tantum Præſide regitur, qui eſt Prorex caput Magnæ Curiæ, aliorumq; ſupremorum Tribunalium iuriſdictionem vniuerſalem pariter habentium ſuper toto Regno; ideoq; Regnum dicitur
16 eſſe vna Prouincia, ſecundum *Luc. de Pen. in l. fin. C. de diſcuſſoribus libr.* 10. quem ad propoſitum allegat *Afflict. in dec.* 109. & quod ſeruat Magna Curia debet totum Regnum ſeruare dicit *Andr. in Conſtit. Reg. ſi quis in poſterum in ver. nouatas*; & dum in *Conſt. Reg. conſuetudinem prauam* ſtatuitur, quod ſufficiat præſcriptio 30. annorum in Regno contra in Regno præſentes, dicit ibi *Andr.* quod ideò ſufficit præſentia in Regno, quia eſt vna Prouincia dicens probari ex iſta *Conſtitutione*, & dum quis eſt in vna Prouincia, licet non in eodem loco di-
17 cit *text. in l. fin. C. de præſcr. long. temp.* quod cauſa inter præſentes eſſe videtur ad finem præſcribendi contra præſentes.

18 Hinc *Afflict. in Conſt. Reg. Grandis* 8. *not. num.* 15. cenſuit, quod etſi ille, qui eſt bannitus per contumaciam pro cauſa capitali, debet publicari per Ciuitatem multis adſtãtibus, & non ſufficiat publicari in Curia, ſecundum *Andr. in d. Conſtit. Regn. pœnam eo-*
19 *rum*: tamen in Magna Curia Vicariæ ſufficiet bannum publicatum ſedente Curia pro Tribunali, quia ibi ſunt Procuratores particularium hominum, vniuerſitatum, & Baronum, & multitudo nobilium, quod ſecus eſſet ratione ceſſante, ſi bannitus eſſet per Iu-
20 ſtitiarium Prouinciæ, ex quibus infertur, quòd in receptante contumacem Magn. C. non admittitur excuſatio propter ignorantiam, quia habentur omnes pro præſentibus & præſumitur omnibus innotuiſſe, quod dixit *Foller. ſuper Conſt. Regn. Pateranorum nu.* 34. ex dictis per *Affl. in d. Conſtit. Grandis*, quem corruptè allegat *in conſtit. Pœnam*
21 *eorum*: in quo cogitandum relinquo; nam etſi Regnum dicatur eſſe vna Prouincia, & quilibet de Prouincia præſumitur ſcire ea,
22 quæ publicè fiunt in aliqua parte Prouinciæ ob quod non datur excuſatio propter ignorantiam, vt eleganter per *Abb. in c. 1. de poſtul. prælat. nu.* 16. quem allegat, & ſequitur *Iaſ. in l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn.*
23 *iud. num.* 12. Tamen, vt *Iaſ.* aduertit, intelligendum eſt hoc, & limitandum ſecundum eumdem *Abb.* vbi ſupra, videlicet, quod intelligatur de factis concernentibus totam Prouinciam, vt ibi in ſententia interdicti, ſecùs in factis concernentibus vnam Diœceſim, vnam Ciuitatem, ſeu certum locum dumtaxat: nam tunc non præſumitur ſcientia, niſi quoad exiſtentes in eodem loco, & magis hoc procedit reſpectu particularium perſonarum, de quorum factis, quid ad exiſtentes extra locum, & ad quid Procuratores, cæteriq; aſſantes in Magn. Cur. volunt certiorare alienigenas, quorum non intereſt: & propterea cogitetur ſuper dictis per *Foller. & Afflict.* quem *Foller.* non habeo in loco, vbi ſe remittit velle tractare de veritate iſtius articuli.

24 Porrò prædicta de receptantium pœna limitationem recipiunt; quando quis bannitum receptauerit propter terrorem, & iuſtum timorem illius potentiæ, & de alijs no-
25 tabilibus, quæ inducunt iuſtum timorem, & excuſat iuſtus metus, vide per *D. Frecciã in auth. 4. Baron. num.* 13. latiſſimè per *Modernos Adden ad Andr. in cap. 1. §. propterea ſi vaſall quæ ſit prim. cauſ. benef. amitten.* & per *Plaz. vbi ſupra Afflict. & Io. Ant. de Nigr. latè* in *d. Conſtit. Reg. Pateranorum*, & *in d. cap. licet num.* 10. & propterea præ-

ficatum fuit pluries non eſſe procedendũ contra receptantes,& dantes victum,& potum multitudini bannitorum, dùm illi cum eorum animalibus,& induſtrijs viuunt,& incolatum faciunt in Caſalibus, & in Terris, ſiue Territorijs apertis, ad quas,& quæ omnibus eſt aditus patens,& prohiberi non poteſt, in quo maximè verſatur arbitrium circumpectorum Iudicum, attenta qualitate caſuum,& perſonarum.

26 Hodie verò per *Pragmaticam* editam tẽpore Regis Catholici in anno 1509. confirmatam per alias *Pragmaticas* ſubſequẽtes, *in tit. de recept.* appoſita eſt pœna vnciarum mille vltra pœnam indignationis: quæ pœ-
27 na fuit practicata cum Fabritio Mormile tempore Præſidatus Ducis de Alcalà, ſed aduertatur ad vnum, quòd refert *Dom. de Franch. in ſua dec.* 470. ſeruari de conſuetudine, vt vaſallus Baronis, qui receptat contumacem Magn. Cur. vel Regiæ Audientiæ, aut cum eo conuerſatur, opem, vel auxilium præſtat, non cognoſcatur à Barone, nec ex tali delicto ad Baronem remittitur, licet fuerit perpetratum in ſua iuriſdictione, quamquam Baro habeat priuilegium cũ clauſulis abdicatiuis, & priuatiuis: & dixi
28 fundari hoc conſuetudine, vt idem de *Franch.* dicit ſcripſiſſe eruditiſſimum *Dom. Regentem Reuerterium in ſuis deciſionibus*, non autem illa ratione, quia contempta fuit iuriſdictio Mag. Cur. aut Regiæ Audiẽtiæ, ſiquidem iuriſdictionem tribuit delictũ
29 quod delictum facit lex, quæ tanquàm vniuerſalis ſemper loquitur,& omnes comprehendit, vt refert deciſum idem *D. de Frãch. in dec.* 434. in banno emanato in Ciuitate Neapolis per Mag. Cur. vt nemo incederet per Ciuitatem vendendo bona vetera ſub pœna triremium per annos tres, & tandem fuit captus vnus per Magnam Curiam vendens prædicta bona, qui erat ſubditus Artis Lanæ, cuius Conſules habent iuriſdictionem ciuilem, & criminalem in exercentes artem prædictam,& dum Magna Curia denegauit remiſſionem, quia contrauentio, & contemptus erat Regiorum bannorũ perq; id quod non erat alias delictum, de iure cõmuni fuit effectum delictum; tandem fuit appellatum ad Sacrum Conſilium, vbi diſcuſſo negocio, fuit reuocatum decretum Magnæ Curiæ,& cauſa remiſſa ad Conſules, & ita alias fuit iudicatum in Senatu Sabaudiæ in cauſa ſimili, refert idem *D. de Franchis* authoritate *Amodei de Ponte in tractatu de Laudemio q.* 24. vbi latè hanc fundat opinionem, qui allegat *Boſs.* idem tenẽtem, & referentem ſic iudicatum in *titul. de pœn. num.* 25. *& Nattam in conſ.* 659. vbi late, quæ deciſiones ſunt in caſu fortiori, videlicèt, quando Statutum fecit de non delicto delictum; & *in dicta deciſione* refert *D. de Franc.* quod Antonius Orificius olim Sacri Conſilij Præſidens, vir prudentiſſimus, & circumſpectiſſimus, qui longo tempore fuit fiſci patronus, ille inquàm atteſtabatur sẽper per Magnam Curiam ſic iudicatum, &
30 practicatum. Et ratio eſt irrefragabilis, nã cognitio eſt conceſſa de omnibus delictis perpetrandis, ita quod punctus non conſiſtit in poteſtate ſtatuendi, vt quod non eſt delictum ſit delictum, & quod hoc tãquã de ſuprema poteſtate reſideat ſolum pẽnes principem, in quo ſe deceperunt *Surd. in conſil.* 152. 2. *vol. & Menoch. in conſ.* 604. 8. *volum.*
31 Nam conceſſo mero, & mixto imperio, magiſtratus omnes poterunt ſtatnere, ſecundũ *Bart. in l. imperium, vbi Angel. ff. de iuriſdi. omn. iud.* & in ſpecie in Baronibus eſt deciſio ſolemnis *Angel. in l. 1. ff. quod quiſque iur.* & in ſimplici iuriſdictione cõceſſa, idem tenet *Iacob. in ſuo tract. feudorum in verb. cum*
32 *mero, & mixto imperio:* maximè quando non ſtatuitur contra ius commune, vel etiam contra ius commune, ſed ex cauſa publicæ vtilitatis, cum conceſſa iuriſdictione cenſeantur conceſſa omnia ea, quæ concernunt ipſius rectam adminiſtrationẽ ex regula *text. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. in l. oratio ff. de ſponſ. in l. ad legatum, & in l. ad rem mobilem ff. de procurat.* & cumulant deciſiones ad propoſitum *Surd.* vbi ſupra *num.* 10. & 41. & *Menoch. num.* 8. *verſ.*
33 *non etiam repugnat.* Non enim ſunt hæc de regalibus oſſibus infixis, quorũ plures ſunt ſpecies, de quo per *Camerarium in cap. imperialem cart.* 71. *de prohibita feudi alienatione per Federicum poſt Loffred. in cap. filij ſi de feud. defuncti. milit.* Et in eo qui habet me
34 rum imperium dixerunt *Doct.* & præcipuè *Salicet. in ſummario* limitari diſpoſitionem *tex. in l. vnic. C. ne ſine iuſſu Principis, certis Iudic. liceat confiſc.* & longa eſt differentia inter confiſcationem omnium bonorum, vt loquitur ille *text.* aut partis ratione pœnæ ex arbitrio infligendæ, vt per *Bald. in eadem l. vnic.* & in confiſcatione omnium bonorum, ſunt *conſilia Surdi, & Menoch.* quæ videntur tangere ſupremam poteſtatem.
35 Dico inquam quod in articulo prædicto non tractatur de hoc, nam admiſſo quod ſit de ſuprema poteſtate condere ſtatuta, faciendo de non delicto delictum, tamen eo ipſo quod deducta eſt ad actum, conſumpta eſt poteſtas cum legis publicatione cuius vigore annumerabitur hoc delictum inter cætera delicta; ſubiectum poſtea iuriſ-

dictioni illius poteſtatis, qui habet delictorum ordinariam cognitionem,& punitionẽ, & conſequenter,dum alicui eſt conceſſa poteſtas cognoſcendi contra delinquentes ſuæ iuriſdictionis cognoſcet contra hos; dum in ſua iuriſdictione deliquerint, non tamquam quid nouum reſpectu ſuæ cognitionis,ſed tamq̃ quid antiquũ vigore iuriſdictionis conceſſæ generaliter contra delin
36 quentes; & ſicut Princeps poſſet ſtatuere, vt quod eſt delictum non ſit delictum,& tũc iuriſdictio Baronis ceſſaret, ſic è contra, dum facit de non delicto delictum, iuriſdictio Baronis vniuerſalis contra delinquentes exercetur contra hos, quia verum eſt
37 dicere eſſe delinquentes: Ad quod facit,qđ ſub conceſſione vniuerſali includuntur acceſſiones de futuro, & quicquid poſt illam accedit ad *text in l.gregem de leg.1.in l.peculium de leg.2.*Pro quo *eſt tex.*elegans à nemine ad hoc ponderatus *in l.ſi ſeruitus ff. de ſeruit.vrban prad.* vbi ſeruitus ne luminibus afficiatur comprehendit non ſolum lu-
38 mina præſentia,ſed futura, quem *text.* habere locum in priuilegijs voluit *Andr.in d.*
39 *cap.imperialem 5.colum.verſ. multo fortius* per quem *Loffred.in cap.1.de controu.inueſt.* infert ad conceſſionem functionum fiſcaliũ, vt veniat futurum augmentum,& in conceſſione immunitatis eollectarum loquitur *Iaſo.in l.ſi ex toto de leg.1.* & in conceſſione facta feudi ſimpliciter,vt veniat augmentũ futurum loquitur *Andr.in d. cap. 1. de controuer.inueſtit.in §.demanſo.* Poterit tamẽ
40 ſuperior ex ſua ſuprema poteſtate dum facit de non delicto delictum,ſtatuere, vt Barones de eo non cognoſcant, nec Barones poſſunt conquęri,quia nil eis eſt ablatum,& cum hac ſpeciali lege ſtatutum eſt conditũ iuris,quod non habebant; & vt alias diximus in ortu,& formatione actus, & iuris poteſt apponi lex melius viſa, ſed dum nihil in ſtatuto eſt exceptum, connumerabitur hoc delictum inter cœtera,quæ in dies committuntur,& Baro cognoſcet,vti de cæteris delictis,quæ committuntur in ſua iuriſdictione,& hoc ex Regis priuilegio,per quod conceſſa fuit in ſua Baronia cognitio delictorũ
41 in ea committendorum: In quo non intrat articulus de reſeruatis Principi,licet vt diximus non ſit hæc poteſtas concedendi ſtatuta de regalibus inſeparabilibus,& Principis oſſibus infixis,poſtquam competunt cuilibet iuriſdictionem habenti, maximè cum
42 mero,& mixto imperio. Etenim cum omnes leges à Principe dependant,ſic conſtitutiones,capitula,& pragmaticæ nomine regio publicantur, ſi eſſet abſolutè verum, quod ex contrauentione ipſe offenditur, & conſequenter ipſe habere debet ſuæ iniuriæ vltionem,numquam Baro cognoſceret delicto aliquo: ob quod cum ipſe exerceat iuriſdictionem,vt Regis miniſter,& eius perſonam repræſentans in loco ſibi conceſſo, & infeudato; hinc diximus, & infra dicemus, feudatarium dici procuratorem Domini, ſed in rem propriam, propterea vanum eſſe
43 argumentum. Aliud enim eſt ſi Rex poteſt ſtatuere cum clauſula prohibitiua ad Baro nes,& hoc admitto ex ſua ſuprema poteſtate,& poſſunt procedere allegata per *Surd. & Menoch.* & aliud eſt ſi nihil in ſtatuto de hoc eſt diſpoſitum; nam vt diximus, dum tractamus de cognitione delictorum,Baronibus indefinite conceſſa, nil hoc ad ſupremam poteſtatem iam conſũptam ex emanatione legis,& ſtatuti,cum qua diſtinctione reſoluuntur congeſta per prædictos *Conſulentes*, qui ſalua eorum pace,& ſi multa cumulauerint, non penetrauerunt medulitus articulum.

44 Quod autem conſiderant, quòd iuriſdictio Baronum in dubio intelligatur conceſſa cumulatiuè,& non priuatiuè,non ſolum non facit ad caſum, ſed admittunt ex hoc adeſſe iuriſdictionem pœnes Barones, & ſi iuriſdictio fuerit præuenta,tanto minus motiuum eſt ad propoſitum, ſecundum *Alex.*
45 *Iaſ Cagnol. Surd. & alios cumulatos ibidem per Menoch num.36.* Licet autem in con-
46 trauentione bannorum circa venditionem frumenti fuerit declaratum, Barones non poſſe cognoſcere bene fuit deciſum,ex præſumpta mente ſtatuentis, ſic demum legem declarantis,ob ſuſpitionem Tribunalis Baronum,qui,vel ſolent eſſe principales in cõtraueniendo,vel poſſent ſubditos vexare indebite,cauſa ſibi applicandi omnia frumenta;& demum carò vendere, quod non procedit in cœteris delictis indifferentibus.

47 Sed redeundo ad queſtionem propoſitã, hic non ſumus in caſu, quo de non delicto fiat delictum,ſed tractamus de receptatio-
48 ne delinquentis, quod eſt delictum de per ſe,& inter grauia de iure communi, de quo latè per *Foller.in pract. crim. in verbo audiantur excuſatores num.135.* vbi refert caſus deciſos contra aſportãtes dagas,ſcoppictos paruulos,& alia prohibita per Regia banna, fuerunt q; omnes remiſſi ad curias baronales; cum q; citra *Pragmaticam* receptare, de iure communi ſit delictum, & atrox,nec *Pragmatica* aliud faciet,quam imponere etiam pœnam pecuniariam grauem
49 generaliter,& dum conſuetudo vult fundari in decretis denegantibus remiſſionem,

de-

decreta euidenter ſunt contra ius, & erronea, quo caſu dicit *tex. notab. in l. quod non*
50 *ratione ff. de legibus, quod non ratione introductum eſt, ſed errorem primum, deinde conſuetudine obtentum eſt in alijs ſimilibus non obtinet,* vbi *gloſ.* declarat, vt iudicatum vigore talis conſuetudinis cum vna perſona, non extendatur ad aliam; elegans ad hoc *text. in auth. vt nulli iud.* ibi *male enim adinuenta, malæq; conſuetudi-*
51 *nes, neque ex longa conſuetudine, nec ex longo tempore confirmantur.* Propterea valde dubito primo, quod non poſſit dici adeſſe conſuetudinem iudicandi, ſi contrarium reperitur pluries iudicatum. Secundo quòd talis conſuetudo, cum ſit erronea, pro ut dicit prædictus *tex.* non extendetur, nec erit ſeruanda cum alijs, cum quibus non eſt iudicatum. Baro enim habet cognitionem delictorum ſuorum vaſallorum, receptare eſt delictum; hoc delictum committit vaſallus in iuriſdictione Baronis, quæ nam ratio ſuadere poteſt, quod Baro non poſſit cognoſcere contra ius commune, & tenorem ſuorum priuilegiorum, immò in damnum Regij fiſci: nam dum cognitio non eſt Ba-
52 ronis; vaſallus, qui receptauit remanebit impunitus; nam Baro punire non curat, & Regia Tribunalia talium delictorum ſcientiam non habebunt, eruntq; difficilis probationis, dum Baro de illis non curat, ipſiusq; intereſt ſuos vaſallos illæſos conſeruare, dum ab eo non ſunt puniendi, immò à ſua iuriſdictione indebitè ſubtrahendi eaq; ſe videt ſpoliari; in quo cogitetur.

53 Quid autem de auxiliatoribus, & communis eſt diſtinctio, de auxilio ante delictum,
54 in ipſo delicto, vel poſt delictum. Primo enim caſu ſemper pœna eſt eadem cum principali delinquente, quando tamen auxilium fuit cauſa delicti, aliàs ſecus: vt ſi delictum fuiſſet factum etiam abſque tali auxilio; & idem dicitur de auxilio in ipſo delicto; de auxilio verò poſt delictum ſemper mitius punitur, niſi eſſet præcedente tractatu ante delictum, de quo per *Felyn. in c. ſicut dig. de homic. Dec. in c. 1. de offic. delega. Iul. Clar. §. lib. quæſt. 90. Plaz. vbi ſupra, Menoc. de arb. centur. 4. caſ. 349. Maſcard. de prob. 1. volu.*
55 *concluſ. 159. vbi latè de materia.* Quod dixerunt *Doctor.* procedere etiam in diſpoſitione ſtatutaria, vt eadem adhibeatur diſtinctio, vt per *Socc. in conſ. 188. 2. volum. Dec. in d. cap. 1. nu. 12. verſ. & hoc quod dictum,*
56 niſi verba eſſent vniuerſalia, & comprehendentia omnem, & quamlibet auxilij ſpeciẽ, vt eleganter per *Salic. in l. 1. C. de rapt. virg. ante num. 25.* quem allegat, & ſequitur *Capoll. in conſ. 27 in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Prorex concedit ex cauſa Commiſſarijs cõtra bannitos, ac Regijs Audientijs facultatem procedendi ad modum belli, & appellatione remota.*

2 *L. 1. §. vlt ff. à quibus appell. non lic. dilatatur in quocunque Principe non recognoſcente ſuperiorem.*

3 *Iudices inferiores à Principe non poſſunt delegare cauſas, appellatione remota.*

4 *Prorex concedit poteſtatem impunè occidendi famoſos, ac notorios bannitos, Regni quietem perturbantes.*

5 *Prorex poteſt omnia exorbitantia cum Collaterali Conſilio ex neceſſaria publica vtilitatis cauſa.*

6 *Prorex concedit pariter poteſtatem indultandi abſque remiſſione partis ex eadem cauſa publicæ vtilitatis; alias non poteſt, vt num. ſeq. 7.*

8 *Quod in ſupremo Italiæ Conſilio fuit decretum, & gratia reuocata, quam Prorex fecerat ſine partis remiſſione.*

9 *Gratiæ, & compoſitiones ſunt prohibitæ, nõ præcedente partis remiſſione.*

10 *Nec fieri poſſunt ſaluo iure partis.*

11 *Prorex gratiã indulgere nõ poteſt, nõ præcedente partis remiſſione, obtinenda tamen infra centum tempus, nulla exiſtente publica cauſa, eamque concedendo malè agit.*

12 *Gratiæ delictorum cum partis remiſſione non paſſim, ſed cum moderamine, & quarumdam qualitatum conſideratione concedendæ.*

13 *In gratijs concedendis; abuſio, & nimia facilitas ſuperiorum; afflictiones, & flagella in ſubditos inducunt.*

14 *Baro, vel eius officialis non poteſt in ſententia condemnatoria reſeruare poteſtatem indulgendi, moderandi, vel commutandi pœnam.*

15 *Baronis, vel Regis ſententia, quæ condemnat ad exulandum, vel certam quantitatem ſoluendam, valida eſt, nec includitur ſub pragmatica vltima, ſub titulo de Baronibus.*

16 *Remiſſio in Regno omnium neceſſaria eſt, quibus defertur ſucceſſio & nu. 27.*

17 *Remiſſio filiæ, vel ſororis, quæ non ſuccedit, ſed dotanda eſt extantibus maſculis, an requiratur.*

18 *Deciſio quæſtionis nouiſſima recenſetur.*

19 *Clari opinio, & Senatus Mediolanenſis Deciſio, vt remiſſio fœminæ a ſtatuto excluſæ non ſit communiter recepta, ſecundũ*

ius commune, & nu. 25. vera tamen in Regno num. 29.

20 *Querelæ, ac vindictæ ius, non eſt hæreditarium ſed ſanguinis ex iuris communis diſpoſitione.*

21 *Competit filio repudianti, exhæredato, & emancipato.*

22 *In accuſando, & remittendo præferuntur conſanguinei hæredi extraneo ex teſtamento.*

23 *Maſculis, ac fœminis in pari gradu conuenientibus ad accuſandum, & in remittendo inter ſe diſſentientibus, maſculi præferuntur ex communi.*

24 *Contrarium tamen verius eſt in Regno ex diſpoſitione pragmaticæ.*

28 *Accuſandi, ac remittendi ius in Regno nõ eſt ſanguinis ſed hæreditarium, & ſucceſſionis.*

30 *Pragmatica octaua de compoſit. declaratur ac ratio ponitur; quare fœminæ maſculis extãtibus per pragmaticam exſcluſæ ſunt à iure querelandi.*

31 *Deciſio D. de Franchis 611. declaratur.*

32 *Gratia an fieri poteſt per Principem ſine expreſſa partis remiſſione, quando hæres eſt incertus, vel forenſis, & abſens.*

33 *Gratia an poſſit fieri nulla exiſtente partis offenſæ querela.*

34 *Text. in l. diffamari declaratur procedere, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

35 *Declaratur Deciſio Luc. de Pen. in l. 1. C. de deſert. lib. 12. & tex. in l. 1. C. vt nem. inuit. cogatur ag.*

36 *Remiſſio partis offenſæ in Regno requiritur expreſſa, licèt non adſit querela, & quomodo inter nobiles practicatum eſt, & nu. 37*

38 *Prorex tribuit quoque poteſtatem indultandi bannitos pro alijs bannitis capiendis.*

39 *Indultus concedi poteſt ſocijs criminum pro detegendis criminibus.*

40 *Idq. Reipublicæ expedire.*

41 *Teſti pro veritate deponenda pecuniam dare licet, ſi veritas aliter haberi non poteſt.*

42 *Contraria declarantur in ijs, quæ aliter poſſunt legitimè probari.*

43 *Socij criminis admittuntur in teſtes, cùm veritas aliter haberi non poteſt.*

44 *Præſertim, cùm plures ſint eorum confeſſiones.*

45 *Indultum conceſſum capienti, vel occidenti bannitos, prodeſt etiam vaſallis Baronum.*

46 *Prorex concedit poteſtatem abbreuiandi foriudicationis terminum.*

47 *Foriudicatio in quibus criminibus locum habeat.*

48 *Deciſio Sac. Conſ. iunctis omnibus Tribunalibus hac de re recenſetur.*

49 *Prorex concedit poteſtatem abbreuiandi terminum foriudicationis. Delictorum qualitate ita exigente.*

50 *Prorex concedit poteſtatem pariter faciendi ſecuritatem, ſiue guidaticum.*

51 *Iudex, vel fiſci patronus, an guidaticum concedere poſſit, remiſſiuè, & nu. 52. Quòd hodie ſolus Prorex concedit, ſeu ab eo poteſtatem expreſſam habens.*

53 *Baro, an hanc ipſam ſaluiconductus, & guidatici faciendi poteſtatem habeat?*

54 *Affirmatiuè concluditur, & Freccia dubitationi occurritur.*

55 *Etiam ſi nulla concurrat cauſa concedendi guidaticum ex poteſtate, quam habet condonandi, ſiue aggratiandi.*

56 *Modo partis querela non præcedat, vel remiſſio accedat.*

57 *Nec Regiæ pragmaticæ prohibentes Baronẽ, aſſicurare, vel guidare bannitos, alioſq. delinquentes refragantur, earumq. exacta interpretatio.*

58 *Hæc tamen poteſtas Baronis concedenda cum proprijs tantum vaſallis.*

59 *Ea Baro prudenter vtitur, eiuſque vſus optimum finem ſortitur.*

60 *Baro an fiſcum habeat, & an poſſit gratiam facere, & pœnam remittere delictorum, remiſſiuè.*

61 *Fiſcum habent Rex, Princeps, & Ciuitas ſuperiorem non recognoſcentes, & nu. 62.*

63 *Baro etiam, qui habet merum, & mixtum imperium ſecundùm Plat. & Auend. quorum traditio non probatur.*

64 *Eſtq. exploratum in Regno, in quo Baro nõ habet fiſcum, ſed fiſci coadiutorem, ratio exponitur nu. 65.*

66 *Baro iuriſdictionem, quam habet cum mero mixto imperio, & publicatione bonorum à Rege recognoſcit.*

67 *Baro eſt Regis Procurator, ſed in rem propriam, eumq. in exercitio iuriſdictionis repreſentat, tanquam Iudex ordinarius vaſallorum à Rege deputatus.*

68 *Barones pariter officiales Regis repreſentãt miniſtros.*

69 *Fiſcum propriè non habent Epiſcopi, & Archiepiſcopi.*

ARGVMENTVM.

De Poteſtate Proregis in concedenda facultate procedendi contra bannitos perturbantes Regni quietem ad modum belli, & appellatione remota, abbreuiandi terminum foriudicatis. Eos impunè occidendi, & indultandi ſimpliciter abſque partis remiſ-

ſſione, vel pro capiendis alijs bannitis, faciendi ſecuritatem, ſiue guidaticum.

§. IIII.

AD eundem pariter publicæ quietis finem comparandum ijſdem Commiſſarijs, communiter *de Campagna* appellatis, atq; Regijs Regni Audientijs tribuit Prorex contra bannitos, & malefactores publicam Regni tranquillitatem perturbantes facultatem procedendi leuato velo ad modum belli, & appellatione remota, quòd quidem poteſt Princeps ex cauſa, eſtq; de ſuprema ipſius poteſtate iuxta *tex. in l. 1. §. fin. vbi eſt caſus ff. à quib. appell. non lic.* Et quòd ibi dicitur in Imperatore procedit ſecundum *Bart.* ibi in omni Principe non recognoſcente ſuperiorem, quod declarat *gloſ. in l. fin. C. de ſent. & interl. omn. iud.* procedere tantùm in Principe, nõ autem in Iudicibus ordinarijs delegantibus cauſas, appellatione remota, quia hoc eſt ſupremæ poteſtatis, & non ad alium, quàm ad Principem ſpectat, quod aduertũt in *d. l. fin. Petr. de Bellap. Cyn. Bart. Salic. Angel. Fulgoſ. & omnes, idem Abb. vbi cateri Canoniſtæ in cap. paſtoralis de appell.* vt ſint hæc tantùm permiſſa Papæ, Imperatori, alijſque Regibus, & ſupremis Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus, de quo per *Afflict. etiam in cap. 1. quæ ſint regal. num. 87. in 81. ſpetiali.*

Fiunt etiam banna, & conceditur poteſtas prædictis Commiſſarijs à Prorege, eiuſque Collater. Conſ. cõtra notorios, & diffamatos delinquentes Regnum perturbantes, & inquietantes, vt impunè poſſint occidi, quod eſt de ſuprema Principis poteſtate, & ab alio non poteſt concedi, iuxta notata per *Gemin. in cap. 1. de homic. in 6. latiùs per Reſtaur. Caſtal. in tract. de imper. q. 110. verſ. 145.* & dicebat ad propoſitum Regens Villanus, qui fuit Decanus, ſicut ego Collateralis Cõ filij, vir maximæ authoritatis, & in noſtra legali ſcientia, inter omnes eminentiſſimus, quod omnia exorbitãtia facere poteſt Prorex cum Collaterali Conſilio, dummodo concurrat prætenſa, & neceſſaria cauſa publicæ vtilitatis; & ideò concedi ſolet etiam iſtis Commiſſarijs poteſtas indultandi ſine partis remiſſione, & ſic aliquando faciunt hoc Proreges, verùm cauſa tali non concurrente, omnia hæc ſunt prohibita, & propterea aliàs ordine ſupremi Italiæ Conſilij, vbi ego, tanquàm vnus ex Regentibus præfui, fuit reuocata quædam gratia à Prorege facta abſque partis remiſſione, de quibus per *Io. Vinc. de Ann. in repet. cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 252.* & adſunt ſpecifici *ritus Mag. Cur.* qui vetant compoſitiones, & gratias fieri, nõ præcedente prius partis remiſſione, vt in *ritu 272. 273. & 275.* & licèt in *ritu 274.* dicatur poſſe fieri cõpoſitionem ſaluo iure partis, tamen dixit *Carau. in d. ritu 272.* hoc eſſe correctum per prædictum *ritum 272.* vt nullo modo fieri poſſit compoſitio, aut gratia ſaluo iure partis, & propterea dum Proreges ad gratias faciendas proceſſerunt abſq; partis remiſſione, nulla cauſa publica exiſtente, vel fecerunt gratiam, dummodo infra tot annos partes concordarentur, & interim inquiſiti liberi incederent, & practicarent malè fecerunt, contra leges, contra ritus, & contra publicum bonum, & nullam ad hoc habuerunt, nec habent poteſtatem, cum nec etiam Rex de poteſtate ordinaria iuri tertio competenti derogare poſſit, & maximè hæc ſunt abominabilia, quando fiunt ſub colore gratiæ, ſed verè pecunia intercedente; immò in caſibus, in quibus adſunt partium remiſſiones, nequaquàm indiſtinctè licet componere, aut aggratiare delicta, ſed tẽperatè procedendum eſt, conſiderata qualitate perſonarum, temporum, & cauſarum, & ita crudelitatis eſt omnibus ignoſcere, ſicut nulli, de quo ad ſaturitatem videatur *Luc. de Pen. in l. 1. nu. 57. C. de deſertoribus lib. 12.* vbi elegantiſſimè de gratijs, & compoſitionibus, quibus, & de quibus delictis ſint faciendæ, conſiderando principaliter frequentiam delictorum, immanitatem criminum, & perſonarum temeritatem, ac deſperationem, in quo eſt ſingularis *text. in cap. ſi quis diaconus 50. diſtinctione, vbi in fin.* dicitur verbum tremendum, quòd quãdo ſuperiores hac poteſtate abuſi fuerint per ipſorum culpas nos affligimur, & vno peccante, ſuper cæteros deſeuit ira Dei, à quo propter iniquitates, & auaritiam, delentur nationes, & flagellum perfidarum gentium frequentiſſimè deguſtamus, vt hęc latius per *Luc.* omninò videndum, & multa *per Carau. in d. ritu 272. nu. 11. & ſequ.* & ibi an officiales poſſint in ſententia condemnatoria in cauſa criminali reſeruare ipſis, vel Baronibus poteſtatem indulgendi, moderandi, aut commutandi pœnam de perſonali in pecuniariã, in quo eſt *Pragmatica vltima in tit. de Baronibus* hoc expreſsè fieri vetans, & mandans, quod pœna ſit certa, nam aliàs eſſet ſpecies compoſitionis abſque partis remiſſione, ex quo infero,

fero,quod nõ comprehenditur in hoc, quòd fieri ſolet per Curias baronales,aliaſq; Regni Curias,videlicèt exulet, vel ſoluat tantam quantitatem pecuniarum; nam tunc pœna eſt certa reſpectu delinquentis, & nihil repoſitum eſt in officialis,ſeu baronis arbitrium,quod *Pragmatica* tollere voluit, & non eſt hoc componere,diminuere pœnam, vel gratiam facere,ſed condemnare,& ſi delictum non merebatur pœnam pecuniariã, ſed perſonalem,hoc non facit ad articulum diminutionis pœnæ,compoſitionis,aut gratiæ,ſed iniuſtitiam ſententiæ.

Et poſtquàm loquuti ſumus de remiſſione requiſita ad gratias, ſeu compoſitiones
16 faciendas,videamus,quarum perſonarum remiſſiones requiruntur,in quo, etſi magna fuit inter *Doct.* altercatio,ſi omnes conſanguinei remittere habeant, vel maior pars tamen deciſæ ſunt quæſtiones per *Pragmat. Regn.in tit de compoſition.* in quibus ſtatuitur requiri remiſſiones omnium ad quos ſpectat ius accuſandi, verùm intelligi debere de his,qui ſunt in proximiori gradu,quibus defertur ſucceſſio mortui.

17 Sed dubitatum aliàs fuit, an ſi inter has perſonas adſit fœmina, quæ ſecundum *Reg. Conſtit.* non ſuccedit, nec patri, nec matri ſtantibus filijs,ſed dotari debet de paragio, & ſecundum *Conſuetudinem Neapolit ſed ſi morienti,* ſoror, quæ ſtantibus fratribus fratri non ſuccedit,quia fratres dotare debent ipſam de paragio,an inquam huius filiæ,aut ſororis remiſſio requiratur,& quid ſi renuntiauerunt, quando maritatæ, & dotatæ fuerunt,vt eſt de vniuerſali conſuetudine, in
18 quo diuerſæ fuerunt factæ deciſiones, & vltima fuit in cauſa Ducis Sanctæ Agathæ, cum Marchioniſſa Burgentiæ,vt illius remiſſio non requiratur,& eius accuſatio reijcia tur,ſtante remiſſione facta per eius fratres, de morte fratris occiſi.

19 Quæſtio de iure communi nullam habet difficultatem, nam licet *Iul. Clar. in ſua quæſt. 58. in verb ſed quia ſi inter haredes,* tenuerit,quòd ſi fœmina eſſet excluſa à ſucceſſione per ſtatutum,quia dotata, vel alio modo,vt tunc non requiratur eius remiſſio, & ita refert iudicatum pluries per Senatum Mediolanenſem,tamen eius opinio commu
20 niter reprobatur,quia cum ius vindictæ cõpetat iure proprio, & non hæreditario ad *text.in l.quæſitum, vbi etiã caſus ff de ſepul. viol. vbi Bar conſimilis tex. in l. pro hærede §. fin ff de acquir.hæred. Bart.in l. damni §. Sabini ff de damn.infect.* propterea nihil facit ad caſum excluſo ſucceſſionis, ſi aliàs fœminæ competit ius querulandi, dùm ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam,& hæc eſt communis contra *Ang. vt per Rip.in l 4. §. Cato ff.de verb.obligat.& idem Clar.vbi ſupra,* qui ante in uerbo *quaro nunc,* dixit,qd hæres ſanguinis,qui non ſit eſſe hæres bonorum, habet ius querelandi, & remittendi, quia non eſt hoc ius hæreditarium, ſecundũ opinionem *Bart.*& communem in *d. §. Sabini,* hinc remittendo non dicitur adire hæreditatem, & ſic ex eadem ratione tradunt
21 *Doctores* in filio repudiante, vel exhæredato,& emancipato,quia ius ſanguinis emancipatione,exhæredatione,aut repudiatione minime tollitur, quæ latius proſequitur, & fundat *Farinac.in tit.de accuſat.q.14.num. 19.num.21.& num.26.* vbi etiam quòd præferuntur in accuſando, & remittendo con-
22 ſanguinei hæredi extraneo ſcripto in teſtamento,& idem tradidit in *quæſt.13 num.8 poſt Plaz.q.39.num.4.& q.45 num.3.* benè limitauit hoc *idem Farinac.* ex communi o-
23 pinione *Doct.* quando cum fœmina adſunt conſanguinei in pari gradu,& inter eos controuerſia oriatur,vt tunc voluntas maſculorum ſit præferenda,etiam quòd fœminæ ſint plures,quàm maſculi, vt *ibi per eum nu.27.* licèt ipſe in hoc contrariam teneat opinionem,ratione,de qua ſupra, & ego in termi-
24 nis *Pragmaticæ,* quando alia non occurrerent, vt inferius dicam, concurro cum opinione *Farinac.* nã ſi datur fœminæ ius querelandi, & *Pragmatica* requirit remiſſionẽ omnium proximiorum in gradu,ergo non ſufficit concurſus maſculorum,

25 Contra *Clar.* tenuit etiam ibi *Baiard in ſua additione in eadem quæſtio, 58 & latius Tartagl.in pragm.8.de compoſit.n.20, & 21.* etiam quòd fœmina renuntiauerit ſucceſſioni futuræ, quia ſi hoc cõpetit iure proprio, nil poteſt operari renuntiatio,& ſic loquendo de iure communi, articulus non videtur diſputabilis.

26 Tota difficultas conſiſtit in *Pragm. 8 ſub d.tit. de compoſit.* quæ non ſolùm reſtringit gradum,ſed addit qualitatẽ, vt fieri debeat remiſſio à proximioribus in gradu, quibus tamen defertur ſucceſſio, cuius verba ſunt infraſcripta.

27 *C'è parſo declarare ſin come per la preſente declaramo,che la voluntà noſtra è,che ſi ottengano le remiſſioni predette da tutti li parenti di detti occiſi più proſſimi, & più congionti,alli quali ſe diferiſce la ſucceſſione del morto, talmente; che ſe la maggior parte di quelli,che ſono nel medeſimo grado, alli quali ſe deferiſce la ſucceſſione rimettеſſe non baſta, ne ſi poſſa dire remiſſione valida à fin di ottenere gratia,ò compoſitione: ma volemo che iut-*

tutti quelli che ſono nel medeſmo grado, alli qual ſe deferiſce la ſucceſſione habbino à rimettere, altramente non ſia la remiſſione baſtante per ottenere gratia, ò compoſitione; per tanto vi dicemo, & ordinamo che ſe primo non vi coſterà, che per li inquiſiti ſe habbino ottenute le remiſſioni di tutti li predetti, alli quali ſe deferiſce la ſucceſſione, nel primo, ò più proſſimo grado congionto di detti morti, non ci debbiate fare in modo alcuno relatione delle loro cauſe.

Apparet igitur ex expreſſis verbis *Pragmaticæ* declaratum per proximiores in gradu fieri debere remiſſiones, verùm intelligi de ipſis, quibus mortui ſucceſſio defertur, quod *Pragmatica* reiteratis vicibus; dùm tractat de proximioribus, addit ſemper verba illa *alli quali ſe deferiſce la ſucceſſione* ad declarandam expreſſam, & enixam voluntatem requiri duo, videlicèt proximitatem gradus, & delationem ſucceſſionis ad *tex. in l baliſta. ff. ad trebellian. in cap ſi cau-*
17 *tio de fid. inſtrum.* ex quo ceſſat motiuum principale iuris vindictæ, & ſanguinis, ſi per *Pragmaticam* præcipuè mandatur, quòd in coniunctis adſit qualitas ſucceſſionis, & propterea qui non ſuccedit, non habet ius accuſandi, nec remittendi, & in hoc *Pragmatica* corrigit ius commune, eleganter conſiderat hæc *Luc. Foller. ſuper eadem pragmatic. num.* 39. 41. 44. 45. *& 46. verſ. 2. limita, & Carau in dict. ritu* 272. loquendo in terminis *Pragmatic.* dicit, quòd ſecundum eam remiſſio requiritur ab omnibus illis tantùm, qui ſunt in eodem gradu, & ad quos ſucceſſio defertur, & *Baiard. ſuper Clar. in d. quæſt.* 58. *numer.* 59. dixit item adde, quòd in Regno Neapolitano per *Reg. Pragmaticam Regis Philippi*, quæ eſt *octaua ſub titu. de compoſitio.* remiſſio, ſiue pax eſt habenda ab omnibus, quibus ſucceſſio defertur, & *noſter Doctiſſimus Rouitus, ſuper eadem pragmatic.* notat ex ea, quòd hoc ius remittendi non ſpectat ad omnes conſanguineos, ſed ad eos tantùm, ad quos ſpectat ſucceſſio, & reddit opinionem hanc indubitatam relatiuum illud, *alli quali ſe deferiſce la ſucceſſione*, qđ quando ſtat ſine copula, reſtringit ad *tex. in l. ea tamen adiectio de leg.* 3. maximè quando relatiuum adiungitur qualitati, quæ non eſt naturaliter cuilibet de genere, & quando eſt, ſtat declaratiuè ſecundùm diſtinctionem communem *Bart in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. in l cunctos populos C. de ſumm. Trin. & fid Catthol.* & hic non omnes de genere habent ius querelandi, & quando haberent, ſtat declaratiuè, & vtroque modo, ſiue declaratiuè, ſiue reſtrictiuè habemus in tentum, quòd requiritur qualitas ſucceſſionis in querelante, & in remittente, vnde cũ ius ſucceſſionis requiratur, ceſſat articulus diſputatus de iure communi, & in hoc caſu
29 in terminis *Pragmat.* benè procedit opinio *Clar. & Foller.* quòd fœmina excluſa per ſtatutum à ſucceſſione excludatur ab accuſando, & conſequenter non requiratur eius remiſſio ad obtinendam gratiam, aut compoſitionem, & ita iuris eſſe cenſeo, per rei-
30 terata, & expreſſa verba *Pragmaticæ*, quæ miſteriosè, & reiteratè toc vicibus fuerunt appoſita per conditores illius viros eminẽtiſſimos in noſtra legali ſcientia Regentes, Villanum, & Reuerterium, qui habendo cõſiderationem ad qualitatem ſexus, ob quam *Doct.* diſputauerunt, ſi habebat fœmina ius vindictæ, cum non videbatur conſiderari in eis rancor, & habendo etiam conſiderationem ad illam aliam opinionem, quòd ex eadem ratione; dum diſcordia eſſet inter maſculos, & fœminas, ipſi eſſent prælati, vt ſupra diximus, & maximè in fœminis maritatis, quæ in aliam familiam tranſgreſſæ, omnis illarum voluntas eſt pœnes viros, omnisq; amor in filios; propterea viri illi peritiſſimi nullam de fœminis fecerunt mentionem; immò illas excluſerunt ex qualitate requiſita ſucceſſionis, benè ſcientes fœminas in Regno à ſucceſſione excluſas, & non loquitur *Pragmatica* de ſucceſſione in potentia, ſed per verbum præſens, & de ſucceſſione cum effectu ibi, *alli quali ſe deferiſce la ſucceſſione*, quorum nihil fuit dictum, ponderatum, aut diſcuſſum in *deciſione D. de Franch.* 611. ſed ſimpliciter pertranſiit dicẽdo, quòd ius vindictæ competit iure ſanguinis, & non hæreditario, quod vt dixi benè
31 procedit de iure communi, & rurſus, illa deciſio non facit ad caſum: nam loquitur in nepote, cui delata erat hæreditas, vt ipſemet benè põderat, & alius eſt caſus, vt hæres legitimꝰ nõ inſtituatur, ſed hæres extraneus, vt ſupra declarauimus, & alius in fœmina pœnitus excluſa à ſucceſſione per *Conſtitutiones, & Conſuetudines Regni:* maximè in muliere maritata, & dotata; quæ ponderentur, nam procedunt ſecundum veros iuris terminos, ad quæ addatur elegans argumẽtum peritiſſimi Iuuenis Ioannis Thomæ de Rugerio, filij Ioannis Laurentij de Rugerio celeberrimi viri in noſtra legali ſcientia primam cathedram tenentis in publico Gymnaſio noſtræ inclitæ Ciuitatis, cum maximo, ac inuſitato omnium concurſu, vita, moribus, & doctrina nemini ſecundi; hic inquàm peritiſſimus Iuuenis dicebat, quòd

dùm

dùm fœminæ à fratribus vigore ſtatutorum ſunt à ſucceſſionibus excluſæ rediguntur ad inſtar ſecundi gradus, & tãquàm in ſecundo gradu exiſtentes, fratres illis præferuntur, ſecundum *notab. conſ. Paul. de Caſt.* 164. *n.* 18. *volum.* 2. *aliosq. relatos per Molin. de Hiſpan. primog. lib.* 3. *cap* 4. *n.* 12. quos etiam ſequitur *Regens Lan in conſ.* 1. *nu.* 56. vnde cum *Pragmatica* duo requirat, quod remiſſio fiat à proximioribus in gradu, & alterum, quòd ſint de illis, quibus defertur ſucceſſio, ergo ſi fœmina excluſa non eſt in proximiori gradu, vigore ſtatuti, ſequitur quòd non ſolum non habebit ius querelandi, quia non ſuccedit, ſed quia frater eſt proximior, & eam præcedit.

Sed quid ſi hæres eſt incertus, vel forenſis, & abſens; ita quod ignoretur vbi ſit; an
32 poſſit fieri gratia, ſiue compoſitio cum conditione, quòd quandocumque apparuerit teneatur infra certum tempus remiſſionem obtinere, quod tenuit *Clar.* fieri poſſe, *vbi ſupra quæſt.* 58. in verbo, *& quid ſi nullus adſit hæres*, & in perſona incerta tradidit *Bar. in conſ* 167. *& Addentes ad Ang. de malef. in verb. ad querelam nu.* 11. *lit. A, quicquid dixerit Carau ſuper pradicto ritu nu.* 29. licèt poſtea *num.* 30. dicat hoc fieri poſſe conſulto Prorege, dum tractatur de cõpoſitione.

Sed quando nulla adeſt querela partium offenſarum, vt conſuetum eſt inter no-
33 biles, an poſſit componi, vel gratia fieri, quæſtionem mouet *Luc. de Penn. in d. l.* 1. *de deſertor. lib.* 12. *num.* 64. *verſ. hoc autem*, vbi tenuit non poſſe fieri ſimpliciter, ſed benè parte citata, & dato termino, quòd compareat, qua non comparente tenet poſſe procedi ad compoſitionem, eandemq; opinionem tenuit *Pariſ. in verb. compoſitio §. an ſi compoſitio*, cuius contrarium tenuit *Carau. nu.* 20. & eius opinio in practica ſeruatur, maximè quando nulla præceſſit diffamatio querelæ faciendæ, quo caſu non poteſt, nec debet aſtringi quis ad querelandũ, & actionem aliquam mouendam; hinc in terminis *tex. in l. diffamari*, capitur informatio de diffamatione, & de ea conſtito, cogitur quis ad ſuam actionem proponendam, & non ali-
34 ter, & *text. in l. diffamari* procedit tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, de quo latè per *Andr. Gail practicarum obſeruationum lib.* 1. *obſeruatione* 9. & in puncto iuris ſtante
35 diffamatione teneo opinionẽ *Lucę* veriſſimã de iure cõi, verũ ea deficiẽte, pcedit reg. *tex. in l.* 1. *C. vt nem inuit. cogat. ag. vel accuſa.* verũ in Regno hæc opinio non procedit, nam
36 cum vigore *rituum M.* C. in Regno præcedere debet remiſſio, illaq; fieri debet ſecundum *Pragmatic.* coram Actuario, & in ſcriptis, propterea iuſtè non poteſt practicari deciſio *Lucæ*; nam aut pars, cui competit ius accuſandi actionem proponit, & non procedit quæſtio, aut nullã proponit actionem, & verum erit non ex hoc induci remiſſionem, quæ debet eſſe expreſſa, in ſcriptis,
37 & coram Actuario. Sed inter nobiles practicatum eſt ſufficere pacem inter ipſos factã, quæ in iudicio habetur loco pleniſſimæ remiſſionis.

38 Similiter conceditur ſolet poteſtas, vt poſſint pro capiendis alijs bannitis indulgere eiſdem bannitis, pro quo videatur elegans *tex. in l. non omnes §. fin. ff. de re milit.* ibi, *qui transfugit, & poſtea latrones apprehendit, & transfugas demonſtrauit poſſe ei parci Diuus Adrianus reſcripſit*; ſicut etiam dicit *Bar in l.* 3 *§. fi. ff. de cond. ob turp. cauſ. in fi.*
39 quod poſſunt fieri bannimenta, & indulgentiæ concedi ſocijs criminum, vt delicta prodeant in lucẽ, immò expedire hoc Reipubli-
40 cæ dixit idẽ *Bart. in l. qui ea mẽte ff. de fur. ex reg tex. in auth. ſed nouo iure C. de pœn. iud. qui mal. iud.* Et quando veritas aliter
41 haberi non poteſt, licet etiam dare pecuniam teſti ad veritatem deponendam, ſecundum *Bal. in cap. fin. de appell. ſequitur Dec. in conſ.* 189. *num.* 12. & iura contraria pro-
42 cedunt in actibus indifferentibus, qui alias probari legitimo modo poſſunt; & ſic intelligitur quod dixit *Boſſ in tit. de oppoſ. cont. teſt.* vt inter cætera opponi poſſit, quòd fuit promiſſa impunitas, qui allegat *Salic. in l. ſi quis teſtibus column. fin. C. de teſt.* vbi teſtis precę, vel pecunia corruptus poteſt repro-
43 bari: Idemq; ſimiliter dicimus in ſocijs criminum, vt quando veritas aliter probari nõ poteſt, dicantur illi idonei, & integri teſtes, vt de communi teſtatur *Dec. in cap. tertio loco, vltimo notab. de probat. & in conſ.* 342.
44 Maxime quando ſunt plures confeſſiones ſociorum criminum, ſecundum *Andr. & Aſſl. in Conſt. Reg. incip. ſi damna clandeſtina:*
45 Ex hac eadem ratione publicæ vtilitatis banna, quæ fieri ſolent, quòd qui cæperit, vel occiderit bannitum, non poſſit moleſtari de quocumque delicto, comprehendunt etiam vaſallos Baronum per *D. Minad. in repetit. Conſt. Reg. in aliquibus, in verb. Comitum, & Baronum. num.* 58.

46 Datur pariter poteſtas talibus Commiſſarijs abbreuiandi terminum foriudicationis intra menſem, vel dies, quæ alias infra annum ſecundum *Regni Conſtitutionem* fieri deberet, qua facta habetur pro mortuo amplius non auditur in ſuis defenſionibus,
47 & poteſt impunè occidi: Et propterea nõ

fit

ſit talis foriudicatio ex omni crimine, ſed in illis tantùm, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, aut deportationis, non autem membri abſciſſionis, vt poſt *Andr.* declarat *Afflict. vigore conſuetudinis, & ritus Mag. Cur. in Conſtit. pœnam eorum num. 48. verſ. quartodecimo requiritur, & in 12. notab. nu. 77. verſ. tertia quæ-*
48 *ſtio.* Fuitque vltimo loco hoc bene declaratum per ſententiam Sacr. Conſilij iunctis omnibus Tribunalibus, & hanc poteſtatem
49 concedit Princeps abbreuiandi foriudicationem, quando atrocitas, & qualitas delictorum hoc ſuadet, vt in dies concedi ſolet Mag. Cur. Vic. delictis inualeſcentibus pro communi bono, vt malorum coerceatur audacia, de quo per *Andr. & Afflict. in d. Conſtit. pœnam eorum.*

50 Solet quoque concedi prædictis Commiſſarijs poteſtas guidandi, ſeu faciendi ſecuritatem delinquentibus, dum promittunt Curiæ inſeruire, ac notabilia ſeruitia facere in captura aliorum delinquentium iuxta *tex. in l. relegati ff. de pœn. vbi Bart.* Et an-
51 Iudex poſſit concedere ſaluum conductum, ſeu ſecuritatem; & quid in fiſci Aduocato, vide *Afflict in deciſ. 4.* quod hodie practicatur, vt ſolus Prorex faciat, vel poteſtatem
52 concedat, & latius per *Reſtaur. Caſtald. in tract. de Imper. quæſt. 110. priuil. 239.* Sicut pariter non poteſt Iudex, nec Rector Prouinciæ remunerare capientem bannitum de burſa fiſcali, niſi habeat ſuper hoc conceſſam poteſtatem, *Bald. in l. 1. num. 21. ff. de iuſt. & iur.*

53 Sed quid in Barone, qui habet iuriſdictionem in proprietate, quod non eſt in Iudice, qui exercitium tantùm habet iuriſdictionis licet ſit communis, quod etiam Iudex ex cauſa poſſit ſecundùm latè cumulata per *Farina. in tit. de carcer. & carcer. quæſt. 19.* vbi poterit videri, auctoritate *Bart. in l. is qui reus, de publ. iud.* & aliorum, & hoc de iure communi, non in Regno, vt diximus: Ea ratio eſt, quia hoc eſt exercere iuriſdictionem ſibi demandatam, quando tamen ex cauſa propter bonam iuſtitiæ adminiſtrationem hoc facit, ſed in Barone ratione, de
54 qua ſupra *Doct.* tradiderunt poſſe concedere ſaluum conductum, vt per *D. de Franch. in dec. 370. authoritate Fely. in c. accedens lo ſecondo 1. col. verſ. tenementi, vt lit. non conteſt.* Quod etſi inter cæteras authoritates baronales poſuerit *D. Frecc. in 45. author.* allegans pariter *Felyn. vbi ſupra*, tamen de hoc valdè dubitauit maximè in Regno licet videatur inclinare, quod poſſit, quando ex cauſa approbata hoc facit, puta ad comparendum, vel ſe excuſandum, vel pro veritate indaganda; tunc enim concernunt hæc omnia exercitium iuriſdictionis conceſſæ, quæ dum eſt in proprietatem, & in feudum conceſſa, poterit facere, quæ poſſet proprius Rex, & cum ſit ex cauſa propter bonum iuſtitiæ regimen, non eſt de illa ſuprema poteſtate Regi ſeruata, nec ſumus in terminis *Capituli ad tranſlationem*, ponderati per *Frec.* etſi Iudex ea ratione poteſt hoc facere, multo fortius Baro, qui eſt Iudex ordinarius à Rege deputatus ſuorum vaſallorum, vt ſupra authoritate *Andr.* diximus; Immò
55 *Farin. vbi ſupra* tenuit, & benè, poſſe Barones cum cauſa facere hoc indubitatè ex relata ſuperius ratione, & etiam ſine cauſa, ſi poteſtatem habent aggratiandi delicta, vt ordinariè habent ex cõceſſione meri, & mixti imperij cũ quatuor literis arbitrarijs, &
56 alijs clauſulis ampliſſimis: Verùm intelligo tali caſu non exiſtente partis offenſæ querela, ſeu præcedente partis remiſſione, nam ſicut parte non concordata non poſſet gratiam facere, nec delictum componere, ſic minimè poteſt in illius præiudicium, læſionem, & contemptum, ſaluum conductum concedere, cum eſſet per indirectum illum aggratiare.

57 Licet autem in Regno adſint *Pragmaticæ editæ per Regem Catholicum in an. 1509. & alia in anno 1515. in tit. de Receptat.* prohibentes Baronibus aſſecurare, ſeu guidare bannitos, & alios delinquentes, & tollentes quoad hoc omnem poteſtatem, quam prætenderent, vigore eorum priuilegiorum: tamen aduertatur, quod *Pragmaticæ* ſunt ſitæ in *tit. de recept.* & voluerunt prouidere contra receptantes: & propterea intellexerunt, quando Barones ſub titulo, & colore Guidatici effectiuè receptare volebant, vt ex proemio manifeſtè apparet, ibi: *conſiderantes quod nonnulli Barones dicti noſtri Regni prætendentes habere facultatem guidandi, & aſſecurandi quoſcumque malefactores in eorum Terris in vim priuilegiorum, aut aliàs eoſdem homicidas, gladiatores, latrones, cateroſq. facinoros, & malefactores receptant, & tunc ad delinquendum datur pronior licentia, & temeritas, &c. Cupientes igitur, &c.* Ita quòd *Pragmatica* manifeſtè ſentit, dum hæc fiunt ad receptandum, ex quo ſequitur effectus, quòd fiunt proniores, & audaciores ad delinquendum, & ob id diſpoſitio eſt, ne receptent, ſed capiant: & ſubſequitur, ibi, *Abdicantes ad cautelam poteſtatem guidandi:* nã verbũ illud, *ad cautelam*, declarat pariter diſpoſitionem; quia cum guidare ad finem receptandi, & conuerſandi, non eſt gui-

da-

dare, ſed receptare; & ſic abutebantur Barones poteſtate conceſſa tali caſu: immò nõ intelligebatur ad eum caſum conceſſa: proterea dixit *ad cautelam*, ideſt ad maiorem declarationem, & ad tollendam omnem diſputationem, & ob id extra effectum receptationis *Pragmatica* non habebit locum, etiam declarando nigrum ex rubro; cùm, vt dixi, *Pragmatica* ſita eſt in *tit. de recept.* Et omnis eius diſpoſitio eſt contra receptatores: & rurſus aduertatur: Nam non ſimpliciter *Pragmatica* dicit tollere poteſtatem guidandi; ſed dicit *abdicantes ad cautelam ab illis poteſtatem omnimodam guidandi, aut alias faciendi*, contra huiuſmodi noſtrã *Pragmaticam*, quæ eſt expreſſa in receptatione: Igitur ſi ſaluus conductus non importabit receptationem, non erit contra noſtrã *Pragmaticam*, & conſequenter ſi eatenus, & in tantum tollit quatenus, & in quantum eſt contra *Pragmaticam*, non intelligitur extra receptationem abdicata guidandi poteſtas, quia *Pragmatica* de receptatione tantum loquitur, quæ omnia intelligo de va-
58 ſallis propriorum Baronum à ſua iuriſdictione bannitis, & qui in ea delinquerunt, ſuntq. ipſorum iuriſdictioni ſubditi, non autem de ſubditis aliorũ dominio: caret enim tunc omni prorſus iuriſdictione, hoc eſſet de ſuprema Regis poteſtate, & hoc pœnitus prohibet *Pragmatica*. Concludo igitur ex cauſa Barones hoc facere poſſe indubitanter: quia idem poteſt Iudex; & ſiãtibus clauſulis priuilegiorum facere poſſe, non obſtante prædicta *Pragmatica*, dùm gratiam totius delicti concedere poſſent, & ex cauſa totaliter non faciunt: ad hoc, vt prædicti
59 bene, & quietè viuant ob metum, quod ſemper poteſt Dominus contra ipſos propter delictum commiſſum procedere, ac reuocare ſaluumconductum, & ſic verè non ad receptandum, nec ad faciendum promiores ad delinquendum; ſed ad quietè viuendum ob bonum regimen, & ad gratias quandoque concedendas, oculos habendo iuſtitiæ, & miſericordiæ; in quo caſu non habet locum diſpoſitio *Pragmaticæ*.

Sed an Barones dicantur habere fiſcum, & quomodo, & quando gratias facere poſſunt delictorum, ac pœnas remittere: videa-
60 tur *Auend. in prædicto lib. de exeq. mand.* 1. *par. cap.* 7. *& Bellug. in ſuo Spec. rub.* 24. *de mix imper. verſ. Primũ*; quod latius pariter examinaui *in rubric. C. de iur. fiſc. lib.* 10. Quod opus tanquàm imperfectum non eſt adhuc in lucem editum; & quia facilè contingere poterit, quod ſic imperfectum remaneat, propterea ponam hic, quæ ibi circa hoc adnotaui.

61 Fiſcum habent omnes Reges, dixit *Andr. in tit. quæ ſint reg. in verb. & bona committentium crimen læſæ Maieſtatis num.* 77. *verſ. Rex Angliæ*, quem allegat, & ſequitur in præſenti *rub. Luc. de Pen.* & idem in om-
62 ni principe non recognoſcente ſuperiorem; vt in Ciuitate libera, dixit *Bart. in l.* 1. *C. de*
63 *bon. vac. lib.* 10. *num.* 11. Sed quid in Baronibus habentibus merum, & mixtum imperium, quod videtur tenere *Io. de Plat. in d. l.* 1. *nu.* 3. *verſ. an autem Barones*, ex eo quòd habent ius confiſcandi, & ſic ſecundum eum ex quadam conſequentia fiſcum habere dicuntur, cuius auctoritate idem tradidit *Auend. de exequ. mand. cap.* 7. *num.* 12. quos
64 non ſequimur: Et ideo in Regno exploratum eſt Barones non aliter habere fiſcum; ſed fiſci coadiutorem illius auctoritatem, &
65 officium repreſentantem: Vnus eſt enim fiſcus in Rege, qui eſt Regis, & licèt Rex
66 concedat Terras, ſeu Caſtra cum mero, & mixto imperio, & etiam cum publicatione bonorum; tamen cùm omne, & totum recognoſcatur à Rege, & habeat iuriſdictionẽ infeudatam in vtili tantum dominio, directum verò eſt Regis: propter quod dicimus
67 Barones eſſe procuratores Domini, & omnia tanquam tales exercere; ſed dicuntur Procuratores in rem propriam, ſecundum *Bald. in cap.* 1. *de controuerſ. int. vaſall. & alium de benef. Aſſl. in cap. ſi vaſallus feud. num.* 3. *ſi de feud. defunct. mil.* Propterea nimirum ſi vnicus eſt Fiſcus: ſicut Rex vnicus eſt Dominus, Barones verò iuriſdictionem exercentes illum repreſentant: hinc dicuntur Iudices ordinarij à Rege deputati ipſorum vaſallorum ſecundum *Andr. in cap.* 1. *§. hereditatem, de pac. ten. & in Conſt. Reg. officiorum periculoſa*; & ſic Officiales ab
68 eo ſubordinati repreſentabunt perſonas Regiorum Miniſtrorum: & ſicut Baro non dicitur Rex, ſic eius Miniſtri non erunt ijdẽ, nec eiuſdem nominis, quo Regij Miniſtri, & propterea non dicentur propriè fiſcales, quia iam adſunt deputati à directo Domino: ſed iuſtè appellantur Coadiutores fiſci, qui vtilem iuriſdictionem infeudatam (ſubiectã directo Domino) defendendo, inſimul etiam Domini iuriſdictionem directam defendunt, in qua cum adſit ſuus fiſcus ſuperior, iuſtiſſimè non poteſt dari alius fiſcus in proprietate, ſed coadiutor reſpectu defenſionis exercitij iuriſdictionis infeudatæ, qua ſi fiſco Regio inſeruienti.

69 Et cum fiſcum dixerunt *Doct.* ſolum Imperatorem, Reges, & Pontifices, aliosque Principes ſuperiorem non recognoſcentes, ha-

habere: propterea voluerunt Epiſcopos, atque Archiepiſcopos propriè fiſcum non habere, quia Pontifici ſubiacent, illumq; in ſuperiorem recognoſcunt, vt authoritate *Bald. dixit hic Plat. num. 17. & Alex. in addit. ad Bart. num. 11.* quod latius proſequitur *Couarruu. variar. reſolut. libr. 2. cap. 10. num. 11.* Licet referat communem eſſe in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Prorex concedit facultatem eÿciendi ab eorum patria bannitorum parentes, & conſanguineos, eoſque in carcere detinendi.*
2 *Quod ad bannitos, remedium eſt præ cęteris efficax.*
3 *Iuſtaque ratione nititur, & n. 10.*
4 *Statuto definiri poteſt certa pœna pecuniaria contra coniunctos, vſque ad quartum gradum bannitorum, qui fines relegationis non ſeruant.*
5 *Vel vt vno delinquente, cœteri teneantur, quale eſt Florentiæ.*
6 *Conſtitutiones Regni pœnas irrogantes Ciuibus, & Vniuerſitatibus propter damna illata à delinquentibus fundantur in communi publicæ vtilitatis bono.*
7 *Bulla Pÿ, & Sixti V. eadem de re commemoratæ.*
8 *Princeps ob commune bonum poteſt bona à dominis auferre abſque eorum culpa.*
9 *Princeps quando ob idem bonum tollit bona faciendo legem vniuerſalem, non tenetur ad emendam.*
11 *Morantes ſimul, videntur ſibi inuicem auxilium dare.*
12 *Sicut, qui cum alio armatus exiſtit.*
13 *Opem ferre alteri, quando quis præſumatur.*
14 *Statuta bannitorum conſanguineos punientia, valida ſunt, quoad pœnam pecuniariam, & eiectionis, non quoad pœnam corporis.*
15 *Gloſſæ traditio in cap. cum homo in verbo ſupplicium 23. quæſt. 5. expenditur, & Felini contra eam oppoſitio refertur, iterum declaratur, & ab eadem obiectione defenditur nu. 23.*
16 *Eadem ſtatuta valida ſunt, quoad detentionem in carcere.*
17 *Repreſaliæ conceduntur, tàm quoad bona, quàm quoad perſonarum detentionem, & num. 21.*
18 *Carceris ſpecies, & nu. 20.*
19 *Carcer ad cuſtodiam non eſt pœnalis.*
22 *Dubitatio excitatur, vt ex præſumpto auxilio coniunctorum erga bannitos, poſſit Prorex pœnam contra eos corporalem, non ordinariam ſtatuere.*

ARGVMENTVM.

De Poteſtate Proregis in concedenda facultate eijciendi ab eorum Patria bannitorum coniunctos, quod vocamus *lo sfratto*: eosq; in carcere detentio, quæ pœna? Bannitorum conſanguineos pœna corporali, Prorex an poſſit afficere.

§. V.

QVO verò facilius Regnum bannitis, ac facinoroſis hominibus careat, eijciuntur à propria Patria eorum parentes, filij, atque coniuncti, eosq; eijciendi, ac in alia loca mittendi, vel etiam in carcere detinendi facultatem Prorex impartitur, vt omni ſuorum auxilio deſtituti, vel à Regno diſcedant, vel à Curia comprehendantur. Deficientibus nãq; receptatoribus, banniti diù conſiſtere non poſſunt. Fuit ſemper experientia comprobatum hoc remedium eſſe inter cœtera magis aptum, atque efficax, Nam vidimus coniunctos; non ſolum tradidiſſe coniunctos delinquentes Curiæ, ſed etiam fratres, & patres, filios, & fratres, & iure licito fiunt tales ordines ex ſuprema poteſtate Principis, ex præſumpto auxilio, quòd ipſis malefactoribus coniuncti præſtare ſolent, de quo per *Aug. ad Ang. de malef. in verb. dictum Sempronium num. 16. & 17.* & eſt communis practica, allegatur communiter deciſio *Anchar. authoritate Bal. in repet. c. Canonum ſtatuta num. 136. de Conſtit.* quem allegat, & ſequitur *Iaſ. in l. ſi quis in ſuo verſ. 5. facit C. de inoffic. teſtam. & in §. actiones autem num. 73. inſtit. de actio. Alex.* qui de communi teſtatur, *vbi etiam Iaſ. in l. lex cornelia ff. de vulgar. & pupill. Couarr. variar. reſol. lib. 2. cap. 8. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 86. pulchrum Conſilium Ang. 63. incip. nobilis miles*, vbi tenet, quod propter bonum publicum poteſt Ciuitas per ſtatutum diſponere, quod ſi banniti relegati non ſeruauerint certos fines, incidant in pœnam mille ducatorum, quæ poſſit exigi etiam contra coniunctos per lineam maſculinam, vſque ad quartum gradum, quem latius ſequitur *Alex. in conſ. 190. ante num. 14. verſ. Item dicit Ang. lib. 2. bona deciſio Iſern. in d. Conſti. Regn. pacis cultum* allegari ſolet *tex. in l. iure prouiſum, C. de fabric. lib. 11.* vbi poſt *Lue. de Pen.* latiſſimè *Io. de Plat.* qui multa cumulat, & in diuina ſcriptura legatur *tex.*

1 2 3 4

in Cano. Eccleſia 1. q. 4. vbi infinita exempla, quod Deus punit populos innocentes propter peccata nocentium,& ſic videmus, quod licet filius non debet portare iniquitatem patris, tamen punitur in crimine læſæ maieſtatis propter patris delictum, de quo in *l. quiſquis C. ad leg. iul. maieſt.* & in crimine hæreſis,& ſimilibus in *cap. vergentis extra de hæret. in cap. penult. eod. tit. lib. 6. in cap. fœlicis de pœn. in 6. in Can. ſi quis eũ* § 6. *q.* 1. & de validitate ſtatuti Florentini, quòd vno delinquente cæteri teneantur, meminit *Bald. in l. eos C. de fabricenſ. libro* 11. dicens per illum *tex.* iuſtificari ſtatutum illud, de quò latiſſimè per *Farinac. Deciſiones, & Doctores* cumulantem, ac de communi teſtantem in 1. *to. in tit. de delict. & pœn. quæſt.* 24. *num.* 150. *cum ſequentibus*. Fundantur enim omnia in communi bono ad vtilitatem, & defenſionem Reipublicæ, ac violentiarum reparationem: In quo pariter ſunt fundatæ *Conſtitutiones noſtri Regni, incip inciſionibus in tit. de malef cland. pun. & in conſtit: ſi damna clandeſtina, in titu. de homicid & dam cland.* per quas pœnæ irrogantur particularibus perſonis innocẽtibus, ac etiam vniuerſitatibus terrarum, & ab illis damna facta emendantur propter delicta patrata à perſonis delinquentibus, quod latiùs proſequitur *Farinac vbi ſupra* dicens eadem ſtatuta condita tempore *Pij V. Pon. Max.* & validam eſſe hanc practicam pro bono regimine non ſolum exfractationis propinquorum delinquentium; ſed etiam familiarium, illoſq; tranſmittere, & confinare ad certa loca declarauit *Sixtus V. Pont. Max. in Bulla* per eum edita *in anno* 1585. ſuper captura delinquentium in Eccleſijs, etſi propter commune bonum poſſent tolli bona à proprijs Dominis abſque alia ipſorum culpa, & quando hoc fiat per viam legis vniuerſalis non tenetur Princeps ad emendam, de quo per *Alex. d conſ.* 190. 2. *vol.* quem allegat,& latiùs proſequitur *Dec. in conſ.* 520. vltra tradita per eum latè in *c. quæ in Eccleſiarum, de Conſtit.* vbi eſt ſua materia,& latiſſimè per *Reſtaur. Caſtal. in d. tract. de imper. quæſt.* 97. eodem modo prouiſiones prædictæ fieri poterunt contra coniunctos delinquentium: immò maiori cum ratione ex præſumpto auxilio,& ex præſumpta commoditate, quam ab ipſis delinquentibus habere credendum eſt, iuxta trad. per *Iureconſ. in d. l. 1 ff. de recept.* quod elegantiſſimè dixit *Alber. in rubr. C. ne filius pro patr.* ibi *propter magnitudinem delicti, nimiamq; perſonarum coniunctionem.* Nam qui ſimul ſtant, videtur vnus alij dare auxilium, dixit *Bald, in cap. 1. de beneff fratris.* Hinc idem *Bal. authoritate Inn. in l. raptores C. de ſacro ſan. Eccleſ.* dixit, quod qui cum alio ſtat armatus, dicitur ferre opem, licèt non faciat aliquem actum,& in *l. non ideò minus C. de accuſ. idem Bald.* dixit, quod præſumitur ſemper quem ferre opem, quando illius cauſa quis fit audacior.

Quod tamen ibidem *idem Alber.* declarauit procedere, quoad pœnam pecuniariam, non autem corporalem: & ſic *Doct.* communiter concludunt, ſcilicet ſtatuta ſuſtineri, quoad pœnam pecuniariam, & quoad exfractationem,& ejectionem; ſed quoad pœnam corporalem minimè, *Bald. in rubri. C. reſ. int. alios act. Aug. ad Ang vbi ſupra, Iaſ. in d. l. ſi quis num.* 3. *Couar. & Clar. in locis alleg. Felyn.* qui de communi teſtatur in *cap. cognoſcentes de Conſtit. in princ. Roma. conſ.* 15. *latius Farinac. in loco alleg.* qui etiã refert hanc eſſe communem, & ante omnes dixit hoc *gloſ. in cap. cum homo, in verb. ſupplicium* 23. *quæſt.* 5. *ſed eadem gloſ. in vlt. verb.* dixit in his non attendi debere ius, ſed factũ, & conſuetudinẽ, quod *Fely. vbi ſupra* improbauit: nam aut conſuetudo eſt irrationabilis,& non eſt ſeruanda: aut rationabilis,& deberet valere ſtatutum; ſed conſequens eſt falſum, ergo neque conſuetudo, &c. Ita *Fely.* quem allegat,& ſequitur *Farinac. vbi ſupra*, quod nolo diſputare nunc: nã multa eſſent dicenda pro opinione *gloſ.* benè tamen intelligo hanc communem limitationem, quando propriè in perſonam propriam pœnæ irrogantur, non autem reſpectu carcerationis tantùm propter præſumptum auxilium,& conſilium, & tunc cuſtodiuntur perſonæ, vt tædio affectæ ex hoc procurent capturam delinquentium,& illi à delinquendo ſe abſtineant, vt dicimus in reſalijs, pro quibus non ſolum bona innocentium capiuntur; ſed etiam perſonæ detinentur,& carcerantur, ſecundum *Barto. in tract. repreſ. num.* 7.& clarius *Bald. in l. ſed omninò C. ne vx. pro mar. num.* 6. & 10. *vbi Salic. & omnes*, quæ ſunt vtroque iure permiſſæ, verùm Principes raro, aut nunquam illas concedunt ex cauſa concernente materiã ſtatus, de quo per *Andr. Gail in ſua pract. in fin. in lib. ſingular. obſeru.* 2. Et hoc iure vtimur: nam omnia fundantur in communi bono,& ratio ſpecialis in hac ſpecie carcerationis eſt, quia alius eſt carcer, qui datur in pœnam,& tunc dicitur, quem eſſe in vinculis: & alius eſt, qui datur ad detinendos,& cuſtodiendos homines recludendo eos in carceres ad *tex. in l. aut damnum, §. ſoletff. de pœn.* vbi eſt caſus *in l. verum*

de

de verb ſign tunc .n. non dicitur pœnalis, *glo. in l. nemo carcerē, in ver. pœnalitū C. de exact.*
20 *trib lib* 10. Hinc dixit ibi notabiliter *Ioa. de Plat.* per prædicta, quod triplex eſt carcer: vi delicet, carcer pœnæ, carcer cuſtodiæ, & carcer pœnitentiæ; & propriè ſecundum eum hic carcer cuſtodiæ appellatur carcer tædialis qui iuſtificatur ex cauſa publica, ex præſumpto auxilio, & ne delinquentes ex hoc
21 fiāt audaciores, & in repræſalijs, quod etiam de perſona puniātur, videatur *Couar. in reg. peccatum relect. 2. §. 9.*

Sed quæſo notetur motiuum, ſi iſti coniun
22 cti, vel familiares auxilium præſtarēt manifeſtè, tūc ex prædallegatis nulli dubium, quòd acriter puniendi etiam eſſent perſonaliter: diximus etiam, quod lex præſumit hoc auxilium: & nulli dubium, quòd ſuper præſumpto poteſt ſtatuere, & illa appellatur præſumptio iuris, & de iure ſecundum notiſſimos terminos, nunc ſic præſumēdo ſuperior hoc auxilium, etiam ex legis præſumptione, vt ſupra. Et ex hoc præſumpto auxilio delinquentes fieri audaciores: quid repugnat, quòd ſuperior ex ſua ſuprema poteſtate fundata ſuper hoc in bono publico non poſſit ſuper præſumptione iuris ſtatuere, & facere legē, ſicut poteſt ſecundum varietatem caſuum, & delictorum, pœnas alias impoſitas augere, & ſic fundando ſe in delicto præſumpto, & non in innocentia coniunctorum, & familiarium ceſſat limitatio, de qua ſupra, & poterit procedi ēt ad punitionem perſonarū; ſed quia ſunt fundata omnia in præſumptione; propterea non
23 irrogatur pœna ordinaria, & in hoc caſu iuſtificatur opinio *glo. in d. c. cū homo in verb. ſupplicium*, & ſaluatur ab impugnatione *Fely.* qui loquitur in homine pœnitus innocente, contra quem nulla cadit ſpecies præſumptionis delicti, quæ attentè cogitentur, & menti teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Prorex curare debet, ne commiſſarij contra bannitos Vniuerſitatibus, eorumq. Ciuibus grauamina inferant.*
2 *Contributio ab alijs illi Vniuerſitati facienda, quæ actu ſuſtinet hoſpitium, eiusq. practica vnde deſumpta.*
3 *Non conceditur pro hoſpitio per tranſitum.*
4 *Munus hoſpitandi patrimoniale, eſt præſtare alimoniam equis militum grauis armaturæ.*
5 *Priuilegium immunitatis non comprehendit immunitatem hoſpitandi: idque in Regia Camera Summariæ referente Authore deciſum.*
6 *Hoſpitandi ius eſt de Regalibus hoſpitiorum, quæ diſtinctio, ac mutatio ad Prorege ſolum ſpectat.*
7 *Hoſpitium præbere vaſallus tenetur Regi, ac eius familiæ, certamq. domus partem aſſignare.*
8 *Cōſuetudo Hiſpaniæ, qua Reges Officialibus, & Magnatibus, qui appellātur* (li Grandi) *domus præbentur dictæ de* Apoſiento.
9 *Hoſpitari, qui tenentur nihil præter hoſpitiū dare debent.*
10 *In Regno tamen per nouiſſimam pragmaticam Comitis de Lemos hoſpitia ſatellitum, Commiſſariorum, ac Officialium ſunt ſublata, ijsq. aucta ſalaria.*
11 *Prouiſio Collateralis Conſilij, vt in amplioribus Regni locis publica fiant hoſpitia, eaq. inſtructa iuri, ac rationi conformis, & num. 13.*
12 *Taxa pariter rerum venalium in eis præponenda.*
14 *Clerici eorumq. domus ab hoſpitandi onere immunes.*
15 *Capitulum Regis Catholici ſtatuit, quæ præſtare debeant Regni Vniuerſitates militibus Equeſtribus, & pedeſtribus hoſpitibus.*
16 *Impoſitio granorum quatuor pro foculare tempore Caroli V. pro militibus, fuit proſolutione ſtipendij militum Hiſpanorum, qui Regnum cuſtodiant.*
17 *Hoſpitandi ab onere immunes ſunt, cameræ reſeruatæ Baronum, & ratio exponitur. num. 20.*
18 *Quot ijs in Regno permittantur.*
19 *Cameræ reſeruatæ non ſolum immunes ab onere hoſpitandi, verùm etiam a contributione in pecunia.*
21 *Vniuerſitates terrarum poſſunt pro cameris reſeruatis faciendis dare, & Baronem accipere, habita conſideratione vniuerſitatis dantis, & quantitatis donandæ; idque pluries deciſum.*
22 *Cameræ reſeruatæ priuilegium non obtinent in hoſpitio per tranſitum, vel imminente neceſſitate defenſionis terrarum, & Regni.*
23 *Ciuitas Neapol. ex priuilegio immunis ab onere hoſpitandi, & contributionis.*
24 *Regis familiaribus, & Curialibus eorum Curiam ſequentibus certa Ciuitatis quarteria aſſignanda iuſto ſalario ſoluto.*
25 *Cameræ reſeruatæ an gaudeant immunitate hoſpitandi, cùm Barones ab ijs abſunt.*
26 *Deciſio Cameræ Summariæ, eiusq. rationes referuntur.*
27 *Hoſpitiorum, & militum exceſſus, multorum cauſa malorum.*
28 *Impoſitio certa in Regno pro militibus leuis*

& grauis armaturæ tempore hyemali.

29 *Contributio facienda ab vniuerſitatibus mediterraneis pro militum hoſpitio quod maritimæ ſuſtinent & qualis eius ratio*

30 *Non eſt præſtanda pro omnibus neceſſarijs militum victui, ſed pro rebus tantum, quas vniuerſitates viliori pretio militibus præſtare tenentur.*

31 *Vniuerſitates tenentur facere panẽ pro exercitu, & tempore cariſtiæ viliori pretio vendere.*

32 *Hoſpitia militum, licet iuſta, ad maximam tamen egeſtatem, Regnum miſerè deduxerunt.*

33 *Pro illis, quantum ſingulis diebus Regnum ſoluit iuxta relationem Scribæ portionis.*

34 *Remedium leuandi Regnum, tollendo hoſpitandi onus, & perpetua hoſpitia ſtatuendo in locis propè mare in dicta contributione vniuerſali.*

35 *Imputanda tamen Authoris ſententia vniuerſitatibus contribuentibus in ſolutione functionum fiſcalium, ſed non imputatur ex oblatione ab ijs facta.*

36 *Contributio pro quolibet milite ſingulis diebus quanta.*

37 *Gratia aliàs à Regno petita, & non conceſſa vt hoſpitia tollantur ſolutis duobus aureis pro quolibet milite.*

38 *Remedium aliud eximendi Regnum ab onere hoſpitandi milites hiſpanos pedites Regi pariter vtile.*

39 *Stipendium ſolitum militibus augeri non congruit.*

ARGVMENTVM.

Quæ Prorex animaduertere debeat ne Commiſſarij contra reos bannitos ſua poteſtate abutantur, & Regni Vniuerſitatibus, earumq; Ciuibus ſub colore hoſpitij grauamen inferant. De munere hoſpitandi, contributione eius nomine facienda, quando, & pro quibus rebus concedenda: An per immunitatis priuilegium hoſpitandi munus cẽſeatur remiſſum, quæ includat, quos non obſtringat; Cameræ reſeruatæ Baronum ab eodem munere, vel contributionis, quando immunes. De remedijs adhibendis pro Regno ad ægeſtatem ob hiſpanorum onera deducto, leuando, vel ab ijs eximendo.

§. VI.

NE autem ampla hæc contra bannitos Commiſſarijs communicata poteſtas Regno ſit damnoſa, ſed profigua, debitumq; ſortiatur effectum; animaduertere diligenter debent Prorex, ac ſupremi Iudices, vt Commiſſarij ad reos bannitos in-
1 ſequendos non vexent populos, innocentes non moleſtent in hoſpitatione pauperes, & mendicos nõ grauent, quòdq; adminiſtratores, & diſtributores hoſpitiorũ ſub tali velamine pauperes, Ciuitates nõ deuorent, q̃ ſa ſolẽniter animaduertit Iureconſ. in *l. illicitas §. ne potẽtiores ff. de offic. Præſ.* cuius verba volui hic tranſcribere tanquàm aurea, & antè ſupremorum Iudicum oculos tenenda.

Ne potentiores viri humiliores iniuria afficiant, neue defenſores eorum calumnioſis criminibus infectentur Innocẽtes; ad religionem Præſidis Prouinciæ pertinet illicita miniſteria ſub prætextu adiuuantium militares viros ad concutiendos homines procedentia prohibere, & deprehenſa coercere Præſes Prouinciæ curet: & ſub ſpecie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat, neq. à licita negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exercere, neq; innocentibus pœnas irrogare ad ſollicitudinem ſuam Præſes Prouinciæ reuocet; ne tenuis vitæ homines ſub prætextu aduẽtus officiorum, vel militum lumine vnico, vel breui ſuppellectili ad eorum vſus tranſlatis iniurijs vexentur, Præſes Prouinciæ prouidebit, ne quid ſub nomine militum, quoad vtilitatem eorum in commune non pertinet, à quibuſdam propria ſibi commoda iniquè vendicantibus committatur, Præſes Prouinciæ prouideat.

2 Et in hoc aduertatur ad practicam communem, quòd quando nimium graſſantibus delinquentibus in aliqua Prouincia deſtinantur Commiſſarij, & milites, qui in aliqua terra incolatum faciunt, & hoſpitantur propter multitudinem bannitorum ad illos reprimẽdos, capiendos, & puniendos: tunc cum hoc ſit ad beneficium omnium terrarum eiuſdem Prouinciæ mandantur fieri contributiones per eas terris, quæ actuali hoſpitio onerantur, quæ practica ſumpta eſt ex *tex. in l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iact.* per quem ſic tradit in propria materia contributionis *Cyn. in l neminem in fi. C. de ſacroſ. eccleſ.* ex quo etiam habuit originem contributio ſolita, quæ fit per Regnum, quando terra aliqua grauatur hoſpitio ſocietatis militum grauis, vel leuis armaturæ, cum non debeat vnus ſolus ſufferre onus commune cum omnibus, quod non
3 eſt in hoſpitatione per tranſitum, ſiquidem talis hoſpitalitas tangit ſolum loca, per quæ milites pertranſeunt, iuxta iter diſtinctum: eſt caſus in *l. ſi pendentes §. ſi quid cloacarum ff. de vſufr.* ibi *ergo, & quod ad tranſitum exercitus confertur ex fructibus*, quem text. ad propoſitum allegat *Bald. in d. l. neminem* & idem probatur in eadem *l. neminem*: pul-

cher

cher *tex.* ad idem in *l cum ad ſeliciſſimum C. de quib. mun. lib.* 10.

Munus enim hoſpitiorum non eſt quid no
4 uum, ſed inter munera patrimonialia compu tatur, dixit *text in l.* 3 *de muner. & honor. §. munus hoſpitem in domum recipiendi, non perſona ſed patrimonij onus eſt & in §. eos in ead l dicitur eos milites quibus ſuperuenientibus hoſpitia præberi in Ciuitate oportet per vicos ab omnibus, quòd id munus contingit, ſuſcipi oportet,* & idem habetur in *l fi. §. patrimoniorum eod tit.* ibi *hoſpitatura apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimatur,* ad idem *tex. in l* 3 *C de mun. patr. lib.* 10. *& in l.* 4. additur, quòd inter munera patrimonialia ſit præſtare alimonia equis Curialibus q̃ in hoc Regno practicatur in militibus grauis armaturæ, dum præſtantur ſtabulæ, & da-
5 tur palea, & in tãtum hæc eſt hoſpitatio debita, quod immunitate conceſſa, nunquam intelligitur incluſa immunitas hoſpitandi, vt eſt caſus in *d l fi. §. penul. ff de muner. & honor.* & melior *tex in l* 3 *in d tit de muner. patrim. lib.* 10 & ita alias fuit me referente deciſum per Reg. Cam. Sum.

6 Quod ius hoſpitandi eſt de regalibus, & propterea ad ſolum Principem ſpectat impone nere ſubditis ſuis onus recipiendi hoſpites, vt hodie ſeruatur: nàm per Proregem hoſpitia tantum aſſignantur, & deſtinantur habita priùs relatione locorum, vbi hoſpitari conueniat, à Scriba portionis, & ſic, vt diximus, ad ſolum Principem ſpectat, prout pariter ſpectat mutatio de loco ad locum, vt omnes commodum, & incommodum ſentiant, de quo per *Andr in c.* 1. *§ extraordinaria collatio prope num.* 61. *quæ ſint regal & ibi not. Affl num.* 10. *per Alber. in l obſeruare ff de offic. Proconſ. & Affl in ſua deciſion.* 265. *in*
7 *fin.* inter cætera regalia poſuit, quòd vaſallus tenetur dare hoſpitia Regi pro ipſius familia, quod benè determinat diſtinguit inter Illuſtres, & non Illuſtres per *text in l.* 2. *C. de metat & epide lib.* 12. Qui ſonas, vt Illuſtribus aſſignetur dimidia pars domus ad ſui electionem, alijs verò tertia pars, & Dominus eligit iuxta formam in *text.* poſitam qui
8 text. probat conſuetudinem in partibus Hiſpaniæ, vbi dantur Officialibus, & Magnatibus, qui dicuntur *li grandi*, domus quæ appellantur *de appoſiento*, & quando non ſunt capaces, dantur habitacula, quæ dicuntur *acceſſoria*, vt ibi in *tex in verb ſanè;* & tandem diuiduntur domus modo, quo ſupra, & nihil
9 aliud debetur tali hoſpiti dari, dixit *tex. in d. l. deuotum in verb ſolam ſanè hoſpitalitatem eodem titul.* ſicut de Iudicibus, & alijs Commiſſarijs, qui per Prouinciam vadunt iuxta diſpoſita per *text. in §. ad hoc* vltimo, *in authent. de Collat. & in §. illud de mandat. Princip.* & vltra hoſpitalitatem nihil aliud habere debent, & ita practicatur, pro quo eſt *text. in l. vnic. C de ſalgam. hoſp. non præſt. vbi bona gloſ Rip. in tract. de peſt. de remed præſeru. contr. peſt. nu.* 212. ibi, & propterea malè faciunt Barigelli, Exactores, & Nuntij incedentes per Comitatum pro malefactoribus inquirendis, & pro Exactoribus collectarum, qui grauant ſubditos, vt præſtent alimenta, vel vt commodent ſibi equos; non enim hoc, pati debent Iudices pro quo eſt *text. ad literam in l vnica iuncta*
10 *gloſ notab C ne oper. à collectoribus exig lib.* 10. Quod in Regno per Regias antiquas pragmaticas non ſeruabatur, & tempore Comitis de Lemos digniſſimi Proregis, omni charitate, ac pietate muniti, edita fuit pragmatica per quam ſimilia hoſpitia penitus ſublata fuerunt, & auctum ſalarium horum Commiſſariorum expenſis Regiæ Cu-
11 riæ. Hinc per Collaterale expeditæ fuerunt prouiſiones, quòd in ſingulis Terris ampliori-bus Prouinciarum Regni fierent hoſpitia publica, ſeu tabernæ, illaq; tenerentur munita, taliter quòd commodè in illis potuiſſet hoſpitari, quæ iuri conſona ſunt in perſonis, quæ publica hoſpitia tenent, & dum populi hoſpitandi onere fuerunt exempti, iuſta, & neceſſaria fuit prouiſio, vt Miniſtri, & Commiſſionati haberent, vbi ſe reciperent: immò
11 fuit ordinata per Regias Audient. taxa, ne grauarentur hoſpitantes, quæ latè diſcurrit *Auenda. lib. 2. de exeq manda c* 8 *tex. elegãs*
13 *in l.* 1 *C ne ruſt ad vll. obſeq lib.* 11 per quod mandatur, nè ruſticus, qui ſuam capitationem detulit, & annonam congruam præſtat, ad vllum aliud obſequium denocetur, neque à Rationali noſtro mulctarũ fiſcalium vel equorum miniſterium ſubire teneatur: vt ſic dicamus; quare affligi debent pauperes ſubditi alijs oneribus, dum functiones fiſcales perſoluunt, & tot alias impoſitiones, & grauamina ſuſtinent; vbi *Luc. de Pen.* ponit propriam quæſtionem, & ſic determinat, qui recti ordines, & optimæ prouiſiones propter peccata noſtra quotidie corrumpuntur, non obſeruãtur, & populi nouis afflictionibus afficiuntur. Sed quo ad milites aliud eſt, maximè in Regno: Procedunt enim hæc in familiaribus
14 Curialibus, & Miniſtris: Ab hac verò hoſpitatione ſunt domus clericorum exemptę omninò iuxta diſpoſitionem *tex. in l.* 1. *vbi gloſ. & DD. C. de Epiſc. & cler.* & adeſt in Regno *Capitulum* particulare *Caroli II. in tit. de priuil. & immun eccleſ.* confirmatum per *Papam Honorium in anno* 1285. & de hac

hoſpitatione multa, & eleganter per *Catyc. in ſua inueſt. in cap. feudorum clauſula in verb.ne hoſpitiorum car.* 130. & legatur *Capi-*
15 *tulum Regis Catholici* conceſſum Regno in *anno* 1507 *nu.* 31 *fol.* 60. tenoris infraſcripti.

Item ſupplicano Voſtra Cattolica Maeſtà ſi degni ordinare, che l'Vniuerſità, & popoli predetti non ſiano aſtretti dare alli ſoldati, tanto à cauallo, come à piedi le loro robbe ſenza giuſto pagamento è preciſo ſale, oglio, e legne: ma ſolo li debbiano dare ſtantie, ſtrame, e letto, & altre maſſaritie groſſe, ſecondo era ſolito in tempo del Sereniſſimo Rè Ferrante Primo. Placet Regiæ Maieſtati, eo magis,
16 *quòd tempore Caroli V. Imperatoris maximi fuit facta impoſitio granorum quatuor pro foculari quolibet menſe, quæ appellatur impoſitio olei ſalis, & aceti per la inſalata delli ſoldati, vt in cap. 2. anni* 1550. *fol.* 147. & verè fuit impoſitio pro ſolutione ſtipendij militũ hiſpanorum in Regno exiſtentium pro ipſius cuſtodia, quę etſi pluries Ciuitas, & Regnum ſupplicaſſet, vt tolleretur, viſum non fuit pro imminentibus Curiæ neceſſitatibus.

17 Ab eodem hoſpitandi onere liberæ ſunt Cameræ reſeruatæ Baronum; quæ quidem fundantur ex *tex. notab in l. penult. eod tit C. de metat. & epidem.* qui *tex.* facit differẽtiam inter conſtitutum in minori, vel maiori dignitate, vt vnus habeat tres, alter duas, alter
18 vnam: prout hodie videmus in Regno, quod Duces, & Principes ex terris, quas habent, duas poſſunt eligere in Cameram, & immunes ſeruare ab hoſpitalitate; licet per prius maiorem numerum poterant ſtatuere: cæteri verò Titulati, & Barones vnam tantum, licet plures habeant Terras, & ſic reperitur conceſſum per *Capitula* particularia noſtræ
19 fideliſs. Ciuitatis; & Fiſcus nouiſſimè prętendebat, qđ hæc immunitas intelligi debet de actuali hoſpitalitate; quodq; propterea Terræ, licet ſint reſeruatæ cõtribuere habeãt in pecunia, ad q̃ poteſt ponderari dictũ *And. de Barul in l omnes per illum text. eod tit. de metat. & epid.* cuius verba ſunt infraſcripta.

Quartò, ibi ſcituris dicitur, quòd ſi aliquis in dignitate poſitus impetrauit priuilegium, vt ſit immunis ab hoſpitalitate, non debet eſſe immunis à tertia parte pẽſionis, &c. quæ pars tertia, eſt illa, ad quam taxantur Domini domorum, quando perſona non eſt illuſtris, ſed quæſo aduertatur; nã non videtur poſſe hanc deciſionem applicari ad caſum, ſi quidem im
20 munitas conceſſa Terris Baronum eſt ratione oneris, quod habent terræ ex hoſpitio Baronis, eiusq. familiæ in eis; ita quòd regulariter, & ſubſtantialiter actualis hoſpitalitatis onus ſufferũt, & nè duplici onere grauentur; propterea alleuiatę ſunt ab hoc onere publico hoſpitalitatis militum, q̃ non eſt, quando ſimpliciter eſt conceſſa immunitas hoſpitalitatis; ita quod eſt merum priuilegium, quo mediante remanet penitus exemptus à tali onere, vt eſſet quando tale priuilegium conceſſum reperiretur terris demanialibus; & rurſus voluerunt Sereniſſimi Reges priuilegiare etiam Barones, ne in ſuis terris habitantes, vt plurimum cum vxoribus, & familijs cogantur ab illis ſe abſentare ad ſcãdala euitanda, perturbationes, vexationes, & alia mala fugiendo, quæ in tanto ſunt exceſſu, & talia inferunt damna, vt vniuerſitates Barones exorent, & quaſi cogant, vt illas in Cameras proprias recipiant, dando eis per hoc
21 pecuniam, quod iudicatum eſt poſſe, & licere dare, & accipere, vt per *Moder. add. ad deciſ. Affl.* 101. & ſic hodie paſſim, & indiſtinctè decreta per Collaterale interponuntur, habita informatione qualitatis Terræ, & quantitatis ex cauſa prædicta donãdæ, & per Regiam Cameram pluries, & Collaterale Conſilium deciſum habito etiam reſpectu, quòd Barones pro feudis, quæ poſſident Adohas, donatiua, & alia quamplurima onera ſoluunt ratione poſſeſſionis, & habitationis pacificè in ſuis Terris, & feudis; & ſic & Barones ſoluũt, & etiam Terrę ipſarum Baronibus ad damna inmemorabilia euitanda ex hoſpitatione militum; & quòd etiam à contributione in pecunia ſint Cameræ exemptæ, videtur ſatis clarè prouiſum per *cap. Imperatoris num.* 4. *inter conceſſa in anno* 1533. *fol.* 124. Quod pri
22 uilegiũ non deſeruit in hoſpitatione per trãſitum, vt per eadem *Capitula* huius fideliſſimæ Ciuitatis, qui tranſitus per alia *Capitula* fuit declaratus per diem, ac noctem vnam tantum: nec deſeruiet, quando pro defenſione Terrarum, & totius Regni in aliquibus locis, aliter eſſet de neceſſitate prouidẽdum, vt per *Capitula expedita tempore Don Petri de Toledo Proregis Regni fol.* 138. ve-
23 rùm noſtra Ciuitas eſt pęnitus immunis ab hoc hoſpitandi onere, necnon à contributione in pecunia vigore *Capitulorum* conceſſorum per *Regem Catholicum*, etiam q̃ vellent hoſpitari mediãte mercede, quod demùm in
24 *anno* 1536. per *Cęſaream Maieſtatem* fuit declaratum, vt non habeat locũ reſpectu familiarium, & Curialium ſequentium Curiam ſacræ Maieſtatis, quibus aſſignantur quędam quarteria particularia Ciuitatis: verùm hoc non vult, quod fiat gratis, ſed ſoluta iuſta mercede taxanda per duos expertos eligendos, vnum per ſuam Maieſtatem, & alterum per Ciuitatem.

25 Et alias factis per Regiam Cam. conſultationi-

tionibus fuit valdè dubitatum, an Cameræ gaudere debeant, quando Barones non inhabitant, & ſunt abſentes: & tandem deciſum
26 eſt his rationibus attentis, quod etſi Baro non habitet actualiter, vel eſt à Regno abſens, quòd pariter gaudeat Cameris reſeruatis, quia debet hoc ipſis reſeruari in honorem, & præeminentiam, ſi iam ſuſtinet Baro, & præſens & abſens onera feudorum: & etiã quia etſi actualiter nõ habitet, vel ſit abſens, ſemper Terræ ſubſtinent onera baronalia circa familiares, & Agentes Baronum, & circa ſeruitia: immò maiora præſtare ſolent, quãdo in alijs Regni partibus Barones incolatum faciunt circa aſportationem frumentorum, & alia pro victu neceſſario; & hoc iure vtimur. Quæ notentur, ne videantur hæc, quæ in dies fiunt circa hoſpitalitatem militum iniuſta eſſe, & contra leges. Sunt enim omnia iuri conſona, etſi adeſt exceſſus, hoc non imputandum erit ſuperiori, qui dum hęc ad ipſius aures perueniunt, mandat capi informationem, & ſeuerè caſtigat, & hęc erunt inter alia delicta ſatis frequẽtia, quæ in dies in Regno ſuccedunt, & in hac materia dixit *Iuriſconſul* quòd ſemper fuerunt exceſſus in *d. l. illicitas § ne potentiores, & melior tex. in l. annonas C. de erog. milit. ann. lib.* 12. ibi *quã quàm ij, qui ad earum exactionem mittuntur pro cupiditate & libidine ſua grauiter ex pro*
27 *uincialibus viſceribus eruebant*, & quæ mala pariant exceſſus militum in damnum Principis, & Regni reuolutionem propter grauamina pauperum, & ſubditorum, ponit *Rip. vbi ſupra num.* 215.

28 Sed redeundo ad hoſpitationem militum, quia in Regno non ſolùm adeſt militia peditum, ſed etiam militum leuis, vel grauis armaturæ, vulgò dicti *le compagnie de gente d'arme, e caualli leggieri*; quibus cohortibus tempore hyemali non dãtur hoſpitia actualia, ſed adeſt impoſitio per totum Regnum in pecunia, quæ inter ipſos diuiditur: tempore verò æſtiuo diſtribuuntur per Terras maritimas Regni pro defenſione tam illarum, quàm terrarum mediteranearum, quæ non longè diſtant. Ijs enim cohortibus dantur ho
29 ſpitia, ſicut cæteris militibus: verũ mãdatur, vt Terræ mediteraneæ cõtribuãt, prout vnaquæq; plus, & minus diſtat, & maius, vel minus cõmodũ ſentit; pro quo eſt deciſio *Andr. de Barul. in l. pro locis per illum tex. C. de ann. & trib. lib.* 10. Quę contributio non fit in om
30 nibus, quæ pro alimonia dantur militibus: ſi quidem illi ſoluere tenentur, nec gratis accipiunt, dum ordinariè hoſpitantur, & manſionem faciunt, quod diſponit *text. notab. in l.* 2. *C. de luer. aduos. lib.* 12. vbi *Luc. de Pen.* ſum-

mat *tex.* illum non ſolùm in officialibus, ſed etiam in militibus: verùm quia tenẽtur vniuerſitates hoſpitia dare gratis ſupellectilia; cæteraq. vtenſilia, & quæ ſunt victui neceſſaria, viliori pretio abſque onere gabellarum, quod pariter lex ſtatuit ratione publicæ vtilitatis ob defenſionem, & tuitionem Regni, quod probat *tex. notab. in d. l. ſi pendentes §. ſi quis cloacarum in fi.* ibi, *ſed quod municipio debetur*, nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio
31 vendere, ex quo *tex.* infert *DD. ibi* & inter cæteros *Bald & Ang.* quod tenentur populi facere panem pro exercitu, & tempore caristiæ vendere viliori pretio, ad contributionẽ igitur harum rerum Terræ mediteraneæ tenebantur; propterea habito reſpectu ad hæc per Terras mediteraneas fit contributio.

Eſt bene verùm, quod licèt hæc ſint iuris exploratj, & populi ad hanc hoſpitationem naturaliter tenentur, ſuntq; munera inexcu-
32 ſabilia: tamen veritas eſt, quod grauamina hoſpitiorum, & exceſſus militum multis ab hinc annis fuerunt tales, vel talia, quod Regnum totum eſt in maxima calamitate conſtitutum, depauperatum, & in maxima parte depopulatum propter ordinariam, & aſſiduam militum hoſpitationem, qui populos exoriauerunt, licèt in Regno nullum fuerit bellum ferè per annos ſexaginta. Et non eſt
33 mirum, ſi facto computo alias per relationẽ factam per Scribam portionis, diſtribuendo per Regnum cohortes militum hiſpanorum num. 18. tantùm, importat hoſpitum, ſeu qđ populi ſoluerunt decim in pecunia Capitaneis, Alferijs, Surgentibus alijsq. Militibus duc. 972. mil. per annum dando Capitaneo ducatos quinque, Alferio ducatos tres, Surgenti ducatos duos, & reliquis militibus carolenos ſeptem pro quolibet, numerando cohortes ad rationem militum 200. pro qualibet, etſi fuerint in maiori numero, quàm 18. vt verè fuerunt vſque ad numerum 33. pluries non erit mirum propterea, ſi Regnum eſt depopulatum, & in maxima calamitate conſtitutum; maximè ſi non exegerunt milites ad rationem præſuppoſitam per relationem Regiæ Scriuaniæ, ſed longè maiorem quantitatem, vt eſt notorium. Extat hac de re egregium *Ciceronis* teſtimonium in *oratione pro lege manilia*, qui non de totius anni, ſed hyemis tantùm agit hoſpitatione, quã vulgò appellamus *lo ſuernare*, in hæc verba *vtrum plures arbitramini per hoſce annos militum veſtrorum armis, hoſtium vrbes, an Hybernis ſociorum Ciuitates eſſe delatas?* ſubijcit paulò infra. *Hyemis enim non auaritia perfugium maiores noſtri in ſociorum,*

atque amicorum tectis eſſe voluerunt, hæc ipſe. Quæ hoſpitatio ſi tolleretur, Regnum ſubleuaretur, omnes ſufferrent impoſitiones, & ſtante qualitate induſtrioſa perſonarum eſſet verè auro plenũ; & alias me proponente fuit concluſum in pluribus ſeſſionibus factis cum particularibus Conſiliarijs ſtatus ad hoc delegatis per Comitem de Beneuẽto Regni Proregem, vt fieri deberent hoſpitia fixa, & firma in aliquibus Terris particularibus propè marinas, vt paratæ eſſent in nauigatione, quando opus fuiſſet ad euitandũ hoſpitia per tranſitum infra Regnum, quodq; propter hoc totum Regnum contribueret, poſtquam hoc erat in omnium commodum, vtilitatem, & beneficium, & contributio fieret vna reſpectu militum, vt ſe alimentare pot uiſſent, & habitatores non moleſtarent pro neceſſaria vitæ ſubſtentatione, & alia contributio fieret, vt ſupra, terris hoſpitia actualia ſubſtinentibus; & licet mea ſententia tunc erat, vt hic ſuccurſus, qui militibus dabatur, excomputaretur vniuerſitatibus in fiſcalibus functionibus, vt hucuſque conſuetum fuit, quando cõſimiles ſuccurſus præſtiti fuerunt: tamen Regnum, quod ex hoſpitatione videt ſe exuiſceratum, petijt, vt hoc exequutioni demandaretur, offerendo hanc contributionem, ſeu ſuccurſum gratis abſq; alia excomputatione ad rationem granorum 12 ſingulo die pro quolibet milite exigendorũ, per Perceptores Prouinciarum menſatim, vt dietim poſſit militibus exolui, ex qua ſolutione dietim facienda tollebatur occaſio vexationis populorum ſub colore, quòd non habebant, quomodo ſe ſubſtentarent, ſi debita ſtipendia in tempore non ſoluebantur: & alias Regnum idem ſupplicauit, & obtulit gratis ducatos duos pro quolibet milite ſingulo menſe, vt per *Capitula Ciuitatis tempore Caroli V. Immortalis memoriæ in cap. 22. in anno* 1532. & Barones in parlamento generali obtulerunt, vt Cameræ reſeruatæ ſolluerent, & contribuerent pro quarta parte in impoſitione facienda, & ſic fuit concluſum & mandatum demum exequi, & dilatata fuit hucuſque exequutio propter difficultatem repartitionis terrarum, & locorum, ſeu modi, quod quidem mihi videtur, quod facillimè abſque alia incommoditate, aut difficultatis ſpecie poſſit exequutioni demãdari ſtatim, & in maiorem Regni vtilitatem, atque commoditatem loquendo, prout loquimur de militia peditum hiſpanorum, quæ eſt militia ordinaria Regni, & expediens eſſet mandare, quod omnis hęc militia detineatur in Ciuitate Neap. in ſuo ordinario quarterio: nã Ciuitati tam amplæ, & populoſæ hoc non ſolum non affert damnum, nec aliquid incommodi, ſed conuenit, & expedit; etſi aliqua pars vult diuidi per eius Caſtra, bene fieri poterit, etſi ſecùs per conuicinia, vt medietas remaneat in Ciuitate, & reliqua per Ciuitates Capuæ, Auerſæ, Nolæ, Salerni, Cauæ, Caſtri Maris de Stabia, Surrenti; Puteolorum, & in maritimis Caetæ; ſed q; omnis hęc militia hoſpitetur in Ciuitate Neap. in ſuo quarterio, prout eſt ſolita hoſpitari ea, quæ in ea ordinariè reſidet, ego nullũ reperio incõueniens, cũ ex hoc tollãtur lucra indebita, expẽſæ exceſſiuæ, furta, & latrocinia hucuſq; fieri ſolita, & nõ grauentur hæ Ciuitates per cõuicinia, nec neceſſaria eſſet prouiſio vtenſilium, cùm in Ciuitate omnia dẽtur per Regiam Curiam, & notetur aliud per quam maximum, quod ex hoc oriretur: & eſt, quòd cum Rex non teneatur dare militibus niſi ſolitum ſtipendium carolenorum 30. menſatim pro quolibet milite, & ſuccurſus alias ſolitus ipſis dari in hoſpitijs alias aſſignari ſolitis, ſemper fuerunt excomputati in prædicto ſtipendio, ſequitur quòd ex hoc Rex lucratur illud, poſtquàm Regnum offert ſoluere maiorem quantitatem, ſiquidem ad rationem granorum 12. dietim pro quolibet milite ſunt caroleni 36. quolibet menſe, & ſic ſex caroleni plus ſolito, qui deſeruirent pro vtẽſilibus, & pro hoſpitio. Vnde eodem tempore Regnum releuatur à tam graui onere, & Rex habet ſuam militiam tempore debito ſatisfactam abſq; onere eius patrimonij: nec credo quod aliqui dixerunt, vt hæc præſtatio à Regno oblata detur gratis militibus, & vltra eam poſtea à Curia ſolitum ſtipendium perſoluatur, in quo perpetuò tales contributiones fuerunt excomputatæ. Eſſet enim hoc per indirectum augere ſtipendia vltra duplum, quòd nunquam iudicatum fuit conuenire, & ſemper ſimili prætenſioni fuerunt aures denegatę, & inuiolabiliter mãdatum, nec deberi, nec conuenire ſtipendia augere, & impoſſibile eſſet, vt hæc militia amplius à Regno diſcedere vellet, & quæ in pace hic degit, duplicatum ſtipendium haberet, & alijs in bello diù, noctuq. pugnantibus ſolitum, & antiquum ſolueretur: nec ſine maxima ratione nunquam voluit antiquum, & ordinarium ſtipendium augeri: nàm etſi multum inuigiletur, vt milites grauamina non inferant, tamen ſemper excedunt, & dum moris eſt plures inſimul cohabitare, quæ vulgò appellantur *cammerate*. Bene cum ſalario conſueto Regi inſeruire poſſunt; maximè quòd ſæpè ſæpius, vel omnes, vel maximã pars, aut alternatim ad bellum tranſmittuntur, vel cum triremibus, vel alio modo, & ſic

ſic expugnando terras,& captiuos faciendo, buttina, prædas, & alia conquirunt, cum quibus benè militarē vitam ducere poſſunt, in releuamen Regni, & in exonerationem ſtipēdij à Regia Maieſtate debiti,& hæc mea fuit,& eſt ſententia etſi alijs aliud videatur.

DE ABVNDANTIA CIVITATIS, ET REGNI; Remedijs tempore cariſtiæ: & Poteſtate Decurionum Ciuitatis, ipſiusq; regimine.

TITVLVS II.

SVMMARIVM.

1 *Ad pacem, ac tranquillitatem Ciuium conſeruandam plurimum valet, vbertas, & copia panis.*

2 *Prorex cum voto Collateralis penuriæ tempore cogit dominos frumenti ad vēdendum iuſto interdum etiam viliori pretio.*

3 *Practica taxandi maſſarios Apuleæ, aliosq. frumenti copiam habentes, vt portionem Ciuitati iuſto pretio vendant iuſtificatur.*

4 *Fiſcus cogit Dominos ad vendenda bona iuſto pretio pro militum ſubſtentatione, vel Regis neceſſitate.*

5 *Vendens vltra pretium taxatum, qua pœna puniendus, remiſſiuè.*

6 *Penuriæ tempore, Ciuitas, ſicut Rex poteſt cogere Ciues, & ſubditos ad emendum, & aſportandum frumentum, vel ad pecuniam mutuandam pro frumento emendo.*

7 *Per Capitula tamen Regni, & Ciuitatis non poſſunt Ciues eogi ad mutuandum Regi.*

8 *Nec imponi gabellæ Ciuibus ad beneficium fiſci.*

9 *Ciues penuriæ tempore tàm diuites, quàm pauperes, æqualiter cogendi pro modo facultatum ad emēdum frumentū, vel pecuniam pro eo præſtandam ad Ciuitatem munien-dam, ratio nu. 11.*

10 *Ciues poſſunt compelli pro emendo frumento pro neceſſaria militum alimonia.*

12 *Ciues poſſunt cogi ad emendum frumentum Ciuitatis quod habet paratum ad vendendum & vt minorem iacturam patiatur.*

13 *Idq; ſæpius practicatum à Ciuitate.*

14 *Fiſcus poteſt cogere ſubditos ad emptionem frumenti, quod in horreis tenet.*

15 *Ciues penuriæ tempore cogi poſſunt ad proficiſcendum in Regiones longinquas pro frumento emendo: idq; ſæpè practicatum.*

16 *Ciuitas poteſt cogere Dominos animalium, atq; nauium ad animalia præbenda, & naues concedendas pro frumento portando.*

17 *Ciuitas, & fiſcus poſſunt miſcere frumentum vetus corruptum cum nouo, illudq. inter ciues diſtribuere.*

18 *L. 1. C. de cond. in publ. horr. lib. 10. declaratur.*

19 *Annonæ Præfecti curare debent, ne frumentum nouum conſumatur, donec ſupereſt vetus.*

20 *Adminiſtratio Ciuitatis inordinata penuriæ, plerumq. cauſa.*

21 *Merces corruptæ, vel cum corruptis admixtæ proijciendæ, vel concremandæ: idq. practicatum.*

22 *Prorex eligit Ciues ad frumentum emēdum pro ciuitate, non Decuriones.*

23 *Deciſio Collateralis ea de re.*

24 *Prorex proſpicere, ac prouidere debet neceſſaria ad annonam, & pro ea officiales conſtituere.*

25 *Pragmaticæ quibus pretium diffinitur frumenti, vel vt illud venale exponatur, vnde ortum habeant.*

26 *Conducentes frumentum pro annona Ciuitatis, quomodo illud recipere, & conſignare debeant.*

27 *Iis Prorex guidatica concedit ne interim ex aliqua cauſa moleſtentur conducentes frumenta, & alia ad annonam pertinentia.*

28 *Reſponſalia intra ſtatutum tempus præſentari debent, ſecundum ritus Regn. à conducentibus annonam Ciuitatis cum eorum nauibus, ne ciuitas, & fiſcus defraudentur.*

29 *Pœna eorum, qui naues, quibus frumentum Ciuitatis vehunt, priuatorum mercibus onerant.*

30 *Pœna miniſtrorum, qui Regias triremes priuatorum mercibus onerant.*

ARGVMENTVM.

De poteſtate Proregis pro vbertate, ac annona, quæq; ad eam comparandam, conſeruandamq; præcipuè conferant.

CONſtituto pacifico Regni ſtatu, eius conſeruationi ſtudere oportet: parum enim eſt omnia ad pacem, ac tranquillitatem eſſe redacta, niſi in eadem conſiſtant, & conſeruentur, quę ad illam comparandam conferant à prudente Prorege agenda, hactenus indicauimus. Nunc quæ ad eam ipſam conſeruandam, ac pacificum Regni ſtatum propagandum, neceſſariæ ſunt, ſubijcimus: inter omnia
1 primum, ac maximum eſt Annonæ cura, vt Regnum, præſertim Ciuitas, copia, & vbertate redundet, vtq; Annona ipſa minimè oneretur, ſiquidem teſtimonio Aureliani Imperatoris: nihil lætius eſt ſaturo populo. Nihil ſeditioſius ieiuno, ac famelico, vt ſcriptum reliquit *Veſpic.* in eius vita, quem ex noſtris refert *Decian. in tract. crim. lib. 7. c. 22. in prine.* Multaq; incommoda, ac diſcrimina Reipublicæ contingere ex penuria, & Annona grauata, Regisq; Ærarium plurimum minui ob iacturam functionum fiſcalium, & aliorum iurium regalium; experientia demonſtrauit. Iure igitur Annonæ cura Præfecto Vrbi, fuit demandata *l. 1. §. cura carnis ff. de offic. Præfect. Vrb. l. 1. C eod. l. 2. §. deinde Cornelius Sylla ff. de orig. iur.* Eſt hęc materia per ſe latè patens, & ab alijs diffusè tractata; ego eam compendiosè attingam, & remedia proponam adhiberi ſolita, vt Regnum, ac Ciuitas ampliſſima, ac frequentiſſima, quæ ſingulis diebus opus habet modijs circiter quinq; millibus frumenti, fame, vel inopia non laborent. Cogere in primis poteſt Prorex cum
2 voto Collateralis Conſilij dominos frumenti ad illud vendendum, & ſic alias ſpecies, iuſto tamen pretio, q̃ taxatur per idem Collaterale Conſilium, & multoties etiam pretio viliori pro neceſſaria ſubſtentatione Ciuitatis, & Regni, & hoc eſt à iure communi permiſſum, atq; ſtatutum, de quo per *Bart. in d. l. j §. cura carnis ff. de offic. Præfect. Vrb. vbi cæteri Scrib. Luc. de Pen. in l. vnica in fin. vt nem. lic. in empt. ſpec. ſe excuſat. latè Aſſl. poſt Andr. in proem. Conſt. Regn. q. 3.* qui deciſiones cumulat *D. Præſid. de Franch. in deciſ. 9. Io. Thom. de Minad. eleganter in repet. Conſt. in aliquibus in verb. Comitum, & Baronum nu. 59.* & ex hoc inoleuit practica, quod tempore cariſtię per Proreges taxantur Maxarij Apuleæ, & aliorum locorum, alijq. frumenta habentes, vt dent partem ipſorum Ciuitati pro certo taxato pretio, de quo per *Flori in l. ſi quid ff. de vſufr.* ſicut exploratum
4 eſt in fiſco, qui poteſt capere frumenta, aliaq. bona neceſſaria pro ſubſtentatione militum, & neceſſitate Regis, & cogere Dominos illorum ad vendendum iuſto tamen pretio, de quo in *l. 1. C. de metal. lib. 10.* qui eſt vnus de caſibus, quod quis inuitus vendat, de quo per *Luc. de Penn. in l. 1. C. ex quib. mun. lic. ſe excuſ.* & eleganter, & ſuccinctè *Couarr. var. reſolu lib. 3. c. 14.* Vbi qua pœna punitur ven-
5 dens vltra pretium ſtatutum inopiæ tempore.

6 Sed dico fortiùs, quòd ſicut Rex, ſi propter bellum indiget frumento, & alijs ad victum militum, & ſuũ ſpectantibus poteſt cogere ſubditos ad emendum, & aſportandum: ſic pariter, ſi Ciuitas patitur penuriam victualium, & commoditatem emendi non habet, poteſt indicere onus huiuſmodi comparationis frumenti, vt vnuſquiſque pro modo ſuæ ſubſtantiæ frumentum, & ſpecies annonales emat, illasq. in Ciuitate ipſa vendat: vel vt pecuniam mutuet, vnde ipſa frumenta valeat comparare, ne tam ipſi, quam alij pauperes fame pereant: totum hoc igitur fieri poteſt, & à lege eſt ſtatutum, vt per *Luc. de Pen. poſt alios, & Scribentes communiter in l. 1. C. quib. mun. vel præſt. nem. lic. ſe excuſ.* vbi eſt caſus, & idem tradit *Iaco. in tit. de homag. num. 35.* dicens, quòd ob publicas neceſſitates poteſt Ciuitas cogere ciues ad mutuandum, ſeu præſtandum, authoritate *Angel. & aliorum Auenda. in tract. de exeq. mand. Reg. cap. 14. verſ. quartus caſus lib. 2. & cap. 19. num. 34. lib. 1.* & idem procedere in Principe voluerunt *Doct. vt per Moder. Adden. ad Andr. in tit. quæ ſint reg. in verb. & extraordinaria collatio, verſ. manus ſuas ad iniqui-*
7 *tatem in fi.* Sed reſpectu Principis circa mutuum videatur *Capit. Regn. incip. ſtatuimus, mandamus, & volumus in fi.* vbi in ſpecie tractans, de impoſitionibus populorum dixit hęc verba: *ne ad mutuum compellantur inuiti,* & per *Capitula conceſſa per Regem Ferdinandum Primum fideliſſimæ huic Ciuitati in anno 1462.* inter cætera adeſt infraſcriptum.

Item ſupplicano li detti Gentil'huomini, vt ſupra, che la detta Maeſtà prometta non sforzare, ouero aſtregnere alcun Cittadino della detta Città per via d'impronto, ò qualunche eſſattione.

Placet Regiæ Maieſtati.

Item per aliud Capit. conceſſum tempore Magni Capitanei in anno 1505. num 27.

Item ſupplicano, che li detti Cittadini, &

habi-

habitanti in detta città, ex nunc in antea per qualsiuoglia causa non possano essere astretti à pagamento alcuno d'impositione nuoua d'impronto, donatiuo, ò pagamento s'imponesse per dette Catholiche Maestà, Vicerè, Luocotenenti, Capitanei, seu Officiali ex quacunque causa vrgente, & vrgentissima, etiam se fosse pro statu Reipublicæ, & totius Regni conseruatione attento loro grand'inopia, e pouertà. Placet præfato Illustrissimo Domino Locumtenenti Generali, & idem *Capitulum* per eadem verba, postea fuit concessum per *Regem Catholicum, vt in cap. 32. Regis eiusdem*. Quæ *Capitula* etiam penderentur, dùm alias fuit tractatum de impositione gabellarum in hac Ciuitate soluenda per Ciues in beneficium fisci: cui Ciuitati per *Capitula Regis Ferdinandi Primi, Regis Federici, aliorumq; Regum* apparet concessa amplissima immunitas omnium, & quarumcumq; gabellarum, aliarumq; impositionum quomodolibet, & tẽpore *D. Raymundi de Cardona Regni Proregis in anno* 1520. ex causa donatiui tunc sa &i, fuit concessum, quod de cętero non possit fieri extraordinaria impositio in Regno, vt per priuilegium per ipsum Proregem expeditum, & confirmatum per *Cæsaream Maiestatem* in libro *Capit. fol.* 81. *cum fol. seq.*

Verùm in hac spetie emptionis frumentorum per ciues particulares faciendæ, aduer-
9 tit *Luc. de Pen.* quòd hoc cum moderamine erit faciẽdum, non eligendo ad talia ditiores tantum, vt alijs quiescentibus, & immunitate gaudentibus vrgeantur de proprio comparare: sed omnes siue ad frumẽtum comparandum, siue ad pecuniam mutuandam sunt æqualiter coarctandi pro modo tamen facultatum, quia vt dicit ibi *Io de Plat.* post *And. de Barul.* Ita est idoneus pauper ad modicũ, sicut diues ad multum; & sic secundum eum ad hæc tenebuntur tàm pauperes, quàm di-
10 uites, & tàm magni, quàm infimi: Quodque fieri possint impositiones, immò taxari omnes ad pecuniam præstandam ad emptionem victualium pro necessaria substentatione, & alimonia militum: est casus in *l. vnic. C. vt nem. lic. ab empt. se exscus. lib.* 11. vbi *Luc. de Penn.* intelligit *text.* & dicit habere locum secundum communem aliorum omnium *Scrib.* opinionem, tàm ad substentationem militum, quàm populorum tempore caristię, & dixit ita temporibus suis fuisse consuetum quòd *glos.* ibi sensit, dum exponit verbum, *necessitate*, scilicet famis, & belli, vbi *Bartol.*
11 *not.* quodq. tàm diuites, quàm pauperes ad hoc teneantur tempore caristiæ, licet diuitibus hoc non sit necessarium; sed tenẽtur, quia pertinet ad publicam vtilitatem, cũ ciuitas sine pauperibus secundum eum nõ esset per-
12 fecta, & ibidem etiam per eumdem *Bart.* notatur, quod possunt compelli ciues ad emendum frumentum, vel aliud, quod habet Ciuitas paratum ad vendẽdum, vt minus perdat, vel quia corruptum, nec aliquis excusatur, li-
13 cet eis necessarium non sit, vt vidimus in casibus occursis in hac nostra ciuitate, per quã inter eius ciues aliquando, & per eius casalia fuit frumẽtum distributum pro certo pretio,
14 vt ciuitas minus sit in damno, quod pariter dixit *Bart.* posse facere fiscum de suo frumẽto, & idem notauit *Affl. in cap. post natale an-*
15 *te num. 8. vers. & scias de pac tenen.* Possunt verò cogi ciues etiam vt vadant ad emendũ in partes longinquas, vt ibi per *Ioa. de Plat. Andr de Barul. Rebuf. & Omnes*, qui communi ore hæc omnia tradunt; fuitq. practicatũ pluries in nostra ciuitate, & præsertim tempore Præsidatus Comitis Mirandæ, & ex ea-
16 dem causa potest ciuitas capere animalia causa asportandi frumẽtum, sic naues, & alia, vt eleganter per *Bal. in l. iubemus nullam C. de sacros. eccl.*

17 Eodem tempore caristiæ ad hoc vt fiscus, aut ciuitas minus perdat, debet miscri frumentum vetus licet corruptum cũ nouo, vel vetus, & corruptum, per ciuitatem distribui, iux. *tex. notab. in l.* 1. *C. de cond. in publ horr. lib.* 10. *vbi Bart.* post *glos. notat:* cuius *tex.* dispositio deseruit ad multa, & signanter notetur, quando in Regijs triremibus necessitate suadente datur, vt aiunt, *la mazzamorra*
18 insimul *col biscotto.* Et licet *Ioa. de Plat.* dixit procedere hoc in his, quæ apparẽt, & possunt discerni, non autem in his, quæ non apparent, vt in curru fœni, & paleæ, qui allegat *tex. in l sacculariÿ. iuncta glo. 1. in fi ff de var. & extraord. crim.* Tamen dictum hoc non est tenendum, quia contra *tex.* & dicta per *DD. in d. l.* 1. dum *tex.* dicit, quod permittitur mixtio, vt veletur corruptum ab incorrupto; & propterea *Rebuff.* tenuit ibi esse speciale, & præsertim in militibus, ex rationibus, quas allegat, & Ego intelligo esse speciale in õnibus
19 casibus necessarijs authorit. *Ang.* ibidem ex quo ẽt *tex. Io. de Plat.* notat q; qui habet curam abundantiæ Ciuitatis debet inuigilare, ne nouum frumentum cõsumatur, dùm adest
20 vetus; nã ex inordinata administratione rerum Ciuitatis *Iura*, & *Doctor.* dixerunt, quòd vt plurimum ortum habent caristię, de quo *in l* 1. & ibi *Bart. ff de frument. Vrb. Constantinopol. lib.* 11. latè per *Bertach. in verb. caristia.*

21 Verùm hanc mixturam, de quo in *d. l.* 1. *de cond. in publ. hor.* non licet alijs priuatis facere, quia sunt ad malum, & in fraudem: ideoq;

alias

alias ordine Proregum practicatũ fuit merces corruptas proijcere,deperdere,ac publicè concremari, etiam quod non omnes ſint corruptę, ſed mixturatæ, vt alias factum eſt in frumẽto,in vino,in fructibus,& ſimilibus, de quo per *Par.de Put.in tract.find.in verb. Iudicis ſuprema poteſtas,Rip.in tract. de peſt. 3 par.nu.41.Angel.in ead. l.1. & in l.annonam ff de extraord.crim.* latiſſimè omnia cumulans *Auend.de exeq mand.cap.19. nu.30. lib.1.*vbi de cera,vino,& alijs mixturatis,de pictoribus,piſcatoribus,carnificibus, aromatarijs,lignorum venditoribus,tabernarijs,de aſſagio panis,diminutione, aut augmẽto ſecundum temporum varietatem, de recatterijs,de impoſturis,& omnibus materiã abundantię,ſeu graſſię concernentibus, qui legatur:nam ſunt curioſa pro his, quæ quotidie practicantur.

Quoniam verò ciuitas ad emptionem frumentorum ſolet deſtinare perſonas, in qua-
22 rum electione cõtrouerſiæ maximę oriri ſolent,inter nobiles,& populares, propterea eligit Prorex,quod diſponit *text.notab.in l.1.vbi bona gloſ.C.de frum.Alex lib.11.& ibi Ioa.de Plat.*qui in ſpecie loquitur de abundantia ciuitatis, dicẽs eſſe caſum ſpecialem, vt in hoc Decuriones non ſe intromittant poſt *Bart.verſ.2.prohibet,vbi Odoffred.* pariter declarat, quod fuit obſeruatum tempore prędicti Comitis Mirandę,qui pluries tranſmiſit Regios Miniſtros pro abundantia huius ciuitatis, & etiam alias deſtinauit perſonas,ſic pariter tempore Prędidatus Comitis
23 Oliuarię, & nouiſſimè tempore Comitis de Beneuento diſcuſſo negotio ſic fuit deciſum per Collaterale Conſilium,videlicet hoc ſpectare ad Proregem,non obſtante prętenſione Decurionum nobilium ciuitatis, & ratio eſt
24 quia ad Principem ſpectat habere curam vtilitatis populorum,& particulariter circa neceſſaria ad victum, & propterea ipſe ſtatuit Officiales,& Miniſtros, ad hoc dicit *Afflict.in d.cap.poſt natalem in 1.notab. per illum text. poſt Andr.* quod per prius decidit *text. in d.l.1. §. cura carnis ff. de offic. Præf. Vrb.* qui eſt *text.* factus ad hoc; hinc habent
25 ortũ Pragmaticę,& ordines,qui in dies fiũt, circa taxam pretij rerum ad abundantiam pertinentium,quodq. frumenta,& alia teneantur in publico ad vendendum, & quòd pretium ſemel impoſitum non poſſit alterari,
26 quę omnia tradunt *Doct. vbi ſupra*. Cęterũ conductores frumentorum, & aliorum pro abundantia ciuitatis, quomodo illa recipere habeant,& quomodo conſignare; habetur in *l.1.& per gl.in rub.C.de can frum.vrb.Rom.*
27 *lib.11.*Iis à Proregibus ſolẽt fieri guidatica, vt ex nulla cauſa poſſint moleſtari durante ſeruitio,quę practica ſumpta eſt ex *tex. in*
28 *l.1.C.de Nauicul. ſeu Nauil lib.11.* & quomodo infra tempus pręfixum pręſentare debent reſponſalia conductionis factę in *l.2.*
29 *eod.tit.*Qua verò pœna puniantur conducentes frumentum ciuitatis in ſuis Nauibus, dũ eas onerãt alijs priuatis mercibus; videatur ad hoc *tex.elegans in l.vnica C.ne quid oner. publ.impon.lib.11.*ſicut dicimus in Regijs triremibus, quę mercibus particularium one-
30 rari non debent, & qua pęna puniantur onerantes ponit *tex.in cap.Regn.incip.Prædicti admirati,in titul. de non oner. gal. victu. & alijs*,& videatur pulcher *text.in l. frumenta, C.de ſuſcep.& præpoſit lib.10.*cuius infraſcripta ſunt verba.

Frumenta, quæ in horreis inferuntur pro illationis modo, illicò apocarum cautionibus adnotentur, non autem oportet in horreis fiſcalibus, niſi fiſcalia frumenta conſtitui, quod notetur pro panatica,alijsq; mouitionibus Regiarum triremium,& Caſtrorum.

SVMMARIVM.

1 *Annonæ cura, ac circa eam poteſtas omnis Ciuitatis Decurionibus ex Capitulis Ladiſlai,& Federici demandata; declaratur num.15.*

2 *Decuriones ciuitatis ex dignioribus,ac ditioribus eligendi.*

3 *Et munus ad quod eliguntur abſque pœna recuſare non poſſunt.*

4 *Niſi illud recuſent, ratione nobilitatis prætenſæ,& hic vt plurimum ſecundum perſonarum qualitatem exercere compelluntur cum clauſula citra præiudicium nobilitatis,quantum officium eſt populare, & non aliter.*

5 *Conſuetudo,vt Decuriones,vel alij Officiales præſentes eligant ſucceſſores,non confirmata Superioris authoritate, vel ab vniuerſitate inualida.*

6 *Cõtraria Scipionis Rouiti opinio repellitur, eiusq; locis reſpondetur.*

7 *Eligens, & nominans differunt, iterum num.9.*

8 *Iura, quæ obſtringunt nominationem pro ſucceſſore ab eo nominato, quomodo accipienda.*

9 *Bartoli doctrina in l.vnum ex familia §. ſi de falcidia ff.de leg.2.expenditur.*

10 *Nominans aliquem in officio, quod ex ſola nominatione confertur, pro eo tenetur.*

11 *Decuriones poſſunt in officio confirmari,omnibus conſentientibus, ſecus vno diſſentiente.*

12 Pro-

12 *Prorex ex causa confirmat Electum Popularem in officio, vltra tempus statutum,cũ non agnoscit alios: tam idoneos pro vtilitate Reipublicæ.*

13 *Decuriones eligi nequeunt Ciuitatis debitores.*

14 *Capitulum Regis Ferdinandi de ijs,quæ Ciuitatis Decuriones iustè ordinant,pro Annonæ beneficio.*

16 *Ius superioritatis nunquam censetur concessum,vel à Principe abdicatum,num.*18.21. *&*23.

17 *Collegia artium,& si proprios Iudices habeant,tamen possunt conueniri coram põtate.*

19 *Iurisdictio concessa alicui de causarum certo genere, non derogat vniuersali iurisdictioni potestatis.*

20 *Cumulatiuè in dubio concessa intelligitur.*

22 *Princeps potest inferiorum,tum singulariũ, tùm Ciuitatum supprimere iurisdictionem.*

24 *Prorex iustè delegat causas pertinentes ad S. Cons. R.C.vel M.C.ex earum qualitate, ac circumstantijs.*

25 *Capitula Ciuitatis prædictæ eiusmodi delegationibus minimè contraria.*

26 *Decuriones Ciuitatis frumentum,aut aliam speciem minuere,pecuniam sub vsuris accipere nequeunt sine assensu Proregis.*

27 *Ius superioritatis non censetur reseruatum, quò ad ius honestatis, quod ab omni iure superioritatis intelligitur exceptum.*

28 *Vasallorum vxores inuitatę à Dominis suis, vel à Principe ad Tripudia ire non tenentur secus si ad associandum consortem.*

ARGVMENTVM.

De potestate Decurionum pro Ciuitatis Annona, eorum electione, confirmatione, vel nominatione ex consuetudine ab alijs Decurionibus facienda. Capitula Regis Ladislai, & Federici, hanc ijs potestatem conferentia Proregis potestatem minime derogare,eorumq. interpretatio.

§. 1.

1 IVic Proregis potestati circa annonam, ac vbertatem non derogant *Capitula Regis Ladislai, & Federici,* quibus omnis potestas circa abundantiã Decurionibus, siue Electis Ciuitatis fuit demandata,quoniam ijs conceditur,tãquam Regijs Officialibus ab ipso electis pro curanda ciuitatis abundantia,vt infra ostendam, ideoq; Rex non abdicauit à se potestatem, quam habet ex iure superioritatis Regiæ potestati annexæ,quòd in omni concessione sẽper censetur exceptum, antequam verò id ostẽdam. Aliquot de Decurionibus,eorum q. electione,confirmatione,ac potestate circa abundantiam ciuitatis breuissimè attingere non existimaui inutile; sunt ciuitatis Decu-
2 riones eligendi ex dignioribus,ac ditioribus *l.ad subeunda C.de Decur.lib.*10. *in l. honor §.de honor.ff.de muner.& honor.Andr.in cap.*1.*de pac.iuram.firm.* & ne sim defraudator aliorum laborum, videatur ad hoc *Ioan. Paul.Mont super pragmatica de administr. vniuers.nu.*325. qui multa cumulat: & non
3 debent recusare seruitium, alias puniuntur in *l si quis Magistratus eod.tit.vbi bona glos. bon.text.in l.vnica C.si curiales relicta ciuitate lib.*10. *latissimè per Auend. de exequen. mand.lib.*1. *cap.*19. *num.*17. *&* 24. Quod si
4 quis recusat popularium officium exercere; quia prętendit nobilitatem, potest compelli cum clausula,citra præiudicium prætensæ nobilitatis: vt pluries fuit practicatum in electione, maximè Magistrorum Diuæ Mariæ Annuntiatæ,de quo est *text.in l.*1.*iunct.glos. in rub.de his,qui sponte publ.mun.sub.lib.*10.
5 Et quomodo, & quando ex consuetudine tamen in plerisq. Regni partibus Decuriones, & Officiales præsentes eligunt futuros successores ea an valida sit: vide eleganter per *Auend.vbi supra num.*23. *& D. de Franch. in decis.*210. qui reprobant consuetudinem, & sic decisum,quãdo non confirmatur à Con-
6 silio,seu Vniuersitate:& licet *Scipio Rouitus* doctissimus, & morigeratus Aduocatus dubitauerit super *Pragmatica de administ.rer. vniuers.* vera est decisio Sacr. Consil. Iura enim quæ allegat, loquuntur in simplici nominante,seu potestatẽ nominationis habẽte, vel in nominante successorem, & maxima
7 est differentia inter nominantem, & eligentem secundum *glos.in l.*2. *C.de peric. nomin. lib.*11.*Bald in l ad scribatum C.de appell.&*
8 *ibi Salic.* nec refert, quod nominator teneatur pro successore ab eo nominato; nam intelligentur iura illa,quando nominatus, fuit confirmatus à Consilio,seu Vniuersitate sub fide,& approbatione nominantis: quo casu, quid mirum, quod nominans pro eo tenebi-
9 tur. Decisio verò *Bart.* quam allegat in *l.vnum ex familia, §.si de falcidia de leg.*2. hoc decidit,dum *Bart.*dicit, quòd si adunantia generalis eligit illum quem priores nominauerunt,certè electus videtur ab adunantia specialiter nominatus: ergo qui nominat,nõ eli-

eligit, & aliud eſt nominare, & aliud eligere; vnde *Pragmatica* quæ loquitur de electione, nó recipiet intellectũ à iuriſ-us loquentibus in nominatione, & quod ponderatur ex deciſione *Bart.* quod cum videatur vniuerſitas eligere, licet alius nominet, quod propterea non deberet ad aliquid teneri nominans, non concludit articulum: ſi eligentes ſequuti fuerunt fidem nominantis, & confiſi in approbatione illius nominatum ab eo elegerunt; ſi-
10 cut quando quis nomidat alium in officio, q̃ confertur ex ſola nominatione; nam ſemper pro eo tenebitur, iuxta *text. in l. exactores C. de ſuſcept. & exact. lib.* 10. quia datur officiũ vigore approbationis; ſic quando Conſilium, aut Vniuerſitas eligit nominatũ ab alio confiſa in approbatione illius, propter quod iure illi tenetur.

11 Et multoties Proreges confirmant Electos populares in ipſorum officijs, licet ſit lapſum
12 tempus conſtitutum, & alius debeat eligi, de quo magnæ querimoniæ ſolent eſſe aliorum idem officium prætendentium; ſed hoc iuſtè fit per Principem, dum alios non cognoſcit ad hoc habiles iuxta diſpoſita in *tex. in l. honor §. fin ff de muner. & honor.* Benè aduer-
13 tendum eſt in electione talium Decurionum, quòd non ſint ciuitatis debitores, iuxta *text. in l. 1. C. de debit. ciuit. lib.* 11. in quo ſunt editæ Regiæ Pragmaticæ.

Item aduertatur in materia abundantiæ
14 Decurionibus commiſſæ, quòd per *Regem Ferdinandum Primum* fuit conceſſum ciuitati infraſcriptum *capit. nu* 40. *fol.* 18.

Item, che nullo Dohaniero, ouero Gabelloto habbia da impedir' quello, che per li Eletti della Città ſarà ordinato in beneficio, e graſſa della detta Città giuſto, honeſto, e conſueto. Placet Regiæ Maieſtati. Quod *Capitulum* ponderetur pro differentijs in dies occurrentibus cum Arrendatoribus, ſeu Affictatoribus horreorum, ſeu magazenorum vinorum à Regia Curia circa comeſtibilia, quæ in illis venduntur in maxima quantitate, & ſic in alijs abundantiam concernentibus.

15 Licet igitur per prędicta *Capitula* ſit conceſſa, & demandata hæc cura abundantiæ Decurionibus: tamen ex eiſdẽmet *Capitulis* apparet, quod hoc eſt vigore poteſtatis conceſſæ eiſdem, quos Rex eligit, vti ſuos Officiales ad hæc exercenda, vt in ſpecie in ipſis dicitur, & ſignanter in priuilegio *Ladiſlai*, ibi: *De veſtra ſufficientia, integritate, fide, & legalitate confiſi vos Officiales ſex nuncupamus in dicta Ciuitate Neapol. à die primo menſis Martij huius anni 5. indict. in antea vſque ad noſtrum, & dictæ Ciuitatis beneplacitum, ad nominationem Ciuitatis eiuſdem duximus tenore preſentium de certa noſtra ſcientia confirmandos, ac etiam ſtatuendos, committentes, & mandantes &c.* Et in ſententia lata per *Regem Federicum* 12. *Iulij anno* 1498. in qua in *primo capite* videtur mandari idem, quod per *Regem Ladiſlaum*, in vltimo verò ipſius capite dicitur: *Reſeruata etiam nobis declaratione, & interpretatione ſuper dubijs quibuſcumque, necnon ſi aliquid irrationabile ſeu iniuſtum tractari, & ordinari, ſeu decerni, & exequi contigerit, quod non credimus, & pars grauata, vt conueniens eſt ad Maieſtatem noſtram recurrere poſſit.*

Ex quibus apparet non eſſe excluſum ius ſuperioritatis, ſi Princeps vult prouidere in caſibus occurrentibus ex ſua ſuprema poteſtate, quę rectæ gubernationi Reipublicæ ſibi expedire videbuntur, licet fecerit Iudices, & ſuos Officiales in hoc electos, ſeu Decurio
16 nes ciuitatis: nam hoc ius ſuperioritatis nũquam intelligitur conceſſum, nec à Principe abdicatum, vt notabiliter tradit *Bal. in l. fin.*
17 *C. de iuriſdict. omn. iud. num.* 4. vbi etſi Collegia artium habeant proprios Iudices: tamen non per hoc non poſſunt conueniri ſub poteſtate: bona deciſio *Butr. in cap. cum contingat nu.* 10. *de for. comp* tradens, quòd vbi per priuilegium tribuatur alicui iuriſdictio non intelligitur excluſa iuriſdictio ſuperioris vniuerſalis, niſi ſpecificè hoc ſit dictum, & quæ
18 ſunt de ſuprema poteſtate, nunquam intelliguntur conceſſa, vt per eumdem *Butr. vbi ſupra poſt num* 17. *verſ. dic, quædam ſunt meri imperij*, ex reg. *tex. in cap. quod tranſlationem de offic. legat.* vbi eſt ſua materia, communis
19 deciſio *Bar in l. 1. C. de offic. Præfect. Vrb.* tradens per illum *text.* quod licet in ciuitate fiat vnus Officialis ſuper damnis datis, vel ſuper abundantia: non tamen propter hoc tollitur iuriſdictio, quàm habet poteſtas, qui habet vniuerſalem iuriſdictionem, quod dicit eſſe notandum, mentiq; tenendum, quæ deciſio eſt punctualis ad caſum, & ibi vide bonam *Additionem*, quę deciſiones cumulat, & communem dicit eſſe *Aret. in l. quod in rerum §. ſi quis poteſt. de leg.* 1. vbi latiſſimè *Iaſ.* tracẽs
20 communem eſſe concluſionem, iuriſdictionẽ ſemper intelligi cumulatiuè conceſſam: bona *deciſ. Grammat.* 30. cumulant deciſiones *Surd. conſ.* 152. *volu.* 2. & *Menoch. conſil.* 604. *volum* 8. hinc *Bald. in l. qui ſe patris C. vnde liber. num.* 34. *verſ. item in conceſſis*,
21 tradidit notabiliter, quòd in iuriſdictionalibus ſemper intelligitur reſeruata authoritas Superioris, cum in eo reſideat ſuprema pote-
22 ſtas inſeparabilis: vnde poteſt iuriſdictionẽ ſupprimere aliorum, non ſolum ſingularium perſonarum, ſed etiam ciuitatum: quem alle-

gat

gat *Bellug.in ſuo Spec.de iuriſd.rubr.22. §. & quia quotidiana num.*31.dicens, quod de hoc dicto faciunt magnum feſtum Conſiliarij Regij,qui ſciunt de patrimonialibus Prin
23 cipis:& idem *Bal.in ſuo ſolemni,& vulgato conſilio 326.vol.1. incip. Rex Romanorum* dixit *in fine*, quod ſi Papa commiſit iuriſdictionem alicui:nihilominus retinet ſibi eandem, & maiorem, quæ eleganter diſcurrit *Bellug. vbi ſupra num.*55.de quo latè ad ſaturitatem per *Grammatic. in ſuo vot.*28.
24 Quæ quotidie videmus fieri per Proreges in cauſis,& negotijs ſpectantibus ad Sacrum Conſilium, Regiam Cameram Summariæ, vel Magnam Curiam Vicariæ delegando eas, & tollendo ab ordinarijs Iudicibus,quando qualitas cauſæ,illiuſq. circumſtantiæ hoc ſuadent,vt per *Auenda.de exeq. mandat. Reg. in tit.*19. Et Ego addo,quòd non tantum,quando ſuadent,ſed compellũt pro neceſſaria, & recta iuſtitiæ adminiſtratione, ſeu pro publica vtilitate, & non aliter, de quo latius tractabimus inferius,
25 & *capitula* prædictæ Ciuitatis hanc ſemper habuerunt interpretationem, & ſic practicata fuerunt,quæ ſunt extra omnem dubitationem, quando iuriſdictio eſt conceſſa in officium,non autem in feudum,aut aliter in dominium,vt infra dicemus,in materia Baronum,& fundatum eſt,Decuriones adminiſtrare omnia,vti Regios Miniſtros.
26 Hinc quia tanquam Officiales explicant Decuriones, non poterunt abſque Regis aſſenſu mutuare frumentum, oleum, & quicquid aliud pro abundantia Ciuitatis reſeruatum,iuxta diſpoſita per *text.in l.1.&2.C. de his,quæ ex publ collat.lib.*10.nec accipere pecuniã adintereſſe, nec aliud ſimile facere ad *tex.in l.1.C de præd decur.lib.*10.
27 Quod autem diximus: ius ſuperioritatis reſeruatum ſemper cenſeri, ſingulariter eſt declarandum,vt non obtineat,quo ad ius honeſtatis. Hoc enim à quolibet iure ſuperioritatis exceptum intelligitur,vt tradit *Bal. in l.quod ex liberta C.de oper.libert.* ex quo
28 notab. infert, quod cauſa vitandæ ſuſpitionis ſubditæ inuitatæ à Dominis ſuis ad tripudia non tenentur ire,quod clarius firmauit *Lauden.in tractat. de Principe queſt.*16. loquens in principe,concludẽs;quod ſi Princeps inuitat dominas ſubditorum ad tripudia non tenentur ire,ſi tamen inuitaret cauſa aſſociandi conſortem,tenentur ire, quia ceſſat cauſa inhoneſtatis, quæ ſunt menti tenenda,tanquam in dies occurrentia, pro honeſtate conſeruanda, quæ hodie non modicum iacturæ periculum patitur.

SVMMARIVM.

1 *Prorex cum voto Collateralis penuriæ tẽpore eÿcit exteros à Ciuitate,eosq.ad proprias remittit,idq.practicatum nu.6.& num.*15.
2 *Octauiani tempore venales ſerui,famuli, ac ipſius familiares ob penuriam à Ciuitate electi.*
3 *Dominus poteſt ex cauſa exteros omnes à ſua terra eÿcere.*
4 *Princeps iure probibet ingreſſũ multitudini,vel alienigenis in Regnum.*
5 *Princeps poteſt cogere incolas vnius loci, vt habitent in alio,ne deſeratur.*
7 *Functiones fiſcales, collectarum loco impoſitæ.*
8 *Ciuis non poteſt à ſua Ciuitate recedere, & aliò ad habitanaum ſe conferre.*
9 *Niſi à Ciuitate ſit licentiatus.*
10 *Domicilium amittitur,cum habitatio eſt interdicta.*
11 *Domicilium vnum altero principalius quis haberi poteſt.*
12 *Domicilÿ onera in principaliori loco ſuſtinenda, in æqualibus verò diuidenda.*
13 *Domicilium originis tanquàm naturale,& immutabile cæteris potentius.*
14 *Domicilÿ forum triplici modo acquiri poteſt.*
16 *Conſuetudo qualem habent Domini Lombardiæ conſtituendi exploratores,ad quem finem forenſes,eorum Ciuitates ingrediantur iuſta.*
17 *Ciuitas nimiæ magnitudinis cuſtodiri facile non poteſt.*
18 *Prohibitio Philippi II.ædificandi in diſtrictu Ciuitatis & intra Ciuitatem per certum ſpatium,qua ratione facta.*
19 *Prohibitio ædificandi non obtinet in refectione iuxta declarationem Collateralis.*
20 *Niſi ædificia reficiẽda eſſent funditus deſtructa.*
21 *Reficere non eſſe de nuouo facere quomodo accipiendum remiſſiuè*
22 *Dubitatio cõtra Collateralis declarationem, vt refectio non includatur ſub ædificandi prohibitione.*
23 *Reficere largo modo,& impropriè,eſt de nouo facere.*

De poteſtate Proregis vrgente Annona eijciendi aduenas à Ciuitate,eosq; ad proprias Patrias remittẽdi.Regis prohibitio ædificãdi in Ciuitate,eiusq; ſuburbijs.Qua ratione ea nitatur.An in refectione obtineat. Collateralis Conſilij declaratio examinatur.

§. II.

QVod ſi Annona adeò vrgeat, vt frumenti copia tam magno ciuitatis populo vix ſufficiat; nec poſſit ciuitas aduenas ex omnibus Regni partibus ad eam confluentes alere. Prorex cum Collaterali Conſilio exteros à
1 ciuitate expellere poteſt, atq; iubere, vt ſinguli in ſuas ciuitates reuertantur: ita & Regiæ Curiæ conſulitur, ne functiones fiſcales minuantur, & ciuitati ne æs alienum, quo maximè præmitur in dies augeatur, quod potiſſimè ab abuſu emendi frumentum carius, ac præſtãdi vilius ortum habuit, quod eleganter cautum eſt in *l. j. C. de priuil. corp. vrb. Rom.* ibi: *cura aũt Rectorum Prouinciæ corporatum Vrbis Romæ, qui in peregrina tranſgreſſi ſunt redire cogantur, vt ſeruire poſſint functionibus, quas impoſuit antiqua*
2 *ſolemnitas*: Non eſt hæc noua prouiſio, ſed alias facta, & legimus etiam hoc ſtatutum tempore Octauiani, vt ex cauſa famis non ſolum exteri, ſed etiam ſerui venales, famuli & domeſtici eiuſdem Imperatoris à ciuitate fuerint electi.

Sic Dominus vt infra dicemus ex cauſa poteſt ex ſua terra exteros omnes eijcere,
3 ſecundum deciſionem ſingularem *Bal. in c. 1. §. Dominus de for. fidel. cum alijs ibi congeſtis, & text. notabil. in l. mercatores C. de commer. & mercat.* ibi, *ne alieni Regni, quod non conuenit ſcrutentur arcana*, & poteſt denigrari puritas, & ſinceritas fidei Regnicolarum, & natio prouocat, & deterret, vt eleganter hæc omnia habentur per *And.*
4 *in cap. Imperialem in 1. add. poſt n. 7. col. 3. idemq; tradidit idem Andr. in rub. quæ ſint reg. in fin.* vbi notanter dixit, quod ex cauſa poteſt Princeps per viam publicam prohibere ingreſſum, vel meatum, puta multitudini, vel exercitui, vt per Regnum ſuum non tranſeat timendo inuaſiones terrarum ſuarum, vel alias inuaſiones, & pericula; item poteſt prohibere ex cauſa, ne detegantur ſecreta Regni, vel alia ſimilia, vt ſi nolet alienigenas, & exteros in Regno ſuo conuerſari, ne animos ſubditorum inficiant, quæ omnia ſunt ſolemnia in materia ſtatus: vnde redeũdo ad propoſitum multo magis poteſt mandare, & eius vaſalli, qui ad alienas terras ſe contulerunt, & proprias patrias reliquerunt quaſi inhabitatas, ad illas denique redeant, vt ibi ſolita munera ſubeant: nam
5 ſicut cauſa habitationis terrarum põt mandare, & capere perſonas ex certis locis, vt alia inhabitentur, iuxta tradita per *DD.* cõmuniter in *l. 4. C. de iu. fiſc. lib.* 10. multò magis poteſt ex eadem cauſa mãdare, vt ciues
6 ad ſuas patrias redeant, & in ſpecie fuit ſtatutum tempore Præſidatus Comitis Mirandæ, vrgente maxima cariſtia.

7 Cumq; functiones fiſcales ſint loco collectarum impoſitæ, vt declarat latius *Affl. in verb. & plauſtrorum, quæ ſint regalia, Capy. in nouiſſ. in verb. collectis car.* 118. & pro eis ſoluendis Terræ, & Ciuitates ponunt collectas, & gabellas inter ciues, propterea non
8 poteſt quis recedere, & ire alio ad habitandum, ſecundum *Bar. in l. incola ff. ad municipal. Mart. Laud. in tract. de fiſc. q. 50.* vnde iuſtiſſimus fuit ordo, vt vnuſquiſq; ad ſuam redeat patriam, quod limitabitur; ſi ciuis eſ-
9 ſet licentiatus à ciuitate, vel patria ſua; nam tunc non habetur amplius pro ciue, nõ dicitur de corpore ciuitatis, nec ſub eius protectione, ob quod non gaudebit priuilegijs loci: bona deciſ. *Bald. in auth. omnino C. ne vx. pro mar. nu.* 22. ſicut non dicitur habe-
10 re quis domicilium vbi fuerit habitatio interdicta *l. nihil vbi glo. ff. ad municip.* & ſic limitatur reg. *text. in l. aſſumptio § fin. ff. ad municipal. & in l. labeo eod. tit.* vbi ſtatuitur, quem habere domicilium in pluribus locis,
11 & etiam habere vnum principalius altero, dixit *Innoc. in cap. omnes Principes de maio.*
12 *& obed.* & propterea ibi onera ſoluere, quem allegat, & ſequitur *Bart. in d. l. aſſumptio §. fin.* Secus verò, ſi æquale eſſet: nam tunc diuiderentur munera ſecundum *Innoc.* quod probant iura ſupra allegata: verum ſemper eſt potentius domicilium originis, & illud
13 præfertur, iuxta *tex. in l. libertus §. præſcriptio ff. ad municip. in l. & qui originem ff. de muner. & honor. gloſ. in l. 1. C. de municip. & orig. lib.* 10. Nam tale domicilium dicitur naturale, & principale, *Dec. in cõſ.* 282. *Surd. in conſ.* 245. quod mutari non poteſt, quantumcumque alibi conſtituatur, quod ſecus eſt in domicilio incolatus, ſecundum *Bart. in d. l. aſſumptio in princ.* latius *Surd. vbi ſupra*, qui cumulat omnes, & ad ſaturitatem, per *Soccin. in cap. fin. de for. competen.*
14 vbi quod tripliciter poteſt quis ſortiri forum domicilij, naturaliter, ratione originis, accidentaliter, vbi quis illud conſtituere deſtinauerit, & commune, vt Romæ, ſeu vbi ſedes Apoſtolica, & Romana Curia reſederit, quæ notantur, quia poſſunt deſer-
15 uire ad multa: At redeundo ad neceſſitates noſtræ ciuitatis, hæc prouiſio, vt vnuſquiſq; ad ſuam redeat patriam iuſta fuit: nã verè Regnum depopulatur, fiſcus damnificatur ex impotentia terrarũ, quæ ex defectu

ha-

habitantium non poſſunt debitas functiones ſoluere,& ciuitas deſtruitur funditus,& tantis habitatoribus plena non poteſt ſuſtineri, pro quo etiam eſt elegans *text.in auth. de queſt.per tot.*& prę cipuè ibi,*inuenimus enim quia paulatim Prouincia quidem ſuis habitatoribus ſpoliantur:* magna verò hæc ciuitas noſtra populoſa eſt turbis diuerſorum hominum, maximè agricolarum ſuas culturas, & ciuitates relinquentium &c. Ob quod mandantur omnes ad proprias patrias eſſe redigendos. Hinc *Ang in eod.tit.de quæſt.* dixit nota *text.* pro conſuetudine Dominorum
16 Lombardiæ, qui habent in eorum ciuitatibus exploratores forenſium, qui veniunt ad ipſorum ciuitates,& ſcire volunt,ad quam cauſam veniunt,& videatur *tex.notabil.in l.2.C.de off.præf.prat.Afric.in verb. interea,*
17 dicit enim Imperator: *Interea verò ſi aliquas ciuitates, ſeu caſtella per limites conſtituta prouiderit tua magnitudo nimiæ eſſe magnitudinis,& propter hoc non bene poſſe cuſtodiri ad talem modum ea conſtrui diſponat, vt poſſit per paucos benè ſeruari*, qui *tex.* notetur: nam deſeruiet ad multa, & eſt elegans in materia fortificationis, & cuſtodiæ locorum ab incurſu inimicorum,qui ordines licet facti fuiſſent, etiam cœptum exequi tempore prædicti Comitis Mirandæ digniſſimi, & memorandi Proregis, integerrimi,vigilantiſſimi,expertiſſimi, ac chriſtianiſſimi:tamen ſuccedente demum anni fertilitate fuit in hoc ſuperſeſſum.
18 Hinc ſereniſſimus,& ætern.mem.Rex Philippus II.primus inter omnes mundi Gubernatores, qui à ſæculo fuerunt, hæc omnia agnoſcens, & conſiderans mãdauit fieri prohibitiones fabricandi in diſtrictu ciuitatis,& intra ciuitatem per ſpatium certum ſub colore,quod damnum afferebatur fortificationi ciuitatis,ſed verè cauſa fuit, ne habitatio multiplicaretur, & ciuitas quotidie magis impotens redderetur in alimentatione ſuorum ciuium,& aliorum in eam à toto Regno confluentium,& habitantium; vt in ſpecie declaratum fuit per eandem Catholicam Maieſtatem Philippi II. ſuper conſultatione eidem facta per Collaterale Conſilium in fauorem Ducis Seminariæ nobiliſſimi viri, integerrimi,maximiq; Patritij, qui ob ſuas virtutes, bonitatem, ac integritatẽ creatus fuit vnus ex Conſiliarijs ſtatus, ſeu Collateralis Conſilij,prædictus enim Dux fabricare volebat in quodam eius Territorio ſito intus ciuitatem,ſed comprehenſo in prohibitione,& dum Collaterale conſuluit,quod non damnificabat fortificationem; Rex reſpondit,quod illa cauſa fuit ſimulata, ſed vera cauſa fuit ad reprimendam multiplicationem habitationum,& noluit tunc Rex gratiam Duci facere,quam poſtea obtinuit à ſereniſſimo noſtro Rege Philippo III.
19 Verum hæc prohibitio fuit limitata per interpretationem Collateralis Conſilij in refectione,vt etſi quis non poſſit ædificare, poſſit benè reficere: cum alind ſit facere de nouo,& aliud reficere dixit *Iureconſ.in l.3.§. reficere ff.de itin.act.priu.* probat *tex.l.1.§.ſi quis ædificium ff.de oper.nou.nunc.cap.conſuluit ext.de Iude.* vbi eſt caſus *glo.in cap. Iudai eod.tit.& vtrobique DD.* ob quod multi in cauſam refectionis licentiam ædificandi petierunt,fuitq. conceſſa à Proregibus; Non
20 tamen ijs,qui ędificia habebant funditus diruta,ſeu deſtructa;nam tunc eſſet de nouo facere,ex reg.*tex.in l.quid tamen §.1. & §.in nouis ff quib.mod.vſufr.amit latè laſ.in d.§. ſi quis ædificium, Regens Lanar. in conſil.2.*
21 *nu.9.*Quę quomodo intelligantur,& quomodo procedant, habetur latiſſimè per *Alber. Brun.in tract.de refect.4 concl.nu.15.cum*
22 *ſeq in 17.vol.tract.*ſed ſemper Ego dubitaui quia vt habetur per eumdem *Alber.vbi ſupra in 6.concl nu.67.* vbi militat eadem ratio prohibitionis in refectione, quæ in noua ædificatione,tunc diſpoſitum in vno habet locum in alio: vnde cum ratio prohibitionis fuit,ne ciuitas magis populetur,& nouis habitatoribus repleatur, vel ne ędificia fortificationi ſint in damno, quæ omnia militant, tam in refectione, quam in noua ædificatione:propterea vt dixi,ſemper dubitaui, quod licentiæ prædictæ ſint contra banna, & con-
23 tra Regios ordines,quia etſi reficere, non ſit propriè de nouo facere, tamen largo modo, & impropriè dicitur nouum ædificium, vt p *Bar.in d.§.ſi quis ædificium glo.in l.pen. ff.de mort.infer.& latius idem Bar.in l. de pupillo §.ſi quis riuos eod.tit.de oper.nou.nunc.* & ſic militante eadem ratione fundata in publica vtilitate non dicitur ſtatutum extendi, ſed ex mente comprehenſiua comprehendere etiam refectionem, & nouam ædificationem, quæ cum non dicatur extenſio, ſed comprehenſio habet locum in ſtatutis,& in omnibus alijs exorbitantibus,vt alias pluries diximus quæ ſufficit nunc attigiſſe,vt locus remaneat cogitationi.

SVMMARIVM.

1 *Banna prohibẽtia ædificare in Burgis,aliisq. ciuitatis locis pluraq. ſingula recenſentur.*
2 *Factum contra legem, vel ſtatutum pœnale an ſit nullum,& ad priſtinum reducẽdum, remiſſiuè.*

3 *Non eſt ad priſtinum reducendum, cum cõ-ſtat de prohibentis Voluntate.*
4 *Nullitas actus geſti contra prohibitionem legis, quando dicatur pœna.*
5 *Non eſt pœna naturaliter ſecundum Bal.*
6 *Niſi ex actus nullitate, ius alteri quæſitum tollatur, & aliquod abſit ab eo.*
7 *Pœna propriè dicitur læſio, quæ punit, & vindicat.*
8 *Mulier portans veſtes contra Proregis prohibitionem propriè delictum committit aduerſus Bal.*
9 *Indultum generalem comprehendere ædificantes contra Regiam prohibitionem, ijſq. prodeſſe concluditur.*
10 *Verbum* quicumq. *nullam recipit reſtrictionem.*
11 *Legis declaratio eſſe debet circa circumſtantias, non principalem diſpoſitionem, quaq. cum eius verbis ſe compatiatur.*
12 *Gratiæ conceſſæ non alterantur ex declarationibus ſequentibus quæ verbis gratiarum contradicunt, easq. reuocant.*
13 *Declaratio ſupremi Italiæ Conſilij contra eos, qui ædificauerũt in locis prohibitis ante indultum in dubiũ reuocatur, nec exequutioni demandanda ex multis, & nu. 19. Cõtraria proponuntur, & remouentur nu. 20 25. 26. & ſeq.*
14 *Reſcriptum Principis, quod repugnat legis diſpoſitioni, & iuri alteri quæſitum non eſt exequendum, ſed Principi reſcribẽdum.*
15 *Iudices reſcribendo, & conſulendo, Principi deſeruiunt.*
16 *Princeps non poteſt declarare non fuiſſe ſuæ intentionis, quod verbis legis contradicit, & tertio præiudicium affert.*
17 *Appellatio, & recurſus ad Superiorem admittitur, cum lex, vel ſtatutum eſt contra certum genus perſonarum, licet verbis generalibus conceptum.*
18 *A ſentẽtia quę profertur ad alterius conſultationem poteſt appellari.*
21 *Aedificare contra legis prohibitionem, delictum eſt continens factum continuum, ac permanens, legem ſemper offendens.*
22 *Incontinenti vis dicitur propulſari, cum eſt continuata, ac permanens.*
23 *Statutum prohibens mulieres deferre perlas, vel certa genera veſtium, non includit perlas falſas vel veſtes fictas.*
24 *Prohiberi tamen debet earum pariter delatio quia infeſtant oculos videntium.*
27 *Cauſa reducta ad non cauſam, res in priſtinam reuertitur naturam.*

ARGVMENTVM.

Ædificantes contra Regis prohibitionem: An ſub indultu generali concludantur. Pęnaq. ex mantur debita; ob ædificia ante indultum extructa. Supremi Italiæ Conſilij contra eos Decretum pro exactione pœnæ. In dubium reuocatur, ne exequutioni mandetur ex multis, omniaq. aduerſantia remouentur.

§. III.

DVbitari verò contingit. An ſub indultu generali, quo remiſſa ſunt omnia genera pęnarum; concludantur ædificantes in diſtrictu ciuitatis, alijsq. locis contra bannorum prohibitionem, vel pœna in ijs diffinita ab ædificantibus ante indultum exigi poſſit: eiuſmodi prohibitionis plura ſunt banna, quæ in primis recenſere opor-
1 tet *Bannum Ducis de Alcalà in anno* 1566. per quod prohibetur ædificare in burghis, & alijs partibus ſub pœna duc. 1000.

In anno 1581. Rex mãdat obſeruationem bannorum ſuper hoc factorum cum expreſſa declaratione, quod non poſſit illis Prorex diſpenſare, ſed reſeruatum ſit hoc Regi, & quo ad ædificia ſubnectit hæc verba.

Con eſpreſſa preuention que ſi en algun tiẽpo fuere neceſſario deribarſe lo que ſe hallare edificado contra los dichos bannos, y prohibitiones, ſe allanera, ſin que por ello ſe deua nada à los duones de las caſas.

Et reſpectu burgorum dixit expreſsè, *que de à qui adelante no ſe edifique en los burgos, ne fuera de la dicha Ciudad.*

Et quia per Commendatorem maiorem fuerunt vigore prædicti ordinis *banna* renouata *in anno* 1582. *de menſe Aprilis* cum exceptione ædificiorum conſtructorum, aut inceptorum, aliorumq. territoriorũ cenſuatorum, quod ſua Maieſtas non approbauit reſpectu ædificiorum inceptorum, & territoriorum ad cenſum conceſſorum, ſed mandauit, quod ſtarent in ſtatu, in quo reperiebantur, vt per *literas de menſe Iulij eiuſdem anni* 1582. *& alias de eodem anno de menſe Septẽbris* mandauit Regia Maieſtas, vt nouum fieret bannum, iuxta prædictas ordinationes, propterea tempore *Ducis Oſſunæ in anno* 1583. fuerunt hæc omnia inſerta, & factum nouum bannum cum declaratione, quod ædificia cœpta remaneant in ſtatu, quo reperiũtur, & ſic fuit exequutum apponens pœnam duc. 1000. contrauenienti.

Tem-

Tempore demum *Comitis Oliuariæ de mense Octobris anni* 1595. fit nouum bãnum cum assertione contrauentionis bannorum circa hoc per prius factorum, quia multi ędificauerunt, & ædificabant, & per hoc bannum renouantur banna facta cum prohibitione expressa ædificandi, & non continuandi ædificia incœpta contra formam bannorum cum pœna contrafacientibus demolitionis ædificiorum factorum, & duc. 1000. vltra alias reseruatas arbitrio Proregis, etiam corporales.

Ita quòd ex prædictis apparet manifestè non solùm ex bannis antiquis ædificia constructa contra prohibitionem non esse demolienda, sed quæ cæpta erant, mãdatum est debere remanere in eodem statu, vt iam remãserunt, & nullo modo nec finita, nec cępta fuerunt demolita: vnde non cadit articulus
2 disputatus tàm variè per *Doctor.* si factum contra legis, aut statuti prohibitionem debet destrui, annullari, & in pristinum reduci, quando alia pœna est apposita ex *reg. tex. in l. nemo martyres C. de sacrosanct. eccl. in l. non dubium C. de leg. & vtrobique DD. melior text. ad casum in l. prætor ait, & in §. 1. ff. de oper. nou. nunc.* vbi ædificans contra edictum Prætoris tenetur ad demoliendum, & reducendũ omnia in pristinũ, vbi *Odoffr.* declarat, & la-
3 tissimè *Bart.* qui dicit, quod quando sumus certi de voluntate non est de hoc disputandum, & expressum, & euidẽs dicitur, quòd ex coniecturis colligitur, vt ad propositum in eadem materia *Bart.* ibidem in princip. vbi omnes *Scribentes*, & hic sumus in claris. Nec
4 cadit pariter articulus, si id, quod annullatur aut destruitur, tanquam factum cõtra legem sit pęna, quia si non destruitur ædificatũ non est de quo disputandum, licet vera sit, & cõis opinio *Bar. in d. l. Prætor ait*, quod qñ sumus in dubio, & lex respicit annullationem actus cum impositione pœnæ, vel ponitur pœna extrinseca, puta qui hoc fecerit, soluat decẽ nomine pœnæ, quæ pœna potest concurrere cum actus nullitate, quæ respicit tantum prę iuditium eius, cui pœna imponitur, tunc sem per actus est nullus in terminis illius *tex.* qui mandat reductionem omnium in pristinum, & demolitionem ædificiorum, quòd latiùs declarat ibi *Fulgos. Salyc. & Paul. de Castr. in d. l. non dubium*, & est communis; nàm quando ratio legis consistit in iure prohibẽdi, siue in causa prohibitionis, quæ semper viuit, tunc lex semper loquitur ex reg. *tex. in l. Arriani C. de hæret.* vt eleganter considerat *Bald. in d. l. non dubium prope nu.* 30. & quando actus destruitur ratione prohibitionis factæ, ac illius contrauentionis, semper dicitur hoc fieri in pœnam *Rom. in d. l. Prator ait post Ancharan. in repet. cap. 1. de Constit. num.* 80. authoritate *Bald. in l. non dubium* quem sequitur *Castr. & Franch. in cap. fi. de elect. in sexto*, & disputatio inter *Doctor.* an annullatio actus dicatur pœna, de quo latissimè per *Felin. in cap. 2. de Constit. DD.* cumulantem, & quæ circa hoc distinxit *Bald.*
5 *in d. l. non dubium*, & quæ videtur dixisse *Innoc. in cap. si verè de sentent. excommun.* cuius opinionem dicit *Felyn.* ipsum sequi, vt nõ dicatur naturaliter pœna: hæc inquàm om-
6 nia procedunt, quando actus aliquis simpliciter annullatur, ex quo nõ tollatur ius quæsitum, vel aliquod non abest, aliàs secus secundum eundem *Bald. in d. l. nemo martyres authorit. Io. Andr.* qui hoc tradit in *d. c. fin. de elect. in sexto 3. colum. post num.* 5. vbi latius *Franch.* qui dixit hoc esse indubitabile, quando annullatio tollit, & damnum infert,
7 quia pœna propriè dicitur lęsio, quæ punit, & vindicat dicit *text. in canon. pœnitentia ext. de pœniten. dist. 3.* vt hic esset dum oporteret ædificia destrui, nam damnum infertur, & abest à patrimonio, cumq; lex, & Rex possint statuere, permittere, & prohibere, & ex prohibitione inducitur contẽptus, quando fit contra eam, & consequenter delictum, quia contra legem, ob quod eadem lex omnia habet
8 pro infectis, & pœnas apponit propterea nõ videtur verum dictum *Bald. in l. quicumque C. de seru. fugit. 1. colu.* volentis quod mulier asportans vestes contra prohibitionem, non dicatur facere propriè delictum, sed quod sit quædam abusio, nam quicquid fit contra legem, delictum est, & pœnam meretur *d. l. nemo martyres, & l. non dubium*, quæ inter cætera notanda dicit sufficere legislatori prohibere tantum, ne quid fiat, vt omnia inde sequuta sint inutilia, nulla, & pro infectis habeantur.

Sed hæc sint ex abundãti dicta, quia sumus hic in claris, nam omnia banna vsque ad tẽpus Comitis Oliuariæ declarant non solum ædificia facta, sed incępta non esse destruenda, & propterea Rex sibi reseruauit posse hoc facere quandocũq; in casu necessitatis absq; refectione damni, & contentus est statuere in futurum pœnam duc. 1000. quam tantum apposuit, & vnũ bannum declaratur p aliud secundum iuris regulas, & à tempore Comitis Oliuariæ pariter non erit de his disputandum, quia explicitè contrauenientibus apponitur pœna demolitionis ædificiorum duc. 1000. & alia etiam corporalis ad arbitrium.

9 Remanet nunc videre, an indultus factus propter publicam lætitiam nuptiarum Regiæ Maiestatis tollat pœnas has, in quas incurrerunt ædificantes contra prohibitionem

in quo nõ video hæſitationem,ſi hæ ſunt propriæ pœnæ ex præallegatis, ſi in banno vltimo Comitis Oliuariæ expreſsè contrauenientibus apponitur pœna duc. 1000. deſtructionis ędificiorum,& vltra reſeruationem pœnæ corporalis, & indultus indulget omnia crimina,omniaq; delicta,omnes,& quaſcumque pœnas,omnesq. mulctas de quibuſcumque criminibus, & delictis; quæ verba tam generalia, & vniuerſalia non poſſunt recipere declarationem aliquam ad *tex. in l.* 1. C *de ſacroſan.eccleſ.* & verbum illud *quibuſcumque* appoſitum in diſpoſitione hominis non recipit reſtrictionẽ,nec de habilitate, & veniunt etiam impropria,de quo latè in meo *conſ.* 2. *num.* 169. *volum.* 1. vnde cum omnis declaratio importaret reuocationem, nouã diſpoſitionem, & non declarationem dum verba repugnant,& eã non admittunt. Quod *Doctor.* communiter denegarunt fieri poſſe; nam eſſet tollere ius quæſitum, & gratiam factam,& propterea voluerunt declarationẽ debere eſſe circa circumſtantias, & concernentia diſpoſitionem non autem circa diſpoſitionem principalem,& rurſus quod compatiatur cum verbis diſpoſitionis, & non eam tollat,& deſtruat,ita poſt alios elegãter præcæteris,*Paul.de Caſtr.in l.hæredes palam*, *§ ſi quid num.*4.*de teſtament.* quæ eſt deciſio particularis ad caſum', quam exornat, & ſequitur *Dec.in l.* 1.*C.de impub. & alijs ſubſtit.* Et ſecundum hanc opinionem iudicatur cõmuniter, vt gratiæ factæ minimè alterentur ex declarationibus ſubſequentibus, quando verba non patiuntur talem declarationem, & effectualiter gratiæ reuocarentur, de quo per *Felin. in cap. cum olim num.* 5. *de re iud. Gomeſ. in regul. Cancell.in titul. de non toll iur quæſ.q.* 13.*Aym.de antiq temp.in princ.in cap incip.non omitto nu.* 32. *Aufr. in tract.de poteſt.ſæcul.* 4.*regul.num.*29. Ex his pariter concludimus valde dubitandum eſſe de exequutione prouiſionum nouiſſimè emanatarũ ad informationem Archiepiſcopi Salernitani Generalis Viſitatoris Regni, vt in eis dicitur,in quibus mandatur per ſupremum Italiæ Conſilium nomine Regiæ Maieſtatis, vt procedatur ad exactionem pœnarum contra eos, qui ædificauerunt in locis prohibitis à Regijs bannis etiam ante indultum, *Pues à ello no ſe comprende lo que á eſto tocca.* Pauca ſunt verba, ſed magni ponderis, & maximæ conſiderationis; nam verba indultus repugnant, vt ſupra, nec aliquo modo patiuntur interpretationem,cum ſint talia,quæ omnia comprehendunt, & rurſus ex exceptione caſuum multorum in indultu facta firmatur regula vniuerſalis in contrarium in omnibus alijs præter exceptuatos ad *text. in l.cum prætor ff.de iud.cum concord.* Ergo cum videatur repugnare legis diſpoſitio, & tractatur de iure quæſito tollendo, quod nũquam præſumitur Regem facere velle,& omnia per eum intelliguntur ſtatui, & diſponi citra præiudicium iurium tertij ad *text. in l.* 2.*§.merito cum vulga. ff.ne quid in loco publ.* Eſt propterea Rex conſulendus auditis intereſſe prætendentibus,& interim ſuperſedendum,etiam quòd ex conſultatione Rex ſcribat ex regul.*tex.in cap ſi quando, vbi gloſ. & communiter Scrib.de reſcript.*in quo eſt *gloſ. notab.*& elegans in *autb.de mand.Princ.in §.ſi quis autem in verb.nunciãs*, dicens,quòd Iudices reſcribendo, & conſulendo Principi deſeruiunt, videntur hæc eſſe contra legem, aduerſari bono Reipubl. regimini,decet priuilegia eſſe manſura,ob quod *tex. in l.fin.C. ſi contr.ius,vel vtil. publ.* dixit reſcripta talia nullo modo eſſe exequenda, nec ſufficit Principi dicere, non fuit hæc mea intentio, dum hoc repugnat dictis, & maximè dum tractatur in præiudicium iuris tertij,deciſio eſt particularis *Andr.in c.* 1.*§.ſed nec eſt alia iuſtior col* 1.*in add.verb & poteſt ex præmiſſis, quæ ſit prim cauſ.bencf.amitt. Cum alijs latius per me congeſtis in conſ.* 1. *vol.* 1. *num.* 52. Etſi quando conſtitutio, lex, aut ſtatutum eſt particulare contra certum genus perſonarum, licet conceptum ſit verbis generalibus,licita eſt appellatio,& recurſus ad Superiorem ex communi deciſione *Bart.in l omnes populi num.* 53.*de iuſt. & iur. Bald. in l. quiſquis C.quor appell. non recip.* & pariter quando profert ſententiam ex alterius conſultatione licita eſt appellatio, quia non dicitur ipſe pronunciare, vt hic, qui ad relationem Viſitatoris nemine audito prouiſiones ei conſultæ fuerunt, de quo latè *in prædicto meo conſ* 1.*nu.*83. *verſ.immò quando Rex vol.* 1.quanto magis iuſtitiæ cõſonum videri debet, non quod reuocentur prouiſiones hæ nullæ, ſed quod ſuperſedeatur in exequutione,& Regia Maieſtas conſulatur:nàm ſi præteritis temporibus viſum fuit abſque cauſa ſpeciali pœnas has indulgere,& expreſsè noluiſſe ædificia facta deſtrui,credendum equidem erit,quòd multò magis Rex Chriſtianiſſimus,ac munificẽtiſſimus rigoroſas has prouiſiones indultu, tàm amplo in medio intercedente non permittet exequutioni demandare etiam ob deformationem Ciuitatis eiusdem ex magnitudine ædificiorum, quæ conſtituerunt alteram Neapolim, & intereſſe eſſet exceſſiuum, & damna tranſcendentia milliones in perpetuam iacturam nobilium, & popularium, diuitum,ac pauperum, quæ

fue-

fuerunt in cauſa, vt iuſtiſſimè per prudentes Proreges ſuper his non fuerit proceſſum diſ ſimulando, prout rectæ Regni gubernationi decebat, & poſtquã in eiſdem prouiſionibus mandatur circa demolitionem, quod ſi volue rint rei tranſigere audiantur, reminiſcamur quod verè dici poteſt in hoc Regno omnia eſſe ad liberam Regis diſpoſitionem, quotidie Regnum, ciuitas, particulares, & omnes libenti, & prõpto animo exuiſcerantur, dant cuncta, quæ habent vſque ad ſanguinis, & vitæ effuſionem, nec in aliquo vnquam reſtiterunt. Attinent hæc ad ſtatum, non regulantur per iuris apices, & per ſubtiles perquiſitiones, quibus tam maximus Monarcha non indiget, & ita fuit alias in propria materia deciſum dum Ego tanquam vnus ex Regentibus in ſupremo Italiæ Conſilio inter cętera arbitria propoſita pro augumento Regij patrimonij, & pro ſubueniendo neceſſitatibus imminentibus in medium attuli iſtud, idem (quod tanquam nouum hodie proponitur) fuitq; tunc arbitrium diſcuſſum, & concluſum ꝙ exequutioni demãdaretur, niſi aliter Proregi viſum fuiſſet, & proinde fuit tranſmiſſum cum alijs medijs Comiti Oliuares tunc Regni Proregi, qui fecit vltimum bannum magis rigoroſum, & pœnale omnibus alijs, & tandem viſum fuit non eſſe exequendum arbitrium prædictum, ſed bènè, vt diligẽter aduerteretur, ne noua ædificia fierent, illaq. prohiberentur abſque ſtrepitu, & commotione totius ciuitatis, quæ tota quaſi eſt in hoc conflictu, & propterea nomine ipſius in donatiuo facto in parlamento generali fuit ſupplicatum, vt Sacr. Maieſt. dignetur mandare, vt in prædictis non procedatur, vt hucuſque fuit conſuetum. & ſi parcendum eſt multitudini, & hæc verterent in tam vniuerſale incommodum, & intereſſe, ciuitas deformaretur, turbaretur, & vndique anguſtiæ, nõne propter commune bonum, pacem, & quietem Reipublicę iura omnia exclamãt debere ſilentio omnia pertranſire propter quas cauſas ſunt factæ toc leges, tot in Regno Pragmaticæ, vt poſſeſſores non inquietentur, lites non fiant, & moleſtia aliqua non inferatur, ſiue iure, ſiue iniuria poſſideant.

20 Ex quibus ceſſant, quæ ex aduerſo ſubtiliter in medium afferri poſſunt, videlicet contrauentiones has habere ſecum factum continuum, permanens, & ſucceſſiuũ, non autem momentaneum per modum tranſeuntis, &

21 conſequenter ſemper ex ædificijs ſiſtentibus in locis prohibitis lex facta offenditur, contemnitur, & dicitur fieri contra eã omni tempore, etiam poſt indultum, qui non comprehendit futura delicta, vt in eo exprimitur; ſicut enim lex ſemper loquitur, ita ædificium contra eius prohibitionem factum ſemper dicetur offendere legem, prout in ſimili de lege permittente violentiæ propulſationem incontinenti, vt dicatur incontinenti fieri ẽt

22 ex interuallo, quando vis eſt continuata, & perſiſtens ſecundum *Hoſtienſ Ioa. Andr. Ancharan. Franch & alios in cap dilecto de ſenten. excom. in ſextò*, nam quotidie dicitur violentiam inferri, & ideo dicetur incontinenti fieri, ſic cum ædificium perſiſtat in loco prohibito; quotidie dicitur in eo habitans, & illo vtens committere in legem etiam poſt indultum, & talia ædificia videntur in dies in-

23 feſtare oculos videntium, ſicut dixit *Alber.* relatus per *Auenda. de exeq. mand. lib. 1. c. 14.* Loquens in ſtatuto prohibente mulieribus aſportationem perlarum, & veſtium focatarum, vt etſi ſecundum *Bar. in l. 1. §. hoc interdictum de font.* non habeat locum illud in perlis fictis, & ſic veſtibus, tamen debet pro-

24 hiberi, quia inficiunt oculos videntium, populus videt loca prohibita, videt ędificia cõtra prohibitionem facta, videt contemptum legis, ac inobedientiam, animus perturbatur, ac aliorum audacia creſcit.

25 Augetur motiuum, nàm vt diximus, cauſa vera, naturalis, & principalis huius prohibitionis fuit, ne Ciuitas in tam magno exceſſu popularetur, fieret improuidibilis, & in caſu neceſſitatis difficillima eſſet cuſtodia, & defenſio, vnde cum hæc cauſa viuat, & damnum inferat Ciuitati quotidiè ex ſuſtentatione nouorum ædificiorum, videtur dicendum nõ eſſe per indultum remiſſum hoc nutritiuum damni, & delicti, etiam poſt ipſius publicationem, etſi ex hoc ciuitas damnificatur quotidie, & multa mala poſſent ſubſequi, poteſt dici ex alio indultum hunc caſum non comprehendere, quia adeſt partis offenſæ intereſſe, cuius non adeſt remiſſio, quod etſi hodie ciuitas petat, non eſt infra ſex menſes, intra quos indultus ſtatuit remiſſiones eſſe faciendas.

26 Hæ ſubtiliter, & fiſcaliter poſſunt indagari, ſed hæ ſubtilitates non ſunt à Iudicibus admittendæ, dicit eleganter *Iuriſconſ. in l ſicut §. ſi debitori ff. quib. mod pig. vel hypot ſol.* Si enim fundatum eſt hanc eſſe pœnam ſemel iam remiſſam, & quod remittitur eſt, ne edificia deſtruantur, quod de per ſe non erat delictum, nec quid prohibitum, & in tantum fit delictum, in quantum prohibendo Rex, qui poteſt hoc, facit delictum, qui demùm, ſicut ſibi reſeruauit in eiſdem ordinibus poteſtatem diſpenſandi, & permittendi ædificia, voluit, & potuit hoc facere indulgendo, ex quo ſequitur, quod hoc, quod ex accidenti reſonabat

nabat in delictum, ex indultu reducitur ad suam primæuam naturam libertatis, ac in pristinum statum, & omne tollitur delictum, quia qui potuit sustulit contrauentionem, cessant propterea omnes rationes supra cõsideratę, & sicut causa publicæ vtilitatis prohibitionem causauit, sic eadẽ causa publicæ lętitię causauit relaxationem, & indulgẽtiam, & si ex hoc omne tollitur delictum cessat legis offensio, cessat q̃ infestum oculis poterat videri, cessat cõtemptus, & cĩa silent, quia fit authoritate eiusdem legislatoris, qui potest ædificare, & destruere, & omnia prohibere, & permittere, vt expressè hoc sibi reseruauit, & sic lex fuit condita, ob quod non est tractandum de interesse, tàm remoto ciuitatis, si ex eadem lege oritur regula, & exceptio, qua vti non posset, nisi cum suis qualitatibus, & eadem ciuitas pluries supplicauit pro relaxatione prohibitionis, & vt diximus ex tanto & vniuersali numero ædificiorum, quæ verè constituerunt nouam Neapolim, dici pòtest ciuitatem eandem effectiuè contrauenisse, & proinde cum illa supplicauerit pro reuocatione prouisionum, non est insistendum super aliquo eius interesse; prohibitio faciebat delictum, sublatio illius tollit illud, & causa redacta ad non causam reuertitur res in pristinam naturam, dicit *text. elegans in l. in tantum ff de rer diuis iuncto tex præcedenti in fi.* vbi in mari piscantibus liberum erat in littore casam ponere, in quã se recipiãt, in tm vt soli Dñi constituerentur, qui ibi ędificabãt, sed subait *tex.* hoc procedere, quãdiu ædificiũ manet alioq̃n ędificio dilapso, quasi iure postliminij reuertitur locus in pristinã cãm, vbi *Alber.* notabiliter, cui consimilis est *tex. in l. quod in littore §. fin. de acqui. rer. domin.* vbi pariter idem *Alber.* multa ad propositũ per *Andr. in c 1. §. & iterum in addit. de cap. Corrad.* quæ est decisio notanda, & particularis ad multa; prohibitio igitur faciebat delictum, Rex indulgendo crimen, & pœnam tollit virtualiter prohibitionem occultando vnum actum ad *tex. in l. 3. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ergo cessante prohibitione cessant omnes rationes supra ex aduerso consideratæ; cum omnia reducantur in pristinam causam, secundum quam ædificare vnicuique licebat, delictum non est permanens, nec dici potest habere tractum successiuum extincta causa, quæ illud in vita sustinebat, sed venit pęnitus extinctum, cessante prohibitione, & cum ædificia subsistinc antur ex gratia, & permissu Regis, nullum adest absonum, nullum oculis infestum, nullus contemptus, & subditi amore capiuntur magis, atq. magis, propter gratias, quæ in dies sperare habent à Rege munificentissimo, gratissimo, ac pijssimo. Deus Opt. Max. cor Regis, quod in sua manu stat, taliter inspiret, vt quæ sunt ꝓ Dei, ac ipsius Regis, suæq; Reipublicæ seruitio conuenientia fiant in his, & alijs, quibus pauperrima ciuitas, & miserabile Regnum tantum indiget, remittendo me semper iudicio saniorum, & peritorum.

27

SVMMARIVM.

1 *Prorex tanquàm Prorex non potest concedere licentiam ædificandi contra prohibitionem à Rege factam, & num. 2. & 6. vbi quòd ita practicatur.*

3 *Princeps solus potestatẽ in loco publico ædificandi concedit, vel is qui concedendi ius Princeps, vel consuetudo concessit, & nu. 4. & 5 benè declaratur.*

7 *Interdictum prohibitorium, ne quis in loco publico ædificet datur cuilibet de populo, & ibi vide rationem, quod limitatur in Principe qui potest publicum concedere nõ obstãte contradictione alterius, vbi bene declaratur.*

8 *Principis concessio in dubio non censetur facta in præiudicium, atque incommodum alterius notabile, non autem modicum.*

9 *Nisi ex causa, cum qua potest tertio præiudicare.*

10 *Prohibitio ædificandi in suburbijs Ciuitatis, alijs q. locis, clericos, an includat remissiuè.*

11 *Declaratio Regis Philippi III. vt non comprehendat Ecclesias.*

12 *Prohibitio ædificandi comprehendit clericos, q̃ vti priuati in patrimoniali solo ædificãt.*

13 *Clericus si de pecunia Ecclesiæ ædificet in solo patrimoniali soiùm, an cedat ædificio cõtra Regulam.*

14 *Emptum alieno nomine de pecunia Ecclesiæ pupilli vel militis ijs acquiritur.*

15 *Pontifex peccat mortaliter consumando res Ecclesiæ vt consanguineos ditet.*

16 *Secus disponẽdo in eos de redditibus ecclesiæ, vel pro necessaria substentatione.*

27 *Auth. quibuscumque C. de sacr. sanct. eccles. an obtineat de iure canonico vel cum constat alienationem in consanguineos in euidentem ecclesiæ vtilitatem remissiuè.*

18 *Vendere domum, vel fundum. an quis teneatur pro ecclesia amplianda, vel de nouo construenda.*

19 *Negatiua opinio in noua exstructione à Iudicibus inferioribus regulariter practicata.*

20 *Operarij ædificantes contra prohibitionem non tenentur sed Domini, qui eos conducunt.*

AR-

ARGVMENTVM.

Prorex an poſſit ædificandi in ſuburbijs facultatem concedere à Rege prohibitam, Regis prohibitio includat ne clericos. Declarationem Regis Philippi III. vt ſub ea non includantur Eccleſiæ; Clericis minimè prodeſſe, qui ædificant in ſolo patrimoniali, vt quilibet priuatus.

§. IV.

1 ALtera præcipua quæſtio, quę ad poteſtatem pertinet, Proregis eſt, an Prorex poſſit concedere ædificandi licẽtiam, & prohibitionem remittere: Porrò hæc quęſtio non eſt accipienda de prohibitione à Proregibus facta, de hac enim non relinquitur quæſtioni locus; ſed à Rege, & Regijs bannis inducta. Ea verò facile decidi poteſt ex forma commiſſionis, & tituli, qui Proregi conceditur, ſolet Prorex creari cũ ampliſſima, & omnimoda poteſtate; adeo vt in omnibus repreſentet Regis perſonam, atque alter Ego conſtituatur, vt initio operis diximus, eademq; poteſtas, quæ per ſecretas inſtructiones ſolet in multis limitari, in
2 reliquis cenſetur confirmata, & ampliſſima remanet ex reg. *text. in l. cum Prator ff. de Iudic.* At ea circumſcripta, ſi hoc ipſum de Prorege quæratur, vti Prorege, an ſcilicet tãquam talis poſſit remittere prohibitionem, videtur hoc decidi per caſum legis in *l. 3. §. planè, & ſeq ff quod vi, aut clam*, dicit enim *text. in §. planè*, quod Præſes, vel Procurator Reipublicæ non poteſt concedere, vt in loco
3 publico ædificetur, limitat, ſi adeſt conſuetudo in contrarium, ſubſequitur *text. in §. ſeq.* ſed ſi à Principe, vel ab eo cui Princeps, hoc
4 ius concedendi dederit, idem erit probandũ, ita quod requiritur ſpecialis conceſſio poteſtatis datæ à Principe, quem *text.* notat *Alb. in l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ.* quod Præſes Prouinciæ non poteſt concedere in publico ędificari, quod etiam dixit *Afflict. in Conſtitut. beneficium num. 4.* & in Locumtenente, & Viceregente tradidit *Luc. de Pen.* per illum *tex. in l. j C. de diuerſ. præd. vrban. lib. 10. verſ. tertio queritur*, & authoritate *Lucæ* dixit idem in proprio Prorege, *Capic. in repetit. cap. Imperialem cart. 32. à*
5 *terg. verſ. ſeptimo notãdum*, ſed vt dixit idem *text. in d. §. planè verſ. hoc ita verum eſt, vbi glo. in verb municipalis*, limitat quando cõſuetudo eſt in contrarium. Solus enim Princeps hoc concedere poteſt, & ſolet, vt probãt iura allegata, & ad idem *tex. in §. merito in fin. in eadem l. 2. & in l. ſeruitutes §. publico verſ. an Princeps ff. de ſeruit.* Sicut enim vetitum eſt ædificari in publico, eodem modo prohibet Rex, ne in ſuburbijs ædificetur propter publicum bonum, vnde ſi deficit poteſtas in locis publicis ex prohibitione Re-
6 gis, multo magis hoc erit in his ſpecialiter à Rege prohibitis propter causã publici boni; & ſecũdum hæc fuit practicatum cum Duce Seminariæ, qui petijt licentiam ædificandi in loco ſub prohibitione comprehenſo, facta à Rege, propter quam neceſſe habuit adire Regem, qui denegauit licentiam, licet conſultus fuerit à Prorege, & Collaterale Conſilio debere eam concedere, & hoc tempore Præſidatus Comitis Mirandæ recolendæ memoriæ; quòd demum Proreges ſucceſſores non ſeruauerunt, & malè, ſtante notorio poteſtatis defectu; ſed quid mirum, ſi nullam Regis inſtructionem ſeruauerunt, ſed omnia paſſim, & indiſtinctè, prout abſoluti Domini tractauerunt, quod ſi benè, vel malè fecerint, in alio ſæculo videbunt.

7 Et reſpectu publicorum, licet detur interdictum prohibitorium cuilibet de populo ratione proprij intereſſe, ad *text. in l. 2. §. 1. & §. hoc interdictum perpetuum eſt eod. tit. ne quid in loc. pub.* tamen iura prædicta dicunt poſſe Principem concedere, quia etſi quilibet pro ſuo intereſſe poſſit agere, tamen non habet particulare ius dominij ſuper publico dicit *text. in d. l. 2. §. 1.* ibi enim loca publica, vtique priuatorum vſus deſeruiunt iure ſcilicet ciuitatis, nõ quaſi propriè cuiuſque, qđ exponit ibi *glo. iure*, ſcilicet ciuili, cumque interdictum contineat publicam vtilitatem principaliter, & ſecundarium intereſſe priuatorum, dixit *Bar. in eod l. 2. §. fin.* & Rex eſt lex animata in terris, & ſupra omnes leges, propterea nimirum, ſi Rex, ſiue Princeps, poteſt concedere ædificari in publico ſecũdum
8 iura prælegata, verum vt eadem iura dicũt, in dubio conceſſio non intelligitur, cum incommodo alterius, niſi hoc fiat ex certa ſcientia, vt expreſsè dicit *text. in d. §. ſi quis*
9 *à Principe*, & hoc non abſolutè, de quolibet incommodo, quia ſemper aliquod adeſt, etſi hoc attenderetur, nunquam Princeps concedere poſſet, ſed intelligitur de præiudicio notabili, non autem modico, ad quod allegari ſolet *tex. in l. quoties C. de precib. Imper. offer.* & hæc eſt communis limitatio, latè *Alexan. in conſ. 216. vol. 2. Iaſ. in l. quo minus nu. 16. ff. de flumin.* latiſſimè per *Felin. in cap. qua in eccleſiarum de conſtit. num. 47.* & ibidem quod quando Princeps facit hoc cum cauſa, tunc poſſet tertio præiudicare, & non attenditur illius intereſſe.

An

10 An autem hæc prohibitio ædificandi in ſuburbijs, tanquam publicum bonum concernens, comprehendat etiam clericos, habetur per *Molin. de iuſt. & iur tract. 2. diſp. 31. circa fin. Menoch in conſ. 1000. nu. 30.* licet
11 chriſtianiſſimus, & Catholicus Rex noſter Patris veſtigia ſequens mandauerit vltimo loco, quod in prædicta prohibitione fabricãdi Eccleſiæ non includantur volens tanquam deuotiſſimus, & religioſiſſimus, vt diuinus cultus in ſuis Regnis amplietur, & augeatur, inuigilans ſemper ad protectionem, & defenſionem S. R. E. quod proprium ſemper fuit
12 huius coronæ: quod intelligo, quando Eccleſia ædificat, nõ autem ſi clericus in patrimoniali ſolo, actualiter ad eum ſpectante, non tanquam clericus, ſed tanquam quilibet ædificare vellet. Nam tunc nullus conſideratur fauor Eccleſiæ, & prohibitio continens publicam vtilitatem, quæ reſpicit, tam laicos, quã clericos eſt omnino ſeruanda, ſaltim vi ra-
13 tionis: Vnum hoc loco non omittam, quod mihi viſum fuit notatu dignum, poſtquam loquimur de clericis ædificantibus: quod ſi clericus de pecunijs Eccleſiæ ædificauerit in patrimoniali ſolo, dicit *glo. in cap. Apoſtolicos 12. q. 2.* Quod ſolum cedit ęoificio fauore Eccleſiæ. Ita quod non dubitatur, quòd meliorationes, & quicquid exędificatum ſit Eccleſiæ, ſed etiam alienum ſolum, contra regulam, quod ædificium ſolo cedere debeat, quam *gloſ.* ſequitur *in tit. de empt. & vend. §. tertio loco verſ quid ſi clericus nu. 18.* cuius authoritate *Bal. in l. in tantum ff. de rer. diuiſ.* notat, quod ſi quis ędificat de pecunia Eccleſiæ in ſolo proprio perdit dominium, & efficitur Eccleſiæ, & ſic dicit ipſe ædificium rapit ſolũ fauore Eccleſiæ, inferens ad Prælatos qui ſolum paruũ reducunt in arce pro ſuis nepotibus: ſed hæc opinio eſt dubitata non in ædificio facto, ſeu meliorationibus, ſed in applicatione ſoli, quia videretur Eccleſia locupletari cũ aliena iactura, vt per *Io. And. in addit. ad Specul. vbi ſupra*, quem ſequitur *Roman. in repet. auth ſimiliter C. ad leg. falcid. nu. 28. & Alex. in l. 1. §. nunc viaeamus, de oper. nou nunc.* ſed vt dixi, reſpectu meliorationum nulla eſt difficultas, quod ſint Ec-
14 cleſiæ ſicut dicimus, quod emptum de pecunia Eccleſiæ, licet alieno nomine, eſt ipſius Eccleſiæ, vt in milite, pupillo, & fiſco *glo. in l ſi vt proponis C. de rei vend. eadem gloſ. in cap. eſt quarendum, de pecul. Cleric. Rom. vbi ſupra nu. 28 & Archidiac. in cap. non liceat, vbi bona addit. 12. queſt. 2.* dixit, quod
15 Papa mortaliter peccat, ſi vult res Eccleſiæ conſumere, cãdo cõſanguineis, vt eos diuites præ alijs faciat, vel vt ipſi inde cõſtruant palatia, vbi *Turrecr.* ſequitur ad literam; & ſic *Bellem. idem Abb. authoritate Archidiac. in*
16 *cap. conſtitutus num. 16. de relig. domib.* quod limitat ibi *Nauar.* qui *capit.* illud repetit in *tract. de ſpol. Cleric.* vt intelligatur dictum *Archid.* reſpectu rerum Eccleſiæ, non autem ipſius reddituum; & rurſus non procedit hoc quando datur conſanguineis aliquid pro neceſſaria ſubſtentatione, vt per *Abb. vbi ſupra.*
17 Quid autem in conceſſione rei Eccleſiaſticæ facta conſanguineis, iuxta terminos *tex. in auth. quibuſcunque C. de ſacroſ eccleſ.* an valeat, & an illa *auth.* procedat de iure Canonico tanquam lex facta ab Imperatore, qui poteſtatem non habet ſuper rebus eccleſiaſticis, & an regula illa fallat, quando conſtat alienationem factam in euidentem vtilitatem, vide latè per *Canoniſt. in cap. vt ſuper de reb. eccleſ. non alien. Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 29. Menoch. eod. tract. lib. 3. cap. 54 gloſ in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. vbi Iſern. num. 12. vbi Afflict. nu. 14. & 39. Curt Iun. in tract. feud par. 2 quæſt. 7. Menoch. conſ. 79. nu. 19. volum. 1. Anchar. conſ. 210. Feder. de Sen. conſ. 52. Panorm conſ. 41.*
18 Sed hæc obiter attigiſſe ſufficiat, quibus illud proximum eſt, quando fauore Religionis teneatur quis vendere proprium agrum, aut domum: non ſolum ad eccleſiam ampliãdam, ſed de nouo conſtruendam, vide eleganter per *Couar. in cap. 14. var. reſolut. lib. 3.* & non fuit diſputatio, vt Princeps poſſit cogere, quando ſibi videbitur hoc expedire: ſed quid in Iudicibus inferioribus, & rurſus an de iure poſſint cogi pro noua Eccleſiæ conſtructione in quo videtur communem eſſe ſententiam, vt cogi poſſit ad vendendum fauore Eccleſiæ, & templorum diuinorum etiã pro dormitorio, & clauſtro faciendo, *Flor. in l. 1. §. locum, & in l ſi quis ſepulcrum, ff. de relig. & ſumpt. fun. late Cæpol de ſeruit. vrba. præd. cap 82.* à qua opinione *Couarru.* recedit licet cauſam remittat arbitrio circũſpecti Iudicis, & ſecundum hanc practicamus:
19 Nam Dominis inuitis domus, aut agri non paſſim capiuntur ad nouam Eccleſiæ cõſtructionem, & propterea multoties accedit Collaterale Conſilium ſuper loco, & aliquando proprius Prorex, vt ſucceſſit tempore Præſidatus Comitis de Lemos in monaſterio Monialium ſanctiſſimæ Trinitatis nouiter con-
20 ſtructo. Tandem circa operarios fabricãtes in loco prohibito notandum eſt eos non teneri ex cõtrauentione cum bona fide pro denario diurno operas locent, & pondus ſuſtineant diei, & æſtus, vt ſeipſos alant, ſed teneri eum, qui opus mandauit, pro quo eſt *text. elegans* ad hoc factus *in l. 2. §. hoc interdicto*

non

non his tenetur, ne quid in loc. publ. Bart. post glos. in l. in rem actio, §. tignum vbi Angel ff. de re vend. Imol. Rom. & Alex. in l. de pupillo §. meminisse ff. de nou. oper. nunc. Rol. à Val. latè in cons. 54. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Regis Philippi II. literæ pretium diffinientes, quo Ciuitatis frumentum ciuibus præstandum est.*
2 *Capitula Ciuitatis, quæ appellantur* del ben viuere, *iuri communi conformia, & num.* 13.
3 *Eorum inobseruantia, vnde prouenerunt.*
4 *Plebis, ac multitudinis imperitæ mala.*
5 *Pauperes tumultum, ac seditionem affectant.*
6 *Popularis tumultus exemplum & ibi, quæ sunt cibaria plebis.*
7 *Rex populorum vtilitatẽ propriæ præferre debet.*
8 *Vita hominum, eorumq. alimonia, cuilibet priuato Regis Interesse præferenda.*
9 *Prouisio concedendi terras Regiæ Dohanæ, quas vocamus saldas ad culturam propter vbertatem.*
10 *Abusus vendendi frumentum Ciuitatis vilius, quàm fuerit emptum, nullo modo ferendus, & nu.* 14.
11 *Nouis casibus, noua remedia adhibenda.*
12 *Nouæ leges pro recto Regni regimine promulgandæ.*
13 *Ad Rempublicam collapsam reparandam seueritate, non lenitate vtendum.*
16 *Graue est confusis temporibus, locis, & moribus esse præpositum.*
17 *Prohibitio extrahendi panem à Ciuitate tẽpore penuriæ, & extrahendi frumentum à Regno iuri conformis.*
18 *Vendentes frumentum, vel aliquid aliud, penuriæ tempore carius, quàm statutum est, qua poena puniendi.*
19 *Princeps Reipublicæ, maritus & communis omnium pater.*

ARGVMENTVM.

Qualis modus, vel forma à Ciuitatis Decurionibus, ac annonæ Præfectis seruanda in distribuendo fruméto Ciuibus, cæterisq; incolis, qui vbertatis tempore in Ciuitate morãtur. De prohibitione extrahendi panem á Ciuitate, penuriæ tempore, & frumentum à Regno.

§. V.

Cæterum electis exteris à ciuitate ex causa penuriæ non libera pro captu voluntatis relinquitur facultas, sed certus diffinitus est modus, & certa præscripta forma Decurionibus, & Annonæ Præfectis in exhibendo ciuitatis frumentum ciuibus suis, alijsq. incolis, qui abundantiæ tempore in ea morantur, diligenter attendenda, & exactè custodienda, ne ciuitas ruat omninò, atque ad extremum deducatur exitium. Huius enim inobseruantia fuit potissima causa immensa æris alieni molæ, qua ciuitas ipsa præmitur.

1 Mandauit prædictus iustissimus, & memorandus Rex Philippus II. per suas particulares literas etiam cum additione, sua propria manu scriptas, à me informatus, dum Regentis officium exercebam in supremo Italiæ Consilio, omninò tolli abusum talem emendi per ciuitatem frumentum carò, tempore caristię & distribuẽdi vilius postea inter ciues, & habitatores, quod per prius statutum reperitur

2 per *Capitula* huius ciuitatis dicta *del ben viuere*: quæ *Capitula* & Regis iussio sunt conformia iuri communi, per quod hoc mandadatur inuiolabiliter iuxta *text. in l. 3. ff. ad leg. Iul. de annon. & in l. non debere ff. ad municip. ibi non debere cogi Decuriones vilius præstare frumenta ciuibus suis, quàm annona exigit, Diui fratres rescripserunt:* & alijs quoque Constitutionibus principalibus id cautum est, & concordat *text. ad idem ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. in l. Decuriones*, sed nihil fuit seruatum, sunt peccata populi;

3 facta, & permissa hæc sunt pro satisfactione plebis imperitæ, & ignorantis contra votum totius nobilitatis, & eiusdem populi gentis principalis, in ruinam tam splendidissimæ, & nobilissimæ ciuitatis; vanæ voces non erant

4 audiendæ. Multitudo libenter consentit in malum, & pronus est ad illud populus duræ ceruicis: plebs sæpè clamoribus, aut gratia forsitan agitata moueri solet, & multitudinis imperitæ Consilium, & quæ populare Consilium sequitur, nec fructus boni, nec iucunditatem, nec memoriam habent, & quanto maior est populus, tanto ab intellectu est remotior, & nihil est facilius, quam in quemlibet affectum cõmouere populum, & hæc, & alia authoritate *B. Hieronymi, Aristotelis, Tul'ij* latius ponit *Luc. de Penn. in l. 1. C. de impon. lucrat. descript. nu.* 24. & 25. Docendus enim est populus, non sequendus in *cap. 2. 62. dist.* & corripiendus, quia non est discipulus supra

5 Magistrum. Pauperes enim dixit *And. in c. 1. de pac. iur firm.* non cogitant, nisi tumultuari ciuitatem, & illi sunt, qui seditiones procurant, vt currant ad spolia, quia non timent

6 mortem, vt iam vidimus in facto annis elapsis, dum occiderunt eorum Electum populatorem, raptando illum per publicas plateas, &

illius

illius domum poſuerunt in ſaccomando, rapiendo bona omnia, & vendendo publicè per vicos, & plateas, quo tempore tumultuauit vniuerſa ciuitas propter plebem imperitam & ad malum ordinatam. Sed placuit Diuinæ prouidentiæ, vt tantus rumor ſedaretur, & demum poſt aliquod temporis ſpatium fuit maxima, & exemplaris iuſtitia facta eorum, qui fuerunt in culpa; quæ mala omnia principaliter ortum habuerunt, & habent à relaxata gubernatione plebis tam magnę ciuitatis, quæ in tantam deuenit audaciam, vt iure prætendat ſe tractari debere, vt cæteri nobiles ciuitatis, & verum eſt dixiſſe *gloſ. in l. ſeruis vrbanis, de leg. 3. in verb. cibaria*, quod mechanici, agricolæ, & ruſtici non vtũtur pullis, vel alijs delicatis cibarijs, ſed caſeo, cępis, & fabis, quæ ſunt propria verba *gloſ.* ſic declarata per *Lambert.* qui addidit authorit *gloſ.* prędictę, quod non debent vti panibus albis, ſed groſſis, vt per *eum in titul. de iur. patr. lib. 3. 12. art. 3 queſt. princ.* quod dixit per prius *Afflict. in conſtitut. quiſquis de burgenſibus num. 3. & in conſtitut. qualitas perſonæ* cum alijs latè congeſtis per *Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 136.* quę notentur pro plebe noſtrę ciuitatis tam audaci, & imperita.

Iuſſit ergo Rex prudentiſſimus, vt tolleretur omninò abuſus vendendi frumentum
7 pretio viliori, quo fuit emptum: ſciebat enim Rex ſanctiſſimus, quę facere debebat ad vtilitatem populorum, quã etiam propriæ prędictę preferre debebat, & propterea tales ſanctiſſimas ordinationes mandabat, vt optimè diſcurrit *Iſern in cap. 1. de prohib. alien. per Lothar.* cõ-
8 uenit enim, vt vita hominum, & illorum alimonia prędictę feratur cuilibet pecuniario Regis intereſſe, iuxta notab. *text. in l. fin. §. ſi plures*
9 *ff. de bon. dam.* Hinc habuit ortum iuſta prouiſio facta in partibus Apuliæ dandi aliquas terras ad culturam, licet eſſent deſtinatæ ad vſum pecudum Regiæ Dohanæ, quia cuncta pro hominibus creata ſunt *l. 2. ff. de ſtat. hom.* & propterea præferendi cunctis rebus, ad *text. in l. iuſtiſſimè ff. de ędil. edict. Andr. in cap. 1. num. 15. de pac. iur. firm. in cap. 1. quis dicatur Dux nu. 4. vbi bona additio.*

10 Poterat hic abuſus annis elapſis, quodammodo diſſimulari quãdo ciuitas non erat tantis habitatoribus plena, poteratq. propterea ſuſtinere, quę ex hoc oriebantur, cum ex redditibus, quos habebat, omnia ſupplebat, ſed hodie, quod illa creuit in duplum, redditus omnes ſunt alienati, & onera impoſita illos ſuperant: oportet numeroſo populo nouos ordines inſtituere, neq. eiſdem legibus decet regere multos, quibus pauciores regi con-
11 ſueuerunt, & nouis rebus noua remedia sũt neceſſaria, quæ benè explicat, & exempla tradit *D. Frecc. in 3. lib. de ſubfeud. nu. 23.* in prę cedentia inter Dominos Electos, & Dominos Barones Regni *prope finem libri fol. 464.* Natura enim quotidiè nouas deproperat ędere formas, ex quo fit, vt noua remedia adhiberi debeant, ſecundum *Bellug. in princ. ſui Specul.* & habetur in *cap. Regis Caroli Illuſt.*
12 *incip. nouas formas*, noui ordines, & nouæ leges fieri debent pro recta, & neceſſaria Regnorũ gubernatione, dixit *Bal. vbi Zabar. in c. 2. de cõſuet.* quæ ſunt in caſu fortiori; cũ hęc
13 iuſtiſſima Regis iuſſio non eſt noua prouiſio ſed eſt iuri cõi conformis, vt ſupra diximus, & ſpecialiter ſtatuta, & ordinata p *Capitula* eiuſdẽ ciuitatis dicta *del ben viuere*; & poſt-
14 quam ex hoc dãnato abuſu ciuitas eſt quaſi in perditionem, qui ſi nõ tollitur omnia alia remedia nihil proficiunt, viuente ſemper cauſa hac, quæ debitum quotidiè parit in tam maximo exceſſu, propterea non oportet amplius indulgere, diſſimulare, aut in longum protrahere, quia putredo iam viſcera penetrauit, & oportet ſecare, vrere, & incidere.
15 Hinc *Luc. de Pen. in l. 3. C. de his qui ex publ. coll. lib. 10. in quæſt. illa ad reparationem Reipublicæ conquaſſatæ, quid expediat, remiſſio, an ſeueritas?* Dixit indubitanter ſeueritatem amplectendam eſſe, quia per ſeueritatem, & grauitatem tali caſu grex ſaluatur, Rex honoratur, & lex obſeruatur. Et iuſtum eſt, vt quos amor Reipublicæ non reuocat à lapſu, à ſegnitie, ab auaritia, & à proprio intereſſe, ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ, & ex remiſſione offenditur grex, lex, & Rex, quæ deciſio eſt memoranda ad propoſitum: verum in his dixit ipſe diſcretè eſſe penſandum, & fieri non debere, niſi vt dictũ eſt quando Reſpublica reperitur iam conquaſſata, & viribus omnibus deſtituta, quæ an ſint iam in facto eſſe in noſtro Regno, & in hac noſtra
16 nobiliſſima ciuitate, dicant boni, & diſcoli. Benè tamen, vt ait *B. Gregorius* graue eſt confuſis temporibus, locis, & moribus eſſe præpoſitum, quem ad propoſitum in hac propria materia refert *Luc. vbi ſupra in d. l. fi.* ſed hęc non ſolum nõ excuſant bonos, & prudentes Gubernatores, ſed illos tanto magis impellunt, onerant, & grauant ipſorum conſcientias ad prouiſiones à lege ſtatutas faciendas, oculos habendo ad Deum, ad Rempublicam, & ad rectam gubernationem, & non ad ſatisfactionem auræ popularis.

17 Confert etiam ad annonam ciuitati conſeruandam prohibitio extrahendi tempore penuriæ panem à ciuitate, quæ ſpecialis eſt eo tempore ordinario. Generalis verò, ne frumen-

frumenta, cæteraq; victualia extrahantur à Regno iuri communi conformis; de qua *in l. 1. C. de frum. vrb. conſtan. lib. 11. Rip. in tract de peſt. 2. par. nu. 16 & 189. per Auendan. de exeq mand. Reg. lib. 1. c. 19.* Qua verò
18 pœna puniantur venundantes carius, quam ſtatutum eſt alimenta tempore cariſtiæ, ibidem per eundem *Auendan.* qui dicit, quod proceditur tanquam contra violatorem pacis, & adducit *Alb in l. qui metu §. miles ff de re iud.*

Eſſent proculdubio circa ſalutem Regni ciuitatis, & Regij patrimonij multa fructuoſa, & vtilia dicenda, & proponenda; ſed ſufficiant hæc per tranſennam attigiſſe.

19 Illud Proregem cogitare vellem, Regem, qui omnem ei contulit poteſtatem eſſe Reipublicæ maritum, & communem omnium patrem, vt notabiliter hæc, & alia tradit *Luc. de Pen. in l. quicumque C. de omn. agr. deſert.* Ideoq; eum animaduertere debere, vt adminiſtret, tanquam maritus, & pater.

SVMMARIVM.

1 *Prorex deputat vnũ ex Collateralibus, vt nomine Regio præſit, omnibusq; Decuriones tractant ad Annonam Ciuitatis pertinentibus.*

2 *Idq; vigore Capitulorum eiuſdem ciuitatis.*

3 *Decuriones ſpectantia ad politiam Ciuitatis primitus exequebantur, ex Capitulo Ferdinandi 1 quod poſtea eſt immutatum.*

4 *Officialis, qui Regis nomine præſt in Tribunali Decurionum cum ijs non votat; ſed cõcluſio ſua authoritate exequutioni mãdatur, ex ſententia Regis Federici.*

5 *Aquæ conceſſio ex publico Ciuitatis Aquæductu, ac fonte ducendæ priuatis à Rege Ferdinãdo facta ab eodem limitata, dummodò abundantia Ciuium non deficiat.*

6 *Aquæ deriuandæ ex publico fonte facultas, & modus priuatis à Rege concedi, ac præſtari poteſt.*

7 *Conceſſio aquæ à Principe facta reuocari poteſt, ſi ciuium vſui aqua deficiat, & n. 9.*

8 *Gratia Regis Federici, vt aqua reſtituatur priuatorum molendinis, quam interpretationem à iure recipiat.*

9 *Aqua ex publico fonte, quæ ciuium neceſſitati non ſufficit, non poteſt ex ordinaria Regis poteſtate concedi pro extruẽdis priuatorum molendinis.*

10 *Officialibus qui nomine Regio Ciuitatis, vel ſimilibus Tribunalibus aſſiſtãt, an aliquod pro labore ſalarium præſtandum.*

11 *Quãdo quis pluribus officijs fungi poteſt, & conſequenter pro omnibus debitum conſequi ſalarium, & num. 12. 13. 14. 15. & 17.*

16 *Salarium decernere, ac præbere ad Principem ſpectat.*

18 *Decurionibus Ciuitatis, poteſt ab eadem limitari poteſtas.*

19 *Eodem tamen tempore electionis ad Decurionatum non poſt electionem.*

20 *Vſus rei, quæ iure proprietatis ad Ciuitatẽ pertinet, priuatis Ciuibus concedi poteſt.*

21 *Mattonata nomen antiquum & vſitatũ.*

22 *Viarum publicarum conſtructio, iuxta domos priuatas ab eorum Dominis facienda.*

23 *Ciuitas, quæ vias ante domos priuatorum ſuis ſumptibus reficit, malè agit.*

24 *Viarum publicarum impedimentum perpetuũ prohibitũ, tẽporale tantũ permiſſum.*

25 *Pergulas, quæ vulgo tennæ appellãtur, tenere poſſunt apothecarũ Dñi vel cõductores.*

26 *Artem mechanicã exercentes, poſſunt à ſuis apothecis in publicũ ponere, quæ ſunt propry exercitij, modo non impediant vehiculum ire declaratur num. 28.*

27 *Magiſtri Portulani ad officium ſpectantia, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

De poteſtate Proregis in eligendo, ac deputando vnũ ex Collateralibus, vel Regijs Officialibus, qui Regis nomine præſit, atq; aſſiſtat cum Decurionibus Ciuitatis annonæ munimini, ſeu fortificationi, aquarum conſeruationi, rationum, ſiuè computorum reuiſioni. Salarium, & pro labore an præbendum. Regis Ferdinandi conceſſio priuatis quibuſdam aquę ducendæ ex publico Ciuitatis aquæductu, ſiuè fonte. Federici Regis gratia, vt eadem aqua reſtituatur priuatorũ molendinis, declaratur.

§. VI.

1 VT autem, quæ ad annonam ac vbertatem conferunt expeditius exequutioni mandentur; deputat Prorex perſonas Collaterales ad præſidendum, & aſſiſtendum nomine Regio in concernẽtibus grattiam, ſeu abũdantiam ciuitatis, fortificationes, ſeu munimen illius aduerſus inimicos, & conſeruationem aquarum, conſtructionem, & refectionem viarũ, ſeu ſtratarum eiuſdem ciuitatis, & dicitur propriè Tribunal mattonatæ; & cum Proregum mandatis pecuniam expendunt publicam pro aptatione, conſtructione, & refectione omnium prædictorum, & ſic etiam pro abundantia, vbi verò præſt perſona pro abundantia, eſt in Tribunali Decurionum, ſeu Electorũ Ciuitatis, cętera verò appellantur tribunalia fortificationis aquæ,

& mattonatæ,in quibus omnibus, tanquam Regens Collateralis Conſilij præfui;& notetur quæſo vnum pro ſatisfactione nonnul-
2 lorum inſipientium noſtræ ciuitatis. Nam per *Capitula* ciuitati à retro Regibus conceſſa,ſtatutum eſt, quod in vnoquoq; iſtorũ Tribunalium Regius Officialis interueniat, vt *in cap.*8. *&* 9. conceſſis per *Regem Ferdinandum II.* expeditis ſub *die* 27. *Ianuarij* 1495. in quibus prouidetur de Officialibus,qui debent in Tribunalibus fortificationis,& aquarum præſidere, & per ſententiam Regis Federici ſtatuitur Interuentus Regij Officialis in Tribunali Electorum,ſeu Decurionum ciuitatis;vnde cum de hoc, quaſi de noua introductione conqueruntur, videant ſi benè dicunt: eſt benè verum quod per
3 *cap.*41. conceſſum tempore *Regis Ferdinandi Primi* ſpectantia ad politiam ciuitatis,ſtatutũ erat fieri per Electos, ſeu Decuriones tantum: & quod nullus Officialis ſe intromittat, quod hodie fit per ſingulas plateas,ſeu ſedilia,quæ deputant perſonas particulares, quæ appellantur *Pagliaminutæ*, præter hæc adeſt Tribunal reuiſionis, vbi pariter præſidet vnus ex Regijs Miniſtris à Pro rege deputandus, & hoc tribunal erectum fuit tempore Præſidatus D.Petri de Toledo & in eo tractatur viſio computorum,Miniſtrorum ciuitatis, in quo à quolibet Sedile perſonæ deputantur, & à Prorege commiſſiones expediuntur,qui,vt Iudices Regij iudicant, à quorum ſententijs,nonniſi ad Proregem appellatur; illæq. paratam habent exequutionem,in cęteris verò Tribunalibus adſunt deputati per Sedilia, qui pariter negotia ad illa ſpectantia pertractant, & expediunt,& in vnoquoq; prædictorum Tribunalium platea popularis ſuos pariter facit deputatos; aliud, & vltimum adeſt Tribunal dictum *della pecunia*, quod eodem modo regitur, in quo tractatur affictus introituum ciuitatis, & mandata firmantur pro ſolutione æris alieni, & expenſarum ciuitatis.

4 Verum per prædictam ſententiam Regis Federici apparet,quòd Regis Officiales in prædicto Tribunali Electorum minimè votare debent,ſed negotia terminãtur per voces maioris partis Electorum,ſeu Decurionum, exequutio verò concluſionum fit cum authoritate Regij Officialis,qui præſidet, & ſic hodie ſeruatur.

Et non omittam aliud, quod eſt maximæ conſiderationis pro neceſſitate, & deficien-
5 tia aquæ in noſtra ciuitate, quæ habet aquã pretioſiſſimam,& in maxima abundantia, & ad ciuitatem non conducitur quarta illius pars,quia in loco dicto la *Volla*,diuiditur pro medietate cauſa eam dandi quibuſdam molendinis priuatorum,& reliqua medietas in loco dicto *Poggio Reale* pariter diuiditur per alia molendina particularium: ita quod,vt dixi, quarta pars tãtum,aut parum plus iſtius aquæ in ciuitatem conducitur, quæ agnoſcentes retro Reges, & attendentes publicam ciuitatis vtilitatem, quæ ciuitas tunc non erat in tam magna amplitudine,nec tot habitatoribus repleta. Dico igitur, quod ob prædictam cauſam ſuſtulerunt aquam à prædictis molendinis,vt integra ad ciuitatem confluereț:& demum dum fuit ſupplicatum, vt aqua ad molendina reſtitueretur, infraſcriptum fuit expeditum *Capitulum*,vt in *capit.*9. *Regis Ferdinandi Secundi fol.*21.

Item ſupplicano la Maeſtà voſtra fare tornar l'acque alli molini ſecondo il ſolito, à tal che s'habbia buona commodità. Placet Regiæ Maieſtati, prout petitur, dum tamen non producat defectum aquarum ad vſum, & opportunitatem ciuitatis, ac ciuium, & quod vbique interueniret Officialis, ſeu Prouiſor, qui ipſarum aquarum pro tempore curam habeat.

Quæ potuit Rex facere, & mandare, ſi
6 aquæ,& decurſus aquarum inter cætera prę cipua in Regno ſunt Dominorum, ſecũdum communem deciſionem *Luc. de Penn. in l. quicumque C.de fund. limitr. lib.*12. *cum alijs congeſtis per Dominum Frecciam in* 46. *author. Baron. in princip.* & latiſſimè ad ſaturitatem in propria materia conſtructionis molendinorum per *D. de Franch. in ſua deciſ.*183.

Si ergo eatenus aquæ ſunt reſtitutæ mo-
7 lendinis, quatenus non deficiant ad vſum ciuitatis: ergo ſtante hodie maximo defectu poſſunt molendina priuari aquis ob publicam ciuitatis vtilitatem, & neceſſitatem; ſunt enim hæc molendina priuatorum in pauco numero,quæ vt ſcimus non deſeruiũt pro molendis frumentis ciuitatis.

Et licet idem fuerit ſupplicatum tempo-
8 re *Regis Federici*, qui ſimpliciter reſpondit *Placet Regiæ Maieſtati, vt in cap.*12. *fol.*23.Tamen hoc recipit intellectum à *cap. Regis Ferdinandi antecedentis*, quod eamdem continet decretationem cũ additione dummodo aqua ciuitati non deficiat,quæ declaratio non eſt ſublata per *Capitulum Regis Federici*,& rurſus ſic de iure intelligatur per
9 *tex. in l. Præſes Prouinc. C.de ſeruit. & aqu.* Nam ſitientibus agris noſtris non ſolum eſt iniuſtum,ſed crudelitati proximũ,dicit *tex.* vt aqua alij vtãtur,& melius legatur *tex. in*

l.ſi

l. si quis per diuinam in fine, C. de Aquæduct. libr. 11. vbi est casus in indiuiduo, vt concessio aquæ ex publico fonte intelligatur, quatenus aqua non deficiat, & de ea, quæ supereſt, conceſſio intelligatur facta, ibi in illis verbis, *quid ijs perſonis, quibus noſtra ſerenitas indulxit ex aqua ſuperflua debeat impartiri*, & in ſpecie de his molendinis loquutus fuit *Luc. de Penn. in l. decernimus, C. de aquæduct. lib.* 11. dicens iniquam etiam & iniuſtam permiſſionem talium molendinorum, nec potuiſſe concedi ex ordinaria poteſtate ſtante neceſſitate ciuium, & penuria aquæ, quæ ad ipſorum alimentationem principaliter deſeruire debet. Cùm non conueniat fontem, ſummis laboribus, & neceſſitate paratum pro ſuſtentatione vitæ humanæ deſeruire ad quæſtum priuatum, ſub velamine publicæ vtilitatis, quæ deciſio ad propoſitum eſt aurea, & notanda, de qua meminit *Dominus de Franchis in allegat. deciſ.* 183. de quo latius infra dicemus in materia conceſſionis tractarum, & penſionum, quæ à Rege conceduntur, vbi videri poterit,

Sed fuit pluries dubitatum, an iſtis Regijs Officialibus, qui aſſiſtunt in prædictis
10 tribunalibus Ciuitatis ordine Regio debeat fieri debita recognitio, eorum laborum, pro quo multoties, ſe congregauerunt plateæ, & aliquando concluſerunt recognitionem aliquam faciendam, aliquando, & frequentius denegauerunt, licèt labores ſint maximi, & præcipuè miniſtri Præſidentis in Tribunali Graſſiæ, quòd iniquum vndiquè eſt; cùm Regij miniſtri ex proprio officiorum munere, ad hæc non ſint obligati; & hoc eſt, quòd tradidit *Bart. in l. ambitioſa ff. de decret. ab ordin. fac. num.* 2. Sunt enim hæc diuerſa officia collocata, & data vni,
11 quo caſu, dùm vnus pluribus officijs diſtinctis fungitur, Rege mandante, ſeù illius Prorege gaudere debet ſalario vniuſcuiuſ-
12 que officij, cum duas repræſentet perſonas, ad *text in § illud, in auth. vt iudic ſin. quoqu. ſuffr. in l in ſcholaribus, C. de erog. milit.*
13 *annon lib.* 12. maximè quando officia non ſunt incompatibilia, ad *text. in l. ſi conſul, ff. de adopt. Ioan. de Plat. in l. maior, C. de dignitat. libr.* 12. *Capyc. deciſ.* 27. *num.* 20. &
14 ſic practicamus. Dùm Decanus Sacr. Conſil. vacante Officio Præſidentis, etiam illud exercet, & in Præſidentibus Regiæ Cameræ deficiente illius Locumtenente fuit nouiſſimè prouiſum, dùm quilibet illorum Locumtenentis officium exercet per heb-
15 domadas; & propterea iuſtiſſimè ad euitandas has partialitates, & iuſtitiã faciendam tempore Præſidatus Don Franciſci de Caſtro, mandauit ille vir prudens, & circũſpectus taxationẽ certi ſalarij omnibus prędictis miniſtris, inſpecta qualitate laborum vniuſcuiuſque, quod ad Principem ſpectat
16 prouidere, prout eſt *text. in l. vnica C. de præb. ſalar. lib.* 10. cuius infraſcripta ſunt verba. *Nulli ſalarium tribuatur ex iuribus Reipublicæ niſi ei, qui iubentibus nobis conſtiterit fuerit conſequutus*; & cõcurrente cauſa iuſta non poteſt de hoc dubitari, pro quo videatur ibi *Rebuff.* qui optimè declarat, & etiam ibi per *Io. de Plat.* quæ prouiſio etſi
17 ex prædictis appareat, quàm iuri conſona fuerit, inſpectis ingentibus laboribus, quĩ fiunt, & amaritudinibus, quæ ſuſtinentur; tamen per ſucceſſorem in officio fuit de facto reuocata, nullo verbo de ea facto in Collaterali Conſilio, vbi fieri debeat.
18 Sed nolo omittere vnum, quod tenuimus pro abſurdiſſimo, ſed de iure eſt permiſſum: quòd etſi Decuriones repræſentent Ciuitatem, & dicantur omnia poſſe circa eius gubernationem: tamen poteſt à Ciuitate limitari poteſtas, ſecundum *Bart. in rubr. ff. de Decur. Io. de Plat. in ea rubr. C. lib.* 10. Quòd ſæpè accidit, dum in tribunali Electorum, ſeu Decurionum recuſant aliqui ex eis concludere, dicendo habere limitatam poteſtatem.
19 Sed hoc intellige poſſe fieri tempore delationis officij, & creationis Decurionum, ſed poſtquam ſimpliciter fuerunt electi, & officia conceſſa minimè poſſunt illa limitari, nec quomodolibet illis aliquod derogari, quia res non eſt integra, & poteſtas conceſſa libera circa adminiſtrationem rerum Ciuitatis, iuxta formam à iure traditam, vt per eumdem *Bartol. & Bald. vbi ſupra*.

Similiter non omittam vnum notabile dictum *Bart. in l. qui tabernas. ff. de contrab.*
20 *empt.* ibi: *Item nota, quòd ad priuatum poſſit pertinere vſus rei pertinentis iure proprietatis ad rempublicam. Quod facit pro hominibus Ciuitatis habentibus in foſſatis publicis hortos per Ciuitatem conceſſos, vt à tali vſu non debeant expelli &c.* Quæ doctrina eſt particularis ad cõceſſiones factas per noſtram Ciuitatem ipſius Porterijs, & alijs propè, & extra mœnia pro iardenis & hortolitijs: quæ alias fuerunt ſatis dubitata, quòd non potuiſſent fieri à Decurionibus, nec à propria Ciuitate.

Nec nouum eſt hoc nomen Mattonatæ:
21 meminit enim de illa *Bart. in l. 1. ff. de via publ.* ibi, *certè proprie dicitur ſtratauia mattonata lapidibus viuis, vel coctis, &*

text.not.in l.ædiles eodem tit. ſtatuit, vt con-
22 ſtruat vnuſquiſque vias publicas iuxta propriam domum, & qui conductas domos tenent, debent conſtruere computando diſpendium in mercedem, quando Dominus ipſe non conſtruit, de quo latè *Bart.in l.2. C.de immun.nemin.conced.lib.10. Flor.in l ſi quid S.ſi quid nu.6.ff de vſufr.* Ita quod dum ho-
23 die omnia fiunt ciuitatis expẽſis, eſt contra iuris ciuilis diſpoſitionem, poſtquam non adeſt impoſitio in hoc in qua ciues contribuant, & hoc inter alios abuſus ciuitatis: nã videmus vias, maximis ſumptibus ciuitatis conſtrui, & demum ordinariè à particularibus impediri, & occupari, non ſine maximo
24 ſcandalo; verum aliquãdo à iure temporaliter tantum permittitur ratione alicuius ædificij, quod conſtruitur, ſed perpetuo minime, de quo per *Iaſ.in repet. l.quominus de flum.nu.67.verſ ſecundo moueor*, & quando temporaliter non requiritur licẽtia, & aliud notabile tradit *Bald. in l. baſilicam in fin.*
25 *C.de oper.publ.* vt minimè poſſint prohiberi vendentes, ne in ſuis apothecis teneant pergulas, ſeu quas vulgo dicunt, tennas, quibus illi vtuntur, vt ſe tueantur à vento, & pluuijs, quæ ſingulariter tradit *Auendan. de exequend.mand.par.1.cap.19.num.39. verſ. & iſtam noſtram legem, vſque ad verſ. & itẽ*
26 *lex noſtra*; Immo notetur *tex.in d. l. ediles in fi.in verſ ſtudeant*, vbi permittitur artem mechanicam exercentibus poſſe à ſuis apothecis ponere in publicum, & in via, quę sũt illorum exercitij; taliter quod non impediant vehiculum ire, & ibi *gloſ. in verb. tro-*
27 *chos.* Et videatur accuratè *Auendan.vbi ſupra*: nam curiosè, & eleganter ponit quaſi omnia ſpectãtia ad Graſſiam, & ad officium Iuſtitiarij Graſſię ciuitatis, & M.Portulani.
28 Verum cum vnaquæq; Prouincia ſuo ſenſu abundet, & conſuetudines, ſtatuta, & inſtructiones ſint tam diuerſa, ſeu diuerſæ, propterea hoc intelligo ſecundũ diſpoſitionem iuris communis: ſecus vero ſi conſuetudo præſcripta, ſtatuta, aut inſtructiones aliud ſuadent, vt in hac noſtra ciuitate videmus, in qua officium Magiſtri Portulani exercet Io.Simeon Moccia, Eques nobiliſſimus de Sedili Portęnouæ conſcientiatiſſimus, & omni virtutum genere ornatiſſimus.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas non poteſt abſque Proregis licentia Legatum, vel Ambaſciatorem ad Regem mittere.*
2 *Poena ſine litentia mittẽtis, & miſſi erit extraordinaria Iudici arbitraria.*
3 *Licentia petita, & abſq; iuſta cauſa denegata pœnæ locus non eſt, nec à Rege denegatur audientia. Idque practicatur nu.7. & 9.*
4 *L. ſi quis Decurio la 1. C.de Decur.lib.10 declaratur.*
5 *Indignationis ſignificatio, & effectus.*
6 *Clauſula ſub indignatione noſtra; in literis Papæ, & Regis, quid importet.*
8 *Legatis miſſis ad Regem licentia à Ciuitate petita, & ſine iuſta cauſa denegata à Prorege, ſalarium ſoluendum, & ita in Collaterali deciſum num.9. & 11.*
10 *Ciuitas poteſt Legatum ad Regem mittere contra Proregem ex Regia declaratione.*
12 *Cadauera magnatum baiſamo curanda.*
13 *Ciuitatis maiorem partem, quatuor platea, ſiue quarteria conſtituunt, eaquè repræſentant; atque concludunt etiam contradicẽte platea populari, & ita per Regem mandatum, atque deciſum per Collaterale, & num.15.*
14 *Reclamare à maiore Ciuitatis parte aliquid decernente quilibet de populo poteſt, & ſuperiorem adire.*
16 *Sedilia, ſiue Platea Ciuitatis liberè congregari poſſunt abſque licentia.*
17 *Ciuitas largo modo dicitur eſſe ſub tyrãnide, quando Ciues non poſſunt libera voce defendere bonum publicum.*
18 *Remedium ad vitandos tumultus, & diſſidia, quæ oriri ſolent, dum agitur de mittẽdo Legatum ad Regem, vt Ciuitas in Curia procuratorem habeat pro Ciuitatis, & Regni occurrentibus neceſſitatibus.*
19 *Ciuitatem regi pro maiori parte per nobiles eſt à iure approbatum, ſicut contraria conſuetudo eſt irrationabilis, & minimè ſeruanda, & nu.20.*
21 *Conſuetudo laudabilis, per quam nobiles tantùm Regimini præficiũtur excluſis popularibus.*
22 *Ciuitatis in regimine plures eſſe debent nobiles, quàm populares.*
23 *Ciuitatis intereſt per nobiles gubernari, nõ per populares.*
14 *Actus commiſſus Conſilio, vel alij ſub nomine collectiuo eſt à maiori parte explicãdus.*
25 *In caſu verò diſcordiæ Rex, vel Prorex in Regno adeundus, quòd limitatur in prouiſionibus temporalibus.*

ARGVMENTVM.

De Legato ad Regem mittendo, qui Ciuitatis, ac Regni nomine ſua Regi deſideria, & querimonias exponat. Quando ſine Proregis licentia eum mittere liceat maiorem in eo mittendo Ciuitatis partem conſentire debere; Eam quot plateæ conſtituant. De iuſto Legati ſalario.

Quo-

§. VII.

QVONIAM verò, quæ ad munus, ſuamq; pertinent poteſtatem Prorex interdum, vel negligit, vel malè agit. Potiſſimum quæ ſpectant ad Regni, ac Ciuitatis vbertatem. Subditos non æquabiliter tractãdos, eiſq; ius reddendum. Ciuitas ſæpè deliberat, tùm pro his, tùm pro alijs, quæ occurrunt publicis neceſſitatibus Legatos ad Regem mittere, eiq; ſua, ac Regni deſideria, & querimonias exponere. Contra verò Prorex ſe opponit, plurimumq; ægrefert; idcirco poſtulat hic locus, vt breuiter dicam, an, & quando inconſulto Prorege, vel ſine ipſius licentia, id Ciuitati liceat; eſt enim proximum, & affine Ciuitatis, ac Decurionum, quam tractauimus poteſtati, quod nõ modica inter Ciuitatis plateas, earumq; Ciues diſſidia excitare ſolet. 1 Eſt igitur pro regula conſtitutum non poſſe Ciuitatem Legatos, ſiue Ambaſciatores ad Regem mittere, inconſulto Prorege, qui perpenſa qualitate negotij, ſi poteſt, vel non per ipſum expediri, præſtabit, vel denegabit licentiam, vt latius per *D. de Minad. in d. conſtit. in aliquibus in verb. Comitum, vel Baronum, qui allegat text. in l. 3 in fin. C. de leg. lib.* 10. & eſt melior *text. in l. fin. eod. tit.* & ob id multa mandata aliàs fuerunt facta, vt nõ diſcedant, multi ex hoc capti, & carcerati, & Ciuitas tota conturbata, ex diſperſione ſuorum ciuium; 2 ſed dictum hoc *Minad.* non erit ſic ſimpliciter intelligendum: nàm fateor, quod Prorex eſt adeundus cauſa licentiam petendi, quando ipſe prouidere non poteſt, vel non intendit, & in eum caſum, quando Proregẽ non adiuerint, non ſolùm à Rege audientia eſt deneganda, ſed extraordinariè Legatus puniendus, vna cum omnibus mandantibus iuxta diſpoſitionem *text. in §. ſit tibi quoq; curæ, in auth. de mand. Princ.* ibi: *Remittemus eum cum omni correctione, & reſponſum non dabimus*; *& text. in l. ſi quis Decurio, la* 1. *C. de Decur. lib.* 10. dicit, quòd non antea diſcedat, quàm inſinuato Iudici deſiderio proficiſcendi licentiam conſequatur: quòd ſi pro ſua audacia parui aliquis fecerit hanc inſſionem, indignationem competentem ſortiatur, & ibi *Rebuff.* dicit, quòd erit pœna arbitraria, & *Bald. in auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & Cler.* dicit extraordinarie puniri, & *Io. de Plat. & Rebuff.* vbi ſupra dixerunt oportere petere licentiam, ſed 3 quando licentia fuit petita, & impetrare non potuerunt, quod iuſtum erat, tunc acceſſus non eſt prohibitus, ꝙ probat *text. in §. ſit tibi quoq; curæ*, vbi ſi quis Regẽ adiuerit, dicendo quod iuſtum erat impetrare non potuiſſe, & hoc verum inueniatur, indignatio contra Miniſtrum conuertitur, & 4 *text. in d. l. ſi quis Decurio* intelligo, quando non expectata licentia Regem adiuerit: & licet *Bart. in tract. qui ſint rebelles in verb.* 5 *indignationem* dixerit, quod huius verbi nullum effectum inuenit, niſi quatenus verbum ſonat, vt Imperator indignatus non exhibebit ſe gratum, quem ſequitur *Iaſ. in l.* 1. *ff. de in ius voc.* & in eandem opinionẽ videntur inclinare *Aluar. & Præpoſ. in cap.* 1. *§. porro, quæ ſit prim cauſ. benef amitt.* Tamen teneo opinionem *Bald. in d. auth ſtatuimus, idemq, Bald. in d. §. porro*, vbi *Laud. & Affl. & idem Afflict. in Conſtit. Regn. inconſutilem tunicam nu* 48. *verſ.* 26. *nota*, quod latius fundat, & infinita cumulat *Reſtaur. Caſtald. in tract. de Imper, quæſt.* 110. *priuil.* 39. *num.* 1. Quod indubitatè probat *text. in d. §. ſit tibi quoque curæ*, ibi *remittemus eum cum omni correctione*; ergo non conſiſtit in 6 ſimplicis animi indignatione. Immò *Bald. in d. §. porrò*, dixit, quòd important hæc verba, in literis Papalibus priuationem beneficiorum, & *Iacobin. in tract. feud. in verb. Princeps, verſ. nona Specialitas*, dicit, quòd important priuationem feudorum; & ſic 7 hodiè practicatur, vt adeatur Prorex pro licentia petenda, & ſi denegata iniuſtè fuerit, tunc licita eſt iudicata miſſio, ſeù legatio etiam licentia non impetrata, fueruntq; perſonæ, ad hoc deſtinatæ benignè receptæ à ſanctiſſimis Regibus, vti perſonæ publicæ, & vt tales à Ciuitate remuneratæ, eiſq; ſo- 8 lutum debitum ſalarium, poſtquàm legatio, ſeu acceſſus non eſt voluntarius, ſed tenentur perſonę electę ſubire munus legationis, & ad illud compelli poſſunt, dicit *gloſ. notab. in d. l. ſi quis Decurio* communiter ibi 9 per *Scribentes* recepta, vt practicatum fuit cum Marchione Padulæ, qui fuit tranſmiſſus tempore Preſidatus Marchionis de Mondeſciar, in cuius gubernatione Ciuitas maximè fluctuauit, & reuolutiones fuerunt tales, quòd tandem ſua Maieſtas reuocauit illum, & vltimo loco, cum Octauio Tuttauilla Equite Neapolitano Sedilis Portus, & hoc tempore Præſidatus Comitis de Oliuares, quo tempore etiam fuerunt multi de facto carcerati, alijq; Equites principales, & in maximo numero latitãtes, & inter cæteros carceratos fuit Princeps Caſertæ: vnus de Magnatibus principalioribus Regni, & ſic tota Ciuitas cõturbata, & exiſtẽte in Curia

prædicto Octauio Tuttauilla, iam vt perſona publica recepta à Maieſtate Catholica, grataq; illi audientia præſtita, fuit etiam prædictus Comes Oliuares reuocatus, & in eius locum tranſmiſſus Comes de Lemos. Qui Octauius Tuttauilla Ambaſciator neceſſarias obtinuit prouiſiones, & gratias, licet licentia non obtẽta diſceſſiſſet, fuerũtq. perſonę carceratæ Sacr. Maieſtatis ordine de facto liberatæ, vt de facto carceratæ fue-
10 runt, & chriſtianiſſimus Rex declarauit licere ſemper Legatum tranſmittere, quando contra ipſum Proregem quęrimoniæ sũt exponendæ, & ciuitas grauata ab illo ad ſuum Dominum recurrit, & dum reuerſus
11 fuit ad Ciuitatem prædictus Octauius habuit ab ea tanquam publicus homo ab ipſa trãſmiſſus debitum ſalarium, & iuſtam laborum ſuorum recompenſationem, non obſtante repugnatione plateæ popularis, quod decidimus tempore prædicti Comitis de Lemos tunc digniſſimi huius Regni Proregis, religioſiſſimi viri Ciuitati, & Regno gratiſſimi ob ſuam humanitatem, & erga omnes maximam pietatem, qui hic cum intrinſeco bonorum dolore ſuũ diem clauſit extremum, cuius corpus in Monaſterio S. Crucis fuit depoſitũ per prius balſamatũ, ſeu balſamo curatũ, iuxta morem magnatũ, maximè
12 qñ ad propriam patriam in longinquis exiſtentẽ ſunt corpora aſportãda, iuxta notab. deciſ. *Odoffr. in l. 2. colum. fin. ff de in ius voc.* Sic igitur fuit articulus iſte deciſus ex communi, & recepta doctrina *Bart. in l. ambitioſa num. 2 ff. de decr. ab ordin. fac.* quæ eſt in proprio caſu, habito pro vero, quod ex ſex
13 plateis, ſeu quarterijs, in quæ, ſeu quas ciuitas diſtinguitur, & à quibus gubernatur, videlicet, quinque Nobilium, & vna Popularium, ſufficit concurſus quatuor ipſarum facientium maiorem partem, & ciuitatem repreſentantium vigore ſententię *Regis Federici latæ in anno* 1497. & ſuorum *Capitulorum* hoc diſponentium, & pluries confirmatorum, & ſignanter hoc in indiuiduo prouidetur in *cap.* 33. inter cætera conceſſa per *Carolum V. Imperatorem Maximum in anno* 1554. in quorum poſſeſſione ſemper extiterunt, & exiſtunt, quod equidem eſt iuris diſpoſitioni conforme, vt quod maior pars concludit, illud attendatur ad *text. in l. quod maior ff. ad municipal.* Nec ſi damno-
14 ſa fuerit concluſio maioris partis aliquid officit, ſi cuilibet de populo permiſſum eſt ſuperiorem adire, & reclamare, vt idem *Bart.* tradit in eadem *l. ambitioſa num. 6.* Eſt caſus in *cap. 1. extra de his, quæ fiunt à maior. part. capit.* qui *tex.* vtrumque decidit *Auendan. in lib. 1. de exequen. mand. cap. 16.* & eſt hoc expreſsè prouiſum in prædicta ſententia lata per *Regem Federicum*, vbi tam quilibet de populo, quam ſuperior ex officio, dum videt, quid iniuſtum concluſum, poteſt manus imponere, & particularis petere reuocationem, & ſuperior prouidere; & hoc quod maior pars poſſit concludere, eſt tam in beneficium plateæ popularis, quã nobilium: cum poſſit eſſe illa vna de quatuor concurrẽtibus, alijs nobilibus contradicentibus, vt in dies videmus, & practicamus: etſi maior pars non concluderet, rarò negotia terminarentur, & vltimo loco
15 Catholica Maieſtas circa hoc mandauit interim ſeruari ſolitum, & conſimilis deciſio fuit facta in ſimili caſu, cum Marchione Padulæ, de quo ſolito teſtatur *D. Frec. in 3. lib. q. fin. nu. 37.*

Et quotidie practicatur in Tribunali Diui Laurentij, vbi Decuriones congregantur ad negotia ciuitatis pertractanda, quod ex ſex plateis, quatuor concludunt, tanquam facientes maiorem partem, & ſic etiam refert pro indubitato *D. de Franch. in ſua deciſ. 2.* Quod nouiſſimè noſter ſereniſſimus Rex declarauit in prouiſionibus expeditis tandem per quas mandatur fore comedendum panem, & frumenta ciuitatis diſtribuẽda eo pretio, quo illa ciuitas emit iuxta cõcluſionem platearum Nobilium, ſeu Sedilium, non obſtante contradictione plateæ popularis; ex quibus, cum gratia Dei ſublata erit peſtis, tam abominabilis, quæ ciuitatem depauperauit. Deus Opt. Max. faxit, vt tam iuſtè ſtatuta, & ordinata executioni demandentur.

Sed hæc, quæ ciuitatem, & Regnum adeò perturbant; & ex quibus ciuitas tota cõmouetur, & diuiditur in partes cũ manifeſto periculo reuolutionis, & perditionis illius: poſſent ſaluari, & facili remedio, puideri abſq; vexatione populorũ, & certo modo manifeſta violentia dum mandata fiunt, ne diſcedant, ne Sedilia congregentur contra ſolitum: ſi quidem liberè congregari poſſunt
16 nulla impetrata licẽtia, de quo more etiam meminit *D. de Franch. in ſua deciſ. 446.* ex quibus animus ſubditorum alteratur, & ſuperior indignatur; & notetur vnum notabile verbum *Bald. in l. decernimus C. de ſacro-*
17 *ſanct. eccleſ. num. 6.* dicentis, & nota, quod largo modo loquendo omnis ciuitas eſt ſub tyrannide, quando ſubditi non poſſunt libera voce defendere bonum publicum.

Remedium facillimum eſſet, ſi ciuitati
18 permitteretur tenere in Curia pro ipſa, & toto Regno Procuratorem, ſeu Agentem,

qui

qui negotia ciuitatis,& Regni tractaret: ex quo ceſſarent hæ turbulentiæ, tot querimoniæ,congregationes,& conuenticulę,& Rex chriſtianiſſimus, & omnium Dominus eſſet de ſingulis informatus,vt conuenit,calamitates, grauamina, & neceſſitates ſui Regni audiret, vt congruit, abſque commotione aliqua, & quæ digna eſſent prouiſione, prouideret,& alia reſpueret,vaſſalliq; tam fideles ſatisfacti remanerent; nec video,quare huic Regno, tam fideliſſimo negari debet, quod omnibus alijs videmus permiſſum: Miniſtri enim vtique penſarent grauamina nõ inferre,Rex de omnibus informatus omnia prouideret:ſed tandem,vt dixi, ſunt peccata populi.

19 Hic mos,quod regimen Ciuitatis ſit pro maiori parte Nobilium, eſt à iure approbatus,ſecundum *Ang.in §.1.in auth de defenſ. Ciuit.*per illum *text.*quem allegat,& ſequitur *Lup.in rubr.extr.de donation.int.vir.& vxor.§.9.nu.9.& Auen.de exequen. mand. par.1. cap.19. num.18. verſ. vtiliſſimum*, qui dicit vtiliſſimum eſſe Rempublicam Regi per Nobiliores ſanguine, & excima-

20 tione propterea tradidit irrationabilem eſſe, & non ſeruandam conſuetudinem, ſeu priuilegium, vt Nobiles ab officijs Reipublicæ excludantur tanquam in illius perni-

21 ciem; & hinc *DD.* laudauerunt morem Venetorum, qui Nobiles tantum ad regimen aſſumunt Ciuitatis,de quo latè per *Tiraquel.de nobil.c.20 nu.*1.quodque debeant

22 eſſe plures Nobiles,quam populares, notat *Alber.in l.2.§.deinde ff.de orig.iur.* Hinc voluerunt *Doctor.*intereſſe Reipublicæ guber-

23 nari per Nobiles, & non per populares, vt poſt alios habetur per *Caſſan in catbal. glor.mun.p.8.conſid.36. & Andr. in cap.1. in princ.de pac iur firm.* tradidit quod Nobiliores debent eſſe illi, qui ciuitates regunt. Hinc *Plato* dicebat nullo modo iuſtum imperium, vel ciuitatem appellandam, in qua popularis improbitas ſumma quæq; Reipublicæ munera tractare præſumat: qui enim populo ſe committit,fortunam non rationem ſequitur,qui fortunæ fauet, periculo, & aleæ ſe dedit, qui in aleam eſt ad ruinam, & cladem inclinat, & Anacheres Scita, qui vnus ex Sapientibus fuit Athenienſium ſtatum qui populi imperio agebatur breui interiturum prædixit, quæ latius explicat *Petrus Crinita de honeſta diſciplina lib.1. cap.4.*

Et notetur vnum in eo, quod dictum eſt de maiori parte, quòd ſi actus committitur

24 nomine collectiuo, vt puta Concilio, & alijs perſonis, illud collectiuum importabit dimidiam partem,*Ang.& Imol.in l.liber homo §.Titius ff de hæred.inſt.*cum alijs cumulatis per *Auend de exequ.mand. cap.*19. vbi quod in caſu diſcordiæ adeundus eſt Rex, & ſic Prorex in noſtro Regno,& ibi vide notabilem limitationem, quando tractaretur de aliquibus ordinationibus temporalibus circa concernentia regimen, & adminiſtrationem ciuitatis,vt ibi latius per eum,qui omninò videatur; nam ſunt quotidiana, & deſeruiunt in dies ad multa, quæ in ciuitate occurrunt.

DE ELECTIONE OFFICIALIVM, ſeu Magiſtratuum, officiorum adminiſtratione, atque priuatione illorum, ob malam adminiſtrationem, & pariter de ipſorum extimatione, & remuneratione, quando benè ſe geſſerunt; & multa de Baronibus, qui iuſtitiam adminiſtrant, & Iudices dicuntur ſuorum vaſallorum, eorumq; auctoritates, quæ diuiduntur per §§. particulares

TITVLVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Officiales ſunt Annales.*
2 *Barones ad beneplacitum Officiales conſtituere non poſſunt.*
3 *Ritus Magnæ Curiæ, vt ſola cognoſcat de delictis Officialium, obtinet in officialibus Baronum.*
4 *Officiales à Rege creati, vel ſimpliciter, vel ad beneplacitum cenſentur perpetui.*
5 *Officiales, poteſt, non tamẽ debet Rex ad nutum priuare officio ſine iuſta cauſa.*
6 *Officia ementes parati præſumuntur vẽdere quod emerunt redditur ratio nu.7.*
8 *Quæ tamen iuſtitiæ adminiſtrationẽ habẽt.*
9 *Princeps, & Pontifex officia vendere non eſt prohibitus.*
10 *Non tamen rectè agunt vendendo.*
11 *Officiorum venditio prohibita nouiſſimè per Capitulum Philippi II. Ciuitati cõceſſum.*
12 *Baronibus officia vendentibus, certa in Regno pœna impoſita.*
13 *Officiales, qui Iuſtitiæ miniſtrandæ preponuntur, quales eſſe debeant, & quibus officia concedenda.*
14 *Officiorum venditio, plurimorũ cauſa malorum.*

ARGVMENTVM.

De Magiſtratibus, tùm á Barone, tùm á Rege eligendis; qualis in eorum electione ſeruandus ſit modus.

REgno, ac ciuitati panis copia, aliarumq. rerum vbertate redundanti vincula, quibus contineantur adhiberi debent. Hæc ſunt ius, & æquitas, quæ vincula ciuitatum appellauit *Cicero in Paradox.* Nam ſruendę iuſtitię cauſa, olim bene moratos Reges cõſtitutos, idem affirmat in *2. de offic. & li. 3.* ſcribit fundamentum perpetuæ cõmendationis, & famæ iuſtitiam eſſe, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. Remota namq. iuſtitia, quid ſunt Regna, niſi magna latrocinia, inquit *D. Aug. lib. 4. de Ciuit. Dei.* Quod alterum eſt maximè neceſſarium ad Regni, & Ciuitatis tranquillitatem cuſtodiendam. Adminiſtrandæ verò iuſtitiæ, ac iuridicendo magiſtratus præſunt, quæ fuit eorum creãdorum origo. Parum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui in ea reddere poſſint ex *Pompo. in l. 2. §. poſt originem ff de orig. iur.* De Magiſtratibus itaq; ſiue Officialibus dicturus, à tempore incipiamus, quo munus eorum du-
1 rat; debent Officiales eſſe annales ex forma Regiæ Pragmaticæ deſumptæ ex *l. fi. C. de offic. Præfect. Prat.* qui kalendis Ianuarij introire ſolebant, vt inquit *Andr. in cap. 1. de feud. guard.* quod inuiolabiliter obſeruatur
2 in Baronibus, qui Officiales non poſſunt cõſtituere vltra annum, nec minus anno, vel ad ipſorum beneplacitum; ſed annales eſſe debent, de quo facit deciſionem *D. de Franch. dec. 410.* & adeſt ſpecifica *Pragmatica* edita in *anno* 1536. tempore Imperat. *Caroli V.*
3 immort. memor. Et idem *D. de Franch. in dec. 407.* refert deciſum, quod *Ritus Magnæ Curiæ* interpretatus, quod de delictis Officialium ſola Mag. Cur. cognoſcit, procedit etiam in delictis Officialium Baronum, & ibi: An Magiſter Actorum comprehendatur inter Officiales.

Officia tamen ſimpliciter conceſſa per Sacram Maieſtatem, ſeu ad eius beneplacitum, vt eſt communis ſtylus priuilegiorum
4 cenſentur perpetua, iuxta *text. in l. Iuriſperitos ff. de excuſ. tuto. vbi Bald. Alber. & alij*
5 & licet Princeps poſſit officia tollere illiq. Miniſtros priuare, debet hoc facere ex vrgenti, & ſufficienti cauſa, & non aliter, quia intel-

intelligitur anferre honorem,& facere iniuriam,quod alienum à Principe eſſe debet,vt notabiliter per *Iſern. in cap. 1. §. iterum ſi clericus in addit.nu.29.de cap Corrad.* ita quod ex cauſa poſſunt tolli, non autem ad nutum, de quo per *Boer. deciſ.149.* Vbi bonas habes deciſiones contra eos, qui pecunias dant pro officijs conſequendis, quia ex
6 hoc intelligũtur paratos eſſe vendere, quod ipſi emerunt: ex quo omnia mala ſequuntur in afflictionem populorum, peruerſionem
7 iuſtitiæ, & diſſipationem Regnorum, bonus *text.in canon. Prine 1 q 1 tot titul in auth. vt iudic.ſin quoq ſuffr.Bart* & communiter *Omnes in l. 1 C. de murileg lib 11.* eleganter *Sot.de iuſt & iur lib 3 q.6.art.4.* intelligen-
8 do de officijs cum adminiſtratione iuſtitiæ, alias ſecus,de quo per *Salyc. in l 1 C.ad leg. Iul.de amb.Bartol &* communiter *Scriben. in l.Barbarius ff de offic.Prætor. Abb & Canoniſt in cap.tuam de ætat.& qualit.* quæ di-
9 ſtinctio etſi non habet locum in Principe, cum in eo non conſideretur ambitus,& prohibitio non eſt de iure diuino dicit *Bald.in d.l.Barbarius ſic Fulgoſ. & Salyc. in d.l.1.* quod latius proſequitur *Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius in verſ duas habens filias nu 52 & tex in l.1. C.de piſtor. lib.11.& in l.2.C.de murileg.* ponunt caſus ſpeciales, ne Regium ſeruitium defraudetur,& ibi declarat *Bart & Odoffr.* ob quod *Ioa.de Plat.* dixit ibi eſſe ſpeciale,& ſic procedit *text.in c.1.extra de Magiſtr.* & idem dixit,idem *Ioa de Plat.in d l 1 C. de piſtor.* ſicut pariter dicimus in Pontifice,vt in eo nõ conſideretur ambitus,nec ſimonia,& conſequẽter poſſint Reges,& Pôtifices officia vendere,de quo latius per *Reſtaur. Caſtald. in tract.de Imper.q.110. priuil.282.* Tamen
10 hoc non facit,quod vendendo,vel concedẽdo officium continens adminiſtrationem iuſtitiæ propter pecuniam, quod Princeps bene faciat,non enim erit ligatus pœnæ impoſitæ per leges,quia eſt ſupra leges; ſed malè, & peſſimè faciet, & ſequuntur ex hoc omnia mala ſupra enarrata à legibus,& Doctoribus conſiderata,quod benè aduertit,& eleganter in hoc loquitur *Gulielm de Bened. vbi ſupra nu 52.& ſeq.* qui inter cętera addu cit authoritatem *D. Tho.* ſcribentis ad Ducissam Brabantiæ.

11 Hinc per Sereniſs.Regem *Philippum II. in anno* 1557. ad ſupplicationem ciuitatis fuit prouiſum, quod officia, quæ iuſtitiæ adminiſtrationem continent minimè vendantur:cætera verò probis, & idoneis perſonis concedantur, vt in *lib. capit. fol. 159. in fin.* Et ſic in Baronibus adeſt *Pragmatica* particularis *Caroli V in anno* 1536.*in titul.*
12 *de Baronib. incip. & inter alia,* vbi expreſsè Baronibus prohibetur venditio Gubernatorum, ſeu Capitaneorum Terrarum ipſorũ ſub pœna vnciarum centum cum amiſſione pecuniæ receptæ, & ibi vide multa bona in releuamen vaſallorũ notatu digna.Et quęſo
13 legatur ſolemnis doctrina *Luc.de Pen.in l.1 C.de diuerſ.offic.lib.10.* vbi qualis qualitatis eſſe debent Officiales eligendi ad iuſtitiam miniſtrandam, quomodo propter merita,& gratis ipſa ſint concedenda, & quid ſecundum præſentem abuſum,qui & illis tẽporibus vigebat,& quod peius eſt,inſcio noſtro ſereniſſimo,& chriſtianiſſimo *Rege*,cuius deciſionis meminit *Affl in conſt. vt de ſucceſſionibus nu.56.*

Et quia memoranda ſunt dicta per Imperatorem Iuſtinianum in hac materia venditionis officiorum, quæ damna pariant pu-
14 blicæ vtilitati, quæ in deſtructionem populorum,& Regij etiam patrimonij,propterea volui tranſcribere poſita in *auth vt iud ſin. quoq.ſuffr.* quod quæſo perlegere nõ tędeat; nam fructuoſa erit repetita lectio,quæ ante oculos Principum, & Proregum, qui ipſorũ perſonas repræſentant,debent ſemper ſtare, & ad illius conſtitutionis obſeruantiam cũctis viribus inuigilare: nam ſi officia ad iuſtitiam regendam venduntur, vel non venduntur, Deus ſcit, de quo tam publicè per vicos,& plateas alloquitur, vt etiam publicum eſt noſtrum chriſtianiſſimum Regem de prædictis eſſe innoxium, & innocentiſſimum: verba igitur Imperatoris ſunt.

Inuenimus enim plurimam ingreſſam cauſis iniuſtitiam: & hanc non olim, ſed ex quibuſdam temporibus violenter acceſſiſſe,& omnes noſtros ſubiectos ad inopiam compuliſſe,& ad nouiſſimam ipſi penuriam deuenire fluctuarentur & neq; conſueta, & legitima tributa,& pro veritate pias functiones ſecundum publicum cenſum poſſint ſine maxima neceſſitate perſoluere: quomodo enim valerẽt collatores, cum ex aliquo tempore Imperatores ſemper aliquid lucrari ex prouentu iudicum cogitarent, & merito hos ſequerentur etiam glorioſiſſimi Præfecti ex hac iniuſtitia & damnis extrinſecis illatis, & ſolemnibus pijs collationibus ſufficere? Cogitatio igitur nobis ſancta eſt: quod agentes omnia quæcumque in noſtris prouincijs ſunt, vno actu communi ad meliora migraremus. Hoc enim omnino euenturum creamus, ſi Præſides gẽtium,quicumq; ciuiles adminiſtrationes Prouinciarum habẽt puris procuremus vti manibus, & ab omni abſtinere acceptione pro illis ſolis,contentis eis, qui à Fiſco dantur, & non

non aliter fiet,niſi & ipſi cingula ſine mercede percipiant,nihil omninò dantes,nec occaſione ſuffragiorum, neque his,qui cingula habent,nec alij hominum vlli. Conſiderauimus enim,quia licet quæſtus immodicus imminuitur imperio: attamen noſtri ſubiecti incrementum percipient: ſi indemnes à Iudicibus conſeruentur,& imperium,& fiſcus abundabit,vtens ſubiectis locupletibus: & vno hoc introducto ordine plurima rerum, & innumerata erit vbertas. An certe non omnibus manifeſtum eſt, quoniam qui aurum dat, & ita adminiſtrationem emit,non dat hoc ſolũ, quantum occaſione adinuentum eſt ſuffragiorum; ſed & aliud extrinſecus addit amplius occaſione commodi adminiſtrationem, aut dantibus, aut ſpondentibus: & ſic vno principio illicito dato plurimas neceſſe eſt manus circumire eum; qui donationem facit, & hoc non de ſuo forte præbere: ſed mutuatũ,& vt mutuare poſſit damnificatum,& computare apud ſe, quia conuenit eum tantum ex Prouincia percipere, quantum liberet quidem ei debita ſortes,& vſuras,& dãna pro ipſo mutuo; computabit autem, & in medio expenſas largiores: iam & iudicem, vel qui circa ipſum ſunt degẽtes: & quadam etiam ſibimet recondere quæſtum in tempore ſequenti,in quo forte non adminiſtrabit. Qua propter eius, quod ab eo datum eſt,triplum: magis autem ſi oportet verius dici, decuplum erit,quod à ſubiectis noſtris exigitur: & ex hoc etiam fiſcus imminuitur: nam ea, quæ oportebat in fiſcum inferri, eo quod adminiſtratorem habet puris vtentem manibus: hoc ad propriam vtilitatem redigens qui adminiſtrationem habet,& inopem faciens nobis collatorem,inopiam illius,quæ per ipſum agitur nobis reputat,& quanta impiè talia fiunt ad horum furtorum meritò relata occaſione. Adminiſtrationes namq. habẽtes Prouinciales ad hanc acceptionem reſpicientes multos quidem reorum dimittũt, vendentes eis delictum: plurimos autem innoxiorum condemnant,vt noxijs præſtent: & hoc non ſolum in pecuniarijs cauſis agitur: ſed & in criminalibus,vbi eſt de anima periculum; fugiunt æquè ex Prouincijs, & confluunt huc omnes ingemiſcentes; Sacerdotes, & Curiales, & Officiales, & poſſeſſores,& populi, & agricolæ: iudicum furta meritò, & iniuſtitias accuſantes,& hæc non fiunt ſola,ſed & Ciuitatum ſeditiones, & publicæ turbæ plerumque fiunt, atq; ſedantur. Et omninò vna eſt quædam hæc omnium occaſio malorum, & accipere ſuffragium à Iudicibus totius nequitiæ eſt principium, & terminus. Eſt quoq. hoc ſacrorum eloquiorum mirabile,& verum: quòd auaritia omnium ſit mater malorum: maximè quando non priuatorum, ſed Iudicum inhæret animabus. Quis enim ſine periculo non furetur? quis non latrocinabitur ſine reatu ad adminiſtrationem reſpiciens? Illum nãq. videns omnia auro vendentem, & præſumens,quia quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet; Hinc homicidium,& adulterium, & inuaſiones, & vulnera.& raptus virginum,& commerciorum confuſio, & contemptus legum, & iudicum: omnibus hęc vęnalia propoſita eſſe putãtibus tanquam aliquod optimorum mancipiorum; ſed neque ſufficimus conſiderare, & exponere,quanta ex furto Prouincialium Iudicum fiunt peſſima:nullo eos præſumente cum fiducia redarguere,cum illi repente ſe emiſſe cingula pronuncient.

Hæc ipſa officiorum venditio, quantum Reipublicę ſit damnoſa,& quàm multa mala pariat,Sanctorum quoq; Patrum teſtimonium confirmat *Chriſoſtom. in Epiſt. Pauli ad Ephęſios ſerm.6.Gregorij lib.7.Epiſt.113.* quæ omnia experientia confirmat, quæ vt teſtatur *Caetan.in ſumm.* tanquam rerum magiſtra nos docet collapſam eſſe Rempublicam,vbi officia venduntur.

Hæc dixiſſe ſufficiat,Deus Opt.Max.propter ſuam admirabilem miſericordiam, & omnipotentem manum huic peſti debitum adhibeat remedium.

SVMMARIVM.

1 *Officialis qui legitimè officium emit, vel Baro malè tractans ſubditos,& vaſallos,cogi poteſt ad vendendum.*

2 *Officialis officio,& iuriſdictione poteſt priuari ob nimiam ſeueritatem, aliaq. crimina.*

3 *Si tamen gratuitò fuerit officium,& iuriſdictio conceſſa, ſecus ſi ex titulo venditionis.*

4 *Officiali propter nimiam ſæuitiam, vel crimina grauia, iuriſdictionis, & officij empti priuatio irrogatur,& ita practicatum num.6.*

5 *Vaſallis,quæ remedia competant cõtra Baronem grauamina inferentem,remiſſiuè.*

7 *Officium,& feudum emptum, vel alio modo alteratum retinet naturam officij,& feudi eo excepto,in quo eſt mutata.*

8 *Vaſallus eximitur à iuriſdictione Baronis, qui eum malè tractat.*

9 *Gratiam delictorum,atq; pœnarum poſt ſententiam,ſolus Rex indulget.*

10 *Prorex in viſitatione carcerum cum aſſiſtentia Collateralis Conſilij, & cæterorum Officialium generalem abolitionem concedit,& ibi de ſolita viſitatione carceratorũ ſolito*

per Iudices Magnæ Curiæ, ac de pane solito distribui pauperibus carceratis Curiæ expensis.

11 *Baro ante, vel post sententiã pendente appellatione gratiam delictorum vasallis, ita demùm indulget, si partis intercedit remissio: idquè decisum in Sac. Conf. iunctis Aulis.*

12 *Leonis XI. Sum. Pont. laudes.*

13 *Iurisdictio, vel in officium, vel in feudum conceditur, vna ab altera, maxime differt.*

14 *Interesse partis duplex, pecuniarium, & sequientis animi.*

15 *Gratiam delictorum sine partis remissione, Rex de potestate ordinaria absque causa indulgere non potest. Regum consuetudo generalis in Regno practicata nu. 17*

16 *Afflictus in intellectu Andreæ notatur.*

18 *L. Iudicium soluitur, ff. de iud. non obtinet, cum iurisdictio est concessa in feudum.*

19 *Prorex cum voto Collateralis ex qualitate delictorum abdicat iurisdictionem à Barone, & practica recensetur.*

20 *Limitat interdum, vt in Ciuitate, vel cum certo Iudice deputato procedat.*

21 *Baro habet iurisdictionem priuatiuam.*

22 *Petit remissionem suo nomine vasalli contumacis.*

23 *Dinstinctio inter iurisdictionẽ in officium, vel in feudum, non obtinet in iurisdictione in officium habita ex causa onerosa.*

24 *Iurisdictionem quomodocumque concessam sẽper manere sub Principis Imperio, qualiter intelligatur.*

25 *Princeps feudum alteri concessum potest ex suprema authoritate, cum id sibi videbitur custodire, & in eo milites ponere.*

26 *Princeps potest in terra infeudata facere castrum, siue fortellitium, illudq. reficere, & situm in confinibus, etiam diruere, idq. in Regno practicatur.*

27 *Belli tempore, vel alia publica vrgente necessitate dirui possunt ædificia extructa vltra statutam altitudinem, vel quę defẽdi nequeunt, segetes etiam comburi, & exempla commemorantur.*

28 *Rex potest in castro, nouum præponere castellanum ob inimicorum suspitionem, vel Baronis diffidentiam.*

29 *Dominus directus, castrum, vel fortellitium etiam clericorum custodire, ac defendere potest.*

30 *Vtilis Dominus feudi non tenetur ad sumptus, quos directus erogat in extruẽdo, vel reficiendo fortellitio, nisi tanquam vnus de populo.*

31 *Castrum, vel fortellitium extructum à directo Domino in feudo Baronis, cedit in beneficium feudi.*

32 *Capitulum Regni Caroli II. Itẽ statuimus, quod vniuersitates, obstringit ad castrorũ reparationem, correctum per Pragmaticã Ferdinandi Primi, declaratur nu. 33.*

34 *Vniuersitates non tenentur ad refectionem castri ex clausula cum iuribus suis adiecta in venditione alicuius Terræ, licèt alias dum erant in potestate Regis ad hoc tenebant; & ibi quid in exceptuatis concessis magno Principi, an transeãt in inferiorem per generalem venditionem illi factam.*

35 *Murorum refectio ad Ciuitatem pertinet, pro qua singuli Ciues contribuere tenentur, idq. pluries in Reg. Cam. decis. nu. 37.*

36 *Muros reficere, vel construere non põt Ciuitas, sine Regis licentia.*

38 *Refectio murorum Cuitatis ob impotentiã illius, fisci sumptibus fit cum facultate repetendi.*

39 *Ad extructionem, vel refectionem murorũ Ciuitatis, tertia pars tributorum, quæ fisco debentur retineri potest.*

40 *Clerici, cęteriq. immunes contribuere tenẽtur ad extructionem, vel refectionem murorum, pontium, & viarum.*

41 *Castrorum, & murorum constructio, & reparatio ad quem pertineat cõtributio pro ea, quomodo facienda; ædificia priuata iuxta, vel supra muros ciuitatis, quando tollenda remissiuè.*

42 *Baro habens merum, & mixtum imperium ex causa publici boni; põt vti Iudex vasallorum pęnam à lege diffinitam augere.*

43 *Capitulum Regni. Item & inquisitionem, declaratur nõ obtinere in Barone, qui habet merum, & mixtum imperium.*

44 *In banno potest ex causa pœna diffiniri melius visa.*

45 *Baro potest ratione contemptus pœnam exigere vltra damnum, & ita pluries decisũ.*

46 *Exercens iurisdictionem, quam non habet, qua pęna puniendus.*

47 *Curia Baronis grauãs vasallum in aliquo incidenti, vel interloquutoria, tota causa priuatur.*

48 *Baro, qui non habet causas appellationis, si deleget primas causas, possit ne cognoscere de appellatione à sententia delegati interposita? An per viã recursus? quid item in Regno? remissiuè.*

49 *Appellatio à Baiuli sententia, in Regno spectat ad Baronem non habentem appellationis causas.*

50 *Appellatio à subfeudatarij sentẽtia, qui subfeudum tenet in capite à Barone, ad eumdem Baronem spectat, quamuis carentem causis*

cauſis appellationum, quicquid Frecc. dubitauerit.

51 *Fiſcus in Regno non appellat à decreto pro reis inquiſitis, ſed habet recurſum ex notorio grauamine, de quo in primis cognoſcitur.*

52 *Appellationi à reo inquiſito interpoſitæ fiſcus adhæſiſſe cenſetur.*

53 *Pragmatica de fiſci adhæſione, appellationi ab inquiſito interpoſitæ non practicatur, cùm proceditur ad partis querelam.*

54 *Rex, an poſſit reſidentiam conſtituere officialis Regij, in terra Baronis, vel Viſitatorem Baronum, ac feudatariorum.*

55 *Regiæ Audientiæ in ciuitatibus, & terris Baronalibus reſidentia.*

56 *Ex cauſa tamen, eaq. Baronibus, nedùm vniuerſitatibus vtilis.*

57 *Baronibus verò contradicentibus prohibita.*

58 *Baro, an poſſit tenere Iudicem appellationis in terra ſubinfeudata, remiſſiuè.*

59 *Viſitatorem poteſt Rex conſtituere contra Barones malè tractantes vaſallos, vel feuda dilapidantes, in quo Capic. notatur, ſecus abſque cauſa.*

60 *Feudatarius, qui feudo abutatur eo priuatur.*

61 *Federicus Imperator Regnum exinaniuit Tyrannico dominio.*

62 *Viſitator Regni Generalis à Rege conſtitutus non habet poteſtatem viſitandi Barones, idq. Rex declarauit.*

ARGVMENTVM.

De Baronum iuriſdictione, ac poteſtate in delictorũ gratijs indulgendis pœna, quam habent; cum vaſallos, malè tractant, grauant, vel Regis iuriſdictionem vſurpant; Iuriſdictione in officium, vel feudũ conceſſa vtriuſque diſcrimine. Ea Baronibus iuſtã ob cauſam à Prorege, & Collaterali Conſilio abdicanda, vel limitanda. De Caſtrorum in locis infeudatis exiſtentium cuſtodia, refectione eorundẽ, noua à Rege extructione, pro ſumptu in vtraque erogando; vtilis Dominus, quomodo teneatur, murorum Ciuitatis extructio, ac refectio ad quem pertineat, qui pro ea teneãtur, Capitula Regni Caroli II. Item ſtatuimus, Item & Inquiſitionem, declarãtur; reſidentiam Officialis Regij in locis Baronalibus, vel Viſitatorem Baronum, Rex an conſtituere poſſit, de Regiæ Audiẽtiæ in ijs reſidentia.

§. 1.

1 COrollarie ex prædictis infertur, qđ ſi quis habet officium legitimè emptum, & malè tractat ſubditos, vel Baro vaſallos, vel eſt Officialis malæ famæ, & odioſus, poteſt cogi ad vendẽdum, ex *text. in §. ſed & maior aſperitas Dominorum, inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Ioan. Fab. in §. ſed hoc tempore eod. titul.* & hoc etiam ex officio poteſt Iudex mandare, *Guid. Pap. in deciſ. 62. Aim. in conſ. 6.* & 2 propter nimiam ſeueritatem poteſt etiam officio priuari, dixit *Bar. in l. 1. in fi. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Fulgoſ. in l. ſi Dñt eod. titu.* & loquuti ſunt etiam in Barone, vt poſſit iuriſdictione priuari: ſed hæc quando 3 iuriſdictio, vel officium gratuitò fuit conceſsũ; ſecus ſi ex cauſa oneroſa, vt titulo vẽditionis; tunc enim quando delicta non ſunt tam exorbitantia, & exemplaria, non priuatur quis officio, aut iuriſdictione; ſed cogitur ad vendendum, ad quod ſolent allegare pro notabili *d. conſ. Aym. 6. n. 108. verſ. quartum flagitium, vſque ad quintum*, ſecundum 4 quæ fuit practicatum in cauſa Gabrielis Capani Iuſtitiarij Graſſię Ciuitatis condemnati ad vendendum officium, vltra alias pœnas corporales, & pecuniarias impoſitas, & idẽ in cauſa Marchionis Padulę Dohanerij Dohanæ Menepecudum Apuleæ; ſed vt dixi, hoc quando delicta ſunt talia, quæ non importãt priuationem: ſed ſi fœuitia, & alia eſſent grauiſſima, tunc bene poteſt etiam procedi ad priuationem iuriſdictionis, & in ſpecie de Domino malè tractante vaſallos, dicit *Geminian. cum cęteris Canoniſt. in cap. ad Apoſtolicæ §. ſed licet per illum text. de re iud. in ſextò.* Et quomodo poſſit feudo priuari, ex 5 quibus cauſis, & quæ vaſalli remedia habeãt aduerſus Baronum grauamina videatur elegantèr, & latius per *Petr. Grego. Sicul. in tract. de conceſſ. feud. par. 8. q. 16.* vbi vtilia & quotidiana; nec faciet ad caſum, qđ emerit, vel alias habeat ex cauſa oneroſa, nam 6 non per hoc mutabit titulus emptionis, vel cauſa oneroſa naturam rei ſubiectam talibus periculis: alias impune poſſet quis delinquere, vexare, & malè tractare vaſallos, & ſuaditos, vt notabiliter ad propoſitum tradidit *D. Frecc. in 2. lib. de ſubfeud. q. 57.* vbi inuehit contra emptores officiorum, ac reprobat illorum venditiones. Erit enim officium emptum ſub natura officij in omnibus 7 præterquàm in eo, in quo eſt immutata, vt quia debebat acquiri gratis, & cõcedi abſq; pecunia, & eſt illud conceſſum mediante pecunia, ſicut dicimus in feudo pecunia cõceſſo, vel aliter alterato, vt retineat ſuam naturam, præterquam in expreſſis ad *text. in c. 1. de feud. non hab. propr. feud. natur.* declarat *Andr. in c. 1. §. huius autem generis, ex quib. cauſ. feud. amit. num. 12. in cap. 1. §. ſed nec eſt alia tuſtior num. 35. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* Et propterea dicit elegãter idem *And.* quod eiſdem modis, & propter eaſdem

culpas

culpas amittetur, ſicut proprium feudum in *d.c.1.de feud.non hab.propr.feud.nat.* vbi eſt caſus, idemq. tradidit *text.in cap feudum ea lege, ſi de feud.defunct.mil. controu. fuer.* & hoc voluerunt omnes, dum dixerunt, quod
8 vaſallus eximitur à iuriſdictione Baronis, quando ab eo malè tractatur, de quo per *Bal.in §.publici latrones de pac.ten.latè Iaſ. in auth.qui rem C.de ſacroſ.eccleſ.* cum alijs latè congeſtis per *Regentem Lanarium virum eminentiſſimum, ac celeberrimum Iuriſconſultum in ſuo conſ.5.num.53.* qui in *eodem conſilio* conſuluit eleganter, & doctè
9 more ſuo fundat facere gratiam delictorum & pœnarum incurſarum poſt ſententiam ad ſolum Principem ſpectare, vt in dies videmus, vt per *Iacob.nu.21.& Rom nu.20.in l.imperium ff.de iuriſd.omn.iud. Afflict.in cap.1.quæ ſint regal.num.4.7.8.38.& 49.* vbi quod ſolus Princeps cõcedit generales abo-
10 litiones, vt conſueti ſunt facere Proreges, vnuſquiſque in ſuo Præſidatu, viſitando carceres Mag.Cur.cum aſſiſtentia Collateralis Conſilij, & omnium Regiorum Officialium vniuſcuiuſque Tribunalis, & de viſitatione
11 carcerum ſolita fieri per Iudices Mag. Cur. & de pane, qui dari mãdatur carceratis egenis, & pauperibus, videatur *text.in l. Iudices C. de Epiſcop.audientia*, qui eſt *text.* notab. & ad hoc propriè factus; verum has conceſſiones, & gratias per Proreges in viſitationibus fieri ſolitas, facere non poſſunt Barones, quantumcumq; amplam habeant iuriſdictionem cum mero, & mixto imperio: bene tamen poterunt ante ſentẽtiam, & etiam poſtea exiſtente partis remiſſione, pendente tamen appellatione ex qua iudicatum reſcinditur, & hoc iure vtimur in Regno, vt per *Ann.in repet.c.1.de vaſall. decrep. ætat. in verb.ſum in tex.nu.139.* quidquid referat alias aliter iudicatum per Mag.Cur. in cauſa D. Bernardetti Medices Baronis Terræ Ottaiani; ſed fuit hæc deciſio reuocata in Saer.Conſ. iunctis aulis, vt refert *D.de Franch.dec.470.* qui meminit dictorum per *Ann.* vbi ſupra, & de deciſione facta per M.C. in dicta cauſa D. Bernardetti, fratris Illuſtriſſimi quond. Cardinalis Medicis aſſumpti po-
12 ſtea ad apicem Pontificatus cum admirabili applauſu omniũ, & publica lætitia, fuitq; appellatus Leo XI. cuius neptem duxerat in vxorem Horatius de Ponte meus filius, & dum præparabantur triremes Pontificiæ cum magno apparatu, vt conduceret Romam verſus ipſum Horatium cum vxore, & tota familia, Pontifex ille maximus ſuum diem clauſit extremum, vixitq; in Pontificatu per dies tantum viginti ſeptem cum vniuerſali omnium triſtitia, qui recordatus atque exoratus à Collegio Cardinalium à noſtri Regis Ambaſciatore, à Magno Etruriæ Duce de eadem ſua familia, vt D. Ottauianum Medices ſuum nepotem dilectum ad Cardinalatus gradum aſſumeret, vt ſaltem memoriam hanc, & veſtigia aliqua ſui Pontificatus in eius domo relinqueret, noluit Chriſtianiſſimus Pontifex, dicendo non debere Cardinales in præcinctu vitæ ſpiritu creari, hoc eſſe pernitioſiſſimum, nolle grauare eius conſcientiam, & ſucceſſoribus in Pontificatu, tam malum exemplum præbere, imitando memorandum illum Eleazarum Macchabeum, qui magis mori elegit, quam poſteritati pernitioſum exemplum relinquere; ſic inquam vitam cum morte commutauit, ſic tanta dignitas, & gloria, quaſi per momentum expirauit, ſic erat in fatis; ſic Deo placuit, ſit ſemper nomen Domini benedictum. In relata igitur deciſione agit *D. de Franch.* de eadem cauſa prædicti Domini D. Bernardetti, con-
13 ſtituendo maximam differentiam, quando iuriſdictio tenetur in officium, vel in proprietate, & quando Baro habet tantum primas cauſas, vel etiam ſecundas in priuilegio, refert iunctis aulis per Sacrum Conſilium ſolemniter iudicatum, poſſe Baronem pendente appellatione componere, ſeu tranſigere, & gratias facere, & hanc ipſam differentiam inter iuriſdictionem, quę habetur in officiũ, & in feudum cõſtituit *D.Lanar.in prealleg.conſil.* vt primo caſu minimè poſſit gratia fieri; ſecundo verò ſic, authorit. *Ant. de Butr.Fely. Io.Fab.Cuma. & aliorum*, &
14 legatur omnino *Iſer.in verb.& bona cõmittentium, quæ ſint regal. poſt nu. 75.* vbi de generali abolitione, de ſolita habilitatione carceratorum per ferias, & ſignanter de indulgentia ſine remiſſione partis, & commutatione pœnæ corporalis, quæ notentur. Nã eleganter *Andr.* loquitur diſtinguens inter intereſſe partis pecuniarium, & animi ſæuientis, vt primo caſu non poſſit, loquendo de
15 poteſtate ordinaria; ſecundo verò caſu ſic, nam talis animus non debet attendi, qui allegat *text.notabil.in l.ſi venditor §.final.ff. de ſeru.export.* & loquitur *Andr.* quando ſine cauſa, nam ex cauſa non dubitatur, vt latius per *Afflict.num.49.* qui intellexit *And.*
16 quando ex cauſa, & malè. Et diſtinctionem *Andr.* ſequutus eſt *Boſſ. in titul. de remed. ex ſol. clem. princ.* cum latè cumulatis per *Farinac. in titul. de inquiſit.quæſt.6. num.18.verſ.& licet aliquid*, quamquam

ipſe contrarium ſentiat, nullam faciens mẽtionem de doctr. *Iſern.* & non mirum, quia eius lectura non omnibus eſt nota, nec facilis: benè aduertit, quod de generali conſuetudine, nunquam conſueuerunt Reges, nec
17 Pontifices gratias facere abſq; partium offenſarum remiſſione, & hoc etiam iure vtimur in Regno, de quo per *Afflict. in Conſt. Regn. mulier quæ dotarium num.* 28. Eandemq; pariter differẽtiam inter iuriſdictionem conceſſam in officium, vel feudum circa abdicationem cauſarum, adhibet *Dom. Frecc. in 9. author. Baron.* quod eſt vtile, & occurrit in dies, vt poſſit à Superiore, quãdo iuriſdictio tenetur in officium, ſecus verò ſi
18 in feudum, quo caſu limitatur diſpoſitio *tex. in l. iudicium ſoluitur ff. de iud. vt latius per D. Frecc. in loco allegato authorit. Bal. Card. Curt. & aliorum*, niſi qualitas delicto-
19 rum, grauitas illorum, ac exorbitantia aliud requirat propter publicum bonum; nam tunc cauſæ abdicãtur, nec remittuntur ad Curias Baronales, ſeruato tenore priuilegiorum illorum, ſed facta relatione Proregi Principem repræſentanti in Collaterali Conſilio determinamus, quod pro illa vice citra præiudicium priuilegiorum Baronaliũ cauſa remaneat in M.C.V. concurrente in hoc vtilitate publica, & cauſa exẽplari per quam maxima, & ex eadem cauſa multoties
20 licet cauſæ totaliter Baronibus non tollun-tur habendo reſpectum ad qualitates illorũ: Tamen licet remittantur, prouideri ſolet, vt procedatur in ciuitate, vel cum certo Iudice deputato, de quo latè per *D. Frec. in*
35 *authorit. Baron.* Nam alias de poteſtate
21 ordinaria non poſſet, immo in tantum iuriſdictiones ſunt Baronum, illorumque vſu, & exercitio non poſſunt impediri, quod dicuntur habere iuriſdictionem priuatiuam in conceſſis, & poſſunt mandare vaſallis, quod non declinent ipſorum iuriſdictionem, de quo per *D. Frecc. in author. Baron. 9. &* 10.
22 Hinc etſi vaſallus Baronis cõtumax amittat fori declinatoriam ratione contumaciæ, quo caſu intelligitur prorogata iuriſdictio, tamen hoc non procedit reſpectu Baronis, qui ſuo nomine petit remiſſionem, de quo p *Capyc deciſ. 9. limit. 1. D. de Franch. dec. 411. Bellug. Specul. Princip. rubr. 15. §. ſed quid dices num. 6. cum alijs latè cumulatis per Conſiliarium Fab. de Ann. in conſ.* 107. *volum.* 2. vbi multa elegantia, quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ; & quis habet illam cum clauſula abdicatiua; & quod dixi ſupra
23 de diſtinctione, quæ fit inter eum, qui habet iuriſdictionem in officium, vel in feudum limito, quando habet officium ex cauſa onerioſa, quia cenſetur emiſſe, & conſequenter ex communi deciſione *Bal. in l. qui ſe patris C. vnde liberi*, vt idem dicendum in eo, quod in Barone feudum emente, quod cogitetur.
24 Sed concurrente publica vtilitate ſecus eſt: & ſic intelligitur, quod per quamcumq; conceſſionem, quæ fiat, ſemper remanet ſub Principis imperio, vt benè authoritate *Pet. Cyn. & Bal.* diſcurrit *Bellug. vbi ſupra*, vnde cum hæc tangant publicam vtilitatem: propterea, vt ſupra benè notatum eſt, non attenditur alterius priuilegium, ſeu intereſſe, cũ præualeat publicum, & ſuprema authoritas ſemper intelligitur excepta, iuxta terminos *tex. in d. c. quod translationem.*
25 Hinc etſi facta fuerit feudi conceſſio, poteſt Princeps ex ſuprema ſua authoritate in caſibus melius ſibi viſis illud cuſtodire, milites apponere, & alia quæ melius ſibi videntur expedire ex reg. *tex. in l. ſi ita §. Dominus ff. de vſ. & habit. latè per D. Frec. de ſubfeud. lib. 2. author. Baron.* 12. *& per Capy. in repet. cap. imperialem verſ. quarta concluſio art. mihi* 28. *authorit. Bal. in auth. nunc ſi bares C. de litig. Iacob. in tract. feud. in verb. de Caſtro rubri Montis num.* 14. *verſ.*
26 *vlterius quæro:* Idem & poterit ibi facere fortellitium, vel reficere, etſi eſt in confinio poteſt diruere ſi ſic videbitur *Alber. in l. fin. per illum tex. ff. de vſ. & habit. Bal. in conſ.* 122, *volu.* 4. *Capyc vbi ſupra*, quod ita in Re-
27 gno practicatur; & non ſolum poteſt ædificia deſtruere, ſed dixit *Bal. in l. Lapilli in addit. ff. de rer. diuiſ. num.* 2. Quod tempore guarræ, & omni tempore, quo publica vtilitas vrget debent deſtrui ædificia ſupra altitudinem ſtatutam facta, domus, & loca, quæ non poſſunt defendi, ſicut dixit fieri quotidie; & tempore guerræ comburi ſegetes, vt inimici careant victu; quæ omnia vidimus alias practicata in Regno, in ciuitate Nolæ,
28 Capuæ, & in alijs quampluribus; & *Angel. in d. authe. nunc ſi bares*, dicit quod poteſt Rex apponere in Caſtro nouum Caſtellanum propter inimicorum ſuſpitionem, vel Baronis diffidentiam, quem allegat *Petr. Grego. in titul. de conceſſ. feud. lib. 1. quæſt.* 10. quæ dixerunt *Doctor.* procedere in fortellitio
29 Clericorum, vt poſſit Dominus, illis inuitis cuſtodire, defendere, capere, & ponere gentes armorum, vt per *Cyn. & Paul. de Caſtr. in l. cunctos populos colum. final. C. de Summ. Trinitat. & fid. Catholic.* pro-
30 pter publicam vtilitatem. Verum non tenetur vtilis Dominus feudi tali caſu ad ſumptus, ſecundum *Bal. in l. ſi aliquando in fin. ff. de offic. Proconſul. Par. de reintegrat.*

cart. mihi 98. multa ad hoc cumulat *Frecc. vbi supra*: sed debet talis Dominus contribuere tanquam vnus de populo, & aduerta-
31 tur ad vnum notabile, quod dixit *Angel. in l. Turres C. de oper. publ. per illum text.* videlicet, quod fortellitium factum per Dominum directum in feudo Baronis cedit in beneficium feudi, quæ etiam procedunt in
32 Vniuersitatibus Terrarum; nam licet alias per *Capitulum Regni* editum per *Carolum Secundum incip. item statuimus, & ab vniuersitatibus &c.* dispositum erat, quod ciuitates tenerentur ad reparationem castrorũ: Tamen postea hoc sublatum fuit per *Pragmaticam Regis Ferdinandi Primi editam in anno* 1481. *incip. ad perpetuam rei memoriam in verb item ne in reparationem Castrorum in titul de salario eorum, qui mittuntur pro seruitio Regio*, nisi repertum fuerit vni-
33 uersitates aliquas ad hoc teneri, puta ex cõsuetudine legitimè præscripta, vel alia legitima causa, vt notat *Campan. in eod. cap.* & in tantum hoc est verum, quod vniuersita-
34 tes non tenentur, vt si aliquo casu ratione consuetudinis ad hoc adstrictæ essent, quod tanquam quid supremum, & insolitum non veniret in venditione, quæ fortè de terra fieret cum clausula, cum iuribus suis, nisi hoc specialiter diceretur, & ita refert decisum *Luc. de Penn. in l. 2. C. de iur. Reip. lib.* 11. cumulat decisiones, & sic pariter refert decisum *D. Præsi. de Franch in dec.* 78. pro insigni notetur aliud memoriæ commendandum, quòd sicut in vẽditione, vt supra, facta cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis non venit hoc ius reale reficiendi fortellitia, & castra, sic pariter priuilegia, quæ sunt concessa alicui magno Principi cum casibus reseruatis non transeunt in generali alienatione cum assensu facta personis inferioribus, quibus Rex talia nõ fuisset concessurus, ita iudicatũ pluries refert *Minad in repetitione Constitutionis in aliquibus in verb. textus constitutionis nu. 39. car. 46. à terg.* quæ intelligo in castris, & fortellitijs Regijs, se-
35 cus in refectione murorum ciuitatis: nam hoc pertinet ad eandem ciuitatem, & possunt ciues ad contributionem cogi iuxta ipsorum facultates ad *tex. in l. ne splendidissimè in l. omnes in l. turres C. de oper. publ.* sed
36 non licebit sine Principis authoritate construere, vel reficere *l. sacra §. muros ff. de rer. diuis.* de quibus latè per *Luc. de Pen. in l. fi. C. ex quib. muner. nem. lic. se excus.* fuit deci-
37 sum pluries in Regia Camera per plures consultationes factas pro ciuitatibus Lipa-
38 ris, Hydrunti, Gallipolis, Monopolis, & Trinitatis; dictum, quod propter impotẽtiam illarum fiant expensis fisci cum facultate-
39 repetẽdi, sed de tributis fisco debitis potest detineri tertia pars in causam prædictam expendenda, dicit *tex. in l. 3. C. de diuers. vrban. prad. & rust. lib.* 11. sed dixit *Luc. de Penn. vbi supra*, quod malè hoc seruant fiscales.

40 Ad quam etiam refectionẽ tenentur contribuere Ecclesiastici secundum eundem *Luc. de Penn. in l. fin. C. de exact. tribut.* sed non ex vi legis laicorum, sed ex vi rationis iuxta communem distinctionem, de qua per *Abb. & Canonist. in cap. Eccles. S. Mariæ de Constit.* eleganter *Isern. in c. 1. § firmiter col. 3. de prohib. feud. alien. per Feder. & in prælud. q. 3. nu. 39. latè Surd. in consil.* 301. *vol. 3.* Sunt enim hæc omnia tendentia ad publicum beneficium commune non solum omnibus in vniuersum: sed vt singulis, sicut dicimus in constructione, seu refectione põtium, & viarum, à qua nemo est immunis, non obstante quolibet immunitatis priuilegio statuit *text. in l. 1. C. de collat. fund. in lib.* 10. & reddit rationem *text. in fin.* ibi, *nulla enim ratione debent ab hoc, quod in cõmune omnibus prodest seiungi*; & vide latè
41 de hac cõstructione, seu reparatione castrorum, aut murorum, ad quem spectat; & quomodo fiat contributio, & quando ædificia priuata iuxta, vel supra muros sunt toleranda per *Auend. eod. tit. lib. 2. c. 3.*

42 Et respectiuè ad hanc causam publici boni, sicut Iudex potest augere pœnam à lege statutam, ex reg. *tex. in l. fi. C. de mod. mult.* sic Baro habens tamen merũ, & mixtum imperium, cum sit Iudex ordinarius suorum vasallorum, vt diximus supra, de quo late *Frecc. authorit.* 13. & licet *tex. in cap. Regn.*
43 *incip. Item & inquisitionem* disponat quod Baro in Bannis, quæ facit, non potest imponere pœnam vltra Augustalem; intellexerũt tamen *Doctor capit.* illud in habente simplicem iurisdictionem, secus autem si habeat merum, & mixtum imperium, vt latè ibi per *Io. Ant. de Nigr. post Afflict. in Const. Regn. Iustitiarij nomen, & normam in 22. notab.*
44 & hanc opinionem, vt possit imponi pœna melius visa in banno ex causa *Oldr. in cons.* 15. *Alexand. in l. 1. ff. si quis ius dic. non ob-*
45 *temper.* vbi latè *Cagnol.* & sic etiam decisum pluries fuit ratione contemptus posse à Barone exigi pœnam vltra damnum. At si
46 Baro non habeat secundas causas, siue appellationis, vel alias Regales iurisdictiones easq. exerceat, qua pœna puniatur diffinit *Regn. Const. cum satis*, & alia incipiens *officij*, vt sit pœna capitalis; adeo autem limi-
47 tatur Baronum iurisdictio, quod si grauatur

vaſallus in eius Curia litigans in incidenti, aut interlocutoria cauſæ principalis, priuatur tota cauſa, quòd latius diſcurrit,& fundat *Luc.de Penn.in l.defenſionis facultas C. de iur.fiſc.lib.*10.

48 Et quando Baro non habet cauſas appellationum, & delegat primam cauſam; an poſſit tunc cognoſcere de appellatione, cum à delegato appelletur ad delegantẽ,& quid in Regno,& an ſaltem per viam querelæ, & recurſus; latè per *D. Frecc.in* 13. *author. Baron.* vbi quomodo non poteſt Baro ſe intromittere in exercitio iuriſdictionis,& de ſolita prouiſione, quæ ſuper hoc fit per de-

49 creta Sacr. Conſ. quæ non habent in Regno diſputationem in ſententia baiuli, nàm ab illa appellatur ad Baronem, ſeu ſuum Capitaneum, etiam quòd non habeat Baro cauſas appellationis, & vide rationem per *D. Frecc.in* 16. *author. Baron.* quẽ non ſequor,

50 dum in 24 *author. Baron* dubitauit, ſi Baro cognoſcit de cauſis appellationum ſui ſubfeudatarij: nam hic eſt alius caſus, quia etſi non habeat cauſas appellationis in priuilegio, intelligetur hoc de ſua ordinaria iuriſdictione, ſed quo ad ſubfeudatariũ eo ipſo, quòd poteſt illum conſtituere, habet implicitè à Rege ſuperioritatem, ac cognitionẽ grauaminum; quod intelligo de ſubfeudatario, qui tenet feudum immediatè, & in capite à Barone, quod autem ſupra dixi per

51 viam querelæ,& recurſus hodie practicatur in Regno cum Regio Fiſco, qui vigore *Rituum Magn.Cur.* à decretis liberatorijs nõ poteſt appellari: ſed benè datur recurſus, quando prætendit notoriũ grauamen, quòd ante omnia cognoſcitur,& tunc, quia notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati, admittitur reuiſio ſententiæ Mag.Cur. in S. C. quæ omnia recenſet *D. de Franch. in deciſ.* 148. poſt *Capyc.& Grammat. per ipſum relatos*, *& idem in d.deciſ.* 470. & hoc in criminali-

52 bus: verùm ſi inquiſitus à condemnatione appellauerit, intelligitur fiſcum adhæſiſſe appellationi vigore *pragmaticæ* editæ tempore Præſidatus D.Ioannis de Zuniga, iuxta

53 aliam deciſionem eiuſdem *D. de Franch.* 467. vbi quod ſi contra inquiſitum procedi tur ad querelam partis, tunc non practicatur hæc vltima *pragmatica*. Proxima prædictis accedit quæſtio, quæ Regis poteſtatẽ tangit, an ob eandem publicam vtilitatem

54 poſſit Rex ex ſuprema poteſtate officialem conſtituere reſidentem in terra Baronis, vel Viſitatorem deputare ſupra ſuos feudatarios, vt ſe informet, quomodo vaſallos tractent, ſuoſq; ſubditos, & qualem iuſtitiam adminiſtrent, de quo vide *Capyc. in loco al-leg. cart.* 19. qui non benè refert *Luc. in l. fin.C.de locat.præd.ciuil.* Nàm ibi *Luc.*. tenet, quòd non poſſit Rex tenere officialem reſidentem in terra Baronis, niſi ex cauſa,

55 licèt ſit practicatum contrarium in Regijs Audientijs, quarum aliquæ reſiderunt,& reſident in terris Baronalibus, vt vidimus in Ciuitate Salerni, quando erat Baronalis, & hodie in Terra Montisfuſculi, quæ eſt Principis Venuſiæ, qui eſt de magnatibus Regni, & de nobiliſſima, & antiquiſſima proſapia familiæ Geſualdæ; ſed dici poteſt hoc ex

56 cauſa, quia ſituatæ ſunt Terræ prædictæ in locis commodioribus pro iuſtitia adminiſtranda in tota Prouincia; qui Barones nõ ſolùm non contradixerunt, ſed tanquàm eis vtiliſſimum pro accepto habuerunt, quia ex reſidentia Regiarũ Audientiarum, concurrebant omnes Prouinciales in ipſorum terris,& ſic tabernæ, molendina, cæteriq; introitus, tàm Baronum, quàm particularium augebantur: nàm ſi contradixiſſent,

57 deciſum eſt in *cap.* 23. de conceſſis tempore *Comitis Ripa Curſiæ Proregis Regni*, vt minimè poſſint in Terris Baronum Regiæ Audientiæ, cæteriq; Officiales habitare

58 ordinariè *vt fol* 67. & vide *D. Frecc. in* 28. *authorit.Baron.* qui etſi videtur tenere poſſe Baronem tenere Iudicem appellationis in terra ſubinfeudata; tamen in caſu de quo agitur contrarium concludit per optima iura, & rationes; & id quod dicit *Capyc.*

59 ſimpliciter de viſitatore, vt poſſit Rex deputare contra Barones author. *Bald.* aduertatur, quòd *Bald.* hoc dixit in *conſil.* 328. *quæritur ſi Rex* 1. *vol.* ſed limitauit ſuum dictum *Bald.* quando feudatarius malè tractat ſubditos, vel dilapidat feudum, ſeu grauia onera imponit; tunc enim non ſolùm poteſt deſtinari viſitator, ſed dari etiam coadiutor, dicit *Bald.* quòd videmus quotidie, dum deſtinantur Commiſſarij contra Barones per Collaterale ad inſtantiam vaſallorum, de quibus ſupra latè dictum eſt,

60 immò tali caſu, quando re feudali abutitur ad exinanitionem, ſeruitutem; ac depopulationem priuatur, ſecundum *Andr.in cap.* 1. *in verb.vt ad tranſactum ire, quibus mod. feud. amitt.* ſicut fecit *Imperator Feder.* di-

61 cit ipſe, qui Regnum exinaniuit Tyrannico dominio, ſed ex officio abſque alia cauſa deſtinare viſitatorem, idem *Bald.* præſuppoſuit nullo modo fieri poſſe, cum non habeant iuriſdictionẽ in officium, ſed infeudatã in proprietate, ſeu vtili dominio, & vt ſupra diximus longe differũt à miniſtris, qui officia in adminiſtrationem tenent ad beneplacitum Regiæ Maieſtatis, vel temporaliter,

ter, qui de iure, & etiam ſecundum Regias pragmaticas ſtare debent ſindicatui, pro quo legatur *D. Frec. in ſuo lib. in 35. author. Baron.* qui eleganter, vt aſſolet quæſtionem diſputat, omnia cumulando, & hanc firmat
62 concluſionem, ideoq; dum alias Archiepiſcopus Salernitanus Viſitator generalis Regni voluit ſuper hoc manus imponere, inſurrexit magnus rumor inter titulatos, & magnates, cæterosq; Regni Barones, illiq; inſimul cum deputatis Ciuitatis recurſum habuerũt ad Proregem, & ſic fuit ſuperſeſſum, & amplius non proceſſum, quia Prorex de omnibus Regem certiorauit, & mandauit, quòd Viſitator in hoc non ſe intromitteret, tanquam non ſpectante ad eius commiſſionem, & erat occupare Proregis officium, atque authoritatem.

SVMMARIVM.

1 *Baro, vt primus ciuis, quomodo vsũ habeat in territorio demaniali exiſtenti in Baronia, remiſſiuè.*
2 *Ciuitas è contra quomodo in territorio demaniali Baronis ius habet vtendi, & nu. 3.*
4 *Baro in territorio demaniali vniuerſitatis propria animalia ponit ad paſcendum, vt reliqui ciues, & in patronato ſecatis ſegetibus, & nu. 5.*
6 *Barone locante feudum eum iuriſdictione iuribus, & introitibus, prout ipſe tenet, & poſſidet, competit ne Affictatori vſus, quẽ Baro habet in territorio vniuerſitatis demaniali. Negatiuè concluditur num. 9. & ſeq.*
7 *Baro, vt primus ciuis vſum etiam habet in territorio alieno, in quo vniuerſitas, eius q. ciues vaſalli Baronis, ius paſcendi habent.*
8 *Niſi vniuerſitas particulari titulo, territorium, & ius paſculandi acquiſiuerit.*
10 *Conductor, ſiue Affictator feudi ad longum tempus cum aſſenſu, Dominus, & ciuis efficitur, qui erit Dominus feudi.*
11 *Baro vſum quem habet in territorio demaniali vniuerſitatis vendere, cedere, vel locare non poteſt, & nu. 14.*
12 *Vſus, & habitationis differentia.*
13 *Baro, vti primus ciuis vſum habet, etiam ſi non habitet, contra Auendanum.*
15 *Conductores ſeu Affictatores terrarum Baronalium, quæ, & qualia ſeruitia ex conductione conſequantur, remiſſiuè.*
16 *L. Diuus ff. de vſu, & habitatione, declaratur.*
17 *Vſuarius ſylua, vel fundi remoti poteſt vẽdere ligna, & fructus pro ſumptibus, & expenſis vehendi ligna, & fructus, vſuario neceſſarios, ſecundum Aret. ſed dubitatio contra eum proponitur nu. 20.*
18 *Io. Fab. locus, declaratur.*
19 *Caſſaneus notatur.*
21 *Vſuarius fundi fructus ex eo pro vſu, ita demùm aſportare poteſt, ſi commodè in fũdo, vti nequeat.*
22 *Baro eundem vſũ habet in territorio Vniuerſitatis demaniali, quem ciues obtinẽt in demaniali Baronis territorio.*

ARGVMENTVM.

De iure ſumendi paſcua in demaniali territorio Baronis vniuerſitati; & in demaniali vniuerſitatis Baroni; tanquàm primo ciui competente. An competat conductori, ſiue Affictatori, cui Baro feudum locauit cum iuribus, & introitibus, prout ipſe tenet, & poſſidet.

§. II.

NON ſolum eſt Baro Iudex ordinarius vaſallorum, verum etiam primus inter eos ciues; & omnia, quæ poſſit circa modum tractandi vaſallos, & vſum iuriſdictionis, quam ha-
1 bet, proximè tractauimus: nunc ſub compẽdio dicemus, quæ Baroni hoc altero nomine tanquam primo ciui competant, inter cætera, illud eſt præcipuum, & quotidianum, quod ad vſum pertinet territorij demanialis exiſtentis in locis demanialibus vniuerſitatis. Eſt Baro primus ciuis, vti talis vſum habet in territorijs demanialibus, vt latiſſimè proſequitur *Couarr. pract. quæſt. cap. 37. Auendan. de exeq. mand. lib. 1. cap. 4. num. 25.* vbi quomodo Baro, vt ciuis vti debeat, quantum occupet aliorum vſum, quomodo territorium commune omnibus, ſiue in quo quis habet ius paſcendi, poſſit reduci ad culturam plantari, vel in alium vſum conuerti in præiudicium vſus, vel ſeruitutis conſtitutæ, quo in loco *Couarru.* allegat eundem *Auendanum*, quem appellat doctiſſimum, de hoc quoque vſu, eſt deciſio *D. Frec. in*
2 *46. author. Baron.* vt Baro non poſſit prohibere vaſallos paſcere in territorio demaniali ipſius Baronis, quatenus concernit vſum ipſorum, ex regul. *text. in l. vſum aqua C. de aquæd. vbi Luc. de Pen.* & idem
3 deciſum refert per Sac. Conſil. verum vltra vſum non poſſunt: ita quod nec ad ſocidam capient, & quatenus poſtea exteris vende-
4 rent ius fidę ſolueret Baroni: ſicut è contra

Baro in territorio vniuerſitatis animalia propria immittet, vt ciuis, & primus ciuis terræ, ita quod habebit vſum, vt cæteri ciues, ex traditis per *Bal. in l. obſeruare §. proficiſci ff. de offic. Proconſ & leg. in verſ. cõtra uo quæritur, & Bart. in l. 1. ff. ad municip.* & hoc iure vtimur abſq. controuerſia etiam vigore *Pragmaticæ Caroli V. editæ in anno* 1536. *incip. volumus etiam in tit. de Baron.* 5 *& D. Frecc. in loc. alleg.* tractat etiã quid in territorijs appatronatis, ſecatis tamen ſegetibus, & per *Couar. & Auendan. vbi ſupra* de quo multa per *D. Præſ. de Franch. in deciſ.* 197. *& in dec.* 301.

His ſic exiſtentibus, quod ſicut vaſallus habet vſum in territorio Baronis, ſic etiam 6 Baro in territorio demaniali vniuerſitatis videamus, vt caſus accidit; an ſi Baro locat eius terram alteri cum omni iuriſdictione iuribus, & introitibus, prout ipſe tenet, & poſſidet, veniat hic vſus in locatione, quem habet, vt primus ciuis in territorijs demanialibus ciuitatis, quem vſum, & notetur; in 7 tantum Baro habet, vt verè ciuis, vt non ſolum vſum habeat in proprio territorio ſuæ vniuerſitatis; ſed etiam in territorio alterius terræ, in quo vniuerſitas, ipſiusq; ciues ius habent paſculandi, vt notanter per *Parid. de Put. in tract. ſynd. in verb. ſtatutum* 8 *ciuitatis*, *loquens de ciue*; quæ limitantur quando particulari titulo vniuerſitas territorium acquiſiuit, vel ius paſculandi, & ita refert deciſum *D. de Franch. in d. deciſ.* 197.

Redeundo igitur ad quæſtionem, tenui, 9 prout teneo, nullo modo venire hunc vſum in locatione, quia vt dixit *Dom. Frecc.* hunc vſum non habet Baro, vt Dominus, ſed vt ciuis, quod non eſt in conductore, ſeu affictatore, qui nec eſt Dominus, nec Ci- 10 uis; niſi affictus eſſet ad longum tempus aſſenſu vallatus: nam tunc dominium eſſet translatum iuxta reg. *text. in l. 1. ff. ſi ag. vectig.* & tunc quia efficeretur Dominus, & conſequenter ciuis, aliud eſt ceſſante dominio prioris Domini: ſed in affictu ad tempus nullam facio difficultatem, quod viua, & irrefragabili ratione fundatur; nam ſi Baro 11 nihil amplius habet, quam vſum, eumdemq; quem habet vaſallus limitatum, vt non poſſit exteris vendere, neq; ad ſocidam capere; ergo non poteſt illum vendere, cedere, aut locare *tex. in §. 1. inſtit. de vſ. & habit.* ibi: *nec vlli alij ius, quod habet, aut vendere, aut gratis concedere poteſt*, & *in §. ſeq.* Item is, qui ædium vſum habet, hactenus ius habere intelligitur, vt ipſe tantum inhabitet, nec hoc ius ad alium transferre poteſt, *tex. in l. ſed neq. ff. de vſ. & habit.* ibi, *ſed neq; locare hunt ſeorſum, neq. concedent habitationem ſine ſe, neq. vendent vſum*; & melior *text.* ad literam in *l. denique eodem titul.* Fitq; dif- 12 ferentia inter habentes vſum, & habentes habitationem, vt per *glo. in l. cæterum, & in l. ſi habitatio eod. tit.* & in habitatione loquitur *tex. in l. cum antiquitas vbi glo* declarat in *verb. habitatio C. de vſufr. & habit.* Etſi at- 13 tendimus dicta per *Auend.* quod quatenus habitat Baro, tantum vſum habet, quæſtio eſt de indubitato; ſed de hoc dicto *Auend.* dubito; cum ſufficiat habere terræ dominiũ, quod cauſat ciuilitatem, & ſic practicatur, & hoc iure vtimur.

14 Sed ſi Baro habet taliter vſum limitatum, vt diximus, quod non poteſt, nec ad ſocidam capere, nec exteris vendere, quia hoc eſſet vltra vſum; ſicut è contra ſic habet vſum limitatum vaſallus in territorio Baronali; ergo ſtatim quod alteri locat, cedit, aut vsũ vendit, hoc eſt ſibi prohibitum, quia ipſe nõ vtitur, & extero vſum vendit. Et quæ tran- 15 ſeãt in conductores terrarum Baronalium; & quæ ſeruitia, an obſequialia, dominicalia, vel artificialia, & ſimilia, videatur *Andr. in c. 1. de leg. Corrad. num.* 10. & quid in adoha debita à ſubfeudatarijs, vide de omnibus latiſſimè cumulata per *Conſiliarium Fab. de Ann. in ſuo conſ.* 3.

Et notetur circa id, quod diximus de vſu, quòd in tantum eſt prohibita locatio, aut in alium translatio, quod etſi *text. in l. Diuus* 16 *de vſufr. & habit.* dixerit, quod legato vſu ſyluæ nihil differt ab vſufr. quia niſi liceret legatarijs cedere ſyluam, & vendere, quemadmodum vſufructuarijs licet, nihil habituri eſſent ex eo legato, & hæc ſunt verba *tex.* & tamen *glo.* ibi *in verb. ſyluæ* intelligit *tex.* quãdo ſylua erat remota, ita q̃ non poterat illa commodè vti, *eadem glo. in l. plenum in verb. in villa eodem titu.* & melior *glo in §. minùs inſtit. eodem*, quam ſequitur *Io. Fab. & Aret.* ſecus ſi eſſet ſylua propinqua, & cõmoditas eſſet in perceptione lignorum, & dixit *Aretin.* quod debet hoc reſtringi, quod 17 licet vendere tantum, quantum importent ſumptus vecturæ lignorum pro ſua neceſſitate, & idem de vino, frumento, & alijs, quãdo eſſent à longe, vt liceat tantum vendere, quod ſufficiat ad ſumptus pro conductione ad ipſum vſuarium: & ſic procedit quæſtio 18 poſita per *Io. Fabr. in eodem §. minus*, vt illi, qui habent vſum in foreſta aliena poſſint alij vendere, vel locare emolumentum ſi ipſi vti non poſſunt, & de vno loco transferre ad alium, licet idemmet *Io. Fab.* dicat non 19 ſeruari de conſuetudine, quem corruptè intelligit *Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr.* 13

§. 2.

§. 1. nu. 19. dum proponit quæſt. authoritate *Io Fabr.* quando is non poteſt, vel non vult vti, vt poſſit alteri vendere, vel locare, quod *Ioan. Fab.* non dicit, ſed ponit caſum in eo, qui non poteſt vti, qui eſt intelligendus ſecundum iura, quæ allegat *in l. plenum, & in l. Diuus vbi gloſ.* declarat, quando eſt de longinquo, & commodè vti non poteſt, & *Aret.* limitat intelligi debere reſpectiuè tantum ad expenſas neceſſarias pro conductione: & ſi aliter intelligeretur, loquerentur contra tot iura expreſſa, vetantia venditionem, locationem, aut quãuis aliam vſus diſtractionem; & rurſus dubito de deciſione *Aretin.* nam ſi ſecundum eum poteſt vſuarius tantũ vendere, quantum important expenſæ conductuæ, ſequeretur, quod daretur duplicatus vſus, propterea *tex. in d. l. Diuus* ſtatuit tantum poſſe vendere, quia alias inutile eſt legatum, & in hoc fundatur, *& gloſ. & Doctores* intellexerunt, quando ſylua erat de longinquo, ita quod vſus eius reddebatur inutilis. Hinc etiam permiſerunt iura, vt poſſit eo caſu, de loco ad locum fructus, qui percipiuntur, aſportari: nam alias ſi villa eſt commoda, vel territorium cuius vſus eſt legatus, debet in eadem villa, ſeu territorio, vti frui, iuxta diſpoſitionem *text. in d. l. plenum, vbi gloſ. in verb. in villa,* & ibi *in verb. pomis,* quem *text.* ad hoc allegat *Ioa. Fab. in d. §. minùs* ponens quæſtionem, quando non poteſt vti foreſta, & ex ea cauſa vult aſportare de loco ad locum, vt liceat, & ſic appareret malè ſenſiſſe *Caſſan.* & loquutum fuiſſe contra tot iura expreſſa, de quibus nullam facit mentionem, nec aliter ponderat, nec ſuper eis inſiſtit.

22 Concludo tandem quęſt. ineuitabili argumẽto: nam ſi vſus Domini in territorio demaniali vniuerſitatis eſt, ſicut vſus vaſalli in ſuo Baronali territorio: & indubitatum eſt vaſallum non poſſe vendere, nec cedere vſum, quem habet, tam in territorio Baronali, quàm vniuerſitatis, ratione de qua ſupra: ergò minimè poterit Baro.

SVMMARIVM.

1 *Baro excadentias, ſiue feuda plana ſolita, ac permiſſa concedi et deuoluta, an pro ſe retinere poſſit, vel teneatur de nouo concedere.*

2 *Emphyteuſis, vel feudum deuolutum propter lineam finitam, agnatis vltimi poſſeſſoris Dominus concedere debet.*

3 *Baronum conſuetudo concedendi feuda plana, ſemel ad eos deuoluta recenſetur ex Paride, ſed de ea non conſtat.*

4 *Bartoli ſententia in l. 1. §. permittitur ff de aqua quotid. & æſtiu. nunquàm ſeruata in feudis, & num. 34. non eſt applicabilis quæſtioni de ſubinfeudatione nu. 27.*

5 *Duo inuicem caſus diſtinguendi pro quæſtionis reſolutione.*

6 *Feudatarij ſubinfeudantis ſecundum leges communes feudorum iure extincto ſubfeudatarij pariter ius extinguitur.*

7 *Niſi facta ſit ſubinfeudatio cum aſſenſu directi Domini.*

8 *Vel niſi ſubinfeudatus paratus ſit ſeruire Domino mediato, eo modo, quo immediato ſeruiebat.*

9 *Dominus non poteſt cogere agnatum vltimi poſſeſſoris, pro renouatione inueſtituræ; Agnatus verò Dominum conuenire poteſt, & hoc de iure communi feud.*

10 *Excadentias in Regno, Baro infeudare poteſt.*

11 *Text. in cap. 1. §. rurſus, quib. mod. feud. amitt. declaratur & quomodo excadentias dicitur Baronem concedere, & quomodo non habet in hoc locum regula, reſoluto iure datoris; & quid in clerico infeudante ſolita concedi, nu 13.*

12 *Feudum eſt homo mutus, feudatarius eius pica & organum.*

14 *Excadentiæ deuoluto feudo Domino directo minimè deuoluuntur.*

15 *Text. in cap. 1. §. cum verò, qual. olim pot. feud. alien. declaratur.*

16 *Extincto iure infeudantis de iure communi feudorum, cur extinguatur ius infeudati.*

17 *Vaſallus vaſalli mei non eſt vaſallus meus, niſi effectus ſit vaſallus de re mea.*

18 *Intereſſe voluntatis: in feudis maximè conſideratur.*

19 *Subinfeudatio iure communi tacitè permiſſa, & ſubinfeudatus à Domino feudum cõcedente cenſetur approbatus, & num. 25.*

20 *Feudatarius feudo Domino refutare poteſt, in præiudicium ſubfeudatarij.*

21 *Contractus non dicitur claudicare, ex eo.*

22 *Venditio ſub pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, eſt pura, reſoluenda ſub conditione.*

23 *Piſtori intellectus §. cum verò cap. 1. qual. olim pot. feud. alien. reprobatur & nu. 28.*

24 *Domini ſemper intereſt habere magis ſuum, quàm alienum vaſallum, licèt ſubinfeudatus teneat feudum, vt primus infeudatus contra Præpoſit. & Aluarot. & nu. 25.*

26 *Conceſſio qualibet regulatur ab intellectu iuris.*

29 *Feudum deuolutum ob lineam finitam, teneatur ne Dominus ſecundum legem feu-*

do

dorum iterum infeudare, duo diſtinguuntur articuli.

30 *Concedere alteri non tenetur, nullo exiſtente agnato.*

31 *Baldi ſententia affirmantis teneri Dominũ, feudum alteri concedere, deficiente agnato qui cum extraneo concurrat reiecta.*

32 *Feudum deuolutum non tenetur Dominus agnatis concedere, eosq. de nouo inueſtire, & num. ſeq.*

33 *Bart. doctrina in §. permittitur obtinet in inueſtitura confirmatoria, vel concurſu agnati, & extranei, ſecus cum Dominus vult pro ſe retinere, nu. 37.*

35 *Iniuriæ ratio minimè conſiderabilis, cum Dominus feudum deuolutum pro ſe retinet.*

36 *Bal. doctrina in cap. 1. §. cum verò, qualiter olim feud. pot. alien. declaratur.*

38 *Emphyteuſim ſemel finitam, Dominus pro ſe retinere poteſt, nec obſtringitur alteri concedere, contra Decium.*

39 *Conſuetudo dandi in feudum, vel eam tenendi in demanium inducitur ſpatio 30. annorum.*

40 *Baro in Regno excadentias deuolutas iterũ concedere nõ tenetur, ſi tamen velit; Agnatos pro eodem pretio extraneis præferre debet, & nu. 45.*

41 *Conſtitut. vt de ſucceſſionibus verſ. in omnibus, quoad excadentialia obtinet etiam in Barone.*

42 *Diſpoſitio loquens in Rege ex identitate rationis, viget etiam in Barone.*

43 *Lex in caſu particulari ex ratione generali eſt vniuerſalis.*

44 *Diſpoſitio correctoria propter identitatem rationis, quę vnica ſit, extenſionem recipit ex mente comprehenſiua.*

46 *Baronum conſuetudo, concedendi excadentias, ſiue feuda plana deuoluta, ipſis inuitis quam Pariſ. ponit non eſt vera, nec rationi congrua.*

47 *Feuda ad Regem deuoluta, ſi ab eo iterum concedantur, de nouo taxantur in cedulario Regiæ Camerę.*

48 *Prælatio agnatorum ex conſtitu. vt de ſucceſſionibus in feudo deuoluto ad Regem, cum alteri concedere vult, non eſt vſu recepta.*

ARGVMENTVM.

De excadentijs, ſiue feudis planis. An Baro in Regno ea ſemel ad ipſum deuoluta, poſſit in demanio retinere, vel teneatur de nouo concedere, aut agnatos in ijs præferre. Subinfeudatio iure communi feudorum feudatario permiſſa, an extinguatur, & & ſubfeudatarij ius reſoluatur extincto de reſoluto iure infeudantis. Infeudatione reſoluta ob lineam finitam, num iure communi Dominus teneatur iterum infeudare. Quid extantibus agnatis; *tex. in c. 1. §. cum verò qual. olim pot. feud. alien.* exponitur, & Piſtorij ad eum intellectus refellitur. Bartoli doctrina in §. *permittitur* exactè declaratur *conſtitutio vt de ſucceſſionibus verſ. in omnibus autem*, diligenter elucidata.

§. III.

QVæ poſſit Baro tàm vti Iudex ordinarius vaſallorum quam vti primus ciuis hactenus indicauimus; Nunc quæ poteſt tanquam dominus ſubijcemus; quibus ſatis erit explicita incidens de Baronibus tractatio. Duo præ cęteris ſunt pręcipua ad Baronem, tanquam Dominum pertinentia. De quibus dubitare contingit; an Baro ea poſſit: de vnoquoque ſeparatim tractabo; Primum excadentias reſpicit; ſecundum bona feudo reddititia. De excadentijs illud controuertitur, quod examinat *Pariſ. in tract. reinteg. in princ. car. 4.* An poſſit Baro excadentias, ſiue feuda plana ſolita, & permiſſa concedi, per *Conſtitutionem Regni, Conſtitutionem diuæ memoriæ*, eidem deuoluta per lineam finitam, pro ſe retinere inter cætera bona demanialia feudi, an verò teneatur illa iterum concedere, & dubium facit primo *Bald. in cap. 1. §. ſi verò qual. olim. pot. feud. alien.* dicens quod ſi Baro aliquis mereatur amittere feudum; Rex non debet ſibi appropriare, ſed alteri Baroni concedere, qui eadem munera debeat per ſucceſſionem ſubire. Secundo oritur dubitatio ex deciſione *Bart.* communiter ſequuta *in l. 1. §. permittitur ff de aqu. quot. & aſt.* loquentis non ſolum in emphyteuſi, ſed etiam in feudo authoritat *gloſ.* ibidem, volentis, vt finita generatione teneatur Dominus inueſtituram renouare, agnatis ſuperſtitibus, alias diceretur facere iniuriam, & poſſet appellari, & ꝙ dicitur in emphyteuſi, communis eſt *Docto.* opinio procedere etiam in feudo, de qua per *Curt. in tract. feud. 2. par. q. 15.* per *Iul. Clar. in §. feudum q. 87.* *Petr. Gregor. de conſeſſ. feud. 1. par. cap. 4.* cumulat deciſionem *Pereira in tract. de renouatione emphyteuſis q. 8. num. 4.*

3 *Pariſ.* in loco allegato tenet opinionem pro Barone, vt non teneatur, ſed dicit, quod per eoſdem Barones præſupponitur conſuetudinem eſſe in contrarium, vt omninò concedere teneantur, de qua cõſuetudine minimè

mè conſtat; imò videmus in feudis oppoſitũ
4 ſeruari, & ob id *Iul. Clar. vbi ſupra*, iuſtè dixit nunquam vidiſſe ſeruari in feudis deciſionem *Bart. §. permittitur*, & quod durum eſſet.

Sed videamus veritatem quæſtionis, quæ indubitabilis demõſtrabitur cũ diſtinctione
5 terminorum, quodq; in Regno eſt deciſa per ipſius leges particulares.

Vnus eſt articulus, quando feudatarius ſubinfeudat, quod de iure communi poterat non autem in Regno, vtrum tali caſu extin-
6 cto iure datoris, & ſic feudatarij infeudantis extinguatur ius acceptoris. ſ. ſubfeudatarij, & indubitatum eſt extingui ex regul. *tex. in §. rurſus, quibus mod. feud. amitt.* niſi
7 ſubinfeudatio facta eſſet cum conſenſu Domini, quia tunc intelligitur Dominum aſſentire pro acceptore, & hæredibus, vt eſt caſus in *c. 1. §. etſi clientulus, vbi Andr. de alien. feud. & idem Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. ten.*

8 Hæc regula *text. in §. rurſus* limitatur per *tex. in d. c. 1. §. ſi vero qual. olim. pot. feud. alien.* vt ſubinfeudatio non reſoluatur ex reſolutione iuris datoris, nec ſubfeudatarius modo aliquo feudum amittat, ſi paratus eſt Domino mediato ſeruire eo modo, quo Domino immediato obligatus erat, & dixit *Bal. in cap. caterum colum fin. de iudic.* procedere hoc ex quadam benignitate temperando rigorem *§. rurſus* per æquitatem *§. cum verò*, & per eundem *Bal. in eodem §. rurſus* traditur ex hoc limitatã eſſe regulam illam, quod reſoluto iure datoris reſol-
9 uatur ius acceptoris in feudis, in tantum quod dixit *Iſern in c. 1. num. 15. de controu. inueſt.* quod claudicat contractus, quia Dominus non poteſt cogere agnatum ad renouandum, ſed eſt in ſua libera poteſtate, ſed agnatus benè poterit Dominum conuenire, loquendo tamen, vt dixi, de iure communi feudorum, quo iure licita erat ſubinfeudatio, *idem Iſern. in d. §. cum verò, & in d. §. rurſus*, in Regno verò procedet hoc in exca-
10 dentialibus, dicit *Andr. in d. c. 1. de controu. inueſt.* & latius *in cap. præterea de capit. corrad. & in eadem Conſtitu. Regn. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, vult vt poſſit Baro infeudare excadentias, vel feuda plana ſolita cõcedi à Barone, & in his non cadit articulus,
11 an locũ habeat renouatio inueſtituræ, quia in his non procedit regul. *text. in §. rurſus*, cum conceſſio excadentiarum non habeat dependentiam ſucceſſiuam à iure dãtis, ſed momento fuit expedita à feudatario ex debito officij tanquam legitimo feudi adminiſtratore, & ſic limitatur regula illa, reſoluto iure datoris, vt eleganter per *Aluar. author. Bal. in §. rurſus ſi fidelis de controu. inueſt.* vt clarius ad propoſitum eleganter declarat *Camer. in propria quæſt. in repet. cap. imperialem cart. 7. col. 4.* dicens, quod feudatarius concedendo excadentias, videtur gerere actum ſibi permiſſum, & iniunctum, vt ſolita ſubinfeudet in vtilitatem feudi, & ideò perpetuò valebit, quia videtur facere nomine feudi tanquam adminiſtrator non ex iure particulari in eius perſonam reſidente, qui allegat *Iſer. in Conſt. Regn. mulier, quæ dotarium*, & eum ſequitur *Piſt. in ſuis quæſt. feud. 3. par. q. 44. verſ. ſecundo declaratur*, di-
12 citur enim feudum concedere res excadentiales, quod ſemper eſt idem, & dicitur homo mutus, & pro eo loquitur feudatarius, & adminiſtrat tanquam pica, & organum ipſius, dicit *glo. notab. vbi Andr. in Conſtit. Regn. conſuetudinem prauam*, ſicut dicimus
13 in clerico concedente ſolita infeudari, vt etiam illa durent pęnes conceſſionarium reſoluto iure concedentis ſecũdum *Camer. vbi ſupra*, quia fecit actum ex debito officij & ſic procedunt *tex. in c. 1. qui ſucceſſ. ten. & in cap. 1. de cler. qui inueſt. fec.* & cum in hoc caſu non cadat articulus reſolutionis iuris datoris, & ſic non habeat locum regul. *text. in §. rurſus*, quia vt diximus, concedit feudatarius ex debito officij nomine feudi, cuius eſt adminiſtrator, propterea ceſſabit limitatio, de qua in *d. §. cum verò*, quia etſi feudũ
14 Domini immediati deuoluatur ad ſuum Dominum directum, non deuoluuntur excadentiæ, ſeu feuda plana conceſſa, rationibus de quibus ſupra, ob quod non oportet, quod vaſallus offerat ſeruire ſecundum terminos *text. in d. §. cum verò*, ſed bene remanebit diſputandus articulus ſecundum allegatam deciſionem *Bal. in eod. §.* vt ſupra relatam; vnde aliud eſt tractare de ſubinfeudatione, & de extinctione iuris datoris, & aliud tractare de ſimplici infeudatione, vt extinctis
15 legitimis ſucceſſoribus teneatur dominus concedere; & in ſubinfeudatione loquitur *tex. in §. cum vero*, vt ex expreſſis verbis ipſius patet, & ita ibi intelligunt *Iacob. de Beluiſ. Iſern. Aluar. Præpoſ. Laud. Ioa. Rayn. in d. c. imperialem §. habito, Camerar. vbi ſupra*, ſic proponit quæſtionem *Iaco. in tract. feud.*
16 *in verb. & vnus num. 9.* & ratio in ſubinfeudatione illa eſt, quia fuit ius in re legitimè conſtitutum ex poteſtate reſidente de iure communi in feudatario, qui poterat ſubinfeudare, ſed cum plus iuris transferre non poterat, quàm ipſe habebat, propterea extincto iure ipſius, extinguebatur ius translatum in ſubfeudatarium, ad quod oculos habens

bens lex feudalis, & considerans, quod hoc fecit feudatarius ex permissu iuris, & subfeudatarius fuit acceptus Domino, quia etsi vasallus vasalli mei non sit meus vasallus, intelligitur tamen hoc, quando non est effectus vasallus de re mea, sed quando fuit subinfeudatus de re à me concessa, tunc vasallus vasalli mei erit meus vasallus: ita distinguit *Isern. in cap. illud de prohibit. feud. alien. per Feder. vbi latè Afflict. & latissimè Moderni, ibi Addentes ad Andr. & idem Andr. in Constitut. Regn. Domini à vasallis, Capyc in sua inuestitura in verb. feudorum assecurationes, latius Ludouic. Schrad. tom. 1. par. 8. c. 2. num. 25.* & propterea cum sit vasallus, cessat interesse voluntatis, quod in feu-
18 dis consideratur, secundum *Andr. in d. cap. imperialem*, & latius ad propositum in *dicto cap. præterea de capit. Corrad.* & cessat etiam reg. *text. in c. 1. de frat. de nou. benef. inuestit.*
19 vt non teneatur Dominus habere alium in vasallum, quem ipse non elegerit, quia ex hoc intelligitur elegisse, tum quia vasallus vasalli mei est meus vasallus, tum etiam quia si de natura feudorum est, vt feudatarius possit subinfeudare, eo ipso quod Dominus feudum concessit, intelligitur cum sua natura, & consequenter permisit subinfeudationem, & sic consensit in subinfeudatum, vt ad propositum dicit *Bald. in dicto §. rursus*, dum tractat articulum:
20 an feudatarius, qui subinfeudauit possit refutare feudum Domino in præiudicium subfeudatarij, & dum determinat, quod possit, reddit rationem; quia ista facultas inerat à principio ex natura rei, idest ipsius feudi, & scire debuit hoc, qui cũ vasallo contraxit, quem sequitur per propria verba ibi *Aluar.* & ex his plus infero, vt nõ sit verum,
21 quod *Andr.* dicit, quod contractus claudicet; nam si hoc est de natura concessionis infeudationis, & propterea *tex. in §. cum verò* dicit, quod non resoluitur infeudatio, nec amittit subinfeudatus feudũ, & latius declarauit hoc *Andr. in d. c. præterea*, ergo non
22 datur claudicatio, sicut dicimus in contractu celebrato cum pacto legis commissorię, aut adiectionis in diem, qui eatenus resoluitur, quatenus velit venditor, in cuius beneficium pactum est appositum, & non dicitur contractus claudicare, sed dicetur venditio pura resoluenda sub conditione ad *tex. in l. 2. & in l. Sabinus ff. de in diem addict. in l. 1. 2. & 3. ff. de leg. commiss.* & hic est verus intellectus *d. §. cum verò*, non autem quem
23 dedit *Pistor. in loco vbi supra allegato*, volens vt ille *text.* intelligatur, Domino volente renouare inuestituram, nam si *text.* dicit, quod non amittit, si vult seruire Domino immediato, & *Isern.* dicit, quòd non resoluitur infeudatio, & non est locus deuolutioni, ergo etiam Domino inuito, etsi *Bald.* dicit, quòd per *text. in §. cum verò* mitigatur rigor *§. rursus*: igitur Domino inuito, nam si partes omnes essent consentientes *text.* erat de indubitabili, & peior intellectus est alius, quem dare voluit, quando ex culpa primus vasallus feudum amittebat: hoc enim reprobatũ est ab omnibus, vt per *Bald. in cap. in præsentia num. 20. de probat. per Præpos. in eodem §. cum verò Ias. in l. 2. C. de iur. emphyt. & omnes.*
24 Nec est vera responsio, quam dedit *Præpos. in §. cum verò* ad regul. *text. in d. cap. 1. de fratr. de nou. benef. inuest.* vbi non tenetur Dominus habere in vasallum, quem nõ elegit, dicit enim ibi *Præpos.* quòd non interest Domini habere plus vnum, quàm aliũ, dum iste subinfeudatus tenebit feudum, vt primus infeudatus, cum quo transit *Aluar. ibi, & Curt. in tract. feud. 4. par. nu. 85. & in eodem tractatu Zas. par. 10. nu. 60.* nam si in feudis consideratur interesse voluntatis, etiam quòd conditio Domini melioretur, & dicitur interesse, si placet, vel displicet, ex regul. *text. in l. fin ff. de vsufr. & habit.* secundum *Andr. in locis allegatis*; ergo falsa est responsio *Præpos.* etsi feudum esset ex tem-
25 pore melioratum, habebit Dominus interesse formatum, sed quia non datur deuolutio, & non resoluitur ius acceptoris ex benignitate, & æquitate legis feudalis considerato iusto initio possessionis, & intelligitur vt supra diximus, Dominum mediatum cõcessisse, & hunc subinfeudatum esse suum vasallum, ob quod dicitur ipsum elegisse, & voluisse in vasallum, conformandò se cum iuris dispositione, vt dum infeudauit, intelligatur infeudasse, vt ius intelligit, ex regul. *text. in l. si cui ff. de seruit.* & omnes conces-
26 siones regulantur ab intellectu iuris, iuxta communem decisionem *Andr. in d. cap. 1. qui success. ten. num. 8.* vbi *Modern. Addit. cumul.* propterea cessat regul. *text. in d. cap. 1.* quia Dominus elegit sibi in vasallum, quem voluit mediante persona sui feudatarij, & ex hoc etiam cessat interesse voluntatis.

Et in hoc primo articulo dùm tractamus de subinfeudatione, non sumus in terminis
27 quæstionis *Bart. in §. permittitur*, quæ non tractat de extinctione iuris datoris, vt ex hoc resoluatur ius acceptoris, sed an extincto iure acceptoris, & sic emphyteutæ teneatur Dominus renouare; sed in terminis *§. cum verò* tractatur de extinctione iuris

autho-

authoris', & determinatur non dari extinctionem iuris acceptoris, dùm vult Domino directo ſeruire, & cum verba *text.* ſint admodum clara, & demonſtratum eſt, quomodo non adeſt intereſſe voluntatis, & quomodo iſte ſubinfeudatus à Domino electus in-
28 telligatur, propterea apparet malè ſenſiſſe *Piſtor.* dùm *in d. quæſt.* 44. propoſuit caſum in ſubfeudatario, & tenuit non teneri Dominum ad renouandum, nam ex ſupra diſcuſſis, ceſſant omnes eius obiectiones, & dilucidatus eſt verus intellectus *§. cum verò.*

29 Alter articulus eſt in ſimplici infeudatione de iure communi feudorum, an conceſſione extincta ob lineam finitam teneatur Dominus concedere, vel poſſit retinere pęnes ſe, & idem in Barone reſpectu excadentiarum deuolutarum ad ipſum.

Et hic articulus loquendo de iure communi feudorum diſtinguitur in duos, vnus enim eſt, ſi ſimpliciter Dominus teneatur ~~iterum~~ infeudare, vt loquitur *Bald. in d. §. cum verò*, & alius eſt, ſi teneatur ſubinfeudare, vel infeudare agnatos vaſalli mortui ſi extant, & non poſſit pro ſe retinere feudum, alias dicatur facere iniuriã, in quo eſt quæſtio *Bart. in d. §. permittitur*.

Quoad primum deciſio *Bald.* eſt communiter reprobata eo modo, quo loquitur
30 vt Rex teneatur ſimpliciter alteri concedere feudum deuolutum, & non poſſit ſibi appropriare: nam nullo exiſtente agnato, nec alius, qui ius aliquod habeat hoc petendi non cadit ratio iniuriæ, nec poteſt dari appellatio ſi datur defectus actionis, & ob id *Imol. in l. ſi mihi, & Titio, de verbor. obligat.*
31 reprobauit opinionem *Bald.* vbi *Aretin.* dixit poſſe procedere deciſionem *Bald.* quando vult Dominus concedere, & concurrunt agnatus cum extraneo, vt præferatur agnatus, idemque dixerunt *Præpoſ. & Lauden. in d. §. cum verò, & Curt. in d. par. 2. quæſt.* 15. ita quòd deciſio *Bald.* eſt reprobata, & nullo modo poteſt ſaluari, ſiquidem ponit caſum, quando vaſallus meruit amittere feudum, & ſic quando deuoluitur per culpam, aut delictum, quo caſu idem *Præpoſ.* ibi dixit non procedere deciſionem *Bald.* & idem *Bald.* in caſu prædicto tenuit contrarium in *d. cap. in præſentia*, & eſt opinio communis, vt ſupra diximus.

Quoad ſecundum, ſi ſtantibus agnatis teneatur Dominus illos inueſtire de nouo, &
32 dico inueſtire, quia nunquam ius aliquod habuerunt, nec feudum poſſederunt, nec fuerunt vnquam à Domino cogniti, cuius contrarium eſt in ſubfeudatione; dico inquàm quòd in hoc caſu ſequor opinionem *Piſtor.* quòd minimè Dominus teneatur inueſtire, cum in hoc non loquatur *tex. in §. cum verò* nec alia lex feudorum, quorũ regulæ aduerſantur contrariæ opinioni, & prçcipuè intereſſe voluntatis, quod principaliter in feudis conſideratur, quodq; non teneatur Dominus habere in vaſallum alium, quam quẽ ipſe elegerit, & conceſſiones feudorum non extenduntur de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, ſecundum communem deciſionem *Andr. in d. cap. imperialem*, etſi teneretur inueſtire; non daretur extinctio, & in feudis limitati ſunt ſucceſſores & limitati caſus deuolutionum ob defectum ſucceſſorum, & pariter limitati caſus, in quibus
33 inueſtituræ confirmatoriæ debentur, & ſic procedit dictum *gloſ. & Bart. in d. §. permittitur*, videlicet in inueſtitura confirmatoria in perſonam hæredis maſculi, quod intelligitur, & id de iure feudorum non eſt diſputabile, quia eſt de natura, & tenetur inueſtire cum intelligatur conceſſio pro deſcendentibus maſculis, ad *tex. in c. 1. §. ſi clientulus, de alien. feud. in c. 1. §. & quia vidimus in prima rubr.* ſed quod teneatur Dominus de nouo inueſtire, dum à principio conceſſio voluntaria facta fuit ad certos ſucceſſores limitatos, quibus deficientibus lex feudorum dat deuolutionem, in quibus intereſſe voluntatis eſt præcipuum, propterea nullo modo poteſt ſubſtineri contraria opinio, & nunquam daretur feudorum deuolutio, & in hoc articulo procedunt omnes rationes per
34 *Piſtor.* conſideratæ, nec eſt mirum, quod dixerit *Iul. Clar.* nunquam vidiſſe ſeruari hæc in feudo, quem refert *Petr. Mont. in titul. ex quib. cauſ. feud. amitt. in princ.* & ratio iniuriæ, quæ eſt vnica conſiderata per *Bart. &*
35 *Sequaces* nullo modo procedit, dum Dominus vult pro ſe retinere propter ſuum beneficium, & propriam vtilitatem, & vnuſquiſq; tenetur ſibi prouidere, à quo incipit prima charitas, ad *tex. in l. præſes C. de ſeru. & aqu.* cum ſuis cõcord. & ad prædicta faciunt, quæ diximus de conceſſione tractarum, vbi poterit videri.

Sed vlterius dico, hanc opinionem non aduerſari opinioni *Doctor.* immò ſecundum
36 eam hæc intelligitur, & erit communis, nam qui ſaluare voluerunt *Bal. in d. §. cum vero*, dixerunt procedere deciſionem illam, quando Dominus volebat concedere feudum ſibi deuolutum, vt in conceſſione præferrentur agnati extraneis, vt per *Aretin. in d. l. ſi mihi, & Titio, Laud. & Præpoſ. in d. §. cum verò, Curt. in d. q.* 15. dum dicunt intelligi debere deciſionem *Bal.* ſecundum notata per *Bart. in d. §. permittitur, & per Abb. in c. p.*

bona

bonæ de poſtu l.Prælat. vbi expreſsè *Abb.* dicit, quod quando Dominus vult alteri concedere, præferuntur agnati, ſecus ſi vult pro ſe retinere, vt poſſit, cum tunc nemini iniuriam faciat, & ſic habemus communem opinionem in feudis, cum cæteri omnes loquãtur in ſubfeudis, in quibus, vt diximus, non datur deuolutio propter extinctionem iuris authoris, nec tractatur de noua inueſtitura, ſed de inueſtitura confirmatoria, hic verè ſumus in noua conceſſione facienda, in qua regulæ feudales obſtant, *text. in §. cum verò*, non procedit, & deciſio *Bal.* ibi eſt intellecta à *Feudiſtis* ſecundum deciſionem *Abb. in cap. bonæ*, qui decidit, vt non teneatur Dominus concedere, quando vult pro ſe retinere, ſed ſi vult alteri concedere, tunc detur agnatis prælatio, quia tunc conſideratur iniuria, & ſecundum hæc procedit deciſio *Bart. in §.*
37 *permittitur*, fundata in ratione iniuriæ, vt idem *Bart.* ſe declarat *in l. 1. de priuil. credit. in fi.* nam ponit caſum, quando adeſt cõcurſus, & ſe remittit ad dicta per eum *in §. permittitur* quem ſic intelligit, & declarat *Rip. num. 9.* reſpondens ad obiecta per *Dec.*
38 *in conſ 131.* qui abſque aliquo iuris fundamento valido voluit dictum *Bart.* procedere etiam quod Dominus voluerit pro ſe retinere, contra quem conſuluit *Ruin. in conſ. 152. volum. 1.* ſequendo *Abb. in d. cap. bonæ, & Gozad in conſ. 89.* qui dicit falſam eſſe opinionem *Decij*, quia ceſſat æquitas, in qua fundatur deciſio *Bar.* immò reſultaret iniquitas, vt quis inuitus contra propria commoda rem ſuam concedere teneretur, idem *Iaſ. in conſ. 24. nu. 8. volum. 3.* & ſic reaſſumit quæſtionem *Bart. Roman. in conſ. 22.* videlicet quando adeſt cõcurſus, *idemq; Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphyt. nu. 22. poſt Aret. in d. l. ſi mihi, & Titio*, & hanc partem dicit æquiorem, & in eam inclinare *Iul. Clar. in verb. emphyteuſis in fin. queſt. 41.* quibus addatur *deciſ. Afflict. 238.* poſt *Luc. de Pen. in l. cõgruit C. de locat. prad. ciuil.* ſed quicquid ſit in emphyteuſi, cum habeamus rationes ſpeciales in feudis, quæ non militant in emphyteuſi, non eſt propterea arguendum de vno ad aliud, in quo concordant *Feudiſtæ*, hinc *Andr. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.*
39 *colum. 3.* dicit quod ſicut per ſpatium 30 annorum inducitur conſuetudo dandi in feudum, ita per idem ſpatium, ſi res alias ſolita concedi in feudum, fuerit tenta in demanio, inducitur contraria conſuetudo, ergo non tenetur quis concedere feudum ſibi deuolutum.

Sed in Regno dixi, quod quæſtio eſt de
40 indubitabili per Regni *Conſtitutionem*, *vt de ſucceſſionibus*, cuius infraſcripta ſunt verba.

In omnibus autem, in quibus prædiximus, aliquos velut vlteriores gradu, ſiue in communium prædeceſſorum rebus, ſiuè in acquiſitis excludi debere ſpem noſtræ gratiæ petẽtibus non negamus, immò ipſos alijs in liberalitate noſtra præferri diſponimus, ſi eiuſdem feudi ad nos rationabiliter deuoluti ſimul competitores exiſtant, dummodo à conſanguineis tantùm noſtræ Curiæ offeratur, quantũ ab extraneis eſt oblatum, ſi tamen nos, vel in demanio noſtro feuda noſtra tenere velimus, vel alijs ex mera liberalitate donare, iniuriã nullus ſibi exiſtimet fieri ſi quod ad ius noſtrũ iuſtè deuoluitur, vel retineamus nobis, vel alijs, qui à nobis, præſtolantur beneficia, conferamus.

Ex qua *Conſtitutione* deciditur quæſtio, quod poteſt retinere, & non tenetur concedere.

Deciditur alia queſtio prælationis, vt ſit in concurſu aliorum.

Deciditur vt prælatio intelligatur pro eodem pretio, quod ab alijs offertur, & ſic non tractatur de renouatione inueſtituræ.

Deciditur vltimo, quod ſi gratis vult cõcedere Dominus, vel pro ſe retinere, quod benè poterit, quia non facit iniuriam; ex quibus omnes articuli remanent deciſi, & declarati, cumq; ratio quæſtionis propoſitæ per *Bart.* ſit fundata in iniuria, & in hac vnica ratione ſe fundant omnes *Scribentes*, meritò ea ceſſante in Regno, maximè ex declaratione prædictæ *conſtitutionis* ſequitur, quod quæſtio de qua tractamus eſt de indubitabili.

Nec quicquam refert, quod *Conſtitutio*
41 loquatur in Rege, cum reſpectu excadentiarum, idem dominium directum habeat Baro, & eodem modo poſſit concedere, & propterea, vt diximus, *Conſtitutio Conſtitutionẽ diuæ memoriæ* ſe limitat in excadentijs, in quibus, vt diximus limitatur regula *§. rurſus*, & cum ratio iniuriæ ſit vnica, quæ mili-
42 tat tam in Rege, quam in Barone, eſt ratio generalis omnes comprehendens, ideo eadẽ erit iuris diſpoſitio in omnibus, & *conſtitutio* ſic comprehẽdit Baronem, ſicut Regem, de quo eſt caſus in *capit. 1. de immun. eccleſ.* iunctis ibi dictis per *Doctor.* & præcipuè per *Ioan. Monach.* ideo *Bart. Bal.* & communiter *Scribent. in l. regula, § fin. ff. de iur.* &
43 *fact. ignor.* ſumunt ex illo *text.* cõcluſionem, quod ſi lex eſt particularis in caſu aliquo, ſed eſt illa facta ex ratione generali, ſeu vniuerſali, tunc lex intelligitur vniuerſalis, ſeu generalis in omnibus alijs caſibus, de quo

etiam

etiam per *Iaſ. in l. licet nu. 9. C. de pact. Rom.*
44 *in conſ. 174. in princ.* in tantum, quod communis eſt *Doctor.* opinio, quod diſpoſitio iuris communis correctoria extenditur ad omnes caſus eãdem rationem habentes ex mente comprehenſiua, quando ratio eſt vnica, & alia non aſſignatur ſecundum *Bal. in l. quamuis C. de fideicom. Alexan. Socc. Dec. & alios* ad propoſitum congeſtos in materia feudali per *Schrader. in tract. feud. par. 8. cap. 7. num. 16. tom. 1.* pro qua videatur *Camerar in cap imperialem cart. 52. verſ. octaua concluſio*, vbi multa elegantia in materia extenſionis ex mente comprehenſiua, quæ ſunt ad propoſitum ad deciſionem propriæ quæſtionis, ideoq; *Capyc. in ſua inueſtit.*
45 *in verb. infeudant etiam in ſexta limitatione & in cap. imperialem § callidis* tenet *authoritat. Luc. de Penn in l quicumque C. de fund. limit.* quod poteſt Baro excadentias deuolutas pro ſe retinere facere eas demenſa feudi, & alteri non concedere, &
46 conſuetudo, quam dicit *Pariſ.* allegare Barones non ſolum non probatur, ſed eſt impoſſibilis, quod Barones tali conſuetudine vſi fuerunt, quia eſſet contra ipſorum libertatem, authoritatem, & vtilitatem, & quæ circa hoc dicit *Pariſ.* ſunt omni ſubſtantia vacua, & inania, & propterea ſemper viget conſuetudo, quod Barones, vel feuda deuoluta pro ipſis tenuerunt, vel ad libitum conceſſerunt cùm pactis, & conditionibus, melius ipſis viſis, & hanc opinionem tenuit *Afflict. in d. §. cum. verò*, qui allegat *Conſtitutionem vt de ſucceſſionibus*, in qua latè hæc firmat, & declarat *num. 54. & 55.* & notetur quæſo pro concluſione, dum enim feuda ad Regem de-
47 uoluuntur, quæ iterum concedere vult, nõne ſecundum *Andr.* & communem practicam in Regno fit noua taxa illorum in cedulario Regiæ Cameræ, quæ eſt ſatis diuerſa, & multo maioris quantitatis taxæ, in qua feuda primitùs taxata erant ratione ſoliti augmenti temporis cauſati ex augmento introituum, & ſic non tractatur, nec practicatur renouatio veteris inueſtiturę, ſed de principali conceſſione, in qua Rex intereſſe formatum habet, reſpectu perſonarum infeudandarum vt ſint ei gratæ, & acceptæ, & in eis habeat electionem reijciendo, quæ diſpliacent, & eligendo, quæ placent attendendo intereſſe voluntatis, & habet etiam intereſſe formatum circa taxam ſeruitij, ſiue fiat illud in pecunia, ſiue in perſona: nam quanto maius eſt ſeruitium, tanto maior erit Domini vtilitas, quæ non conſiderantur in emphyteuſi, vt ſic omni iure dicamus attendendo leges, & rationes feudorum, ac ſpecificã Regni *Conſtitutionem*, quod ſiue feuda deuoluantur ad Regem ſolita alias concedi, ſiue ad Barones in Regno, vt ſunt feuda plana, & exeadentialia, quod remanebunt illa in libero arbitrio Regis, vel Baronis reintegrandi ad menſam patrimonij, ſeu tenendi in eorum demanio, vel de illis alios inueſtire eo modo, quo illis placitum fuerit, benè verum eſt ſecundum eandem diſpoſitionem
48 quod in concurſu aliorum datur prælatio agnatis, quod nec hodie ſeruatur, ſed libera pẽnitus eſt feudorum diſpoſitio.

SVMMARIVM.

1 *Baro de iure communi feudorum poteſt cõcedere res particulares feudi, inemphyteuſim.*

2 *In Regno autem poteſt concedere res ſteriles feudi ad meliorandum pro certa parte fructuum annua, non in pecunia.*

3 *Baro in Regno an poſſit concedere res ſteriles feudo ad meliorandum in pecunia correſpectiua ad fructus citra fraudem, remiſſiuè.*

4 *Bona feudo reddititia, ſimpliciter à Barone conceſſa, nõ ſunt feuda alia pẽnes poſſeſſorem; ſed allodialia.*

5 *Eorum verò redditus, eſt feudalis, & num. 13.*

6 *Bona feudo reddititia cum aſſenſu Domini à Barone conceſſa cum poteſtate alienandi, tranſferendo in accipientem, quid ipſe iuris habet & erunt bona cenſualia non feudalia, nec emphyteotica & nu. 17.*

7 *Contractus cenſualis, & emphyteotici differentia.*

8 *Napodani Deciſio, de rebus feudi particularibus à Barone conceſſis, declaratur.*

9 *Bona feudo reddititia à Barone ſub annuo redditu ſimpliciter conceſſa abſque poteſtate alienandi & ſine translatione omnis iuris, licet nõ ſint feudalia: nõ tamen poſſunt alienari ſine conſenſu Domini, & nu. 26.*

10 *Conſtitutiones Regni tres, videlicet, in Regalibus bonis, in feudalibus, & feudo redditityis. ſine aſſenſu nõ alienandis, quæ incipiunt ſcire volumus, Conſtitutionem diuæ memoriæ, & hac ædictali.*

11 *Bona feudo reddititia alienata ſine aſſenſu, non incidunt in commiſſum contra Paridem. & nu. 24.*

12 *Bona feudo reddititia quorum conceſſio apparet ſimpliciter facta, tanquam de bonis feudi emphyteotica cenſentur, non cenſualia. nu. 18. & 25.*

13 *Conceſſione verò, vel titulo non apparente cenſualia in dubio iudicantur num.16.& nu.19.21.& 28.*

14 *Bona intra fines feudi exiſtentia pęnes Baronem poſſidentem feudalia pęnes alium cenſualia præſumuntur.*

15 *Succeſſio in bonis feudo redditit ijs, regulatur ſecundum ius Romanorum, non feudorum.*

20 *Baro in feudo tanquam vniuerſitate facti poteſt habere feudalia, allodialia, & reditus cuiuſcumque generis.*

22 *Deciſ.Afflict.103. & Gramm.77. declarantur.*

23 *Feudum eſt, ſed alteratum, cum res conceditur in feudum ſub annuo redditu contra Bald.*

27 *Ioa Fabr.doctrina in § adeò num.14.inſtit. loc.declaratur deciſ Capyc.29.declaratur.*

30 *Bona feudo redditi tia ſemper à Barone conceſſa emphyteotica cenſentur ex Baronis, & Regionis conſuetudine.*

31 *Præſumptio conceſſionis in feudum reſultãs ex alijs conceſſionibus fieri ſolitis in feudũ qualis, & quid operetur.*

32 *Res intra fines feudi, poſſeſſa tanquam libera non præſumitur feudalis.*

ARGVMENTVM.

De bonis feudo redditi tijs à Barone conceſſis, qualia pęnes poſſeſſorem cenſenda ſint feudalia, vel allodialia. Si allodialia, emphyteotica, vel cenſualia. Plena adhibetur diſtinctio inter bona, & redditũ, atq; inter modos, & formulas diuerſas, quibus bona conceſſa proponuntur. Napodani, Afflicti, Capycij, & Grammatici, deciſiones declarantur. Eadem bona feudo redditi tia, ſimpliciter conceſſa, nùm poſſint alienari ſine aſſenſu, vel alienata, aut propter redditum non ſolutum, incidant in commiſſum, & ad Baronem deuoluantur. In ijs, quo iure ſucceſſio deferatur.

§. IV.

DE bonis verò feudo redditi tijs, quod alterum erat ex duobus propoſitis ad Baronem, tanquam Dominum præcipuè ſpectantibus, pater dubitare contingit; an Baro poſſit illa concedere, an conceſſa dicantur pęnes poſſeſſorem allodialia, vel feudalia, quòd ſi allodialia, an præſumantur in dubio emphyteotica, vel cenſualia, & an requiratur aſſenſus in illorũ diſpoſitione, vel propter canonem non ſolutum, aut aſſenſum non impetratum in ipſorum alienatione ad Baronem deuoluantur; in quo vltimo capite videntur deciſ. *Afflict.* 129. *& Capyc.*103. contrariæ, & quæ continentur in *deciſ.Gram.77.*

1 Diſtinctim ergo loquendo, nec inutiliter dicimus Baronem de iure communi feudorum ex vetuſta conſuetudine poſſe concedere res particulares feudi, vt ſunt paſcua, & loca inculta, & herema ruſticis in emphyteuſim, ita *Ioa.Raynal.* authorit. *Petr.Iac.in cap.imperialẽ § habito n.20. verſ. verũtamen vt dicit Ioa.Fab.* qui *in § adeo inſtitut.de de loc.& cond.in princ.* dicit quod generaliter in Regno Franciæ Barones concedunt in emphyteuſim.

In Regno verò, quia per *Conſtitutionem Conſtitutionem diuæ memoriæ* eſt ſublata Baroni, ſeu feudatario omnis poteſtas, nec ſubinfeudare poteſt, nec concedere ad libellum, vt de iure communi, ſed tantum excadentialia bona concedere, ſuperuenit diſpotio Imperatoris Federici, quæ habetur in ſuis regiſtris, per quam permittitur Baroni concedere res ſteriles feudi parum vtiles ad meliorandum, & hoc ad certam partem fructuum à Barone conſequendam ſingulis annis ex bonis taliter concedendis, non autẽ in pecunia, ita *And.in c.1.in fi. de eo qui interf. fratr. dom. ſui in cap. præterea prima addit. de capit.Corrad. in dicta Conſtitutione Conſtitutionem diuæ memoriæ, vbi Afflict.2.not.* refert hæc omnia *Capy in ſua inueſt.in verb. feudorum alienationes verſ. limita quinto, Camer.in cap.imperialem car.4.col.3.verſ.6. altera prouiſio*, latiſſimè per *D.Frecciam* deciſiones cumulantem *in auth. 19. Baron. & Io.Vinc.de Ann.in repet.cap.1.de vaſall. decrep.ætat.nu.64.& nu.71.* dat rationem

3 quare in pecunia nõ poſſunt concedi, q̃ limitauit *Frecc.vbi ſupra* quando pecunia eſſet correſpectiuè ad fructus, & non in fraudem, cuius opinionẽ impugnauit *Ann. in loc. alleg.nu.73.* de cuius articuli veritate latius per *D. de Franch.in dec.561.vol.4.*

Hæc autem bona, dum non reperitur cõceſſio facta in feudum, non erunt iure feudi

4 penes poſſeſſorem, ſed vt allodialia tenebuntur, vt authoritate *Parid.* tradit latius *Capyc. in ſua inueſtitur. in verb. vaſallorumq; redditibus, poſt Luc.de Penn. in l. quicunque 3.colum. in princip. C. de om. ag. deſ lib.* 11. ibi, *item ſunt bona ruſticana, quæ tenentur ſub dominio Comitis, vel Baronis, pro quibus præſtantur operæ, ſeu redditus,*

& quæ

& quæ non censentur proprio iure feudi, & de his bonis soluuntur collectæ. & ideò *Paris. in tit. de Athenasijs car.* 13. *ante nu.* 10. dicit, quod talia bona reddititia æquiparãtur bonis emphyteoticis.

Et postquàm fiunt hæ cõcessiones ex permissu Regis, vt notatur in regiſtris Federici, & sic cum assensu videtur, quòd sumus in conclusione communiter recepta *Neapod.* quòd bona feudi particularia, quæ cum assensu Domini à Barone conceduntur, non in feudum, nec sub nuncupatione feudi, nec sub seruitio, sed sub annuo redditu, siue censu, quod redditus erit feudalis, bona verò erunt allodialia, vt per eum in *consuet. in bonis verb. sed in bonis, in tit. in quibus rebus habeat locum quarta*, quam decisionem sequuntur *Paris. Loffred. Asst. Capyc. Camer. D. Frecc & omnes, vt in meo cons.* 11. 1. *vol.*

Sed quæro aduertatur. Hæc enim *Neapod.* conclusio secundum eum procedit, quando cum Domini consensu alienat vasallus sub annuo censu rem particularem feudi, cum potestate alienandi, transferens quicquid iuris habet, dicens, quod non erit feudalis tunc, sed censualis, quia Dominus per assensum sibi præiudicauit, & sic quia adest Domini assensus in translatione cuiuslibet iuris conclusio est indubitata, & quia non dicit in feudum, sed alienauit sub annuo redditu nulla reseruata fidelitate, tunc quia hæc omnia sunt contra naturam feudi, meritò non erit feudum apud concessionariũ, & hoc modo procedit decisio *Bald. in l. liberti, libertaq; C de oper. liber.* cum alijs latissimè cumulatis per *Camer. cart.* 40. *à terg.* nec erit in emphyteusim, quia translatum est omne dominium, sed censualis contractus, & hæc est differentia inter contractum censualem, & emphyteoticum, quia in censuali transfertur omne dominium, secùs verò in alio, secundum *Imol. in cap. ad audientiam de reb. Eccles. non alien. Abb* & communiter *Canonistæ in cap. constitutus de relig. dom. Ias. in l.* 1. *C. de iur. emphyt. nu.* 48. & sic ponderauit decisionem *Neapod. Loffred. in cap.* 1. *de controuers. feud. apud par. term. ver.* ibi *si ergo Rex in fin.* sic reassumit conclusionem eiusdem *Neapod. Paris. cart.* 7. *sic Camer. cart.* 39. *à terg. littera M.* & ob id *Capyc. in repetit. cap Imperialem cart. mihi* 26. dixit de decisione *Neapod.* non esse curandum, quia loquitur in casu claro, quando reperitur concessio specifica eo modo, vt *Neapod.* ponit cum Domini assensu; sed quando aliud non reperitur nisi solutio census, hic est punctus, & tunc vult *Capyc.* in dubio rem non esse feudalem, sed censualem, & refert decisionem factam per Sacr. Consil. in causa Vincentij Barrilis, & in alijs causis, de quo est sua *decis.* 103. quam decisionem approbauit *Camer.* eleganter terminos distinguens *vbi supra cart.* 41. *à terg. lit. P.*

Ex quibus faciamus tres casus.

Vnus casus est, quando habemus concessionem cum assensu Domini, cum potestate alienandi, & translatione omnis iuris, & stamus sub decisione *Neapod.* Erit, dicit ipse, res censualis pœnes concessionarium, quia apud eum est omne dominium translatum.

Alius, & secundus casus est, quando reperitur cõcessio facta non in feudum, nec iure feudi, sed simpliciter sub annuo redditu absq; potestate alienandi, & absque verbis illis translatiuis omnis iuris, & tunc secundum regiſtra Imperatoris Federici, valet absque assensu, non erit in feudum, sed non poterit alienare absque Domini assensu, quamquam teneat in allodium *gloss.* vbi declarat *Andr. & Iatius Afflict. in constit. Regni si quando contigerit*, & in hoc casu intelligendus est *Paris. de reintegr. idem tradens cart.* 26. *à terg in cap incip. & iuxta prædicta, & car.* 59. *in cap. incip. Pater habens, & Camerar. cart.* 49. eleganter fundat dictum *gloss. & Andr. in d. Constitut. si quando* dicens tres adesse Regni *Constitutiones*, vnam quæ est *constitutio scire volumus*, loquentem in rebus regalibus, quæ etsi pœnes possessores nõ censeantur feudales, sed allodiales, tamen non possunt alienari sine Domini assensu; aliam, quæ loquitur in feudalibus, vt in *constitutione Cõstitutionem diuæ memoriæ*, quæ pariter absque assensu alienari nequeunt, & alteram in rebus particularibus redditicijs, vt in *Constitut. Reg. hac edictali lege in perpetuum*, in qua pariter per eadem verba, vt in cæteris, prohibetur alienatio absque assensu; sed post *Afflict.* aduertit *Camerar.* vnum contra dictum *Parid.* quod si hæc bona reddititia alienentur, non per hoc incident in commissum, sicut in alienatione feudalium, sed regulabuntur, secundum dispositionem iuris communis in rebus alienari prohibitis.

Et in his terminis procedit decisio *Affl. in cap.* 1. *§ si quis per* 30. *in 6. not ab. si de feu. defun. milit.* videlicèt, quando non apparet concessio, vt tunc in dubio reddititia præsumatur emphyteotica, quia aliter absque assensu concedi non possent, cum si censualis iudicaretur, omne dominium translatũ esset in concessionariũ, & sic esset alienatio proprietatis prohibita Baroni, subdens ex hoc, & in toto Regno non reperietur vnus contractus censualis de re, quæ sit de feudo sine

Regio aſſenſu, etſi reperiretur, non valeret per *Conſtitutionem Regn. conſtitutionem diuæ memoriæ*, & ita intelligetur poteſtas feudatarijs data in regiſtris Federici Imperatoris, ſecũdum quæ procedit *deciſio* eiuſdem *Afflict.* 120. quando conſtabat de conceſſione rei particularis feudi, quo caſu intelligitur in emphyteuſim, & ſic declarat *Capyc. in d. ſua deciſ.* 103.

Alius & tertius caſus eſt, quando non habemus conceſſionem aliquam, ſed tantum reperitur, quem ſoluere Baroni cenſum pro
13 re aliqua ab eo poſſeſſa, de qua alius non demonſtratur titulus, tunc ſumus in caſu *Capyc. & Luc.* vt res allodiales, atque cenſuales cenſeantur, cenſus verò feudalis, ſicut è contra, dicit *Camer. vbi ſupra car.* 39. *col.* 3. *in fi.* vt ſi Baro ſoluat alicui Eccleſiæ cenſum pro aliqua re particulari non oſtenſo alio titulo, vt inquam cẽſus penes Eccleſiam ſit allodialis, res verò penes Baronem feudalis, quæ
14 concluſio ſumit fundamentum ab illa alia communi concluſione, quod feudale cenſetur quicquid eſt intra fines feudi, Barone tamen poſſidente, ſecus verò ſi alius poſſideat, tunc enim allodiale, & liberum erit, & ita pluries deciſum, de quo facit *deciſ. Affl.* 267 fuit originalis doctr. *Andr. in c.* 1. *in add. de controu. int. maſcul. & fœm.* cum alijs latius per me congeſtis *in d. conſ.* 11. hinc in iſtis bonis redditicijs datur ſucceſſio, nõ ſecundum
15 ius feudorum, ſed Romanorum, quia merè allodialia reputantur, vt authoritate *Andr. & aliorum*, tradit *Frec. in differ. inter feud. quatern. & planum, & de tab. nu.* 5. ob quod iuſtè dicit *Andr. in c.* 1. *§.* 1. *de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis*, quòd hęc cenſualia bona, tãquam non feudalia habent naturam diſtinctam, ſeu diſcretam à feudis emphyt. & ſimilibus ex regul. *tex. in cap. conſtitutus de relig. dom.* ex
16 quibus fit tertia, & indubitata concluſio, vt hæc bona dicantur cenſualia, non autem emphyteotica, & hoc quando nihil aliud reperitur niſi ſolutio certæ annuæ præſtationis; nam in caſu propoſito per *Napodan.* vt ipſe-
17 met dicit, erunt bona cenſualia, quia tranſlatum eſt omne dominium per concedẽtem, & conceſſa erant bona cũ poteſtate alienandi, in caſu verò regiſtri Imperatoris Federici, & deciſ. *Andr. Afflict. & aliorum* ſumus,
18 quando apparet bona fuiſſe de feudo, & cõceſſio eſt ſimpliciter facta non in feudum, ſed quando nulla apparet conceſſio tantum reperitur quem ſoluere certum redditum; tunc alio non demonſtrato in dubio, ſecun-
19 dum *Capyc. in dicta deciſ.* 103. præſumentur bona cenſualia, & cum *Capyc.* eſt communis authorit. *Alber. in l.* 2. *C. de iur. emph. Dec. in auth. qui rem num.* 7. *C. de ſacroſanct. eccleſ. & in conſil.* 136. *num.* 5. *in conſil.* 146. *col.* 1. *Ruin. conſ.* 42. *num.* 7. *& in conſil.* 166. *num.* 6. *vol.* 1. *Pariſ. conſil.* 23. *num.* 9. *& conſil.* 85. *vol.* 1. *Aym. conſ.* 204. *num.* 20 *Berou. in cap.* 1. *de reſtitut. in integr.* quem ſequitur *Couarru. variar. reſolution. cap.* 7. *Natt. in conſil.* 3. *volum.* 1. cumulat & de communi teſtatur *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præ-*
20 *ſumpt.* 106. cumq; Baro in feudo poſſit habere feudalia, & allodialia cenſus, & redditus cuiuſcumque ſpeciei, quia dicitur feudũ eſſe vniuerſitatem facti, omnia prædicta comprehendens, quæ latè explicat *Camer. in d. c. imperialem cart.* 38. *colu.* 4. ibi, *euenire ſolet*; merito poterit etiam habere hos redditus, qui reperiuntur attributi, & conſtituti feudo ab ipſius erectione inter cætera pertinẽtia ad illud, vt benè explicat *Camer.* & vt diximus alio, & non Barone poſſidente præſumitur in liberum allodium rem tene-
21 re, licet ſit intra fines feudi, etſi eſt permiſſum feudatario cõcedere ad certam partem fructuum, & nõ in pecunia res ſteriles, & inutiles, quomodo dum reperitur quem ſoluere cenſum in pecunia, volumus præſumere rem alias feudalem, & demum conceſſam ſub natura emphyteotica; nam aut non erat ſterilis, & Baro nullo modo concedere poterat alio iure, quam ipſe habebat, & hoc cum aſſenſu, aut erat ſterilis, & non poterat niſi ad certam partem fructuum, non autem in pecunia; ergo dum quis reperitur poſſidere, & non demonſtratur titulus, ſed ſolum ſolutio cenſus in pecunia, non erit recedendum à communi *Docto.* opinione, vt res cenſualis præſumatur, & ſtamus cum deciſ. *Capyc.* qui volens ſaluare *Afflict.* dixit ibi conſtare, qđ Caſalenum illud fuerat Baronale, & quod
22 in eo aderat Baronalis furnus, vt idem *Affl.* dicit *in princ. ſuæ deciſionis, & deciſ. Gram.* 77. non eſt ad caſum; tractabatur enim ibi, ſi res erat feudalis, an verò cenſualis, aut emphyteotica, item vt ibi in diſcurſu præſuppo nitur erat facta conceſſio in feudum, ſed ſub
23 annuo redditu, & dubium oriebatur ex deſion. *Bal. in d. l. liberti, libertæq*; vt ex hoc nõ feudalis, ſed emphyteotica ſit cõceſſio, quod ſupra reprobauimus author. *Camer.* nã erit feudum, quia ſic conceſſum, ſed alterata natura tantum reſpectu præſtationis cenſus, & propterea iuſtè S. C. ibi condemnauit poſſeſſorem ad relaxãdum vt etiam declarauimus *in d. conſ.* 11.

Ex quibus apparent reſolutæ omnes queſtiones, & declaratæ deciſion. *Afflict. Capyc. & Gram.* ex diſtinctione terminorum, & caſuum.

Nam

Nam respectu potestatis Baronis dictum est posse concedere cum assensu cum translatione totius dominij, & erit res censualis,
24 quæ poterit alienari, prout poterunt cæteræ res censuales secundum regul. *text. in cap. constitutus de relig. dom.* nec priuatur alienando, vel non soluendo censum, vt in prædictis *decisionibus Capyc. & Gramm.* qui allegant *Dec. in cons.* 164 *alias* 163. *moderni Addent. ad Affl. in d. decis.* 129. & de his loquutus est *Paris. in cap. & aduertendum est car.* 14. *in fi.* ibi, *& adde, quòd in Regno sunt aliqua bona feudorum, vel ciuitatum, quæ habẽt naturam census, seu burgensaticorum, quia illi, qui tenent ista bona possunt vendere, & alienare sine assensu, & propter redditum non solutum, non decidunt*, quod dixit per prius *Isern. in c. 1. de controu. feud. int. masc. & fem. nu.* 8. *col.* 2.

25 Quando verò reperitur simplex concessio facta à Barone, & non in feudum, vt est permissa de rebus sterilibus ad certam partem fructuum valebit, & erit emphyteotica res, quia non potest alienare proprietatem, secũdum *Affict.* & propterea, vt dicunt *glos. Andr. Affict. & Camerar.* non poterit alie-
26 nari absque assensu, sed non erit nulla alienatio, vt in rebus feudalibus, sed erit vt in cæteris rebus alienari prohibitis de iure cõmuni, secundum *Affict. & Camerar.* quia in feudis tantum hoc reperitur iure, & per Regni *Constitutionem* prouisum dicit *Ca-*
27 *merar.* & in his terminis potest applicari, & procedere decis. *Ioan. Fabr. in §. adeo, instit. de locat. & conduct. nu.* 14. dicens, quod non reperitur contractus censualis inter priuatos, quia census nõ recipitur pro annua prestatione simpliciter, & ob hoc dicit, quod de consuetudine seruatur inter laicos, quod res censualis cadit in commissum, si cessauit per triennium, & quod ille, qui censum recipit, censetur Dominus directus, & recipit laudemium, si possessor vendat, & ferè vtuntur sicut de emphyteotico contractu, & in hoc casu intelligetur *Paris.* dum dicit, vbi supra, & in alijs capitibus, quod bona redditicia deuoluuntur propter redditum non solutum.

Sin autem concessio aliqua nõ reperitur, sed tantum simplex solutio redditus, tunc
28 censualis erit res, non feudalis, nec emphyteotica, & hoc voluit dicere *Andr.* quod hęc censualia habent naturam discretam, & distinctam ab emphyt. & propterea non dabitur deuolutio, nec per censum non solutum,
29 nec per alienationem factam Domino irrequisito, & hic est casus decisionis *Capyc.* & procedit communis opinio *Doctor.* supra allegata, quod alio non apparente in dubio cõtractus censualis iudicetur, & hoc voluit dicere *Andr. in §. illud nu.* 66. *col.* 1. *in fi. de de prohib feud alien. per Feder.* ibi, *sunt enim multæ præstationes ex diuersis causis, vt iugatio, capitatio, & similes census, vectigalia,*
30 *pensitationes, &c.* Secus verò, quando adessent coniecturæ, & demonstraretur solitum concedi in emphyteusim, & talis esset consuetudo Baronis, & mos Regionis, quo casu procedit decisio *Ioan. Fabr. in l.* 1. C. *de iur. emphyt.* vt contractus emphyteoticus præsumatur, & non censualis, quanto magis iste frequẽtatur in Regione, sicut dicimus in prę-
31 sumptione, an res sit concessa in feudum vt ab alijs solitis concessionibus sumatur præsumptio, & si quod reliquum quis possidet tenet in feudum verum *Andr. in d. c.* 1. *de controuers. inuest. ante nu.* 7. dicit hanc esse tantum præsumptionem, non multum violentam, & ob id in *d. cap.* 1 *de controuers. int. masc. & fœm. in verb. quidam tamen* dicit *in fine*, quòd hæc præsumptio non facit vincere causam, sed operatur, vt detur Sacramẽtum quod procedit tantũ in modicis, vbi est consuetudo dandi, vt idem *Andr.* declarat *in §. seq. ante nu.* 8. *vers. sed certè*, & demum resi. det, quod nec Sacramentum detur, & præsumptio non sufficit Domino ad obtinendum, & post disputatam quæst. *ibidem nu.* 8. *vers. videtur*, dicit quod debeat Dominus probare, *& num.* 9. quod per hanc præstationem census bona non fiunt vere censualia, vel emphyteotica, sed præsumptiuè, & *in fin. nu.* 11. quod possessores vincent eo iure, quo possessores vincere solent, quodq; ex præsumptionibus non poterunt condemnari, secus verò si stetit in possessionem tenendi terram, vti
32 talem, sicut dicimus in possessione rei vti liberæ infra fines feudi, vt non præsumatur feudalis *Andr. in eodem c.* 1. *de controuers. int. masc. & fœm. in §. nec Dominus nu.* 48. *vers. item præsumitur; & in §. illud post nu.* 66. *col.* 2. *vers. dic ergo, de prohib. feud. alien. per Feder.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis, qui deliquit in officio, eoq. fuit priuatus, nec ad illud reuerti, nec ad aliud promoueri potest.*
2 *Etiam ex Principis rescripto.*
3 *Officialis pendente accusatione, non est promouendus.*
4 *Nominatio hominis mali nominis, vel malæ famæ ad officium, nullo modo facienda.*

5 *Eligendi, ac nominandi sunt ad officium, qui bonum nomen, ac famam habent.*
6 *Prorex, quæ obseruare debet in nominatione officialium Regi facienda.*
7 *Prorex nominans Regi in officialem inhabilem, vel indignum, peccat mortaliter, & ad restitutionem damnorum tenetur, ex communi Theologorum schola.*
8 *Nominatio Officialium, qui iustitiæ reddẽdæ præficiuntur, facienda Regi est à Prorege cum voto Collateralis Consilij.*
9 *Nobilior nominandus, ac eligendus est officialis cæteris paribus.*
10 *Rempublicam quæ destruunt.*
11 *Iudex minimè constituendus, qui est imperitus, ac legum ignarus.*
12 *Iudicibus, ac Regni ministris, non custodiẽtibus legem Iustitiæ, Deus horrendè minatur.*
13 *Iniuria fit dignitati, cum ea minus idoneis confertur.*
14 *Iudices, quod agere debent, vt muneri, seu debito satisfaciant.*
15 *Mali, quæ mala pariant, eorumq pœnæ ex Dei iudicio remissiuè.*
16 *Prorex in Iudicum electione, quę debeat animaduertere, quæ item Collaterales promouendos Proregi approbantes.*
17 *Nominator ad quid, & quando teneatur.*
18 *Prorex pro nominatione officialium, cui Rex, vt plurimum fidem adhibet, iure tenetur.*
19 *Regna ex peruersione Iustitiæ subuertũtur.*
20 *Rex atque Prorex optimus, quomodo vigilare debeat pro salute subditorum, & recta administratione iustitiæ.*
21 *Proregis munus in parlamento generali, est diligenter perquirere, & facilè audire à Ciuitatũ, & Terrarum Sindicis, vel Procuratoribus singularum necessitates, & querimonias.*
22 *Conflit. Regni Capitaneorum, non seruatur, cuius tamen obseruantia bona esset pro subditis, & pro Domino.*
23 *Prorex ferre non debet, vt officialis, & ministri sint Procuratores Baronum, & Vniuersitatum: in parlamento generali, pro donatiuo elargiendo.*
24 *Consiliarij mali Reges decipiunt.*
25 *Officialis multa mala scire, committere, ac potentibus potius deferre præsumuntur, quam iustitiam ministrare petentibus.*
26 *Minores officiales dicuntur littores, apparitores, ysq similes.*
27 *Officiales proprie dicuntur, qui iurisdictionem habent.*
28 *Officiales quoque maiores qui malum, & corruptum ingressum habuerunt, multa mala committere præsumuntur.*
29 *Iustitiæ laudes, atque necessitas ex latinis, & ecclesiasticis, & legum Auctoribus.*

ARGVMENTVM.

De magistratibus, siue officialibus eligendis à Rege, quales esse debeant. Quæ Prorex, eiusq; Collaterales obseruare in eorum nominatione Regi facienda. Quando ex ea teneatur; mala officialium electio Reipublicæ, quàm sit damnosa, Prorex in parlamentis Regni generalibus, quid potissimũ inuestigare debeat á singularum Vniuersitatum Procuratoribus, & in procurationum mandatis animaduertere.

§. V.

CONSEQVENS est, vt de Officialibus tractemus, qui à Rege eliguntur, eiq; à Prorege nominantur, & quales eos esse deceat, ostendamus. Illud ante omnia in eorum electio-
1 ne animaduertere oportet, ne ad officiũ, vel magistratum promoueat illum, qui semel in eo deliquit, atque ob delictũ fuit officio priuatus; hic enim nec potest ad illud redire, nec ad aliud promoueri, elegans *text. in l. 2. C. de palat. lib. 12.* etiam si adducat rescriptum Principis, *text. est notabilis in l. si quid*
2 *C. de suscept. lib. 10.* Immò accusatus tantũ
3 non debet ad nouos honores promoueri, *l. reos criminis C. de infam. lib 10* Melior *text. cum tot. tit. in l. vnic. C. de rei. postul. eodem*
4 *lib.* & qui habent malum nomen, non debẽt ad officium eligi, vel ad aliud nominari, *Cassan. in consuet. Burg. §. 6. in rubr. de iustices, & droits d'icelles,* sicut è contra præponi
5 debet, qui bonum habet nomen, atque famam, pulcher *text.* qui deseruit ad multa in *l sed si ex improuiso ff. de re milit.* ibi: *inspecto eius vitæ præcedentis actu,* idem *text. eodem tit. in l. non omnes §. Barbaris,* ibi *sed licet hoc liquido constare non possit, argumẽtis tamen cognoscendum est, etsi bonus miles ante extimatus fuerit prope est, vt affirmationi eius credatur, si emansor, aut negligẽs suorum, aut segnis, aut extra contubernium agens, non credatur:* quæ benè perpendan-
6 tur pro nominationibus Officialium, quæ in dies fiunt Sacr. Maiestati à Proregibus, maximè ad iustitiæ administrationem, qui non debent in hoc gratificare personas, nec attendere preces, vel aliorum intercessiones: sed cunctis viribus inuigilare ad benè se informandum de bonitate, qualitate, habilitate

tate, ac ſufficientia perſonarũ, & inter eas abſque alia paſſione proponere meliores, & digniores, alias ipſorum conſcientia oneratur, & non Regis, & in die iudicij ante Dei conſpectum reddere tenentur rationem de omnibus commiſſis per tales perſonas minùs ſufficientes, incapaces, & ſimilibus officijs indignas; in tantum quòd communiter Theologorum ſchola tradidit: non ſolum committi ex hoc mortale peccatum: ſed teneri ad reſtitutionem omnium damnorum, ſiue commutatiuam, ſiue diſtributiuam iuſtitiam attendamus, vt eleganter per *Sot.de iuſtit.& iur.lib.3. quæſt.6.art.4. Gregor.de Valent.3.tom.diſput.5.quæſt.7.in tit. de except.perſon. Petr.de Arag. de iuſtit. & iur.quæſt.63.art.1.eodem tit. Salon.de iuſtit.tom.1.ſuper 2.2.quæſt.63. Banneſ in eodem tractatu quæſt.63.art.2.* & tanto magis hæc erunt grauia, quanto inter cæteras inſtructiones Proregibus datas, eſt hæc præcipua, vt nominationes Miniſtrorum ad iuſtitiam regendam facere habeant cum voto Collateralis Conſilij, penes eum aſſiſtentis; qui an hæc obſeruent, ipſi ſciunt. Inter pares autem eligendos debet præferri nobilior, ſecundum *Io.de Plat.in l.1. C.de cond. in publ.horr.* dum dicit, quòd in electione Officialis conſideranda eſt nobilitas, quem ad propoſitum prælationis ad alios, allegat, & firmat *Caſſan.in cathal.glor.mund.8.par. conſid.7.* vbi eleganter: nam conſentaneum eſt melioribus ortis cæteris eſſe meliores: cùm ſecundum *Senecam* habet hoc propriũ generoſus animus, qui concitatus ad honeſta humilia non delectant, & ſordida. Tria enim deſtruunt Rempublicam, nõ prudens, neque digeſtum Conſilium, priuatum commodum, & latens odium, notabiliter *Alber. in l.1.C de Iuſtin.cod. confirm.* Quod enim conſilium dabit ignarus, ac literarum neſcius, imprudens, in faciem Principis ſtudens, & ei diſplicere timens? Non enim poterit imperitus Iudex, ſecundum leges, quas ignorat pronunciare: vnde *Salomon Prouerb.28.* dixit, quòd Dux indigens prudentia multos per calumniam opprimet, & ideò nullus eſt conſtituendus Iudex, niſi fuerit peritus in iure 20. *diſt.in princ.* vbi *gloſ. in verb. ſcientia.* Ignorantia enim mater eſt omnium errorum in *cap.1. 38. diſt.* & indignis Præſidale tradere, faſtigium, non eſt populo conſulere, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen, quæ latiùs, & eleganter pertractat *Luc. de Penn. in l. omnes Iudices C. de Decur. libr.* 10. Inquit enim eccleſiaſticus in *cap.1. lib. Sap.* Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram, & in *cap.6.* Audite ergo Reges, & intelligite, diſcite Iudices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur, quoniam cum eſſetis miniſtri Regni illius non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, nec ſecundũ voluntatem Dei ambulaſtis, horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his, qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur: non enim ſubtrahet perſonam cuiuſcumq; Deus, qui eſt omnium Dominator, nec verebitur magnitudinem cuiuſque, quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus, fortioribus autem fortior inſtat cruciatio: ad vos ergo Reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam & non excidatis, & alibi *in cap.7. eadem Sapientia* dicit: Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas irrumpere virtute iniquitatem, ne forte extimeſcas faciem potentis: & alibi *in c.10.* dixit, Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & Principatus ſenſati ſtabilis erit, ſecundum Iudicem populi, ſic & Miniſtri eius: qualis eſt Rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea: Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabũtur &c. & propterea Scriptura clamat: Vſquequo faciem peccatorum ſumitis, loquens ad iudices: & iuſtè iura dixerunt fieri iniuriam dignitati, dum minus idonei ad eam promouentur: immò ipſi eidem, cui tribuitur, cum illa ſit indignus *in §. ſed hæc quædam auth. de ſanctiſſ.Epiſc.* multa de hoc per *Caſſan. in cathal.glor.mund.par.8. conſid.29.* & omnino videatur elegans, & memoranda doctrina *And.in c.1.in addit.per tot.in tit.de controuerſ.int.dom.& emp.* circa Iudices inſipientes, ſiue negligentes, & accidioſos, & quod eſt onus iudicãtis, & quid facere debeat pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, & debito ſui officij, & *Petr Bellug. in princip ſui Specul. vbi latius Modern. Add. in verb. malos Conſiliarios*, ponit, quæ pariunt mali Iudices, & quomodo fuerunt alias illi puniti, etiam viui igne diuino per medium ſciſſi coram omni populo in Cathedra iuſtitiæ. Adnertant propterea Proreges in Iudicum propoſitione, & electione: nam poſſunt Reges, & Proreges dare ſtipendia, penſiones ingentes, caſtra, terras, & ſtatus. Hæc enim ſi immeritis, & ob fauorem dentur, terminantur cum illis, & dantis ſolum conſideratur damnum, qui in re ſua eſt moderator, & arbiter, iuxta

regul.

regul. *tex.in l.re mandata C.mand.*ſed concedere officia concernentia vtilitatem, gubernium,vel ruinam populorum, & conculcationē iuſtitiæ,quæ tot habent conſequentias,tot mala trahunt exempla, & non terminantur in perſona conceſſionariorum,caueant Reges, & multò magis Proreges, caueant ſupremi Conſiliarij, & qui ad latus Regis aſſiſtunt,quorum relationibus,& conſultationibus iuſtiſſimi, & Catholici Reges
17 decepti officia prouident,& dignitates conferunt: etſi praticaretur cum nominatoribus, diſpoſ.*text.in l.exactiores C.de ſuſcep prop.& arcar.lib.*10.ibi, *& aduertant quicunque nominauerint ad diſcrimen ſuum vniuerſa, quæ illi geſſerint, redundare, certè fauores, preces,& interceſſiones non valerēt, in nominationibus faciendis debita diligētia adhiberentur*; & licet ſciam ex dictis per
18 *Bal in l.quoniam augerio C.de conuen.fiſc. debit.lib.*10.non teneri nominatorem,quando ex neceſſitate officij tantum tenetur nominare, ſed ſuæ nominationi ſtare præcisè non tenetur ſuperior,qui eligit, quem velit: tamen poſtquam videmus ordinariè Reges ſtare nominationibus, quæ fiunt à Proregibus,& ex nominatis ſemper eligunt, & hoc regularitef,ne iniuria quodammodo afficiatur Prorex, dum eius approbationi non ſtaretur;& Ego qui fui in ſupremo Italiæ Conſilio Regens,ſum de hoc teſtis de viſu,ſequitur propterea,qđ retorquetur deciſio *Bal.* & tanquā nominator,cōſultor,& approbator, cuius approbationi ſtatur, deberet ex eius nominatione teneri ex eadem regul.*text.in l.quoniam augerio*, & dictis ibi per *Scriben.* Hoc eſt dicere veritatem coram Deo,& hominibus:dicant nunc quicquid velint Chroniſtæ,& reliqui in faciem potentis reſpicientes, ſic idolatrando, Deum, & Regem contemnendo. Fidei enim Proregis omnia committuntur,& præſertim hæ nominationes,& dixit *text.*elegans *in l.imperator in fin. ff.ad municip.* ibi, *qui verò nominauerit fidei ratione conuenitur*; & ſic qui habet aures audiendi audiat.& quæſo legantur verba *text. in l.*3. C. *de offic. Prefect.Prætor.Orient. & Illir.*quæ ſunt ſequentia.

Si quos Iudices,vel propter aduerſam, vel longam corporis valetudinem, vel propter negligentiam aut furtum,vel ſimile aliquod vitium ſublimitas tua inutiles eſſe reperierit: ijs ab adminiſtratione remotis,& inuicem eorum alijs ſubrogatis furibusq, pœnis legitimis ſubactis ad noſtræ manſuetudinis ſentētiam non crimina,ſed vindicta referatur.

*Gloſ.*ibi *in verb.remotis* infert ad Epiſcopum,quod degradatur ſi eſt inutilis.

*Fulgoſ.*in eodem *tex.*notat, quod Iudices per ſuum Superiorem remouentur,vel propter defectum naturale, vel propter negligentiam, vel propter delictum, & alij loco eorum ſubrogantur,& Iudex ignarus dicitur habere naturæ defectum, quia ignorantia duplex,altera prauę diſpoſitionis,altera negationis,& ſub prima comprehenditur, qui non habet aptitudinem ad diſcendum, qui quidem etiam comprehenditur ſub verbo inhabilis,ſeu inutilis.

Alberic. grauis doctor in fine repetitionis eiuſdem legis pro pulchro,& notabili notat poſſe ſuperiorem ex cauſis præfatis Iudicem priuare, & ſub prætextu relationis Imperatori faciendæ priuatio differri non debet, quia Imperator non vult ſibi crimina;ſed vindictam referri.

Etſi ex aduerſa valetudine Iudex remouetur,quia inutilis,quamquam alias ſapientiſſimus eſſet, quāto magis ignarus literarum & indoctus:ex quibus patet,quod nō ſolum onus eſt Proregis perdoctos,& prudētes proponere, ac nominare miniſtros ad iuſtitiam faciendam,& Rēpublicam gubernādam,ſed ſi qui indocti, negligētes,& inutiles reperti fuerint,pot,& debet illos amouere, aliosq; in eorum locum ſubrogare: ex peruerſione
19 enim iuſtitiæ Regna ſubuertūtur,& ad aliorum dominium transferuntur,*Canon.ſciſcitatis 7.q.1.vbi glo.*dixit: quod Deus propter peccata hominum mittit flagella, & perſecutiones, & in *Canon.ſi quos* 23.*q.*4. ibi, *vt per vos flagellum perfidarum gentium, quod quantum videmus ad multarum nationum perfidiam vindicandam excitatum eſt, non inducant*,& in *Canon ſi agens* 46 *diſt.* ibi, *in fin. etiam per Sarracænos venire, & ſæuire permiſit:*hoc eſt,quod *Salomon Prouerb.c.9.* dixit,Rex iuſtus erigit terram,Rex verò inſipiens perdit populum ſuum. Regum enim officium proprium eſt facere iuſtitiam, dixit *text.in Canon. Reg.*23.*q.*5. & à regendo dicti ſunt Reges; adeò quod dum iuſtitia eſt conculcata, merito Regna auferuntur: nam vt ait *Sap. cap.6.* comminatur Dominus horrendum iudicium Regibus,quoniam non fecerunt iudicium, prout à lege diffinitum eſt. Et *Eccleſ.in* 1.*cap.*dixit,quod transferretur Regnum de gente in gentem propter iniuſtitiam, de quibus ad ſatietatem videatur omninò *Pariſ.de ſyndicatu in tit. de Reg.Princip.& Duc.exceſſ.c.*1. vbi multa
20 notatu digna, & memoranda colligit, quæ diffuſis lachrymis ſunt perlegenda. Debent enim optimi Reges, & Regnorum Gubernatores inuigilare pro quiete ſubditorum, ac pro recta iuſtitiæ adminiſtratione audire

cla-

clamores,& querimonias ſubditorum, maximè pauperum,omniaq; prouidere,quæ latè in proprio caſu ponit *Bellug in ſuo Spec. Princip.rubr.8. in tit. de propoſ.Princ. in Cur.in cap. incip.Imitari ſummum bonum:* & dicatur, quæſo, quare dum ſingulis duobus annis congregatur generale parla-
21 mentum totius Regni, cum aſſiſtentia, & præſentia Proregis, Collateralis Conſilij, cæterorumq; Regiorum Miniſtrorum conuenientibus in eo magnatibus omnibus Titulatis, Baronibus, ac reliquis omnibus Procuratoribus Ciuitatum, ac Terrarum Regni ad proponendum, & faciendum donatiuum Regi,iuxta ſolitum morem:quare inquam Prorex non debet audire calamitates,& neceſſitates Regni interrogare, perquirere, & ſcire querimonias, & grauamina diſtinctim ab omnibus ibi aſſiſtentibus, & à quolibet Terrarum Sindico, ſeu Procuratore, & ſic prouidere indemnitati populorum puniendo ipſorum deuoratores, & excoriatores,ſanguinem populorum ſitientes, illosq; in exinanitionem, & perditionem reducentes propter ipſorum rapacitatem, & auaritiam,ſicut è contra audiendo bonam adminiſtrationem remunerare Miniſtros, ac Barones, illosq; ad maiores gradus extollere, onus eſt Principis hæc omnia ſcire,perquirere,& prouidere, ipſiusq; conſcientia oneratur,& ex afflictione, depauperatione, & impotentia populorum Reges ijdem depauperantur, & impotentes reducuntur, & ne videar ſine authore loqui,videatur *Boer. in loco allegato in addit. ad Ioan. de Montag. in tit. de parlam.in c.1.num.5.* vbi *authorit. Paul.de Caſtr.& Bellug.*tradit,quod parlamentum Pariſienſe ob eius excellentiam dicitur quaſi parium lamentum, quia pares Franciæ, qui ſunt de numero ipſius quere-
22 las,& planctus audiunt: ſed fortius aderat de hoc ſpecialis *conſtitutio* in Regno, quam ponit *Afflict.* de verbo ad verbum in *Conſt. Regni Capitaneum*,quæ ſi ſeruaretur, dicit ibi *Iſern.* bonum eſſet pro ſubditis, & pro regnante,& *Afflict.*dicit mirari,quare non ſeruatur,& ſubdit; ſed tacco quare non fuit continuatus talis ordo,quia dixit *Bal.*quod magis prodeſt tacendo,quam ſecundum cõ-
23 ſcientiam reſpondendo: ſed quomodo Rex, aut Prorex veritatem vnquam ſcire poterit;ſi permiſſus eſt abuſus tam præiudicialis paucis ab hinc annis, vt procurationes omnes non ſolum ad preces Miniſtrorum,in ipſorum perſonas fiant: ſed per impreſſionem vim,& metum; & faxit Deus, quod non ſit cum venditione iuſtitiæ. Hæ enim omnes à populis extorquentur,& quod horrendum eſt,fiunt illæ in perſonis eorundem Miniſtrorum, de quibus eſſet conquerendum, vel ab eis dependentibus,ſeu eamdem adminiſtrationem habẽtibus. Populi enim inſcij,ignari,& inſipientes,ſic venditi,redempti, & cõſumpti reperiuntur,donando quæ nunquam cogitarunt in ipſorum manifeſtam perditionem,tenentes labia clauſa,& manus ligatas ob metum,ob impreſſionem,& potentiam eorumdem Miniſtrorum,contra ſanctam, & indubitatam Regis intentionem,quæ etſi apparenter videantur redundare in eius vtilitatem, omnia effectiuè ſunt in ipſius inextimabile damnum,ob exinanitionem populorum,diminutionem Regni redditũm,& in offenſionem Diuinæ iuſtitiæ, ob quam ſanguis pauperũ perpetuo clamat. Et quænam bona gubernatio ſit pro futuris contingentibus,vt parlamentum,& congregatio tanti ponderis, & qualitatis tam ſublimis, & ſuprema pendeat ab vno,vel duobus,in quorũ perſonas procurationes omnes Baronum Ciuitatum, ac Terrarum Regni factæ reperiuntur, & vltra iſti gratificati remaneant, & nulla Regno gratia adhibeatur, q̃ quotidie ſe exuiſcerat,& toto corde fideliter procurat ſuo Regi inſeruire, iudicent hæc prudentes; Benè tamen video,quod multi me irridebunt,& hæc paruifacient. Ego ſum Iudex ſupremus Regens Collateralis, illiusq; Decanus; ſed non erubeſcam dicere, q̃ omnium malorum ſunt mali Iudices in cauſa;
24 & mali Conſiliarij decipiunt Reges, dixit idem *Boer.auth Io And in loc alleg de auth. mag.Conſ in addit ad Ioan de Montag.in cap.incip adde quamuis ante num.*8. Et licet
25 hucuſque miratus fuerim dictorum per *glo. in l.defenſionis facultas, in verb. ad vſurpationem C.de iur.fiſ lib.* 10 *vbi Luc.de Penn.* confiteor erraſſe,ſaluo tamen ſemper honore bonorum. Dicit enim *Luc.de Penn.autho ritate gloſ* quod præſumuntur multa mala ſcire,& cõmittere, & potius deferre potentibus,quam iuſtitiam miniſtrare petentibus qui allegat *text.ad literam in auth. vt omn.*
26 *iud.obed.Prou.* Quod etſi *Ioan.de Plat.*dixit procedere in minoribus Officialibus, ſicut Lictoribus, Apparitoribus, & ſimilibus, licet hæc ſit magna reſtrictio,cum iſti non
27 dicantur Officiales:nam illi Officiales proprij dicuntur, qui habent iuriſdictionem, & coram quo fiunt acta,& geſta,dixit *Andr.in verb.poteſt.num.67.quæ ſint regal.* Tamen
28 *Pirr.* grauis author ibidem ſublimitat, niſi malum, & corruptum ingreſſum Magiſtratus habuerit,allegat *text. in §.1. in auth. vt iud.ſin quoq ſuffrag.in verb. totius nequitiæ principium;*quemadmodum dixit ipſe, dici-

tur

tur de eo Pontifice, qui ingreſſus vt Lupus, regnauit vt Leo, egreſſus vt canis, quæ quomodo procedant, ipſi ſciunt, & *Cicero* apud maiores noſtros fruendæ iuſtitiæ cauſa vi-
10 dentur Reges conſtituti, ne multitudo à potentibus opprimeretur. Hinc *Ariſtotil. 2. Topic.* dixit, quod iuſtitia Regentis vtilior eſt ſubditis, quam fertilitas temporis, & *Lactan. in lib. de ira Dei in fin.* inquit. Non faciunt beatum vitioſæ, ac mortiferæ voluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores, quibus illaqueatus animus humanus, & corpore mancipatus æterna morte dãnatur; ſed ſola iuſtitia, cuius legitima, & digna merx eſt immortalitas, quam ſtatuit à principio Deus ſanctis, & incorruptis mentibus, quæ ſe à vitijs, & omni labe terrena integras, inuiolatasq; conſeruant; & *D. Auguſt. in lib. de duodecim abuſionibus*, iuſtitia Regni pax eſt populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſalarium pauperum, hæreditas filiorum: hinc onus eſt Principis quærere ſapientes in ſuo conſilio fideles, & bonæ conſcientiæ: nam ſapiens infidelis plus nocet, quam inſipiens, beatasq; fore Republicas, ſi eas vel ſtudioſi ſapientiæ regerent, vel earum Rectores ſtudere ſapientiæ contingeret, vt perbellè hæc & alia tradit *Bellug. in ſuo Specul. rubr. 6. in tit. de form. & ord. ſtand. per Princip. in Curia*, pro quorum omnium figillo, & ne videar componere ex capite, vel me velle Theologum, & Prædicatorem agere, legatur quæſo noſter *Iſern.* quem *Euangeliſtam* prædicamus in Regno in materia feudorum, & concernentium Regiam iuriſdictionem in *verb. & extraordinaria collatio à nu. 62. vſque ad fin. quæ ſint regal.* Nam eleganter, & paucis verbis prædicta omnia complectitur.

SVMMARIVM.

1 *Officialis, qui iuſtitiæ miniſtrandæ præſunt viſitare, & per alienas domos curſitare prohibentur.*
2 *Officialium auctoritas à Prorege augenda, ſine qua vilescit adminiſtratio iuſtitiæ, & nu. 4.*
3 *Officiales pars corporis, & Principis membra dicuntur.*
5 *Officiales, vt iuſtè ſuo munere fungantur ſunt à Principe remunerandi, & ad maiora promouendi.*
6 *Officiales cum ſubditis pro iuſtitia eos adeũtibus modeſtè ac ſine iniuria agere debent, alioquin grauiter puniuntur.*
7 *Caſtellani poena, qui inimicos in arcem introduxit.*
8 *Iudices extra locum iudicij pernoctare prohibentur.*
9 *Iudices in Palatio Regio pro reddenda iuſtitia habitare permittuntur.*
10 *Officiales omnes ſimul habitare, vtillimum pro celeri cauſarum expeditione.*
11 *Munera Officialibus prohibita, quæ?*
12 *Munerum ab Officialibus accipiendorum prohibitio obtinet in ijs, qui ſufficiens habẽt ſalarium ex Alberico.*
13 *Quid in Regno, exiſtente Pragmatica examinatur.*
14 *In muneribus recipiendis, certus, qui exponitur ab Officialibus, ſeruandus eſt modus.*
15 *Officiales, nec gratis, nec ſoluta mercede poſſunt morari in hoſpitijs ſubditorum: niſi amici priuati, ac volentis.*
16 *Præſides, & Auditores Prouinciarum propriis expenſis per ſuas Prouincias iter facere debent. quod malè ſeruatur.*
17 *Officialis ante ingreſſum officij, cautionem de benè adminiſtrando, & parendo ſindicatui, præſtare debent.*
18 *Perpetui ad eam non tenentur, ſed per certa temporum intervalla viſitantur.*

ARGVMENTVM.

Officiales, quam vitam ducere, qualiter in munere, ac iure reddendo, ſe gerere debeant. Quæ munera ijs prohibita, vel permiſſa. Officialium à Prorege ratio habenda, eorumq. authoritas cum ſubditis augenda; merita denique remuneranda, & ad maiorem dignitatis gradum perducenda.

§. VI.

DRomotis à Rege ad officia viris fide, moribus, ac doctrina dignis, quos ei nominauit Prorex, curare is debet, vt decentem vitam ducant. Honorificè, ac humaniter iuſtitiam, cuiq; miniſtrent, ex hoc habuerunt ortum *pragmaticæ*, ſeu ordines alias facti, quod Of-
1 ficiales non viſitent, nec per alienas domos curſitando vadant, & cauere debent conuiuia, aut per vicos, & plateas quotidie deambulare, quę eleganter aduertit, & docuit *Iuriſconſul. in l. obſeruandum ff. de offic. Preſ.* cuius verba memoranda, & ante Iudicum oculos tenenda, ſunt infraſcripta.

Ob-

Obſeruandum eſt ius reddendi, vt in adeundo quidem ſe facilem præbeat ſed contemni ſe non patiatur: vnde mandatis adÿcitur, ne Præſes Prouinciæ in vlteriorem familiaritatem Prouinciales admittat; nam ex conuerſatione æquali, contemptio dignitatis naſcitur, ſed in cognoſcendo, neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, nec precibus calamitoſorum illachrymari oportet: id enim non eſt conſtantis & recti Iudicis, cuius animi motum vultus detegit, & ſummatim ita ius reddi debet, vt authoritas dignitatis ingenio ſuo augeatur.

2 Quam dignitatem Princeps, atque Prorex maximopere cuſtodire debent: nam ex exiſtimatione ſuorum Collateralium ſua pendet authoritas, & alias non erit iuſtitiæ locus, nec ea, vt decet adminiſtrari poterit, pro quo eſt pulcher *text. in l. ius Senatorum C. de dignit. lib.* 12. cuius hæc ſunt verba.

Ius Senatorum, & authoritatem eius ordinis, in quo nos quoque ipſos annumeramus, neceſſe eſt ab omni iniuria defendere: in tantũ
3 quod membra Principis, & pars corporis eſſe dicuntur, ad *text. in l. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt. & glo. in l fi. C. de ind. libert.* exponit ibi verba *apud Conſilium noſtrum*, id eſt apud Principem.

4 Ciuitas enim populoſa, Regnum, & quæli bet Monarchia quomodo regi poterit, & qs nam locus erit iuſtitiæ: ſi pauci, qui eam adminiſtrare habent, & qui eam regere debẽt, vilipendãtur, ſint in deriſum, exiſtimãtur cũ authoritate Superioris, qui illos protegere & auth rare deberet, ſunt miniſtri manus, & pedes Principis, & per illorum medium Regna gubernantur, iuſtitia adminiſtratur; & exequutioni demandatur, à quibus reſpectu, obedientia, & timore ſublatis omnia sũt in perditionem, quod tantum obſeruauit, & in ſummo cuſtodire fecit ille memorandus, & ſingularis Gubernator Dux de Alcalà dũ noſtrum Regnum, vti digniſſimus Prorex rexit, atque gubernauit, inuigilans pro exiſtimatione, decore, atque authoritate Regiorum Miniſtrorum, taliter quod ab omnibus in quacũq; dignitate conſtitutis obſeruaren tur, & maxima illis reuerentia adhiberetur, atque ex alia parte taliter ipſe erat Regijs Miniſtris formidabilis, quod illi aliquem grauare non audebant debito honore, & reuerentia pertractabãt, omnibusq; iuſtitiam æqua lance miniſtrabant.

5 Immò vt Miniſtri benè exerceant, & cõtenti ſint ipſorum tantum ſalario, & ſtipendio, & ab omnibus honorentur, debent Principes ipſos remunerare, & ad ſublimiores dignitates extollere pro laborum ipſorum iuſta recompenſatione, & exemplo aliorum pro quo eſt elegans *tex. in l fi. C. de off. Præt. Afr.* ibi: *magis enim debent Duces & Tribuni ſupra deputata ſibi alimenta ſecundum labores ſuos, de noſtra largitate remunerationem ſperare &c.* & ibi, *& ſemper prouidemus vnumquemque ſecundum labores ſuos de noſtra largitate ad meliores gradus, & ad maiores dignitates perducere*, ad idem pulcher *text. in l. vnica C. de quæſt. & mag. lib.* 12. & elegans *tex. in l.* 1. *C. de comit. & re milit.* qui deſeruit ad eos, qui benè inſeruierunt, & prę
6 tendunt officia Conſiliarij ſtatus: benè ſummopere miniſtris aduertendum eſt, vt cum ſubditis ſecum negotiantibus, & iuſtitiam petentibus, modeſtè, prudenter, quietè, & abſque iniuria aliqua tractent: nam in tantũ lex de hoc indignatur, quòd contra tales Iudices dixit, quòd debent viui concremari in *l. vniuerſis C. vbi cauſæ fiſcales*, quæ eſt pęna
7 poſita contra Caſtellanos, qui inimicos in arcem introduxerũt, iuxta *tex. in l. ſi quis C. de re milit. lib.* 12.

Hinc vt ſubditi expeditam habeant iuſtitiam, & prõptos Iudices ad eam miniſtran-
8 dam, ædita fuit *Pragmatica* quod Iudex extra locum iudicij non poſſit pernoctare, quę ſumpta eſt ex *tex. in l. illud ff. de offic. Præſ.*
9 Sed an poſſit habitare in Regio Palatio pro iuſtitia adminiſtranda, & certè ſic, vt ordinariè hodie practicatur; nam in Palatio Mãgnæ Curiæ Vicarię, vbi Tribunalia coadunãtur, ſemper reſidet vnus ex criminalibus ipſius Iudicibus, & optimum eſſet, vt omnes habitarent in eodem Palatio, vel ſaltem
10 quarterio pro commoda litigantium negotiatione, & celeri negotiorum expeditione, de quo eſt *tex elegans in l.* 1. *iuxta gloſ. C. de palat. & dom. domin. lib.* 11. *vbi Ioa. de Plat. & cæteri.*

Sic pariter *Pragmatica* circa dona, & mu nera ſũpta eſt ex *tex. in l. plebiſcito eo tit.* ſed
11 videatur ſolemnis *tex. in l. ſolet §. non vero ff. de off. Proconſ.* ibi: *nam valdè inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſſim, viliſſimum, & omnia auariſſimum*; benè tamen notetur
12 dictum *Alber. in d. §. non vero*, vt ea, quæ dicuntur, vt Officiales munera accipere non debeant, vt hoc intelligatur, quando ſufficiens habent ſalarium, circa quod cogitetur
13 ſtantibus Regijs *Pragmaticis* in hoc Regno & qui officia appetunt, & procurant; bene ſciunt ſalarium conſuetum, & *Pragmaticas* circa munera, & imputet ſibi, qui officium talibus conditionibus ſubiectum acceptauit quamquam ex aduerſo poſſet replicari *Pragmaticas* non eſſe vſu receptas, quoad quædã
14 quæ omnia remitti debent arbitrio boni

viri

viri timoratæ conſcientiæ, & circumſpecti iudicantis, non parcendo Iudici, qui à quolibet litigante etiam obolum accipit, ſiuè directè, ſiuè indirectè per interpoſitas perſonas,& nullam faciendo imputationem Iudici, qui ab amico, ſeu amicis munuſcula aliqua accipit ſolita, & conſueta in rebus comeſtilibus tantum, non autem in auro, & argento; & ob id idem *Alber.* dixit, *vbi ſupra*, quod Officiales non poſſunt morari in hoſpitijs ſubditorum, nec gratis, nec mercede, niſi à priuato amico, & volente: Solus enim Princeps poteſt gratis habitare ſeruata forma *text. in l. 2. C. de met. lib.* 12. Sed debet Officialis deficiente ſibi domo facere, quod per commune ſibi prouideatur.

16 Et notetur dictũ notabile *Parid. de Put. in tract ſynd. in verb. ſalarium*, quod Gubernatores, & Auditores Prouinciales, quando per Prouinciam vadunt, debent ire proprijs expenſis, & contentari ipſorum ſtatuto ſalario, nec aliud prætendere poſſunt, quòd malè hodie ſeruatur, & ſunt pro hoc Conſultatores Regiæ Cameræ. Hinc ſunt

17 editæ *Pragmaticæ*, vt ante ingreſſum Officiales cautionem præſtent de benè adminiſtrando, quæ ſumptæ ſunt, ex *text. in l. penult. C. de murileg. lib.* 11. quodq; debeant ſtare ſindicatui, quæ ſumptæ ſunt, ex *text. in l. 1. C. vt omn. iud. & in §. neceſſitatem auth. vt Iudices ſine quoqu. ſuffr.* à quibus etiam ortum habent *Conſtitutiones Regni, volumus, & cap. Regni Item ſtatuimus*, quæ cautiones ab Officialibus perpetuis ad iuſtitiã

18 adminiſtrandam deputatis non præſtantur propter præſumptam illorum bonitatem, & ob id de tempore in tempus, per Sereniſſimos, & Chriſtianiſſimos noſtros Reges deputantur Generales Viſitatores, qui vitam exactam, ac per eos geſta perſcrutentur, vt boni remunerentur dignitatibus, & honoribus augeantur, & mali debitis,, & exemplaribus pœnis puniantur pro communi bono.

SVMMARIVM.

1 *Prorex verus, & optimus eſt Regni Viſitator.*

2 *Officialis, an præſumatur acquiſiuiſſe, ex officio varia Doctorum diſtinctiones recenſentur.*

3 *Officialibus perpetuis, iure communi negotiari permiſſum.*

4 *Omnibus autem vendere, & emere palam, & bona fide.*

5 *Officialibus in Regno etiam perpetuis negotiatio eſt interdicta emptio, & venditio palam, & bona fide permiſſa, ſecus ſi emeret vilius cauſa vendendi carius.*

6 *Officiales non præſumitur acquiſiuiſſe, ex officio, ex communi.*

7 *Diſtinguit Auctor.*

8 *Officialis diues ante officium, non præſumitur, ex eo ditatus.*

9 *Pauper, vel modicum habens patrimonij, ex officio ditatus præſumitur.*

10 *Præſertim ſi officium emerit, & ſplendidè viuat.*

11 *Viſitator Regni generalis, de opibus, quas Officiales ante officium habuerunt, vel poſt acquiſierunt, & modo expenſarum, in primis, ac potiſſimum inquirere debet.*

12 *Teſtium depoſitionibus fidem adhibere: maximè fallax, periculoſum, ac pernicioſum.*

13 *Viſitator habilitatem, ac peritiam Officialium explorare debet.*

14 *Ante omnia, an officium emerint, eoſque nedum priuare, verùm etiam grauiter punire.*

15 *Officialis Regius nequit ſine licentia Regis ordinem clericatus aſſumere, poteſt verò regulariter ingredi Religionem.*

ARGVMENTVM.

De Generali Regni Viſitatore, eiuſque munere. Illud Proregi demandari, magis expediens, & vtile. Qualiter ſe gerere, quid potiſſimum explorare Viſitator debeat.

§. VII.

IAM verò cum ſermo de generali Regni Viſitatore inciderit, aliqua attingam, non inutilia, cogitent ſuper his maturius, prudentes, & qui à Regis latere ſunt, quæ nam facere congruat.

Mea ſemper fuit ſententia, quòd verus

1 Viſitator, & qui indagare veritatem poteſt, eſt Prorex Regni, qui de omnibus eſt informatus, benè cognoſcit qualitates, & partes miniſtrorum, & non minus ſubditorum, qui vt plurimum propter iuſtitiam eis adminiſtratam contra ipſorum votum inſurgunt aduerſus miniſtros: & ſic ſemper mihi viſum fuit, quòd Proregi hoc, & non alteri committendum eſſet: cui ſi Regnum totum gubernandum, & cuſtodiendum confiditur, quantò magis viſitatio ſuorum miniſtrorũ, cuius Proregis principaliter intereſt habere miniſtros vitæ innocentia cõſpicuos, puritate integros, ac literarum genere prædi-

tos: ex quo euitaretur tanta confuſio, & altercatio

tercatio iuriſdictionum, quæ in dies ſuccedunt ex deſtinatione Viſitatorum, qui prætendunt æqualem, & ſupremam iuriſdictionem habere cũ Prorege; & vt plurimum ex his differẽtijs fiunt hinc inde partes, omnes adhærent Proregi, & viſitatio ad nihilum educitur.

Sed quando hæc non videbuntur, nam ſæpe ſepius prouidentur perſonæ, & non officia, & propterea perſiſtitur in deſtinatione Viſitatorum: Dicam breuiter, quæ mihi occurrunt circa ipſorum officium pro publico & Regis ſeruitio, ſic terminando ea breuiter, & tollendo impoſturas, ac teſtium falſitates, quibus Regnum tantum abundat, & quia hæc poſui in repet. *text. in l. defenſionis facultas C. de iur. fiſ. lib.* 10. & vt dixi adhuc opus illud remanet imperfectum, & neſcio ſi iam ſenio confectus poſſim opus illud in lucem prodere, propterea ponam hic, quæ ibi circa hæc annotata ſunt.

Tertiò ex dictis hic per *gloſ.* tractant *Doctor.* quæſtionem, an officialis præſumatur
2 ex officio ditatus, nam *glo.* tenuit hic eſſe præſumendum, *Bart.* verò contrarium, & in hoc multæ adſunt *Doctor.* diſtinctiones, Aliqui enim voluerunt procedere opinionem *glo.* ante redditam rationem adminiſtrationis: ſecus vero poſtea, ſecundum *Bal. in c.* 1. *de controuerſ. int. dom. & vaſall.* & ſic videtur opinio *gloſ.* reſtringi in miniſtris pecuniarijs, qui rationem reddere debent adminiſtrationis ipſorum. Alij diſtinguunt in miniſtris pecuniarijs, qui non ſunt prohibiti negotiari, & dederunt rationem adminiſtrationis, ſecus ſi ſint prohibiti, vt per *Plat. hic.*

Alij quando habebant bona ante officia vt non præſumantur ex officio ditati, vt hic
3 per *Rebuff.* Quæ etſi recipiant limitationem in officialibus perpetuis, quibus de iure communi permiſſum eſt negotiari, ex regul. *text. in l. Præſidis ff. ſi cert petat. Bart. & Scribent. in l. Principalibus eod. tit.* & quan-
4 do palam, & bona fide, vt alij emunt, de quo per *Andr. in cap.* 1. *de feud. guard. cum alijs latiſſimè congeſtis per me in conſ.* 49. *vol.* 1. vbi ad ſatietatem: Tamen per Regias *Pragmaticas* in Regno non procedit, quia omni-
5 bus Officialibus interdicta eſt negotiatio, non autem contrahere, vt eſt emere, & vendere palam, & bona fide; niſi ſi emerent cauſa vendendi carius, hoc eſſet negotiari, & mercantiam exercere, quod eſt incluſum in prohibitione *gloſ. notab. in cap. conſequens in verb. negotiationes* 88. *diſt.* & melior *text. ad literam in eadem diſt. in cap. eÿciens §. quicumque*, ibi, *qui verò rem comparat, vt integram, & immutatam vendendo lucretur, ille eſt mercator, ad idem text. in cap. canonum* 14. *q.* 4. quod vidimus noſtris temporibus.

Sed redeundo ad articulum: ſi præſumitur ex officio ditatus, licet tot diuerſæ ſint opi-
6 niones, Doctoresq; antiqui, & maximę authoritatis tenuerunt *gloſ.* opinionem: tamen communis eſt in contrarium, vt latius per *Iul. Clar. in lib.* 5. *§. fi. q.* 68. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 53. Ego verò in pau-
7 cis meam concludo ſententiam ex his quæ paucis verbis *Rebuf.* hic tetigit, q; ſi officia-
8 lis ante officium habebat bona, eratq; dives, taliter quod abſq; officio veriſimiliter poterat eius patrimonium augere; tunc nullo modo dicendum erit ex officio ditatus, nec poteſt præſumi delictum, ſi poteſt capi coniectura, quæ illud penitus excludat: ſi
9 verò dum ad officium eſt aſſumptus, nil, aut parum in bonis habebat; & rurſus ſi ad officium conſequendũ pecuniam expendit, quæ
10 ſolet, & in maxima quantitate etiam ad cãbium capi propter peccata populi, & ſalarium, vt videmus, nullo modo eſt ſufficiens ad vitæ, & domus ſubſtentationem, & videmus miniſtrum viuentem ſplendidè, & vltra ditatum: tunc quid opus eſt diſputare opiniones: ſed dicebat ille ſolemnis concionator, grauis, & chriſtianiſſimus religioſus Hiſpanus Capuccinus nominatus Lupus, *quæ pars eſt, furtum eſt, qui aures habet audiendi, audiat*: & ſic dum Viſitatores Generales qui in Regnis deſtinantur, ad Officiales inquirendos tantum tempus conterunt in ipſorum informationibus, ex quo mala tanta oriuntur, & omnia in deriſum conuertuntur atq; in vilipendium, maximis Regis expenſis, ac cum perquam maxima perturbatione, & confuſione iuriſdictionum, ac cum iuſtitiæ peruerſione.

Dico inquam quod optimi, & Religioſi Viſitatores, præcipuum quod perquirere de-
11 bent ſuper omnia, & in hoc vacare, quod ipſis facillimum eſſet: videlicet ſcire, quid habebat in bonis miniſter, dum fuit ad officiũ aſſumptus, quomodo vixit, cum quibus expenſis, & demum quæ ſunt bona, quæ tempore viſitationis habet: ex quibus indubitatum iudicium faciet bonitatis, rectitudinis
12 & Religionis Miniſtri, & non attendere vanas populi voces, tot malignorum, & peruerſorum inuentiones, maximè in noſtro Regno: vbi falſitates tantũ abũdant, teſtes tam facilè reperiuntur ad eas componendas, rancores, & intereſſe, ac querimoniæ tã aſſiduæ contra Miniſtros iuſtitiam adminiſtrantes, quæ odia parit, & vindictã prouocat, teſtiũ non datur copia, qualitas illorum etiam à proprio Viſitatore ignoratur: certum eſt ad

ipſum non accedere perſonas pro cultu iuſtitiæ,ſed odio, & rancore, inuitatas, & inimicas, perſonæ quoque innumeræ ſupponi poſſunt;quomodo ergo perſonæ graues, nobilibus parentibus ortæ, ac chriſtianæ conſcientiæ debent ſe ſubijcere huiuſmodi duro & periculoſo iudicio?Mali enim non timẽt, quia ſciunt, quæ egerunt, & remedia adhibent;boni autem nullum,ſi negotiationem non fecerunt;ſed iuſtitiam adminiſtrauerũt.

Hinc & hoc ponderetur quis bonus, quis dies,quis prudens,quis honorem extimãs ad inſeruiendum Regi accedet, & quis ſagax, & Deum timens ab officij munere ſe non excuſabit? Et ſic mali Deum non timentes mediante pecunia officia procurabunt,quia ex officijs ditabuntur,& omnia tempore viſitationis poſtea componẽt, in iſtorum manibus erit virga iuſtitiæ venalis tamen, ſordida,corrupta,& incõſtans. Et denique hoc

13 facto ijdem Viſitatores alloqui debent Regios Miniſtros,ab eis ſe informare, interrogare,& videre ; quæ nam ſit illorum habilitas, quomodo ſint literarum eruditi, quam capacitatem teneant, ſi videmus, vt plurimum legum pęnitus ignaros , & imperitos ad gradus hos aſcendere : & nonnulli accidioſi,& otietati, voluptatibus, & ſomno indulgẽtes,iudicant bona,vitam, & honorem ſubditorum cuiuſcumque generis, & vota non ponderantur,ſed numerãtur. Non enim ſufficit bonitas Iudicis, ſed requiritur capacitas, & habilitas , & non mediocris, alias melius eſſet committere negotia , & cauſas iudicãdas perſonis religioſis, & exemplaris vitæ in clauſtris degentibus , qui S. Spiritu moti iudicarent,quæ illarum iudicio, & cõſcientiæ viderentur.

14 Benè tamen præcedere hæc omnia debet ſtricta, & diligens informatio,ſi ad officium aſcenderunt mediante pecunia,quo caſu nõ ſolum priuandi erunt, ſed acriter puniendi etiam ad aliorũ exemplum;quod ſi,vt conuenit, fieret, peſtis hæc abominabilis pęnitus deleretur,radix,& cauſa omnium malorum:ex quibus quæ mala oriantur in ſubuerſionem,& perditionem populorum ſatis,ſuperq; dictum.

15 Sed occurrit caſus, quod quidam Regius Miniſter ppetuus voluit ſe clericari : fuitq; dubitatum an facere poſſet abſq; ſuperioris licentia,& *tex.* eſt de iure ciuili *in l. officiales C.de epiſc.& cler. cum auth ſeq.* qui hoc prohibet,& *idem Luc.de Penn. in l quidam ignauiæ C.de decur. lib.*10. concludens non poſſe clericari niſi de conſenſu Superioris; ſecus verò ſi intraret Religionem clauſtralem,& mundo pęnitus renũciaret,caſus accidit in perſona Doctor.Iacobi Sallutij Præſidentis Regiæ Cameræ, viri circumſpecti religioſiſſimi,ac eruditiſſimi,qui ſe clericauit, habita prius licentia, & in Conſiliario Scipione de Aretio,qui abſque licentia Religionem Theatinorum intrauit, qui demũ ob ſuam maximam Religionem , ac exemplarem bonitatem creatus fuit Archiepiſcopus Placentiæ, & demum aſſumptus ad Cardinalatus apicem , ac creatus Archiepiſcopus noſtræ ſplendidiſſimæ ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Officialis promotus ad maiorẽ dignitatẽ,retinet priuilegia minoris, à qua aſſumitur.*

2 *Non tamen retinet propriam dignitatem.*

3 *Præſidens Regiæ Cameræ effectus Conſiliarius Sacri Conſilij , vel promotus ad officium Regentis,nec nomen,nec exercitium retinebit præcedentis dignitatis, licet honores & priuilegia.*

4 *Officialis promotus à minori officio vendibili ad maius,vẽdere illud poteſt.idq; practicatum.*

5 *Officialis vnius tamen quod exercet non vtriuſque officij ſalarium conſequetur, & ita Regis ordinatione diffinitum.*

6 *Officialis honorantias verò præcedentis officij, ſiue munuſcula quædam habebit.*

7 *Officialis qui tranſit à maiori officio ad minus præcedentis maioris officij priuilegia non retinet.*

8 *Regentes in ſupremo Italiæ Conſilio effecti Locumtenentes,vel Conſiliarij. Præſidentes Regiæ Cameræ ex ſpeciali Regis indulgentia præcedentis dignitatis priuilegium & ſalarium retinent.*

9 *Officialis ſua ſponte deponens cum Regis licentia officium, retinet, quamdiù viuit nomen,priuilegia & honores officij depoſiti,& nu.*11.

10 *Non tamen præcedẽtiam, ſed eum præcedit alter habens officium cũ adminiſtratione.*

12 *Officialis deponens officium præuia Regis licẽtia,videtur adeſſe, & perinde habetur ac ſi perſonaliter ſeruiret. & nu.*13.14.15 16 *&* 18.

17 *Regens Reg.Cancel. Doctor Collegij propter eminentiam officij ſemper aſſumitur in compromotorem , eiusq. munere fungitur.*

19 *Titulati refutantes Terras cum titulo filijs adhuc retinent nomen tituli eiusq.dignitatem,cæteris tamen actu poſſidentibus poſteriores,idq; paſſim practicatum.*

20 *Titulati,qui pecunia titulum ſunt adepti de iure omnibus alijs inferiores reputantur, & nu.*21.

22 *Tituli*

22 *Tituli honor quibus conferendus.*
23 *Nobilis magis dicitur, qui ſua virtute nobilitatem eſt adeptus, quam qui genere naſcitur nobilis.*
24 *Nobilis genere, & virtute alijs præferendus.*
25 *Prorex Titulatos eiuſdem tituli pro diuerſa perſonarum qualitate, diuerſimodè tractare debet.*
26 *Nobiles, non populares ad latus Regis ſtare debent.*
27 *Titulorum dignitas popularibus, ac plebeis minimè concedenda. & nu. 29.*
28 *Regi in parlamento generali ſupplicatum conferendi gratioſè titulorum dignitates.*
30 *Aula in Palatio Proregis, quæ vulgo appellatur* la Camera *Collateralium Titulatorum, & Officialium iure ſtatuta, & quibus in eam ingreſſus concedendus.*
31 *Officij honor non ambitione, vel pecunia, ſed labore, ac merito quærendus, & num. ſeq.*
32 *Honore, qui eum pecunia fuit adeptus cum infamia priuandus.*
33 *Principes ex genere, & proſapia magnatum diligendi.*
34 *Epiſcopi præcedebant antiquitus Comites, & Barones, vt ex literis Regis Ferdinandi Primi.*
35 *Præſes Sac. Conſ. præcedit Locumtenentem Reg. Camerolim Regentem, cuius prærogatiuam retinet, quãdo Tribunalia collegialiter vniuntur.*
36 *Patronus fiſci Regiæ Cameræ, & Magnæ Curiæ inter ſe collegialiter cum ſuis tribunalibus præcedit vnus alterum, prout tribunalia præcedunt, tanquam cum ſuis capitibus vniti.*

ARGVMENTVM.

De Officialibus ad maiorem, vel minorem dignitatis locum à Rege promotis, vel ſua ſponte cum Regis licentia officium deponentibus. Prioris ne officij priuilegia retineant. Collegij qui tanquam Doctores interſunt, vel prioris officij, à quo ad maius aſſumuntur, emolumenta, vel ſalarium, an conſequantur. De Titulatis refutantibus titulum filijs, vt nouiſſimi inter cæteros locum teneant, qui titulis á Rege ſint decorandi, eorum profuſa elargitio pernicioſa. Ad aulam in Proregis Palatio, quæ vulgo dicitur *delli Titulati, & Officiali* ingreſſus, quibus concedendus. Præſes Sacri Conſilij, an præcedat Locumtenentem Regiæ Cameræ olim Regentem. In ſupremo Italiæ Conſilio, cuius prærogatiuam retinet, cum Tribunalia collegialiter conueniunt.

§. VIII.

DRobatæ integritatis, ac doctrinæ, Magiſtratus, & Officiales, quæ in viſitatione detegi ſolent, vel citra eam optimè quoque noſcuntur, ſolent à Rege ad maiorem dignitatis locum promoueri; nec ob id amittunt, ſed retinent priuilegia minoris dignitatis, quæ videtur eſſe iuris regula iuxta *text. in l. 3. C. de dignit. lib.* 11 *in l. eos, vbi Andr. de Bar. C. de excuſ. mun. lib* 10. *in l. iubemus, vbi idem Andr. C. de proxim. ſacr. ſcrin. & idem notat in l. humilioribus C. de ſuſcept. lib.* 10. 1

Quod *idem Andr. in d. l. iubemus*, intelligit reſpectu priuilegiorum, non autem propriæ dignitatis, quod notetur, quia deſeruit ad 2

multa. Ita quod Præſidens Regiæ Cameræ effectus Conſiliarius Sac. Conſilij, vel Regens Reg. Cancellariam retinebit priuilegia priſtinæ dignitatis, ſed nõ nomen præcedentis, vel alterius dignitatis, quam prius habebat: ſed benè priuilegia, & honores illius, & propterea non exercebit vtramque dignitatem quando eſt dignitas cum adminiſtratione, nec poterit vtramque retinere; & ita procedit *tex. in l. bis C. qui mil. non poſſ. vbi Odoff. & Ioa de Plat.* declarant: benè tamen ſi prima dignitas, ſeu officium eſt vendibile *text. in d. l. bis*, permittit retentionem ſecundæ, & venditionem primæ, quod ibi ponderat *idem Andr. de Barul. & Rebuff.* & ſic vidimus practicatum in Secretario Regiæ Cameræ Summariæ Decio Rapario viro integerrimo, qui aſſumptus ad officium Præſidentis eiuſdem Cameræ vendidit officium, quod tenebat; & ſic etiam practicatum cum Magiſtro Actorum Regiæ Cameræ Carolo Brandolino, qui aſſumptus ad officium Rationalis eiuſdem Tribunalis, vendidit officium Magiſtri Actorum, quod tenebat: ſed generaliter ſiue officium habeat, ſiue non habeat adminiſtrationem, ſi officium habet ſtipẽdium vel ſalarium, nullo modo poterit habere niſi vnum tantum ſtipendium, ſiue ſalarium, vt per *Rebuff. in d. l. bis per illum text.* peroptimè diſtinguit, & declarat *Aluar. in cap. 1. colum fin. Quis dicatur Dux*, & ex iſto *text.* fundãtur Regij ordines, quod niſi ex ſpeciali diſpoſitione, quis nõ poſſit gaudere duobus 3

ſtipendijs, ſeu ſalarijs: ſed quoad cæteros honores benè gaudebunt, & ſic practicatur in Præſidentibus Reg. Cam. aſſumptis ad dignitatem Regentium Regiam Cancell. habent enim honorãtias ſalis, fœni, & ſacchari, non 4 5 6

ſolum vti Regentes, ſed vt olim iam Præſidentes, de quo eſt *text. in l. 3. C. de Silen. lib.12.*

7 Sed quid de aſſumpto à maiori dignitate ad minorem, vt quotidie videmus in Regentibus ſupremi Italiæ Conſilij effectis Locumtenentibus Regiæ Cam. & in Conſiliarijs S.Claræ effectis Præſidentibus Regiæ Cameræ, quæ ſunt officia minoris dignitatis: Tali enim caſu *Doctor.* voluerunt, quòd minimè retinebit, nec primam dignitatem, nec ipſius priuilegia, de quo per *Aluar. vbi ſupra* authoritate *Bal. in l. cum te C. de nupt. in § ideoq. C. de nou. Cod. compil.* Rebuff *in d.l.his*, probat *text.in l.fi.C.de incol. lib.10.*

8 Et ob id Regentes ſupremi Conſilij Italiæ, dum fuerunt aſſumpti ad officium Locumtenentis Regiæ Cameræ opus habuerunt ſpeciali Regis priuilegio retentionis dignitatis Regentis cum eodem ſalario, ſine tamen adminiſtratione, & ita vidimus in Regentibus Dauid, & Fornarij, & ſic pariter in Conſiliarijs S.C. aſſumptis ad officium Præſidentis Regiæ Cameræ, vt in eodem Fornario, ac etiam Conſiliario Montoya, & D. Didaco de Vera.

Sed rurſus quid dicemus in eo, qui depoſuit officium, ſeu dignitatem: An retinebit

9 priuilegia primæ dignitatis, imò ipſius proprium nomen, & priuilegia: licet non habeat adminiſtrationem, & vti talis ab omnibus debeat honorari, & certè ſic, eſt deciſio punctualis *Io de Plat. & Rebuf. in l.1.C.de præp. ſacr.cubic. lib.12. idem Plat.in l.Decurionibus C.de ſilen lib.12.* dicens, quod depoſita adminiſtratione iuriſdictionem non habebunt, ſed retinebunt nomen, honores, & priuilegia, bene tamen præcedit illum habens

10 dignitatem cum adminiſtratione, de quo per *Plat. & Rebuff. in l.1.C.de conſul. lib.12.* vbi communiter *Doctor. & in l.2.C. vt dig. ord ſeru. lib.12. & idem Rebuff in l.2. C.de Præf. Præt. Mag. mil.* & hæc eſt communis deciſio *legum, & glo. & Docto.* vt Officialis,

11 benè ſe geſſit, & longo tempore ſuo Regi inſeruiuit, gaudere habeat omnibus priuilegijs, præeminentijs, ac prærogatiuis officij poſt depoſitam adminiſtrationem prę-uia ſui Regis licentia, donec vixerit, in remunerationem, & memoriam eius ſeruitiorum: non enim præteriri debent incogniti, dixit *tex.not.in l.vnica C. de Quæſt. & Mag. Offic.lib.12.* & decus miniſterij, quod militando videbantur adepti otij tempore, & quietis mittere non debent: ait *tex. notab. in l.2. C.de præpoſ ſacr. cubic.lib.12.* vbi eſt caſus, & ibi *gloſ. in princip.* notat, quod finito officio Officiales retinent priuilegia quamdiù viuunt, quæ allegat iura concordantia *in l.eos, & in l.maximarum in fin. C. de excuſ. mun lib.10* quæ iura idem comprobant, ibi *in l.eos. Igitur qui in eo gradu à palatio noſtro abſceſſerunt adeſſe ſibi competentia priuilegia glorientur*, & ibi *in l.maximarum in fi. vbi Bal.* notat durare priuilegium, etiã depoſita adminiſtratione; idemq; notat ibi *Odoffr. & in l.eam legem eod.tit.* qui eſt *text.* ſingularis ad hoc, ibi, *in fi.* vt eiſdem beneficijs nõ quamdiù militauerint, ſed quamdiù vixerint, perfruentur, & idem notauit *Bart. in l.3.C.de ſilen. & decur. per illum tex. lib. 12.* & eſt etiam *tex.notab.in l vnica C. de comit qui Prou. reg. lib.12.* ibi *poſt depoſitam adminiſtrationem priuilegijs frui oportet*, idem *tex.in l.2.C.vt dig ord ſeru.lib.12. vbi glo in verb.vacantes*, declarat, & allegat *tex. in l.eos in fi.C.de fabric.lib.11.* qui *text.* dum ſtatuerat fabricẽſes gaudere debere fori immunitate, determinat eadem gaudere officio depoſito, *idem tex.vbi gl in l.4.C.de proxim ſacr.ſcrin.in l fi.C.de Præfect. Præt.lib. 11.in l.1.C de mag ſacr.ſcri.lib.12.* vbi *tex.* ad literam, & *gloſ* ibi notat, priuilegia durare etiam poſt dignitatem finitam: ibiq; *Ioa. de Plat* facit regul. & adducit iura concordantia poſt *gloſ. & eadem glo.in l. humilioribus C.de ſuſcept.eod lib pulcher text in l proximos eod.titul de proxim ſacr ſcrin* ibi, *ſaluis priuilegijs propr.* vbi *Bart.* firmat, qui longo tempore probiter militauerit in ſacris ſcrinijs, finito officio, cingulo, comitiue ſacri palatij vtantur; & nihilominus omnia priuilegia illi data, ſalua manent, *Feder.de Sen.* firmat, ita etiam de conſuetudine ſeruari *in conſ. 9.* vbi latè, quem allegat, & ſequitur *Imol in clem.1.colu antepenu.de ſtat.monac. & in clem 1.de reg.in fi.Fely. in c.quæ in eccleſiarum num 87.de conſtit. Purpur. in l.1 ff.de offic.eius nu.67.* quæ communis concluſio habet aliud ſolidum fundamentum, & cõem concluſionem: Nam Officialis, qui licentiã habet à Principe recedẽdi ab officio, debet habere oĩa officij emolumenta, & omnibus illius prerogatiuis, & priuilegijs gaudere debet, de quo *in l.hac lege eod tit. C. de prox. ſacr. ſcrin.* ibi, *vt qui liberam proficiſcendi licentiam pronunciatione commeatus adepti fuerint ſine aliqua ſtipendiorum, aut emolumentorum deductione peregrè degunt,*

12 vbi *glo in verb deductione* reddit rationem, quia videtur adeſſe; & *Bart.* ibidem dixit, quod dicitur haberi, ſicut ſi perſonaliter ſeruiret, vbi *Luc.de Penn. & cæteri Scrib. not.*

13 inferendo ad clericos abſentes cum licentia, vt gaudere habeant præbendis in *glo. in l. deſertorum §. ſi, & diem ff. de re milit.*

quam

quam ad propoſitum allegat *Franc. Marc. in deciſ. Delphin.* 798. *Rom. in l. diem functo*, vbi *laſ authorit. Bald. & aliorum ff. de off. Aſſeſſ.* idem *Rom. ſingul.* 453. cumulat iura

14 *Luc. de Pen. in l.* 1. *C. de commeat. libr.* 12. Si ergo de licentia Regis Officialis, qui longo tempore ei inſeruiuit, officium deponit, in tantum quòd Rex mandare ſolet, vt gaudeat etiam eodem ſtipendio, donec vixerit, quo gaudebat, quando militando ei inſeruiebat. Igitur omni iure, omnibus priuilegijs gaudere debet, ſi ſecundum *gloſ.* habetur pro præſente, & pro inſeruiente.

Quod deciſum fuit in proprio facto per almum Collegium Neapolitanum, vt Ego

15 gaudere deberem emolumentis, & priuilegijs Collegij, etiam quòd Regentis officium Regiam Cancellariam deponerem de licentia Sac. Maieſtatis, quod fuit confirmatum per prouiſionem Collateralis Conſilij cum inſerta forma prædicti decreti, & priuile-

16 gium, quod vti Officialis habet Regens, & ſic habent cæteri Regij miniſtri, qui ſunt de Collegio, vt gaudeant illius emolumentis, etiam quòd ad Collegium non accedant, &

17 in Regente Regiam Cancellariam nullum inconueniens conſiderari poteſt, ſiquidē pariter deciſum eſt ex authoritate, & eminentia officij fungi debere ſemper compromotoris officio taliter quòd non iudicat, nec votum dat approbationis; & ſic demum dum à Sac. Maieſtate gratia mihi facta fuit

18 deponendi officium, fuit per Illuſtriſſimum Proregem, mediātibus prouiſionibus declaratum me gaudere debere omnibus emolumentis honorantijs, & prærogatiuis Regentis, prout gaudebam ante officij depoſitionem, & ita ſeruatur.

Hinc iuſtè inoleuit practica in titula-

19 tis noſtri Regni, quod vt tales gaudeant etiam poſt refutationem tituli in filios, ſed erunt poſteriores omnibus alijs titulum poſſidentibus in actu, quodque titulati renunciantes titulum filijs, ſeu refutationem Terræ cum titulo facientes, quod adhuc remaneat ipſis nomen tituli Comitis, Marchionis, aut alterius, quem habent: eſt deciſio punctualis *Iſern.* vbi *Afflict. in cap.* 1. *de feud. March.* ponentes caſum in titulis ſimilibus datis per Papam in adminiſtrationem, vt ea depoſita, & finita remaneant nomina titulorum, & tales appellantur in memoriam priſtinæ dignitatis, eſt *text.* ad literam in eo, qui dignitatem depoſuit, vt adhuc priſtinæ dignitatis nomen retineat, etiam quod ad aliam tranſeat in *l.* 2. *C. de primic. libr.* 12. quod notetur, & dum aliàs fuit de hoc dubitatum, ita fuit mandatum obſeruari, habita informatione à Marchione Gruttularum de Conſilio ſtatus viro integerrimo, veterano, & aliàs Decano eiuſdem Conſilij, omnium Regni negotiorum expertiſſimo, eminentis, ac acuti ingenij, & ſic pariter à Regio Vicerio, cuius eſt proprium officium, quod vnuſquiſq; ſecundum ſuam procedat dignitatem, & debitus locus aſſignetur vnicuique; & ita ſeruatum fuit in proprio caſu, dum Ego renunciaui, ſeu refutaui Terram Moreoni, cum titulo Horatio meo filio, & idem cum Marchione Bracigliani, ac Marchione ſancti Manghij,

20 ac alijs compluribus: Sed pro titulatis, qui titulos, non meritis, nec propter ſeruitia, ſed pecunia conſequuntur, notetur deciſio notab. *Salyc.* vbi etiam *Paul. de Caſtr. in l. fin. C. vbi Senatores, vel clariſs. in fin.* cuius infraſcripta ſunt verba.

Collige quòd non tantum debent appretiari, qui ex priuilegio gratioſè conſequuntur aliquem titulum dignitatis, quàm hi qui ſuis ſudoribus, & meritis illum ſunt aſſequuti, facit *l. potioris ff. de offic. Rector. Prouinc.* Igitur tituli non attenduntur, vbi meritis alter ab altero ſeparatur. Quod nota pro

21 militibus, & Doctoribus. Hæc *Salycet.* ob quod *Ioan. Vincent. de Anna in ſingul. ſuo* 166. infert ex hac deciſione *Salycet.* quod titulati, qui mediante pecunia titulos obtinuerunt, quòd non dicantur verè titulati.

22 Debent enim hi honores nobilibus dari, qui vel ex genere, vel propria virtute nobiles effecti dignitates tales meruerunt, meritanamque ſcientiæ nobilitant homines, & qui

23 ſua virtute meruit nobilitatem habere magis dicitur nobilis, quàm hi, qui deſcendunt

24 de nobili genere: verùm virtute, & genere nobilis eſt omnibus præferendus, de quibus latiùs ad ſaturitatem per *Bellug. in loco ſupra alleg. de form. & ordin ſtan. per Princ. rubr.* 6. vbi latiſſimè *Moder. Adden.* Quare

25 ex hoc poteſt inferri, quomodo Prorex debeat tractare vnum, vel alium titulatum, licet æqualem habeant titulum, & parcant titulorum emptores: poſtquàm indifferenter, in hac temporum calamitate omnes admittuntur, per quod ſplendor, decor, & antiqua Regni magnatum nobilitas vndiq; de-

26 nigratur: Etſi ad latus Imperatorum, Regum, atq; Principum nobiles ſtare debent, non autē plebeij, ſeu populares, *l. omnium in princ. ibi inter nobiles C. de teſtam.* vbi *Bal. Caſſan. in eod. cathal glor. mund. ſapiùs allegatus part.* 8 *conſid.* 38. quibus ſecundū conſuetudinem approbatam titulati pręcedunt, quomodo ferri debet, vt inter titulatos

27 populares, & plebeij adſcribantur: qui

quia titulo decorati omnes Nobiles ſine titulo præcedunt, & ad latus Regis permanẽt
28 cæteris alijs præcedendo.Hinc in parlamento generali congregata hac fideliſſima Ciuitate,Baronagio,& Regno, fuit effuſis precibus Catholica Maieſtas exorata,etiam propter eius ſeruitium,dignitatem,& honorem vt hæc porta clauderetur, & propter merita, & ſeruitia Nobilibus perſonis gratioſè, vt antiquitus conſuetum erat,titulorum dignitates concederentur. Dedignantur anti-
29 qui,& nobiles titulati inter alios comparere,vt videmus in omnibus publicis actibus & priuati, & antiqui nobiles indignati ex iſtorum præcedentia pariter retrahuntur, nec ad titulos adſpirant,nec ad ſeruiendum propter illos conſequendos impelluntur; & ſic quaſi in ludibrium redactum eſt negotiũ: ex quo multa mala pro Regis ſeruitio oriri poſſunt,quod vnuſquiſque prudens conſide-
30 rare poteſt: Hinc in Regio Palatio ſunt aulæ, ſeu cameræ diſtinctæ pro Collateralibus,& titulatis,ſic pariter pro Regijs Conſiliarijs,ad quas non permittitur aditus aliorum priuatorum, niſi perſonarum honoratarum, principalis qualitatis, & meritorum exemplarium, cum ſpeciali diſpenſatione Proregum;pro quo eſt *gloſ.*ſingularis, & peregrina à nemine ad hoc põderata in *l. vnica C. de honor. vehic.* ibi,*& erant honorati quidam,qui habebant priuilegia,vt intrarẽt Secretarium Principis,& aliorum Iudicum, & ſedendi in ſalutationibus:*ſi ergo hæc tantum exiſtimantur,& ordines ſunt tales: quo modo ferri debet,vt Officiales ignari,& per ſordem inter Officiales connumerentur, & in Aula Principis ſedeãt ? quomodo titulati pecunia redempti infimi gradus ? Quis non vitabit ipſorum conſortium ? Et quis in has aulas tàm eminentes,& appretiatas intrare curabit? In quibus perſonæ ſingulares eximiæ,benemeritæ,nobiles, & omni virtutum genere præditæ conuerſari ſolebant, & hodie poteſt dici. Aula electa mea, aula reputationis,& honoris vocabatur : vos autem feciſtis eam habitationem omnium, & cuiuſcumque generis hominum. Proh dolor.

31 Ad honoris augmentum non ambitione, ſed labore vnumquemque conuenit deuenire, dicit *text.notabil. in l.contra publicam C.de re milit.lib.*10.*& text.in Cano. Principatus* 1.*quæſt.* 1. dicit, *Principatus, quem ſeditio extorſit,aut ambitus occupauit,etiam ſi moribus, aut artibus non offendit; ipſius tamen initij ſui eſt periculoſus exemplo; & difficile eſt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio;* & eadem verba poſuit idem *Leo Pontifex in Canon. miramur* 61.*diſtinct.* & multa de ambitione notanda habentur per *Lucam de Penn. in d.l.contra publicam,* & ideò *Odoffred in l.ſuper creandis C.de iure fiſc.lib.*10. tradidit, quòd nullo modo debent honores, & dignitates, mediante pecunia procurari,ſubdens ibi *nu.*4.
32 quòd cum infamia debent tales perſonæ ab honore, ſeu dignitate acquiſita deſtitui, & priuari, & *Doctor.* communiter ibidem, ex illo *text.* ſumunt notabile, quòd non debet aliquis eligi ad honorem per ambitum, ſed propter laborem, & meritum perſonæ, vt ibi per *Andr.de Barul.Io.de Plat.& alios.*
33 *D. Marin. Frecc.* loquendo de Principibus,& magnatibus tradidit,quòd non deberent deputari,niſi in celebri Ciuitate, ac de genere, & proſapia magnatum, vt in *titul. de differ.int.feud. reg.tit. & alia in prima differ.prope nu.6.*

Sed nolui omittere vnum notabile, poſtquàm loquuti ſumus de titulatis, & illorum præcedentia,vt nota ſit reuerentia,quæ ſem
34 per à Chriſtianiſſimis Regibus huius Regni adhibita fuit Eccleſiaſticis perſonis: vidi enim originales literas Regis Ferdinandi Primi, quarum copia eſt infraſcripta, à tergo.

Magnifico militi Franciſco de Montibus Conſiliario, ac Oratori noſtro fideli dilectiſſimo.

Intus verò *Rex Sicilia.*

Inter cętera adeſt cap. tenoris infraſcripti videlicet.

Tutte queſte coſe, & altre, che occorrono communicarete con lo Reuerendo Epiſcopo di Nocera, ſin che ſarà di queſte bande, come ſapete,vi fù così ordinato, & detto, che lo prefato Epiſcopo haueua d'interuenire alla Dieta, & poi venirſene, e per lo noſtro Secretario vi fù etiam clarito, che lo Epiſcopo eſſendo dell'età, che è,Teologo, e con dignità Epiſcopale, che lo faceſte precedere, e quando mai non vi foſſe ſtato detto, douenate da voi medeſmo penſare all'honeſto,& al raggioneuole, & hauete veduto in caſa noſtra, che li Epiſcopi precedono alli Baroni, e Conti; sì che gouernateui, come da voi ricercamo con honore noſtro, e voſtro, e penſate molto bene, doue ve trouate,& hauete á comparire, che ne fanno più caſo in quelle bande, che in

tutte

tutte l'altre bande de Christiani. Datum in Castello nouo Neap. 4. Ianuarij 1491.

Rex Ferdinandus.

Ioannes Pontanus.

Et ad propositum materiæ præcedentiæ Officialium, fuit in supremo Italiæ Consilio disceptatũ: an Regens Fornarius, qui actu
85 exercebat officium Locumtenentis Regiæ Cameræ debebat præcedere Præsidentem Sacri Consilij, dùm Tribunalia Regiæ Cameræ, & Sacr. Consil. vniebantur, & hoc ex prærogatiua Regentis, quam retinebat vigore prouisionis Regiæ Maiestatis, & non est dubium, Regentem præcedere Præsidentem, sicut Præsidens aliàs præcedit Locumtenentem: & tandem fuit decisum, & sic postea obseruatum præcedere Præsidentem cum suo Tribunali, dùm collegialiter vniuntur, cùm vnusquisq; suum repræsentat Tribunal, & maius est Tribunal Sacri Consilij, quod omninò præcedere debebat, aliàs Fornarius Locumtenens fuisset caput Sacri Cõsilij, & Præsidens caput Regiæ Cameræ, pro quo adductum fuit per Dominum Regentẽ Brugnolum *consil. Dec.* 160. *aliàs* 161 *in fin. colum.* sed videatur *Cassan. in suo cathalog. glor. mund. 4. par. consid.* 32. qui allegat *Gemin. in cap. quamuis in princ. & in §. quanquàm in tertio notab. de præb. in sexto, Fely. in cap. postulasti 7. colum. de rescript.* ea ratione, quia quando collegialiter incedunt, representant Collegium, seu Ecclesiam, quę præcedere debet eidem: tradit idem *Cas-*
36 *san. in consider.* 36. Ex qua decisione fuit in funeralibus nostri Sereniſſimi Regis Philippi Secundi decisum, quòd Aduocati Fiscales tam Regiæ Cameræ, quàm Magnæ Curiæ Vicariæ, dum cum ipsorum Tribunalibus iunctim, & collegialiter incedebant, præcederent: prout Tribunal vnumquodq; præcedebat; & sic Regens Camillus de Curtis tunc fisci Aduocatus in Regia Camera incessit cum suo Tribunali, & præcessit Iudices Mag. Cur. & summa cum ratione, quia est tunc vnicum corpus indiuisibile.

DE REGALIBVS IMPOSITIONIBVS, exactionibus, donatiuis, ac seruitijs pecuniarijs, ministris, debitoribus fiscalibus, & de interesse Fisco debito: quomodo, & quando ille suis creditoribus soluat; & tandem quæ læsio sufficiat in contractibus fiscalibus.

TITVLVS QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Prorex ex causa publicæ necessitatis tantũ potest nouas impositiones indicere, alioquin peccat.*
2 *Causæ, & exempla recensentur.*
3 *Ad noua vectigalia imponenda, non sufficit causa, sed requiritur etiam, vt Rex non habeat de proprio.*
4 *Barones, eorumq. subfeudatarij ad seruitia quando teneantur.*
5 *Feuda vniformiter taxantur inspecto reditus valore, nec taxa augetur, & num. 7. & 8.*
6 *Taxa antiqua, vel noua in Regno, cur sic appellata.*
7 *Vasallus, quomodo teneatur seruire de persona per substitutum, vel præstare seruitiũ in pecunia pro quantitate, & cuius sit electio, remissiuè.*
9 *Feuda innatam habent naturam ab eorum inuestituris.*
10 *Fiscus pro adoba præterita habet actionem realem super feudo contra tertium possessorem, quod fallit nu.* 11.
12 *Adobæ taxatio in Reg. Cam. ad quam rationem fiat, pro feudis non taxatis, & à quo tempore.*
13 *Fiscus pro releuio habet actionem realem contra feudi possessorem.*
14 *Iuramentum fidelitatis à feudatario, & assecurationis vasallorum non est Regi præstandum, nec Baroni pro feudo empto, qđ fallit in Regno per nouas ordinationes num.* 15.

16 Clau-

16 *Clauſula Cancellariæ in aſſenſu,vt niſi infra certum tempus,iuramentum aſſecurationis preſtetur,aſſenſus habeatur pro non præſtito,operatur reſolutionem contractus idq; deciſum.*

17 *Donatiuum voluntarium cõcluditur à maiori parte,eaq. minori præiudicat,& ratio proponitur.nu.*18.

19 *Regis negotium reputatur vniuerſitatis* Regni,*ideoq. in eo ſufficit conſenſus maioris partis* Regni,*& nu.*20. *an ſufficiat maior pars magnatum* Regni.

21 *Etiam in his, quæ pertinent ad ſingulos, vt ſingulos.*

22 *Dominus an poſſit ſtatuere,vt moneta minoris ponderis expendatur pro maiori valore,quam pondus,& valor illius eſt.*

23 *Minor ſed ſanior pars præualeat maiori.*

24 *Barones in parlamento generali donãt,tam pro ſe, quam pro ſuis vniuerſitatibus, ex conſuetudine iuſta,& rationabili.*

25 *Vniuerſitas,dum corpus habet, vocandi sũt Conſules,& Adminiſtratores,cum verò nõ habet, ſufficit vocare Barones, vel habentes iuriſdictionem terrarum, & num.*31. *&* 34.

26 *Barones in parlamento generali non gerũt legitimam perſonam pro ſuis vniuerſitatibus in ÿs,in quibus non habent æquale intereſſe.*

27 *Conſuetudo irrationabilis,etiam iuramento firmata non ſeruanda.*

28 *Maiorem partem concludere, vel vocandos eſſe,quos negotium principaliter tãgit: duo ſunt inuicem diuerſa.*

29 *Compoſitio ſubiectionis, vel tranſactio facta per ſolum Dominum eſt inualida, cum ſubditi habent aliquod intereſſe, & num.* 32.

30 *Vniuerſitatis Rectores, vel Syndicum citare ſufficit, cum cauſa agitur vniuerſitatis non ſingulorum, nam tunc enim ſinguli ſunt vocandi,& nu.*34.

33 *Ciuitas in parlamento generali non habet votum in donatiuo Regi faciendo.*

35 *Baro primus ciuis non dicitur reſpectu adminiſtrationis bonorum, quæ poſſidet vniuerſitas ſuos habens Rectores.*

36 *Monetæ valorem augere, eãq; ex vili materia cudere propter neceſſitatem Rex poteſt. Damnum verò compenſare debet, neceſſitate ceſſante.*

37 *Monetam minoris aliquantulum valoris, quam ſit metallum,cudere quando neceſſitas vrget Rex poteſt; expendendam intra, non extra Regnum.*

38 *Rex vrgente neceſſitate, ſi aliud non habet poteſt capere bona ſubditorum, ſoluto ÿs pretio bonorum; ſi tunc habet,vel cum habebit.*

39 *Monetæ valore creſcente,vel decreſcente, rerum quoque pretia creſcunt, & decreſcunt.*

40 *Monetæ valor in Regno auctus tẽpore Ducis Albæ.*

41 *Monetã mutuanti reſtituenda eſt iuxta valorem temporis contractus,non reſtitutionis.*

42 *Donatiua,& impoſitiones multiplicatæ,maximè damnoſum.*

43 *Feuda ex multiplicatis impoſitionibus,ſunt ad diſpendium,non compendium.*

44 *Vaſalli tributa ſoluunt pro Regni regimine, defenſione,& conſeruatione.*

45 *Collaterales,qui Regi, ac Proregi aſſiſtunt, quæ debeant perpendere in nouis impoſitionibus Regno indicendis.*

46 *Conſtitutionis Regni incip. quamplurium; ratio inductiua, cuius diſpoſitio Regem quoq; includit.*

47 *Vaſallus,an teneatur Dominum adiuuare cum bellum eſt extra Regnum,nõ pro Regno ſed nouo dominio acquirendo, vel pro arcendis inimicis à Regno: Nùm pro bello iniuſto,cui de belli iniuſtitia credẽdum, remiſſiuè.*

48 *Vniuerſitates,& populi, quando teneantur propriÿs ſumptibus Regem iuuare pro inſequendis, & extirpandis bannitis, remiſſiuè.*

49 *Pro noua militia nuncupata* del Battaglione,*remigantibus in Regÿs triremibus, qui dicuntur* Bonauoglia,*fodiatoribus, vulgo appellatis* Guaſtatori, *cogi poſſunt tempore neceſſitatis ad illos exhibendos mediante ſalario.*

50 *Fodidtores,ſiue Guaſtatores, ex quo perſonarum genere eſſe debeant.*

51 *Depoſita in triremibus facinoroſorum, ac vilium in carceribus Magn Cur. detentorum: eorumq. practica iuſta,nec noua. num.*54.

52 *Vaſalli ſoliti,ÿſq. deficientibus,habiles ſerui re tenentur Baroni,in quibuſcumq. ſeruitijs.*

53 *Rex in Regno eſt Dominus perſonarum vaſallorum.*

55 *Capitulum Caroli V. ciuitati conceſſum, vt pendente appellatione à ſententia M. C. ad S.C.condemnati ad triremes,non tranſmittantur,minimè ſeruatum propter publicam vtilitatem.*

56 *Banna,quæ pœnam triremium irrogant vagabundis,& inutilibus,iuſta.*

57 *Ciues an poſſint cogi ad delinquentium perſequutionem, remiſſiuè.*

58 *Ba-*

58 *Barones, Vniuerſitates, & Rex ad quid teneantur pro Regni bannitis remiſſiuè.*

59 *Pro bannitis inſequendis, & extirpandis impoſitio Regni vniuerſitatibus fieri poteſt; qualis eſt trium granorum pro quolibet fumante, eaq. cõſuetudine magis, quam iure conſiſtit. nu* 64.

60 *Conſtitutio ſuper inciſionibus non obſtringit amplius Vniuerſitates ad damna illata in eorum territorio, ob nouam impoſitionem pro ijs factam.*

61 *Ad refectionem viarum & pontium Vniuerſitates obſtringuntur.*

62 *Clerici quoque compellendi, tamen à ſuis Iudicibus.*

63 *Impoſitio certa in Regno pro Turrium in locis maritimis extructione, earumq. cuſtodia.*

65 *Rex de iure tenetur iuſtitiam ſubditis ſeruare, eosq. cuſtodire ab incurſu latronum propter redditus Regni, quos velut ſtipendia ad hoc conſtituta percipit.*

66 *Pro vijs ampliandis, nouo porticu extruendo ad ornatum ciuitatis, priuatorum domus dirui poſſunt, ædificia prohiberi, & collecta imponi, ſoluenda ab omnibus, qui commodum ex ea re ſentiunt.*

ARGVMENTVM.

De varijs impoſitionibus Regi debitis. De ſingularum origine, & modo. Quique ad eas præſtandas teneantur. Nouas inſtituere Rex, eiusq; Prorex, quando poſſint. De donatiuis, quæ Regi fiunt. Ad voluntaria concludenda, an maior pars ſufficiat Conſuetudo, qua Barones in parlamento generali donant, tàm pro ſe, quàm ſuis Vniuerſitatibus examinatur, eaq; iuſta, ac rationabilis contra *Iacob. de Agello, & Frecciam* eumcitur; eorum multiplicitate vitanda. De feudorum ſeruitio, atque taxa, monetæ valore augendo, vel minuendo. Vniuerſitatibus, quas vulgo appellamus Guaſtatori, tempore neceſſitatis iure cogendis ad exhibendum iuſto ſalario remigantes, quos vulgo appellamus *li Bonauoglia*. Depoſita in Regijs triremibus, quæ practicantur in M. C. iuſta eſſe oſtenditur.

INcipiendo igitur à Regalibus impoſitionibus, donatiuis, & ſeruitijs, poſſunt Proreges, & ſolent
1 cum voto Collateralis Conſilij, publicis neceſſitatibus imminentibus, nouas facere impoſitiones, iuxta diſpoſitionẽ *tex. in l j. C. de ſuperind. vbi glo. lib.* 10. *eadem glo. in l fi. in verſ. idoneos C. de annon & tribut. eod. lib. in l. vectigalia ff. de public. in l. 1. toto titul. C. noua vectigal. inſtitui non poſſ. in cap. innouamus de cenſib vbi glo & Scriben. tex. notab. in l comparitioni C. de excuſ. mun. lib.* 10. *Abb. in cap ſuper quibuſdam de verb. ſignif.* & idem declaratur in *Bulla cœnæ Domini*. & vt dixi hoc cũ cauſa, alias peccarent *Innoc. in d. c innouamus, vbi Butr. poſt Hoſtienſ. Iſern in verb. vectigalia ante num.* 14. *verſ. plerumque & latè in verb. extraordi-*
2 *naria collatio*, vbi quod poſſit pro bello, pro manutentione exercitus, & militum, & pro defenſione Regni, quando non habet vnde prouidere; & vtrobique *Afflict.* eleganter, & *idem Afflict in rubr. quæ ſint regal.* & non
3 ſolum requiritur, quod cauſa ſit vrgens, ſed quod non habeat de proprio ſecundum *Cyn. & Bal in l neminem C. de ſacroſ. eccl. Innoc. & cæteri in d. c innouamus. Capyc. in § firmiter de prohib feud alien. per Feder. multa per Afflict. & ibi Adden in ſua deciſ.* 261. qui *Afflict in rubr. quæ ſint regal. num.* 90. dixit quod alias occaſione belli in Prouincia Hydrunti fuit impoſita gabella caroleni vnius pro modio frumenti, & omnes impoſitiones factæ per Proreges in hoc Regno ſunt ex cauſis prædictis, vt ex eis eſt videre, quod pariter dixit *Cyn. in d. l neminem*, vt propter bellum faciendum, quando Rex non habet tantum de ſuo, quod ſufficiat, poteſt recipere à ſubditis: immò ab vna ciuitate, quando periculum imminet, & poſtea diuidere per Prouinciam, vbi *Bald.* notabiliter dixit, quod quando Marſupium proprium non ſufficit, poteſt Rex imponere collectas, & ibi *Salyc idem Bal. in cap conquerente in fin. de off. ordin.* latiſſimè cumulando deciſiones habetur per *Iacob. in tit. de homag. n.* 35. & de materia, quãdo, & quomodo poſſit imponere collectas, ſeu facere nouas impoſitiones, ex qua cauſa, & qui teneantur, notabiliter per *Capyc in ſua inueſt. in verb. collectis cart.* 117. & hoc hodie iure vtimur, & ex
4 eadem cauſa poteſt peti ſeruitium à Baronibus, & feudatarijs Regni, & ad quod tenẽtur ſubfeudatarij Baronis, & ad quod vaſalli burgenſes, latè per *Andr. in c.* 1. *§ fi. de pac. iur. firm. vbi bona Additio*, & communiter concludunt non licere, niſi quando redditus Regni non ſufficiunt, & alias quando bellum eſſet contra Infideles, de quo *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. ne ruſt. col.* 8. de quibus omnibus latiſſimè per *Camerar. in § firmiter de prohib. feud alien. per Feder. in princ.* Qui Barones
5 ſecundum ſeruitium taxatum in principio conceſſionis feudorum ſoluere tenentur, qđ non poteſt alterari; ſed ſemper eſt vniforme
6 & quod dicunt vulgariter de feudis taxatis ſecundum taxam nouam, vel antiquam, aduertatur quod non eſt ex eo, quod diuerſa

ſit

ſit taxa : ſed quia quando feuda antiquitùs fuerunt conceſſa,fuit facta taxa inſpectis illis redditibus; quæ non augetur,licet vadat per multos ſucceſſores,ſiuè vniuerſales, ſiue particulares causã habentes tamen à primo conceſſionario, donec non deuoluantur iterum ad fiſcum , & ab eo nouiter concedantur. Tunc enim tempore huius nouæ conceſſionis , quia de ordinario ſunt introitus aucti: propterea taxa noua eſt maior : ſed taxatio fit ad eamdem rationem , quæ omnia declarat *Andr.in d § firmiter 3. colum. in fin.* cum alijs locis concordantibus adductis per D.*Frecc.in quinta auth.Baron.num.* 19. in quo loco declarat *Andr.* quomodo vaſallus teneatur ſeruire de perſona p ſubſtitutum,vel præſtare ſeruitium in pecunia, & tunc quantum erit , & cuius erit electio vaſalli , an Domini; *& idem Andr. in d §.*
8 *fin. de pac. iur. fir.* Et de taxa , quod non augeatur, ſed ſemper ſit eadem,nec augmẽtum recipiat , quando fit noua conceſſio ex augmento reddituum: *idem Andr. in cap.* 1. *de vaſall. decrep. ætat.* 4. *colum. latè Petr. Greg. de conceſſ.feud.par.*1. *quæſt.* 11. *vbi bona Additio eruditiſſimi Don Garzia Maſtrilli mei coniuncti, latè Capic.in ſua inueſt. in verb. feuda adhoant,& in deciſ.* 10. *&* 32

Quæ ſeruitia cùm ſint impoſita in conſtitutione, & conceſſione feudorum, quæ illo-
9 rum innatam naturam capiunt ab ipſorum inueſtituris ſecundũ latè tradita per *Frecc. in* 3. *lib. in tit. de form. inueſt.* Propterea ſi
10 feudatarij adohas debitas non ſoluerint , non ſolùm datur actio contra eos , & ſuper ipſorũ feudis conceſſis : ſed etiã pro adohis præteritis datur actio realis ſuper eiſdem feudis per tertios poſſeſſis: dummodo non
11 ſint illi conceſſionarij Regiæ Curiæ , ex dictis per *Andr. in cap.* 1. *§. nec eſt alia iuſtior num.* 38 *quæ ſit prima cauſa benef.amitt. Afflict. in deciſ.* 95. *& Frecc. in quinta auth. Baron num.* 13. *vbi latè : quicquid dixerint moderni Add. & Andr.vbi ſupra,& Luc.de Pen.quem allegant pro contrario in l.* 2. *in*
12 *fin.C.de fund.rei priu. lib.* 11.Si benè aduertatur, reſidet in eadem opinione,& ſi ſeruitium non reperitur taxatum , moris eſt Regiæ Cameræ taxare feuda ſecundùm preſentem valorem reddituum cum exactione ad eandem rationẽ omnium adoharum præteritarum ; etſi feuda conceſſa fuerant ab antiquo ante conquiſitionem Regni fit exactio pro adhois præteritis ab anno 1054 quo tempore Regnum conquiſiuit Rex catholicus, à quo cauſam habet noſter ſereniſſimus Rex, & hoc iure fiſcales vtuntur , & ſic Regia Camera paſſim,& indifferenter iudicat.

Et quòd dictum eſt de adohis, idem ſeruatur reſpectu releuij, quòd ſoluitur per mor-
13 tem feudatarij in recognitionem directi dominij,recipiendo inueſtituram confirmatoriam,quòd ſolui debet infra annum, & diem poſt mortẽ feudatarij,quo elapſo,& ſolutione non facta tenetur ad duplicatum releuium, quòd importat dùm ſoluitur in tempore medietas fructuum feudi,pro quo ſicuti in adoha datur actio realis contra omnes feudi poſſeſſores,ita pariter pro releuio , & ita practicatur in Regia Camera,de quo latè per *D.Frecciam in d.lib.* 2. *tertia author. Baron.* & omnes difficultates per eum factæ tolluntur,conſiderando, quòd eo ipſo, quòd feudum conceditur , remanet feudatarius obligatus ex lege inueſtituræ ad omnia onera,& obligationes, quæ ratione feudi debentur, & fiſcus habet tacitam hypothecam , ita quod in quemcumque feudum transferatur erit affectum prædictis obligationibus, oneribus,& hypothecis.

Et notetur vnum (poſtquàm transgreſſi ſumus ad materiam inueſtituræ,) quod de
14 iure communi feudorum emptores illorum non iurant fidelitatem Regi pro feudo empto,ſed ea tantùm fit pro feudo , quod ſucceſſione quæritur,fitq; tunc inueſtitura confirmatoria , quæ peti debet infra annum , & diem iuxta trad.*per Andr.in cap ſi minori, ſi de feud.defun. milit.* & ſic ad ſacramentum vaſallorum petendum à Rege de feudo empto,vel aliter conceſſo non limitatur tẽpus anni, & diei ſm̃ *Andr.*& idẽ tradit *in c.* 1.*§. præterea ſi quis in feud. de prohib. feud. alien.per Fred. vbi Capic. in verb. quinta*
15 *concluſio* , quæ hodie in Regno non practicantur, quia mandatum eſt per nouas *Pragmaticas* præſtari iuramentum fidelitatis ab emptoribus,& ſic etiam à vaſallis iuramentum aſſecurationis eiſdem emptoribus : & in aſſenſibus , qui in dies expediuntur per
16 Regiam Cancellariam præfigitur terminus anni , ſeu triennij cum clauſula decreti annullatiua, intantùm quòd elapſo tempore præfixo , & facta reuocatione per venditorem, præſupponendo reſolutionem aſſenſus ex clauſula annullatiua appoſita in eo,fuit deciſum in cauſa Marchionis Turris Francolitij cum illis de Paulutio venditionem eſſe nullam , fuitq; demum ſententia confirmata in cauſa reclamationis,facta relatione per Sac. Conſ. in Collat. Conſ. cum impoſitione perpetui ſilentij , in quo eſt *conſ. meũ* 67.*vol.* 1.

Redeundo igitur ad impoſitiones, dico , quod propterea ex cauſis prædictis fuerunt factæ multæ impoſitiones , & aliàs factæ,sũt

au&æ, & ſic pariter fuit factum in anno
17 1604. extraordinarium donatiuum ad Regis petitionẽ ex cauſis prædictis, duc. octingentum mille, vltra ordinarium donatiuum millionis, & ducentorum mille duc. quòd ſingulis duobus annis à Regno præſtatur ob imminentes Regis neceſſitates ad defenſionem ſuorum Regnorum, & etiam vt alias acquirat Prouincias, ſeu Regna, & ſecuriùs, quæ habet, in pace poſſideat in *libro cap. Ciuitatis* reperiuntur innumera donatiua extraordinaria, maximè tempore *Imperatoris Caroli Quinti*, quaſi ſingulis annis ob neceſſitates, quæ tunc vrgebant pro defenſione Regnorum, & notetur vnum notabile, & quotidianum, quòd in tantùm pro abſolu
18 to hoc tenetur in Regno, quòd etiam in donatiuis voluntarijs maior pars poteſt concludere, & præiudicare minori, quòd dùm aliàs in anno 1533 fuit Cæſareæ Maieſtati ſupplicatum, vt nullo modo maior pars poſſit minori præiudicare in donatiuis voluntarijs faciendis, fuit expreſsè hoc denegatũ ea ratione, quia poſſet hoc cedere in magnum Regni præiudicium; quia donatiua talia præſtantur ad occurrendum imminentibus Regni neceſſitatibus, & pro illius defenſione, pro quo videtur ad propoſitum dictum *Innoc. in cap. quanto de iureiur.* quòd
19 negotium Regis reputatur vniuerſitatis Regni, & ideò ſufficit concurſus maioris partis Regni, *& Io. Andr. ibidem* clarius dicit infraſcripta verba.

Et quia negotium Regis reputatur negotium vniuerſitatis Regni, ſufficit conſenſus
20 *maioris partis magnorum Regni*; quòd dictũ eſt põderandum, & ſatis notandum pro parlamentis generalibus, quæ in noſtro Regno fiunt, dùm Barones, & Magnates congregãtur, & etiam vniuerſitates Terrarum demanialium, aut alij cum mandatis illarum: nam ſecundum hanc deciſionem, ſi ſufficit maior pars tantùm magnorum Regni; in paucis conſiſteret parlamentum, cùm non ſolùm maior pars in vniuerſo ſufficeret, ſed maior pars magnorum Regni; & loquuntur hi au-
21 thores in negotio ſpectante ad ſingulos, vt ſingulos, vt ibi dicunt in valore monetæ, vt poſſit expendi de conſenſu populi in maiori valore, quam ſit ſubſtantia, & pondus metalli, deductis expenſis, & *Abb.* ibi refert prædictos *Doctores*, & verbum illud dictum per *Io. Andr.* quòd ſufficit maior pars magnorum Regni, refert inquàm ipſe dicens ſufficere maiorem partem magnatum Regni: ſed ſubdit dubitare de hac deciſione, cùm tractetur de præiudicio ſingulorum, vt ſingulorum, arg. eorum, quę notantur *in cap. omnes de Conſtit* ſed opinionem *Innoc.* ſimpliciter ſequitur *Butr. & Anchar. ibi in ar-*
22 *tic. An poſſit Dominus de conſenſu populi ſtatuere, vt moneta minoris ponderis iam facta vendatur pro maiori valore, & expendatur tanquam maioris ponderis & valoris*, & cõcludit poſſe, & ſufficere conſenſum maioris partis Regni, & *Imol.* ibi ſequitur in omnibus *Innoc.* & *Bellam.* Idem per propria verba *Io. Andr.* & ante hos *Hoſt.* ibidem eamdem firmans opinionem in quæſt. principali reddit rationem, quia negotium Regis reputatur negotium vniuerſitatis Regni, & ideò etiam ſufficit conſenſus maioris partis magnorum Regni; & ſic cum his concludũt *DD.* non ſolùm ſufficere maiorem partem Regni, ſed maiorem partem magnorum, ſeu magnãtum Regni, & vt dixi loquuntur in his, quę ſpectant ad ſingulos, vt ſingulos; quæ concluſio relictis diſputationibus *Doctor.* in hac materia, de quibus ad ſaturitatem *in deciſ. 2. D. Præſid. de Franch.* Dico communem hanc Theoricam ratione indubitata fundari, præſuppoſita neceſſitate, & publica vtilitate ob quam parlamenta congregantur: nam tunc nimirum, ſi ſtante cauſa tam vrgenti, neceſſaria, & legitima mi-
23 nor pars ſufficit, quia dicitur ſanior, cum ratioui innitatur: Immò vnus ſufficeret, quando rationabiliter contradiceret, pro quo eſt *text. & ibi gloſſ. & Doctor. in cap. 1. de his, quæ fiunt à maio par. Capit.* quod nõ habet diſputationẽ, vt etiam firmat *D. de Franch. in prædicta deciſ. nu.* 25, & præſupponendo, quòd magnates ſit ſanior pars, & intereſſe ipſorum eſt commune cum cæteris Terris, atq; feudatarijs Regni, cum omnes ſint participes donationis Regi faciendæ, proinde nimirum ſi maior ipſorum pars præualere debet, quia ſanior, & nemo præſumitur iactare ſuum, ad *text. in l. cum de indebito, de pro-*
24 *bat.* Hinc Barones Regni in parlamentis non ſolùm donant ipſi, ſed etiam comparẽt, & donant pro ſuis Terris, & pro illis donãt; quod etſi *Iacob. de Agello & D. Frecc.* dixerint vſurpatum, vt per eum in ſuo *lib. 1. ſubfeud. in quæſtione illa: An ſubfeudatarij Baronum habeant vocem in parlamento, incip. fuit dubitatum in parlamento generali*: Tamen ratione, vt ſupra attenta coęqualis intereſſe; & quia etiam intereſt Baronum eorum Terras gubernari, & non depauperari. Propterea iuſta eſt conſuetudo introducta in parlamentis, vt Barones pro ipſis compareant, & licet allegetur pro hoc deciſio *Io. Fabr. in §. omnium inſtit. de pęn tem. litig. num. 7.* Quæ eſt notabilis deciſio, tamen non facit ad caſum. Dicit enim *Ioan. Fab.*

quod

25 quod ſi vniuerſitas habeat corpus, debent vocari Conſules, ſeu Adminiſtratores Vniuerſitatis, & ſi non habeat, ſufficit vocare Barones, ſeu habentes iuriſdictionem Terrarum, & Villarum, quia illi habent adminiſtrationem Reipublicæ, quæ ſunt propria verba *Fabr.* qui aliter non loquitur de conſuetudine iuſte introducta, nec quando intereſt ſic Baronis, ſicut Terræ, ſed loquitur in negotijs indifferentibus vniuerſitatis Terræ, & ſtante cauſa iuſta, & neceſſaria publicam vtilitatẽ concernente erit ſanior pars attendendo etiam rationem poſitam per *DD.* quare ſufficit conſenſus magnorum Regni, quia ſanior pars, & ad euitandam multitudinem gentis imperitæ, quæ cauſas, ſtatum, regimen, & ſecuritatem Regni concernentes minime diſcernunt, nec illarum ſunt capaces, & ſic conſuetudo non eſt iniqua, non eſt vſurpatio, ſed introducta iure, & propterea ſeruanda.

Verùm ex præallegatis infero ad vnum, & notetur, quòd ceſſante negotio Regis, & coæqualitate intereſſe Baronum: ita quod in donando, vel in alio explicando ſolas Ter-
26 ras tangeret; & ipſi nihil commune cum Terris haberent, quæ Terræ habent alias ſuas legitimas perſonas illas in omnibus repræſentantes valde dubitarem, quòd Barones nullam haberent legitimam perſonam pro eis; & in hoc procederet deciſio *Io. Fabri*, quæ eſt in indiuiduo loquẽdo de iure communi nulla data conſuetudine in contrarium eo magis, quia ſi prædicta fundantur in conſuetudine: & hoc eſſet tantum pro donatiuis, quæ tangunt tam Barones, quàm terras Regni, vel negotia omnes communiter tangentia, vel negotia Regis; ergo non extendetur ad alium caſum, diuerſam, immò contrariam rationem habẽtem: cùm Terræ habeant ſuos Syndicos, ſuos Procuratores; nihil habet Baro ſe intromittere in ipſarum negotijs: nullam habet in hoc legitimam perſonam, negotium eſſet pẽnitùs ſpectans ad ipſas terras, quæ tractarent de illarum abſoluto intereſſe, & prẽiudicio; quo modo Barones abſque mandato ſpeciali volunt in hoc ſe intromittere, & cùm ipſi in hoc non habeant vocem, non poteſt tractari de maiori, aut ſaniori parte: ſed maiorẽ, & ſaniorem facient vniuerſitates Terrarum inter ſe ipſas, & ſic etiam reſpectu cauſæ neceſſitatis, aut publicæ vtilitatis. Habent enim has conſiderare illi, quorum intereſt, quos tangit, & quos negotium concernit, nõ
27 autem perſonæ adhoc pẽnitus extraneæ, & quælibet conſuetudo contraria videtur contra ius, & irrationabilis, & ſic non ſeruanda *ad text. in cap. 1. de his, quæ fiunt à ma-*
28 *ior. part. Capit. vbi Scrib.* Aliud enim eſt, quod maior pars poſſit concludere, & aliud, quòd debeant vocari intereſſe prætẽdentes; quos negotium principaliter tangit ad *tex. in l. nam ita ff. de adopt. in l. fin. C. de auth. præſt. vbi gloſ. & Scrib.* Primo enim caſu procedit doctr. *Innoc. Ioan. Andr. & aliorum*, quòd maior pars ſufficiat; ſed ſecundo caſu non loquitur *Innoc.* ſed punctus eſt circa vocationem, non autem circa concluſionem, pro quo videatur deciſio *Abb. in capit. fin. de maior. & obed. vbi prima colum. in verb.*
29 *nota bene gloſſ dicit auth. gloſ. ibi*, quòd vbicumque ſubditi poſſunt prætendere aliquod intereſſe, non valet compoſitio facta per ſolum Dominum, ipſis ſubditis non conſentiẽtibus: & ibi notab. declarat authorit. *Innoc.*
30 quòd ſi agitur cauſa ſingulorum, omnes sũt vocandi: ſi verò cauſa vniuerſitatis, ſufficit Rectores citare, ac maiores vniuerſitatis. Ita quòd ſecundũ omnes maiores Ciuitatũ ac Rectores Terrarum, licet non ſingulæ perſonæ ſunt citandæ; & eo caſu ſufficit, quia per maiores, & per Rectores, & Adminiſtratores populus, & Ciuitas repræſentatur, & *ibi Innoc.* dicit non eſſe requirendos ſingulos vniuerſitatis in eius negotijs, ſed Rectores, vel idoneiorem partem: & ſic
31 in omnem caſum ſunt citandi Rectores, ſeu maiores locorum, quando non ſpectat adminiſtratio rerum terrarum ad Baronem, & adſunt vniuerſitates formatæ cum ſuis Rectoribus, & Adminiſtratoribus ſeruata deciſione *Io. Fabr.* & maximè procedunt hæc in actibus voluntarijs, & qui prima facie nullam afferũt vtilitatem; & in compoſitio-
32 ne ſubiectionis dixerunt *Doctor.* non poſſe Dominum quicquam facere ſine conſenſu ſubditorum, & alia notabilia vide per *Ant. de Butr. in d. cap. fin.* ad propoſitum, & idem in tranſactione, vt per *Imol. ibidem*, & in omnibus arduis, & confirmant dicta per *Doctor. in d. cap. quanto* cum dictis *in d. cap. 1.* dicunt enim ibi, quòd ſufficit conſenſus Magnorum, & hic dicitur maiorum terrarum: hinc noſtra Ciuitas interuenit in parlamen-
33 to, ſed dùm tractatur de donatione facienda Regi non interuenit, nec habet votum, ex eo; quia ipſa non donat, & eſt immunis vigore ſuorum priuilegiorum, vt ſic ex his videatur inferendum, quod pro Vniuerſitatibus, ſeu Terris interuenire non poſſint ipſarum Barones, dùm negotium ipſos, aut Regem non tangit, ipſi non donant, non habent mandatum, non repræſentant Vniuerſitates, adſunt alii ipſas repræſentantes, &
34 qui curam habent adminiſtrationis ipſarũ,

& *Bellem. in eodem cap. fin.* bene declarat, quomodò in negotijs ſingulorum omnes sũt citandi, & in negotijs vniuerſalibus ſufficit citari Maiores, Rectores Ciuitatis, vel Syndicum, & optimè ante ipſum *Ioan. Andr.* nec ad rem facit, quòd dicatur Baronem eſſe primum ciuem; nàm non intelligitur reſpectu adminiſtrationis patrimonij ſuarũ terrarum, quæ habent ſuos adminiſtratores, per quos reguntur, & repræſentantur, & ſicut vnus ciuis non haberet legitimam perſonam pro terra ſua, ſic nec Baro tanquam vnus ex Ciuibus, & Baro non eſt verè ciuis, ſed vt talis reputatur, quo ad quædam, vt bene declarat *D. de Franch. in deciſ.* 197 *num.* 19. Hæc duas recipiunt notabiles limitationes; prima eſt, vt procedant quando non eſt admixtum in his negotium Regis; nàm tũc ſi ex ſupra fundatis in negotium Regis dicitur negotium Vniuerſitatis Regni, & tali caſu ſufficit maior pars Regni, ſicut in cæteris negotijs vniuerſalibus, & rurſus tali caſu maior pars dicitur, & conſiſtit in maioribus, ſeu in magnatibus Regni, ita quòd ſufficit concurſus maioris partis magnatum Regni, ergo cum Barones, ſiue maiores Regni, ſint magnates, & includuntur ſub iſta Vniuerſitate Regni; ſequitur quòd maior illorum pars repræſentabit Vniuerſitatẽ Regni, & propterea ad ipſos ſpectat concluſio, & ad hanc faciendam ſufficit maior pars illorum. Secunda limitatio erit in Regno, in quo conſuetudo eſt immemorabilis, & perpetuò obſeruata etiam de voluntate populorum abſque minima diſcrepantia, vt Barones in parlamentis publicis pro eorum terris comparere habeant, etiam in negotiis ipſas tantum tangentibus, vt ex parlamentis generalibus factis à tẽpore Regis Alphõſi Primi, hucuſque clariſſimè patet, & ſignanter in parlamento celebrato in anno 1442. magnates, & Barones pro toto Regno vocati fuerunt, & comparuerunt, ac pro populis obtulerunt carolenos decem pro foculari, cùm hoc, vt daretur tumulum vnum ſalis pro quolibet foculari appretiatum in carolenis quinque, ita quòd ſemper quod non præſtaretur tumulum prædictum tantò minus pro foculari præſtare tenerentur, & demùm licet in anno 1481. hæc præſtatio fuerit ſublata tempore Regis Ferdinandi Primi propter difficultatem exactionis, & in releuamen pauperum; tamen poſtea congregato parlamento in anno 1496. Ciuitas, & Barones Regni cõparuerunt pro toto Regno, & fuit concluſum, & ſtatutum, vt ſoluerentur pro quolibet foculari caroleni quindecim cum onere tamẽ præſtandi à Regia Curia tumulum vnum ſalis cuilibet foculari, & omnia parlamenta ſubſequentia vſque hodiè apparent celebrata, cum interuentu Ciuitatis, Baronum, & Terrarum demanialiũ Regni, & non aliæ perſonæ, ſeu Terræ ad parlamenta fuerunt conuocatæ, in quibus perpetuò tractatum eſt de concernentibus omnes populos Regni, vt ſit de hac conſuetudine non ſit dubitandum, & ſucceſſiuè de populorum conſenſu, qui exequuti fuerunt, & ratum habuerunt per Barones concluſũ, & promiſſum, & inter cætera legatur parlamentum generale extraordinarium conuocatum in anno 1575. pro negotio numerationis Regni, vt fieri deberet trãſactio, quod Regnum non numeretur, & per populos daretur pro vna vice tantùm millio ducatorũ ſoluendorum infra annos duos, quod parlamentum fuit concluſum, conuocata tantùm Ciuitate, ac Baronibus, & Terris demanialibus tantum Regni, in quo nil dederũt Barones, nec in aliquo contribuerunt, ſed pro terris ipſorum tranſigerunt; & non ſine maxima ratione, quia Baro eſt Pater Patrię habet curam in vniuerſo rectæ gubernationis eius Terræ, maximèq; ipſius intereſt, illius cõſeruatio quod q; non diminuatur, nec in collapſum cedat, vt ſic, ſicut ſupra diximus, quòd propter commune intereſſe poteſt Baro in donatiuis pro ſuis Terris comparere, & iuxta eſt conſuetudo, ita, & multo magis poteſt comparere in cæteris negotijs; hinc, & notetur, quòd cum Barones poſſint pro ipſorum Terris comparere in publicis parlamentis, & pro ipſis votum emittere, quòd ex hoc neceſſariò infertur, vtſi Baro habeat plures terras, pro vnaquaque ipſarum dicetur votum dare, & conſequenter, plura erunt vota, vnius tamẽ Baronis, vt ſic admiratio multorum, quòd vnus Baro habẽs plures Terras, plura faciat mãdata ad cõparẽdũ in parlamentis, dico inquã, quod vana eſt admiratio, & ꝓcedit hoc ſm̃ iuris terminos; verũ, etſi plures repræſẽtet terras, tamẽ nõ poterit diuerſũ dare votũ, ſed vniforme. & ꝓpterea dũ ex cauſa facit mãdatũ in alterius ꝓſonã debet vnicũ eligere, ne perplexitas, & cõtrarietas inducatur, & ad hæc vitanda, cõſuetudo inueterata fuit Baronũ pluriũ terrarũ vnũ tantũ habere votũ, & vnicũ facere mandatũ, licèt certis ab hinc annis hoc certo modo reperiatur alteratũ, ſed nõ aliter in controuerſiã deductũ. Et nouiſſimè in anno 1611. tẽpore Comitis de Lemos digniſſimi Proregis Regni viri ſolertis ingenij, capacitatis, bonitatis, ac chriſtianitatis nemini ſecũdi fuit alia facta trãſactio cũ populis ꝓ futuro augmẽto numerationis faciẽdæ in milione, & 200 mil. duc. ſoluẽdis infra annos quatuor, & Barones tantũ pro populis trã-

ſigerunt,& ipſi ad nihilũ contribuerũt,& ſic conclusũ pro maiori parte cõtra alios licet paucos,qui erant voti, vt Barones cõtribuerent pro quarta parte.

Et vt chroniſtarum, & loquacium ora obturentur, dum de impoſitionibus, gabellis,& donatiuis extraordinarijs conquęruntur, videantur adhoc *in lib. Capitul.* noſtræ Ciuitatis,quæ impoſitiones aderant tempore Regum Aragonenſium, & quæ donatiua extraordinaria facta fuerunt tempore Regis Cattholici, & Imperatoris Caroli V.

Tempore enim Regis Federici aderat gabella vnius pro cẽtenario, vt fol. 21. eodẽq; tempore aderat gabella ducati vnius pro qualibet vegete vini græci, & carolenorum quinque pro qualibet vegete vini latini,quę impoſitiones ex gratia fuerunt ſublatæ, vt *fol.24. à terg.& Afflict.* vt ſupra diximus in *rubr.quæ ſint regal.* dixit *nu.* 90. quòd aliàs occaſione belli in Prouincia Hydrunti, fuit impoſita Gabella caroleni vnius pro modio frumenti.

In anno 1507. fit donatiuum ducatorum tercentum mille *folio* 57. congregato parlamento generali.

In anno 1508. in parlamento generali cõgregato extraordinariè fit impoſitio carolenorum trium pro quolibet foculari, duratura per annos ſeptem pro eo, quod ſoluere debebat Rex catholicus Regi Franciæ f. 67.

In anno 1532. congregato parlamento generali fit donatiuum ducatorum ſexcentum mille *fol.*87.& in hoc parlamento *in capitulo vigeſimo ſecundo* ſupplicatur nomine populorum,vt licet illis quolibet menſe dare ſinguio militi ducatos duos loco eius, quòd militibus præſtare debebãt ratione hoſpitij, ex quo apparet, quàm iuſta fuerit impoſitio nouiſſimè facta pro hoſpitijs fixis.

In anno 1535. fit aliud donatiuum extraordinarium ducatorum centum quinquaginta mille à Raronibus, nomine totius Regni,& congregantur Barones in Eccleſia Montis Oliueti, *vt fol.*95. & notentur, nàm hoc parlamentum fecerunt Barones,qui reperiebantur in Ciuitate, nulla præcedente Regia vocatione, nec conuocatis omnibus Baronibus abſentibus, nec Terris demanialibus, & propterea dicitur, quòd conſenſus Baronum abſentium, & Terrarum demanialium ſit ad onus Curiæ, & nihil dicitur de terris Baronalibus, & hoc ex eo, quia ſufficiebat conſenſus Baronum.

In anno 1536. in aduentu Imperatoris cõgregato parlamento, vt ſupra fit donatiũ ducatorum millionis cum dimidio, *vt fol.* 100.

In anno 1538. fit aliud parlamentũ,& donantur ducati 350. milia.

In anno 1539. aliud parlamẽtum extraordinarium, & donantur ducati ducenti ſexaginta millia ꝙ ſpecificè petijt Imperator.

In anno 1540. aliud donatiuum quarti vnius adhoæ per Barones, & granorum 16. pro quolibet foculari.

Eodem tempore reperitur impoſitio facta granorum duorum pro foculari quolibet menſe, & poſtea augmentata in granis tribus,& tandem in granis quatuor pro ſubuentione militum Hiſpanorum,ex quibus iã latè patet, quid conſuetum fuit fieri retroactis temporibus, quæ fuerunt grauamina, & quæ impoſitiones ex iuſta, & neceſſaria cauſa,& quæ hodiè minora imponuntur, licèt maiora præmant, & neceſſitates vndique vrgeant pro cõi,& publica omnium vtilitate,ac Regnorum defenſione.

36 Hinc vidimus aliàs propter imminentes neceſſitates bellorum augeri valorem monetæ,de quo per *Innoc.Ioan.Andr. & cateros in dicto cap quãto de iureiur.*& dixit. *Andr. in verb. vectigalia nu.* 23. *Quę ſint regal.* ꝙ poſſunt Reges propter neceſſitatem facere monetam vilem,& de vili materia, & ordinare,vt expendatur,ac ſi eſſet bona,puta de ferro, vel corio: verùm neceſſitate finita recompenſare debet damnum; licèt aliàs

37 poſſit Rex fieri facere monetã minoris aliquantulum valoris, quàm ſit metallum, ſed non multum,quando tamen indiget,ſed debet intra Regnum, & non extra expendi, de quo per *Io. Andr. in cap.ſquanto de iureiur. poſt Innoc.ibidem* ex quo patet, quàm erratá ſit illorum opinio,qui dicunt remedium eſſe dãnoſum .ſ. augmenti valoris monetæ;poſtquam eſt illud tradditum, & conſultum per tàm antiquos, & celeberrimos Iuriſconſultos,in caſibus tamen neceſſitatis, & pęnurię monetarum,& dùm conſiderant augmentũ pretij bonorum,quare è contra non conſiderant vilitatem pretij bonorum, quando pecunia non reperitur, & in caſibus neceſſitatis attendendum eſt publicum beneficium, & nõ particulare damnum, in tantùm quòd dixit *Iſer.* aliud notabile verbum, quòd ex

38 eadem neceſſitate, ſi aliud non habeat Rex poteſt capere bona ſubditorum,verùm tenetur ſoluere pretium,ſi habet tũc vnde ſoluere,alias ſoluet,quando habebit; quia in hoc eſt fauor cõmunis boni, vt latiùs *ibi per eũ*

39 multa bona adhoc. Eſt bene verũ *ſm̃ eum* ꝙ ſicut creſcit,& decreſcit æſtimatio nũmi, ſic etiã creſcunt,& decreſcunt pretia rerum: &

40 vidimus tẽpore belli Põtificatus Pauli IV. in Regno,Præſidẽte tũc in eo Duce Albæ,quòd fuit valor monetæ auctus,vt quæ expendebatur ꝙ carolenis quinq; valeret carolenj ſex:

idem

idem fecit neceſſitate vrgente Marcus Antonius Columna in regione Siciliæ, dùm ibi præſidebat, & audio factum in ſtatu Milani Præſidente Comeſtabili Caſtellæ maximo Gubernatore prudentiæ, experientiæ, ſcientiæ, integritatis, ac omnium virtutum genere nemini ſecundo: Sed dixit idem *Iſern. in eodem tit. in verb. moneta*, quod dùm eſt facienda reſtitutio creditori monetæ crædítæ, debet ſolui valor monetæ, prout tempore contractus, non autem tempore reſtitutionis.

42 Sed in hac multiplicitate donatiuorum, & ſeruitiorum, ſiue impoſitionum aduertere debent Reges, & Proreges, cæteriqué miniſtri, ne Barones ad nihilum reducantur, & Regni vaſalli Burgenſes pęnitus depauperentur: ex quo oritur fames, & propter paupertatem furta, & rapinæ: Regnum latronibus, & bannitis repletur, & ex hoc cauſatur prouiſio Commiſſariorum ad illos perſequendum; & ex hoc etiam extraordinariæ hoſpitationes, & vexationes populorum, & perturbatio, & commotio totius Regni in manifeſtam illius ruinam, & diſperſionem, pro quo quæſo legantur verba aurea *Lucæ de Penn. in dicta l.* 1. C. *ne ruſtic. ad vll. obſequ. num.* 15. *& ſequ. per totum*, & reſpectu Baronum dicit, quod feu-
43 da ex tot impoſitionib⁹ eſſent ad diſpendiũ, & non ad compendium, quod lex abhorret, cùm feudum ſit conceſſum ad vtriuſque vtilitatem, & non ad libidinem Regis circa ſeruitium expetendum, & tribuant gaudiũ, non damnum capienti ſecundum ipſius feudi definitionem: aliàs eſſent feuda inutilia, & multo magis hæc in vaſallis burgenſibus,
44 qui tot ſoluunt tributa, tot ſubſtinent onera, & calamitates, ad hoc vt ex his Regnũ gubernetur, conſeruetur, & in pace ab omni hoſtium, & latronum incurſu incolume manuteneatur ſecundum *Andr. in loco infra allegando* cogitent hoc, & ruminent Miniſtri Regis, qui ad latus Principis degunt: nam tractant de ſanguine pauperum, qui clamat apud Deum. Hæc Regna ſubuertunt, & dominia tollunt: perpendant bene omnia ex vtraque parte, quæ ſint cauſæ quæ ſint neceſſitates, quæ ſint Regni vires, in quas neceſſitates inexcuſabiles pecunia ſit conuertenda; ſi aliud adeſt expediens, non timeant faciem potentis: dicant veritatem coram Deo, & hominibus, quia de anima certant, & de æternitate irreuocabiliter, in qua nihil poteſt Rex, nihil Prorex, nullus fauor, & nulla gratia.

45 Hinc fuit facta *Conſtitutio. Reg. incip. Quamplurium* limitando caſus in quibus vaſalli debeant Domino ſubuenire, ne ſimulata neceſſitas, & libidinoſa exactio ſine cauſa vaſallos prægrauaret, vt eleganter per *D. Frecc. in* 2. *author. Baron. & alibi in lib.* 2. *quæſt.* 15. dixit, quòd ſubuentio dictæ *Cõſtitut.* datur, vt rapacitati finem imponat, quæ eſt maxima cauſa ſecundum eum, vt Baro non poſſit vaſallis remittere, quæ *Conſtitutio* comprehendit etiam Regem, *Andr. in verb. extraordinaria collatio, quæ ſint Regal. in cap. fin. colum. fin. de pac. iur. firm.* pro quorum omnium concluſione legatur infraſcripta *Epiſtola B. Gregorij ad Conſtantinam Auguſtam.*

Gregorius Conſtantinæ Auguſtæ capit. 33. lib. 4. Epiſt. Indictione 13.

De peruerſitate iudicij in Sardinia, Corſica, & Sicilia.

CVM ſereniſſimam dominam ſciam de cœleſti patria, atque animę ſuæ vita cogitare culpam me committere vehementer exiſtimo, ſi ea, quæ pro timore omnipotentis Domini ſunt ſaggerenda ſiluero. Dùm in Sardinia Inſula multos eſſe gentilium cognouiſſem, eoſque adhuc praua gentilitatis more idolorum ſacrificijs deſeruere, & eiuſdem Inſulæ Sacerdotes ad prædicandum Redemptorem noſtrum torpentes exiſterent, vnum illuc ex Italiæ Epiſcopis miſi, qui multos gentilium ad fidem Domino cooperante conuertit; ſed quidam rem mihi ſacrilegam nunciauit: quia hi, qui in ea idolis immolant iudici præmium perſoluunt, vt eis hoc facere liceat. Quorum dùm quidam baptizati eſſent, & immolare iàm idolis deſiuiſſent, adhuc ab eodem Inſulæ Iudice etiam poſt baptiſmum præmium illud exigitur, quòd dare prius pro idolorum immolatione conſueuerant; quem cùm prædictus Epiſcopus increparet, tantum ſe ſuffragium promiſiſſe reſpondit, vt niſi de cauſis etiam talibus impleri non poſſit. Corſica verò Inſula tanta nimietate exigentium, & grauamine præmitur exactionum, vt ipſi, qui in illa ſunt, eadem, quæ exiguntur complere vix filios ſuos vendendo ſufficiant. Vnde fit, vt derelicta pia Republica, poſſeſſores eiuſdem Inſulæ ad nefandiſſimam Longobardorum gentem cogantur effugere; quid enim

grauius, quid crudelius à barbaris pati poſſunt, quàm vt conſtricti, atque compreſſi ſuos vendere filios compellantur? In Sicilia autem Inſula Stephanus quidam marinarũ partium chartularius, tanta præiudicia, tantaſq; oppreſſiones operari dicitur, inuadendo loca ſingulorum, atque ſine dictione cauſarum per poſſeſſiones, ac domos titulos ponendo, vt ſi velim acta eius ſingula, quæ ad me peruenerunt dicere, magno volumine hæc explere non poſſum. Quæ omnia ſereniſſima Domina ſolerter aſpiciat, & oppreſſorum gemitus compeſcat. Hæc enim ego ad pijſſimas aures veſtras peruenijſſe non ſuſpicor: nam ſi peruenire potuiſſent, nuncuſque minimè permanſiſſent, quæ pijſſimo Domino apto sũt tempore ſuggerenda, vt ab anima ſua, ab Imperio, atque à filijs ſuis tale hoc, tantumque facinus, peccatique pondus amoueat, qui ſcio quoniam dicturus eſt, quia nobis in Italia expenſis tranſmittitur, quicquid de prædictis Inſulis aggregatur, ſed ego ſuggero adhoc, vt etſi minus expenſæ in Italia tribuantur à ſuo tamen Imperio oppreſſorum lachrymas compeſcat. Nàm, & idcirco fortaſſe tantę expenſæ in hac terra minus ad vtilitatem proficiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur; Præcipiant ergo ſereniſſimi Domini, nil cum peccato colligi. Nam ſcit, quia, etſi parum Reipublicæ attribuitur vtilitatibus, ex eo multum reſpublica adiuuatur; quod etſi fortaſſe contingat expenſis minoribus minus adiuuari, melius eſt tamen temporaliter nos non viuere, quàm vos ad æternã vitam obſtaculum aliquod inuenire; quæ enim mentes, qualia viſcera parentum eſſe poſſunt, perpendite, quando filios ſuos diſtrahunt, ne torqueantur? qualiter autem miſerendum ſit filijs aliorum, hoc bene ſciunt, qui habent proprios; vnde mihi breuiter hæc ſuggeſſiſſe ſufficiat, ne ſi ea, quæ in his partibus aguntur, pietas veſtra non cognoſceret, me apud diſtrictum Iudicem ſilentij mei culpa mulctaret.

47 Fuit etiam dubitatum: an vaſallus teneatur adiuuare Dominum extra Regnum, non pro Regno, ſed vt acquirat aliam Prouinciam, vel ſi habet bellum extra Regnum, & ſeruiat: quia expedit à Regno arcere inimicos: & manutenere bellũ in partes longinquas extra Regnũ, de quo notabiliter p *Andr. in cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior nu. 40. verſ. quid ergo, quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. videatur tex. in cap. 1. §. ſi verò contigerit, de vou. for. fidel. notabiliter Bald. in cap. 1. quib. cauſ feud. amitt.* qui inter cætera dixit, quòd vbi eſt Rex irruens in hoſtes cum exercitu, ibi eſt territorium Regis, notabiliter per *Iacob. in verſ. & promiſerunt verſ. quarto quæro*: Peroptimè multa bona tradit *Capic. in d. §. firmiter*, in quibus locis latè materia hæc tractatur, quomodo vaſallus teneatur adiuuare Dominum, ſi in Regno, vel extra, sì in offenſionem, vel defenſionem, aut nouam acquiſitionem, & quid in bello iniuſto, & cui in hoc credendum *Luc. de Pen. in l. 1. C. vt ruſt. ad null. obſeq.* diſputat ad partes articulum, quando populi teneantur ad adiuuandum proprijs ſumptibus, & concludit, quod quando redditus Regni non ſufficiũt; ipſi tenentur, & non aliter.

48 Et ſic etiam in extirpatione: & perſequutione latronum, quæ latè diſcurrit *Capic. vbi ſupra* ſequendo *Luc.* vbi vide pro noua militia dicta *del Battaglione*, & pro rimerijs, qui dicuntur *bonauoglia*, pro

49 Regijs triremibus, vt cogi poſſint populi ad illos dandum tempore neceſſitatis ſalario mediante, ſicut videmus vniuerſitates Regni compelli ad dandum fodiatores vulgò *detti guaſtatori*, dùm exercitus tranſmittũtur, vel per mare, vel per terram ad conquiſitionem, ſeu expugnationem terrarum, vel Regnorum inimicorum: verùm

50 iſti tales non debent eſſe bifulci, & ſimiles perſonæ vacantes agriculturæ, vt in terminis dixit *Rip. vbi ſupra de peſt. tit. de remed. præſeru. nu. 217.*

51 Ex quo iuſtiſſimè habet ortum practica depoſitorum delinquentium, & carceratorũ pro delictis grauibus in M. C. qui dùm ob multitudinẽ ipſorũ nõ poſsũt tã celeriter expediri, & multoties expeditiones ipſimet dilatant ad fugiendas debitas pœnas, ſolent tranſmitti ad regias triremes, vt ibi inſeruiant, donec ipſorum cauſæ expediantur: nam ſi tali pœna digni reperti fuerunt, non grauantur, etſi ſecus ſoluitur eis merces dari ſolita alijs, qui pro rimerijs in regijs triremibus permanent, qui ſi alias, vt ſupra fundatum eſt, ad hoc compelli poſſent, nulla propterea eis fit iniuria, ſi debito ſalario pro ipſorum labore ſunt ſatisfacti: eſt enim quædam commutatio carceris à Mag. Cur. ad triremes, cumque ordinariè tales delinquentes ſint perſonæ facinoroſæ, viles, & pauperes, quibus Curiæ expenſis alimenta præſtantur: cur abſonum videri debet, vt ex cauſa publici boni in triremibus degant, ac Curiæ inſeruiant? poſtquam ab ea vitæ alimenta ſubſtinent: etſi quamplurimi pauperes, otioſi, ac inutiles homines volũtariè ad remigandum ſe locant ſoluta certa mercede: quare ob bonum publicum, neceſſitate ſuadente non poterunt ad hoc cõpelli faci-

facinoroſæ perſonæ: etſi deciſum paſſim,
52 & indiſtinctè eſt etiam per *Regias Conſtitutiones, Capitula, ac Pragmaticas Regni* teneri vaſallos Baronales ſolitos, & in defectũ habiles, inſeruire Baronibus quibuſcumque ſeruitijs illis neceſſarijs; quare Regi hoc erit
53 denegandum omnium Domino, & in ſpecie dicitur in *Conſtit. Reg.* quod in Regno Rex eſt Dominus perſonarum ſuorum vaſallorũ: *in Conſtit. Reg. incip. quia frequenter, vbi Afflict. notat, & Frecc. lib. 2. 24. author. Baron. & idem in capitulis Regni, ad regale faſtigium, & in cap. finis præcepti charitas in fin.* cumq; hæc omnia fiant in Regni defẽſionem neceſſariam propter publicam vtilitatem, quando triremes alias nauigare non poſſunt, propterea de hoc non eſt dubitan-
54 dum: nec eſt prouiſio noua, vt aliqui inſipientes dicebant, & acriter illam increpabant: nam videatur *Capit. tertium conceſſum*
55 *Ciuitati in anno* 1554. *per Carolum Quintum in libro Capit. Ciuitatis fol.* 153. vbi hoc ſupplicatur, vt pendente appellatione ad Sac. Conſ. interim carcerati ad triremes nõ traſmittantur, vt aſſerebatur fieri, quod *Capitulum* non fuit ſeruatum ex cauſa publicę neceſſitatis.

Ex hoc etiam habent ortum banna ſolita
56 contra inutiles, & vagabundos, qui non habent modum viuendi, nec alijs inſeruire quærunt, & laborare nolunt; contra quos ſtatuitur pœna condemnationis ad Regias triremes, quod fundatur ex *tex. in l.* 1. *C. de mend. valid. lib.* 11. & ex præſumptione indubitata, quod facinora, & furta committere perneceſſe habẽt, ſi nullum viuendi modum tenent, propterea iuſtiſſima ſunt banna propter publicam vtilitatem, & ſecuritatem Ciuitatis, & Regni, præſumendo delicta, & ſuper præſumptione ſtatuendo, & legem cõdendo ſecundum naturalẽ Principis authori-
57 tatem: & an poſſint cogi homines vniuerſitatum ad perſequutionem delinquentium, notabiliter per *Frecc.* deciſiones cumulantẽ
58 *in alleg. author.* 12. *Baron.* & circa materiã bannitorum Regni; ad quid teneantur Barones, ad quid Communitates, & ad quid Rex, late per *Afflict. in §. illicitas de pac. iur. fir.*
59 Ex quorum dictis videtur inferri, quòd poſſit fieri impoſitio pro extirpatione latronũ: nam ſi per *Conſtit. Reg. incip. ſuper inciſionibus* eſt prouiſum, quòd populi teneantur reficere damna maleficiorum commiſſorum in quolibet ipſorũ territorio: ergo pro hoc fieri poteſt impoſitio, prout iam eſt facta in Regno, in quo in qualibet ipſius Prouincia ſunt deſtinati Barigelli, ſeu Capitanei dicti *de Cãpagna* ad perſequutionẽ malefactorũ, & pro ipſorum ſtipendio fuit facta impoſitio trium granorum pro quolibet foculari, ſeu fumante in vnaquaque Prouincia, & pro
60 pterea ſtante prædicta impoſitione non tenentur amplius populi ad damna clandeſtina ſeruata forma prædictæ *Conſtitutionis ſu-*
61 *per inciſionibus*, & ex eodem iure oritur, quòd tenentur populi ad refectionem pontium, & viarum, vt per *Iſer. in d. Conſtit. ſi damna clandeſtina iuxta regu. text. in l. ad inſtructionem C. de ſacroſ. eccleſ. eſt text. elegans in l. fin. C. de immmun. nem. conced. lib.* 10. & in refectione murorum loquitur *text. in l. fin. C. quib. mun. vel præſt. eodem lib.* ad
62 quam etiam Clerici, & Eccleſiæ tenentur; ſed cõpellendi ſunt per Iudices ſuos, *Guid. Pap. in dec.* 78. *latè Io. Ant. de Nigr. in repet. clem. vnic. de vit. & honeſt. cleric. num.* 115.
63 & pariter reperitur facta alia impoſitio in Regno ad rationem granorum nouem pro quolibet foculari, pro conſtructione Turriũ illarumq; cuſtodia in partibus maritimis: ex quibus Piratæ, alijq; inimici chriſtianæ fidei à rapinis, à captiuitate Chriſtianorum, à depopulatione Terrarum, alijſq; innumerabilibus malis arcentur, & prohibentur; licet vo-
64 luit *Afflict. poſt Andr. in d. Conſt. ſuper inciſionibus*, authoritate *B. Thomæ, & aliorum*, quòd impoſitiones pro perſequutione delinquentium procedunt in Regno ratione ſtatutorum, & conſuetudinum particularium:
65 Nam de iure communi ſecũdum eum onus eſſet Regis, qui redditus Regni tenet, quaſi ſtipendia adhoc inſtituta, de quo eleganter *Andr. in pralud. feud. 2. queſt. nu.* 34. ibi *tributa præſtantur Regi pro conſeruanda iuſtitia, & in tit. qua ſint regalia ante nu.* 15. *verſ. hæc vectigalia*, dicẽs, hæc vectigalia non debet de nouo imponere Princeps pro ſeruanda iuſtitia, quia eamdem debet ſeruare cum redditibus ſui Regni, qui ideò præſtantur ſibi, & habet dohanas, & alia iura: vnde sũt quaſi ſtipendia adhoc conſtituta, & ideò tenetur ille, qui hæc percipit, cuſtodire ſubditos ab incurſu latronum, aliàs tenetur ad reſtitutionem.

Non ſolùm autem poteſt Rex hæc facere reſpectu viarum, & pontium Regni, ſed etiã in vna Ciuitate, videlicèt diruere domos prì
66 uatorum vel diruere, aut prohibere ædificia pro vijs ampliandis pro decore, & ornatu Ciuitatis, immò pro faciendo nouum porticum, pro quibus poſſunt imponi collectæ, & taxari, commodum ſentientes, quòd indies præticatur, de quo facit elegans *Conſilium Regens Lanar.* 4. & exequutio prædictorum ſpectat ad officium magiſtri Portulani Ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas ſocularium numero diminuta quomodo pro rata diminutionis á ſolito functionum fiſcalium onere ſubleuanda, & quæ ſit practica.*

2 *Quantitas à qua Vniuerſitas exoneratur alijs Vniuerſitatibus ſuperindicenda, ex Lucæ de Penn. doctrina, quæ non ſeruatur ſed fiſci damno cedit, & num. 6. & 17.*

3 *Vniuerſitates Demaniales non tenentur ad ſuperindictum functionum fiſcalium, quæ ob diminutionem Vniuerſitatum in cæteras Vniuerſitates diſtribuuntur ex eadem doctrina Luc. de Pen. cuius contrarium practicatur, & nu. 4.*

5 *Numeratio viduarum, & pauperum fit ad damnum cæterorum Ciuium, & Vniuerſitatis; ita quòd numerantur, ſed non ſoluunt, ſed alij Ciues, ſeu Vniuerſitas onus pro illis ſubſtinent.*

7 *Numeratio Regni fit ſingulis quindecim annis, ciuſq; modus.*

8 *Functiones fiſcales ſoluuntur effectiuè à quolibet Ciue, quia numeratio fit vniuſcuiuſque Ciuis, & vnuſquiſque taxatur ad rationem certam, ita quòd non eſt taxatio facta ſingulis Terris in vniuerſum, & propterea focularijs deficientibus fit alleuiatio, & pro illa quantitate extinguitur exactio.*

9 *Ciues particulares, eorumque bona pro functionibus fiſcalibus à Perceptoribus Prouinciarum exequutiones in dies ſubſtinent.*

10 *Ciuis pro Conciue, vel poſſeſſor pro alienis debitis, quomodo non eſt moleſtandus, & examinatur doctrina Lucæ de Penn.*

11 *Text. in l. omne Territorium, C. de cenſ. & cenſit. declaratur, & nu. 14.*

12 *Superindictum cæteris Vniuerſitatibus imponi ob aliarum diminutionem, vel vnam obſtringi ad ſoluendum pro alia ſunt diuerſa.*

13 *Collecta, vel tributum certæ quantitatis in vniuerſum, in quo Regnum, ſeu Terræ taxantur, ſolui debet integra, ſeu integrũ nulla habita ratione diminutionis focularium, quod procedit in donatiuis, qualicèt exigantur, ſecundum taxam focularium hoc eſt ad faciliorem modum exactionis, & num. 14. 15. 19. 20. 21. & 22.*

16 *Numeratio Regni quare ſit ſingulis quindecim annis.*

18 *Vniuerſitas, dùm fuit numerata & numeratione diſcuſſa in Regia Camera Summaria deciſum, quòd remaneat taxata pro certa quantitate, tunc non auditur amplius, & ex diminutione Ciuium non datur alleuiatio, ſicut ſi augetur numerus focularium, maiori ſolutione non grauatur.*

ARGVMENTVM.

De functionum fiſcalium exactione, earumq; exoneratione pro ſumma ſocularium deficientium hoc an fiſci, vel aliarum Vniuerſitatum damno, cedat, *Lucæ de Pen.* doctrina diligenter examinatur: quæ differentia ſit inter impoſitionem fiſcalium functionum, donatiua, collectas, atque tributa.

§. I.

VIdimus quomodo, & quando impoſitiones fieri poſſunt, videamus nũc de illarum exactione, & etiam excuſatione, & incipiendo à functionibus fiſcalibus, aduertendum erit, quòd ſi cõ-
1 tigerit terram eſſe incolarum numero diminutam, ita quòd ſolita onera functionum fiſcalium ferre nequeat, debet Princeps, & non alius mandare capi diligentem informationem, quo conſtito fiet alleuiatio de eius mandato, vt per *Luc. de Pen. in rubr. C. de ſuperind. lib* 10. & ſic practicatur, nam præſentantur memorialia directa Proregi, & in collaterali Conſilio decernitur, quòd Regia Camera ſe informet, & relationem faciat in eodem Collaterali, in quo demum prouidetur quod rationi conſonum viſum fuerit.

Et notetur vnum notabile, quod dixit
2 *Luc. de Pen. in d. rubr.* quòd dùm fit taljs alleuiatio de mandato Regio, illud, quod eis dirimitur, ſuperimponitur alijs locis vicinis, & hoc rectè vocatur ſuperindictum, argum. *text in auth. de collat. §. ſi verò aliquando in l. omni* C. *de cenſ & cenſit. lib.* 10. *vbi gloſ in l. qui fundos* C. *de omne agr. deſert. eo*
3 *dem lib.* ſubdens, quod ab hac ſuperimpoſitione excipiuntur terræ demaniales per *text. in l. fin. C. de priuil. domus Aug.* & melius declarat, & tradit idem *Luc. in d. l. omne* omnino videndus, quo in loco non ponit
4 hanc exceptionem Terrarum demanialium, quæ exceptio hodie non procedit, poſtquàm ratio poſita *in d. l. fin. de priuil. dom. Aug.* eſt vniformis cum omnibus alijs Terris Regni

gni;quæ ſoluunt fiſcales functiones,& cætera omnia onera in Regis beneficium, ſicut Terræ demaniales, & *Lucam* refert ad literam *Capyc. in ſua inueſt. in verb. collectis verſ. diminuta ciuitate cart.* 124. & facit ad
5 prædicta,quod etſi viduæ, & pauperes non numerentur, cedunt ad onus aliorum, allegatur *gloſ. in l.* 2. *C. de apoc. publ. lib.* 10.& *Bal. in l. magiſtratus ff. de magiſtr. conuen.* vbi dixit *text.* illum facere ad argumentum quod villa teneatur pro focularibus mortuis;ſicut teneretur pro viuentibus, qui non ſunt ſoluendo,quæ recenſet *Capyc. vbi ſupra in verb. viduæ poſt Afflict. in verb. & plauſtrorum num.* 5. *quæ ſint regalia*, vt pro non valentibus ſoluere teneãtur potentes, & diuites,cumulant has omnes deciſiones *Modern. Adden. ad Andr. in dicto verb. plauſtro*
6 *rum.* Verum hæc doctr. *Luc.* non practicatur,ſed alleuiatio fit in damnum fiſci, & ratio viua eſt, quia functiones fiſcales, cæteræq; impoſitiones ſoluuntur pro numero foculariorum: ita quod eſt facta impoſitio cui libet foculari ad certam rationem, & ideo ſingulis quindecim annis Regnum numera-
7 tur,& deſtinantur Commiſſarij per ſingulas Terras,& Ciuitates Regni,per quos ſingula focularia Terrarum deſcribuntur, & numerantur, qua numeratione facta ſingulæ demum Terræ taxantur in tanta quantitate
8 iuxta numerum focularium ipſius. Et licet Terræ,ſeu Communitates ſoluant,tamẽ effectualiter ciues ſoluunt,quia Vniuerſitates imponunt collectas, & fit appretium bonorum particularium ciuium, & vnuſquiſq; ſoluit pro rata bonorum ſuorum,vel imponunt gabellas per ipſoſmet ciues perſoluendas.Et ex ipſis functiones fiſcales Regiæ Curiæ ſoluuntur, vnde nõ eſt impoſita collecta in genere tantæ quantitatis in vniuerſo, & propterea deficientibus focularibus euaneſcit exactio:pro quo videatur elegans deciſio *Bal in l* 1. *§. quod ſi nemo col.* 2 *circa medium ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom.* Hinc vide
9 mus in dies per Perceptores Prouinciales fieri exequutiones pro fiſcalibus functionibus contra particulares ciues,ipſorumq; bonadum Vniuerſitates non ſoluunt: ſed quæſo ad indagandam veritatem, videamus quomodo procedant deciſiones ſupra allegatæ
10 *Luc. de Penn. & aliorum*: nam dixit *tex. in l. vnic. C vt null. ex Vicar. pro ali. vic. deb. ten. lib.* 11. graue enim eſt non ſolum legibus verum etiam naturali æquitati contrarium pro alienis debitis alios moleſtare, vbi *gloſ.* dixit,idem eſſe de ciue pro ſuo conciue,quæ inter cætera allegat *text. in l. hac definitione C. de omn. agr. deſer. eod. lib.* ibi: *hac definitione ſancimus nullum poſſeſſorem neque municipem prædium pro alienis debitis, vel deſtitutionibus eſſe retinendum.* Quando enim vnus & idem eſt taxatus pro pluribus fundis, vel vnus fundus per particulas,tunc confundun tur,& ex optimis cõpenſantur ſterilia, & ſic procedit *tex. in l. omne territorium, vbi Luc. de Penn. declarat C. de cenſib. & cenſ. eod. lib.*
11 alias ſi diuerſi ſint poſſeſſores dicit ibi *Lucas*,quod vnus pro alio nõ tenetur quod per prius dixit ibi *gloſſa*, ibi, *pondus vnius ad vnum,non ad alterum*, & propterea idem *Luc. ibid.* dixit, quod eſt iniquum,quod vna terra teneatur pro altera,& non debet præberi audientia, & *in fine* dixit, quod qui talem alleuiationem, & ſuperimpoſitionem inducunt, allegant quod totum Regnum eſt vnum Territorium, veluti vnius ciuitatis, quod dicit ipſe à ratione deuiare.
12 Aliud enim eſt ex cauſa neceſſitatis,quia terræ diminutæ ſunt,vt poſſit fieri ſuperindictum, ſicut poteſt Rex nouas impoſitiones facere, & aliud eſt vt quod vnus ſoluere debet,alius qui non tenetur ſoluat,& ſic procedit *titulus de ſuperindicto*, augetur enim tunc præſtatio ex cauſa, & hoc ſuperindicitur de nouo, de quo tanquam de noua impoſitione omnes participare debent, & non terræ tantum conuicinæ diſtinctę, & ſeparatæ: nam hoc modo ipſę grauarentur, dum quod
13 omnes tangit,omnes ſoluere debent, & poſuit *Luc.* caſum *in d. l. omne*,quando collecta certa,ſeu tributum exſoluendum à Ciuitate,Villis,pertinentijs,& caſalibus, vt ex defectu vnius, ſeu aliquarum ciuitas pro illis teneatur, & ſic poſuit primum intellectum ad *text.* prædictum, & tunc quia vnicum eſt corpus in vniuerſo, & certa eſt quantitas in vniuerſum etiam conſtituta,vt à ciuitate, caſalibus,& villis ſolui debeat,non autem à ſingulis perſonis,quid igitur mirum,quod ſoluat ciuitas diminutis ſuis caſalibus, vel villis, cum quantitas iam taxata omnino exoluenda ſit,& diſtributio in paucis,vel in multis nil commune habet cum Domino,
14 cui certum tributum debetur,& ita procedit *titulus cum ſuis legibus de cenſib. & cenſ. & peræquat.* & omnia quæ ibi tradũtur per *Doctor.* quòd non eſt in functionibus fiſcali-
15 bus, quæ non in vniuerſum, & nomine collectiuo, ſed à quolibet foculari diſtinctim ſoluuntur,quia impoſitio eſt certa facta ſuper vnoquoque foculari, & ob hoc, quando
16 præſupponitur, vel augmentum focularium, vel diminutio, propterea temporibus ſtatutis de nouo Regnum numeratur, quod dixit *tex. in d. l.* 4. *de cenſib. & cenſ. & glo.* ibi ſic,& in hac ciuitate propter depauperatos

om-

omnium de nouo fit æſtimatio, & hoc dicitur expreſsè *in d.cap.7.Regis Alphonſi Primi.* Et ſic iuſta eſt practica hodie in Regno,
17 quod ſit alleuiatio in damnum fiſci; verum & hoc noſcetur dum numeratio Regni eſt
18 facta,& vnaquæq; Terra numeratis focularibus ſuis eſt taxata in certa quantitate, & numeratio iam clauſa, ita quod non datur amplius ipſius reuiſio, tunc quia id, quod particulares exoluere debebant,translatum eſt ad onus Terræ, & ipſa remanet taxata in quantitate certa, benè procedit, quod ex diminutione ciuium non datur alleuiatio,ſicut ſi augetur numerus focolariorum non grauatur maiori ſolutione, qua taxata reperitur, ſemper enim eadem eſt terra,illa aſſumpſit in ſe onus,& propterea pro omnibus ſoluit,ſiue viuis, ſiue mortuis, pauperibus,& diuitibus,& hoc caſu procedit doctr. *Bal.in d.l.magiſtratus*, & quod dicitur de viduis,& pauperibus,hoc erit ſpeciale priui legium ratione perſonarum: Ex quibus apparet optimè defenſata practica communis,quæ ſeruatur in Regno: Quod ſecus eſt
19 in donatiuis,quæ fiunt in quantitatibus certis in vniuerſo, & licet fiat diſtributio ſolutionis pro rata focolariorum ratione commodioris exactionis, tamen hoc nil ad ſubſtantiam donationis certæ,& taxatæ quantitatis præſtandæ à Regno in genere,& in vniuerſo,attendendo originem, & cauſam primęuam impoſitionis ad *tex.in l.ſi id quod ff. de don.* vt peroptimè confiderat, & declarat *Bal.vbi ſupra*, & ideo illa integra exigenda eſt à corpore Regni, quia non eſt impoſitio facta ſingulis focolaribus, ſed quantitas certa donata, quæ exolui debet, ſiue diſtribuatur in multos, ſiue in paucos, & hoc voluit
20 dicere *glo. in d. l.4. in verb. compenſentur, vbi Odoffr.& cæteri omnes* benè declarant, & præ cæteris ibi legatur *Ioan. de Plat.* quia benè loquitur, & ſic practicatur cum Baronibus in donatiuis, quorum certa pars
21 ipſos tangit,nam etſi ſoluãt ad formã adohæ,tamen creſcit,& decreſcit ipſorum reſpectu ſecundum numerũ Baronum,quod ſecus eſſet,ſi tractaret ſimpliciter de ſeruitio taxato,& de iure debito pro feudis in caſibus permiſſis, & ſtatutis: nam tunc quia eſt ratione ſeruitij perſonalis vniuſcuiuſque, & prout vnumquodque feudum reperitur taxatum;tunc impotentia vnius nil commune habet cum alio feudatario ſeparato, & diſtincto,qui non tenetur niſi pro ſeruitio taxato ratione feudi,quod poſſidet,quæ notentur,quia curioſa.

SVMMARIVM.

1 *Perceptores Prouinciarum non debent exigere impoſitiones ab Vniuerſitatibus notoriè impotentibus, quo caſu nil eſt ei imputandum de iure, quod hodie non eſt in eius arbitrio.*

2 *Practica Regiæ Cameræ ſuper ſuperſeſſorijs faciendis Vniuerſitatibus ex cauſa impotentiæ.*

3 *Vniuerſitas ſoluens per triẽnium continuũ fiſcales functiones, nõ poteſt in præteritum moleſtari,quod limitatur nu.4. ſi ſolutionem prædictam ſemel tantum per triennium feciſſet.*

5 *Deciſio Regiæ Cameræ,quod ſufficiat ſoluiſſe tres tertias videlicet, ſingulis quatuor menſibus tertiam vnam; ita quod in anno ſit facta ſolutio tribus vicibus continuatis.*

6 *Perceptor Prouinciæ non poteſt compellere Vniuerſitates ad electam pecuniam ſoluendam, ſed tenetur recipere omnem ſpeciem pecuniæ correntis,*

7 *Princeps Vniuerſitatibus depopulatis, concedit immunitates, vt iterum habitatoribus repleantur, qui cautionem præſtare debent de non diſcedendo.*

8 *Bona clericorum hoſpitalium,confraternitatum, & ſimilia, quomodo ſint exempta à collectis, ſeu Regalibus impoſitionibus,remiſſiuè.*

9 *Perceptores Prouinciales ante deſtinationẽ Commiſſariorum cõtra Vniuerſitates debent illas intimari facere pro ſolutione,debito tempore facienda, & nu.42.*

10 *Functiones fiſcales,quo tempore fuerunt introducta, & pro qua quantitate, & num.* 12.

11 *Collecta ſoluebantur ante impoſitionem functionum fiſcalium, vbi quam originem habuerunt.*

13 *Functiones fiſcales ſublatæ tempore Regis Ferdinandi Primi,& poſtea reſtituta, & num.*14.

15 *Impoſitio in Regno olim vnum pro centenario.*

16 *Vintemmium, ſeu vigeſima pars fructuum, alias ſolitum fuit imponi ad reſtaurandas Regnorum neceſſitates.*

17 *Numeratio Regni quolibet triennio à principio ordinata, ſingulis quindecim annis practicatur.*

18 *Pœna fraudantis,vel occupantis Regia foeularia tempore quo fit numeratio, remiſſiuè.*

19 *Numerationis reuiſio cum tempore præfinita*

nitu vnde ſumpta.

20 *Pœna numeratorum fraudantium focularia in damnum fiſci.*

21 *Numerare eſt idem, quod computare, & vulgo dicuntur* li contatori.

22 *Numerationes factæ diſcutiũtur in Regia Camera, & à lege eſt præfinitum tempus, infra quod grauamina proponi, & diſcuti debent, quo elapſo denegatur actio, & venit à iure impoſitum ſilentium, & nu.* 23. 24. 25. *&* 26.

27 *Decreta quæ interponuntur ſuper clauſura numerationum important exceptionem rei iudicatæ, tam pro, quam cõtra Vniuerſitates, & fiſcum.*

28 *Vniuerſitas taxata, & condemnata in decreto numerationis pro certo numero foculariorum, tacitè cenſetur abſoluta ab eorum numero maiore.*

29 *Condemnatus ad quinque, quando videtur abſolutus à reliquis vltra quinque petitis & declaratur glo. in l.* 1. *C. ſi aduerſ. rem iud. & nu.* 30.

31 *In iudicijs æqualitas ſeruanda, eaq. claudicare non debet, etiam reſpectu fiſci. num.* 33.

32 *Reſcriptum conceſſum vni ex litigatoribus, porrigitur ad alium, etiam in deciſorijs, ſi alioquin reſultaret iniquitas nu.* 34.

35 *L. euidenter ff. de except. rei iud. declaratur.*

36 *Recenſentur ſtatuta, & pragmaticæ editæ, perq; vel actiones tolluntur, vel certo ſtatuto tempore terminantur ad lites tollendas pacem, & quietem in Republica conſeruandam.*

37 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam ex ſcripturis nouiter repertis non datur elapſo quatriennio.*

38 *Tex. in l. qui grauatos de cenſib. & cenſ. declaratur.*

39 *Tex. in l.* 1. *C. ſi aduerſ. rem iud. declaratur.*

40 *Numeratio quando ad inſtantiam fiſci, vel vniuerſitatis reuidetur, erit hęc reuiſio cõmunis, vt tota reuideatur parte intereſſata inſtante.*

41 *Fiſcus non omnia proponere debet, ſed præcipuum eſt attendere quietem, & conſeruationem populorum.*

43 *Fiſcus vendit rem, quam communem habet cum alijs, etiam quod commodum pateretur diuiſionem.*

44 *Vniuerſitates poſſũt ſoluere Perceptori ante tempus fiſcales functiones, & Perceptor tenetur recipere.*

45 *Perceptores bilancia exactionum quolibet menſe tranſmittere debent ad Reg. Cameram, vbi vnde ortum habuit hæc practica.*

46 *Perceptores præſentare habent in Reg. Camera computa adminiſtrationis factæ, & vnde habuit originem.*

47 *Pœna ſuperexactionis, quæ quandoque fit per Perceptores, ideſt exactionis vltra debitum.*

48 *Practica ſolita in viſione computorum, per quam dicitur, quod Perceptor ſoluat, & repetat, vnde ſumpta.*

49 *Perceptores trãſmittunt Regiam pecuniam ad generalem theſaureriam cum mulionibus, vulgariter dictis* li carruggi, *quos populi aſſociare tenẽtur, videlicet vnuſquiſq; per ſuam Prouinciam, & nu.* 55. *Quod fieri debet mediante iuſto ſalario, quod non ſeruatur ſtante conſuetudine, quæ in his attenditur.*

50 *Naues, animalia, & alia neceſſaria capiuntur ab inuitis pro aſportatione Annonæ, iuſto tamen ſalario mediante, & in Principe tantum locum habet, licet male ſeruetur, nu.* 54.

51 *Taxatio pretij eorum, quæ ſunt neceſſaria pro ſubſtentatione mulorum, & vecturarum pro Annona cõducenda, vnde ſumpta.*

52 *Poſtæ ſine licentia Principis non conceduntur, & ibi quare ſic appellantur.*

53 *Officium Regiorum Portulanorum Regni Capitaneorum Graſſiæ, quæ contineat, remiſſiuè.*

56 *Perceptores Prouinciarum donatiua ſolita imponi ſingulis duobus annis exigere non poſſunt ante factum generale parlamentum, vel de expreſſo Proregis ordine.*

57 *Perceptores de iure tenere debent diuerſas arcas, prout impoſitiones diuerſæ ſunt ſeparatim, cuſtodiendo pecuniã vniuſcuiuſq; impoſitionis cum die, & conſule, mẽſe cauſa, & ſumma, ac qualitate pecuniæ; & eadem tranſmitti poſtea debet ad Reg. Theſaureriam.*

58 *Theſaurarius generalis præſentare debet quolibet ſemẽſtre cędulas in Reg. Camera Summarię continentes introitum, & exitum.*

59 *Obligatus ad munera præſtanda fiſco, non liberatur ſoluendo eſtimationem.*

60 *Impoſitiones factę ad certam cauſam non debent conuerti in aliam, niſi cauſa maxima vrgente.*

ARGVMENTVM.

Perceptores Prouinciarum,qualiter debeant exactiones facere Regiarum impoſitionum, & quomodo ſe gerere in ipſorum officijs; functiones fiſcales, quam originem habuerunt; Quando collectæ, elauſa numeratione, an detur reuiſio ad inſtantiam fiſci.

§. II.

VErum quia omnes hæ exactiones fiunt per Perceptores Prouinciarum deſtinatos per Regiam Curiam in vnaquaque Prouincia, qui demum pecuniam exactam ad Regiam Theſaureriam tranſmittere debent ſeruata forma Regiarum *Pragmaticarum*, atq; inſtructionum,propterea dicamus aliqua de ipſorum officio.

Officium igitur Perceptoris erit præcipuum, quod ſi cognoſcet notoriam paupertem,& impotentiam,nullo modo debet exigere, & in tali caſu non poteſt ipſe de exa-
1 ctione facta moleſtari.*gloſ.eſt notab.in l.3.in verb.compelletur C.de Annon.& trib.lib.*10 Sed hodie Perceptores nullam in hoc habẽt facultatem; ſed onus illorum eſt procurare exactionem omni modo meliori,& vniuerſitates depauperatæ recurrunt ad Proregem,
2 & ad Regiam Cameram petendo ſaltem ſuſpenſionem, aut dilationem tẽporis,& ſolet Reg.Cam. habita ſummaria informatione ſuſpendere ſolutiones functionum fiſcalium extraordinariarum, non autem ordinariarum:& hoc iure vtimur vſquequo adueniat tempus nouæ numerationis Regni,quæ practica videtur ſumpta ex *text. in l.1. C. de indict.lib.*10.*in l.3. & in l.in fraudem C. de annon.& trib.eod.lib.*& prædictæ ſuperſeſſoriæ non conceduntur indefinitè,ſed ad tempus:quæ practica pariter ſumpta eſt ex *tex. in l.nemo Iudex C.de decur.lib.*10. Etſi Prouinciales ad præteritas functiones in pecunia conſiſtentes volunt compelli, & demonſtrauerint ſoluiſſe continuatè per tres an-
3 nos non poſſunt moleſtari pro functionibus anteœcedentibus, quia præſumuntur ſoluiſſe: nam cum Perceptores Prouinciales non poſſint dare dilationem,nec habere fidem: propterea præſumitur verè,& realiter ſolutum iux.*tex.in l.quicumq; C.de apoc.publ.lib.*10.
4 Sed nõ ſufficit ſemel ſoluiſſe pro tribus annis ſed cõtinuata illa,& reiterata ſolutio requiritur, vt p *Bal.in ead.l.quicumq*; quę latius ad ſaturitatem pertractat *Pariſ.de reintegr. in verb.& circa materiam cart.mihi* 111,*& per Bellug.in ſuo ſpec.cart.mihi* 194. Sed ta-
5 men in Regia Camera in cauſa Conſtantiæ de S.Laurentio,cum Vniuerſitate Vallis Vitulani, à qua prætendebat functiones fiſcales in præteritum,tanquam illarum conceſſionaria, fuit deciſum ſufficere ſoluiſſe per duos annos continuos, & plus etiam per annum, ſed ſoluiſſe tres tertias cõtinuatim, & fuit magna deciſio me tunc defendente contrarium tãquam Aduocato prędictæ Dominæ, quod notetur.

6 Cumq; populi, & diuites, & pauperes ad ſolutionem compellantur: propterea ſtatutum eſt, quod Perceptores non fatigent Prouincias ad electam pecuniam exoluendam: ſed omne genus pecuniæ recipere debent,determinat *text. in l.1. vbi Andr.de Barul.ad propoſitum C.de vet.num.mat.pot. lib.*10.

Sed ſi terræ non habitent, ac depopulantur propter paupertatem,vel aliud infortu-
7 nium ſolent à Principe concedi, & non ab alio immunitates à functionibus fiſcalibus, & alijs impoſitionibus ad hoc, vt iterum Terræ incolis,& habitatoribus repleantur; qui habitatores præſtare habent cautionem de non diſcedendo,& alia,de quibus in *l.qui cumque C. de omn. agr. deſert. lib.* 11. *vbi*
8 *Scriben.* Et quomodo bona clericorum donata ad titulum patrimonij,Hoſpitalium, Confraternitatum, & ſimilium ſint exempta à collectis,ſeu functionibus fiſcalibus:vide latè per *Auendan. de exeq. mand. lib.2. cap.*14.

9 Et Pract.ſeu inſtructiones Perceptorum Prouincialium, quod ante deſtinationem Commiſſarinrum intimare faciant vniuerſitates,vt ſoluant,quod debent, ſumpta eſt ex *tex.in l.2.C.de indict.lib.*11.quæ functiones
10 ordinariæ introductæ fuerunt tempore Regis Alphonſi Primi in anno 1442.ad rationẽ duc.vnius pro foculari quolibet, ſeu fumante, cum obligatione dandi cuilibet foculari tumulum vnum ſalis, cum qua impoſitione ſublatæ fuerunt collectæ,quæ primitus ſolue bantur pro ſubueniendo neceſſitatibus Re-
11 gum,de quo per *Capy.in ſua inueſt in verb. collectis* quæ collectæ in Regno originem habuerunt ab Imperatore Federico, vt dixit *Andr.in verb. & plauſtrorum quę ſint regalia num.* 62. cum latius ad hoc cumulatis *per Dominum Lanarium in ſuo conſ.*95. *in princip.* Quæ demum impoſitio cum non
12 eſſet ſufficiens, aucta fuit vſque ad carolenos 15.in anno 1449. Et licet hæ functiones
13 fiſcales in parlamento facto tempore Regis Ferdinandi Primi fuerint ſublatæ,fuerintq;

impo-

impoſita vectigalia,& gabellæ ſuper fructibus,vt habetur in *capit.* eiuſdem *Regis Ferdinandi* ciuitati conceſſis in *anno* 1481.*fol.* 15.*à tergo*, tamen vel parlamentum prædi-
14 ctum non habuit effectum, vel fuit poſtea determinatum, vt continuaretur prædicta exactio functionum fiſcalium, vt in *cap.*27. inter *capitula* per *Regem Federicum fol.*24.
15 Quid autem exigebatur ratione fructuum ſublatis functionibus fiſcalibus,ſi erat vnum pro centenario, de quo fit mentio in *cap.*5. inter conceſſa per *Regem Ferdinandum Secundum fol.*21. vel erat vintemmium, q̃
16 importat vigeſimam partem fructuũ, quod alias ſolitum fuit imponi ad reſtaurandas Regnorum neceſſitates, de quo per *Guid. Pap.deciſ.*327.de hoc non habemus certitu-
17 dinem. Hinc fuit ſtatutum Regnum numerari ſingulis tribus annis; & hæc omnia apparent in *Capitulis* impreſſis noſtræ ciuitatis,quæ numeratio, vt ſupra dixi, practicatur ſingulis 15.annis, & hoc ad releuamen pauperum, & ad fiſci etiam vtilitatem, vt vnuſquiſque ſoluat,quod debet, & non grauetur,de quo in*l.*4.C.*de cenſib.& cenſ.& peræquat.*& habetur expreſsè in *cap.*7. noſtræ ciuitatis inter conceſſa per *Regem Alphonſum Primum*,& in *l.*3. *eod.tit.* Rebuff. tradit qua pœna de iure communi punitur ille,
18 qui occupat Regia focularia tempore numerationis, vel vtitur calliditate in fraudem Regiæ Cameræ, quem ad propoſitum allegat *Frec.in d.lib.*2.*ſubfeu.*2 *author.Baron.nu.*31.*verſ qua autem pœna, & ex tex. in l. qui grauatos eod. tit.* fundatur reuiſio
19 numerationis in Regia Camera cum tempore præfinito, quo elapſo amplius non audiuntur,& in *l peræquat.eod.tit.*ſtatuitur pę
20 na contra numeratores fraudantes.

De qua numeratione in ſpecie loquutus
21 eſt *Rebuff.in l.Vrbana in verb.quod ex numeroff.de verbor. ſignif.fol.* 788. *in magnis.* Eſt autem numerare idem quod computare, in *l. edictum ff de iud.in l.non ex omnibus ff.de arbitr. l.ſi quis dixerit, cum l.ſeq. de verb.ſign.* quas ad id citat *Rebuff in l.lege cenſoria in verb.numeretur eod tit.*& vulgo dicitur *contare* ſecundum *Rebuff.* vt hic dicimus *gli contatori.* In hac vtrò materia quæſo aduertatur ad vnum, quod in facto occurrit.

22 Fiunt, vt dixi, hæ numerationes ſingulis 15. annis, tam ad inſtantiam, & beneficium fiſci, quã etiam in beneficium vniuerſitatũ vt certus numerus focularium taxetur,& ſecundum illum fiſcus exigat, & vniuerſitates ſoluant,vt ſi populus fuerit auctus, maiorem quantitatem fiſcus exigat; ſin verò diminutus fuerit, exigat minorem, & ob id facta numeratione, & hinc inde factis diligentijs neceſſarijs diſcutiuntur illæ in Tribunali Reg.Cam.& multoties focularia augentur,& multoties deducentur,ita quod in hoc iudicio fiſcus obtinet, & ſuccumbit, & ſic è contra Vniuerſitates.

23 His ſic ſtantibus,quia lex mandat præfigi terminum in huiuſmodi grauaminibus proponendis infra annum,quo elapſo omnem denegat actionem, vt expreſsè habetur in *d.l.qui grauatos*, vbi *Doctor.*notant,& inter cęteros *Plat.* quod actio alias duratura per annos plures, durat tantum in caſu huius text. per annum, & *Rebuff. ibi colum. fin. num.*9.reddit rationem,quia rationes fiſcales nimis intricarentur,ſi tam prolixo tempore poſſint litigijs inuolui,& ſic pariter dicendum eſt ex parte Vniuerſitatum eadem ratione militante:propterea practica eſt,q̃
24 facta ſæpe ſæpius omnium diſcuſſione fiunt decreta generalia, quod omnes numerationes claudantur,cum lex, vt diximus, negat amplius actionẽ dari, & eo ipſo, quod actio
25 eſt denegata,declaratum eſt ius non foueri ob quod venit impoſitum ſilentium, decisio eſt elegans *Bal.in l.quid tamen §.ſi arbiter ff.de recept.arbit.*etſi ſilentium eſt impoſitũ nec minima vox auditur in iudicio, vt hæc, & alia habentur in *meo conſ.*58.*vol.*1. & ſecundum prædicta in illa cauſa iudicatũ fuit
26 contra fiſcum, & ſemper obſtabit exceptio defectus actionis ſecundum latius tradita per *Bart.*& communiter *Scriben.in l.*1.*§.ſublata ff ad trebell.*

Et cum decreta prædicta clauſuræ numerationum fiant in iudicio communi inter fi-
27 ſcum, & vniuerſitates, in quo, vt diximus, vterque eſt actor,& reus,vnus in augmento, alter in deductione, & vterque victoriam reportat,& ſuccumbit,ſequitur propterea quod clauſura eſt pro,& cõtra omnes,& cõſequẽter obſtabit omnibus exceptio rei iudicatæ,videlicet Vniuerſitatibus circa prætenſam deductionem focularium, & fiſco circa ipſorum augmentum: quando enim fiſcus inſtat pro numeratione,& in diſcuſſione prætendit augmentum, & vniuerſitates diminutionem dum Iudex demum declarat numerum focularium, & ad quantitatem certam veniunt vniuerſitates condemnatæ ad ſolutionem; prout vnaquæq; numeratio
28 remanet clauſa,ex hoc cenſentur tacitè abſolutæ vniuerſitates à maiori numero per fiſcum prætenſo,ita *Bar.in l.*1.*num.*2.*verſ. tu vero pone caſum C ſi aduerſ.rem iud. Panorm.in cap.cum inter, vbi Felyn. num.*12. *de ſenten. & re iud.* qui concludunt quod ſi

aga-

29 agatur actione tutelæ non expreſſa quantitate, videlicet peto eum reddere rationem adminiſtrati frumẽti, & reliqua reſtituere; ſi Iudex cõdemnet ad reſtitutionem quinq; cum verè deberet condemnari ad decem, videtur ſuper toto pronunciaſſe, atque declarare quinque tantum nomine reliquorũ competere debere, pro alijs verò quinque videtur tacitè abſoluiſſe, maximè hæc procedunt precedente diſcuſſione, & oppoſitione *Bar. in l. ſi plures ff. de fideiuſſ. Paul. de Caſtr. in d. l. 1. nu. 8.* quod id notabile dixit
30 eſſe *Iacob. ibi num. 2. verſ. quartus caſus*, quæ ſunt ad limitationẽ regulæ *glo. in d. l. 1.* vt qui condemnat conuentũ in partem ſummæ petitæ, nõ videatur in reliquo abſoluere.
31 In iudicijs æqualitas ſeruari debet, iuxta tradita in *l. fi. C. de lit. & fruct. expenſ.* vbi *Odoffr.* dicit eſſe ſpeciale, quia non debent claudicare, nec in eis dari debet exceptio perſonarum, vbi *Cyn. Pet. de Bellap. & Butrig.* eadem lege debet quis conueniri, quam contra alium poſtulauit, dicit *text. in l. ratas C. de reſcinden. vend. & tex. notab. in l. ſacris la 3. C. de proxi. ſacr. ſcrin. lib. 12.* ibi *æqualitatem litigatoribus volumus ſeruari*, & priuilegium conceſſum vni ex litigatoribus intelligitur conceſſum alteri, & *Bal. Salyc. &*
32 *cæteri in d. l. fin.* ſumunt concluſionem ex illo *tex.* quod reſcriptum conceſſum vni ex litigatoribus porrigitur ad alium, & non refert, quod priuilegium concedatur ſingulari perſonæ, dignitati, corpori, aut collegio;
33 quia ſemper in iudicijs ſeruanda eſt æqualitas, quod etiam in fiſco procedit ſecundum *Salyc. ibi in 1. col.* & procedit hoc etiam in deciſorijs, quando de ſui natura conceſſio de
34 iure propter æqualitatem ſeruãdam debet comprehendere vtramque partem, vt in reſtitutione in integrum, vt per *Paul. de Caſt. in d. l. fi.* Quod dixerunt per prius ibi *Bart. & Salyc. & alij ex regul. tex in l. 2. C. ſi aduerſ. tranſact. in l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. & Angel. ibi* notabiliter, quod etiam in deciſorijs hoc procedit, ſemper qđ æquitas hoc patitur, ſubeſt eadem ratio, & alias iniquitas inſurgeret, & alias etiam ſi ſententia lata contra me, non poſſim ex ea
35 obijcere exceptionem rei iudicatæ. aduerſus eum, pro quo lata eſt, ſecundum regul. *text. in l. euidenter ff. de except. rei iudic.* dixit tamen ibi *Paul. de Caſtr.* authoritate *gloſ.* quod etſi non proſit principaliter condemnato poteſt prodeſſe in conſequentiam *Cuman.* ibi, quod regula illius *tex.* procedit in eo, in quo quis eſt condemnatus, ſed in eo, in quo non eſt condemnatus prodeſt, & obſtat exceptio: ex quibus infertur quod ſi vniuerſitatibus decretum clauſuræ obſt at, ita pariter fiſco, alias iudicium claudicaret, & æqualitas ſtatuta non ſeruaretur: non poteſt enim eodem tempore ſtare numerationem clauſam contra vniuerſitates vigore decreti, & apertam reſpectu fiſci, ſi clauſura eſt ſuper numeratione, quæ reſpicit tam vniuerſitates, quam fiſcum, ita quod eſt vnum indiuiduum, quod non poteſt diuerſo iure cenſeri, ad *tex. in l. eum qui ædeſ ff. de vſuc.*

Et cùm lex denegauerit vitam huic actioni vltra annum, ea ratione, ne litigijs fiſcus,
36 & populi Regni inuoluerentur ad conſeruationẽ quietis publicæ, quid dubij erit, quòd hoc comprehendet tam vniuerſitates, quàm fiſcũ, nec hæ ſunt nouæ prouiſiones, ſed propter has; & ſimiles cauſas ſunt factæ multæ leges, multaque ſtatuta, de quibus per *Bart. & Doctor. in d. l. 1. §. ſublata ff. ad trebell. in l. omnes, & in l. benè à Zenone C. de quadrien. præſcript.* & in Regno adeſt *Pragmatica* quæ dicitur edictum Pentine edita in *anno* 1444. per illum memorandum *Regem Alfonſum primum*, & adeſt *Capit. Regis Caroli Primi incip. etſi frequenter.* Adeſt *pragmatica Thori* edita per *Regem Catholicum* in *anno* 1505. adſunt *Pragmaticæ*, ſeu inſtructiones *Imperatoris Caroli V. in anno* 1517. & 1519. ex quibus omnibus ad lites tollendas, & ad quietem populorum ſunt denegatæ actiones, & vetatum lites fieri, & propterea pluries iudicatum comprehendere etiam Regium fiſcum, vt ſic dicamus omni iure ſtatim, quòd mediantibus decretis numerationes ſunt clauſæ ſeruata forma legis ſic mandantis, vt diximus, non poteſt fiſcus aduerſus numerationes clauſas audiri, prout non poſſent vniuerſitates, & cùm ianuæ ſint clauſæ, reſponderi debet illud *Euangelij Matthæi* de decem virginibus, quinque prudentibus, & quinque fatuis, quæ fatuæ cùm inuenerunt clauſam ianuam, dixeruntq; *Domine Domine aperi nobis* fuit illis reſponſum: *Neſcio vos.*

Factum quod nouiter occurrit eſt, quòd fiſcus ex quibusdam reuelationibus, vel ex ſcripturis nouiter repertis, vult numerationes iam clauſas aperiri; & iterum eas reuideri; mea ſententia fuit, & eſt non poſſe ſtantibus præallegatis: ex quibus apparet omnem actionem ſublatam ex curſu temporis, ac ei obſtare notoriam exceptionem rei iudicatæ, & diximus ſilentium eſſe impoſitum, & hanc actionis denegationem ob bonum publicum ſtututam comprehendere etiam fiſcum: ob quod ſtante cauſa boni publici, nõ ſumus in terminis, vt ex ſcripturis nouiter re-

repertis poſſit audiri, & iudicium fieri veta
tur. Licet in caſu, de quo agitur ſecundum
communes regulas audiri non poſſet ex ſcri
pturis nouiter repertis, nec per viam reſti-
37 tutionis in integrum, ſi quadrienniũ infra
quod illa datur, iam eſt elapſum iuxta *text.*
in l.1. vbi gloſ. Odoffr. Bald. Plat. & omnes C.
*de ſent. aduer. fiſ. lat lib.*10. *in l. Imperatores,*
ff. de re iudic. vbi Alex. & præ cæteris *Her-*
cul. & notetur, quòd *text. in d. l. qui grauatos*
38 ſecundum notata *ibi per Scrib.* procedit e-
tiam quando gratia, prece, ambitione, aut
fraude, quis fuerit grauatus, vt ex verbis ip-
ſius expreſsè apparet, & quod dicitur in *d.*
39 *l.*1. limitando ipſius diſpoſitionem quando
interuenit præuaricatio, dixit ibi notanter
Io. de Plat. in 1. *colum. verſic. tertio conclude,*
intelligendum eſſe, quando interuenit cor-
ruptio pecuniæ, ſecùs ſi gratia, preces, vel
ambitio; tunc enim tenet ſententia, ſed da-
tur reſtitutio in integrum infra quadrien-
nium, quod per prius dixit ibi *gloſ.* 1. *in verſ.*
aut gratia, vbi Bar. n. 5. & 6. *Bal. n.*10. *Odoff.*
*nu.*16.

Sed notetur quæſo motiuum, quod ni fal-
lor ponit gladium ad radicem; dùm enim
iura tractauerunt de reuiſione alicuius nu-
40 merationis, dixerunt totam ex integro re-
uideri debere, vt per *gloſſ.* vbi *Plat. & cæte-*
ri notant in *l. omne eodem titul. de cenſ. &*
cenſit. & rurſus quæſtio illa, an ſententia
condemnans in partem, cenſeatur abſoluere
in reliquo, conſiſtit in hoc, an obſtet excep-
tio rei iudicatæ, vel agi poſſit prima actio
ne, nunc ſic, ſi ſingulis quindecim annis nu-
meratio eſt facienda, & ſingulis quindecim
annis eſt hæc actio à Fiſco exercenda: ita
quòd nunquam eam amittit, & ſcripturæ de
nouo repertæ conſeruabuntur, & deſeruient
ſed tempore exercitij actionis de nouo pro
ponendæ: Igitur ſi hoc exercitium eſt dila-
tum in tempore, quomodo fiſcus vult hodie
hanc actionem exercere, & inquietare pau-
peres Vniuerſitates, & Regna, pro quo note
41 tur elegans dictum *Camer.* loquentis in ſpe
cie Regijs miniſtris, qui curam patrimonij
habent in *d. c. imperialem, cart.*80. *lit. B.* ad-
uertit enim eos, quòd non omnia, quæ pro-
ponere poſſunt, proponere licet, ſed ꝓ quie-
te populorum ſilere debẽt: Exinanitio enim
populorum eſt in maximam Regis iacturã,
quia vaſalli impotentes Dominum iuuare
non poſſunt, vt diximus: licet Rex ſit Domi
nus, eſt tamen Pater, & maritus Reipublicę,
& debet paterna affectione, & vt filios vaſal-
los diligere, & tractare: & ideò dicitur eſſe
in Republica, & Rempublicam in eo, & bo-
nus Reipubl. ſtatus debet priuatis commo-
dis præferri; & hoc attendere debet bonus
fiſci patronus, alias eius anima, vt dixit *An-*
dr. non requieſcet in pace, ſed in pice, quæ
notentur, nam non videntur paruifacienda
pro futuris contingentibus.

42 Et practica, quod Commiſſarij Percepto
rum minimè valeant aliquid exigere, ſed in
timare ſolutiones faciendas tempore debi-
to, quo elapſo capere, exequi, & carcerare;
ſumpta eſt ex *tex. in l.*2. *C. de can. largit. tit.*
*lib.*10. qui etiam exequutionem faciunt in
43 bonis, & illa vendunt, etiam quod commu-
nia eſſent cùm alijs, qui non eſſent debito-
res; nam poteſt fiſcus ex priuilegio vende-
re totum, etiam quod commodam patere-
tur diuiſionem, & poſtea portionem debitã
in pecunia ſoluere conſorti: ex regul. *text.*
*in l.*1. *de vend. rer. fiſcal. cum priu. comm. vbi*
*gloſ. & Scrib. lib.*10. Ad quos Commiſſarios
44 euitandos, quando vniuerſitates volunt e-
tiam ante tempus ſoluere, tenentur Perce-
ptores recipere dixit *tex. in l.*1. *C. de ſuſcep.*
*lib.*10.

Et ne Perceptores prædicti pęnes ipſos
Regiam pecuniam detineant: ortæ ſunt a-
45 liæ inſtructiones, quòd teneantur tranſmit-
tere bilantia exactionum quolibet menſe
ad Regiam Cameram Summariæ, quæ pra-
ctica ſumpta eſt ex *text. in l. apparitores, C.*
de exact. tribut. elegans text. in l. diuus, C. de
*ſuſcept. & Præpoſ. lib.*10. vbi eſt caſus: qui
46 miniſtri pecuniarij demùm quolibet anno
poſtea præſentant ipſorum computa in Re-
gia Camera, vbi liquidantur, quod pariter
ſumit originem ex *tex. in l.*3. *C. de exec. &*
*exact. lib.*11. vbi hoc ſtatuitur, & practica
de ſuperexactionibus, quæ quandoque fiunt
47 per Perceptores ſumpta eſt ex *tex. in l. vni-*
ca, C. de ſuperexact. eodem. lib. ibi *glo. & Do-*
ct. qui puniuntur pęna dupli quando ſine
violentia, & dolo, aliàs pæna quadrupli; &
48 ſic practica, quod ſoluat, & repetat, ſumpta
eſt ex *tex. in l his qui, C. de conuen fiſ. debit.*
49 *lib.*10. Qui Perceptores ad Regiam theſau-
rariam generalem pecuniam tranſmittunt
cum mulionibus, qui vulgariter dicuntur *li*
caruggi: quæ caruggia tenentur aſſociare
populi, videlicèt vnuſquiſque per ſuam Pro
uinciam, & eadem ratione quælibet Terra
per ſuum tantum territorium, quæ practica
ſumitur ex *tex. in l. nemo, iunctaglo. in verb.*
*longius C. de ann. & trib. li.*10.

Pariter pro aſportatione annonæ capiũtur
aĩalia, naues, & alia, ẽt ab inuitis, ſed iuſto ſa
50 lario mediãte, de quo eiegãter per *Bar. in l.*
iubemus nullã, C. de ſacroſ. eccl. Hinc fiũt ordi
nationes ꝙ iuſto ꝓtio dẽtur alimonia mulis,
51 & vecturis; & ſic ꝓtia moderãtur, & taxãt, ꝙ

K ſum-

ſumptum eſt ex *tex.in l.animalia C. de curſ. publ. libr.*12. qui *text.* loquitur in equis deſtinatis ad publicum curſum, quem nos vo-
52 camus *le Poſte*, quæ ſine licentia Principis non conceduntur, iuxta *text.in l.3. C.eodem tit.*vt per *Alciat.in rubr. C.de curſ.publ.*declarans,quomodo dicantur *le poſte*, & latius *Rebuff.de verbor.ſignif.l.*224. *verſ. quædam eſt alia cuſtodia* latè,& perbellè *per D.Frecc. in* 1.*libr.in tit.quis dicatur Dux nu.*39.*cum ſequent.* & iam per ſuam Maieſtatem in ſuis Regnis erectum eſt ſpeciale officium, quod dicitur Curſoris Maioris,perquàm maximi valoris, & propterea ſunt deſtinati equi authoritate Regia,per publica Regnorum itinera, & idem *Rebuff. vbi ſupra* tractat no-
53 tabiliter de Portulanis Regni, & Capitaneis Graſſiæ Prouinciarum Terræ Laboris, & Aprutij,ad quorum onus ſpectat cuſtodia limitum Regni,& ne bona vetita extrahantur,aut immittantur,qui appellantur *Liminarchæ*,de quo in *tit. C.de lit. & itin.cuſtod.* vbi de interceptione extrahentis aurum,argentum,equos,arma,frumentum, & vinum, aliaq; extrahi prohibita, vel merces abſque ſolutione Regiorum dirictuũ, vel ſine Principis licentia.

Et quod dictum eſt, quòd capiuntur animalia, etiam ab inuitis: aduertatur, quod
54 ſoli Regi licitũ eſt,non autem cœteris Officialibus,quanquam iuſtam mercedem offerant; ſic naues,& currus,maximè pro aſportatione lignaminum ad confectionem triremium; nàm alias non adeſſet priuilegiũ, nec differentia inter Regem, & alios: ita *Andr.quæ ſint regalia in verb. & plauſtrorum:* licèt hodiè hæc non ſeruentur, quia indifferenter animalia capiuntur ab inuitis, etſi merces debita ſoluitur: Deus ſcit.

Et reſpectu carrugiorum per *Cap.Regni incip.item ſtatuimus, quòd Theſaurarij tempore Regis Caroli Secundi* ſtatutũ eſt, quòd
55 etſi populi teneantur ad aſſociandum: Tamen hoc fieri non debet expenſis Vniuerſitatum,ſed per Regiam Curiam, quod hodiè male ſeruatur,allegando conſuetudinem, quæ in his attenditur ad *text. in l. ſemper §. legem ff.de iur.immu.* cui ſe conforme reddit *Capitulum Regni tempore Caroli Secundi incip.quòd nullus Officialis.*

Verum donatiua,quæ ſingulis duobus annis per Regnũ fiunt, congregato parlamento generali, etſi certum ſit illa ſolita præ-
56 ſtari, tamen nullo modo per Perceptores exiguntur, niſi vel facto parlamento,vel de expreſſo ordine Regis, & ſic practicamus, quod dixit *text.in l.3.iuncta gloſ.ibi in verſ. manus eodem tit.de ann.& trib.*

Inſuper de iure communi ſtatutum eſt, quòd ſint faciendæ diuerſæ arcæ pro cuſto-
57 dia pecuniarum exigendarum, ſecundum diuerſitatem impoſitionum, & cauſarum ipſarum, ad *text.in l. in fiſcalibus*, iuncta *gloſ.*1. *C.de exact. trib.lib.*10. quod pariter probat *text.in l.hac lege verſ.ſeparatus,C.de aquæd.libr.*11. & ſic practica, quod notetur qualitas pecuniæ, habetur in *§. iubemus in auth.de collat.* cum die, & conſule, menſe, cauſa,& ſumma diſtincta,de quo in *l.*1.*C.de apoc. publ. libr.*10. Ex quo *text.* ſumpta eſt
58 etiam practica, quòd ſeruata forma inſtructionum, Theſaurarij Generales præſentare debent ipſorum cedulas exactionum in Regia Camera quolibet ſemeſtri,ad quam Regiam Theſaurariam omnis pecunia Perceptorum Regni tranſmittitur,quæ pecunia in eadem ſpecie, & propria qualitate conſignata tranſmitti debet, iuxta diſpoſita in *l.*1.*C.de can.larg tit.lib.*10.

Hinc in tantum hoc erit ſtrictè obſeruandum, quod lex ſtatuit, quod ſi aliquis tene-
59 tur ad aliquod munus Fiſco, non liberatur ſoluendo extimationẽ in *l.*1.vbi not. *Andr. de Barul. C.de fabric.lib.*11. & videatur elegans *text.*vbi *gloſ. & Scrib.in l.illud C.de excuſ. mun. libr.* 10. cuius infraſcripta ſunt verba.

*Illud conuenit præcaueri, ne quis hanc, quæ perſonalis eſt functio, pretio putat eſſe taxandam,*qui *text.*eſt notabilis contra Capitaneos nouæ militiæ in noſtro Regno,Syndicos,& alios componentes in pecunia eos qui tenentur ſe adſcribere militiæ ad excubias,& alia munera perſonalia.

Et pariter impoſitiones factæ ad certam
60 cauſam non debent cõuerti in aliam, docet *tex.in l.fin.C.de his qui ex publ.collat.lib.*10. *& Iſer.* appellat abuſum conuertere impoſitiones in aliã cauſã, quàm in cauſa,pro qua fuerũt illę impoſitæ in *verſ.vectigalia,prope ſecundam additionem, quæ ſint regal.* licèt hodiè propter imminentes,& graues neceſſitates Regiæ Curiæ omnia confundantur, quod benè ex cauſa neceſſaria fieri poteſt per Proregem, *text.eſt notabilis in l.vnica C.de expenſ ludor.lib.*11.vbi *Luc.de Pen.& Andr. de Barul.* pulchras ponit quæſtiones poſt *Ioan. de Plat.* qui diſtinguit, & allegat *Bart. in l. legatam ff. de adminiſtratione rerum ad Ciuit.pertinent.*

SVMMARIVM.

1 *Miniſtri pecuniarij grauibus pœnis afficiuntur,dùm pecunia fiſcali vtũtur, quomodolibet, & etiam capitalibus, & non ſolùm*

ſolùm ipſi, ſed qui ſcienter ab ipſis accipiunt, & nu. 2. 4. & 6.

2 *Exactores publici publica pecunia vtentes tenentur ad reſtitutionem totius lucri etiam in foro conſcientiæ, & nu. 5.*

7 *Decij opinio in conſ. 6. confutatur, & ibi deciſio facta, remiſſiuè.*

8 *Practica Regiæ Cameræ, quando miniſtri pecuniarij in liquidatione computorum, debitores remanent, & quæ ſpecies ſignificatoriarum fiunt, & nu. 10.*

9 *Fiſcus non ſoluit vſuras, ſed benè ei ſoluuntur.*

11 *Significatoria per introitum ſuperantem exitum exequitur, miniſtro non audito tanquàm in notorijs ex ſpeciali fiſci priuilegio*

12 *Fiſcus pecuniam fiſcalem auocat ab eo, qui illã recipit, etiam quod fuerit conſumpta miniſtro exiſtente non ſoluendo, & etiam quòd is, qui illam acceperit, habeat eauſam oneroſam, ex ſpeciali fiſci priuilegio.*

13 *Priuilegium fiſci in auocatione pecuniæ eſt ſubſidiarium.*

14 *Fiſcus prius debet conuenire ſuos debitores & poſtea poſſeſſores bonorum ei obligatorum, etiam quòd habeat hypothecam expreſſam.*

15 *Fiſcus agit in ſubſidium contra debitorem ſui debitoris, niſi ex pecunia fiſcali nomẽ fuit contractum, qua regula non procedit in creditore debitoris, & ibi ratio & num. 18.*

16 *Lucrum capere, & debitum amittere ſunt diuerſa.*

17 *Res empta de pecunia fiſcali fit fiſci.*

19 *Text. in l. ſi eum ſeruum, & in l. ſime, & titium, declarantur & nu. 20.*

21 *Fiſcus condicit, ſeu auocat pecuniam conſumptam à creditore ſui debitoris, etiam, quòd alienatio non ſit in fraudem, ſicut quilibet alius creditor priuilegiatus, verùm intelligitur in ſubſidium prius principali excuſſo & nu 23.*

22 *Priuilegium auocationis pecuniæ ſolutæ creditori, & conſumptæ eidem quòd fiſcus habet, Reſpublica, ſeu Ciuitas.*

24 *Ratio notabilis quare priuilegium auocationis pecuniæ quòd fiſcus habet, intelligitur in ſubſidium.*

ARGVMENTVM.

Perceptores, qua pœna puniuntur, ſi in proprios vſus, vel in mercimonijs fiſcalem pecuniam expenderunt, quod intereſſe ſoluant ex retardata ſolutione & quomodo fiſcus pecuniam fiſcalem auocare poteſt ab illis, qui eam receperunt ſiue titulo lucratiuo, ſiue oneroſo, & exactè declarantur termini *legis pecunia C. de priuileg. fiſci.*

§. III.

DIximus, in quo conſiſtat officium Perceptorum, & principaliter in exactione pecuniarum debitarum ab Vniuerſitatibus Regni, quas tranſmittere habent omnes ad Regiam theſaurariam, videamus nunc, ſi negligenter ſe geſſerunt, vel in proprios vſus, & in propria commoda pecuniam conuerterunt, quòd intereſſe ſoluant, & qua pœna plectantur, vltra remedium à lege proditum auocationis pecuniæ etiam conſumptæ à perſonis, quæ illam habuerunt, etiam ex titulo oneroſo.

Miniſtris inquam pecuniarijs, qui publi-
1 eam pecuniam exigunt, ſi de illa in quemlibet vſum diſponunt, mutuando, vel fœnerando, graues ſunt impoſitæ pœnæ, & capitales vltra quatruplum, & pariter ei, qui ſcienter accepit iuxta diſpoſitionem *text. in l. 1. & 2. C. de his & qui ex publ. rat. mut. pecun. accep.* Hinc *Bartol. in l. 1. C. de aur. publ. proſeq. lib. 10.* notauit per illum *text.*
2 quòd exactores publici, qui pecuniam exigunt, non poſſunt eam redigere in florenos, vel florenos in pecuniam ſine Principis licentia, & propterea tenẽtur ad reſtitutionem totius lucri, & in *l. 2. C. de his, qui ex*
3 *publ. coll.* prohibetur quis ex illatis in arca publica aliquid quomodolibet accipere abſque Principis licentia, vel quomodolibet diſponere, & ſic pariter in alium vſum conuertere, aliàs grauiſſimis pœnis ſubiacebit in *l. 3. eodem titul.* vbi *gloſ.* dixit eſſe
4 pœnam capitis, allegat *tex. in d. l. 2. & in fin. de his qui ex publ. rat. cùm alijs concordantibus.* Debet enim Perceptor, aut alius miniſter, qui onus habet exactionis pecuniæ publicæ eã ſeruare, & promptam tenere ad publicum vſum, nec in mercimonias cõuertere, ad *text. in l. in medium, & ibi*
5 *Plat. C. de ſuſcept. lib. 10* Etſi de facto conuertit, & lucrum percepit, tenetur in foro conſcientiæ reſtituere, vt not. idem *Plat. in l. 1 C. de aur. publ. perſeq. lib. 10.*
6 Et ob id *in l. diu, de ſuſc. pt. & arcar.* mandatur per ſuſceptores ſtatim exactam pecuniam in Regiam Theſaurariam tranſmitti quem *text.* dixit ibi *Bartol.* facere contra eos, qui tenent pecuniam communis, & cum ea faciunt mercaturas, & allegat *tex. in d. l. 1. & 2. C. de his, qui ex publ. rat.* ex quibus etiam apparet malè ſenſiſſe *Dec. in*
7 *ſuo conſ. 6.* Et loquitur contra diſpoſitionẽ

iurium prædictorum, & nihil commune ad vſum pecuniæ, quod debeant dare computũ tempore determinato: cum hoc ſit ad cognoſcendum exactum, neglectum, negligẽtiam, dolum, & propriè ad liquidandam pecuniæ exactionem, in quo videatur deciſio facta in cauſa Ferdinandi Monſorij olim Dohanerij Dohanæ Menepecudum Apuleæ, vbi latiſſimè hæc materia pertractatur, & diſtinguitur cum notabilibus deciſionibus in *deciſ. mea* 10.

Et paſſim iudicamus contra illos miniſtros pecuniarios, qui pecuniam publicam in proprios vſus conuertunt, & multoties ſecundum diuerſitatem caſuum, vt ſi remaneãt miniſtri debitores per introitum ſuperantem exitum, ſignificantur, & exequuntur ad debitam quantitatem exactam, vna cum intereſſe, prout paſſa fuit Reg. Cur. licet ipſa, ſi debitrix remanſerit ſui miniſtri, nihil ſoluat ex regula generali, quia fiſcus non ſoluit vſuras, ſed benè ei ſoluuntur in *l. cum quidam § fiſcus ff. de vſur. pulcher tex in l. ſi procurator Cæſaris ff. de iur. fiſ.* tradit hoc *Bal. in d. §. fiſcus*: & notat, quod fiſcus non tenetur ad vſuras ex mora, *idem Io. de Plat. in l. 1. C. de fiſcal. vſur. lib.* 10. Et notetur practica Reg. Cam. nam quatuor ſignificatoriarum ſpecies fiunt contra miniſtros pecuniarios computa in prædicto Tribunali ſingulis annis præſentãtes, prima per introitum ſuperantem exitũ, & hæc ſtatim exequitur, miniſtro non audito, tanquam in notorijs iuxta regul. & doctr. *text & Bart in l 2. § quidem frumentario ff. de admin. rer. ad ciuit pertin. Aſſl.* ponit hoc fiſci priuilegium *in cap 1. de fratr. de nou. benef. inueſt. in 26. priuil.* ſecunda ex cautelis non productis, tertia de reſiduis, & hæ fiunt cum iuſta temporis dilatione, vltima verò eſt per diſcuſſionem computorum partitarum dubitatarum, & tandem in fiſci fauorem deciſarum.

Et ſi contingat miniſtrum non eſſe ſoluẽdo, qui fiſcalem pecuniam, vel etiam propriam ſuis creditoribus ſolueret, condicet fiſcus ab illis, etiam quando bona fide conſumpſerint, ex reg. *tex. in l. pecunia C. de priuil. fiſ. in l. deferre §. fi. ff. de iur. fiſ.* vbi eſt proprius caſus: ſed dixit *tex. in d. l. pecunia*, quod extraordinario iure auferetur conditione ex lege, ſecũdum *Salic. ibi, & glo. part. in d. l deferre §. fi. poſt Iacob. de Aret. in l. pupilius ff. quæ in frau. cred. & Alber. in l. qui autem §. apud Labeonem eo. tit.* etſi hoc ſit extraordinario iure: ergo in ſubſidium, quia non datur remedium extraordinarium donec adeſt ordinarium, ad *text in l. 1. C. de theſ. lib.* 10. quod in ſpecie tradidit *Ang. in d. l. pupillus, Ioa. Fab. in §. ſi quis in fraudem inſtit. de act. ante n. 24 verſ. vnum non omitto*: eſt de mente *Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de oblig & ſolut.* hic intelligit, & ponit *quæſt. Couar. pract. quæſt. c. 29. in princ. Capy. in deciſ. 78. nu. 6.* quod fortiſſimo concluditur argumento: nam ſi contra ſuos creditores fiſcus prius agere debet, antequam conueniat poſſeſſores bonorum obligatorum ex reg. *text. in l. 1. C. de conuen. fiſ. deb. lib.* 10. *in l. moſchis ff. de iur fiſ. cum concor.* Etiam quod habeat hypothecam non ſolum tacitam, ſed expreſſam, ſecundum opin. *glo. ſ. ibi in verb. conueniri*, licet per *auth. hoc ſi debitor C. de fideiuſſ.* ſit hoc hodie regulare, quãto magis in caſu *l. pecunia*, quando bona tamen fide cõſumpta fuit à creditore ſuum recipiente, de quo latè per *Ia ſ. in d. §. item ſi quis in fraudem, lo 2. verſ. addo etiam*, & in debitore debitoris fiſci, vt conueniatur in ſubſidium, dixit *tex. in l 3. § multa ff. de iur. fiſ.* & licet ibi *tex* limitet hoc quando ex pecunia fiſci nomen fuit cõtractum, per quem *tex.* ſic dicit *glo ſ* communiter ſequuta in *l. non prius C. quan fiſ vel priu. Plat. in d. l. 1. de conuen fiſc. debit.* vbi *Pyrr.* tamen *iura prædicta glo ſ. & Doctor.* loquuntur in nomine debitoris non autem in creditore debitoris, qui bona fide ſuum creditum conſequutus eſt, & pecunia eſt conſumpta, in quo caſu iura non loquuntur, & diuerſa eſt ratio debita amittere, & lucrum non capere, inquit *text. in l. fin. §. pen. C. de codic.* quem ad propoſitum actionis reuocatoriæ allegat *Io. Fab in d. §. item ſi quis in fraudẽ, vbi latius Ia ſ. n. 27.* Nam ſicut res empta de pecunia fiſci, licet alieno nomine ſit fiſci, iuxta tradita in *l ſi vt proponis C. de rei vend. Bal in l ſi eum ſeruũ col ſi ff ſi cert. pet. Saly. in d. l ſi prius C. quan. fiſc. vel priu.* Sic pariter in nomine debitoris contracto ex pecunia fiſcali, ſed qñ pecunia peruenit ad alium nõ ex cauſa lucratiua, ſed onerоſa, illaq; eſt cõſumpta, tunc nulla datur actio, & quando ex cauſa lucratiua datur in ſubſidium: ſecus verò ſi res extaret, quia tunc datur vendicatio, & ita procedit *text.* vbi expreſsè *glo.* & latius declarat *Bal. poſt Bart. in d. l ſi eum ſeruum col fin. in fi. ſi cert. petat.* quæ omnia ſecundum *Doctor. præfatos* fundantur in æquitate *l ſi me, & titium ff ſi cert. pet.* quæ vt diximus procedit in cauſa lucratiua, & in ſubſidium: Dum enim quis creditum ſuum conſequitur, non remanet in aliquo debitor, ſed ſuum recuperat, ex quo non fit locupletior, ſed exigit, vt non ſit in damno: vnde quid commune hoc cum habentibus cauſam lucratiuam, vel cũ nomine debi-

debitoris, qui in omnem euentum ſoluere tenetur, vel ſuo creditori, vel creditori ſui creditoris; Fiſcus ſpeciali iure agit contra
21 creditorem ſui debitoris condictione ex lege, quæ eſt perſonalis ex ſpeciali priuilegio, etiam quod alienatio non ſit in fraudem, ſicut poteſt quilibet alius creditor priuilegiatus, ſecundum *gloſ. in d. l. deferre §. fi. Bar. in d. l pupillus ff. quæ in fraud. cred.* ſicut idē
22 priuilegium habet Reſpublica, ſeu ciuitas, iuxta diſpoſita *in l. 2. C. de debit ciuit. lib. 11. vbi Bart. Andr. de Barul. Rebuff. & alij*, ve-
23 rum hoc intelligitur in ſubſidiū, prius principali excuſſo, quod eleganter tradit *glo. ibid. in verb. conueniatur*, quæ allegat *tex. in l. 1. de conuen. fiſc. debit. lib. 10.* Quæ in ſpecie tradidit hoc in fiſco, & idem latius per *Ioa. de Plat. in d. l. 2.* ꝙ proſequitur, & amplè notat *Iaſ. in d. §. fi quis in fraudem nu. 67.* qui *ibidem* expreſsè dicit, quod ex ratione quæ cauſat iſtud beneficium excuſſionis neceſſario à iure requiſitum, non eſt magis priuilegiatus fiſcus, quam priuatus, per *tex. in d. l. moſchis*, ad quod facit quod dicit *glo. in d. l. moſchis §. fi.* In terminis illius *tex.* quod ne-
24 mo accederet ad conductionem fiſcalium prædiorum, ſi ſic fiſcus indifferenter poſſet pecuniam auocare, quia nemo cum perſona quoquo modo rationibus fiſci obligata contraheret, nec illi in caſibus occurrētibus pecuniam accomodaret, quod eſſet in maximum fiſci damnum: Si enim pecunia fiſci extaret, daretur vindicatio, ſed ea non extante priuilegium hoc eſt fiſci, vt etiam quod ex cauſa onoroſa pecunia ſua ad alium peruenerit, ſitq; conſumpta, quod poſſit auocare, quod in priuatis permittebatur tantum, quando ſine cauſa, & ex cauſa lucratiua: verum hæc omnia in ſubſidium iuxta diſpoſita in *l. ſi me, & titium, vbi Bart.* & communiter *Scriben.*

SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. cum quidam §. fiſcus, loquens in vſuris, vt fiſcus illas non ſoluat, an habeat locum etiam in intereſſe.*
2 *Fiſcus numquam tenetur de euictione vltra ſimplum, etiam ſi ſit expreſsè promiſſum, & nu. 9.*
3 *Fiſcus tenetur ad intereſſe, quando promiſit factum, & non adimpleuit, vel aliquo modo contrauenerit, & nu. 8.*
4 *Intereſſe quādo ſit idem, cum re ipſa debita.*
5 *Intereſſe rei, & pretium ſunt diuerſa.*
6 *Euictio quid importat.*
7 *Actio ex ſtipulatu quid differt ab actione ex empto, & è contra.*
10 *Tex. in l. ſi procurator de iur. fiſ. declaratur & nu. 13.*
11 *Promiſſio duplæ in contractibus priuatorū eſt de natura, & debetur etiam non promiſſa.*
12 *Actio duplex oritur ex contractu emptionis & venditionis, vna ex ſtipulatu, & altera ex empto, ex prima agitur ad ſimplum etiā dupla, & ex ſecūda ad intereſſe, quæ actio ad intereſſe debetur, etiam non promiſſa quia de natura contractus.*
14 *Gloſ. in l. 2. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. declaratur.*
15 *Fiſcus actione ex empto tenetur ad intereſſe, quatenus eſtimatio rei importabit tempore euictionis ſequutæ.*
16 *Aeſtimatio rei, & intereſſe ſunt idem largo modo.*
17 *Fiſcus non eſt priuilegiatus, niſi in expreſſis.*
18 *Tex. in d. l. ſi procurator, & in d. l. cum quidam §. fiſcus quomodo loquantur, & quid differt vſura ab intereſſe.*
19 *Deciſio Angeli in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. recenſetur, & Deciſio Andr. in c. 1. §. Imperator Lotharius de probib feu. alien. per Feder. & nu. 20.*
21 *Vſuræ de iure Diuino probibita, & è contra intereſſe permiſſum.*
22 *Vſura, quæ ſoluitur ex retardata ſolutione ſuccedit hoc loco intereſſe, & dicitur intereſſe recompenſatiua, & vt intereſſe debetur, & ideo hoc caſu permiſſa ex communi Doctorum traditione.*
23 *Intereſſe, & damna ſecundum canones, & vtriuſque iuris cenſuram peti poſſunt.*
24 *Camera fiſcalis ſoluit intereſſe, etiam quantiplurimi.*
25 *Argumentum non procedit ex diſpoſitione iurium loquentium in vſuris ad intereſſe, quia aliud eſt vſura, & aliud intereſſe, et nu. 26.*
27 *Tex. in auth. quæ ſupplicatio C. de prec. Imperat. offeren. declaratur, & qui fructus veniant ſecundum diſpoſitionem illius auth. vbi recenſetur deciſio facta in Reg. Cam. Summariæ, & num. 28. vbi quid intereſſe pecuniæ debitę.*
29 *Intereſſe pecuniæ debitę venit in contractu ſtricti iuris à die moræ.*
30 *Regula, quod nō veniat intereſſe extra rem fallit in pecunia, & ibi ratio.*
31 *Text. in l. ſi ſterilis §. cum per venditorem ff. de act. emp. declaratur.*
32 *Priuilegium tex. in l. cum quidam §. vſuras, ceſſat hodie, quia vſuræ ſunt prohibitę.*

33 *Actiones, quadam debentur ex contractu, & quædam ex facto.*
34 *Text. in l. fiſcus loquitur in actione deſcendente ex contractu, & non ex facto propter moram ortam, vel ex interpellatione vel ex litis conteſtatione, vel per ſententiam.*
35 *Dictio (ex) importat cauſam immediatam.*
36 *Text. in §. fiſcus loquitur in vſura conuentionali.*
37 *Obligatio eſt mater actionis.*
38 *Vſura propria, & naturalis eſt conuentionalis, & hæc omni iure prohibita, vſuræ verò recompenſatoriæ damni non ſunt propriè vſuræ, ſed loco intereſſe petuntur.*
39 *Text. in §. fiſcus intelligitur de vſura propria, & conuentionali.*
40 *Verba quæ naturaliter, & ciuiliter intelligi poſſunt, naturaliter interpretantur.*
41 *Verba interpetrari debent ſecundum propriam ſignificationem, & an ſecundum communem vſum loquendi, ibi nu. 42.*
43 *Interpretatio fieri debet, vt tertio non præiudicet, immò tali caſu verba improprianda.*
44 *Text. in §. fiſcus loquitur in mora irregulari, quę committitur re ipſa, & num. 46.*
45 *Dictio (ſed) aduerſatiua ſimilibus quæ affirmat ſequendo oratio negatiua.*
47 *Minor, & pupillus habent priuilegium morę irregularis ſicut fiſcus.*
48 *Mora regularis habet locum in pupillo, & minore.*
49 *Argumentum de pupillo, & minore ad fiſcum eſt validum.*
50 *Text. in §. fiſcus non procedit in vſuris rei iudicatæ.*

ARGVMENTVM.

Declarantur termini *text. in l. cum quidam §. fiſcus ff. de vſur.* quæ nam differentia ſit inter vſuram, & intereſſe; Fiſcus ad quid tenetur ob euictionem promiſſam, ſi ad ſimplum, ad duplum, vel ad totale intereſſe, quomodo vſura prohibita, & quomodo intereſſe permiſſum, & quid facta interpellatione, & conſtituto fiſco in mora regulari, & tandem quid in vſuris rei iudicatæ.

§. IV.

DIximus ſupra, quod fiſcus exigit intereſſe à ſuis miniſtris ſignificatis, verum ipſe condemnatus vſuras non ſoluit ex reg. *tex. in d. l. cum quidam de vſur.* qui *tex.* etſi loquatur de vſuris, videamus an ſit idem reſpectu intereſſe ponderando *gloſ.* peregri-
1 nam, & ſingularem in *l. 2. §. grani extimatione in verb. per iniuriam ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* quæ per *tex. in d. l. ſi procurator* dicit non teneri ad intereſſe, vel vltra extimationem, etiamſi promiſiſſet.

Et loquitur *gloſ.* in euictione rei emptæ, quàm à nemine vidi hucuſque allegatam, aut ponderatam: licet multi, & innumeri *Doctor.* in hac materia ſcripſerint, & ſignanter *Bal. in l. 1. C. de hæred. vel act. vend. ibi num. 11.* qui inter cætera priuilegia fiſcalia ponit vnum, quod videtur proximum, infraſcriptis verbis. *Sed ſcias, quod in contracti-*
2 *bus fiſcalibus, fiſcus numquam tenetur de euictione vltra ſimplum, etiamſi ſit expreſsè promiſſum, vt ff. de iur. fiſc. l. ſi procurator &c.* quem allegat, & ſequitur *Mart. Lauden. in tract. de fiſc. cap. 111.* dicens vltra fiſcum nõ teneri de euictione vltra ſimplum, etiam quod expreſsè promittat de duplo, & idem in ſpecie *Pariſ. in conſ. 101. vol. 1. num. 54.* tradens eſſe ſpeciale in fiſco, vt ſi res vẽdita per eum euincatur, ad aliud non teneatur, quam ad ſolutionem pretij, quod accepit per *d. l. ſi procurator*, vbi alleg. *Alexan. in addit. ad Bart. ibid. in verb ſimplum*, & allegat *Alex. Bal. in d. l. 1. C. de hæred. vel act. vend.* & ſpeciale dicit eſſe in fiſco *gl. mag. in ſi. in l. ſi dictum in princ. in verb ſimpla ff. de euict.* & inter priuilegia fiſci, vt non teneatur de euictione vltra ſimplum, etiam quod expreſsè promittat, ponit *Franc. Luc. Parmen. in tract. de priuil. fiſ. priuil. 53. & Gaball in d. tract. de euict. §. 5. nu. 88.* dixit 47. caſus eſt in fiſco: nam in contractibus fiſcalibus, fiſcus nunquam tenetur de euictione vltra ſimplũ, etiamſi ſit expreſsè promiſſum & *Rebuff. de dilat. art. 2. glo. 1. nu. 32.* inquit. Præterea ſi fiſcus promiſerit duplum ſi res fuerit euicta, non tenetur niſi ad ſimplum, & rei extimationẽ, vt pro notabili, & peregrina doctr. tradit *Affl. de iur. protho §. 4. not. 9 num. 26.* inquiens, ſed quæro: Ecce quod fiſcus vendidit vicino, poſtea res euincitur à vicino, an fiſcus teneatur ad euictionem: reſpondeo, & nunc dico tibi verbum vnum peregrinum, quod ille, qui habet cauſam à fiſco, re euicta, fiſcus non tenetur niſi ad ſimplum, etiamſi expreſsè ſit promiſſa euictio vltra ſimplum, & *Peregr. lib. 6. de iur. fiſ. tit. 4. de empt. & vend. rer. fiſ. num. 37.* dixit ſpeciale: ius eſt in venditionibus fiſcalibus, vt re euicta fiſcus non teneatur, niſi ad ſimplũ, etiamſi ſit expreſsè promiſſa euictio vltra ſimplum, *Bellug. in ſuo Spec. rubr. 28. de præconſ. §. poſtquam durum nu. 7.*

Et

Et quanquàm *idem Peregrinus in eodem lib. 6. tit.* 1. authoritate *Alex. in conſ.* 156. *volum.* 2. *& in conſ.* 4. *volum.* 3. tradiderit teneri Fiſcum ad intereſſe ex contrauentione contractus per eum geſti : Tamen eſt iſte alius caſus, cùm in obligationibus facti ſuccedat obligatio ad intereſſe, & quando Fiſcus promiſſa non ſeruauerit,& ex facto ſuo damnum quis patitur;tunc non poteſt aliud deberi, quàm id, quod intereſt:Siquidem nihil certum eſt deductum in contractu, & intereſſe,quod liquidabitur,illud erit ſimplũ debitum, & idem erit tali caſu intereſſe, quòd res ipſa debita cùm in alio non conſiſtat: ita *Bart.* notabiliter in *l. ſtipulationes non diuiduntur num. mihi* 60. *aliàs eſt* 40. *in verb. præterea ſi petitur factum ff. de verbor. obligatio.* Et quamquàm intereſſe rei, & pretium ſunt diuerſa, & pretium conuentum non eſt intereſſe, vt poſt alios benè declarat *Soc. in l.* 1. *C. de eo, quod intereſt num.* 23. *vſque ad num.* 39. *& num.* 127. Et propriè in materia euictionis, aliud eſt pretium conuẽtum, quo res fuit vendita, & aliud euictio, quæ importat extimationem rei tempore euictionis ſequutæ; Ita quod poteſt eſſe quãtum eſt pretium primo loco conſtitutum, poteſt eſſe plus, ſi adeſt augmentum temporis & poteſt eſſe minus, ſi res eſt deterioris conditionis ex tempore, vel quandocumque iuxta *text notab in l. titius §. fin iuncto tex. ſeq. in l. idemque ff. de actio. empti, vbi gloſ. ſingul.* diſtinguens inter actionem ex ſtipulatu,& actionem ex empto, quæ datur pro euictione,vt prima detur ad pretium primo loco conſtitutum cum duplo, ſecunda ad id, quod intereſt,& ſic æſtimatur res tempore euictionis *Idem text. in d. l. cum venderet, ff. de euict. vbi eadem gloſ. in l. euicta la ſecunda, vbi gloſ. eodem titu.* & in actione ex ſtipulatu,procedit *text. in l. ex mille §.* 1. *eodẽ tit.* Tamen in caſu *Alex.* in quo nil certum eſt promiſſum,ſed factum non adimpletum, & contrauentum; tunc nihil aliud poteſt deberi,niſi æſtimatio facti, & tunc idem erit, quod intereſſe, quod benè declarat *Dec. in eadem l.* 1. *nu.* 10 Ex quibus videtur communem eſſe concluſionem ex natura cõtractus fiſcalis exiſtente particulari fiſci priuilegio non teneri fiſcum ad intereſſe vltra rei extimationem. Et ſic dùm *Ioan. Andr. Butr. Panor. Imol. Zabar.* & communiter *Doctor.* tradiderunt in *cap ſecundo, extra de præ car.* quòd ideò in caſu *text in l ſi procurator, de iur. fiſc.* non tenet euictionis promiſſio vltra ſimplum, quia eſt vltra naturam contractus. Benè inquam dixerunt,quia ex priuilegio fiſci nõ debetur, niſi ſimplum ratione euictionis, & meritò promiſſio facta de triplo, & quadruplo,tanquàm contra naturam contractus fiſcalis non eſt ſeruanda, quod non eſt in contractibus prinatorum. Siquidem dupla eſt ex natura contractus emptionis, & venditionis;& propterea etiam non promiſſa debetur, iuxta *text. in l.* 2. *ff. de euict. vbi Bart. Bald. Ang. & omnes*, cuius tex. verba ſunt infraſcripta *ſi culpa non promitteretur, & eo nomine agatur, dupli condẽnandus eſt reus.*

Et in *l. emptor eod. titul. Emptori duplũ promitti à venditore oportet niſi alias conuenit, &c. & text. in l. ſi in venditione ff. eod. titu.* qui dixit, qnòd etſi in venditione dictũ non ſit,quãtum per venditorem pro euictione præſtare oporteat, quòd non teneatur vltra ſimplum; exponit ibi *gloſ.* hoc intellige, quando expreſsè hoc fuit conuentum, vel ex certa ſcientia fuit omiſſum, ne dupla promitteretur,& allegat *text. in d. l.* 2 *& in d. l. emptorem*, & ſimplum erit de natura rei quando eſt res vilis, dixit *Alber. ibidem per tex in d. l emptorem §.* 1.

Sed quæſo aduertatur nam articulus iſte eſt quotidianus, & maximæ conſiderationis in dies in cauſis fiſcalibus, dum habentes à fiſco cauſam,contra ipſum de euictione agũt & ſupra allegata non faciunt ad quæſtionẽ : ſiquidem vnus eſt articulus,ad quod tenetur fiſcus ex cauſa euictionis, & aliud eſt liquidato eo,quod debet, & in mora conſtitutus an ſoluat intereſſe quantitatis debitæ. Primo enim caſu facilis eſt reſolutio, nec adeſt diſcrepantia, ſi rectè aduertatur : nam duplex actio oritur ex contractu emptionis,& venditionis,vna ex ſtipulatu, & ex hac agitur ad ſimplum cum dupla, vt ſupra dictum eſt,& altera ex empto,quæ datur ex euictionis natura ad intereſſe,vt declarat *gloſ in d. l. ſi in venditione* Et in tantum eſt de natura, quod datur actio de euictione: ex empto etiamſi non ſit promiſſa iuxta *tex. in l. non dubitatur C. de euict.* ita quod vt dixi, duplex datur actio ex ſtipulatu ad pretium ſolutũcum dupla ex empto ad intereſſe bona *gloſ. in l idemq; ff de actio. empt.* quam allegat, & ſequitur *Bart in l. titius la* 1. *eod. titul. ead gloſ. in l ex mille §.* 1. *ff de euict.*

Si ergo duplex datur actio ex ſtipulatu ad ſimplum cum dupla, & ex empto ad intereſſe ex natura contractus emptionis, & venditionis,quomodo igitur practicabimus hoc cum fiſco : nam ſi ex regula *tex. in l ſi procurator*, non ſoluit duplum, vt *Doctor.* dicũt ex iſto *text.* quod ad ſimplum fiſcus de euictione tenetur, videtur benè hoc procedere in actione ex ſtipulatu, & intelligetur ſolue

re

re fiſcum ſimplum tantum, dùm alias priuatus ſolueret duplam: ſed in actione ex empto,quæ datur ad intereſſe, quod importat æſtimationem rei tempore euictionis, quæ
13 poteſt ſe habe re ad plus,& ad minus,vt ſupra dictũ eſt,non procedit diſpoſitio *tex.inl.ſi procurator & glof.& Doctor.*qui in dicto *tex.* ſe fundauerunt,pet quem deciderunt ad ſimplum tantum fiſcum teneri, non enim intelligentur reſpectu alterius actionis ſeparatæ ex empto, quæ datur ad intereſſe, quæ eſt propriè actio, quæ datur euictione ſequuta ſecundum *text.in d. l. non dubitatur, & in d. l. ſi in venditione* ad quod videtur con-
14 tradicere *glof.in d.l.2. de admin.rer. ad ciuit. pertin.* quæ loquens in venditione, & euictione ſequuta dicit fiſcum nõ teneri ad intereſſe, vel vltra æſtimationem allegat *text in d.l.ſi procurator*: & magna eſt autho ritas *glof.* & pariter *Pariſ. vbi ſupra* dixit ſpeciale eſſe in fiſco, vt re euicta ad aliquid nõ teneatur,quàm ad reſtitutionem pretij, quod accepit,& latè *Afflict. in cap. 1.de inueſtit.de re alien fact.* Eſt benè verùm, quòd omnes fundant ſe *in d.l. ſi procurator*, quæ cum loquatur de ſimplo, & duplo, videntur omnes intelligi ſecundum legem quàm allegant in actione ex ſtipulatu:ſed ſi rectè aduertatur *glof.* prædicta dicit idẽ,quòd iura pallegata: ſiquidem,vt diximus, in contractibus emptionis, & venditionis fiſcus actione ex ſtipulatu non tenetur niſi ad ſimplum, actione verò de euictione ex empto tenebi-
15 tur ad intereſſe, ſed nõ totale :verùm quatenus extimatio rei importabit tempore euictionis ſequuta per iura allegata, & hoc eſt quod *glof.dicit in d.l.2.*videlicet, Fiſcum nõ teneri ad intereſſe, vel vltra æſtimationem, & hoc pariter eſt, quod *Doctor.* tradiderũt *in d.l.* 1.*C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt* in illa quæſtione. An idem ſit æſtimatio rei,
16 quod intereſſe;& è contra:nam largo modo eſt idem, quod intereſſe, & quando non eſt quid certum promiſſum ſemper eſt intereſſe, vt latiùs *ibi* per *Dec.* & ſic non erit ſimplum reſpectiuè ad pretium primo loco cõſtitutum;nec erit totale intereſſe,ſed limitatum ad rei æſtimationem tempore euictionis,quod voluit dicere *glof.in d.l.2.*

Immò hoc dicit expreſsè,dùm dicit non teneri ad intereſſe, vel vltra rei extimationem; ergo tenetur ad intereſſe,quatenus importat rei æſtimationem,in quo concordãt iura allegata,videlicet dari actionem ex empto,quæ importat id,quod intereſt tempore euictionis ſequutæ,quod eſt ſecundum æſtimationem,quod tunc temporis fiet, vt expreſſis verbis dicit *text.in d. l.ſi cum ven-*

deret §.fin.ff.de euict. Ita quòd quãdo ſumus in euictione,quanta debebat eſſe quantitas, hoc erit ſecundum rei eſtimationem tempore euictionis paſsæ, Fiſcus enim vt eſt iuris
17 notorij nõ habet priuilegium niſi in expreſſis,& in hoc non habemus, niſi *tex. in l. ſi procurator*,qui loquitur in duplo,ſeu triplo,
18 & *text. in l. cum quidam §. Fiſcus.* loquitur in vſuris, quæ longè diſtant ab intereſſe : maximè ab intereſſe intra rem, vel circa rem debito ex natura actionis, & conſiderando damnum emergens, quod omni iure eſt debitum ; maximè ſi Fiſcus fuerit interpellatus, conuentus, & condemnatus, & ſoluere non curauit:cumq; promittendo Fiſcus euictionem promiſit factum,videlicet defendere,quod idem eſt iuris interpretatione, quod promittere intereſſe,iuxta notab. doctr.*Bart. in d. l.ſtipulationes non diuiduntur*, meritò ad intereſſe tenebitur tali caſu,& non defendendo Fiſcus vel contraueniendo,vel non reficiendo damna, & intereſſe, iuxta promiſſionem euictionis ex natura contractus, videntur in hoc propria *conſilia Alex.* ſupra allegata per *Peregr.*vt Fiſcus ad intereſſe teneatur: cum ſint omnia de natura contractus, in quo eſt propria deciſio *Ang.in d.l. 2.ff. de iuriſdict.*
19 *omn.iudic.* vbi tradit, quod data poteſtate alicui vendendi bona fiſcalia, poterit dare fideiuſſorem de euictione, & apponere omnia pacta pœnalia ſecundum morem Regionis,quem allegat & ſequitur *Barbat. in d. cap.2. de præcar.*& pœnæ,& omnia, quæ sũt de natura contractus poſſunt promitti,vt in Eccleſia tradiderunt communiter *Doctor.in d.cap.2.de præcar.* Vnde cũ actio ex empto, quæ datur ad quanti intereſt, fit de natura contractus, in tantùm quòd etiam non promiſſa euictione debetur, & differt à reſtitutione pretij primo loco conſtituti, ſequitur propterea quod debebitur intereſſe,ex natura contractus actione ex empto, in quo Fiſcus non reperitur priuilegiatus,ſed hoc intereſſe non erit vltra rei æſtimationem tempore euictionis, quia hoc intereſt ſecundum iura præallegata,hoc dicit *glof.in d.l.2. de admin.rer.ad ciuit pertin.*& hoc erit ſimplũ ſecundum *Doctor.* loquentes in terminis *tex.in d l.ſi Procurator* reſpectu dupli,quando agitur actione ex ſtipulatu, & ſic ſemper debebitur pretium ſimplum rei,ſed in actione ex ſtipulatu pretium conuentũ in actione de euictione pretium quo res æſtimabi-
20 tur tempore euictionis ſequutæ, pro quo ponderetur deciſio *Andr. in cap.1.in §. imperator, Lothar.*authoritate *glof. ibidem,de prohib feud.alien.per Fred.*vbi etiã lex feu-

dorum

dorum dixerit bonæ fidei emptorem recuperare pretium feudi venditi abſque aſſenſu, voluit tamẽ *Andr.* poſſe etiam agere ad intereſſe, qui in hoc eſt communiter ſequutus, vt ibi per *Aluar. & Affict.* de quo latiùs infra ſuo loco dicemus: vnde non inconuenit, vt actione ex ſtipulatu poſſit agi ad pretium, & actione ex empto ad intereſſe, quod erit extimatio rei tẽpore euictionis ſequutæ ſecundum *gloſ. prædictam in d. l.* 2. pro quo affert *text.* in indiuiduo hoc decidentem in *cap.* 1. *ſi de feud. vaſſ. ab aliq. interp. fuer.* ibi *ſi in eo iudicio vaſallus fuerit victus de re aliena inueſtitum fuiſſe, vt Domini vaſallo eiusdem æſtimationis, quòd erat tempore rei iudicatæ feudum reſtituat, vel nummos in feudum dandos numeret,* & idem determinat *text. in cap.* 1. *in princ. de inueſt. de re alien. fact.* vt de euictione agere poſſit, vt aliud feudum eiuſdem bonitatis, ſeu quantitatis præſtetur. Cuius æſtimationis facta liquidatione intrat prætenſum Fiſci priuilegium intereſſe non deberi, quia Fiſcus non ſoluit vſuras, & ſic ex quacumque alia cauſa, quomodocunq; ſit liquidus debitor.

De quo ſatis, ſuperq; ſemper Ego dubitaui: nam maxima eſt differentia inter vſuras, & intereſſe; in tantùm quod ſicut vſura eſt
21 etiam de iure diuino prohibita ad *text. in cap. ſuper eo, & in cap. conſuluit de vſur. in Pſal.* 14. *Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, item Leuit* 25. *& Ezech.* 18. *& Luc.* 6. *ipſamet diuina ſapientia* ait *mutuum dantes, nihil inde ſperantes*. Sic è contra omni iure permiſſum eſt intereſſe, latè *Bart.* quẽ omnes *Scrib.* ſequuntur, in *l. cunctos populos C. de ſumm. trinit. & fid. cathol.* vbi *gloſ. notab.* dicens, quod damnum paſſum non vt vſura, ſed vt intereſſe petitur; & ita refert ſeruari in Curia Romana, in qua materia dixit *Bart.* quod nihil habent poteſtatis iura ciuilia, quod latius proſequitur *Ias. ibi num* 48. *poſt Alber.* qui materiam eleganter declarat *num.* 30. *& Salic. in l.* 2. *C. de vſur.* dixit vſuras, de iure canonico peti non poſſe; intereſſe verò ſecus, & *gloſ. ibi*, dum *text.* dicit quòd rerardãs quis ſolutionem pretij,
22 vſuras emptori æquitatis ratione præſtare cogatur, quærit an hoc hodie de iure canonico ſit prohibitum, quia prohibita vſura, & dicit ſecundum opin. *Azon.* non eſſe prohibitum, quia loco intereſſe petitur, & dicitur ſolui ſecundum *Bald.* ibi in recompenſationem fundatam in naturali æquitate, ne quis locupletetur cum aliena iactura, in quo eſt elegans *tex. in l. ſocium, qui in eo ff. pro ſoc.* & ibi nõ quaſi vſuras ſed quod ſocij interſit moram eius non adhibuiſſe per quem *text. gloſ. notab. in cap conqueſtus de vſur.* dixit
23 quòd intereſſe, & damna ſecundum canones peti poſſunt, quia non ſunt vſura de quo latè *ibi* per *Abb. & in cap. cum venerabilis de excep.*

Hæc eſt communis opinio omnium, de quo per *Azon. & Hoſt. in ſumm. de vſur. Gaiet. in verb. vſura in fin verſ. quartus caſus. Summ. Armil eodem verb. nu.* 10. *Summ. Angel. in eod. verb. nu.* 15. *Sylueſtr. in eodem verb. Nauar. in ſuo manuali, & omnes* hinc *text. in cap.* 2. *de fid. inſtrumen.* vbi *gloſ. & Scrib.* dixit, quod recuperabitur pecunia cũ
24 omni intereſſe, & in Camera fiſcali, vt ſoluat intereſſe, etiam quantiplurimi conſuluit *Alex. in d. conſ.* 156. 2. *volum, & tex. in cap. fin. de nou. for. fidel.* ibi *ſi Dominus differt poſſeſſionem tradere, & omnem vtilitatem ei præſtabit,* vbi *gloſ.* allegat *text. notab. in l. ſi ſterilis §. cum per venditorẽ ff. de act. empt.* & quæ dicuntur in terminis *text in l. curabit C. eodem tit. & per Cagnol in l. vntea C. de eo, quod intereſt num.* 46. *verſ. non obſtat*
25 *authoritas Bald. ibi in* 1. *colum.* dixit enim non eſſe arguendum ex diſpoſitione iurium loquentium in vſuris ad intereſſe, quod vt dixi, fundatum eſt in naturali æquitate, ne quis locupletetur cum aliena iactura, & pro
26 abſoluto tradidit *Minado. in deciſ. Sac. Conſ.* 17. aliud eſſe intereſſe, & aliud vſurã.
27 Hinc in terminis *tex auth quę ſupplicatio C. de precib imp. offer.* decidimus in Regia Camera in cauſa Caroli Papacodæ cum hæredibus Ioan. Pauli Pagani deberi intereſſe pecuniæ ſolutæ, reuocata ſententia Præf. Præt. ponderando verba *text.* ibi *cum legitimis augmentis*, & verb. *auth.* vnde ſumitur, quodq; aliud ſit intereſſe, aliud vſura; maximè quando permiſſum eſt negotiari, & dari pecuniam ad honeſtum lucrum, ita quod non tenetur otioſa, & licet dubitatum fuit,
28 qui fructus veniant in terminis prædict. *authen.* An naturales tantum, an etiam ciuiles, & *gloſ. in l. iubemus §. ſanè il* 1. *in verb. vel acceſſionibus C. de ſacroſan. eccleſ.* voluerit naturales tantum venire conſiderando verbũ, *acceſſiones:* & ex eo, quia titulus reducitur ad non titulum, & ſic vt indebitum reperitur, qua actione naturales tantum fructus veniunt, ſecundum *gloſ. in l.* 1. *in verb actione C. de cond. indeb.* & vſura dicitur fructus ciuilis, ob quod non venit dicit *gloſ. in l. indebiti in princ ff. de condit. indeb.* Tamen hæc limitantur in cõdemnatione reſtitutionis pecuniæ, dum ea ſecundum communem curſum non ſtat otioſa, ſed ordinariè impli catur in emptionem, vel reemptionem; & propterea de communi ſtylo, cum retracta-

tur

tur ſententia, condemnatur quis ad reſtitutionem pecuniæ cum intereſſe: nam dixit *Bald. in l. 1. ff. de cond. indebit. in fin.* quod vbicumque eſt licitum negotiari, tunc etſi vſura ſit prohibita: Tamen quando quis poteſt ponere pecuniam ad honeſtum lucrum, tenetur ad hanc reſtitutionem, qui allegat *Bart. in l. Diui Seuerus ff. ad l falcid.* qui hoc explicitè dixit ex prædicta concluſione, vt ſupra firmata, quòd aliud eſt vſura, & aliud intereſſe, quod omni iure debetur ſecundum *gloſ. notab in d. cap. conqueſtus in d. l. curabit & in d. l ſocium, qui in eo, Alex in l ſi inſulã, §. vſuras ff. ſolut matri. & Fulgoſ. poſt Bar. in l. indebiti § ſed ſi nummi ff. de cond. indeb.* dicit venire etiam ciuiles acceſſiones, quando non eſt in damnum, nec in pœnam debitoris, & ratio quare tenetur ad fructus naturales eſt, quia effectus eſt locupletior: ergo eadem erit ſemper, quòd ex pecunia mea lucrum ſentit quomodocumque. Hinc *tex. in d §. etſi nummi dixit*, quòd quicquid vlucæpit, venit, ſicut dicimus in Procuratore, vt etiam indebitum exactum reſtituere teneatur *l. qui proprio §. procurator, vt in cæteris ff. de procur.* Etſi intereſſe pecuniæ ve-
29 nit etiam in contractu ſtricti iuris à die interpellationis, vel moræ ſecundum *gloſ. notab. in l. nummis ff. de in lit. iur.* Ergo multo fortius dum ſententia retractatur, cùm dici poteſt perpetuò creditorem interpellare;
30 & licèt alias non veniat intereſſe extra rem, ſed intra rem: tamen dicunt *Doctor.* quod diſtinctio illa non habet locum in pecunia, in qua, quia non dantur fructus, propterea venit ſemper intereſſe extra rem; Immò etiã venit intereſſe lucri ceſſantis: ita *Bart. in d. l. nummis*, & eſt communis ſecũdum *Iaſ. ibi* ſecùs verò quando ſumus in rebus, & ſpe-
31 ciebus debitis; & tunc procedit *text. in l. ſi ſterilis §. cum per venditorem ff. de act empti.* Pulchra deciſio, & diſtinctio *Bald. in l. cum allegas nu. 14. C. de vſur.* quicquid dixerit *in l 2. C eodem* & ſic licèt *Domin. de Franch. in ſua deciſ 120.* dubitauerit, ſi debetur intereſſe pecuniæ reuocata ſententia. Ex prædictis apparet, quomodo per veros iuris terminos deciſum eſt intereſſe deberi, quæ ſeriosè volui hic ponere, cum deciſio fuerit ſatis diſcuſſa, & penſata: & tandem cõmuni voto per hos veros iuris terminos concluſa: vnde redeundo ad queſtionem dico, quòd firma remanet concluſio longè diſtare vſuram ab intereſſe. Et poſtquàm *tex. in §. fiſcus* loquitur in vſuris, quæ tam ab intereſſe diſtant: ſequitur, quòd remanemus in diſpoſitione iuris communis, Diuini, & Canonici, atque Ciuilis, per quod indifferen ter intereſſe ſolui præcipitur, ſicut è contrà
32 prohibetur vſura, & ideò *Peregr.* dixit *in tract. de priuil. fiſc. lib 6. tit. 7. in fin. n 4.* quòd hodiè ceſſat priuilegium, de quo *in §. fiſcus* quia vſuræ omnes ſunt prohibitæ de iure canonico, & ſi deficit *text. in §. fiſcus* loquens in vſuris, & in intereſſe omni iure debito, quod tam differt ab vſura, Fiſcus legem non habet pro ſe, ergo iure communi vti oportet, cum non reperiatur expreſsè priuilegiatus, & in dubio ſic iudicandum erit, ſecundùm latiùs cumulata per *eumdem Peregr. eo. lib tit. 1. in princ.*

Rurſus *tex. in §. fiſcus* dixit, quòd Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, modo quæſo aduertatur: nam iuris explorati eſt, quòd quædam actiones debentur ex contra-
33 ctu, & quædam ex facto, veluti quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipſe admiſit.: verba ſunt *Iuriſconſ. in l. actionum genera §. actionum, cum §. ſequ ff. de act & obligat.* Vndè dùm non ex contractu intereſſe præ-
34 tenditur, in quo caſu expreſsè loquitur *tex. in §. fiſcus*: ſed ex facto ſubſequenti propter moram ortam ex interpellatione, vel ex litis conteſtatione, vel ſaltem per ſententiam, & ex hoc oritur diuerſa actio ab illa, quæ oritur ex contractu: ergo non habet locum *text. in §. fiſcus* in quo eſt punctualis deciſio *Caiet. in d. verb. vſura, in ver. noto 2. verſ. quartus caſus*, vbi tradit, poſſe exigi intereſſe à debitore cui mutuata eſt pecunia ad certum tempus, quo elapſo fuit in mora reſtituendi, & reddit rationem, quia illud non debetur ex contractu mutui, ſed ex mora.

Præterea ad idem pondero dictionem illam *ex*, dicit enim *tex. Fiſcus ex ſuis con-*
35 *tractibus vſuras non dat*, quæ dictio importat cauſam immediatam, & proximam ſecũdum *Bart. in l. 1. 4. colum. num 4 ff. de exercit. in l. eo tempore § ſeruus ff. de pecul. & in l non dubium C. de leg nu. 23.* Ergo non procedit, quando non immediatè ex contractu, ſed ex interpellatione, & litis conteſtatione mora contrahitur, & intereſſe petitur, & cũ leges præſtent vſuras ex prædictis omnibus capitibus inter ſe differentibus, videlicet ex contractu, & ex facto, & hoc ſecundo caſu, per viam interpellationis, & alios modos, quibus ſupra, quomodo volumus corrigere diſpoſitionem iurium loquentium in caſibus prædictis differentibus per iura loquentia in contractibus tantum, ad quod, vt notorium eſt, omnes iuris regulæ aduerſantur, ad *text. in l ſancimus C. de teſtam. in l. præcipimus in fin. C. de appell. cum ſuis concord.*

Vlterius de iure communi præſtabantur

vſuræ

36 vſuræ etiam ex conuentione, abſque aliqua mora, de quo *in d l. cum quidam in princ. & §. ex locato, vbi gloſ.* cui *text.* ſubſequitur *tex. in d. §. fiſcus*, qui dicit, quòd ex ſuis contractibus Fiſcus vſuras non dat, & nullum verbum in *tex.* de mora, quia vſuræ conuentionales moram non expectant, & hæc eſt propria, & naturalis vſura, ſecundum *Summiſt. & Doct.* allegatos.

Si ergo *§. fiſcus* ſubſequens dicit, quòd fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non ſoluit, quòd fundatum eſt intelligi de vſura immediatè ex contractu procedente: ergo *text.* intelligitur de vſura conuentionali debita pactione abſq; mora, ſed quæ debetur ex mora eſt loco intereſſe, & debetur ex facto, non ex contractu, non ex conuentione, nec pactione: igitur ceſſat diſpoſitio *text. in §. fiſcus.* Hinc non dicit *text.* quòd fiſcus ex mora non ſoluit vſuras, ſed quòd ex ſuis cõtractibus vſuras non dat, & ſic pactione, ſeù cõuentione, ſicut diximus, quòd ex ſuis contractibus non ſoluit duplam: nam ſi non dat, aut non debet, non datur mora, & deficiente mora deficit curſus vſurarum; immò non oriuntur deficiente matre, quæ eſt mora, di-
37 xit *tex. in d. l. quidam §. ſi pupillo*, ſicut dicimus in actione, quæ non oritur deficiente obligatione, quæ eſt eius mater, ad *tex. in l. licet §. ea obligatio, vbi gloſ ff de procur. gloſ. in rubr. inſtit. de obligat.* Et cùm dicat *text.* non dat vſuras fiſcus ex ſuo contractu ſequitur, quod non oritur obligatio, & conſequenter nec actio, & perneceſſe nulla mora deficiente obligatione, & actione, ſed data interpellatione oritur ex facto obligatio, & ex ea actio, quam parit interpellatio, & ex ea conſtituitur in mora: vnde nimirum ſi primo caſu vſuræ non debentur, quia lex impedit ortum obligationis · Secundo verò caſu obligatio contrahitur per moram mediante interpellatione ſequuta, nullo ſuper hoc legis impedimento ſubſiſtente, immò intereſſe debito recompẽſatorio omni iure permiſſo.

Rurſus prohibere vſuras debitas ex pa-
38 ctione, ſeu conuentione abſq; alia mora eſt citrà damnum tertij, hæc eſt propria, & naturalis vſura, & hæc eſt omni iure prohibita: ſed prohibere vſuras recompenſatorias, quę ſecundum omnes *Doctor. iura, & gloſ.* non ſunt vſuræ propriæ, ſed loco intereſſe petuntur, hoc eſt in tertij damnum, & contra ius ius ciuile, & canonicum, per quod mandatur intereſſe ſolui debere, & non procedere
39 iura de vſuris loquentia: Ergo *tex. in §. fiſcus* debet intelligi de vſura propria, & non de impropria, ad *text. in l. 1. §. ſi his, qui nauim ff de exercit. in l. non aliter de leg. 3.*
40 Immò verba quæ naturaliter, & ciuiliter intelligi, & interpretari poſſunt, naturaliter interpretanda ſunt *l. fin. vb. Bald. C. de his, qui veniam ętat. l. ex ea parte §. inſulam. vbi*
41 *Bart. de verbor. obligat.* & quando verba habent plures ſignificationes, quarũ vna eſſet propria, & alia impropria ſtare debemus propriæ ſignificationi, dixit *Bartol. in d. l. non aliter;* immò *idem Bartol. in l. ita vulneratus ad leg. aquil.* tradidit, quòd verba legis debent intelligi ſecundum propriam ſignificationem, & non ſecundum communẽ
42 vſum loquendi, quòd vltimum de communi vſu latè pertractat *Felin in prohem. de-*
43 *cret.* & fieri debet interpretatio, quæ tertio non præiudicet, ad *text. in l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publ.* immò verba ſunt improprianda ſecundum *Bald. in cap. ſuper eo, vbi Card & Dec. de offic. delegat. idem Decius in conſil. 689. num. 9.*
44 Dico tamen, quòd ſi volumus intelligere *textum in §. fiſcus*, quod loquatur in mora, dico inquam, quòd intelligendus eſt *text.* in mora irregulari ponderando dictionem, ſed, quæ eſt aduerſatiua ſimilibus: ita quod ſe-
45 quẽdo orationẽ negatiuã affirmat, & ſic è cõtra ad *text in l. Iulianus §. qui fundũ de verbor. obligat.* cum alijs ad propoſitum cumulatis per *Alber. in ſuo Diction. in verb. ſed.*

Dicit enim *text. Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras nõ dat, ſed accipit vt ſolet a fornicarijs, qui tardius pecuniam inferunt gloſ.*
46 ibi, *in verb inferunt*, dicit, nota re ipſa fieri moram à fiſco, & hanc ſequuntur *Doct.* communiter, dicentes eſſe fiſci priuilegium, vt mora debitorum ſuorum irregularis, & re ipſa abſque aliqua interpellatione contrahatur, de quo per *Bald. vbi laſ. in l. 1 C. de bis, quibus vt indig. Plat. & cæteri in l. 1. C. de fiſcal vſur. lib. 10. latè Peregr. vbi ſupra tit. 2. lib. 6.*

Si igitur *text.* intelligitur de mora irregulari reſpectu debitorum fiſci, & loquitur per dictionẽ, ſed, primo caſu aduerſatiuam, qui erat, quòd fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non præſtat: ergo intelligendus erit de mora irregulari, vt niſi interpellatus nõ ſoluat, & poſtquàm idem priuilegium habet minor & pupillus, vt re ipſa in ipſorum beneficiũ
47 irregularis mora contrahatur ex regul. *text. in l. minorum C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ gloſ. mag. in l. mora vbi Scrib ff. de vſur. Io. de Plat. Pyr. & cæteri*
48 *in d. l. 1. de fiſcal. vſur.* dicendum erit propterea, quod ſicut in minore, in pupillo in ipſorum damnum mora contrahitur ex inter-

ſerpellatione ipſis facta cum tutoris authoritate, vel ipſi Tutori congruo loco, & tempore, ad *tex. in l. ſed etſi ſtipulatus, de verborum obligat. Doctor* communiter *in l. ſi ex legati cauſa eodem tit.* propter quod tenetur de interitu non ſolùm ad vſuras ex mora, qui eſt proprius effectus illius, dixit *gloſ. in d. l. mora, & text. ibidem in §. bonæ fidei*, immò nondum tenebitur pupillus de interitu, ſed etiam operabitur mora augmentum obligationis, puta, quo ad commiſſionem pœnæ conuentionalis, de quo latius per *Alexand. in d. l. ſi ex legati cauſa num. 15. vlt. notab.* Igitur idem dicere debemus in fiſco arguendo de pupillo, & minore ad fiſcum,
49 quod argumentum in iure eſt validum, vt latius poſt *Euerard.* firmat, & cumulat *Peregr. vbi ſupra lib. 5. tit. 2. num. 7. & ſeq.* Ex quibus omnibus apparet, quòd allucinati ſunt, qui ſimpliciter dixerunt, fiſcum non ſoluere vſuras ex mora, per *tex. in d. §. fiſcus* non ponderauerunt verba illius *text.* loquuti fuerunt inaduertenter, ſic perfunctoriè, per tranſennam: non autem ex profeſſo, & melius loquuti fuerunt cæteri communiter, qui dixerunt per illum *tex.* Fiſcum ex ſuis contractibus vſuras non ſoluere, & nihil loquuti fuerunt de mora, quia nec verbum quidē de ea in illo *text.*

Et ſic reaſſumendo dico, quòd ſi fiſcus cō uenitur ratione euictionis ſequutæ actione ex ſtipulatu, non tenetur, niſi ad ſimplum pretium rei primo loco conſtitutum, nulla habita ratione augmenti, temporis, vel cuiuslibet alterius intereſſe.

Si verò conuenitur actione ex empto de euictione tenebitur pariter ad ſimplum pretij rei non primo loco conſtituti: ſed prout valet res tempore euictionis ſequutæ; & hoc eſt, quod dixit in ſpecie *gloſ. in d. l. 2. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* quo caſu poteſt eſſe plus, & minus, & in hoc non intrat articulus; ſi Fiſcus ſoluit, vel non ſoluit vſuras: ſed tātum tractatur, ad quid tenetur ratione euictionis ad duplum, vel ad ſimplum, & hoc ſimplum, quomodo conſiderabitur.

Dùm verò Fiſcus, aut ex cauſa prædicta eſt liquidatus certus debitor, vel alia quacumque cauſa: an ſoluat intereſſe: & in hoc procedunt ſupra allegata, conſtituendo differentiam inter vſuras, & intereſſe, inter vſuras debitas actione ex contractu, vel ex facto, debitas ex cōtractu, immediatè, pactione, vel cōuentione, vel extra contractū mediā te mora ex interpellatione cauſata, in mora irregulari, non autem in mora regulari, & ex facto, ex quo non impeditur ortus obli-
50 gationis, & actionis ad intereſſe conſequendum omni iure permiſſum, & demum non procedat in vſuris rei iudicatæ, quæ debentur propter authoritatem iudicati, & ſentētiæ non dependentis ab obligatione, vel contractu, pro quo eſt *text. in l. 1. & tot. tit. C. de vſur. rei iud.* nàm exiguntur, vſque ad quantitatem probabilis intereſſe, & ſuccedunt loco diſpoſitionis legalis, vt notab. dicit *Bald. in l. 2. eodem tit. de vſur. rei iud. in princ.* quo caſu non ſunt vſuræ, ſed intereſſe, & ſic nil commune *text. in § fiſcus* qui loquitur de proprijs vſuris debitis ex contractu, quæ ſufficit attigiſſe, vt anſam præbeam ſupremis Iudicibus perſcrutandi altius materiam, & in Regia Camera diuerſæ reperiuntur factæ deciſiones, vt in cauſa Ducis Nuceriæ, & Baronis Marturani, & alijs, quæ poterunt videri.

SVMMARIVM.

1 *Læſio in contractibus fiſcalibus, an requiratur vltra dimidiam, ſeruata forma text. in l. 2. C. de reſcin. vend.*

2 *Tex. in l. 2. C. de reſcind. vendit. procedit etiā in bonis Eccleſiaſticis.*

3 *Læſio minor dimidia ſufficit quando in contractu fiſcali interuenit fraus aut gratia.*

4 *Deciſio recenſetur alias facta in venditione per Proregem celebrata rei fiſcalis, vt læſio vltra dimidiam requiratur, & num. 43. 44. 45.*

5 *Text. in l. 2. de reſcind. vendit an habeat locum in venditione facta cum Iudicis decreto, vel cum ſubhaſtatione, & quomodo intelligatur nu. 11.*

6 *Læſio vltra ſextam tantum ſecundum communem practicam, & deciſiones ſufficit in venditione facta ſubhaſta tàm rerum fiſcalium, quam aliarum rerum, quæ ad inſtiā tiam creditorum, à Iudicibus venduntur perſonam debitorum repræſentantibus.*

7 *Contrahentibus, licitum eſt inuicem ſe decipere.*

8 *Recenſetur doctrina Bart. in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſoc. ad limitationem text. in d. l. 2. & ſecundum hanc deciſionē refertur iudicatum.*

9 *Factum Iudicis, dicitur factum partis fictū.*

10 *Venditio rei fiſcalis habet multa requiſita. & inter cætera, vt vendatur iuſto pretio, etſi aliquid ex requiſitis defecerit, venditio irritatur.*

12 *Text. in l. 2. C. de reſcind. vend. quomodo habet locum in tranſactione.*

13 *Læſio in arbitramento ſufficit in ſexta.*

Re

14 *Regula, quòd licitum eſt cõtrahentibus inuicem ſe decipere, non procedit, quando Iudex vendit nomine debitoris, præterquàm ſi modica eſſet læſio.*

15 *Minor habet reſtitutionem, ſed non in modicis.*

16 *Text. in l. & ſi ſine §. quæſitum ff. de minor. declaratur.*

17 *Fiſcus, minor, & Eccleſia habent remedium reſtitutionis in integrum vltra remedium text. in d. l. 2. de reſcind. vendit. & nu. 18.*

19 *Doctr. Pelleg. refellitur.*

20 *Text. in l. 3. & in l. ratas C. de reſcind. vendi. & in l ſi hypothecas C. de remiſſ. pignor. declarantur.*

21 *Deciſio Alb. in l. etſi ſine §. quæſitum ff. de minor. & Afflict. in deciſio 240. declarantur, ſic doctr. Rom. Alex. & aliorum & nu. 22.*

23 *Deciſio gloſ. & Bart. in l. 1. §. magni pretij ff. de iur. fiſc. declaratur, & nu. 25.*

24 *Venditio rei fiſcalis facta per fiſcum abſque ſubhaſtatione eſt penitus nulla.*

26 *Procurator vnus eſt fiſci, & alter Cæſaris, & ibi ponitur differentia inter vnum, & alium.*

27 *Procurator fiſci habet mandatum à lege limitatum, quòd non eſt in Procuratore Cæſaris, qui omnia explicat ex mandato ſui principalis.*

28 *Omnia, quæ fiſci ſunt, ſunt pariter Cæſaris.*

29 *Differentia inter poteſtatem datam à lege, & datam ab homine.*

30 *Princeps, vel procurator ab eo conſtitutus poteſt vendere abſq; ſubhaſtatione, quia eſt dominus, & ſupra leges, quę non habent locum in Procuratore fiſci; & ita deciſum, & nu. 31.*

32 *Gloſ. in l. 1. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt fiſc. communiter ſequuta vt inter cætera requiſita in venditione rei fiſcalis ſit iuſtum pretium, cum qua eſt communis, vt deficiente aliquo ex requiſitis per d. gloſ. venditio rei fiſcalis, ſit nulla, & nu. 33.*

34 *Læſio qualibet ſufficie data ſpecie fraudis vel gratia, alias ijs deficientibus, non qualibet læſio ſufficit, ſed ad minus requiritur in ſexta.*

35 *Læſio in contractibus fiſcalibus vltra ſextã vel vltra dimidiam operatur nullitatem contractus, & propterea datur vendicatio, & reſtituitur res cum fructibus, quia reſcinditur contractus, ex tunc, non vt ex nunc, & nu. 41.*

36 *Text. in l. 1. C. ſi vend. pig. agatur, limitatur in fiſco.*

37 *Suppletio pretij non datur, quando in venditione interuenit dolus.*

38 *Dolus ex propoſito, aut incidens ex priuilegio fiſci differunt à dolo re ipſa, ob quod non datur ſuppletio.*

39 *Suppletio datur in venditione facta ſubhaſta, & ita deciſum.*

40 *Supplementum iuſti pretij intelligitur vſq; ad verum rei valorem attento tempore contractus.*

42 *Venditio rerum fiſcalium dicitur tàm reſpectu venditionis propriorum bonorum fiſci quàm etiam ei obligatorum, dùm ad illius inſtantiam venduntur, & dicuntur omnes contractus fiſcales, ob quod eadem ſolemnitates requiruntur.*

43 *Priuilegia conceſſa fiſco intelliguntur conceſſa Cæſari, quando tamen non adeſt diuerſitatis ratio, & nu. 44.*

45 *Doctrina Luc. de Pen in l. 1. C. de fund. patrim. declaratur.*

46 *Princeps non habet reſtitutionem aduerſus contractum ab ipſo geſtum, quòd ſecus eſt in fiſco.*

47 *Bona patrimonialia, & fiſcalia quomodo differant remiſſiuè.*

48 *Læſionis remedium quomodo fundatur aduerſus licitationem ex maiori oblatione, ſecundum communem Practicam, & deciſiones factas, & quæ in dies fiunt, ſicut in rebus minorum, & Reipublicæ, in quo videtur pugnare inuicem deciſiones Guid Pap. & Afflict. & quid de Gabellis, & alijs, quę ſubiectæ videntur fortuitis caſibus, & num. 49. & 56.*

50 *Fiſcus in ſuis venditionibus habet pactum adiectionis in diem.*

51 *Licitator primus non liberatur per maiorẽ oblationẽ alterius, quæ non fuit adimpleta.*

52 *Priuilegium adiectionis in diem non habet Ciuitas in ſuis venditionibus.*

53 *Oblatio maior ſemper admittitur infra tempus præfixum venditionis rei etiam quòd fuerit licitata, & alteri liberata, ſecus verò elapſo tempore, quando res iuſto pretio fuit licitata.*

54 *Oblatio maior admittitur contra conductorem temporalem finito tempore locationis, dùm ille vult perſiſtere in conductione, uerùm datur prælatio primo conductori idem offerenti, & etiam infra tempus locationis maior oblatio admittitur, quòd non procedit in perpetuis locationibus niſi tempore contractus nu. 58.*

55 *Fiſcus, Reſpublica, & minor reſtituuntur ad lucrum, & ſic propter maiorem licitationem, ſed non ſufficit qualibet læſio, ſed conſiderabilis, & propterea practica eſt, vt ſit in ſexta*

57 *Deciſ. Alber.& Afflict in quo caſu procedãt, declaratur.& nu.60.*

59 *Text in l ſi tempora de fid.inſtr.& iur. haſt. fiſcal declaratur.*

61 *Deciſio Luc. de Penn.in l. congruit declaratur,*

62 *Deciſio facta per Regiam Cameram recenſetur facta relatione in Collaterali Conſilio, admittendo maiorem oblationem aduerſus licitationem factam,traſcendentem tamen ſextam,*

63 *Venditio redditũ ad vitam, quàm leſionẽ requirat,ac de eius validitate:Remiſſiuè, vbi quid in venditione facta ſuper donatiuis à Regno fieri ſolitis.*

64 *Venditio pro certo pretio ſoluendo infra certum tempus,vel quandocumq; cum pacto, quod interim certum ſoluatur intereſſe, quomodo erit valida,& non vſuraria.*

65 *Tex in l.curabit C.de act empt. intellectus, quòd intelligatur de mora irregulari reipſa contracta.*

66 *Mora regularis contracta per interpellationem,vel per lapſum temporis parit intereſſe damni emergentis.& lucri ceſſantis in eo tamen,qui ſolitus eſt ſuam pecuniam implicari in emptionem.*

67 *Vſuræ ex mora regulari non petuntur, vt vſuræ,ſed vt intereſſe.*

68 *Conuentio de ſoluendo certo intereſſe pendente dilatione data ad ſoluendum pretium eſt valida ſecundùm communem concluſionem Doct. & ibi ratio, etiã quòd fructus rei excedat nu.69.*

70 *Deciſio Paul de Caſtr.in l.2.C.de vſur.commendatur qui dixit præſtari debere intereſſe ſecundum morem Regionis,etiam, quod fructus rei venditæ excedat,& ibi latiſſimè de ratione, & de communi opinione.*

71 *Conſuetudo contrahendi cum pretio conuento ſoluendo infra certum tempus, & interim conuenitur de certo intereſſe, etiam quòd fructus excedat,& nu.73.*

72 *Doctrina Paul.de Caſtr.in l. Iulianus §. vẽditio ff. de act. empti declaratur procedere in intereſſe tranſcendente fructus rei venditæ in magna quantitate.*

74 *Deciſio Rotæ Genuenſis notatur.*

75 *Conuentio intereſſe pretij rei ſterilis valet.*

76 *Intereſſe dotium poteſt taxari ad certam rationem,donec dos non ſoluatur.*

77 *Opinio Theologorum, valere conuentionem, & deberi intereſſe in emptore conſueto non tenere pecuniam otioſam, ſed conuertere in emptionem.*

ARGVMENTVM.

In contractibus fiſcalibus, quæ læſio requiratur: An vltra dimidiam, vel vltra ſextam, quid in venditione facta ſubhaſta,quid in minore,& Eccleſia, quid quando vendit Prorex, vti Regis procurator; An data læſione in contractu fiſcali habet locum ſupplementum pretij,& quantum debet cõtineri, etſi non datur ſupplementum, an reſtituatur res cum fructibus paria ſunt, quod vendantur bona fiſcalia, vel fiſco obligata, priuilegia competentia fiſco competunt Cæſari, & quid quando læſio non eſt vltra dimidiam, nec vltra ſextam, ſed in vẽditione interuenerit gratia,aut fraus, quid in licitatione: An reſtituatur fiſcus,minor,vel Reſpublica ad lucrum,quid de redditibus in vita, & quid in venditione facta pro pretio ſoluendo infra certum tempus,vel quandocumque,& interim cõuentum eſt,vt ſoluatur certum intereſſe:An illa valeat,& quid de conſuetudine.

§. V.

1 SED quæ læſio requiritur, vt contractus venditionis per Fiſcum factus reſcindatur, quòd aliàs fuit maximè diſceptatum & *gloſ.in l.1.§. magni pretij,ff de iur.fiſc.* tradidit requiri læſionem vltra dimidiam,ſeruata diſpoſitione *tex.in l.2.C.de reſcin vendit.* quam ſequitur ibi *Bart.* quæ diſpoſitio,cùm etiam
2 ſeruetur de iure canonico in bonis eccleſiaſticis ad *text.in cap.cum cauſa de emptio.& vend.vbi Scrib.* videtur, quòd idem dicitur
3 eſſe in fiſco, niſi in venditione incidiſſet fraus,aut gratia;nam tunc minor læſio ſufficeret, & ſic procedit *text. in l. ſi minori C. de iur fiſc.lib.*10.*vbi gl.& Doctor.* & ꝑ prædicta idem tradit *Peregr.in tract de iur.fiſc. lib.6 tit. 4.num.8.* Eſt deciſio punctualis *Odoffr.in eadem l.ſi minori,& in l.2.C.de fid. inſtr. & iur.haſt.fiſc.lib.*10.licet ſe remittat ad dicta *in d.l.ſi minori*: ſecundùm quꝙ fuit deciſum in cauſa Franchi Larcarij Conſer-
4 uatoris Regij Sigilli cum Regio Fiſco,vt *in meoconſ.53.volum.1.*

5 Quæ deciſio videtur, quòd habeat communem *Doctor.* opinionem, dùm faciunt quæſtionem: an *text. in l.2.* habeat locum, quando venditio eſt facta, atque confirmata Iudicis decreto,vel ſubhaſta, & dixerunt habere locũ,de quo per *Alex. & Rom. in l. ſi quis cũ aliter,de verb. oblig.* & de cõmuni refert *Cagn.in d.l.2.n.157.& ibi Pinell.ibidẽ*

2.*par.*

2. *par.cap.2.nu.25.Crem. num.* 102. *&* 104. *ibi etiam Padill.*

Sed quæſo aduertatur, nam indifferenter,
6 & communiter practicamus in noſtro Regno, tam in venditione rerum Fiſcalium, quàm aliarum, quæ ad inſtantiam creditorũ venduntur, quòd ſufficiat læſio in ſexta. De quo per *D.de Franch. in dec.* 120. ex eo, quia cum hæ venditiones fiant à Iudicibus mediantibus ſubhaſtationibus, quòd eſt vnũ de neceſſarijs requiſitis in talibus venditionibus iuxta *tex. in d.l.*1. *& tot.tit. C. de fid. inſtr. et iur.haſt.fiſc. vbi glos. & Scrib. & per Peregrin. vbi ſupra in l. ordo C.de exequ. rei iud.* Tũc quia vẽditiones nõ fiunt à proprijs
7 partibus, quæ dùm voluntariè contrahunt, licitum eſt eis inuicem ſe decipere, ad *text. in l. in cauſæ la* 2. *§. pen. ff. de minor. in l. item ſi pretio §. fin. ff. locati, & Bald. in rubric. C.de contrab. empt. q.* 12. dixit quòd venditor vendendo viliùs, ipſi ſibi iniuriam facit, & propterea de ſe conquęratur, niſi excederet dimidiam, quo caſu limitatur prædicta regula; quòd licitum eſt contrahentibus inter ſe decipere.

8 Hinc dixit *Bartol. in l. ſi ſocietatem in §. arbitrorum ff. pro ſocio*, quòd non procedit *text. in l.* 2. qui loquitur de voluntarijs venditionibus, quæ fiunt à partibus, & ob id tradit ſufficere læſionem in ſexta parte, quã limitationem etiam ſenſit *Alex. in l. ſi quis arbitratu in fin. de verbor. obligat. Cremat. latiùs in repet. d.l.* 2. *num.* 152. *verſ. tertio limito*; & ſecundum hanc *Bartol.* deciſionem indifferenter fuit iudicatum, & iudicamus, de quo etiam per *Add. ad deciſ. Afflict.* 340.
9 dicentes, quòd etſi factum Iudicis reputetur factum partis certo modo: Tamen eſt factum fictum; & non habet Iudex eamdem diſpoſitionem rei, quam habet pars principalis; & idem tradit *D. Præſidens de Franch.*
10 *in deciſ.* 224. Et fuſius tenuit *Nicol. de Neap. in d.l. ſi minori* dicens, quòd cum inter cætera requiſita poſita p̃ *Odoffr.* in vẽditione rei fiſcalis ſit principale, vt res vendatur iuſto p̃tio, etſi aliquid ex requiſitis defecerit contractus irritatur, quòd dixit per prius *gloſ. in l.*1. *vbi Doctor. C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſc. lib.* 10. *vbi Scribent.* commnniter: Concludit propterea, quòd quælibet læſio in contractu fiſcali ſufficere debet; & non procedit *text. in d.l.* 2. quod etiam videtur tenere *idem Odoffre. ibidem* 2. *colum. circa mediũ, verſ. Erat enim iſte contractus, & Pyrr. in eadem l.* notat, quod *text. in l.* 2. non habet locum, cum tractatur de ſubhaſtatione, & venditione fiſcali, quòd per prius ibi latiſſimè dixit *Ioan. de Plat.* cuius infraſcripta ſunt verba.

Item numquid requiritur id, quòd res ſit vendita minori pretio dimidia iuſti retij, ſicut aliàs in l. 2. C. de reſcin. vendit. *Dic, quòd non, quia habet locum etiam citra dimidiam, vt hic in* glos. *ex quo nota, quod* lex ſecunda ſupra de reſcind. venditio. *non habet locum in venditione facta per Fiſcum cum ſubhaſtatione, & ad* gloſſ. ff. eodem l. 1. in princ. in gloſ. in verb. magni pretij, hæc Plat.

Et *Pinell.* dum tractat articulum, an habeat locum remedium *l.* 2. in venditione facta cum decreto Iudicis, & etiam cum ſubhaſtatione tradit tanquam nouum, & ab alijs non ponderatum, firmiterq; tenet in vẽditione rei fiſcalis, ſufficere læſionem infra dimidiam *ibi* 2. *par. cap.* 2. *nu.* 24. *verſ. vnum verò, & num.* 27. *verſ. denique.*

Et illa communis *Doctor.* opinio, quod *text. in l.* 2. habet locum in venditione cum,
11 decreto, & cum ſubhaſtatione, aduertatur quòd nihil facit ad caſum: nam articulus diſputatus principaliter ibi non fuit circa quantitatem læſionis: ſed an contractus firmus, remanere habeat, non obſtante læſione prætenſa in qualibet quantitate: an verò poſſit dari reſciſſio, & remedium læſionis ſecundum reg. *text. in l.* 2. & ſic circa remedium læſionis, non autem circa quantitatẽ, prout eleganter ſic reſpondet *Cagnol. in dict. l.* 2.
12 *nu.* 85. Nam *Doctor.* diſputauerunt an *text. in d.l.* habeat locum in tranſactione, & communis eſt cum *Bart.* vt locum habeat inſpecto dubio litis euentu; qui *Bart.* ſubſequenter *in d.l.* 2. dicit idem eſſe in arbitramẽto, quaſi quòd ſit ſpecies tranſactionis; & pariter eſt communis opinio cum *Bartol.* aduer
13 ſus quem dum *Anton. de Burg. in cap. cum cauſa de emp. & vendit.* impugnauerit argumentum de tranſactione ad arbitramentum ex eo, quia in eo ſecundum eumdem *Barto. in d. §. arbitrorum*, ſufficit læſio in ſexta, ꝙ non eſt in tranſactione, reſpondet *Cagnol.* quod *Bartol. in d.l.* 2. voluit tantum determinare, quòd detur læſio, ſicut in tranſactione: ſed non tractauit, quanta debeat eſſe, ſi ultra dimidiam, uel ultra ſextam, quod demum determinauit in *d. §. arbitrorum.* Cuius opinionem ſequutus eſt *Alex. in d.l. ſi quis arbitratu nu.* 25. *Crem Cagnol. &* communiter *Scrib. in d.l.* 2.

Et regula illa, quod licitum eſt contrahentibus, inuicem ſe decipere, fundatur in
14 libera voluntate contrahentium, qui poſſint in rebus proprijs ſibi ipſis præiudicare, & iactare ſuum, quod non eſt, quando Iudex vendit, & lex requirit iuſtum pretium, cui iudici denegata eſt poteſtas

donandi, aut vendendi aliter, quàm pretio iuſto, & propterea in modico illi permiſerunt *Alexan. in d.l ſi quis arbitratu:* Sicut dicimus in minore, qui habet ruſticationem; ſed non in modicis ad *text. in l. ſcio ff. de reſtit. in integr. gloſ. in d. l. in cauſa la 2. §. pen. ff de minor.* quod demum *Doctor.* declarauerunt conſiſtere in ſexta, vt illa læſio ſufficiat: & hoc eſt, quod dicit *text.* elegãs
16 licet vulgatus *in l. etſi ſine §. quæſitum ff. de minor.* dum *text.* præcedens in *§. fin.* dixerat, quod etiam in lucro minoribus ſuccurratur. Dicit enim *text. in §. quæſitum,* quod hoc circumſpectè eſt faciendum, & *text. in l. quod ſi minor §. non ſemper eod. tit.* quando manifeſta circumſcriptio, aut negligentia detecta ſit, quod demùm *Doctor.* arbitrati ſunt in ſexta, & in principalibus vendentibus in læſione vltra dimidiam.

Nec hoc apparere debet exorbitans, ſi-
17 quidem minores, Eccleſia, & Fiſcus vltra remedium *d.l.* 2. habent remedium reſtitutionis, quo caſu ſufficit læſio minus dimidia, & licet aliqui dubitauerint, ſi quando com-
18 petit remedium læſionis vltra dimidiam, cõpetat etiam hoc reſtitutionis, quod eſt pinguius: tamen communis eſt cum *Bal.* contra *gloſ.* & *Bartol. in l.* 1. *C. ſi aduerſ. fiſc. Abb.* & *Barbat. in d. cap. cum dilecti, de emptio.* & *vend. Cagnol. in d. l.* 2. *num.* 105. *Pinel.* 3. *par. cap.* 1. *num.* 14 *poſt Cremat. nu.* 54. 12. ampliat. & *Bald.* & *Salic. ibidem D. de Franch. in deciſ.* 248. & quòd Fiſcus læſus reſtituatur, pulchra *deciſio Guido. Papæ* 302. quem allegat, & latius proſequitur *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 7 Qui *Peregr.* licet *ibi num.* 13. dixerit parce ſubueniri fiſco
19 in contractibus rerum ſuarum ad illorum reſciſſionem per *text. in l.* 3. & *in l. ratas C. de reſcind. vendit.* & *in l. ſi hypothecas C. de remiſſ. pign.* & inſuper tradit non reſtitui fiſcum tanquam læſum aduerſus licitationem factam propter maiorem oblationem authoritate *Alberic. in d.l. ſi ſine §. quæſitum, de minor.* & *Affict. in ſua deciſ.* 340. & amplius ſe remittit ad dicta *in eodem lib. tit.* 4. *num* 9. vbi authoritate *gloſ.* & *Bartol. in d. l.* 1. *de iur. fiſci* dicit Fiſcum ob læſionem vltra dimidiam poſſe contractus ſuos reſcindere, ſubdens, quod magis communiter hoc tenent *Doctor.* videlicet *Rom.* & *Alexan. in d.l. ſi quis cum aliter Crem. Cagnol.* & *Pinel. in d. l.* 2.

Tamen ſe decipit *Peregr.* & *iura* per ipſum allegata minimè hoc probant, nec eius authoritates, exceptuatis *gloſ.* & *Bart. in d. l.* 1. ſupra in princ. huius quæſtionis relatis, & ex *Doctor.* ſupra allegatis demonſtratum eſt eſſe cõmunem opinionem contrariam, vt ſufficiat læſio infra dimidiam, & ſic in ſexta
20 *text. enim in l.* 3. & *in l. ratas* dicunt, quod venditiones perfectæ non ſunt reſcindendæ, nec ad inſtantiam fiſci, nec ad inſtantiam priuati, quodq; non probatur læſio ex hoc, quòd fundus maiori pretio fuit comparatus, quàm venditus fuit: ſed de quantitate læſionis nullum verbum *text. in l. ſi hypothecas,* idem immò ille *tex.* probat indubitatè: quòd datur reſciſſio venditionis factæ ſub haſta, quando adeſt iuſta cauſa: ibi *nàm Fiſcalis haſtæ fides facilè conuelli non debet:* ergo datur reſciſſio, ſed non facilè, vt ſic dicamus data læſione, vt *Doct.* communiter concludunt, datur reſciſſio, qui dixerunt ſufficere in ſexta, & ſic iudicatur, & practicatur.
21 Deciſio. *Alber. in §. quæſitum, & Affict.* 240. non ſunt ad caſum, ibi enim non tractatur de quantitate læſionis, vt eſt articulus, de quo diſputamus; ſed ꝙ nullo modo dicamus de læſione ex maiori oblatione aduerſus licitationẽ factã; nam hoc ſolũ dicit *idẽ Peregr.* nõ ſufficit ad probandam læſionem & tractatur de lucro, quod quomodo procedat, dicemus inferiùs.

Rom. Alex. & alij in l. ſi quis cum aliter
22 *Crem. Cagnol. Pinell. & cæteri in d. l.* 2. pœnitus non loquuntur in Fiſco: ſed tantum tractant, vt diximus, an detur remedium læſionis iuxta terminos *d.l.* 2. aduerſus venditionem factam cum decreto, & ſubhaſtatione; ita quod vltra, quod non tractant de fiſco, articulus diſputatus non fuit in quantitate læſionis, ſi ſufficit infra dimidiam, vel ſit neceſſarium, quod ſit vltra dimidiam: ſed an admittatur remedium læſionis aduerſus venditionem factam cum decreto, vel ſubhaſtatione, & perfunctoriè, & obiter dixerunt dari remedium *d.l.* 2. ad oppoſitionem alterius opin. *Ang.* & *aliorum*, qui voluerunt venditiones cum decreto, & mediante ſubhaſtatione reijcere talem exceptionem, quia præſumitur iuſtum pretium, & omnia ritè proceſſiſſe, & per iudicem cognita, cuius cõtrarium dicit *Bart.* communiter in hoc ſequutus *in l.* 1. *C. de præſcr.* 30. *ann.* nam hęc inducũt tãtũ præſũptionẽ, ſed nõ ꝓfectã ꝓbationẽ, q̃ ꝓſũptio ex ꝓbationibus poſtea factis cedit veritati, & *Pinell.* quẽ allegat *Peregr.* dicit totum oppoſitum, vt ſufficiat læſio infra dimidiam.
23 Ex his ſaluãdo *gl.* & *Bart. in d.l.* 1. dicam⁹, vt ꝓcedãt, quãdo Fiſc⁹ vult vti remedio *l.* 2. in terminis *tex. in d.l.* 1. *de iur. fiſc.* põderãdo verba illa *magni* p̃tij rẽ *minoris ex fiſco* cõ *parat*ę, *et gl* declarando *illa* verba dicit: *Dicas de deceptione vltra dimidiã iuſti* p̃tij, ita

quod

quod non diſponit *text.* quod requiratur magnum pretium, ſed ponit contingentiam caſuum, ex quibus bona fiſco deferuntur, & inter cæteros ponit hunc caſum, quando res magni pretij minori à fiſco comparata eſt, quod non eſt in terminis *l.* 2. vbi declaratur rem maioris pretij venditam minori pretio vt hoc intelligatur vltra dimidiam, loquendo generaliter, & indifferenter: ſed ſi non eſſet res magni pretij comparata minori vltra dimidiam, ſed infra dimidiam, non dicit *gloſ.* nec *Bart.* quod non daretur fiſco læſo remedium reſciſſorium, quod dixerunt alij *Scrib.* ſupra notati, & ſignanter *Pinel.* quē *Peregr.* allegat pro ſe, hoc in indiuiduo cōtra ipſum decidit, & dicit eſſe nouam aduertentiam, vt ſupra notatum eſt, ad quod facit, quòd ſupra adnotauimus ex communi *Doctor.* reſolutione, videlicet dari Fiſco, minori, & Eccleſiæ duplex remedium, videlicet ordinarium *d. l.* 2. & ſic benè dicunt *gl. & Bart.* & extraordinarium reſtitutionis in integrum, quòd pinguius prouidet, quia tūc ſufficit læſio infra dimidiam.

Sed vlterius quando res venditur ſubhaſta, vt diximus, ſufficit læſio in ſexta iuxta cōmunē doctrinam *Bartol. in d. § arbitrorū*, quæ ſolemnitas omnino requiritur in venditionibus fiſcalibus, taliter quod ſine ea ſunt
24 illæ pœnitùs nullæ, ſecundum *tex. in d. l.* 1. 2. *& tot tit. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſc. lib.* 10. & propterea quæſo aduertatur nam *Io. de Plat. in d. l. ſi minori*, myſterioſe loquendo dixit illa verba ſupra relata, videlicet *text. in l.* 2. non habere locum in venditione facta per Fiſcum cum ſubhaſtatione & ſic dicit limitari *gloſ. in d. l.* 1. quaſi, quod detur venditio fiſcalis abſque ſubhaſtatione, & *Pyrr. ibidem* quod *tex. in l.* 2. non habet locum, dum tractatur de ſubhaſtatione, & venditione fiſcali, quæ ponderatione exi-
25 ſtente dico dictum *gloſ.* & *Bart.* procedere, quando non interuenit ſubhaſtatio, & vendit Cæſar, aut Cæſaris Procurator, ſiquidē dupliciter conſideratur in hac materia Pro-
26 curator. Vnus enim fiſci, & alter Cæſaris ſecundum *gloſ. in d. l.* 1. *de fid. inſtrum. &*
27 *iur. haſt. fiſc.* & Procurator Cæſaris dicitur Procurator ſuus, & quod explicatur, eſt vigore mandati ſui principalis, non autem hoc eſt in procuratore fiſci, qui habet à lege poteſtatem limitatam, quando, & quomodo vendere debeat, licet omnia, quæ fiſci
28 ſunt, pariter ſunt Cæſaris, Principis, aut Rei publicæ, vt authoritate *Bald. & aliorum* tradit idem *Peregr. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 7. eſt *text.* punctualis licet vulgatus in *l. benè à Zenone*
29 *C. de quadrien. præſcript.* & magna eſt differentia inter poteſtatem datam à lege, & datam ab homine: Nam primo caſu etiam, quòd quis habeat adminiſtrationem cum libera à lege, non poteſt tamen alienare, niſi faciat conditionem Domini meliorem. Secundo verò caſu ſecus, ita *Bald. in l.* 1. *ff. de offic. proc. Caſ. Iaſ. in l procuratorem C. de eden.* & inter cætera requiſita primo caſu debet vendere iuſto pretio cum decreto, & ſubhaſtatione iuxta trad. *in d. l. ſi minori, & in d. l.* 1. & communiter *Scrib.* in venditione rei fiſcalis: ſed in Principe, vel eius Procura-
30 tore dicit *Iacob. in tract feud. in verb. principes num.* 10. *verſ.* 3. non reperiri iure cautum, nec vnquam obſeruatum, vt in venditione facta per eum requiratur ſubhaſtatio, & *Bald.* qui pro contrario allegatur in *l.* 1. *C. de hæred. vel act. vend.* loquitur in Camera fiſcali, idemq; tradit *Afflict. in Conſtitut. Reg. incip. Dohana ſecreti not.* 7. *ibi fateor, quod quando vendit ipſe Rex non requiritur ſubhaſtatio*, & ſic in Prorege vendente vti Regis Procuratore cum ſpeciali mandato, quòd illis ſolitum eſt fieri, deciſum eſt non requiri ſubhaſtationem vti iure priuati, & neceſſariam eſſe læſionem vltra dimidiam ſecundum terminos *text. in d. l.* 2. in quibus terminis procedit dictum *gloſ. & Bartol.* Secus verò quando venditur à Regia Camera, ita deciſum eſt in d. cau-
31 ſa Franchi Larcarij Conſeruatoris Regij Sigilli cum Regio Fiſco, qui prætendebat nullitatem ex defectu ſubhaſtationis, quia vendidit Prorex, vti procurator, & etiam prætēdebat læſionem infra dimidiam, fuitq; excluſus per prædicta per binas ſententias, vt latius in *conſ. meo* 53. authoritate *Minadoij celeberrimi Conſiliarij*, qui hanc facit diſtinctionem, & refert ſic deciſum in cauſa Solofræ in *repetit. Conſt. Reg. in aliquibus* 5. *not. num.* 7. *& latiſſimè in conſ. meo* 54 *volum.* 1. vbi ad ſaturitatem fundatur differentia venditionis, quæ fit à Procuratore Fiſci vigore mandati à lege dati, & venditionis, quæ fit à Prorege virtute mandati dati ab homine. Et hoc voluit dicere *Io. de Plat.* videlicet non procedere *text. in l.* 2. quando venditur res fiſcalis cum ſubhaſtatione, & dicit ſic limitari *gloſ. in d. l.* 1. Ergo ſublata ſubhaſtatione vendit Fiſcus, ideſt Prorex, vti priuatus: vnde nimirum, vt eadem *gloſ. & Bart.* dicunt, utitur iure priuati, quo iure nullum aliud habet remedium, niſi *text. in d. l.* 2. & ſecundum hoc poteſt ſaluari deciſio *Odoff.* allegata in *d. l. ſi minori num.* 4. qui nec etiam firmat opinionem: nā ſi rectè aduertatur *ibidē in* 2. *col. poſt nu.* 6. *circa dimidiū, verſ. erat enim iſte contractus*

videtur ſe declarare, & contrarium tenere & quod dictum eſt de læſione in venditione rerum eccleſiæ,nihil ad caſum, ſiquidem nõ requiritur ſubhaſtatio in eis, vt in rebus fiſcalibus, ex cuius defectu contractus pẽnitus annullatur,& pariter habet reſtitutionem, & ſufficit læſio infra dimidiam, & ita refert iudicatum *D. de Franch. in d. deciſio.* 248. *& Nic. de Neap.in eadem l. ſi minori* tenet contra *Odoffre.* illumq; repræhendit per infraſcripta verba.

Vbi omittitur vnum de ſolemnibus vitiatur actus: ſed inter alias ſolemnitates, quas ipſe hic ponit,& *gloſ.in d.l.2. de fid. inſtru. & iur.haſt.fiſc.* eſt illa ſolemnitas, vt non vendatur res minori pretio,quàm res valet: igitur ſi aliqualiter fuerit deceptus, venditio reſcindetur,quæ deciſio videtur punctualis,ſed non practicatur ſic rigoroſè,vt quælibet leuis læſio ſufficiat: ſed conſuetudo eſt, quòd ſit in ſexta, & ſic practicatur requiſi-
32 tum *gloſ* inter cætera *in d.l. 1.de fid. inſtrument & iur.haſt fiſc.* quòd ſit facta venditio iuſto pretio,quæ *gloſ.* eſt communiter ab omnibus ſequuta, & *Doctor.* pariter concludũt,
33 quòd deficiente vno ex requiſitis poſitis p *gloſ.in d. l* 1. venditio retractatur ſecundũ *Bartol.Odoffr. Ang. Plat.& omnes in l.2. eodem titul.* authoritate *gloſ ibidem* per illum *text.* qui ad hoc eſt expreſſus, vt ponderat *Andr.de Barul & Luc. de Pen.* & iuſta eſt practica, vt non ſit læſio minus ſexta: Siquidem tam *tex. in d l ſi minori,* quam *in d.l.2. & in l. ſi quos C.de reſcind. vendit.& in lo-*
34 *cis concord.* dùm tractauerunt de minori pretio, ſeu de vilitate pretij ad venditiones retractandas,vbi communiter *gloſ & Doctor.* dixerunt ſufficere læſionem quamlibet, & non habere locum *text. in l.2. C. de reſcin. vendit.* Iura enim prædicta non ſe firmauerunt in minoritate, ſeu vilitate pretij,ſed addiderunt ſemper fraudem, & gratiam, vt ſic concludamus ſecundum veros iuris terminos non omnem læſionem ſufficere, nec omnem iniuſtitiam pretij, niſi data fraude, eũ vltra ſeptẽ requiſita appoſita p *gl.in d.l.* 1.adeſt octauum, vt ſit venditio facta bona fide,quòd dixit *gloſ.in d.l.ſi minori, vbi Odoffr.& latius Nic. de Neapol.* qua deficiẽte meritò quælibet minima deceptio ſufficit: fraude verò, & gratia ceſſante requiritur læſio in ſexta, ſeu vltra ſextam, ſeù infra dimidiam ſecundum prædallegata.

Nec cadit hic articulus contra quem detur actio,etſi ad intereſſe, vel ad rei reſtitu-
35 tionem,etſi contra principalem vendentẽ, vel contra emptorem ſaltem in ſubſidium, ſecundum diſtinct. *gloſ. in d. l.ſi minori, & in l.* 1. C.*ſi vend. pig. agn.* nam ſecundum eamdem *gloſ.* quando non tenuit contractus, quia non eſt facta venditio cum requiſitis neceſſarijs in venditionibus fiſcalibus, inter quæ eſt vt venditio fiat iuſto pretio intellecto, modo quo ſupra, tunc venditio retractatur,deciſio eſt *Bald.* propria ad caſum in *eadem l.ſi minori 2.colum.nu.2. verſ. fateor;& Plat.ibidem in princ.num.* 2. & ſic
36 dixit *Bald.* limitari in ſiſco *text.in d. l.1.ſi vend. pign. agn.* limitatam igitur poteſtatem dedit lex,qua non ſeruata deficit venditio ex defectu poteſtatis, & ſemper ſecundũ *& gl. Docto.* datur actio contra poſſeſſorem quæ longè diſtant quando tractatur de remedio læſionis reſciſſorio,quòd lex dedit cuilibet venditori aduerſus emptorem propriæ rei ſecundum terminos *text.in d.l.2.* & non tractamus de reſciſſione, aut annullatione ex cauſa doli,aut fraudis, in quo eſt diſtin-
37 ctio *gloſ.* prædictæ, & *Doctor.* Hinc in terminis *gloſ.* prædictæ non datur ſupplementum pretij,vt dicit *gl.* cõmuniter ſequuta *in l. eũ*
38 *cõtra C.ſi vendi.pign. ag.* Et differt dolus ex ꝓpoſito,& dolus incidenter ex Fiſci priuilegio,dicunt *Scrib in d.l.ſi minori,* à dolo re ipſa,vt in terminis *d.l.2.* & ꝓpterea dicit *Odoffr.in l.ſi minori,* q; nõ datur ſuppletio, ibi *n* 11. Datur in terminis *d.l.2.* prout etiam
39 datur, quando eſt facta venditio ſubhaſta, & ita alias deciſum, vt per *Moder. Addẽt. ad Afflict in deciſ.* 340. *in fin.* D. *de Franch. in deciſ.* 224.& hæc eſt communis,vt per *Pinell in d l.2. 2.par cap. 2. nu. 25 ſbiq; Ant. de Padill num.* 30. in quo aduerto duo nota
40 bilia, vnum quod dùm quis admittitur ad ſupplendum pretium, non intelligitur, vſq; ad dimidiam,vel vſque ad ſextam,ſed debet ſupplere iuſtum, & verum rei valorem, attẽto tamen tempore contractus iuxta *text. in l.ſi voluntate* C. *de reſcind. vendit.* vt præceteris declarant *Bald.Paul.de Caſtr. & Cagnol.in d. l.2.* aliud verò,& hoc conſideretur teneo indubitanter, quod in contractibus
41 fiſcalibus data læſione vltra ſextam,& multò magis vltra dimidiam, quia ex defectu ſolemnitatis, & poteſtatis contractus annullatur, vt diximus, non ſolùm non datur facultas ſupplendi iuſtum pretium, ſed vendicatur res cum fructibus,quia dominium nunquàm abſceſſit, & reſcinditur ex tunc non ex nunc, ſicut in terminis *dict. l. 2.* in quibus terminis benè *Doctor.* communiter cõcluſerunt non reſtitui rem cum fructibus, vt per *Cagnol. & Padill. latiſſimè in dict. l. 2.* Si enim requiritur inter cætera, vt qui vendit, poteſtatem habeat vendendi quidque iuſto pretio,

etſi

etſi aliquid deeſt, non valet venditio, dicit *gloſ.* communiter ſequuta in *l.* 1. *de fid. inſtrum.* Igitur ſi deficit iuſtum pretium deficit poteſtas Fiſco data, & deficientibus requiſitis, non reſcinditur venditio; ſed dicit *gloſ.* quòd non valet, ergo dominium remanſit pœnes Fiſcum, vel pœnes debitorem, cu-
42 ius bona venduntur ad Fiſci inſtantiam, quæ ad paria iudicatur, cum Fiſcus vendat, ſuntq; contractus Fiſcales, *gloſ. magiſtr. in l ſi tempora C. eodem tit. Plat. in d. l.* 1. *& tot. tit. de fid. inſtrum.* loquitur de venditione rerum Fiſcalium, ſed particularium, ſed Fiſco obligatarum, quæ ad ſui inſtantiam venduntur, in quibus requiruntur ſolemnitates, de quibus ibi per *gloſ.* quæ videntur fundari in communi concluſione, ſumpta ex *text.* vbi *gloſ. & Scriben. in d. l. eum contra C. ſi vend. pign. ag.* vbi quando venditio annullatur, quia non ſunt ſeruata, quæ in venditione pign. celebrari conſueuerunt, res reſtituitur cum fructibus, & *gloſ. in* verb. *conſueuerunt* reddit rationem, quia ex defectu ſolemnitatum requiſitarum venditio non tenuit, & idem in verb. *poſſeſſores*, vbi etiam dicit tali caſu non dari ſupplementum, quia non erat Dominus, qui vendebat, cum vendebat ex poteſtate à lege data cũ certis requiſitis, quibus deficiẽtibus deficit poteſtas; & hunc *tex. in d. l. eũ contra allegat gl. in d. l. ſi minori*, vbi *omnes*, q̃ quando nõ tenuit cõtractus, tunc ex dominio reſidẽte pœnes Dominũ, à quo nunquam abſceſſit, agitur recta via rei vendicationis cõtra poſſeſſorẽ, & cõſequenter ad fructus, ad *text. in l. & ex diuerſo §.* 1. *ff de rei vend. cum concord.* Et hoc eſt, quòd communiter tradiderunt *Doctor.* diſtinguendo in *d. l. eum contra*, vt quando venditio eſt nulla ex defectu ſolemnitatis non datur ſuppletio, nec adhibetur diſtinctio participationis doli, aut fraudis, quia à principio venditio eſt nulla ipſo iure, vt per *Iacob Butrig. Bal. Ang. & cæteros in eadem l. cum contra*, in quo in indiuiduo eſt deciſio allegata *Bal. in d. l ſi minori*, qui dicit propterea limitari in Fiſco *text. in d. l.* 1. *C. ſi vendit. pign. ag.* quæ non conſiderauit *D. Lanar. in conſ.* 63. quæ cogitentur: & intelligo, quando Fiſcus vendit, non autem ſi Rex, aut Prorex, vti Procurator, in quo deficiunt rationes ſupra allegatæ poteſtatis limitatæ, & Rex vendens propria bona non ligatur legum ſolemnitatibus, vt ſupra latius diximus. Hinc vt infra dicemus non habet, nec reſtitutionem in integrum, in ſuis contractibus ab eo geſtis.

Ex quibus remanet benè declarata, & defenſata communis practica venditionis rerum fiſcalium, & reddita ratio differentiæ inter vẽditiones, quæ fiunt per Proreges, vti generales Procuratores, cum ampliſſima poteſtate vigore mandatorum, & quæ fiunt per Regiam Cameram.

Et licet priuilegia Fiſco competentia, di-
43 cãtur etiam Cæſari competere, iuxta *text. in l. fiſcus §. fin. ff. de iur fiſc.* per quem ſic tradit *gloſ. in rubr. C. de iur. fiſc. lib.* 10. ibiq; *Bart.* Tamen hoc nihil ad caſum, dum Rex omniũ Dominus noluit contrahere per medium miniſtri, cui à lege certa lex eſt data in venditione, ſed per medium Procuratoris particularis, non à lege, ſed ab ipſo conſtituti, & ideò vt diximus, alius eſt Procurator Fiſci, alius Cæſaris, declarat hoc notabiliter *Bart. in eadem rubr. num.* 17. vbi *Io. de Plat.* poſt *Ang. num.* 9. *&* 10. & ob id *Nicol.*
44 *de Neapol. ibidem* dicit eleganter, priuilegia eadem competere, quando non adeſt diuerſitatis ratio, quæ cum ſit demonſtrata in Fiſco repræſentata perſona, & in ipſa Regis perſona, ſeu eius Procuratore, circa ſolemnitates à lege requiſitas, propterea diuerſa eſt iuris diſpoſitio, & practica, ſecundum quam iudicamus, quia vt dicit *Iacob. vbi ſupra*, non reperitur cautum, dum Rex ipſe vendit, vt ſolemnitas aliqua requiratur; Si ipſe eſt ſuper omnes ſolemnitates, & legibus ſolutus, & ob id idem dicendum eſt in ſpeciali Procuratore ab eo conſtituto perſonam Regis repreſentante, ob quod etſi di-
45 xerit *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de fund. patrim. lib.* 11. quod in hoc Regno nihil habet Rex, quod poſſit dici ex mero ſuo patrimonio, ſed totum Fiſcale eſt ipſius Regni; tamen cum omnia, vt dictum eſt, ſint ipſius Regis, & ſicut poteſt alienare patrimonialia, ſic fiſcalia, dicit *Specul. in tit. de feud. colum fin.* quẽ allegat *Bellug. rubr. 9. de iur. per Princ. fac. cap. poſt propoſitionem*. Differentia eſt, quando vendit miniſter à lege conſtitutus, vt Fiſci Procurator, cui data eſt lex, & forma, quomodo ad venditionem procedere debet; & aliud, quando vendit proprius Rex, vel eius Procurator, non à lege, ſed ab ipſo Rege conſtitutus; & non tractatur hic de priuilegijs Fiſci; ſed de ſolemnitatibus requiſitis ad rerum fiſcalium venditionem, vt ſic magna conſtituenda ſit differentia, quando Fiſcus vendit, cui à lege certa eſt data forma, & quando ipſe Rex, qui non ipſis, ſed ſuis Miniſtris certas poſuit habenas: & hic eſt verus intellectus, vera diſtinctio, & iuſta practica, & ſecundum eam iudicatum, & ſic tota die videmus vnico, & eodem tempore vendere Fiſcum, ſeu Cameram Fiſcalem cum ſolemnitatibus de-

quibus

quibus ſupra,& vendere Proreges tanquam Procuratores cum particularibus mandatis abſque vlla ſolemnitate: ſed in eorum aulis omnia pertractant,& concludunt,prout neceſſitates Regni expoſcunt,& qualitates ne
46 gotiorum requirunt. Hinc,& notetur,quando Fiſcus vendit,datur in integrum reſtitutio: ſecus quando Rex per ſpecialem ſuum contractũ *Luc.de Pen.in l cubicularios C.de proxi ſacr.cubic.lib.*10. quem allegat,& ſequitur ad propoſitum *Capy in ſua inueſt.in verb.feuda officiorum,verſ.Rex Sicilię reſtituitur*,& vlterius ſe decipit *Luc. de Penna* dum dicit in Regno omnia eſſe fiſcalia,& ni
47 hil patrimoniale: nam bona patrimonialia intelliguntur alio modo, quam ipſe intelligit,de quo eleganter per *Bellug. in ſuo Specul. rubr.*28.*de prærarijs, §. per quam*, vbi vide.

Et quia *Peregrin. in loco allegato* tradidit authoritate *Alber. & Afflict.* non dari aduerſus licitationem remedium læſionis
48 ex maiori oblatione, cuius contrarium ordinariè quotidiè practicamus, videamus, quomodo procedat,poſtquam *Guid. Pap.in deciſio.*536.dicit,quod res minoris, vel Reipublicæ venditæ ad incantum, ſi poſtquam fuerint liberatæ plus offerenti, repertæ ſint de eis maiores oblationes, quod admittuntur, & liberantur ſecundo plus offerenti, & quod dicimus in minore, & Republica,dicimus in fiſco,qui ad paria iudicantur, vt ſupra diximus,& *Afflict.*dicit in *d.deciſi.* 340. Ita deciſum per Sacrum Conſ. & Regiam Cameram, non eſſe admittendam ſecundã oblationem contra *deciſio. Guid. Pap.* pro qua *deciſio. Afft.* ponderantur *iura* allegata *in l.*3.*in l.ratas.& l.ſi hypothecas*,quæ loquũtur in fiſco: Hinc *tex.in l.non eſt probabilis, C. de reſc. vendition.* dicit non reſcindi venditionem perfectam, etiam quod duplũ offeratur pretium emptori: ſed verum eſt,
49 quod non loquitur iſte *tex.* in Fiſco. Et maximè hæc habebunt locum in gabellis, & alijs fiſci vectigalibus ſubiectis fortuitis caſibus,in quibus in ſpecie *text.in d.§.quæſitũ* denegat reſtitutionem,& non admittit maiorem oblationem, cuius verba tranſcribamus, nam ſæpiùs in hac quæſtione de illis tractabimus.

Quæſitum eſt ex eo, quod in lucro ſubuenìendum dicitur ſi res eius venierit, & exiſtat,qui plùs liceat, an in integrum propter lucrum reſtituendus ſit, & quotidiè Prætores reſtituunt, vt rurſus admittatur licitatio,idem faciunt in his rebus, quæ ſeruari eis debent,quod circumſpectè erit faciendum,Cæterum nemo accederet ad emptionem rerum fiſcalium, nec ſi bona fide diſtrahantur, & diſtricte probandum eſt in rebus, quæ fortuitis caſibus ſubiecta ſunt, non eſſe minori aduerſus emptorem ſuccurrendum,niſi aut ſordes,aut euidens gratia Tutorum, ſiue Curatorum doceatur.

Videtur hoc decidere expreſsè *text.in l. ſi tempora eodem titu.de fide inſtrum.& iur. haſt.fiſc.* cuius infraſcripta ſunt verba.

Si tempora,quæ in fiſcalibus auctionibus, vel haſtis ſtatuta ſunt, patiuntur; cum etiã augmentum te facturum eſſe profitearis, adi rationalem noſtrum, vt iuſtam pretij vberioris oblationem admittat.

In hoc *text.gloſ.& omnes Scrib.* hoc tradunt,vt tempore elapſo, & re licitata tempore debito minimè alia admittatur oblatio. Aliud enim eſt in re fiſcali ſimpliciter
50 vendita: & in hac quia Fiſcus habet priuilegium pacti adiectionis in diem, auditur maior oblatio,dicit *Bar.in l.valerius,ff.de iur.fiſc.* idem *Bar.in l.*1.*vbi gloſ. & in l.*2. vbi omnes *Scrib.C.de vend.rer.Ciuit.lib.*11 *Andr.in verb. vectigalia quæ ſint regal.* vbi
51 etiãm,quod hoc intelligatur dummodo ſecundus adimpleat, alias non liberatur pri-
52 mus: quòd priuilegium non habent res Ciuitatis ſecundum *Doctor.* præfatos,ſed quãdo tempus eſt præfinitum in licitatione, intra quod tempus quilibet admittitur, etiã
53 quod fuiſſet facta licitatio, quia durat de tempore: ſed ſi demum eſt elapſum, tunc non admittitur licitatio ex maiori oblatione,quando iuſto pretio res fuit licitata,quia ſic intelligitur circumſpectè fieri ſecundum *Alber.& text.in l.fin.C.de locat.prad.ciuil.*
54 qui admittit aduerſus conductorem temporalem maiorem oblationem, dicit *ibi Bart.* quod intelligitur finito tempore locationis,dũ primus conductor volebat perſeuerare in locatione:& *text.*ibi præſtat illi prælationem,ſi tantum offert,quantũ alius, idem ibi *Ioann.de Plat.*& etiam *in d.leg. ſi tempora*.

Ex aduerſo pugnat deciſio *Guid. Pap.*
55 maximæ authoritatis, pro qua ponderatur idem *text. in d.§.quæſitum*, dum dixit circumſpectè hoc eſſe faciendum: igitur datur reſtitutio,ſed non paſſim, vt primitus Prætores faciebant,ſed cum cauſæ cognitione, & hoc eſt facere circumſpectè,& quod dici-
56 tur de ſubiectione caſibus fortuitis, quod eſt fortiſſimum, habet limitationem ex eodem *text.in fine.* Quando euidens gratia adminiſtratoris interuenerit, etſi non adfuerit gratia,præſumetur negligentia, dùm oblatio ſecunda eſt tantæ quantitatis, quod tranſcendit ſextam partem;in quo caſu,nec

Al

57 *Alber.* nec *Affl.* aliquid dicunt, ſed ſimpliciter loquuntur in maiori oblatione, & regulando hoc illorum dictum à iure communi dicimus, quòd ſicut de iure communi contractus non reſcinduntur ex ſimplici læſione; ſed dùm eſt vltra dimidiam, vel vltra ſextam ſecundum ſupra allegata remedium læſionis, alias denegatum præſtatur: ita dicendum erit in caſu, de quo tractamus, in quo Fiſcus reſtituitur ad lucrum, ſicut minor, ſecundum regul. *tex. in l. ait prætor, §. fin ff de minor.* vt tradit idem *Peregrin.* qui reſpondet ad dicta per *Cephal. in conſ.* 241. Sed non intelligetur hoc de minimo lucro, nec de quolibet minimo damno, vt ſupra dictum eſt, ſed circumſpectè: Igitur ſic *Docto.* allegati intelligendi erunt, vt non detur reſtitutio ex maiori oblatione, quando non fuerit in quantitate, tàm cõſiderabili; alias ſecùs, ſi Fiſcus ſicut minor, etiam in lucro reſtituitur; & quod dicimus in maiore circa læſionem in damno de iure communi, idem dicimus in minore in lucro de iure ſpeciali, cui fiſcus æquiparatur.

Sed ne videantur pro hac opinione deficere authoritates hanc opinionem tenuit *gloſ. in dict. l fin. C. de loc. præd. ciuil. lib.* 11. quæ dixit expreſsè admitti maiorem oblationem etiam durante tempore locationis, *ibi in verbo offeratur*, vbi *Rebuff.* not. quod
58 in locatione temporali admittitur licitatio intra tempus plus offerentis, & res aufertur primo conductori, niſi velit tantum dare, quantum ab alio fuit oblatum: & *idẽ Rebuff. in d. l. ſi tempora* declarat illam procedere in venditione, & locatione perpetua: ſed in temporali dicit, quod etiam extra tempus, ſeu finito tempore ſubhaſtationis admittitur maior oblatio.

Sed ante *Rebuff.* dixit hoc in indiuiduo *Odoffr. in d. l. ſi tempora colum. 1. nu. 7.* cuius infraſcripta ſunt verba.

Idem eſt in locationibus, quas Fiſcus facit ad certum tempus, puta ad quinquennium, nam ſi intra illud tempus, antequam finiatur extiterit aliquis volens meliorem conditionem offerre auditur; ſed datur tunc electio priori conductori, ſi velit tantum dare, quantum nunc haberi poteſt, quod ei dimittetur, alias detur huic ſecundo conductori, vt infra de locat. præd. ciuil. lege fin. §. ſi verò, *ſed in perpetuis locationibus ſecus eſt: nam in his non poteſt fieri adiectio, ſiuè melior conditio afferri, niſi tempore contractus*, vt d. tit. de vend. rer. ciuit. leg. ſecunda. *Item ſecus eſt in locationibus, quas faciunt Ciuitates, quia non habent illud ius, quod dictum eſt in locationibus fiſci, niſi de hoc ſpecialem, & priuatam legem haberent*, hæc Odoffr.

Magis ad caſum eſt deciſio *Andre. de Barul. in l congruit eodem tit. de locat præd. ciuil.* cuius verba ponamus.

Si conduxit aliquis prædia publica ad tẽpus non in perpetuum, quandocumque infra illud tempus admittitur licitatio plus offerẽtis, ſicut fit in Regno in gabellis: ſed ſi primus conductor velit dare, quantum fuit oblatum à ſecundis, prædia non auferuntur primis: ſimile in pacto adiectionis in diem, vt ff. de in diem addict. l. licet, *ſed hoc non obſeruatur in Regno, & gabellæ auferuntur primis Gabellarijs, niſi plus offerant*, hæc Andr. de Barul.

Ita quod ſecundum prædicta *l. ſi tempora*
59 procedit in venditionibus, & locationibus perpetuis, benè tamen, vt *ibi* declarat *Nicol. de Neapol.* ſi res fuerit licitata, & liberata pendente tempore ſubhaſtationis, tunc licet perfecta fuerit venditio, ſeu locatio, admittitur noua oblatio.

Fuit hæc opinio *Bar. in eadem l. ſi tempora*, dùm tradidit dari reſtitutionem perſonæ priuilegiatæ aduerſus lapſum temporis appoſiti in licitatione, vbi *Rebuff.* notat, & ſequitur.

Ex his apparet reſponſum deciſionibus *Alber & Affl.* quæ non tractant de qualita-
60 te, & quantitate maioris oblationis, & fundatum eſt authoritate *Iurium*, & communi *Doctor.* opinione dari reſtitutionem, ſed circumſpectè, conſiderata quantitate læſionis, hoc iure vtimur: & ſecundum prædicta in-
61 telligendum eſt, quod tradidit *Luc. de Pen. in d. l. congruit*, & quod ſcripſit *Auenda. in cap.* 12. *lib.* 2. *de exequ. mand.* qui non benè differuit articulum, nec funditus illum pertractauit: & ſic quotidiè iudicatur. Et ſi-
62 gnanter ſolemniter fuit hoc deciſum facta relatione per Reg. Cam. Summar. in Collat. Conſi. in arrendamento vini, quod remanſerat ad extinctum candelæ Petro Franciſco Rauelcherio: & quamquam eſſent expeditę neceſſariæ prouiſiones, & deſuper interpoſi tum decretum liberationis eiuſdem arrendamenti, & elapſa eſſent omnia tempora: Tamen ſuperuenit oblatio Nardi Andreæ de Leone, quæ ſuperabat oblationem Rauelcherij in ſexta, fuitque deciſum illam admittẽ dam, & de nouo arrendamentum licitandũ quod demũ remanſit eidem Nardo Andreę, cum prædictus Rauelcherius noluerit amplius ad licitandum accedere; & differentia inter Fiſcum, & priuatum eſt, dum bona vẽduntur ſubhaſta, vt data læſione in ſexta, priuatus habeat remedium reſciſſorium, quatenus eſt in damno, conſiderato vero rei va-

valore. Fiſcus verò ſicut minor, etiam quoad lucrum, vt eius reſpectu data læſione reſtituatur,& ſic demum poſtea pluries practicatum,& iudicatum eſt indifferenter.

Sed quid in venditione reddituum ad vitam, an ſit licita, & quomodo conſideratur
63 in eis læſio, quid ſi non ſit ſuper corpore certo,vt aiunt eſſe ſuper donatiuo,quod ſingulis duobus annis facit Regnum ſoluẽdum infra biennium, quod eſt certius omnium aliarum impoſitionum, quas Rex exigit in Regno,& quicquid obijcitur de defectu corporum certorum fundatur, quia debet emptor ſubiacere periculo amiſſionis rei,videtur iam ſublatum ex contractatione cum Reg.Cur. à cuius arbitrio effectiuè pendet ſolutio,& vt pluries propterneceſſitates imminentes omnia percipit, vide latiſſimè per *Couarru.variar.reſol. lib.3.c.7.* & *ibi* etiam quod ſit iuſtum pretium reddituum ad vitam,& melius *in c.9.eo.lib. Mol. de hiſp.primog.lib.1.cap.19.num.35.* eleganter *Nauar.* qui ſequitur opinionem *Couar.in conſ.20.in tit.de empt. & vend.* & quando ſit venditio annuorum reddituum cum pacto redimendi,vide *eundem Couar.var.reſol.c.10.*

Et quid de venditione rei pro certo pre-
64 tio ſoluendo infra certum tempus,vel quandocumque quodq; interim donec illud non ſoluatur præſtetur certa quantitas pro intereſſe, an inquam valeat conuentio, vel reijciatur, tanquam vſuraria, quæ quæſtio licet in Cur.Rom.habuerit difficultatem,& diuerſæ ſint factæ deciſiones:tamen in Regno nullam habet dubietatem, ſecundum communem deciſionem *Scriben.* etiam *Theologorum*,à qua quæſt. extranei ſunt termini *text.*
65 *in l.curabit C.de act. empt.* qui procedunt in mora irregulari, quæ contrahitur abſq; interpellatione, & temporis præfinitione re ipſa ſecundum *Bart. Bal. Salyc. & cæteros* poſt *Cyn.in ead.l.curabit*, & ſic quicquid dicitur,quod intereſſe non poteſt tranſcendere fructus rei venditæ benè procedit dum nulla præcedit conuẽtio, nulla eſt commiſſa mora, ſed conſideratur tantum ea, quæ re ipſa contrahitur, propter perceptionem fructuum ex æquitatelegis, & propterea intereſſe ad fructus commenſuratur, ſed quando ſumus in conuentione,alius eſt articulus.
66 Nec pariter dubia eſt quæſtio in mora regulari, contracta per interpellationem, vel propter lapſum diei, qui pro homine interpellat:certum enim eſt tunc venire intereſſe,tam damni emergentis,quam lucri ceſſantis,ad *text.in l.3.§.fin.ff.de eo quod cert.loc.* vbi *glo.* quæ allegat *tex.in l.vnic.in fin.C.de ſent. quæ pro eo, quod inter,* in eo tamen qui non conſueuit tenere in area pecuniam, ſed implicare eam in emptionem,in quo eſt ſolemnis,& communis diſtinctio *Bart. in ead. l.vnic. num.21. verſ. venio ad vltimam partem,vſq; ad nu.26.*quæ doctr.eſt fundata in *d.l.3.§.fi.*qui eſt *text.*ad literam,ibi,*quod ſi merces ſolebat comparare, an & lucri ratio habeatur non ſolius damni paſſi,& lucri habendam rationem,*vbi bona *glo.*in verb.*ſolebat* dicit inſpiciendum eſſe quid facere de pecunia ſolebat,vt ita demum eius lucri ratio habeatur, ſi ita lucrari conſueuit,de quo latius per *Barboſ. in l.de diuiſione num.52. ſolut. matrim.* & eo caſu, non petuntur vſu-
67 ræ,vti vſuræ, ſed vt intereſſe debitum, & licitum pro quo eſt *text notab.in l ſocium qui in eo ff.pro ſoc.*ibi,*ſocium, qui in eo, quod ex ſocietate lucri fecerit, moram redendo adhibuit,cum ea pecunia vſus ſit,vſuras quoque debere præſtare Labeo ait,non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit moram eum non adhibuiſſe,*vbi *glo.ſ notab.*quod notanter explicat *Abb.in cap.cum venerabilis nu.16. de excep. & in cap. conquæſtus de vſur.* & hoc tam reſpectu damni emergentis, quam lucri ceſſantis,authorit te *Innoc.in cap ſacroſanctæ de ſent.excommun.* eleganter *Abb.in cap ſalubriter de vſur.ſuper glo.ſ.num.6.* vbi bona Addit. *Alexan.de Neuo*,& hæc eſt communis,vt latius per *Dec. in d.c.cum venerabilis nu.14.*

68 Quæſtio dubitata fuit quadrupliciter:Primò,an valeat conuẽtio, vt pẽdente dilatione data intereſſe ſimpliciter ſoluatur.Secundò, an nõ data dilatione expreſſa,ſed tantũ ſimpliciter conuentũ, vt donec pretium ſoluatur intereſſe præſtetur: & Tertiò, ſi conuentio,vt ſupra iudicatur valida, an tamen poſſit paciſci de certo intereſſe præſtando annuatim. Quartò,& vltimò,data validitate conuentionis, an intereſſe ſit commenſurandum ad fructus rei, vel poſſit illos excedere,hæ omnes quæſtiones ſunt à *Doctor.*diſputatæ, & deciſæ per communes opiniones.

Ioa.Andr.in cap. ſalubriter tenuit valere conuentionem, vt intereſſe ſoluatur, donec pretium fuerit exolutum,& etiam certum intereſſe,ſed minime valere, quando eſt data certa dilatio temporis ad ſoluendum, & hanc opinionem ſequuti fuerunt multi *Doctores* de quo per *Rub. Alexan. in conſ.108.* ſed communis eſt in contrarium,pro quo videatur *Dec in d.c. cum venerabilis* vbi quod licet dato termino ad ſoluendum non conſideratur mora, nec regularis, nec irregularis: tamen ſi intereſſe eſt conuentum illud debebit, quia tali caſu non eſt data dilatio

fim.

ſimpliciter, ſed ſecundum quid,& ideo conuentio eſt ſeruanda, quando tamen probatum erit verum intereſſe, quod vt dixi, poteſt eſſe,tam damni emergentis, quam lucri ceſſantis, & licet taxatio certa à principio videatur reprobata, dicit tamen *Dec.* fieri poſſe habito reſpectu ad intereſſe veriſimile etiam quod fructus rei excedat, *idem Dec.*
69 *in conſ.*11.*pulchrum conſ. Pariſ.*60. *volu.*1. *num.*22. *&* 29. vbi adducit elegantem doctrinam *Paul.de Caſtr. in l.*2. *C.de vſur.* di-
70 centis emptorem ex retardata pretij ſolutione teneri ad vſuras,quæ frequentantur in Regione, puta decẽ, vel octo pro cẽtenario: licet fructus rei vẽditæ minus valeant, quia hoc intereſt venditoris, qui vendidit,vt pretium haberet,& propterea conuenit de certo intereſſe, quod ex pretio habiturus fuiſſet,quem ſequitur *Gozad. in conſ* 55. etiam quod data fuerit dilatio ad ſoluendum:nam non fuit ſimplex dilatio, ſed eatenus, quatenus intereſſe ſolueretur, & aliter non eſſet data, & dum taxatur, & conuenitur non eſt illicita, & inſpecto futuro euentu habet vim tranſactionis,ex quo omni iure ex mora intereſſe debendum erat,ita *Pariſ vbi ſupra num* 33. 34. *&* 35. authoritate *Soce in conſ.*103 *colum.penul. & fin. Dec.in cap.cum venerabilis*, *Corne. conſ.*145. *volum.*2. 164. *vol.*3.71 *&* 106.*vol.*4.dicẽs etiam poſſe fieri taxationem ad rationem decem pro centenario, plus, vel minus ſecundum communem contingentiam, & temporis varietatem, idemq; *Couarru. var. reſol. lib.*3. *c.*4. tradidit ex communi *Doctor.* reſolutione valere conuentionem certi intereſſe veriſimilis,tam conſiſtentis in damno,quam in lucro, donec pretium ſoluatur ea ratione, quia non eſt data dilatio ſimplex, ſed in recompenſatione moræ certæ incurrendæ, *ibi num.* 5. *per tot.* authoritate *Hoſtien. Abb. Anan. Archid. Alex. Rom. & aliorum* eleganter hæc omnia *Barboſ in d.l.de diuiſione* omninò legendus *num.*71.*vſque ad num.*73 *verſ.& licet in cambijs*,qui defendit *Dec.* ab impugnatione *Aym.in conſ.*189. *&* *Paul.de Caſtr. in l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt.* dixit valere conuentionem vſq; ad concurrentem quantitatem fructuum, quia non petuntur, vt vſuræ ſed tanquam intereſſe,& hoc eſt quod intereſt, alias tractaretur de lucro, ſed ſubdit, quod communiter pra-
71 cticatur in cõtrarium, vt intereſſe ſoluatur non habito reſpectu ad fructus,& de hac obſeruantia faciunt etiam fidem *Moder. Add.*
72 *ad deciſ. Afflict.*20. & licet *Paul. de Caſtr.* dixerit hoc non eſſe ſecundum bonam conſcientiam,*Soce* tamen *in d.l. de diuiſione* *num.*14.*verſ.aliquando,& quarto* intelligit *Paul.de Caſt.*quãdo intereſſe excedit in notabili quantitate perceptionẽ fructuum.qui allegat ad hoc *Laur. de Rodulf. in tract. de vſur.in* 2.*par.& Anan.in cap.in ciuitate de vſur.* qui loquuntur in venditione facta rei cum dilatione temporis ad ſoluendum pretium, ob quam dilationem intereſſe maius fuit conſtitutum,dixit enim *Bal.in rubr.C. de vſur.*valere contractum, & non eſſe vſurarium,*Laur. de Rodulf.verò nu.*9. 4.*oppoſ.* dixit hoc intelligendum eſſe, quando hoc nõ eſt in exceſſu, & propterea media via eſt eligenda,& ſic etiam *Anan.*dixit,quod valebit, etiam quod excedat perceptionem fructuum,ſed non in tanta quantitate, quod de facili iudicaretur in fraudem vſurarum, ſed mediam viam eſſe eligendam,vt *ibi per eum* 1.*colum.num.*4.*&* *Cagnol in d.l.curabit* te-
73 nuit quod quando ſtatutum, aut loci conſuetudo eſſet in contrarium,tunc licita eſt conuentio,vt *ibi num.*16.*&*17.pulchra *deciſion. Rotæ Genuenſ.* 194. loquens in terminis
74 *tex.in d.l.curabit* vt poſſit fieri taxatio intereſſe ſecundum morem Regionis,licet fructus plus,vel minus valeant,& hoc procedere etiam de iure canonico, & concluſionem hãc confirmat deciſ.*Bal.in d.l* 2.*C.de vſur.*
75 vbi voluit valere conuentionem certi intereſſe pretij rei ſterilis,ex qua fructus aliquis nõ percipitur,quam ſequutus eſt *Couar. vbi ſupra*, & quanquam *Cagnol. in d. l. curabit* diſputauerit opinionem,tandem *nu.*30 concurrit cum *Bal.* vt valeat conuentio intereſ
76 ſe in Regione frequẽtati, vt etiam dixerunt in intereſſe dotium,vt poſſit taxari ad certã rationem, donec dos non ſoluatur ſecũdum cõſuetudinem Regionis,& dicit *Cagno.* hoc eſſe de conſuetudine vniuerſali, & deciſ. *Paul.de Caſtr.*in eo quod dicit, non valere conuentionẽ quatenus excedit fructus,quia eſſet in lucro, non procedit ſi fundatum eſt deberi etiam lucri ceſſantis intereſſe in eo, qui pecuniam otioſam in arca tenere non ſolet,quæ infra latius indubitata reddunt.

Hæc ſecundum *Theologos* nullam habent dubietatem, quando venditor conſuetus nõ
77 eſt tenere pecuniam otioſam in arca,ſed illam conuertere in emptiones,maximè quando promptæ sũt, & eſſe ſolent in Regione,& loquuti fuerunt *Doctor.* in caſu fortiori, videlicet in mutuo, pro quo videatur *Caetan. in ſumm.in verb.lucrũ vſurarij*,ibi,*quintus caſus,ſi quis pecuniam præparatam in promptu ad emptionem faciendam alteri mutuet ad eius neceſſariam ſubuentionem poteſt paciſci ſibi deberi intereſſe lucri ceſſantis.*

*Nauar.*ſequitur *Caetan.*dicens contra *Innocen.*

Innocen.in cap.fin.de vſur. eſſe communem, latè in ſuo *manual.in titul. de peccat. vſura circa mutua in prin.c.17.num.21.* confutans dicta per *Sot. de iuſt.& iur. lib.6.art.3. q.1.* qui tamen eandem tenuit opinionem, vt infra dicetur.

Abb.in d.c.conquaſtus poſt Innocen.in d.c.ſacro de ſenten.excommun.poſt num.10. 4.ſol.verſ.alij tamen dicunt tradidit debere intereſſe, etiam lucri, authoritate *gloſ.* ibi, *quando venditor erat ſolitus mercari,etſi habuiſſet pretium,conuertiſſet in emptionem,* & loquitur etiam in paciſcẽte,vt *ibi per Anan. in addit. ad Anchar. in cap. ſalubriter* loquitur pariter in paciſcente intereſſe certum pecuniæ, dummodo ſit ſolitus negotiari.

Summ.Arm.in verb.vſura verſ.vendens poſſeſſionem, dicit *vendens poſſeſſionem, & non habens totam pecuniam, vel nihil cum pacto, quod vſquequo dederit pecuniam, ſoluat quinque pro centum ſecundum conſuetudinem, habendo reſpectum ad ſuum intereſſe, quod patitur ex mora ſoluendi,non eſt vſura,& Summ.Angel.in verb.vſura nu.15* ibi,*quintus, quando quod recipitur, ratione intereſſe recipitur,* & nota ſecundum *Petr.de Anchar. & Anton. de Butr. in cap. ſalubriter,& Panorm. in cap.conquaſtus*, quod intereſſe conſiſtit, non ſolum in damno habito, ſed in lucro ceſſante, dummodo lucrum ceſſans eſſet in actu,hoc eſt,quod probabiliter fuiſſet.

Summa Sylu in verb.vſura num.19.verſ.19. dixit,quod licitum eſt acquirere aliquid ex mutuo ratione intereſſe,ſiue damni emergentis,ſiue lucri ceſſantis,quod tamen eſſet in actu,vel quaſi,hoc eſt, quod probabiliter fuiſſet,& hanc dicit eſſe communem opinionem,quam omnes *Summiſtæ* ſequuntur.

Sot. etſi diſputauerit articulum dicit tamen hanc eſſe cõmunem opinionem ab omnibus ſequutam,& in fine ſubnectit hæc verba:*Ecce rationes,quę me ſemper de hac re dubium tenuerunt, & fateor hanc mallẽ ſententiam tenere,ac ſatius duxerim rationes meas aliorum iudicio relinquere, & nihilo ſetius, quia non mihi tantum arrogo,vt primus opinionem illam refellam,ſit noſtra quinta concluſio,nõ omninò probabilitate carere,vt poſſit lucrum ceſſans in pactum duci in articulo mutuationis,dummodo re vera ceſſet, & non fiat in fraudem vſurarum,verè enim ceſſare, tunc pęnitus cenſendum eſt, non quia poterat negotiationi pecuniam committere,ſed quando re vera iam firmus exponere conſtitueras.*

Hæ deciſiones omnes *Theologorum* ſunt in caſu fortiori, videlicet in mutuo, in quo regula eſt,mutuum dantes,nihil inde ſperãtes,quanto igitur fortior in caſu propoſito dum quis vẽdit ex neceſſitate,& vt pretium conuertat in rem ſibi vtiliorem, & maioris redditus,qui ſi ad fructus tantum rei venditæ reſpectum habuiſſet,vtique non vendidiſſet,qui percipere poterat manu ſua,& non expectare alienam, quare cum dilatio effectiuè non ſit voluntaria, & emptor ſtatim eſſet in mora irregulari re ipſa ex perceptione fructuum,& regulari ex retardata ſolutione,ſequitur, quod omni iure intereſſe conuentum eſt licitum, quod cum debeatur tam reſpectu damni,quam lucri in ſolito nõ tenere pecuniam otioſam, ſed implicare in emptionem,igitur de validitate conuentionis non eſt diſputandum, cum nullo modo poſſit conſiderari in fraudem vſurarum.

Dixi tandem in principio, quod in Regno quæſtio eſt de indubitabili,quia conſuetudo eſt vniuerſalis in toto Regno à tempore immemorabili ſic contrahendi,ſecundum quam ſemper eſt iudicatum, eſt etiam conſuetudo omnium, & quorumcumq; generis hominũ pecuniam nõ tenere otioſã in arca, ſed eã in emptionẽ implicare,& pariter notoriſſimũ eſt,emptiones sẽper eſſe paratas, atq; prõptas,vnde cum in his attẽdatur cõſuetudo, apparet minime fieri hoc in fraudem vſurarum, propterea concludendum mihi videtur modum hunc contrahendi iuſtum,licitum,atque honeſtum,quæ volui recenſere propter calamitates, in quibus in hac temporum tempeſtate verſamur: ſaluo tamen iudicio Sedis Apoſt.

SVMMARIVM.

1 *Emptores rerum fiſcalium,vel Regis conceſſionarij habent exceptionem l.benè à Zenone C de quadrien.præſcrip. aduerſus vendicare volentes res ab ipſis poſſeſſas ſalua actione veris Dominis agendi cõtra fiſcum infra quadriennium tãtum ad æſtimationem rei.*

2 *Exceptio l.benè à Zenone poteſt opponi,tam in vim dilatoriæ, quam in vim peremptoriæ,ſicut exceptio, quem de euictione tenet actio.*

3 *Exceptio l.benè à Zenone nõ procedit,quando in priuilegio adeſt clauſula iuribus alienis ſemper ſaluis, quaſi non eſſet expreſſa, non ſubaudiretur de iure in caſu exceptionis legis benè à Zenone.*

4 *Text. in l. benè à Zenone procedit, quando*

Rex

Rex concedit rem cogitando eſſe ſuam, & non aliter.

5 *Text. in l. bene à Zenone quomodo procedat & quomodo limitetur, remiſſiuè.*

6 *Fiſcus non poteſt habere fidem de pretio, & aliter rem tradendo, Dominium non tranſfertur.*

7 *Venditio rei pro certo pretio conuento non operatur translationem dominij re tradita, pretio non ſoluto, niſi fuerit habita fides de pretio, & hoc inter priuatos, ſed non in fiſco, qui hanc fidem habere non poteſt, & num. 8.*

9 *Tutor, & Sindicus Eccleſiæ non poſſunt habere fidem de pretio ſicut fiſcus.*

10 *Text. in l ſi procurator § fi. ff. de iur. fiſ. declaratur.*

11 *Fiſcum, minorem, Sindicum Eccleſiæ, & ſimiles non poſſe habere fidem de pretio, non eſt ratione ſpecialitatis ſed quia mandatũ habent limitatum, & à iure poteſtas eſt denegata.*

12 *Doctrina Bart. in l. à diuo pio §. ſed ſi emptor ff de re iud. commendatur, & doctrina Bal. in l. in ciuile C. de rei vendic. nu. 14.*

13 *Procurator conſtitutus ad vendendum ſimpliciter poteſt habere fidem de pretio, quia illa dilatio eſt pars contractus.*

15 *Venditio, quæ fit bonorum pro exequutione diſpoſitorum in teſtamentis ab illorum exequutoribus, non debet haberi fides de pretio.*

16 *Fiſcus, ſicut priuatus non poteſt euincere rem, quam vendidit, etiam ex iure ſuperueniente.*

17 *Tex. in l. vendicantem ff de euict. habet locũ in fiſco.*

18 *Exceptio, quem de euictione tenet actio, dicitur exceptio doli.*

19 *Text. in l. vendicantem habet locum etiam in hærede venditoris, qui ex propria perſona venire vellet.*

20 *Stipulatio defuncti ſemper comprehendit hæredem.*

21 *Euictio promiſſa à ſe abſque dictione taxatiua comprehendit hæredem, etiam quod vel let venire ex propria perſona, & nu. 26. & etiam cum clauſula taxatiua, ſed hoc reprobatur, num. 25.*

22 *Promittens de ſuo dato, & facto, tenetur de facto eius, cuius eſt hæres.*

23 *Tex. in l. vendicantem limitatur fauore libertatis, vbi refellitur opinio Alex. in conſ. 109. vol. 4.*

24 *Text. in l. vendicantem limitatur in hærede fideiuſſoris, qui pro alio ſe obligauit de euictione, vt poſſit ex iure proprio agere.*

25 *Tex. in l. vendicantem limitatur, quando eſt promiſſa euictio à ſe tantum, nam vigore illius dictionis taxatiuę poterit venire iure alterius, & ſic etiam hæres, promiſſoris, & eſt communis in hærede promiſſoris, ſed in promittente dubitatur, nu. 35.*

27 *Hæres ſimpliciter abſque beneficio legis, non poteſt vendicare bona vendita defuncto iure proprio vigore fideicommiſſi, ſecus verò facto inuentario.*

28 *Iuuentarium inducit ſeparationem bonorum.*

29 *Filius in feudo ex pacto, & prouidentia, facto inuentario non tenetur ad diſpoſita per defunctum, & poteſt illud vendicare & iure proprio poſſidere, ſecus verò non confecto inuentario.*

30 *Promiſſio, ſeu prouiſio ſemper intelligitur pro ſe, & hæredibus.*

31 *Dictio taxatiua deſignat perſonalitatem.*

32 *Doctrina Bart. in l. ſtipulatio iſta de verb. oblig. & Bal. in l fi. C. de act. empt. confutatur, dum voluerunt hæredem non poſſe ex proprio iure agere, etiam quod promiſſio defuncti fuerit cum clauſula taxatiua à ſe tantum.*

33 *Promiſſio euictionis à ſe tantum repellit & promiſſorem venire volentem ex iure alterius, contra opinionem Bal. in ſuis conſilijs, quod non eſt in hærede.*

34 *Fiſcus, quando bona ab ipſo vendita capere poteſt, vel ſequeſtrare, quod de iure eſt prohibitum, & non ſolum ſequeſtratio ſed etiã deſcriptio, ſeu inuentarium bonorum, & nu. 35. vbi quod etiam hoc procedit in feudis, ſed circa deſcriptionem, vide nu. 47.*

36 *Feuda poſſedibilia, & non de prohibitis perpetuò alienari, & maxima conſtituitur differentia inter feudalia, & ſpiritualia.*

37 *Feuda non poſſunt poſſideri abſque titulo, & ſic regalia, & propterea quando notoriè conſtat de non iure poſſeſſoris poteſt procedi ad ſequeſtrationem, & nu. 38.*

39 *Capitulum Reg. incipiens ex proſumptuosè permittit ſequeſtrum feudorum, quando ſucceſſor non venit ad ſucceſſionem claro, & aperto iure, & ſic practicatur, & num. 40. 41. 42. & 43. declarationes, & limitationes ad Capitulum prædictum.*

44 *Sequeſtratio permiſſa, quando dubitatur timor ſcandali, & ſic pariter dilapidatio, deuaſtatio, aut ſubtractio, quæ euitantur præſtita cautione, & num. 45.*

46 *Sequeſtratio mobilium, quæ tempore eſſent peritura tollitur, ſed mobilia venduntur, & pretium deponitur.*

47 *Deſcriptio bonorum eatenus eſt prohibita, quatenus importat ſpeciem incorporationis, vt eſt depingere arma fiſcalia, & ſimilia, & ibi nu.* 48. *quid de ſigillatione capſarum, & oſtiorum.*

49 *Adnotatio bonorum, quæ fit ex cauſa delictorum, quomodo fieri debeat, & quomodo de facto mobilia capi non poſſunt, maximè ex cauſa delictorum, in quibus non datur bonorum confiſcatio.*

50 *Pœna fraudantis fiſcum in rebus non adhuc incorporatis eſt dupli computato ſimplo, & in incorporatis eſt quatrupli, in quo ineſt ſimplum.*

51 *Incorporatio in incorporalibus fit per ſententiam, declarantem, quid ad fiſcum ſpectare, quo caſu limitatur diſpoſitio text. in l. in omnibus ff. de diuerſ. & temp. præſcr.*

52 *Poſſeſſio in incorporalibus acquiritur per ſententiam.*

53 *Bona fiſco non incorporata quanto tempore præſcribantur, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Exceptio *legis bene à Zenone*, quomodo, & quando habet locum, Fiſcus in ſuis venditionibus non poteſt habere fidem de pretio, quod ſecus eſt in priuatis, idem in Tutore, & Syndico Eccleſiæ, & quare in iſtis non eſt ſpeciale. Fiſcus non poteſt euincere rem, quam vendidit etiam ex iure de nouo ſuperueniente, euictio promiſſa á ſe comprehendit hæredem, ſecus ſi à ſe tantum, *text. in l. vendicantem, de euict.* quomodo procedat. Promiſſor euictionis á ſe tantum non poteſt venire contra factum ſuum ex iure alterius. Fiſcus quomodo poteſt capere, vel ſequeſtrare bona. *Capitulum Reg. ex prosũptuosè*, quando locum habeat, ſic adnotatio bonorum; pœna fraudantium bona fiſcalia. Incorporatio in incorporalibus fit per ſententiam.

§. VI.

Videamus nunc dum fiſcus vendidit, & promiſit euictionem, ſi datur caſus, quod non poteſt moleſtari, nec ipſe, nec is, qui ab eo cauſam habet, vel poteſt obijcere malè venditum, quia fuit habita fides de pretio, quod non potuit facere fiſci procurator, vel tandem, quod limitatam promiſit euictionem, taliter quod etiã ipſe ex iure ſuperuenienti, vt alius poſſit euincere, & conſequẽter ad nullam euictionem teneatur, in quo ponam ſcripta in repetitione *l. etſi inſtrumenta C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſ. lib.* 10.

Quoad primum poteſt obijcere exceptionem *text. in l. benè à Zenone* dicit *Plat.* hoc
1 priuilegium habere ementes à Fiſco, vel à Procuratore Cæſaris, vt ſint ſecuri, nec poſſit res ab illis euinci, ſi reperiatur aliena, ſed agit contra Fiſcum, vel Cęſarem per Dominum rei infra quadriennium ad extimationem, non autem ad rem, quo quadriennio elapſo fiſcus ad nihilum tenetur vigore euictionis promiſſæ, & *Andr.* vbi latius *Affl. in Conſtit. Reg. exceptionem filiationis* tenuerunt poſſe hanc opponi tam in vim di-
2 latoriæ, quam in vim peremptoriæ, ſicut exceptio, quem de euictione tenet actio, vt per *Bart. hic, Plat. & Rebuff.* verum exceptio prædictæ *legis benè à Zenone* non proce-
3 dit ſecundum *Andr. & Afflict.* quando in priuilegio appoſita eſſet clauſula, iuribus alienis ſemper ſaluis: nam etſi clauſula prędicta intelligatur in quolibet priuilegio, etiam quod non ſit expreſſa, ſecundum *Andr. in cap.* 1 *qualiter vaſall. iur. deb. fidel.* vbi latè *Moder. Addent. & idem Afflict. in Conſt. mulier, quæ dotarium num.* 20. quoad priuilegium prædictæ *legis benè à Zenone* non intelligitur, ſed ſi fuerit expreſſa, non habet locum ille *text.* ita *idem Andr. in verb. & bona committentium crimen læſæ Maieſtatis nu.* 78. quem allegat, & ſequitur *Capyc. in repet. cap. imperialem cart. mihi* 29. *verſ. quarta concluſio*, & ratio eſt, quia *text.*
4 ille intelligitur, quando Rex concedit rem credendo eſſe ſuam, licet verè ſit aliena, vt per *Afflict. in d. Conſtit. exceptionem filiationis* poſt *Andr. vbi ſupra*, & hæc eſt communis ſecundum *Afflict. in dicto verſ. & bona committentium nu.* 19. voluitq; Rex priuilegiare emptores, aut conceſſionarios, & etiam fiſcum, ne vltra quadriennium inquietetur, ſed quando exprimitur clauſula prædicta, tunc quia eſt expreſſa Regis intentio, merito illa non deſeruit, & ſic declaratur doctr. *Andr.* dum dicit clauſulam illam non ſubintelligi, videlicet in terminis *text. l benè*
5 *à Zenone*, in quibus loquitur, vt per *Adden. ibidem in verb. alterius*, & latiſſimè de materia prædicti *tex.* quomodo procedit, & quomodo limitatur per eoſdem *Adden. in eodẽ loco in verb. lex benè à Zenone poſt Iacob. Felyn. & alios.*

Circa ſecundum, quod non poteſt fiſcus
6 habere fidem de pretio, q̃ eſt tertium notabile traditum hic per *And. de Barul.* etſi tradiderit pretio non ſoluto, dominium non tranſit.

Hoc

Hoc notabile minime colligitur ex iſto *text.* qui tantum ponit caſum, quod ſit ſecurus emptor, probando quomodocumque emptionem factam cũ pretij ſolutione, etiam quod non adſint inſtrumenta, quod quidem eſt de iure cõi, nam vendita re, & pretio non ſoluto dñium non trãsfertur, ſed requiritur
7 pretij numeratio in *l. quod vendidi ff. de cõtrahen. emp in §. venditæ inſtit. de rer. diuiſ.* quo caſu datur vindicatio ad *text. in l. procurator §. pen. ff. de interd. act.* & dum eadem *iura*, & *gloſſ.* declarant, & limitant, niſi eſſet habita fides de pretio, de hoc nihil in *l. noſtra*, ſed tãtum narrat pretij ſolutionem. quæ omni iure requiritur, quod autem Pro-
8 curator fiſci non poſſit habere fidem de pretio, eſt limitatio non ad hunc *text.* qui de hoc nil dixit, ſed ad *iura prædicta*, vt illa nõ procedant in fiſco, vt limitat *glo. in d. l. procurator §. ſi ff. de iur. fiſ. eadem glo. in l. cum vendentur C. vbi cauſ. fiſ. in l. 1. inf. ne fiſ. rem quam vend. euinc.* & ideo hic *Plat* benè non hoc notat ex *text.* ſed quod ſicut in priuato, ſic etiam in fiſco non transfertur rei venditæ dominium, niſi re tradita, & pretio ſoluto, & demum allegando *text. in d. §. venditæ* qui ſe limitat data fide de pretio, ſublimitat illum in fiſco per *tex. in d. l. ſi procurator* & idem dicit in tutore, & Syndico Eccleſiæ,
9 & *glo. in d. l. ſi procurator*, dicit, nota, pro minore, & Eccleſia ex quibus apparet malè ſenſiſſe *Bal.* hic, ac *Pyrrhum*, qui idem notant ex hoc *text.* quod *Andr. de Barul.* Immo dico plus, quod *text. in d. l. ſi procurator §. fin.*
10 *de iur. fiſ.* qui allegatur ad probãdum, quod ſit ſpeciale in fiſco, vt non poſſit habere fidẽ de pretio, minimè hoc probat, ſed ſimpliciter dicit, *ſi ab eo, cui ius diſtrahendi res fiſci datum eſt, ſi fuerit diſtractum, quod fiſci fuit ſtatim fit emptoris pretio tamen ſoluto*, adeo quod dicit idem, quod cætera *iura ſupra allegata*, ſed ſi fuerit habita fides de pretio nihil, ſed *gloſ.* hoc voluerunt, & *Doctor.* communiter dicentes eſſe ſpeciale in fiſco, ſed *iura* in quibus ſe fundant, hoc minimè probant,
11 & notetur; nam concluſio eſt vera in ſe, non quia ſit ſpeciale in fiſco, minore, & Eccleſia, vt ipſi dicunt, ſed quia iſti aliter vendere nõ poſſunt, niſi ex cauſa neceſſaria, vt ſatisfiat ipſorũ creditoribus, ſeu alijs neceſſitatibus, & tunc quando mandatum eſt ex certa cauſa, nõ poteſt niſi propter eam exerceri, cum diligenter ſint fines eius cuſtodiendi, & propterea ſicut in priuato Procurator conſtitutus ad vendendum ex cauſa, vt ſatisfiat creditoribus, non poterit tunc habere fidem de pretio, ſic pariter non poterit fiſcus, tutor, aut Syndicus Monaſterij, ſeu Eccleſiæ, hanc rationem, & hanc punctualem diſtinctionem ponit *Bart. in l. à Diuo pio §. ſed ſi*
12 *emptor ff. de re iud.* qui eſt communiter ſequutus, vt *ibidem* per *Alexan.* latius, & ſic ex ratione mandati limitati ab intellectu iuris, tam in fiſco, quam in priuato non poteſt haberi fides de pretio, non autem, quod *iura*, in quibus vult fundari ſpecialitas, id probent, cum nulla adſit ex ratione allegata, & requiſitum poſitum in *iuribus prædictis*, vt ad translationem dominij numeratio non infert ad aſſumptum, quod propterea non poſſit haberi fides de pretio, ſi hoc idem requiſitum eſt demonſtratum interuenire debere in contractibus priuatorum, cui demum ſatisfit, ſi fuerit habita fides de pretio, quia tunc conſenſus perficit emptionem: ſed quia dum Procurator, Tutor, Syndicus, & ſimiles rem alienam vendunt ex cauſa ſuccurrendi neceſſitatibus imminentibus, quibus non ſatisfit, ſi non vendit præſenti pecunia: propterea cum mandatum intelligatur limitatum ad certam cauſam, & ſic ex hoc formam datam venditioni, propterea quia extra eam mandatum deficit, iuſtè dicit hos non poſſe habere fidem de pretio. Hinc communiter *Bart. cæteriq;* concludunt, quòd dum mandatum non eſt propter cauſam limitatam, ſed ſimpliciter factum ab habente poteſtatem diſponendi liberè de proprijs bonis, tunc poterit Procurator vẽdere habita fide de pretio, & notetur doctr.
13 *Bal. hic*, qui loquendo in Procuratore conſtituto ad vendendum abſque expreſſione ſolutionis pretij, dicit poſſe vendere habita fide de pretio, quia illa dilatio, dicitur pars contractus ex regul. *text. in l. fundi partem ff. de contrab. empt.* alias præſenti pecunia non tanti vendidiſſet conſiderato intereſſe medij temporis, itaque non facit cauſam Domini deteriorem, ſed in fiſco, minore, & Eccleſia non procedit conſiderata cauſa limitata, vt ſatisfiat imminentibus neceſſitatibus, quod minimè adimpletur vendendo cum temporis dilatione, & hæc eſt vera ratio concluſionis communis, non quod *iura allegata* id probent, nec quod conſideretur ratio aliqua ſpecialitatis, quæ eleganter ex-
14 plicauit ſubtilis *Bal.* qui omnia ſciuit in *l. in ciuile C. de rei vendicat.* dicendo *ibi in fin.* & reddendo rationem concluſionis, vt ſupra declaratæ, quod etſi non receditur à forma mandati expreſsè vendendo cum temporis dilatione, receditur tamen à forma iuris, quæ ineſt ipſi mãdato, quæ forma conſiſtit, vt alias vendi non poſſint res fiſci, minorum, & Eccleſiæ, & addit
15 *ipſe* alia, quæ venduntur pro exequutione

teſtamentorum,quod etiam dicit *Bar.in d. §. ſed ſi emptor*,vbi latè *Alex.* niſi ad ſatisfa ciendum neceſſitatibus,& ſignanter quando venduntur ob pias cauſas, nam exequutio piæ cauſæ non requirit moram:hinc *Bal.ibidem* ſequendo *Bart.* non dicit, quod ſit ſpeciale in fiſco,Eccleſia,minoribus, & in exequutoribus vltimarum voluntatum, quia in his ſemper conſideratur cauſa neceſſitatis limitata,& ſic dum excipiuntur hæ perſonæ priuilegiatæ,non eſt cauſa,quia ſpeciale in eis,ſed quia habent limitatam poteſtatem vendendi ex cauſa, & non aliter, ideo *Abb. in c.2.de præcar.in fi.* dicit quod *glo.* in *d.l. procurator in fi.* arguit ex illo *tex.* quod non poteſt Procurator habere fidem de pretio, quia *tex.* diſponit,quod ad trãslationem dominij requiratur pretij ſolutio, & ſic ſecundum *Abb.text.* ille non dicit, ſed *glo.* ex illo ſic arguit,quod argumentum non concludit ex eo,quod *tex.* dicit requiri numerationem pretij,vt diximus,quia idem in priuato, ſed bene ex cauſa à iure inſita,& in mandato ad vendendum intrinsecè comprehenſa. Ob q̃ *Raph.Fulgoſ.in d.§.ſed ſi emptor* dicit *tex. in d.§.ſi procurator* non probare opinionem *Bart.* in eo,quod fiſcus non poſſit habere fidem de pretio,& idem refert,& ſequitur *ibidem Alex.* qui demum dicit probari per *tex. in l.1.ff.de excep.rei iud.* & tradit,quod *text.* pariter nihil pẽnitus probat, vt ex eius lectura apparet, ibi,*niſi probetur me mandaſſe,ne traderem,antequam pretium ſoluatur*, & nihil aliud dicit, ita quod nil ad caſum: hinc *idem text.* ſequitur *Celſus ait, ſi quis rem meam vendiderit minoris quam ei mandaui,non videtur alienata, etſi petam eam non obſtabit mihi exceptio*, quod verum eſt, & optima eſt ratio ex dictis per eumdem *Bart.* quia minoris vendere videtur,dum dilatio pręſtatur,& conſequenter facit contra mandatum,& mandato deficiente nulla propterea eſt venditio.

16 Quartum notabile *Andr.de Barul.* quod fiſcus ſicut priuatus nõ poteſt euincere rem, quã vendidit, cõcordat *tot.tit.inf.ne fiſ.rem, quam vend.eum.* cùm etiam ex iure ſuperue nienti, vt hic, dum præſupponitur, quod fi-
17 ſcus marri ſucceſſerat veræ rei Dominæ,ſecundum *glo.cæterosq. Scribent.* ſed obſtabit regul. *text. in l. vendicantem ff.de euict.* vt quem de euictione tenet actio,eũdem agentem repellat exceptio, & dicetur exceptio
18 doli ſecundum *Plat. hic* per verba expreſſa eiuſdem *tex.in l.vendicantem*,& idem ſi hę-
19 res vellet venire ex perſona propria, vt doli exceptione repellatur,*in l.venditrici C. de reb. alien. non alien.* & in iſtis terminis, videlicet in hærede, quando ex propria perſona, vt obſtet exceptio doli mali, propter quod debet habere ratum factum defuncti, procedit *text.* hoc idem tradens *in l. cum à matre C.de rei vendic.* & ſemper ſtipulatio
20 defuncti comprehendit hæredem, ad *text.in l.ſtipulatio iſta habere licere, vbi Bart. de verbor.oblig.* etiam quod adſit dictio taxati-
21 ua videlicet,quod promiſerit euictionem à ſe tantum vt hæres comprehenditur,quia intelligitur reſpectu extraneorum, non aũt hæredum,qui cenſentur eſſe vna, & eadem perſona cum defuncto, *idem Bal.in l ſi.C.de*
22 *act.empt.* de cuius dicti veritate inferius tractabimus,ſimilem quæſt. poſuit *Bart in l. ſi ſeruus la 2.ff. de cond. furt.* quem ſequitur *Alex.in d.l.ſtipulatio iſta*,qui ponit caſum, quando quis promiſit de ſuo dato, & facto, vt teneatur de facto eius, cuius eſt hæres, quia fingitur vna perſona hæres, & defũctus de quo inferius latius dicemus, quomodo procedat.

23 Hæc limitantur fauore libertatis ad *text. in l ſi tibi C.de act.empt.vt ibi per DD.* communiter, vt quis poſſit venire contra proprium contractum,licet teneatur de euictione, ſed non repellitur actione, & hæc eſt veritas, ſcilicet fauor libertatis, non autem quod voluit ex hoc *text.* reaſſumere *Alexan.* pro reg. *in conſ.109.vol.4* vt quotieſcumque contractus non ſubſiſtat occaſione alterius, non procedat exceptio *text. in l. venditantem*,licet promittens teneatur de euictione, nam aliud eſt teneri de euictione, & aliud impedire actionem doli exceptione.

Limitatur ſecundo in caſu *tex.in l.fin.C. de act.emp.* qui caſus ſecundum *Scriben.* non
24 eſt alibi,quando hæres fideiuſſoris, qui pro alio ſe obligauit de euictione, vult ex iure proprio agere, & rem venditam vendicare, vt non repellatur exceptione, quem de euictione, &c. licet de euictione teneatur.

Limitatur tertio, & hoc notetur ad declarationem ſupradictorum, vt non procedat
25 hæc regula,quando quis promiſit de ſuo facto tantum,& ſic euictionem à ſe tantum,& ſic ab habentibus cauſam à ſe cum dictione illa taxatiua:nam idemmet poterit contrauenire, ſi venit ex iure alterius: nam dicit *Bal.* quod euincit tunc,vt alius *in conſ. 169. volu.1.* & vt nouus homo,*idem in conſil. 52. 3.volum. idem Bal. in l. qui ſe patris C. vnde liber. 6.colum. poſt num. 32.* idem dicit in hærede videlicet, vt hæres promiſſoris cum dictione illa prædicta taxatiua poſſit contrauenire, & hæc eſt communis in hærede,*Bar.in l.ſi ſic,la grande, ff. de verb. oblig.*

oblig. & in l. ſtipulatio iſta, nõ aderat dictio taxatiua, quam opinionem dicit *ibi* veriorem *Alex.* pro qua videtur *text.* particularis in *l qui in futurum §. 1. ff. de pact.* qui loquitur in caſu fortiori, ſed *Bar. ibi* intellexit *text.* cum dictione taxatiua, ita quod firmat hanc opinionem, quando promiſſio habet hanc dictionem taxatiuam, quia cẽſetur eo caſu perſonalis, noluitq; promittens excedere eius propriam perſonam, ad idem *Bart.* allegat *text. in l. non ſolum §. tale ff. de lib. leg.* ibi, *tale legatum hæres meus à ſolo Lucio, Titioùe petito ad hæredem Lucij Titij non tranſit, idem tex. in l. niſi ff. de pact.* ibi, *niſi hoc actum eſt, vt dumtaxat à reo non petatur, à fideiuſſore petatur.* Tunc enim fideiuſſor exceptione non vtetur, & dixi, quod *tex. in d. l. qui in futurum §. 1.* eſt in caſu fortiori, ibi, *ſed ſi ex altera parte in rem, ex altera in perſonam pactum conceptum fuerit, veluti ne ego petam, vel ne à te petã, & hæres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, & ab hærede ſuo omnes petere poterimus*, quem vt dixi, *Bart. ibidem* intelligit, quando adeſt dictio taxatiua, & cum *Bart.* eſt communis, vt per *Ange. Aret. Paul. de Caſtr. Salic. Alexan. & cæteros* communiter, quos cumulat *Iaſ. in d. l. ſi ſic num. 7.* qui reſpondet ad *text. in l. ſi neceſſarias §. de vendendo 2. reſponſo ff. de pignor. act.* vt illa ſint verba *Iuriſconſul.* non partium, & eſt verus intellectus.

Ex quo fit, vt ſupra annotata, intelligan-
26 tur, quando ſimpliciter quis promiſit non contrauenire, vel de euictione, vt teneatur, & comprehendatur hęres, etiam quod velit venire ex propria perſona, nam hoc importat eſſe hæredem, quia vt dixit *Bal.* poſt *Bart. in l. mutum §. 1. ff. de acquiren. hæred.* Hæres adeundo contrahit veram obligationem de obſeruando diſpoſita per defunctum, ita quod etiam, quod prætendat bo-
27 na iure proprio vigore fideicommiſſi exceptione repellatur *l. vnum ex familia §. ſed ſi vno, & §. ſi duos de legat. 2.* cum alijs latiſſimè congeſtis per *me in conſil. 33. volum. 1.* vbi de communi apparet, ſicut è
28 contra facto inuentario inducitur ſeparatio bonorum, & obligationis, alias omnia confunduntur, de quo per *Andr. & Scriben.*
29 communiter in *cap. 1. an agnat & in cap. 1. de alien. feu. patern.* dum tractatur de feudo ex pacto; & prouidentia, nõ hæreditario, quod debetur filijs, vt filijs, non vt hæredibus, qui tenentur eſſe hæredes prædeceſſoris, & concludunt facto innentario non teneri ſeruare diſpoſitionem defuncti, quatenus tangit feudum: ſecus verò non confecto inuentario, & ſi bona debeantur ex contractu, prouidentia, & diſpoſitione maiorum iure proprio, & tum quia ſemper quis intelligitur promittere pro ſe, & hæredibus, *d. l.*
30 *ſtipulatio iſta*, & latiſſimè *Iaſ. in d. l. ſi ſic*, ſicut prouidere pro ſe, & hæredibus *l pactũ, de probation. cap. 1. de duobus fratrib.* propterea hæres tenetur, ſed quando adeſt dictio
31 taxatiua, deſignat perſonalitatem, & ſic nimirum ſi hæredes non comprehendit iure proprio venientes, & etiam iure hæreditario voluerunt *Aret. Alexan. & cæteri in d. l. ſtipulatio iſta, & in d. l. ſi ſic*, quod probat *text. in d. l qui in futurum §. 1. de pact.*
32 Et ſtante hac opinione communi fundata in iuribus, vt ſupra, redditur dubitabilis doctr. *Bart. in d. l. ſtipulatio*, dum adeſt dictio taxatiua, etiam *Bal. in d. l. fin. de act. empt.* niſi vellemus reſpondere cum *Iaſ.* quod ſint verba *Bart.* non partium, ſicut reſpondet ad *tex. in d. §. de vendendo*, & non habet locum conſideratio, quod hæres cenſeatur vna, eademque perſona cum defuncto, ſi defunctus noluit tranſgredi promiſſionem ab eo factã propriam eius perſonam, & magis dubitabilem teneo aliam *Bal.* opinionem *in ſuis*
33 *conſilijs*, vt idemmet promittens poſſit contrauenire ſtante clauſula prædicta, quando alio iure, & vt alius vult euincere: nam tunc ſemper eſt eadem perſona, quæ promittit, & videtur aduerſari omnia *iura*, videlicet *tex.* noſter vbi Fiſcus repreſentans Matris perſonam ex nouo iure acquiſito, & ſic vt alius euincere volebat, *text. in d. l. venditrici, & alia iura*, in quibus vt alius, & ex proprio iure euincere vult, quando enim eſt hæres repręſentat propriam perſonam defuncti; merito obſtat exceptio, ergo quanto magis eidem defuncto, ſi hæres, vt alius non poteſt euincere, nec ſeparatio inuentarij, illudque beneficium, quod conſideratur in hærede, & lex illi tantum tribuit, cõſideratur in defuncto, & ſi hæres, licet verè ſit alia perſona, tamen repellitur, etiam quod veniat iure proprio, quia tenetur, & eſt obligatus ſeruare diſpoſita per defunctum: quanto magis propria principalis obligatio tenebit illũ obligatum quocumq; iure contrauenire prætendat: nam verum erit ſemper dicere cõtrauenire proprię obligationi, quę dixiſſe ſufficiat in hac materia, & licet *Tiraq. in tract. de vtroque retract. in tract. de retract. conuent. §. 1. glo 6.* multa hinc inde dixerit, & cumulauerit, tamen non audet contrariam firmare opinionem.

Sed contingit multoties, quod fiſcus etiam vẽdita per ipſum de facto capit, committendo Perceptoribus Prouinciarũ ſeque-
34 ſtrationem poſſeſſionis feudorum, quod eſt

34 contrà omnia iura; ſi ſimpliciter hoc indifferenter in omnibus bonis permitteret de quo eſt caſus *in l. defenſionis facultas C. de iur.fiſc. lib.* 10. Sed hæc fiſcales faciunt, dum prætendunt poſſidentes feuda carere legitimo ſucceſſore, vel alias feuda, & regalia poſſidētes legitimo carere titulo. In quo ponam quæ ſcripſi *in d. l. defenſionis facultas.*

35 Secundo notatur eſſe de iure prohibitam non ſolum ſequeſtrationem, ſed etiam deſcriptionem, ſeu inuentarium bonorum, dū à principio de facto, vult adhoc procedi, de quo latè, & eleganter per *Luc. de Pen. in l. litibus de agr. & cenſ. lib.* 11. poſt *Andr.* latiſſimè materiam pertractantem *in Conſt. Reg. violentias: ibiq; Afflict. omnesq;* loquuntur

36 in fiſco, & in feudis: nam eſſet de facto ſpoliare, cùm feuda ſunt poſſidibilia ſecundum *Andr.* & non de perpetuò prohibitis alienari, eſſeq; maximam differentiam inter ſpiritualia, & feudalia, quæ ſunt præſcriptibilia, & poſſedibilia per inueſtituras veras, vel præſumptas, nec reſiſtit incapacitas ſubiecti, ſicut in ſpiritualibus, quod procedit in

37 dubio: non quando eſt notorium de non iure, & non allegatur aliquid; ex quo ius prę ſumeretur, & incontinenti probare offerretur: eandemq; doctrin. tradidit latiſſimè *Andr. in cap. imperialem §. illud, de prohib. feud. alien. per Fred. ante num.* 70 Et hæc ſecundum hæc intelliguntur tradita per *Luc. de Pen. in l. quicumque infra de fund. limit. lib.* 11. vbi notabiliter materiam pertractat, de his, quæ ſine priuilegio poſſideri non poſſunt, vt ſunt feuda, & regalia: quo caſu co-

38 gitur, quis oſtendere titulum poſſeſſionis, vt quotidiè ad inſtantiam Fiſci videmus in Regno citari poſſeſſores feudorum, cæterorūq; regalium ad oſtendendum titulum; ſed de facto non ſpoliante; niſi vt ſupra dictum eſt, conſtaret in promptu de nō iure poſſeſſorū.

39 Verum *Andr.* dixit hæc omnia limitari in Regno in morte feudatariorum, per ſpeciale *Capit. Reg. incip. ex præſumptuosè*: Per q̃ permittitur fieri ſequeſtrationem in poſſe Fiſci per mortem feudatarij, quando ſucceſſor non venit ad ſucceſſionem claro, & aperto iure, cuius *Capituli* meminit, etiam hic *Luc.* ſed dicit *Andr.* quod hoc eſt cōtra ius: verùm quia eſt lex Regis qui nouas poteſt facere in ſuo Regno, propterea eſt ſeruanda, & *ibidem Affl. nu.* 14. quod *Capitulum*

40 deciſum eſt habere locum etiam ſi feudatarius in vita tranſtulerit poſſeſſionem in aliū, quando tamen ſine legitimo aſſenſu, vt per *Afflict. deciſ.* 197. & ſecundum diſpoſitionē

41 *prędicti Capituli* ſi infra annum non agitur ad recuperationem poſſeſſionis non poteſt amplius agi poſſeſſorio, ſed tantum petito-

42 rio, vt per eumdem *Affl. in deciſ.* 196. Et quo modo dicatur aperto iure, quem venire ad ſucceſſionem, habetur per *eumdem Afflict. in dec.* 159. verum deciſum fuit *Capitulum* hoc à iure communi exorbitans non procedere in ſubfeudis ſecundum relata per *Free.*

43 *in differ. feud. quat. & pla. & de tab. num.* 21. verſ. 25. cumulat multa *Bammac. in cap.* 1. *ſi de feu. def. mil.* Et ſic practicamus in Regno in morte Baronum, & aliorum feudatariorum feuda tenentium immediatè, & in capite à Reg. Cur.

Verum hæc ſequeſtratio non eſt prohibi-

44 ta, dum dubitatur, ne partes veniant ad arma, ex reg. *text. in l. æquiſſimum ff. de vſufr.* & alia per *Luc. in d. l. litibus*, & ſic etiam tota die practicamus ſecundum qualitatem

45 factorum, & pariter limitatur, quando timetur dilapidatio, deuaſtatio, ſeu ſubtractio ſecundum *Ioan. de Plat. hic*, quod euitatur data cautione de exhibendo & conſeruando in

46 eodem ſtatu; etſi eſſent mobilia, quæ ſequeſtrantur, quæ conſeruari non poſſent: & eſſēt tempore peritura, poteſt procedi ad venditionem, & pretium deponi, vt per *Luc. hic*,

47 & inſuper aduertendum erit ad id, quod dictum eſt, quòd deſcriptio fieri non poſſit: nā ſecundum *Bartol. Alex. Plat cæteroſque* intelligitur de deſcriptione, quæ importat ſpeciem incorporationis, vt eſt depingere arma fiſcalia, & ſimilia denotantia poſſeſſionem, aut dominium, non autem de ſimplici adnotatione ad ſciendam qualitatem, &

48 quantitatem rerum. Immò ex iuſta cauſa poteſt concedere ſigillationem dicunt *Doctor.* capſarum, & oſtiorum ſecundum *Bart.*

49 *Alex. Plat. & alios*. Et dum ex cauſa delictorum fiunt bonorum adnotationes, & multories mobilia de facto capiuntur per biruarios, cęterosque iuſtitiæ miniſtros, & fit omnium ſequeſtratio ſecūdum *Plat. hic* debet hoc fieri cum moderatione, de qua ſupra alias omne, & totum eſt latrocinium, & abominabilis abuſus, maximè quando hęc fiunt ex cauſa delictorum, propter quæ non venit confiſcatio aliqua bonorum. Tunc enim hoc eſt omnino prohibitum: nam dicit *text. not in l. 2. ff de bon. damn. non vt quis in carcerem ductus eſt ſpoliari eum oportet, ſed poſt condemnationem id quoque diuus Adria. reſcripſit*, vbi *gloſ. in verb. oportet*, dicit *ideſt bonis, vel dic. veſtibus, & ſic eſt contra Nuncios Bononiæ.*

Quartò notatur, quòd fraudans Fiſcum in rebus adhuc nec incorporatis, tenetur ad duplum: ibi *vt ſi quid ſubtractum fuerit, exi*

gatur

gatur, & extrinſecus integrum tãtum aliud mulctæ nomine, quantum per fraudem obla-
30 *tũ &c.* Sed in incorporatis pœna eſt quadru pli, vt *infra in l ſeq.* vbi *gloſſ. Bartol. Bald. Odoffr. Angel. Plat. & omnes*: & in hoc duplo, ſeu quadruplo, vt probat hic *text.* ineſt ſimplum, quod etiam docuit *text. in l. 1. inf. pœn. fiſc. cred. præf. gloſ. in l. 2. in verb. teneatur infr. de his, qui ex publicis ration.* vbi *Andr. de Barul. & Pyrr.* verùm quod dictũ eſt de incorporatione dixi *in l. qui in con-*
31 *tractibus eod. tit. de iur. fiſc.* quòd illa in incorporalibus fit per ſententiam, per quam declaratur, quod ad fiſcum ſpectare, tunc enim ſententia facit incorporationem, & non habet locum præſcriptio, de qua *in l. in omnibus ff de diuerſ. & tempor. præſcrip. ita Bald. in l. traditionibus col. fi C. de pact. & in Margar. ad Inno. in verb. poſſeſſio acquiritur: idemq; Innoc. in cap. in noſtris de conceſſ. præb.* & ratio eſt, quia in incorporalibus
32 per ſententiam acquiritur poſſeſſio, ſeu quaſi, *Angel. in l. qui reſtituere ff. de rei vend.* & quanto tempore fiſco non incorporata præſcribantur, vide elegantem diſtinctionẽ *Bartol. in d. l. in omnibus*, quem latius proſequitur *Abb. in cap. cum nobis de præſcript.* & latiſſimè per *Boer.* omnia cumulantem *in deciſ. 264. à nu. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Text. in l. cum vir ff de vſucap. latè examinatur an locum habeat in feudo.*
2 *Lex actum annullans, quomodo, & quos effectus pariat, & quando ipſo iure, vel ſolum reſpectu tertij intereſſe.*
3 *Inueſtitura feudi alient valida.*
4 *Venditio rei alienæ valet.*
5 *Ius ſuperueniens validat venditionem factam, quando non eſt à principio nulla.*
6 *Regula, quòd ab initio non valuit, non intelligitur alia cauſa ſuperueniente, ex qua inualiditas ceſſat.*
7 *Inueſtitura de re aliena facta purè eſt valida.*
8 *Practica venditionis feudorum illorum, qui ſucceſſore carent, qua venditio fit ad inſtantiam creditorum cum legitimo aſſenſu, & feuda ſunt maioris valoris, quã ſunt credita, tunc pecunia, quæ remanet, implicatur in emptionem loco feudi.*
9 *Vendens rem aliquam, in qua ius aliquod habet non autem plenum dominium, intelligitur vendere ius, quòd habet, & idem in legato vſusfructus, & nu. 10.*
11 *Inueſtitura facta de alieno feudo ſciẽti, quòd ob mortem vaſalli erat Domino recaſurũ, intelligitur continere hoc ius deuolutionis quòd tunc* Dominus *habebat.*
12 *Doctr. Andr. in cap. imperialem nu. 13. 6. 60 lun. commendatur, & declaratur.*
13 *Venditio iurium futurorum valida.*
14 *Text. in cap. moribus declaratur loqui de inueſtitura pura, & non de caducitate feudi.*
15 *Text. in cap. 2. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. intellectus.*
16 *Doctr. Andr. ibi in d. cap. 2. peroptimè declaratur, & in cap. 1. qui ſucceſſ. teneantur, & pariter tex. in cap. 1. qui ſucceſ. ten. lo 2.*
17 *Tex. in cap. ſi quis fecerit quo tempore miles declaratur.*
18 *Doct. Andr. refellitur in eo, quod tenet quòd diſpoſita in cap. moribus contineant ſpecialia.*
19 *Euictio non debetur, quando ſuccedit ex natura rei.*
20 *Opin. Camer. in cap. imperialem reprobatur, volentis, vt pacta de hæreditate viuentis valeant in feudis, ſic limitando diſpoſitionem tex. in l. ſi. C de pact.*
21 *Dominus facta inueſtitura tenetur tradere, & non liberatur ſoluendo intereſſe.*
22 *Dominus euicto feudo ab eo conceſſo tenetur ad tradendum aliud eiuſdem eſtimationis.*
23 *Venditor rei alienæ, qui domino rei ſucceſſit, cogitur venditionem adimplere.*
24 *Opinio Martin. & Bart. in l. 1. ff. de actio. empt. vera, vt quis teneatur præcisè tradere, dum habet facultatem rei tradendæ.*
25 *Traditio noua non requiritur ex iure de nouo ſuperuento ei, qui in poſſeſſione rei venditæ per prius permanet.*
26 *Text. in l. cum vir procedit in Domino inueſtiente, non autem in vaſallo vendente feudum cum aſſenſu Domini, quia aſſentijt, vt de re vendẽtis, & non de re in futurum acquirenda, nam tunc eſt alius caſus, & aſſenſus non extenditur de caſu ad caſum, nec de tempore ad tempus, nec de præſenti in futurum.*
27 *Emptor bonæ fidei poteſt agere contra venditorem ad adimplemẽtum, & cogere ad tradendum cum valido aſſenſu.*
28 *Aſſenſus intelligitur prout ius intelligit.*
29 *Contractus feudalis de iure communi feudorum licèt ſit nullus abſque aſſenſu, quoad translationem iuris feudalis non erit nullus in emptore bonæ fidei reſpectu actionis perſonalis, vbi declaratur doctr. Andr. in cap. imperialem, & refellitur doctr. Cam.*

quæ

quæ opinio in Regno eſt dubitata per Conſtit. conſtit. diuæ memoriæ nu. 30.

31 *Contractus feudalis in Regno in tantum eſt nullus quòd ex eo, nec confeſſio oritur ſtante totali prohibitione commercij.*

32 *Rigor ſeruatur in feudis.*

33 *Cõceſſio feudi Titij viuentis, quem Dominus mortuum eſſe credebat, non validatur mortuo Titio ſine hærede.*

34 *Conceſſio feudi tanquàm vacantis per mortem corruit, ſi vacat ex alia cauſa.*

35 *Conſilia Authoris; Fab. de Ann. & Ioan. Andr. de Georg. omnia ſunt in caſu vaſſalli feudum vendentis, vt tali caſu non procedat diſpoſitio text. in l. cum vir, ſed ſecus in Domino, contra Io. Vinc. de Ann.*

36 *Opin. Bammac. in cap. moribus confutatur, qui voluit tex. in l cum vir habere locum in feudis, etiam vaſallo vendente, & deciſiones per ipſum allegatæ declarantur.*

37 *Text. in l. cum vir ſemper habet locum, quãdo adeſt intereſſe euictionis.*

38 *Iura feudalia minimè tractauerunt articulum iuris ſuperuenientis, & propterea ſtãdum eſt diſpoſitioni iuris communis.*

39 *Aſſenſus non extenditur ad incogitata.*

ARGVMENTVM.

Text. in l. cum vir, de vſucap. declaratur, quodq; habet locum in feudis; quando Dominus contrahit, ſecus verò; ſi vaſallus vendit, maximè in Regno. Inueſtitura de re aliena facta purè eſt valida, *Text. in cap. moribus* declaratur, & ſic *tex. in cap. 2. de feud. dat. in vic. legis commiſſ.* & eodem modo *tex. in cap. ſi quis fecerit, quo temp. milit.* Emptor bonæ fidei habet actionẽ contra venditorem ad adimplemẽtũ; & hoc de iure cõmuni feudorũ, ſecus verò de iure Regni per *Conſtitutionem Conſtitutionem diuæ memoriæ*, Conceſſio feudi vacantis ex vna cauſa inualidatur; ſi vacat ex alia, & ſic pariter ſi fuerit facta per mortem eius, qui viuebat, vt non validetur illo poſtea mortuo.

§. VII.

ET poſtquàm exarauimus terminos venditionis rerum fiſcalium, & quomodo, & in quo euictio à Fiſco præſtetur, quodque ex iure de nouo ſuperuenienti non poteſt agere, videamus quæſo, quomodo intelligantur iura tractantia de inueſtituris, quæ fiũt purè de alienis feudis, & de his, quæ fiunt de caducitate feudorum;

1 ex quibus corollariè veniet declaratus, & deciſus articulus, ſi *text. in l. cum vir ff. de vſuc.* ex quo confirmatur venditio ex iure ſuperuenienti, an ille habeat locum in feudis, de quo magna fuit controuerſia inter, *Scrib.* qui contrarias tenuerunt opiniones, vt latè, & doctè per *Octauium Bammac. in repet. cap. moribus, ſi de feud. defun. milit. fuer. controu.* & ad ſaturitatem poſtea per *Conſ. Io. Andr. de Georg.* eleganter articulum pertractantem cum optima diſtinctione terminorum *in ſua alleg. 3.* Breuiter. Ego articulum perſtringam non repetẽdo dicta, & cumulata per *pradictos.*

Et circa primum articulum inueſtituræ purè, vel de feudo recaſuro, ponam meã ſententiam ex ponderatione *iurium* de hoc loquentium, quicquid alij *Scrib.* ſenſerint, & multoties accidit, quòd vnus poſt alium idem ſcribit, *iura* aliter non ponderando; & præmitto pro intelligentia concluſionem

2 illam communiter receptam, quòd non omne, quod lex annullat, dicetur ipſo iure nullum, nam aut annullat principaliter de per ſe, quia prohibitum à lege, ita quòd eſt omnino nullum, & hoc ſemper erit tale, nec actio aliqua ex huiuſmodi actu, ſeu contractu oriri poteſt, aut verò quid dicetur nullum cauſatiuè propter alterius intereſſe vel ex defectu conſenſus illius, & tunc actus reſpectu illius dicetur nullus, quatenus ex eo vellet inferri ei præiudicium, ſed actus in ſe erit validus, & ex eo oriuntur omnes actiones, quæ ex contractibus validis præſtari ſolent: hæc eſt communis diſtinctio *Bart. in d l cum vir*, & omnes ponunt exemplum in re dotali vendi prohibita, vt intelligatur, quoad præiudicium mulieris venditionem eſſe nullam, non autem reſpectu vendentis, & in terminis *text. in cap. 1. de alien. feud. pater* vbi dicitur alienationem non valere etiam cum aſſenſu Domini niſi agnatis conſentiẽtibus, ad quos beneficium eſt reuerſurum, ſed quia illa nullitas oculos habebat ad intereſſe agnatorum, propterea *Andr. tã ibi*: quàm *in cap. 1. de ſucceſſione feud.* dixit nullam eſſe alienationem reſpectu agnatorum, ſed validam durante vita feudatarij alienantis cum aſſenſu Domini, & ſic differẽtia eſt, quòd actus ſit nullus ſimpliciter, vel cauſatiuè: nam primo caſu à principio eſt omnino nullus, ſecus verò, quando ratione intereſſe tertij, & ideò datur ratificatio, vt per *Aluar. poſt Bald. in d. cap. 1. de alienat. feud pat.* quod peroptimè declarauit *Ioan. Raynald. in ſuo comprehenſorio feud. in § habito num. 27.* & benè per *Imol. in d. l. cum*

vri

v ir, quem allegat, & ſequitur ad propoſitũ *Camer. vbi ſupra car. 87. à terg.* quod probant in individuo iura feudalia, de quorum intellectu infra tractabimus: nam omnia in hoc concordant valere inueſtituram alieni
3 feudi cum conſenſu poſſeſſoris, ita quòd conſenſus eſt ille, qui cauſatur ab intereſſe poſſidentis, & hic requiritur ergo non eſt in ſe actus nullus, nec à lege reprobatus, & ideo adeſt totus *tit. de inueſt. de re alien. fact.* ex qua datur actio de euictione, & notoria ſunt
4 iura, valere venditionem, ſeu contractationem rei alienæ ad *text. in l. rem alienam ff. de contrab. empt.* quia vt dicit *ibi gloſ.* tenet contractus in præiudicium vendentis, ſecus ſi à principio eſſet ſimpliciter nullus *gloſ.* elegans *in l ſi quis alienam ff de act. empt.* reddens rationem illius *text.* dicentis, ſi quis alienam rem vendiderit, & medio tempore hæres Domino rei extiterit cogitur implere venditionem, & allegat *text.* pro concor-
5 danti *in l cum vir ff de vſucap.* ex quibus *iuribus* ſumitur regula, quòd ius ſuperueniens validat venditionem factam, quia non erat ſimpliciter nulla, ſed tantum reſpectiuè ad iura poſſeſſoris, quo intereſſe deficiente contractus remanet vndequaque validus, & ſic
6 limitatur regula, quòd ab initio non fuit validum, vt tractu temporis non conualeſcat, vt non intelligatur alia cauſa ſuperueniente, quæ facit ceſſare cauſam inualidationis, aut nullitatis, eleganter *Bart. Odoffr. & cæteri in d. l cum vir*, & de iure feudorum
7 *in cap. 1. de inueſt. de re alien. facta*, taliter eſt firma quod teneatur inueſtiens loco feudi alieni conceſſi dare aliud eiuſdem bonitatis, ſeù quantitatis, dicit *text. in cap. 1. de inueſtit. de re alien. facta*, cui concordat
8 *text. in cap. 1. ſi de feud. vaſall. ab aliq. inter. fuer.* vbi *text.* notab. in eo, quòd dicit ibi *vel nũmos in feudũ dandos numeret*, id eſt implicãdos in emptionẽ, quæ ſtet loco feudi q̃ practicãtur paſſim cũ Regio Fiſco, dũ venduntur bona feudalia validè obligata ab his qui ſucceſſore carent, vt demùm illis ſatisfactis, quod ſupereſt implicatur in emptionem loco feudi ſubiectam iuri deuolutionis.

Præmitto ſecundam concluſionem vt vendens rem aliquam, in qua non habet plenũ
9 dominium, ſed tantum ius aliquod non intelligitur vendere, niſi ius, quod habet *text.* eſt vulgaris *in l. qui tabernas ff. de contrab. empt.* cum *iuribus* cumulatis *per Afflict. in deciſ. 334 poſt Andr. in d. cap. imperialem nu. 10. 3. colum.* quod in tantum eſt verum, vt etſi legari poſſit res aliena, tamen ſi ego
10 lego rem alienam in qua habeo vſumfructũ tantum, intelligitur ille ſolus legatus, ex regula de qua ſupra, licèt legatum ſit inane cùm vſusfructus finiatur morte ad *text in l. vxor patrui, vbi gloſ. & Scrib. C. de legat.* Ex quo infertur, quòd ſi fuerit facta ſimpli-
11 citer inueſtitura de alieno feudo ſcienti, qui aliter ſibi non cauit de euictione, quod feudum per mortem feudatarij poſſidẽtis erat ad Dominum recaſurum, intelligetur hoc ius deuolutionis conceſſum per hanc purã, & ſimplicem inueſtituram, quia hoc Dominus tunc habebat, & id ius, quod habebat intelligitur conceſſum: nam vt diximus pluries *Andr. in d. cap. imperialem num. 13. 6.*
12 *col.* dicit, quòd Vicarius Regis, tanquam Vicarius non poteſt alienare rem Domini, aut ius Domini, & per vocem rem intelligitur de dominio directo, & per vocem ius de feudo aperiendo, vt, *ibi* per *Modern.* authoritate *Camer.* ſic *ibidem* declarantis *fol. 79. 4 col in fin.* Quod ius deuolutionis eſt tantæ conſiderationis, vt in impetratione aſſenſuum fiat datæ limitationes, quando quis non habet ſucceſſorem, & Senex eſt de filijs deſperatus, & ſimilia, de quibus infra latiùs in ſuo loco tractabim⁹, & ob id datur
13 venditio iurium futurorum dicit *And.* ad propoſitum in *cap 1. qui ſucceſſ. ten. nu. 13. 2. col.* ex reg. *tex. in l. nec emptio ff de contrab. empt. & in cap. moribus*, dicit quod Dominus non dat ius tenentis, ſed ius futurum ſuum, quando ſibi aperietur.

Quibus ſic præmiſſis conſiſtentibus in cõmunibus concluſionibus, perſcrutemur nũc iura feudalia; nam indubitanter demonſtrabo eſſe prædictis conformia, & malè à *Doct.* intellecta.

Et incip. *à text. in cap. moribus, ſi de*
14 *feud. defunct. milit.* cum infraſcripta ſunt verba.

Moribus receptum eſt Dominum de feudo militis ſui, quod poſt mortem ipſius ad Dominum reuerti ſperabatur, in alium militem inueſtitura tunc demùm capiet effectum cum feudum Domino, aut hæredi ſuo fuerit apertum.

Hic *text.* minimè dicit; quòd ſit facta inueſtitura de feudo recaſuro, ſed ponit caſũ de inueſtitura feudi facta, purè, & verba illa *text. quod poſt mortem ipſius ad Dominũ reuerti ſperabatur* non ſunt verba inueſtituræ, ſed ſunt narratiua facti feudi per aliũ poſſeſſi, quod indubitatè probant verba illa, *quòd inueſtitura capiet effectum*, cum feudum Domino apertum fuerit: nam ſi conceſſio fuiſſet in caſum caducitatis feudi verba hæc fuiſſent ſuperflua, & non deſeruirẽt, ſed quia conceſſio eſt valida, vt defendit *Andr. in d. cap. 1. qui ſucceſſ. ten. nu. 13. &*

intel-

intelligitur inueſtiens cõcedere ius, quod habet, ſcilicèt ius futurum deuolutionis propterea *text.* dicit quod capiet effectum inueſtitura, quando feudum aperietur Domino, quia hoc ius deuolutionis intelligitur cõceſſum, cùm hoc tantum habebat, & dicitur *moribus introductum eſſe*, quia ſimiles conceſſiones temporibus illis fiebant: vnde allucinantur *Doctor.* qui ex hoc *text.* colligunt factam eſſe inueſtituram expreſsè de feudo recaſuro, quaſi quod pura fieri non potuiſſet. Fuit enim inueſtitura pura, ſed de iure quòd pęnes inueſtientem reſidebat, quod erat ius deuolutionis, ideoque *text.* dicit, quod ſumit effectum, dum feudum Domino aperietur

Ex hoc oritur verus, & germanus intel-
15 lectus *text. in cap. 2. de feud. dat. in vic. l. commiſſ.* cuius verba ſunt infraſcripta.

Si quis inueſtierit aliquem de feudo ſui militis, viri Placentini prorſus aſſerunt hanc inueſtituram non aliter valere, niſi eo conſentiente, cuius erat feudum: Mediolanenſes, & Cremonenſes nihil diſtare aſſeuerant, vtrum eo ſciente, vel ignorante, dummodo eo viuente nullum detrimentum de feudo ſibi contingat, hoc autem dicendum eſt de eo milite, qui feudi ſucceſſores non habet.

Quis enim dicere poteſt, quod hic *text.* non loquatur de inueſtitura purè facta de feudo viuentis, & *text.* determinat ſecundũ opinionem *Mediolanenſium* valere inueſtituram, abſq; cõſẽſu feudatarij, dũmodo illi nullũ fiat detrimentũ, quia vt ſupra diximus intelligitur cõceſſio nõ de iure feudatarij, ſed de iure pęnes Dominũ reſidẽte quòd, erat ius deuolutionis, vbi *gloſ.* tenet opinionẽ *Mediolanenſium*, & ſaluat opinionem *Placentinorum*, vt procedat, quando per pactum tractatur de futura ſucceſſione.

Si *text.* intelligeretur de inueſtitura facta de feudo recaſuro non pure, ſed quando deuoluetur, quæ enim erat dubitatio *text.* tã reſpectu *Placentinorum* quàm *Mediolanenſium*, nam vt dixit *Andr. in d. cap. 1. qui ſucceſſ. ten.* Dominus poteſt de iure ſuo diſponere; & nil commune ius deuolutionis cum vtili dominio feudatarij poſſidentis, & propterea vana erat opinio *Placẽtinorum*, dùm volebant requiri aſſenſum feudatarij in inueſtitura à Domino facienda feudi aperiendi, & pariter vana erat opinio *Mediolanenſium*, dùm limitabant valere inueſtituram, dummodo feudatario detrimentum non fieret, nam ſi conferebatur poſt ipſius mortem, quo tempore ius illius erat extinctum non cadebat reſeruatio detrimenti; ſed quia inueſtitura erat pura, & reſpectu intereſſe feudatarij, ſicut diximus in intereſſe agnatorum, & aliorum, *iura* dicebant inueſtituram non valere, ob id *Placentini* hãc opinionem tenentes requirebant conſenſũ feudatarij viuentis *Mediolanenſes* verò, & *Cremonenſes* attendentes veram opinionem illam poſſe fieri inueſtituram de re aliena non autem in præiudicium Domini, propterea determinauerunt inueſtituram valere, dummodo viuente infeudato nullum ſibi detrimentum irrogetur, & ita *gloſ ibi* & melius
16 omnibus *Andr.* qui etſi *in principio* dicit puram inueſtituram fieri non poſſe, nec valere, ſecus ſi in tempus, aut condictionem quando morietur ſine hærede, tenens tamen *in vltima colum.* dicit, quod illud *capit.* nõ poteſt intelligi ſecundum *Placentinos*, quia Dominus daret non ſolum ius ſuum, ſed feudatarij, & propterea ſubnectit infraſcriptã theoricam.

Item poteſt intelligi, quòd Dominus dat ſimpliciter feudum alterius, quòd tenetur ab eo, hoc non valet, quantum ad præiudicium tenentis, ſi ille nõ conſentit, argumento ſupra quib. mod. feud. amitt. *§* præterea *ſed quantum ad hoc, vt de euictione agatur, ſi fuerit ignarus, qui recepit, aget vt dicitur* inſ. de inueſt. de re alien. fact. *& maximè ſi ſtipulatus eſt de euictione* C. de euict. l. ſi fundus *ſciens, quia rem alienam poſſumus in noſtrũ præiudicium alienare. & ſic etiam Mediolanenſes, & Cremonenſes benè dixerunt, quia eo viuo nullum ſibi fit per hoc detrimentum, ſed fit alienanti, quia tenebitur ad intereſſe, ſiue non conſentiente eo, ſiue ignorante: nam ſi conſentiret faceret ſibi præiudicium, & Dominus non tenetur de euictione, quia non poteſt euinci amodò, niſi conſentiret ſaluo iure ſuo* ff. quib. mod pig. vel hypot. ſoluit. l. Si de bitè *§.* 1. *etſi is cui alienatur, ignorauerit hoc tunc tenetur de euictione, quia damnum non poteſt pati infeudatus de tali conſenſu, hic eſt contractus licitus, quia de re aliena, ſecùs ſit quando lex prohibet, vt contractus de feudo ſine Domini conſenſu, tunc perdit pretium, & de euictione non agit, niſi ignorans ſit, quod dic, vt in* Conſtit. imperialem *§.* nõ autem in gloſ. *At hic non ſic, nam Dominus feudum alienans, non indiget conſenſu alterius* Hæc Iſer.

Ex hac doctrina apparet declarata opinio *Mediolanenſium*, quodq; *text.* loquatur de pura inueſtitura, & declarat *Andr.* prædictam concluſionem factam, vt id quod dicitur puram inueſtiturã non valere intelligatur quantum ad præiudicium tenentis, & ſecundum hæc intelligenda erunt dicta per *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. num. 2. &*

in

& in cap. 1. eodem tit. lo 2. & ſic pariter intelligentur *eadem iura* videlicet *text in eod. cap. 1 quiſucceſſ ten lo 2.* ibi *nam ſi quis fuerit inueſtitus purè de alieno feudo non valet* intelligetur enim quoad præiudicium poſſeſſoris ſecundum *Andr.* & ſic pariter *text.*
17 *in cap. ſi quis fecerit quo temp. mil* ibi *ſi quis fecerit inueſtituram vel cambium de beneficio ſui militis ſine illius conſenſu cuius eſt beneficium, pro non facto habeatur*, vbi *gloſſ. in verb. pro non facto* dicit *hoc intelligo, dum ſupererit vaſallus: verumtamen eo decedente cogitur Dominus adimplere promiſſum, & tunc demum incipit inueſtitura effectum habere*, ad quod allegat *text. in cap. moribus*, ita quod *gloſſ.* intelligit *text. in cap. moribus* de inueſtitura purè facta, idemq; ibi per *Iacob de Beluiſ. & Bal. ibi* dicit idem, ſcilicet validam eſſe promiſſionem & non fuerit nuda, ſed veſtita ſtipulatione, quem ſequuntur *ibi Aluar. & Præpoſ.* ex quo fit, quod dum
18 *Andr. ibi* dixerit, inueſtituram puram non valere, ſecus in diem, vel conditionem quãdo morietur vaſallus ſine hærede legitimo, & ſubſequitur, & hæc ſunt ſpecialia *in feudo inf. ſi de feu. controu. cap. moribus*, alias qui vendit rem alienam eo effecto Domino cõfirmatur venditio, *ff. de vſucap. l. cum vir, & de act. empt. l. ſi quis alienam*, dico inquam, quod non video rationem ſpecialitatis ſtantibus præallegatis, & declaratis ſecundum eumdemmet *Andr.* & addendo ſecundum eius doctrinam, quod intelligitur Dominum conceſſiſſe ius, quod habet, omnis prorſus ceſſat difficultas, loquendo in ſimplici inueſtitura facta, vel in venditione facta ſcienti, abſque promiſſione euictionis, & *Præpoſ.* ſibimet contrarius *in d. cap. 1. in fi.* tenet cum *gloſ.* vt valeat inueſtitura, quoad præiudiciũ inueſtientis, *& Ardiz in cap. 9 & 22.* ſequutus eſt *gloſ.* opinionem inſimul cum *Beluiſ.* vt inueſtitura purè facta valeat, ſed effectũ capiat poſt mortẽ feudi tenentis: hinc *Laudenſ.* ſequendo *glo.* dixit non agi de euictione, quia natura inueſtiturę intelligitur de iure deuoluendo, & quando ex rei natura
19 caſus ſuccedit, euictio non debetur allegat *gloſſ.* notabilem *in leg. ſi familiæ C famil. herciſc.* ſecùs ſi eſſet ignarus, vel de euictione cauerit, & *Piſtor. q. 10. nu. 39.* ſequitur *gloſſ.*

Hinc non benè dixit *Camer. in d. cap. im*
20 *perialem fol. 36. 1. colum. verſ. quinimo, & fortius* tradens limitari in feudis reg. *text. in l. fin. C. de pact.* vt pacta de hæreditate viuentis in feudis valeant, alludens ex hoc doctr. *Andr.* dicentis, quòd ſit ſpeciale in feudis: nam ſi datur in Domino directo ius formatum deuolutionis propter ſuum directũ dominium, illudque ius cenſetur vendere, & non ius vaſalli, quod nullo modo tangitur, nec in vita, nec poſt mortem, quia reconſolidatum eſt cum directo dominio, qui termini non procedunt in hæreditatibus viuentiũ, quæ ſunt in pleno dominio morientium, nec poteſt dari illarum contractatio diſtincta ab ipſorum iure, & dominio, nullumque habent contrahentes ius, niſi ſpem illam ſucceſſionis, in hoc à iure reprobatam, propterea nulla cadit ſpecialitas, termini ſunt differentes, & contractatio eſt omni iure permiſſa in feudis loquendo in directo Domino, non quia eſt ſpeciale in feudis, ſed quia Dominus habet ius formatum in ſuam reſidens perſonam, quod ius tantum intelligitur concedere, quod vt demonſtratum eſt, licet, & permittitur non ſolum per iura feudalia, ſed etiam communia Romanorum.

Si in feudo facta inueſtitura tenetur Dominus tradere, & non ſatisfacit offerendo
21 ſoluere intereſſe ad *tex. in cap. ſi facta, ſi de feu. defunct. mil. t.* ſi in caſu euictionis tene-
22 tur ad tradendum aliud feudum eiuſdem æſtimationis ad *tex. in cap. 1 ſi de feu. vaſal. ab aliq. interp. fuer. &* in *cap. 1. de inueſti. de*
23 *re alien. fact.* ſi quis alienam rem vendiderit, & medio tempore hæres Domino rei extiterit, cogetur implere venditionem dicit *Paulus Iureconſ in d. l. ſi quis alienam ff. de act. empt.* vbi *gloſ.* quę allegat *tex. in l. cum vir*, pro concor. ex quo *text.* redditur indu-
24 bitata opinio *Bart.* iam communis, & vera opinio *Mart in l. 1 ff. de act. emp.* vt teneatur quis pręcisè tradere, dum habet facultatem rei tradendæ, quæ in feudis, vt apparet eſt indiſputabilis, ſequitur ex hoc ſatis, ſuperque fundatum ex iure ſuperuenienti inueſtituram, ſeu venditionem à Domino fa-
25 ctam confirmari, etſi tradiderit non eſſe neceſſariam nouam traditionem, ex regu. *tex. in § interdum, inſtit. de rer. diuiſ.* vbi *glo.* etſi non tradiderit, tenetur adimplere.

Et hoc in Domino inueſtiente, cui, vt di-
26 ximus, authoritate *Andr.* non eſt prohibita feudi alienatio, & regula *text. in l. cum vir* ſemper locum habet ſecundum tradita *ibi per Doct.* quoad excipiendum, ſed ſi non ſumus in Domino, ſed in eo, qui alienam rẽ vendiderit, qui de re feudali abſque aſſenſu diſponere non poteſt, tunc quia Dominus aſſentit, vt de re Titij alienãtis, cuius nõ erat tempore venditionis, & non aſſentit ſuper re in futurum acquirenda, & ſic eſt alius caſus, & aſſenſus non extenditur, nec de tempore ad tempus, nec de caſu ad caſum, intantum, quòd aſſenſus ſuper contractu facto non exten-

tenditur ad faciendum, & conſideratur in feudis intereſſe voluntatis ſi placet, vel diſplicet, ob quod nec de præſenti trahitur ad futurum, nec è contra, quæ omnia recenſet *And.in d.cap.imperialem*, vbi latius *Camer.* & *in meo conſi.36.* ſequitur propterea, quod in vaſallo alienante non habebit locum reg. *text.in l.cum vir*, ad effectum, vt intelligatur confirmata venditio, vt tenui in allega-
27 to *conſil.* Sed benè agere poterit emptor contra Dominum, vt adimpleat, & cogere ad tradendum cum valido aſſenſu, ſecundū regulas iuris communis feudorum, quia fuit emptor bonæ fidei, & contractus habuit iuſtum initium cum aſſenſu Domini ad *text. in d.cap.imperialem*, vbi *gloſſ.in ver. ex empto*, & cum hoc veniat ex natura contractus per *d text.in l. ſi quis alienam*, & aſſenſus,
28 vt pluries dicit *Andr.* intelligitur, prout ius intelligitur ex regu. *tex.in l. ſi cui, ff.de ſeruit.* propterea de iure communi feudorum daretur actio contra vendentem, vt compellatur adimplere contractum factum, actione tamen perſonali deſcendente ex contractu valido facto cum aſſenſu, & de iure com-
29 muni feudorum, licèt contractus abſque aſſenſu ſit nullus, quoad translationem iuris feudalis, non erit in actione perſonali ex cōtractu deſcendente, non ſolum contra contrahentem, ſed etiam contra ipſius hæredē, quia hoc non tangit feudum, eſt ſolemne dictum *And.in d.cap.imperialem, propè n.16.* ibi *teneretur tunc ex perſona eius, cuius eſt hæres ſicut ille*, quem non bene *ibi* intellexit *Camer.* & hoc quando bona fide : quod
30 valdè dubitarem procedere in Regno per *text.in conſtitut.Conſtitutionem diuæ mem.* per quem omne commercium prohibetur in feudo, & datur facultas eiſdem contrahentibus reuocandi contractum factum, illique contraueniendi, dum aſſenſus deficit, & maximè ſi ius hoc ſuperueniat hæredi, & non defuncto, quo caſu amiſſa eſſet ſpes reconualidationis, & requireretur nouus conſenſus hæredis poſitiuus, & ſuper nouo conſenſu nouus aſſenſus ſm̄ deciſionem eiuſdē *Andre.* de qua infra ſuo loco latiùs diſcur-
31 remus : & intantùm eſt nullus contractus vigore *Conſtitutionis*, quòd nec etiam ex eo oritur confeſſio ſecundum *Aſſi.ibidem, & in*
32 *eod.cap.imperialem.* In feudis enim ſeruatur rigor dixit *Andr.vbi ſupra.* Hinc *Andr. in cap.moribus* communiter ſequutus : ponit quæſtionem, ſi Dominus concedit feudū
33 Titij viuentis, quem credebat eſſe mortuū ; an valeat inueſtitura ad effectum, vt mortuo Titio ſine hærede feudum debeatur, & concludit non deberi, quia errauit, & deficit conſenſus : vnde cum hic conſenſerit in alienatione feudi, quod credebat eſſe Titij tempore alienationis, cuius verè non erat, ſed alterius, non conſentit Rex aſſentiendo rei Titio acquirendæ, ſed rei acquiſitæ, & exiſtenti in illius dominio, in quo ſi fuit erratum, deficit conſenſus alienationi de præſenti, & minimè adeſt acquiſitioni de futuro, & ſic pariter ſecundum *And.ibidem*, ſi fit cō-
34 ceſſio feudi tanquàm vacantis per mortē, & vacaret ex alia cauſa, minimè feudum deberetur, de quo latius *ibi* per *Modern. Add.* igitur ius ſuperueniens non poteſt cōprehendi ſub aſſenſu per prius impetrato, quia eſt alius caſus, ſpectat alio iure, & iuri futuro, vt de dominio acquiſito, & non de acquirendo contractus eſt nullus per *Conſt. Regn.* non tenetur quis illi ſtare, quia lege prohibitus contractus, datur reuocatio eiſdem contrahentibus : Ergo regula *text. in l.cum vir* in Regno loquendo de vaſallis contrahentibus ſuper re feudali non poteſt
35 habere locum : & ſic procedunt per *me* allegata *in d.conſ.* 36. & in vaſallo procedunt allegata per *Conſiliarium Fabium de Anna in ſuo conſi.39.nu.36.* ſecundum quæ pariter conſuluit prædictus *Conſiliarius Ioan. Andr.de Georg.in d.conſi.3.fol.33.verſi.præ dicta loca feudalia*, ſed in Domino diſponē te benè procedit regula *text. in l. cum vir*, quicquid dixerit *Io.Vinc.de Ann in repetit. cap.1.de vaſall.decrep.atat.nu.264.* qui non deguſtauit punctum, nec terminos diſtin-
36 xit, & ſic non conſentio opinioni *Bammacarij in repetit. d. cap. moribus*, dum ponit caſum in vaſallo vendente alienum feudum cum aſſenſu, vt ex iure ſuperuenienti, ex regu. *text.in l.cum vir*, validetur venditio, & *Andr.in locis*, quos allegat, loquitur in inueſtitura de feudo recaſuro, & *idem Afflict. in deciſ.292.* nec *Andr.* aliquid dicit in *Conſtit.Reg.grandis vtilitas*, & *Ioan Vinc. de Ann.* tenet, vt diximus non habere locum *text.in l.cum vir*, ſed malè, quia loquitur in Domino, & non in vaſallo vendente, & ſic cæteræ deciſiones, quæ adducuntur loquuntur in Domino inueſtiente, in quo cum non conſideretur qualitas feudalis, nec aliter requiratur aſſenſus, cum omnia pēnes Regem ſint allodialia, & intereſt ipſius : dum vendit in feudum, venditionem validari ratione
37 intereſſe euictionis, tunc ſecundū *Bar. Imo. & omnes Scrib.in d.l.cum vir*, ius ſuperueniens validat contractum, & tractamus de allodialibus, & non de feudalibus, quæ iura feudalia nullo modo tractauerunt de hoc
38 articulo iuris ſuperuenientis, & ſic remanemus ſub diſpoſitione iuris communis ex regul.

ſed omnem vim fecerunt, & caſum poſuerũt in validitate inueſtituræ purę de feudo alieno, vel de caducitate feudi, vt non ſit valida hæc vltima, quia parit triſtes euentus, vi detur contra bonos mores; & quodammodo eſſe pactum futuræ ſucceſſionis; prima verò pura, quia nulla, & conſequenter, q̃ nullum eſt, tractu temporis conualeſcere non poteſt. Quibus omnibus ſupra eſt reſpõſum, videlicet, inueſtituram puram non eſſe nullam omnino, ſed cauſatiuè, quatenus detrimentum afferret poſſidenti, & inueſtituram de caducitate feudi moribus approbatam, & omninò validam ex particularibus rationibus per *Andr.* ponderatis *in d.c.1. qui ſuc ceſſ.ten.num.*13. & ſic cum iura feudalia non ſint in hoc articulo, dicimus reſpectu Domini ſubeſſe regulis iuris communis, vt ſic habeat locum regul. *text in l. cum vir*, in caſibus à iure communi ſtatutis. In vaſallo verò qui tractat de feudo, & non poteſt de iure feudali diſponere ſine aſſenſu, diximus non habere locum prædictam regulam, quia aſſenſus impetratus, non extenditur ad incogitata, dicit *Andr.* ſæpè (æpius ex regul. *tex in*
39 *l. qui cum tutoribus ff de tranſact.* non extenditur ad futura, nõ de caſu ad caſum, nec de tempore ad tempus, aut de re ad rem; vnde defectus aſſenſus, & defectus poteſtatis facit vt ius ſuperueniens non iuuet, non aurem natura contractus venditionis, maximè quando venditoris intereſt, quæ dixiſſe ſufficiant pro declaratione hinc inde per *Doct.* traditorum.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurarius Regni, Primipili officio fungitur, & vt talis poteſt appellari, & hæc eſt communis, & nu.2. & 3. & nu.6.9. & 10.*

4 *Filius Primipili etiam non hæres, & qui paterna bona non poſſidet, tenetur Regiæ Curiæ pro adminiſtratione paterna.*

5 *Fiſcus præfertur vxori Primipili anteriori pro dotibus, & non ſolum in bonis viri, ſed etiam in bonis dotalibus translatis in viri dominium, & nu.7. & ſic pariter reſpectu aliorum creditorum anteriorum, nu.8.*

11 *Opinio gloſ. commendatur in cap. ex parte de conſuet. dicentis bona vxoris Primipili in ſubſidium fiſco eſſe obligata.*

12 *Filij non hæredes poſſidentes bona patris titulo particulari, tenentur fiſco pro functionibus fiſcalibus à patre debitis, vel bona prædicta cedere debent.*

13 *Fiſcus ex cauſa publicæ neceſſitatis exigere poteſt à ſuo debitore ante diem, pendente tempore ſolutionis, deducto tamen intereſſe medij temporis.*

14 *Arrendator fiſci, ſi multum lucratus eſt in arrendamento poteſt cogi finito illius tempore, vt iterum conducat pretio eodem, quando non reperitur arrendator, pro iuſto pretio.*

15 *Tex. in l. cotem ferro §. fi. ff. de publ. & in l. 3. §. cum in quinquennium ff. de iur. fiſ. declarantur.*

16 *Fiſcus in paritate licitatorum poteſt gratificare plus vnum, quam alium, quod non ſeruatur hodie, ſed iterum proceditur ad licitationem.*

17 *Debitor fiſci contumax non ſoluendo non gaudet beneficio ceſſionis bonorum.*

18 *Practica eſt in contrarium eorum, quæ dicta ſunt de vxore Theſaurarij, eiusq; filijs & ſic etiam reſpectu aliorum creditorum anteriorum, nec in practica ſeruatur, quod dictum eſt de filijs debitorum functionum fiſcalium, prout non ſeruatur, id quod dictum eſt de Arrendatoribus.*

19 *Practica, quod Officiales pecuniarij, vulgò dicti* li pagatori, *qui deſtinantur per* Prouincias *ad ſolutiones faciendas militibus, vt iterato non tranſmittantur, niſi prius reddita ratione primæ miſſionis, vnde ſumpta.*

20 *Theſaurarius tenetur de culpis, & defectibus ſuorum Officialium in ſubſidium, quod non procedit in Scriba portionis, qui tenetur principaliter, & ibi ratio.*

21 *Scriba portionis nullum habet ſuperiorem, niſi Regem, aut* Proregem.

22 *Fiſco expedit conuenire ante omnia principalem debitorem, & ſic Reipublicæ, quia ex hoc facilius inueniuntur fideiuſſores, & approbatores, & ibi vide illationes.*

23 *Fides nulla eſt adhibenda ſchedulis priuatis Arrendatorũ, vel ipſorum libris, quando ex iſtis tantum volunt facere debitores aliquos ipſorum Arrendamentorum, vel participes in eis, maximè ſi in malam fortunam deuenerunt, & nu.25.*

24 *Fiſcus contra participãtes, ſeu vulgò dictos caratarios agere poteſt actione directa, ſicut contra proprium Arrendatorem.*

25 *Liber rationum continens data, & accepta, quam fidem faciat.*

26 *Impoſitiones antiquis temporibus exigebantur in ſpeciebus pro ſubſtẽtatione militum, hodie verò ſunt omnes redactæ in pecuniã ad ſubueniendum Regum neceſſitatibus.*

27 *Militibus nauigantibus in Regijs triremibus, & rimerijs in illis ſeruientibus ſpecies annonariæ præſtantur ſtatutis diebus, Curiæ expenſis, quæ militibus in eorum ſtipẽdijs computantur.*

28 *Conſuetudo dandi veſtitum ſemel in anno remigantibus, ſeu forzatis in triremibus, & quo tempore, vnde ſumpta.*

29 *Nauigatio quo tempore incipere debet, & quo finire.*

30 *Victus quis, & quomodo antiquis temporibus militibus præſtabatur, & inter cætera nu. 31. Quod in menſe Nouembris mandabatur dari vinum nouum, & ſic pariter circa paleam, & fænum, nu. 32.*

33 *Functionum fiſcalium impoſitio eſt antiqua tempore Romanorum Imperatorum, & ſoluebantur viginti ſex denarij pro quolibet capite, ſeu fumante, ante quam impoſitionem ſoluebantur collecta, nu. 35.*

34 *Impoſitio per focularia eſt antiqua, de qua Bal. eſt loquutus.*

36 *Functiones fiſcales impoſitæ tempore Regis Alphonſi Primi, fuerunt recompenſatiuæ ad pretium ſalis, quod Rex Alphonſus dare promiſit ſingulis focularibus Regni, videlicet: tumulum vnum pro quolibet, quæ ſolutio pretij ſalis debita à populis erat à tempore Machabæorum, & erat vectigal antiquum tempore Romanorum, quod inter Regalia computatur, & ſolus Rex in Regno ſal vendere poteſt, & eius ſunt omnes ſalinæ.*

37 *Donatiua, quæ ſingulis duobus annis ſiunt per Regnum, & Barones congregato Generali parlamento, an ſint voluntaria, remiſſiuè.*

38 *Mandata, ſeu* Procurationes *Vniuerſitatũ Regni, qualia, ſeu quales eſſe debent, remiſſiuè.*

39 *Deus ſcrutator cordium eſt, & reddet vnicuiq; iuxta opera ſua.*

40 *Rex datus eſt Regno, ſicut Regnum ipſi, & dicitur pater, maritus, tutor, & adminiſtrator populorum.*

41 *Regis Alphonſi dictum commendatur.*

42 *Vniuerſitates terrarum, quomodo poſſunt imponere collectas, ſeu gabellas pro ſolutione functionum fiſcalium, & aliorum onerum, & qui ad eas teneantur, vel excuſentur.*

43 *Appellatio datur ſi quis ex appretio facto per Appretiatores Vniuerſitatis ſenſerit ſe grauatum.*

44 *Appretiatorum materia, & quomodo appretiari debent Terræ, in quibus ſunt ſuntuoſæ habitationes, remiſſiuè.*

45 *Vniuerſitates quomodo poſſunt vendere, ſeu arrẽdare Territorium commune omnibus, & nouas facere defenſas, remiſſiuè.*

46 *Dohana menepecudum Apuleæ, non eſt quid nouum ſed antiqua ſolutio, omnesq; ipſius inſtructiones ſunt per leges Imperatorum determinatæ.*

47 *Penſio ſolui ſolita pro paſcuis augeri non poteſt, niſi* Principe *conſulto.*

48 *Paſcua, quæ mandantur cuſtodiri, & conſeruari p Regios Cauallarios, ſic vulgo dictos determinatum eſt per leges Imperatorum.*

49 *Cauallarij prædicti gaudent fori priuilegio, ſuntq; ſub iuriſdictione Regij Dohanerij, cui conceſſum eſt merum, & mixtum Imperium ſuper omnes locatos, ſeruientes, & quomodocumque Dohanam inſequentes, et etiam deciſum eſt contra Neapolitanos.*

50 *Cauallarij extraordinarij fieri poſſunt, & ſolitum eſt, neceſſitate ſuadente, quòd pariter per leges Imperatorum eſt prouiſum & ibi qua pœna afficiuntur, quando malè adminiſtrant.*

51 *Pœna qualis ſit contra paſculantes, & damnificantes paſcua ad vſum Regiæ Dohanæ deputata.*

52 *Cauallarij, milites equitantes affirmat eſſe Ioa. de* Plat.

53 *Cauallarij extraordinarij, ſeu ſupernumerarij de iure gaudere non debent priuilegijs, quibus ordinarij.*

54 *Doctores ſupernumerarij de Collegio Neap. in quo magnus Cancellarius Regni habet ordinariam iuriſdictionem, non gaudent priuilegijs Collegij, & ita deciſum.*

55 *Deſcriptio in libris Regiæ Dohanæ, ſufficit vt in futurum poſſint cogi perſonæ cum ſuis animalibus ad paſcua ſumenda, & debitam penſionem ſoluẽdam in futurum, & ſic pariter circa territoria, vt Regia Dohana capere poſſit ab inuitis, pro ſubſtentatione animalium in ea locatorum, quod pariter eſt per leges Imperatorum prouiſum.*

56 *Initium Regiæ Dohanæ á tempore Romanorum.*

57 *Laus tribunalis Reg. Cameræ, & de ipſius officio, remiſſiuè.*

58 *Impoſitio dicta* delli lagni, *ac impoſitio turrium, quomodo fundantur.*

ARGVMENTVM.

Theſaurarius Regni dicitur Primipilus, fiſcus quomodo pro mala illius adminiſtratione poſſit agere ſuper illius bonis, & quomodo filij, & vxor pro primipilo teneantur. Filij non hæredes, an teneantur pro patre ex debito functionum fiſcalium; fiſcus quomodo ante diem poteſt debitum exigere. Arrendatores, quomodo finito tempore arrendamenti poſſunt cogi ad iterum arrendandum, Theſaurarius tenetur de culpis ſuorum Miniſtrorum, ſed in ſubſidium, quod non eſt in Scriba portionis. Fides, quanta ſit adhibẽda ſchedulis Arrendatorum, Solitum antiquum dari militibus. Nauigatio quo tempore incipere debeat, & quo finire. Functiones fiſcales à tempore Romanorum; Vniuerſitates

ter-

terrarum quomodo collectas imponunt. Dohana menepecudum, quid, & quo tempore conſtituta.

§. VIII.

DIximus ſupra, quòd Percepto
1 res Prouinciales tenentur tranſmittere omnem pecuniam, quam exigunt ad Regiam Theſaurariam, penes Regium Generalem Theſaurarium: videamus propterea, quid de Theſaurario iura diſponunt, & qualis eſt illius obligatio, & equidem videtur, quod appel-
2 lari poſſit Primipilus: nam dixit *Ioa. de Pla. in rubr. C. de primipil. lib.* 12. poſt *gloſ.* quod dicitur ille, qui eſt primus inter Adminiſtratores, & *Luc. de Pen.* licet *in eadem rubr.* videatur ſentire aliud. Tamen *in l.* 3. *eiuſd. tit.* dixit, quod eſt officium, quod conſiſtit in adminiſtratione pecuniæ, quodq; hic eſt verus
3 intellectus, & *Affl. in Conſtit. Regn. Patres pro filijs num.* 8 nominatim tradit Theſaurarium Generalem Regis eſſe Primipilum, quod per prius dixit *Ang. in l* 1. *C. de priuil. fiſc.* & idem tradit *Reſtaur. Caſtal. in tract. de Imperat. q* 110. *priuil* 257. qui etiam dicit, quod ex diſpoſitione *text. in l.* 3. *&* 4. *eiuſd.*
4 *titul.* Filius non hæres, & qui bona paterna, non poſſidet, tenetur Reg. Curiæ pro adminiſtratione paterna, idemq; tradidit *Peregrin. in tract. de iur fiſc. lib.* 6. *cap.* 7. *nu.* 11. Et
5 non ſolum fiſcus præfertur vxori anteriori pro dotibus, ſed etiam bonis dotalibus trãſlatis in viri dominium: ita quod contra regulas tenetur vxor pro marito, vt per *Ioan. de Plat in d. l.* 3 *&* 4. *Luc de Pen. ibid. cæterosq. Scrib.* in quo vide notata per *Angel. in d. l.* 1. *de priuil fiſc.* Et hæc omnia, quod The
6 ſaurarius ſit primipilus, & cætera ſupra tradita fi mat *Franc. Luc. in tract. de priuil.*
7 *fiſc. num* 18. *&* 19. & quod vxor generalis Theſaurarij Regis, qui ex adminiſtratione eſt fiſci debitor, vt ipſa inquam non præferatur pro dote, nec poſſit antea detrahere iura ſua dotalia, placuit *Afflict. loc. proximè*
8 *cit.* Et quod non ſolum præferatur hypothecæ anterioris mulieris, ſed cęterorum credi torum, latius *Peregrin. vbi ſupra lib.* 6 *tit.* 6. *nu.* 43 *poſt Capyc. in dec.* 129. vbi firmat eſſe
9 Theſaurarium Primipilum, licet in illa cauſa referat votatum contra Reginam, quæ prætendebat gaudere priuilegijs fiſcalibus contra pupillum primipili hæredem: *&* *Mart. Laudenſ. de priuil fiſ q.* 214. loquitur
10 in ſpecie in Theſaurario, & idem per omnia tenet, dicens diſpoſita in primipilo habere locum in eo.

Et videatur *gloſ notab. in cap. ex parte de conſuet. in verb. alienari*, vbi infraſcripta
11 tradit. In caſu tamen quandoq; diſtrahuntur bona mulieris pro viro, vt in cauſa primipilorum bona mulieris pro marito obnoxia ſunt fiſco, ſi omnia bona mariti exhauſta ſunt, vbi *Abb. cæteriq; Scrib.* Idemq; firmat *Couarr. in cap.* 16 *variar reſol.* licet præſupponat, Primipilum eſſe alium, quàm quod ſupra expoſuimus ſecundum communem *Doctor.* opinionem.

Aliud quoque notabile, & ſpecialiter no-
12 tetur pro functionibus fiſcalibus, quod hęredes ad illas in tãtum tenentur pro Patribus, quod etiam ſi renunciauerint hæreditatem, tenentur etiam cedere bonis, quæ habuerũt à defuncto quocumq; titulo inter viuos tanquam talibus debitis obnoxijs, *text. eſt in l. hæredes, vbi gloſ. Ang. Nicol de Neap Ioa. de Plat & Luc. de Penn. C. de omn. agr. deſer. lib.* 10.

13 Sed omittere nolui vnum, quod ſi eius ex cauſa publicæ neceſſitatis, poteſt à debitore ſuo exigere ante diem, & pendente tempore ſolutionis, deducto tamen intereſſe medij temporis, per *tex. in l.* 1 *vbi gloſſ. Bal. Salic. C. de cond ex leg. Ang. in l. cum quidam §. fiſcus ff. de vſur. Plat in l.* 1. *C. de fiſc. vſur. lib.* 10 *latius Peregr. vbi ſupra lib.* 6. *num.* 21.

Sicut pariter, & notetur, quando Arrendator fiſci multum lucratus eſt in Arrenda-
14 mento facto, & eo finito non reperitur Arrendator pro eodem ſaltem pretio, quo per prius ſtetit arrendamẽto cum. Poteſt compelli ipſe Arrendator, vt iterum conducat fiſcalia corpora, pretio, quo primo loco tenuit;
15 *text. eſt in l cotem ferro §. fin ff. de publi* vbi *glo.* declarat, quomodo procedat *text in l.* 3. *§. cum in quinquennium ff. de iure fiſc.* qui dicit totum oppoſitum: vult enim, vt procedat, quando non facit magnum lucrum, quod firmauit *Mart. Laud in tract. de fiſc. priuil.* 65 *& Franc. Luc. in eodem tract priuileg.* 17. *&* 88. licet *gloſſ. in l. fi. C. de locat. præd. ciuil.* in verb. *in arbitrio* teneat eſſe correctam diſpoſitionem *tex. in l cotem ferro §. fi. per text. in d. §. cum in quinquennũ.* Sed *Bart in d. §. fin.* ſequitur opinionem *gl. ibi*, qui allegat *glo.* conſimilem *in l ſi cum hermes C. locat.* tenentem eandem opinionem, quam tenet *gloſ. in dicto §. fin. vbi Paul. de Caſtr. in princip.* tenet idem, quod *gloſ. ibi*, poſt *Bal. in l.* 1. *C. de hæred. vel act. vend.* qui *Laudenſ. in priuil.* 61. tra-
16 dit, quod ſi Officialis Fiſcalis ſubhaſtat datium pro mille, ſi duo licitantes eodem tempore reſpõdent, locus erit gratificationi

quod ſæpe ſæpius accidit in Regia Camera, quæ prouidet, quod iterum accendatur candela,& hæc eſt practica,quę ſeruatur,& *præ dictus Luc.vbi ſup. priuil.* 46.tradidit, quod
17 debitor fiſci contumax in non ſoluendo, nõ poteſt gaudere beneficio ceſſionis bonorum
18 in fiſci damnum:ſed quæ dicta ſunt de Theſaurario,vxore, eiusq; hæredibus,in practica non ſeruantur:nec etiam reſpectu aliorũ creditorum anteriorum;nec pariter,quę dicta ſunt de filijs debitorum functionum fiſcalium, quando bona paterna particulari titulo poſſident,& ſimiliter non vidi practicatum id, quod dictum eſt de Arrendatoribus, prout minimè hoc practicatur in dominio Venetorum,vt refert *Peregr. de iur.fiſc. lib.6.tit.5.nu 6.*cum quibus Arrendatoribus nomine Regio fiunt capitulationes particulares concedendo illis multas immunitates, & priuilegia, & inter cætera conceduntur particulares Iudices, à quibus omnes ipſorum cauſæ, acq; controuerſiæ cognoſci habeant,quod ſumitur ex *tex.in l.3.& 4.C.de Caſtr & miniſtr.lib.12.in l.2.C.de vſuar.& ſuſcep lib.*11.& multa alia poſsũt iura cumulari,quæ immunitas de iure nõ extẽditur ad ipſorum Miniſtros,& ſubſtitutos,iuxt. diſpoſitionem *tex. in l. vnica C. quibus muner.ſe excuſ.* quod hodie non practicatur,quia in capitulatione aliud conuenitur. Fiunt enim omnes immunes, verum aduertatur ad *Capitulum* conceſſum ciuitati tempore Præſidatus Comitis Ripacurſiæ,quod eſt *Capitulum* 25.in quo ſtatuitur, & conceditur ciuitati,quod Arrendatores,ipſorumq; Officiales cõueniantur coram ordinarijs Magiſtratibus locorum,exceptis cauſis concernentibus adminiſtrationem Arrendamentorum.

Cumq; ad ſolutiones ſtipendiorum mili-
19 tibus,Caſtellanis,& alijs faciendas deſtinentur ordinariè per Regios Generales Theſaurarios ſolutores, vulgo dicti *li pagatori*, & cum illis accedunt Officiales Scribæ portionis,cum quorum interuentu fiunt omnes ſolutiones Regiæ, omnesq; expẽſæ,& in libris eorum omnia adnotãtur,illisq; plena,& indubitata fides adhibetur. Fuit igitur pro recta adminiſtratione regalis patrimonij ordinatum per Proregem, eiusq; Collaterale Conſilium, quod prędicti ſolutores non debeant ad idem munus iterato trãſmitti,niſi prius reddita ratione primæ miſſionis, qui ordo fundatur ex *tex.notab.in l.neminem C. de ſuſcep.lib.*10.cuius verba tranſcribere volui,nam deſeruiunt ad multa.

Neminem ſuſceptionis munere functum ad idem munus aſtringi,niſi ſe prius vinculo ſollicitudinis ſuperioris abſoluerit:nam neque eos qui placuerint, grauare iuſtitia eſt,neq; eos,qui diſplicuerint, teneri prudentia eſt. Integro igitur ſinguli anniuerſario anno tranſcurſo cogantur exponere, quibus titulis ſuſcepta diſperſerint,vt facilius ſi quis in furto fuerit deprehenſus, recentem queat reintegrare iacturam;non perpetui autem exactores teneantur in continuanda vexandorum Prouincialium poteſtate, velut concuſſionum dominatione, ſed per annos ſingulos iudiciaria ſedulitate mutentur; niſi aut conſuetudo ciuitatis, aut authoritas ordinis eos per biennium eſſe compellat.

De culpis quorum Miniſtrorum tenebitur Theſaurarius dicit *text. in l. exactores*
20 *eod.tit.*Sed hoc in ſubſidium,vt probat *tex. in l.2.eod.tit.* Quod nõ procedit in Officialibus Scribæ portionis,ex particularibus inſtructionibus illius officij,quę obligant principaliter Scribam abſque alia diſcuſſione ad ſoluendum pro ſuis Miniſtris:& hoc ſumma cum ratione, quia non reddit rationem de geſtis per eum,nec alium habet Superio-
21 rem,quam Regem,aut Proregem, vt latius ſcribit *D.Frec.in 3 lib.de ſubfeu. in 1. differ. feu.regal.& titul fol.*431.

Et notetur *glo.in d.l.2.in verſ. merentur*
22 nam dicit vnum notabile verbum,videlicet *quod expedit Reipublicæ inuenire ſoluendo primum conueniendum,* & ratio eſt, quia ex hoc facilius inueniuntur fideiuſſores, & approbatores,quod notandum eſt contra fiſcales, cæterosq; Iudices, qui non debẽt ſtatim manus imponere contra fideiuſſores Arrendatorum,& aliorum Miniſtrorum:& ſic etiã in fideiuſſoribus bancorum, donec ſuperſit approbata ſpes ſatisfactionis à proprijs debitoribus:pro quo videantur iura notabilia ad propoſitum in *l.ordine §.in eum,in l.Imperatores ff.ad municip in l.3 C.quo quiſque ord.conuen.lib.*11.*in l.prior ff.de admin.rer. ad ciuit.pertin.in l.*1.*C.de Decur.lib.*10.*vbi gloſ.& Scrib.*

Sed cum his Arrendatoribus, & ſimilibus maximè erit aduertendum:nam dum in mala deueniunt fortunam, adnotant multa
23 in eorum libris,& ſchedulis, in quibus, vel faciunt multos ſui debitores, vel participes in ipſorum Arrendamentis, ſeu negotiationibus,& vidi fiſcales ex hoc illos conuenire vti tales,qui benè poſſunt,quando verè ſunt
24 participes, ſeu caratarij, vt vulgò dicimus & contra eos agere poteſt directa actione fiſcus, ſicut contra principalem Arrendatorem, deciſio eſt Synodalis *Angel. in l.* 1. *ff.de loc.public.fru.* Sed quando non apparet aliud niſi nota priuata eiuſdem Arrendatoris,tunc lex iure reſiſtit: cum non ſit modo

aliquo

aliquo ei credendum ad ſui proprium bene-
25 ficium, maximè in neceſſitate, & egeſtate forſan conſtituto, quod valdè eleganter diſpoſitum eſt in *tex. l fi. C de conuen. fiſ. debit. lib.* 10 & concordat *text. in l. exemplo C. de prob.* vbi dicit pernicioſum eſſe, ſicut *in d. l. fin.* dicitur iniquum, vt credatur ſcripturæ priuatæ, in qua quis aſſerat aliquem ſuum eſſe debitorem, vel participem in arrendamento, vt ipſe minus perdat, & in tantum hoc reputatur iniquum, quod *text. in dict. l. exemplo* non ſolum ponit caſum in priuato, ſed etiam ſi adnotationem fecerit fiſcus, ibi: *vnde neque fiſcum, neque alium quemlibet ex ſuis ſubnotationibus debiti probationem præbere oportet: ibiq; Bal. & Salic.* ſummãt *text.* vt propria ſcriptura creditoris non cõuincat debitorem etiam in fiſcali cauſa, vel pro fiſcali debito, quia eſſet dare materiam falſum fabricandi: & in hoc nulla eſt contro uerſia *Doctor.* nam omnis diſputatio fuit in apoca, vel Epiſtola ſcripta manu eiuſdem prætenſi debitoris, vel in libro rationum continente data, & accepta, & plura negotia, in quo fiunt plures diſtinctiones, de quo per *Bal. cæterosq; Scriben in l. 1. C. de eden. per Bart. & alios in l. admonendi ff. de iure iur.* ſed in ſcriptura compoſita per eumdem aſſertum creditorem in ſui beneficium militat diſpoſitio *iurium prædictorum*, abſque vlla limitatione, quod dicit *Bart in d. l. admonendi ante num.* 25. authorit. *gloſ. in §. ſi tamen quiſquam in authen. de inſtr. caut. & fid.* quod melius explicauit *idem Bart. in l. nuda ff. de donat. nu.* 8. *verſ. in eo quod dicitur*, pro quo videatur punctualis deciſ. *Bal.* authoritate *Nicol. de Matarel. in l. rationes C. de prob.* diſtinguentis in libro rationum continente data, & accepta, & ſic plura negotia, vel ſi contineatur vnum tantum, quia tunc eſſet pẽnitus ſcriptura priuata, & nullius fidei, & *Dec. in d. l. 1. de eden.* poſt *alios*, loquens in libro rationum facit diſtinctionẽ, quando continet plura Capitula, & negotia connexa, vel ſeparata, & hoc ſecundo caſu nulla detur fides, quæ ſunt in caſu fortiori, de quibus latius diximus *in repet. d. l. fin.*

Sed nolui omittere, quod impoſitiones omnes, quæ hodie redactæ ſunt in pecunia
26 ad ſubueniẽdum neceſſitatibus Regum pro neceſſaria ſubſtentatione Regni primitus antiquis temporibus ſecundum leges Imperatorum præſtabantur in ſpeciebus pro victu militum neceſſarijs, de quo *in l. modios C. de ſuſcep. lib* 10. vltra tributa in pecunia quæ latè diſcurrit *gl in rubr. de ann. & trib. lib.* 10. Ita quod nec etiam militibus hodie à Regia Curia ſpecies aliqua datur, ſed tantum ſtipendium cum aliquibus immunitatibus ſolũ autem hæc prouiſio, & annonaria
27 præſtatio fit in Regijs triremibus cum rimerijs ibi ſeruientibus, & alijs ibi: *etiam militibus Regio ſeruitio in eis vacantibus, quibus alimonia præſtantur, ordinatè, & differenter ſtatutis diebus in hebdomada*, pro quo videatur ſolemnis *tex. in l. 1. & l iubemus C. de erog. milit. ann.* ſed hæc omnia Curiæ, nõ populorum expenſis, cum populi ſoluãt ſuas ordinarias impoſitiones, ad hoc, vt Curia ex eis ſuis ſubueniat neceſſitatibus: Benè verum eſt, qđ militibus ſuper triremes nauigantibus pro victu, qui ipſis præſtatur fit excomputum pro rata in eorum ſtipen-
28 dijs, & circa ſolitum dari veſtitum rimerijs vulgo dictis *forzati*, ſemel in anno, quod pariter antiquis temporibus à populis exigebatur, videatur *text in l. 1. C. de milit. veſt. lib.* 12. qui ſtatuit dandum eſſe in Kalend. April.
29 vt hodie eſt conſuetum, quia eo tempore dicit *gloſ.* incipere debet nauigatio vſque ad Kalen. Octobr. quæ allegat *text. in l quoties C. de naufr. lib.* 11 *& in d. l* 1. *C. de erog. mi-*
30 *lit. ann.* dicitur, quod militibus dari conſuetum erat buccellatum, quod eſt certa panis ſpecies diebus duobus in hebdomada, tertio die panem, vno die vinum, alio die acetum, vno die lardum, biduo carnem veruicinam:
31 verum in menſe Nouembris mandatur dari vinum nouum, quoniam veteris diſpendioſa videtur erogatio, vt *in l. iubemus, eod. tit.* &
32 circa paleam, & fœnum ſunt *tex. in l. 2. & l. prouincialium titul. eodem*. Quæ volui adnotare, vt videatur, quod omnia reperiuntur ſcripta, ſtatuta, & ſolita fieri, quodq; noſter Chriſtianiſſimus Rex, eiusq; Miniſtri nihil noui faciunt, nec populos grauant vltra ſolitum: immò antiquis temporibus ſoluebant tributa in pecunia, & alia in ſpeciebus, taxando omnes pro qualitate poſſeſſionum.

Et dico plus circa functiones fiſcales im-
33 poſitas tẽpore Regis Alphonſi Primi, quod eſt impoſitio antiqua tempore Romanorũ Imperatorum, quibus temporibus ſoluebantur 26. denarij pro quolibet capite, ſeu fumante: verba ſunt *Bal. in l. ex hoc iure in fin. ff. de iuſt & iur.* qui allegat *gl. in l. ager §. 1. ff. de verbor. ſignif* & ſubdit: *ſed hodie, prob dolor! pellem populorum excoriant, & vix*
34 *præcarium dimittunt*, & de impoſitione per focularia locutus eſt *idem Bal. in d. l. 1. §. quod ſi nemo ff.* | *quod cuiuſq. vniuerſ. nom.*
35 & ante etiam Imperatorum tempora ſoluebantur collectæ, in quarum locum ſucceſſit illa impoſitio, & collectę, etiam ſoluebantur per fumantes, de quo per *Bart. in l. 4. §. actor ff. de re iud. Bal. in l. etiam C. de exeq. rei iud.*

Alber.poſt Bar.in l.fi. §. fi. ff.de bon.damn. multa *per Boer.dec.213.* de quo vide latiſſimè per *Capyc. vbi ſupra in verb. collectis verſ.filij famil.*

Sed aliud notandum memoriæ teneatur, quod vt ſupra diximus, functiones fiſcales
36 ſoluuntur loco pretij ſalis,quod populis per Regiam Curiam præſtatur. Hæc enim ſolutio pretij ſalis non eſt noua:nam de vectigali ſalis ad publicum ſpectante loquutus eſt *Vulp. in l. inter publica de verb.ſignif.* & inter regalia computatur, ad *text.in cap.1. quæ ſint regal.in fi.* vbi *Andr.in verb ſalinarum*, & latè *Modern. Adden.* & nullus ſal vendere poteſt,niſi Rex,quod ſalinas omnes in Regno exiſtentes tenet etiam,quę in priuatis Dominorum fundis exiſtunt, de quo cumulatè per *Luc.de Penn. in l.1. C. de metall.lib.11.per Capic.in ſua inueſtit.in verb. feudorum clauſula verſ ſalinis bonus,text.in l.ſi quis C. de vectig. & commiſſ.* immò dico, quod hoc vectigal aderat etiam tempore Machabæorum,*vt in lib.1. Machab. in cap.10.ann.160.* vbi Rex Demetrius,ſcribẽs genti Iudæorum dicit , quod remittit illis præſtationes multas, abſoluit à tributis, & indulget pretia ſalis:& ſicapparet,q̃ populi etiam tunc pro ſale ſoluebant,& aderat impoſitio,ſed nouiſſimè audiui factum eſſe motum contrarium:nam nomine populorum remiſſum fuit ſal à Regia Curia debitum, & remanſit impoſitio , quod quomodo factum fuerit,reddent rationem,qui fuerunt in cauſa:credendum enim erit negotium tam graue, & prima facie populis omnibus tam pernicioſum, quod non fuerit propoſitum, & concluſum ſine maxima cauſæ cognitione ob publicam vtilitatem,& in beneficium populorum à Miniſtris,& Baronibus Deum timentibus,qui ſanguinem pauperum donare auſi non fuiſſent:nec in iacturam populorum tam oppreſſorum conſenſiſſent; & an propria donatiua , quæ fiunt in generalibus
37 parlamentis dicantur voluntaria, & multa elegantia ad hoc vide per *D.Frecc.in 2.lib. in 3.author.Baron.num.26.* & latius dixi *in decis.6.* & quomodo,& quales debeant eſſe
38 procurationes, ſeu mandata vniuerſitatum Regni in donatiuis faciendis,& quando ſufficiat maior pars vniuerſitatis, & in quibus omnes certiorari debent,videatur notabilis doctrina *Bal in l.1 ff.de magiſt.conuen.* vltra tradita per *Canon.in cap.cum omnes de Conſtitut.* & ſupra latè tractauimus: credendũ enim,vt dixi in parlamẽtis,& donatiuis omnia circumſpectè, & ſecũdum conſcientiam fieri:homo iudicat in facie, Deus autem in corde , qui eſt cordium omnium ſcrutator, & vnumquemque credendum eſt cogitaſſe inclinare cor ſuum ad faciendas iuſtificationes coram Deo propter retributionem in
39 æternum.Inſpector enim cordis eſt Deus,ipſe intelligit, & reddet vnicuique ſecundum opera ſua, *Prouerb.cap.24.* Et licet Regnum
40 ſit Regi datum : tamen Rex eſt Regno datus,vt ipſum gubernet,& regat:ideo dicitur Pater,maritus,tutor,& adminiſtrator populorum, & dicitur Rex cum populis arcta catena deuinctus,& illis præeſt, ſed ipſorum cauſa, & mali, & improbi dicuntur illi , qui in imperio nonniſi imperium cogitant: ſunt enim Reges, ſicut ſydera , quæ ſplendorem habent,& ſuper mortales ſupereminẽt, ſed mortalium vſibus deſeruiunt ; ſic Regalem dignitatem cũ munere, officioq; deuinctam,habent Reges ſuos Conſiliarios,& in magna copia , Deus faxit , vt conſilium ſit
41 ſemper fidum,& rectum.Hinc Alphonſus ille inter Reges maximus,& memorandus ſcientiatus,qui eſſent optimi Conſiliarij?Mortui,reſpondit,libros,ſcilicet, qui nihil blandientes,nihil celantes,puram,mẽramq; propinant veritatem.

42 Sed de his ſatis:reuertamur nunc ad pauperes ciuitates,quomodo vniuerſitates, vel ad ſolutiones fiſcales ſoluendas,vel alia onera poſſint imponere collectas cum aſſenſu Superioris,vel ſine,& an cauſa donandi,& qui tenentur. An forenſes,& etiam quomodo fumantes,ſeu focularia numerãtur: quid in fratribus ſimul habitantibus filijs,doctoribus,viduis,pauperibus,& ſimilibus : idem *Capic.vbi ſupra, & in verſ.collectarum* ; & quia vniuerſitates ſunt,quæ in Regno taxantur pro ſuis ciuibus facta illorũ numeratione,propterea,vel ſolita ſunt imponi gabellę à ſuis ciuibus exoluendæ , de quibus fiſcales functiones ſoluunt , vel fit illorum omnium bonorum appretium : pro quo extat *Regia Pragmatica*, taxantur vniuſcuiuſque facultates.& per æs, & libram vnuſquiſque ſuam debitam portionem ſoluit : in quo non opus eſt Regio aſſenſu , ſicut in impoſitione Gabellarum,ſecundum *Capic.in ſua inueſt.in verb.gabellis , verſ. & ex prædictis infertur* eſt ſolemnis *tex.in l.2.C.de prad.& om.reb.*
43 *nauic. lib.11.* à quibus appretijs ſi quis ſenſerit ſe grauatum datur appellatio ad *text. in l.1. C. de diſcuſſ. lib.10.* & dum ven-
44 duntur Terræ,in quibus ſumptuoſæ ſunt habitationes,quomodo debeant appretiari,& de eadem materia appretiorum videatur
45 *Boſſ.in tract.de Princip.* Et quomodo vniuerſitates cum diſpenſatione,& decreto Collateralis Conſilij poſſint vendere, ſeu arrẽdare Territorium commune omnibus de omnium

nium conſenſu, & nouam facere defenſam
Auen. de exeq. man. Reg. lib. 2. c. 12.

Sed multi neſcientes, quid dicant, conquę
46 runtur de Dohana Menepecudum Apuleæ, per quam locantur Territoria, & paſcua ad vſum pecudum, cæterorumq; animalium, à quibus percipit Reg. Cur. annuos ducat. ferè ſeptingentum mille. Non enim eſt hoc nouum, ſed perlegatur *tex. in l. 1. & tot. titu.*
47 *C. de paſcu. publ. lib.* 11. & ibi ſtatuitur, qđ ſolita penſio non augeatur, niſi Principe cõſulto, vt ibi notat *Arg.* & pro notabili priuilegio Principis ponit *Reſt. Caſtal. in tracta. de Imper. q.* 100. *priu.* 297. & mandatur *in d. l.* 1. paſcua cuſtodiri, & nõ damnificari,
48 quòd fit hodie per Regios Cauallarios, ſic vulgò dictos, qui omnes gaudent fori priui-
49 legio, vt cognoſci non poſſunt de quocumq; delicto, niſi à Dohanerio, cui conceſſum eſt merum, & mixtum imperium, ſuper omnes locatos, ſeu Dohanæ ſubditos, & quomodocumque illam inſequentes, & alia multa pri
50 uilegia, intantum quod iudicatum fuit habere iuriſdictionem, etiam contra Neapolitanos, & ſignanter in quadam cauſa Herculis Mormilli fratris Fabritij Mormilli Patritij Neapolitani tempore, quo erat Dohanerius Io. Aloyſius de Sangro nobiliſs. Eques; ſed quia neceſſitate ſuadente fiunt per Dohanerios multi Cauallarij, & Officiales vltra numerum, qui appellantur ſupernumerarij: ſeu extraordinarij, quod benè facere poſſunt neceſſitate ſuadẽte, & multo magis poteſt hoc Prorex, iuxta diſpoſita per *text. in l. 1. C. de Claſ. lib.* 10. vbi *Bar.* contra quos quando ſuum debitum officium non faciunt videatur quam pœnam Imperatores ſtatue-
51 runt, & etiam contra paſculantes, & damnificantes *in l. 1. C. de fun. & fal. rer. dom. lib.* 11. de quibus Cauallarijs loquutus eſt *Io. de*
52 *Plat. in l. his ſcholaribus in princ. C. de erog. mili. ann. li.* 12. Eoſq; milites equitantes eſſe affirmat.

Sed an iſti Cauallarij extraordinarij gau
53 debunt ijſdem priuilegijs, quibus ordinarius, vide totab. *text. in l. fin.* adhoc factum, *C. de Appar. Mag. milit. lib.* 12. Ex quo *tex.* probatur de iure non debere gaudere, vt iã
54 fuit deciſum in ſupernumerarijs Collegij Doctor. in quo Magnus Cancellarius Regni habet ordinariam iuriſdictionem, vt refert *D. de Franch. in deciſio.* 274. qui non allegat hunc *text.* & de ſupranumerarijs loquitur *ibi Iac. Cuiat.* quod aliter ſeruatur ex particularibus titulis, & inſtructionibus eiuſdem Regiæ Dohanæ. Et ſufficit reperiri deſcri-
55 ptos aliquo tempore in libris Regiæ Dohanæ, vt dicantur illi obnoxia, tàm animalia, quàm Territoria, quæ Reg. Cur. à particularibus Dominis capit pro ſuſtentatione pecudum, & animalium, quibus ipſorum paſcua diſtribuuntur, ſecundum *tex. in l. omnes C. de fun. patrim. lib.* 11. & hoc iure vtimur: Eſt enim quædam ſpecies perpetuæ coloniæ ad *text. in l. malè agitur, C. de præſcript.* 30.
56 *vel* 40. *ann.* licet initium huius Dohanæ ſatis iuſtificatum fuerit, etiam à tempore Romanorum, & poſtea per Federicum ſecundũ, & ſucceſſiuè poſtea ex conuentione inita tempore Regis Alphonſi Primi, exiſtente adhoc deputato quodam Commiſſario nominato Franciſco Molumber quæ recenſet, & firmat *D. Frecc. poſt* 46. *author. Baron. nu.* 15. *cart.* 377. quod demùm ampliatum fuit, & regulatum cum optimis ordinationibus, & inſtructionibus Proregum, & Collateralis Conſilij, & non minùs Regię Cameræ Summariæ Tribunalis eminentiſſimi ad curam
57 rerum patrimonialium, & populorum cuſtodiam, & protectionem deputati, vbi reſident præſtantiſſimi viri, omni virtutis genere ornati, videlicet octo Præſidentes, & vnus nominatus Locumtenens Magni Camerarij qui ibi præſidet, de quorum officio, & in quibus conſiſtat, & de bilantijs, quæ ſingulis annis tranſmitti debent ad Regiam Curiã continentia introitum, & exitum omnium reddituum Regni, & expenſarum, quæ ordinatione Proregum fiunt, & etiam de Officialibus ipſis Regiæ Cameræ, & de cognitione cauſarum illorum, vide *D. Frecc. in lib. 1. in tit. de Offic. Magn. Camer. num.* 13. *& ſeq.*

Sunt etiam aliæ multæ impoſitiones pro publico Regni beneficio, vt eſt impoſitio di
58 cta *delli lagni* ad ſalutem conſeruandam populorum ob aquarum abundantiam, quæ Territoria inundant, & aerem corrumpunt. Fit enim impoſitio per Prouincias, quæ ex hoc vtilitatem percipiunt, cum teneantur poſſeſſores reparare publicos aggeres pro modo iugerum *in l. 2. C. de immun. nem. conced. lib.* 10 *Natt. conſi.* 487. *num.* 18. ſic impoſitio Turrium ad eas ædificandas, & conſeruandas per totum Regnum, ne à Piratis, & Sarracenis damnificetur, impoſitio ſtratarum, & pontium Regni, quæ vt ſupra fundatum eſt, tanquam continens publicum beneficium obligat omnes ad contributionem, cum omnes de vtilitate participent, de quo latè per *Auend lib. 2. d. exequ. manda cap.* 3. Vbi quid in ponte priuato, quomodo non liceat facere abſque licentia Regis, maximè ſi aliquid à tranſeuntibus vult exigi, & quid in refectione pontium, & viarum, &c.

DE TRACTIS, SEV EXTRACTIONIBVS pecuniarum,frumenti, vini, aliarumq; ſpecierum , & corolariè de penſionibus, quæ in dies à Regia Maieſtate conceduntur.

TITVLVS QVINTVS.

SVMMARIVM.

1 *Extractio auri,argenti,frumẽti,vini,equorum,lignaminum deſeruientium ad vſum belli,& multa alia ſunt extrahi prohibita in Regno vltra iuris communis diſpoſitionem ſine Principis licentia, & ſolutis debitis dirictibus.*

2 *Capitula Regn. & Pragmaticæ recenſentur,per quæ extractiones pecuniarum,victualium,animalium,argenti,& auri, ac lignaminum,vt ſupra ſunt prohibitæ.*

3 *Pragmatica edita in anno 1505. & Ritus Reg.Cam.in tit.de tractis,declarantur,vt nec etiam pretium peruentum ex mercibus immiſſis in Regno poſſint extrahi, ſed benè merces ex prædicto pretio emptæ.*

4 *Conſultatio Regiæ Cam. refertur.*

5 *Conceſſio tractarum habet inſitam naturã, & conditionem quatenus Regnum remanet munitum, & prouiſum ; ità quod ex extractione damnum non ſentiat.*

6 *Ius paſcendi in alieno Territorio, intelligitur conceſſum, ſeu præſcriptum, quatenus Domino territorij non deſit.*

7 *Ius paſcendi in alieno territorio non intelligitur cum immodsrato grege, & alia in materia tractarũ de ſpectantibus ad abundantiam remiſſiuè.*

8 *Bulla Cœnæ limitatur, quando extractio prohibetur, ne Regno deficiat neceſſaria prouiſio.*

9 *Conceſſio tractarum , ſi non habet clauſulã refectionis,non poteſt extrahi anno ſequẽti quod in primo non fuit extractum.*

10 *Penſiones,quæ à Rege conceduntur habent iuris intellectum, quatenus redditus Regni ſuppetunt, facta priùs prouiſione eorũ, quæ pro neceſſaria Regni ſubſtentatione, ac defenſione ſunt neceſſaria.*

11 *Princeps redditus Regni habet, & exigit adhoc, vt ex ipſis Regnum cuſtodiat, gubernet,& in iuſtitia,& quiete manutineat,& nu.13.*

12 *Officiales deputati ad iuſtitiã adminiſtrãdã habere debent ipſorum ſalarium ex introitibus Regni.*

13 *Princeps eſt debitor iuſtitiæ, & ſuos ſubditos cuſtodire,& protegere debet.*

14 *Capitula Regn. recenſentur ex quibus fundatur redditus Regn.inſtitutos,& à populis datos pro conſeruatione,cuſtodia,& ſecuritate eiuſdem Regni.*

15 *Tradens rem in aliũ,intelligitur transferre eo modo quo habet.*

16 *Res tranſit cum ſua cauſa.*

17 *Cauſa,& origo eſt attendenda.*

18 *Conceſſio rei intelligitur facta ea lege , qua eſt pænes concedentem.*

19 *Concedens intelligitur concedere , quod eſt ſuum,eiuſq; tantùm vſui deputatum , & non quod eſt in vſus,& publicas neceſſitates deſtinatum.*

20 *Expreſſum dicitur , quod Rex interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet.*

21 *Rex poteſt ſuſpendere penſiones,conceſſiones, & etiam illas tollere, quamquam ſint ex cauſa remuneratoriæ,quando Regni redditus non ſufficiunt ad ipſius Regni manutentionem,ac defenſionem.*

22 *Donans tenetur in quantum facere poteſt commodè,& honeſtè, ita quod nõ egeat ære alieno deducto, in quo inſpicitur tẽpus petitionis, ſiuè exactionis.*

23 *Donatio remuneratoria non dicitur, quando ſeruitia ſunt facta ex debito officij , vel ex alia obligatione antecedenti.*

24 *Rex debet ſe præbere gratum ſuis ſubditis.*

25 *Seruitia de iure debita non faciunt donationem remuneratoriam, quamquam dicatur donari ob ſeruitia , ſed pura iudicabitur.*

26 *Euictio,quę venit in donatione remuneratoria,in tantùm debetur,in quantum ſi ob ſeruitia alias dabatur actio contra donantem.*

27 *Deciſiones adnotantur factę, per quas deciſum eſt non deberi euictionem rei conceſſę ob ſeruitia , quando illa fuerunt facta ex debito officij.*

28 *Dominus quando eſt alendus à ſuis feudatarijs.*

29 *Redditus deputati pro viuere Regis,Realis di-*

dignitatis, ac Regni ſubſtentatione, quomodo inalienabiles & commendantur deciſ. Andr & Luc de Pen.

31 *Priuilegia omnia intelliguntur, rebus in eodem ſtatu permanentibus.*

32 *Priuilegium dum incipit fieri iniquum, non eſt ſeruandum.*

33 *Priuilegia variantur ſecundum varietatẽ temporum.*

34 *Neceſſitas facit licitum quod alias de iure non eſſet licitum.*

35 *Priuilegium immunitatis collectarum non iuuat ſuperueniente guerra*

36 *Rex ex cauſa poteſt differre ſolutiones, capere bona ſubditorum & reſtituere quando poterit ſi publica imminet neceſſitas, & ibi commendatur deciſ Andr ad hoc.*

37 *Donationes, diminutiones, & remiſſiones reddituum ciuilium vectigalium, ac tributorum ſunt prohibita & nu. 39.*

38 *Princeps qui non auget, ſed diminuit enormiter, & non prouidet, vt decet, non dicitur Princeps, nec Rex.*

40 *Impoſitiones pro ſubſtentatione militum omni iure alienari prohibitæ.*

41 *Deciſ Luc de Penn. in l quicumque C. de omn. agr. deſer valdè commendatur, & ad eam, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Extractio prohibita auri, argenti, fruméti, vini, equorum, lignaminum, & aliarum rerum. Conceſſio tractarum habet inſitam naturam, quatenus Regnum non egeat. Ius paſcendi in alieno territorio intelligitur ſine incommodo Domini proprij territorij. Tractæ, quæ anno vno nõ ſunt extractæ, non poſſunt extrahi anno ſequenti, abſque ſpeciali clauſula refectionis. Penſiones Regiæ intelliguntur conceſſæ, Regno prius prouiſo. Rex poteſt ſuſpendere penſiones, quando redditus Regni non ſufficiunt ad Regni manutentionem. Donans tenetur in quantum facere poteſt commodè. Donatio remuneratoria non dicitur, quando ſeruitia ſunt facta ex debito officij, & tali caſu non tenetur concedens de euictione. Dominus alendus à ſuis vaſallis. Redditus Regni, quando inalienabiles. Priuilegia omnia intelliguntur rebus in eodem ſtatu permanentibus, & ſecundum tempora variantur.

1 IN Regno noſtro prohibita extractio eſt auri, argenti, frumenti, vini, equorum, cæterorumq; animalium: ſic pariter lignaminum deſeruientium ad vſum belli, armatarum, & ſimilium; & ſic pariter multa alia ſunt prohibita, quæ extrahi non poſſunt ſine licentia Principis, & ſolutis debitis dirictibus, vltra diſpoſita *in l. 1. C. quæ res expor. non deb. in l vnic C. de lict & itin. cuſt lib. 12 & in l. 2. C. de Comm & Mercat.*

2 *Capitulum Regni Regis Roberti*, incipien. *Perpenſa*, loquitur de prohibitione pecuniæ.

Capit. Regis Caroli Primi in titul de extractione victualium & ſalis vbi de Magiſt. Portulanis, contra quos maximè inuehit, & contra ipſorum Officiales, *Luc. de Penn. in d l. 1. de lict & itin. & cuſt.* vbi de prohibita extractione equorũ, & armorum, quod per prius dixit *Andr. in rubr quæ ſint regal. colum penul vbi bona Additio.*

Et de prohibita extractione lignaminum ad vſum armatarum, & belli, adeſt *Capitulum Regis Roberti*, incipien. *Agendorum.*

Adſunt demum *Pragmaticæ in tit. de extractione animalium, auri, & aliorum prohibit.* vbi hæc omnia latius habentur: quæ pęnæ extractionum maximè equorum, & pecuniæ, ſiue auri per *Pragmat.* impoſitæ, ſunt demũ per alias *Pragmaticas* nouiſſimè editas auctæ vſque ad pęnam vitæ, propter frequentiam extractionum.

Et ponderetur *Pragmatica edita in anno* 150⁵. inter prædictas *Pragmaticas* tem-
3 pore Mag. Capitanei prohibens extractionem pecuniæ, & auri, etiam quod peruenisſet ex pretio mercãtiarum: & ſic *Ritus Reg. Cam. in titul. de tractis*, qui permittit extractionem tantę quantitatis, quanta peruenit ex pretio mercium immiſſarum, intelligi debet, quãdo pretium illud fuit conuerſum in emptionem aliorum bonorum à Regno extrahẽdorũ, vt videtur Ritus in ſpecie declarare, ibi: *poteſt tantam pecuniam*, ideſt merces emptas de tanta pecunia extrahere de Dohana, alias *Pragmatica* prędicta Ritũ corrigeret.

Ex quibus ſatis, ſuperq; ſemper dubitaui de decretis Regiæ Cameræ fundatis ſuper
4 ordinibus Regis Roberti, & Ferdinandi Primi, quod licet extrahere pecuniam peruentam ex bonis immiſſis, *& in anno* 1588. 15. *Octobris*, fuit facta conſultatio per Reg. Cameram pro Aſculanis, vt licitũ eſſet extrahere per triennium pecuniam, quam retrahebant ex mercibus, quas in Regno immittebant; vbi ſunt adductæ omnes prouiſiones alias factę, & per Collaterale fuit prouiſum, quod exequatur.

Dico inquam, quod ſtante Ritu loquente modo, quo ſupra, & ſtante demum prædicta *Pragmatica* dubitaui de decretis, & prouiſionibus factis, & ideo iuſtiſſimè poſtea in-

tem-

temporis discursu fuit consultatio prædicta reuocata.

His sic existentibus per Regem, & per Proreges conceduntur sæpè sæpius tractæ,
5 seu extractiones frumentorum, vinorum, & similium, quæ sunt vetita per *Reg. Pragmaticas.* Hæ enim concessiones intrinsecâ, & insitam habent naturam, & conditionem, quod eas liceat extrahere, quatenus Regnũ remanet munitum, & his opus non habeat, alias Proreges malè facerent; ex quo multa mala successerunt, penuriæ, ruinæ, & conturbationes totius Regni, in quo prudentes Ministri summopere aduertere debent, & in uigilare, quod eleganter tradidit *Io. de Platea in l. si quis per diuinam, C. de aquæd. in fin. libr.* 11. ibique *Andr. de Barul.* qui loquitur in concessione Aquæ, *durum est, & crudelitati proximum* dicit *text. in l. Præses Prouinciæ, C. de seruit. & aqu. Ex tuis prædijs aquæ agmen ortum sit tentibus agris tuis ad aliorum vsum vicinorum iniuria propagari,* quod pariter tradit *Afflict. in sua deci.*
6 290. *num* 9. Intantum quod *ibi* tenuit non esse dandum ius pascui in alieno territorio ei, qui hoc præscriptum habet, quando pascuum Domino Territorij non est sufficiens authoritate *Host. Butr. Abb. & aliorum*, in quo videtur propriè factus *text. in d. l. si quis per diuinam*, ibique *Luc. de Penn*, quæ latè exarat *Auen. de exeq. man. cap. 4. nu. 27.*
7 Hinc potest prohiberi vicinis locorum, ne pascant cum immoderato grege, & in propria materia tractarum, *idem Auen. in loco allegat. cap. 19. lib. 1.* vbi eleganter, & notabiliter de omnibus spectantibus ad abundãtiam nostræ Ciuitatis; & in his fundantur dicta per *Nauarr. aliosque* ad intellectum
8 *Bullæ Cœnę*, vt minimè incurratur; dum extractio prohibetur frumentorum, & aliorum ad Romanam Curiam ex causa, ne Regno deficiat necessaria prouisio, tunc enim libertas concessa extractionis cessare debet, quia prima charitas incipit à seipso, & non intelligetur tali casu concessa, aut permissa: ad quod facit illud *Euangelij Matth.* de Virginibus prudentibus, respondentibus fatuis oleum petẽtibus, *ne forte non sufficiat nobis, & vobis &c.* est decisio propria *Andr. in Constitu. Reg. cum per partes Apuleæ, vbi Afflict.* & sic passim iudicatum; intantũ quòd si in concessione non adest clausula refectionis, vt si quod vno anno non potuit extrahere, valeat extrahere annis sequentibus, minimè poterit id, quod non est extractum vno anno, extrahere alijs annis, quia si eatenus intelligitur concessum, quatenus Regnum superabundat, & in casum necessitatis minimè concessio intelligitur facta. Igitur extractione deficiente ex deficientia abundantię, deficit pariter concessio, & illo anno caristiæ non dicitur quid cõcessum: vndè cum expiret; immò habeatur pro infecta ex iuris intellectu, si non adest prædicta clausula expressa particularis refectionis, non adest in quo annis sequentibus reficiatur, quia non intelligitur concessum. Aduersus, quod vrget decisio. *Andr.* communiter sequuta in *cap. 1. in princip. de not. feu.* vbi concessis viginti percipiendis ex Camera, ipsaque vno anno fuerit exhausta, & anno sequenti repleta debentur viginti annua etiam pro anno præterito, compensando vbertatem cum sterilitate, vt *ibi* latius per *eum*, ita quod clausula refectionis secundum hanc decisionem intelligitur ab intellectu iuris, in quo cogita, nam maxima est authoritas *Isern.* communiter sequuti, & ex aduerso authoritas rei iudicatæ, nec practicari possunt termini *text. in l. si in singulos, & in l. cum in annos, ff. de ann. leg.* quia vt dicit *gloss. in d. l. si in singulos* communiter sequuta, aliud est in legatis, & aliud in contractibus; nisi dicamus fundari decisionem Regiæ Cameræ in interpretatione mẽtis concedentis, nam cum priuilegia soleant concedi cum clausula refectionis, & sine propterea dicendum est, quod vbi voluit dixit, & vbi noluit non dixit ad *text. in l. 1. §. sin autem, C. de caduc. toll.* sicut *idem Andr. ibidem* dicit verba intelligi, vel taxatiuè secundum mentem concedentis cum quo omnia concordantur.
10 Quæ memoriæ teneantur, & notentur pro pensionibus, quæ in dies per Regem conceduntur: Nam eatenus concessæ intelliguntur, & solui debebunt, quatenus Regni redditus suppetunt: prouiso priùs de eo, quod oportet pro necessaria sustentatione, ac defensione illius, ex insita, & innata natura eorumdem redditnum talibus oneribus subiectorum in ipsorum ortu: adeò quod ad quoscumque transferuntur, ibunt
11 cum suis naturalibus, & insitis oneribus. Nam Princeps pro seruanda iustitia, pro custodiendo Regno, & pro illius securitate, & defensione habet dohanas, gabellas, & alios Regni redditus, vt supra diximus author. *B. Thomæ, & Isern. in cap. 1. in verb. ve Cigalia, ante num. 15. quæ sint regal. vbi bona additio, idem Isern. in titu. de stat. & consuet. in verb. Prouinciæ num. 39.* Hinc Offi-
12 cialibus deputatis ad iustitiam ministrandam de introitibus Regni debet solui salarium, dixit *Afflict.* authoritate *B. Thomæ*, & *Isern. in Constitut. Regn. cum circa iustitia:*

13 & ad hoc redditus Regni sunt instituti: vt ex illis Regnum defendatur, & iustitia ministretur, *Andr. in Constitut. Regn. super incisionibus, Afflict. in Constitut. Regn. Magistri Camerarij*, latius *idem Afflict. in cap. 1. §. illicitas de pac. iur. firman. & in rubr. & in cap. 1. de pac. tenen. post. Luc. de Penn. in l. neminem C. de suscept. & arc. in l. annonam,*
14 *C. de mil. ann. erog.* Et ob id dicimus, Principem esse debitorem iustitiæ, secundum *Isern. in cap. quoniam inter diuina, column. penult. de prohibit. feu. alienan. per Loth.* vbi multa bona, debetque custodire, & protegere subditos; *idem Andr. in titul. de stat. & consuet. in verb. ipso iure, nu. 6.* & hoc modo iustificantur impositiones Regni, & cum hoc onere in illis populi consentierunt, & ad solutionem illarum se obligarunt, vt apparet ex illarum impositionibus, pro quo legantur infrascripta *Capitula Regni* con-
15 cessa, & signanter *capit. 10. tempore Regis Alphonsi Primi fol. 6.*

Item ad *Capit.* quod incipit, *detti carlini 10. pro quolibet foculari, quali si deuono pagare, supplicano alla Maestà Vostra li debbia liberar, seu spender per lo Stato vostro, della Republica di questo Reame, e non li concedere ad altri.* Placet Regiæ Maiestati pecunias ex dictis liliatis peruenturas, atque exigendas, in nullos alios casus, præter quam in substentatione, defensione, & augmento sui Regalis Status conuertere, seu aliter impartire, etsi secùs fuerit attentatum, aut factum, decernit ex nunc pro tũc irritum, & inane.

In *Capit. 47.* quod est vltimum concessum per *Regem Catholicum in anno 1507. fol. 61 à terg.*

Item perche le Marine del Regno, e massime la Prouincia di Calabria è vessata dalli Corsali, & infedeli, e Christiani in grandissimo detrimento delli deritti di Vostra Maestà, e de tutti Regnicoli. Per tanto supplicano la Maestà Vostra vogli à sua spesa fare gratia al Regno de deputar galere. fuste, bergantine, per la guardia di dette Marine, atteso, che perciò si pigliano li pagamenti, e diritti regali per conseruar li sudditi in pace, e sigurtà. Placet Reg. Maiestati.

Vnde cum Rex introitus, seu redditus, quos possidet, illos inquam teneat tali oneri submissos, dum de illis disponit, & in alios transfert, dicit *text in l. traditio ff. de acqui.*
16 *rerum dom.* quod traditio nihil aliud transferre debet, vel potest ad eum, qui accepit, quàm quod est apud eum, qui tradidit, cum quo concordat regu. *text. in l. nemo plus iuris, de regu. iur.* & alias essent in præiudicium, & iniuriam subditorum, quod nullo modo præsumitur, & ita tradit per hæc eleganter *Andr. in cap. 1. num. 5. de vasall. de-*
17 *crep. ætat.* Dum enim disponitur de re aliqua, transit illa cum sua causa, ad *text. notab. in l. si conuenerit la 2. §. si fundus ff. de pig. act.* vbi est casus: sicut res, quæ alienatur ex voluntate, non ex pacto antecedenti in acquisitione, transit cum sua causa, si pignori est submissa, ad *text. in l. bouem, §. pignori, ff. de ædil. edict.* quem allegat ad propositum *Bar. in l. vbi autem, §. sed, & Marcellus ff. de in diem addict.* Immò secundum eumdem *Bart. ibidem:* si causa hæc necessariæ substentationis intelligitur insita in origine institutionis impositionum, quæ causa,
18 & origo est attendenda ad *text. in l. qui id quod ff. de donat.* & ad propositum *Bal. in l. 1. §. quod si nemo 2. column. ff. quod cuiusq; vniuers. nom.* Hæc enim causa præcedit, & est anterior omnium aliarum dispositionũ; immò illas resoluit secundùm *Bart.* & pro-
19 pterea concessiones fieri non possunt, nec intelliguntur factæ alia lege, quàm sunt apud concedentem, iuxta *text. in cap. 1. §. profecto, de leg. Corrad. vbi Scribent.* Etsi aliud ius Rex non habet, quàm dispositionem eius, quod remanet, deducto eo, quod publicæ vtilitati deseruit pro Regni substẽtatione, & defensione, id tantum intelligitur concessisse, & non quod est in vsus, & neces-
20 sitates publicas destinatum, ad *text. in l. qui tabernas ff. de contrahen. emptio. in l. vxor patrui C. de legat.* & quæ latiùs cumulat *Afflict. in sua decisio. 334.* Et si Rex fuisset
21 interrogatus, dùm concessit, ita respondisset, adeò quod habetur pro expresso, ad *text. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. vbi glo. & Doctor.* communiter extendunt illius legis dispositionem ad concessiones, & priuilegia, vt latiùs *ibidem* per *Iason. num. 16. column. final.* Non enim credendum est, quòd si Regi fuisset dictũ, an vellet, vt pensiones, quas concedebat, prælatæ essent prouisionibus faciendis pro armatione, & substentatione triremium, pro munitione Castrorum, pro stipendijs militum in Regni defensionem, pro recta gubernatione populorum, ac iusta manutentione; non inquam credendum est, quòd voluisset, vt hæc omnia essent in collapsum: sed respondisset, quòd minime in eum casum intelligebat aliquid concedere, quia non poterat, nec debebat: Nam hoc modo seruitia facta, ob quæ pensiones concedontur, non fuissent ad acquisitionem, & defensionem Regnorum, sed in-

cau-

cauſam perditionis illorum, ita quòd intelligi debent ſubmiſſæ huic periculo, & talibus oneribus,vt illę ſoluantur,quatenùs Regni neceſſitates,aliud non requirant,& illis poteſt ex alijs Regni redditibus ſuccurri; nec habuit intentionem Rex, quòd ſi redditus ad ſolutionem penſionum non ſufficiebant, quod propter ſolutionem illarum, quas nullo iure cogente, ſed ex mera liberalitate, & innata munificentia ad concedendum ſe induxit,quod voluiſſet inquam capi peeuniam ad intereſſe, vel ad cambiũ, ſeu recambium: quæ ante oculos optimi Gubernatores Regnorum habere debent: & ſic interpretando Regis intentionem ſuſpendere exequutiones, certiorare Regem, illumque conſulere de omnibus, & nõ inordinatè, & abſque alia cauſæ cognitione exequutiones talibus conceſſionibus præſtare contra Deum, Reges, & Rempublicam: Ex quibus tam ingentia mala oriuntur in depopulationem, & exterminationẽ Regni ex nouis impoſitionibus,nouis donatiuis,& innumerabilibus,ac intolerabilibus angarijs,& vexationibus.

22 Et quando cauſa publicæ vtilitatis immi net, & in ſpecie,quando redditus Regni nequeunt incumbentia Reipublicæ ſubſtinere, tunc poteſt Princeps ſuſpendere penſiones, conceſſiones,ipſaſque etiam tollere, etiam quod ſint conceſſæ ex cauſa remunerationis,quia publica vtilitas præfertur priuatæ, & vltra tradita per *Andr. de Barul. Ioan. de Plat. & Luc.de Penn. in d. l. ſi quis per diuinam,C. de aquaduct.* videatur ſingulare *conſ. Alex* in proprio caſu *226.vol.1.ante nu. 22.verſi.cauſa autem,* & meliùs *nu.26. cum ſequent. & ibi num.30.* reſpondet, quod non obſtat, quod conceſſiones ſint in cauſa remunerationis; nam vt ſuccurratur publicis neceſſitatibus, poſſunt conceſſiones ſuſpendi,atque tolli, quod *Conſi.* allegat,& ſequitur *Iaſon in l. ex hoc iure num.54.ff. de iuſt. & iur.*

Sed rurſus quæſo aduertatur motiuum, 23 donans tenetur in quantùm facere poteſt, dùm donauit, quòd intelligitur in quantum facere poteſt commodè,& honeſtè,ita quod non egeat, iuxta perſonæ qualitatem, de quo *in l. in condemnatione,vbi gloſſ. & Scribent. de re iudicat.* & licet in patre, patrono,& ſimilibus intelligitur hæc regula non deducto ære alieno, tamen in donante intelligitur,quod teneatur, in quãtum facere poteſt in eo,quod remanet, ære alieno deducto,de quo in *l ſunt qui* cum *l ſeq.* & in ſpecie *in l. inter eos §. is quoque ff. de re iudica. in l. qui id, quod ff. de donation.* Et in hac materia, quod quis teneatur in quantum facere poteſt deducto ære alieno ne egeat, non inſpicitur tempus conceſſionis, vel obligationis:cùm hoc beneficium à lege concedatur miſerationis cauſa ex inopia inopinata, & ex alijs varijs accidentibus de nouo ſuperuenientibus; ob quod *iura* dixerunt inſpici debere tempus exactionis, ſiue petitionis,aut rei iudicatę ad *text. in l. rei iudicat. ff ſolut. matrim. in l.verum §. tempui ff pro ſocio, in l ſi à Domino §.eod.temp. ff.de pet.har.in l.pupillo ff.de ſolut. cum concord.*

Et licèt hæc concluſio limitetur in dona 24 tione remuneratoria,quia nõ dicitur propriè donatio,ſed facta pro ſatisfaciendo debito: Tamen hoc intelligitur, quando ſeruitia non ſunt facta ex debito officij, vel a- 25 lia obligatione: nam etſi Rex explendo officium ſuum debet ſe præbere gratum, ac liberalẽ ſuis ſubditis vltra illorũ merita, ad *text.notab. in l. fin.C. de offic. Præfect. Afr.* 26 Tamen hoc non facit,quod dicatur hęc donatio remuneratoria ab intellectu iuris, cũ ad ſeruitia talia donatarius tenebatur, & propterea tunc pura iudicabitur: ita *Rip. in l.ſi vnquam* 14.*quæſtio. verſi.2. iſta deciſio,C. de reuocan.donatio.* vbi latiſſimè more ſuo, *Tiraquell in verb. donatione largitus num.106. verſi.quarta declaratio:* nam ſeruitia de iure debita non faciunt remuneratoriam donationem, quamquam donari dicatur ob ſeruitia,vt per *Bald.Salic.Pau..de Caſtr.Iaſon.Corn.& alios in l. ſi donatione* 27 *C. de collat.* Et ideo *ibi* notabiliter *Dec.* dicit vnum verbum, quod etſi donãs teneatur de euictione rei donatæ, quando ob remunerationem donauit: tamen erit hoc intelligendum, ſi ſeruitia fuerint talia, quod pro eis alias dabatur actio aduerſus donantem: non ſolum ex obligatione antidorali, ſed etiam ciuili, quàm deciſionem notat, exornat,& ſequitur *Loffred.in cap. Titius 2: column.verſi.3.poteſt reſtringi, ſi de feu. def. mil.latius in conſi.meo 59.1.volum.num.15. cum ſequentibus*, vbi adnotantur deciſio- 28 nes alias factæ in cauſa Ducis Sueſſæ prætendentis refectionem intereſſe ex cauſa euictionis paſſæ Baronię Sancti Georgij donatæ à Rege Cattholico Magno Capitaneo ob illius ingentia, & notoria ſeruitia facta tamen ab illo tamquàm Capitaneo Generali,& ſic pariter in cauſa Iulij de Capua: omnes enim hi fuerunt ſtipendiati,inſeruierunt vti Capitanei,& ſubditi,correſpondẽdo obligationi, quam habebant ex debito officij; & propterea etſi donationes erant in remunerationem ſeruitiorum, non ideò

im-

importabant,quoad effectum iuris,quod dicerentur reſpectu Regis donationes remuneratoriæ: hinc diximus, & infra ſuo loco dicemus,quod milites ſtipendiati ab inimicis capti nullam habent actionem aduerſus Regem, vt ipſos redimat, vel taleas factas exoluat; & quamquam hæc vltima opinio videatur cõtrouerſa,peroptimè eam defendit *Arius Pinell.in l.1.C.de bon.mat.3.par. num.60.*ibi *extra hunc caſum particularem*, & habet opinio hæc pro ſe concomitãtiam prædictæ communis opinionis, vt ſupra relatæ, quod ſeruitia de iure debita non faciunt donationem remuneratoriam,& vltra habet deciſiones,vt ſupra factas,& *Io.Fran. Capibl* qui fecit *tract.de iur.et author.Baro.* nouiſſimè impreſſum cumulat *Authores*, & in ſpecie *Authorem damnatæ memoriæ in §. 30.num.99.*& infert ad Officiales,& milites ſalariatos, vt donationes illis factæ ob ſeruitia præſtita in eorum officijs nullo modo dicantur remuneratoriæ.

Hac concluſione ſic ſtante,dum videmus calamitates Regni,& neceſſitates,quæ præmunt pro neceſſaria manutentione, & cuſtodia illius; prouiſiones quas fieri oportet omnino pro ſubſtentatione triremium, caſtrorum, militum, & aliarum rerum, ſine quibus Regnum non poteſt gubernari,& defendi, & ob hanc neceſſariam defenſionem, & etiam pro complendo cum penſionarijs; ſic ad oculum inordinatè videmus Regiam Curiam redditus,quaſi omnes,alienaſſe; ita quod non poteſt dici, quod debet remanere Regi tantum,quantum ne egeat, quodq; teneatur,in quantum facere poteſt; ſed videmus nihil remanſiſſe, taliter quod poſſit at-
29 tentari,quando ex alijs Regnis,& dominijs adiutorium non haberet, vt à ſuis feudatarijs eſſet alendus, *ad text.in cap. 1. §. fin. Epiſcop. vel Abb. in cap. 1. §.licet, ſi de feu. fuer.controu. Ardiz. & alij relati per Frecc. in 20. authorit. Baron.* & multa bona applicabilia ad propoſitum per eumdem *Authorem in 34. author.* Igitur quomodo tractandum eſt hiſce temporibus in tantis calamitatibus de ſoluendo penſiones, & vt plurimùm vidimus ex hac cauſa per vicos, & plateas exclamare,qui contraxerunt cum Reg.Cur.bona fide bona dederunt,vel pecunias dederunt ad emptionem introituum, quibus debita ſatisfactio non fuit facta, nec fit,quia viſum fuit gratificare,& ſoluere penſionarijs:ex quo quæ mala ſequantur,& quæ conſequentiæ,iudicent prudentes, Regnum exaſperatur, quia exuiſceratur quotidie, & pecunia cõuertitur in tales vſus: Creditum Reg. Cur. pro quo tantum eſt inuigilandum pẽnitus amittitur: vnuſquiſque à contrahendo ſe retrahit, prouiſiones neceſſariæ faciendæ pro ſubſtentatione triremium,caſtrorum,& militum retardantur:& poſtea ſunt peſſimæ conditionis,quia nec in tempore debito fiunt:nec Domini bonorum ſpem habent debitæ ſolutionis in tempore faciẽdæ:& quod eſſet duraturum per annos corrumpitur per dies,& momenta,vel menſes.

Pro quibus,proxima, imò punctualis eſt deciſ. *Andr. in cap. nec Dominus de prohib. feu.alien.per Feder.*vbi facit quęſtionem:An
30 ea quæ ſunt deputata pro viuere Regis, ac Regalis dignitatis,ac Regni ſubſtentatione ſint alienabilia,ne extendant manus ad iniquitatem, auferendo bona ſubditorum, illosq, grauando, vt videmus in dies cum diuerſis impoſitionibus,& donatiuis,& loquitur in ſpecie de panibus ciuilibus, vt ſunt Dohanæ,gabellæ, & cæteri Regis introitus: tandem licet opinio antiquorum peritorum Regni fuerit hæc eſſe inalienabilia ad euitandam vexationem,& exuiſceationem populorum, tenuit *Andr.*hoc regulatum eſſe ſecundum terminos *text.in cap. intellecto de iur.iur.* vt ſi ex hoc graue præiudicium Regni oriretur, ac etiam dignitatis regalis,nõ valeret vlla cõſuetudo,ne affligi ſubditi grauentur per grauamina maiora,& ſic prorũpant: cui conformis eſt ſolemnis deciſ. *Luc. de Penn.in l. quicumque* omninò videnda *C.de omn.agr deſert.col 6.nu.*13.reddens rationem,ne diminutis redditibus bonorum demanialiũ,quæ pro vita Regum,& ſubſtenanda Republica inuenta ſunt,cogantur Reges ad bona ſubditorum calcata iuſtitia extendere manus, adducens ad hoc *Conſt. Innocen.VI.*imponentis pœnam excommunicationis,quæ deciſio notetur: nam firmiter teneo,quod ſuccedente caſu imminentis publicæ neceſſitatis:ita quod Rex non habeat de ſuo,quod ex ſupra fundatis poteſt penſio-
31 nes omnes ſuſpendere: Omnia enim priuilegia habent inſitam clauſulam, rebus in eodem ſtatu permanentibus,ex reg. *text in l.cũ quis ff.de ſolut. in cap.ſuggeſtum de deci.* per quæ ſic format regulam poſt alios *Iaſo. in l.quod ſeruus de cond.cauſ.dat.*Nam ſtatu
32 mutato,& vrgente neceſſitate incipit priuilegium fieri iniquum, & propterea non erit obſeruandũ ad *text. in l.ex facto ff.de vulg. & pup.*vbi *Alex.*& communiter *Scrib.* Hinc *gloſ.not.in d.c.ſuggeſtum in verb. priuilegia*
33 dicit,quod ſecundum diuerſitatem temporum, & varietatem rerum priuilegia ſunt variãda,vt ſic regula ſit iuris,quod id, quod
34 non eſt licitum in lege,neceſſitas faciat licitum: quæ ſunt propria verb. *text. in cap. quod non eſt, extra de regul. iur.* quæ latius

ad propositum reassumit *Iaso. in l. si ex toto de leg* 1. in quæst. illa, vt non deseruiat priui-
35 legium immunitatis à collectis superueniente guerra, sequendo opinionem *Dyn.* magis communem, vbi multas bonas adducit authoritates: etsi supra latè demonstratum est posse ex causa necessitatis Re-
36 gem capere bona subditorum, quando publica imminet necessitas: sed restituere demum tenetur, quando poterit, & inter cæteras decisiones fuit adducta decisio *Andr. in rubr. quæ sint regal. nu.* 13. quę ad propositum est decisio memoranda, dicēs, quod Rex ex necessitate, sicut potest capere bona subditorum, & restituere quando poterit, sic etiam ex eadem causa potest differre debitas solutiones, & hoc importat ius Regis, & his periculis subiecti manent, qui cum illo contrahunt: ergo quanto magis suspendere, & differre solutionem pensionum.

Hinc *Andr. in cap similiter 2. addit. de Cap. qui cur. vēd.* dixit inter cætera, quod in
37 his functionibus, censibus, vectigalibus, tributis, panibus, & redditibus ciuilibus sunt prohibitæ diminutiones, remissiones, donationes, & concessiones omnes sunt nullæ etiam factæ ex certa scientia; & Princeps,
38 qui non auget, sed diminuit enormiter, non dicitur Princeps, & sic Rex, dum non prouidet, vt Rex, eleganter idem *Isern in c. 1. de prohib feud. alien. per Lothar.* vt sic iustè dicantur hæc inalienabilia secundum eundem
39 *Andr in c. 1. ne Episc vel Abb.* quem ad propositum allegat idem tradens *Luc. de Pen. in l. fi colu. fin. C. de pet. bonor. subl.* vbi *text.* notab. ibi: *pari forma res etiam ciuiles, & ad ius publicum pertinentes ab omni petitione muniendas esse censemus.* & pulcher *tex in l. fi C. de vectig & commiss.* & maximè hæc
40 locum haberent respectu impositionum factarum pro substentatione, & stipendio militum, in quo est solemnis decis. *text. in l. omnes C. de fund. patrim. lib.* 11. quia dicit *ibi Luc. de Penn.* quod expedit Reipublicæ talia retineri in patrimonio, vt deseruiant publicis necessitatibus, & alienatio horū esset
41 in publicum præiudicium. Pro quibus omnibus quæso omninò legatur *Luc. de Pen. in d. l. quicumq; de omn. agr. deser.* nam solemniter loquitur, & omnia pertractat, quæ si prudentes Gubernatores ante oculos ponerēt, non se flectendo, nec ad dextram, nec ad sinistrā facile gubernarent, & omnia prouiderent secundum Deum, & christianam charitatem nemini iniuriam faciendo. Ideoq; *text.* elegans in *l. 2. C de priuil. schol. lib.* 12. tradit, quod priuilegia quæcumque taliter moderatè intelligi debent, *vt ne sub prætextu concessi priuilegij*, dicit *text. vel flagitiorum crescat authoritas, vel publica vacillet vtilitas*; per quem *text Odoffr. Ioann. de Plat. Rebuff. & omnes* tradiderunt, quod omnia priuilegia intelliguntur concessa, dummodo non lædatur vtilitas publica, pro quo etiam est bonus *text. in §. quod autem, in auth. vt Iud. sine quoqu. suffrag. vbi glos. in verb. priuilegio*, & ne dicatur deficere particularem decisionem in pensionibus legatur *Andr. in cap. 1.* per illum *text. de not. feud. ibiq;* notabiliter *Moderni Addentes*, vbi in specie volunt, concessiones tales intelligi semper, dummodo Dominus non egeat, quodq; præferūtur omnes qui cum Domino contraxerunt etiam post pensiones datas, & propterea Domino egente esse illas suspendendas, quod fundatur in eodem *text. in dicto cap. 1. & Præpos. in cap. 1. de feu. cogn. post Iacob. de Beluis & Aluar.* dixit in specie, quod si Dominus inuestiuit te de feudo Cameræ, & superuenerint tot creditores vt necesse habeat eis soluere deducitur æs alienum, ne ipse Dominus egeat, quia hæc est natura talis feudi de Camera, & melius *Zasius in tract. de feu. par. 12. num. 37. in 10. volum. tract.* quod pensio non soluitur si Camera ære alieno præmatur, & vltra transit *Mattiens. lib 5. nou. recoll. leg. Hisp. tit. 10. l. 6. glo. 2. nu. 30.* quod pensio annua à Principe concessa potest per eundem Principem, vel Proregem ad libitum reuocari.

DE ASSENSV REGIO SVPER DOTIBVS mulierum, dum feuda titulo dotis in maritos transferuntur, & quomodo procedat Capitulum Regis Cattholici, ſuper hac materia Neapolitanis conceſſum.

TITVLVS SEXTVS.

SVMMARIVM.

1 *Feuda de iure communi feudorum non poſſunt dari in dotem abſque aſſenſu, & ibi quid in patre, quando aliunde non habet.*
2 *Intereſt Reipublica feuda nõ alienari abſq; aſſenſu.*
3 *Fœmina feudataria, quomodo, & quando poteſt dare feudum in dotem abſq; aſſenſu.*
4 *Retentio feudi dati in dotem abſque aſſenſu quomodo detur ſecundum regiſtra Federici, & an ſit hoc correctum per Capitula Regni.*
5 *Conſtitut. Regn. incipiens fratribus, alia incipiens honorem noſtri Diadematis, & alia incipiens cum bæreditarium, atq; Capitulum Regis Caroli II incipiens, item ſtatuimus, latè declarantur.*
6 *Libertas matrimonij, quando dicatur impediri ſi fuerit dictum, quòd quis non nubat cum tali, vel in certo loco.*
7 *Capitulum Regis Caroli II. incipiens, item ſtatuimus, quas Conſtit. Regn. enarrexit, & declaratur illius verus intellectus.*
8 *Capitulum Papæ Honorij circa dationem feudi in dotem non ſeruatur, quia vel per contrarium vſum, vel per deſuetudinem, vel quia lex non fuit recepta, illud eſt abrogatum.*
9 *Capitula Papæ Honorij, quomodo in Regno ſunt ſeruanda latè diſcutitur.*
10 *Capitula Papæ Honorij fuerunt facta de conſenſu Regis.*
11 *Directus Dominus poſt infeudationem factam non poteſt apponere legem, aut conditionem.*
12 *Capitula conceſſa ciuitati, in quo alterauerunt diſpoſitionem iuris communis, conſtitutionum, & capitulorum Regni circa dationem in dotem, aut obligationem feudorum.*
13 *Per capitula ciuitati conceſſa, aſſenſus intelligitur præſtitus inſtrumento dotali, in quo feuda pro dote obligantur.*
14 *Deciſio facta, vt etſi capitulum ſolum loquatur de bonis mariti habeat locum in bonis ſoceri, quia præſtitus eſt inſtrumento.*
15 *Deciſio facta etiam contra Regium fiſcum, vt aſſenſus capituli prædicti non ſit ſubſidiarius, ex eadem ratione, quia datus eſt inſtrumento.*
16 *Deciſiones facta recenſentur.*
17 *Camerarij opinio refellitur, dum tenuit aſſenſum capituli eſſe ſubſidiarium.*
18 *Tex in l. commodis de re iud. declaratur.*
19 *Venditio rerum feudalium non fit hodie ad inſtantiam creditoris, qui caret aſſenſu.*
20 *Capitulum prædictum ciuitati conceſſum ponderatur, & declaratur.*
21 *Differentia eſt aſſentire obligationi rerum feudalium, vel inſtrumento, in quo illa continetur.*
22 *Aſſenſus aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur, & in expreſſo latè interpetratur, dum ſtat in formam gratiæ.*
23 *Diſpoſitio feudalium quando eſt cum aſſenſu nihil differt ab allodialibus.*
24 *Feuda ſunt de per ſe alienabilia, & in commercio.*
25 *Feuda dicuntur propter quoddam extrinſecum non poſſe alienari, non autem quod per ſe non ſint alienabilia.*
26 *Text. in l. ſi ego §. 1. de iur. dot. exactè declaratur.*
27 *Aſſenſus ſimpliciter conceſſus omnem caſum comprahendit.*
28 *Dotis cauſa præcipua eſt, & priuilegiata.*
29 *Aſſenſus, qui in dies conceduntur, non intelliguntur in ſubſidium, & tex. in l. creditoris arbitrio de diſtr pign. limitatur, & declaratur.*
30 *Pragmatica dicta* delli noue capi, *declaratur.*
31 *Error opinionis Camerar. demonſtratur ex confuſione per eum facta Capitulorum Ciuitatis.*
32 *Capitulum aliud ciuitati nouiſſimè conceſſum tollit omnem dubietatem.*
33 *Deciſio D. Frecc. commendatur ad hoc.*
34 *Capitulum prædictum Neapolis declaratiũ eſt, locum habere, etiam quod feudatarius legitimo careat ſucceſſore, quia eſt aſſenſus Regis, non Proregis.*
35 *Proreges non poſſunt concedere rem Domini, aut ius Domini conſiſtens in proxima ſpe deuolutionis.*

36 *Capitulum prædictum Regis Catholici comprehẽdit etiam bona titulata contra Frecciam ex eadem ratione, quia concessus est instrumento bona titulata continenti, & sic iudicatur.*

37 *Decisio D. Minad. vt in obligatione bonorum feudalium indefinitè facta comprehẽdantur bona titulata, & sic refert iudicatum, declaratur nu. 38.*

39 *Capitula prædicta Neapolitanis concessa restringũtur, & intelliguntur, quoad obligationem bonorum feudalium pro consequutione dotis, & antefati in pecunia cõstituta, seu constituti, non autem quoad translationem dominij feudorum, quo casu viget dispositio capituli Caroli II.*

40 *Assensus præstitus obligationi, non intelligitur præstitus venditioni, & sic è contra.*

41 *Interesse voluntatis consideratur in feudis.*

42 *Assensus non extenditur, nec de contractu ad contractum, nec de re ad rem, nec de casu ad casum, nec de persona ad personam.*

43 *Ratio finalis, & substantialis conseruationis dotium considerata in Capitulis Ciuitati concessis, cessat in translatione feudorum, quæ non ammittuntur ex defectu assensus. sed pœnes eosdem Dominos conseruantur.*

44 *Casus enumerantur, in quibus Capitula prædicta ciuitati concessa extẽduntur propter intentionem finalem habitam conseruationis dotium.*

45 *Hæredes omnes, pro quibus mulier est stipulata succedunt in debito dotis, & consequenter vnusquisque acquirit actionem personalem cum hypothecaria bonorum feudalium sed si antemortem mulieri feuda pro dotis credito adiudicata essent, tũc successio esset secundum naturam feudorũ, quia dotis debitum ex adiudicatione esset extinctum.*

46 *Assensus assumit naturam actus, super quo interponitur.*

47 *Capitulum nouissimè ciuitati concessum per quod prædicta confirmantur.*

48 *Mandata, quæ in dies fiunt, ne matrimonia contrahantur inconsulto Principe, quomodo iustificantur.*

49 *Mandata simpliciter facta ne matrimonia contrahantur absque causa legitima præcedente, fieri non possunt, quia contra libertatem matrimonij, contra capitula Regni, & contra præcepta Ecclesiæ, secus verò si fiunt cum causa, dum timetur subductio voluntatis puellæ, timor violentiæ, scandali, & alia similia, quæ Principem, aut Iudicem iustissimè mouent ad remedia adhibenda, vt libera sit voluntas ad matrimonium contrahendum, & non coacta, & nu. 51. latè.*

50 *De validitate matrimonij nullo modo potest Iudex laicus cognoscere; secus verò si est quæstio facti, vt puta, si est contractum, vel non contractum matrimonium, & ibi quid si non est quæstio de matrimonio inter coniuges. sed inter alios.*

52 *Decis. Cyni notatur, qui loquitur in hac nostra ciuitate.*

53 *Sequestratio mulierum, quando est differentia de matrimonio contrahendo est permissa, tam de iure canonico, quam de iure ciuili, & est de vniuersali consuetudine.*

54 *Iudex laicus, quando differentia est de matrimonio contrahendo, vel an cum vno, vel cum alio debeat contrahi, potest cognoscere & explorare voluntatem puellæ; secus verò, si præsupponeretur matrimonium contractum; & in hoc esset litigium, nam hoc spectaret ad Episcopum, & Ordinarium loci.*

55 *Iudices imperiti non considerantes casus, causas, aut rationes simpliciter consulere solent Superioribus, ita alias consuetum esse.*

56 *Aduocati propter Iudices ignaros, quando sciunt ius fouere, possunt allegare etiam non subsistentia de iure.*

ARGVMENTVM.

Constitutiones multæ Regni, & *Capitula* declarantur circa Assensum requisitum in dispositione feudalium, seu in obligatione ipsorum pro conseruatione dotium. Prohibitio, quod non contrahatur matrimonium cum certis personis est valida, multa de *Capitulis Papæ Honorij*. Dominus directus post infeudationem factam non potest apponere legem, aut conditionem. *Capitulum Regis Catholici* concessum Ciuitati super dotibus, correxit *Constitutiones*, & *Capitula* Regni, dum per illa fuerunt validatæ obligationes feudorum absque alio assensu. *Capitulum* prædictum validè fundatur non esse subsidiarium, *text. in l. si ego* §. 1. *de iur. dot.* declaratur. Assensus, qui in dies indifferenter conceduntur, non sunt aliter subsidiarij. *Capitulum* prædictum habet locum etiam si feudatarius successore careat, & veniunt etiam bona titulata in obligatione; *text. in l. creditoris arbitrio* declaratur. *Capitula* prædicta procedunt, quoad obligationem tantum, non autem quoad translationem dominij feudorum. In debito dotis, & in hypotheca succedunt omnes hæredes. Mandata solita mulieribus ne contrahant matrimonium inconsulto Principe, & depositio illarum iustificantur.

Cir-

CIRCA hanc materiam diſtinctè loquendo quatuor habemus iura : primùm eſt ius *commune feudorum* : ſecundum ius *Conſtitutionum Regni* : tertium ius *Capitulorum eiuſdem Reg.* & quartum *Capitula noſtræ Ciuitatis*.

De *iure communi* feudorum indubitatũ eſt feuda, abſque aſſenſu in dotem dari non
2 poſſe, quia eſt alienatio feudi, omnino à iure feudorum prohibita abſque aſſenſu, ſecundum naturam ipſorum feudorum, propter ſpecialem rationem illorum ; ita communi calculo omnes concludunt, per *text. in cap. 1. §. donare qual. ol pot feud alien.* difficultas fuit, an pater poſſit dare in dotem feudum filiæ, quando aliundè non habet, & communis eſt opinio contra *Andr. & Ardiz.* authoritate *gloſſarum* prædictarum, quod minimè hoc poſſit pater abſque aſſenſu, *Iacob. de Belu. Bald. Aluar. Mart. Laudenſ. Præpoſ. & omnes, Io. Rayn. in d. cap. imperialem, Afflict. ibidem 16. quæſt. num. 17. Iacobin. in verb. ita etiam quod ipſi vaſalli nu. 17.* latè *Capyc. in ſua inueſtitura in verb. feuda pro dote*, & hæc eſt communis ſecundum *Intrigl.* qui omnes cumulat *in centur. 2. num. 68. & Lodulphus Schrader. in tract. de feud. par. 8. cap. 1. nu. 32. Iul. Clar. in verb feudum quæſt. 36.* qui pariter dicit hanc eſſe communem, & latiſſimè *Camer. in eodem cap. imperialem* ponens omnes rationes huius cõmunis concluſionis *cart. mihi 82.*

Ardiz. in ſumma vtrum vaſall. poſſ. feudum dare in dot. cap. 130 tenuit, patrem non poſſe dare in dotem, niſi aliunde non habeat, vbi filiam dotaret, vt tali caſu poſſit abſque aſſenſu ; dummodo non det æſtimatum, quem ſequitur *Andr. in d. §. donare, & in d. cap. imperialem ante nu. 4. Curt. in tract. feud. 4. par. verſic. quarto principaliter quæro*, quæ opinio nullo iure fundatur, quia ſemper alienatio eſt, & viget diſpoſitio *text.* expreſſa *in d. §. donare.*

Alij tertiam tenuerunt opinionem, vt pater poſſit hoc, vita tamen ipſius durante, ita *Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 25. de conſtit.* & cõmuniter allegatur deciſio *Rot.* quæ ſic diſtinguit *nu. 199. in nouis* incipiens *pater poteſt dare feudum in dotem*, aliàs eſt *deciſio 1. in tit. de feudis*, ad quod *Rot.* allegat *text. in cap. nuper de donat. inter vir. & vxor. Afflict. in d. §. donare, Capyc. in ſua inueſtitura in verb. feuda pro dote verſ. limita tamen, Camer. cart. 183. 2. colum. in fin. verſ. tertia concluſio*, quòd intelligo, vt tranſferat ſimplicem tenutam ; non autem dominium aliquod, nec quod ius aliquod conſtituatur ſuper feudo : ſed tantum quod de facto habeat maritus tenutam, & fructus lucretur, cum poſſit feudatarius vendere fructus feudi ſua vita durante, ſecundum communem, & vulgatam doctrinam *Andreæ in cap. imperialem in princ.* nam eo ipſo, quòd tractatur de translatione iuris, & de commutatione de perſona ad perſonam ; tunc ſuccedunt regulæ prohibitiuæ feudorum, vt minimè abſque aſſenſu detur quælibet ipſorum diſpoſitio, & concluſio communis, quòd pater non poteſt dare feudum in dotem filię, militat in caſu iſto, & dare ex regula iuris eſt dominium transferre, & nihil facit ad caſum, quod transferatur temporaliter, vel perpetuò ; nam punctus conſiſtit in translatione, quæ omni iure prohibetur, abſque aſſenſu, & priuilegia dotis non militant in feudis, quæ ſunt conſtituta cum natura diſcreta, & cum ſuis limitibus, conſiderando honorem, & præheminentiam, Domini fidelitatem, electionem vaſallorum, & etiam intereſſe voluntatis ratione directi dominij ; & vt benè conſiderat *Camer. cart. 84. à terg. colum. 4. in princ.* feudum mixtim eſt Domini, & vaſalli, & propterea nimirum, quòd Dominus ratione ſui directi dominij proſpicere habeat, ad quem feuda transferantur, vt *ibi per eum* latius ; cum non teneatur habere in vaſallum alium, quàm quem ipſe vult dixit *text. in cap. 1. de frat. de nou. benef. inueſti. & in cap. 1.* vbi *gloſ. in verb. Domino de beneficio fratris*, & ſicut dicimus intereſſe Reipublicæ fœminas eſſe dotatas ; ſic di-
2 cimus intereſſe Reipublicæ feuda non alienari abſque Domini aſſenſu : ita *Io. Raynal. in d. cap. imperialem*, per illum *text. in verſ. habito nu. 23. & Lodulph. Schrad. p. 7. cap. 2. num. 58.*

Dubitatio fuit in filia, ſeu fœmina feuda-
3 taria, an ipſa poſſit pro ſe dotanda dare feudum in dotem, ad quod ponderatur *text. in cap. 1. de eo qui ſib. & hæred. ſuis, & in cap. 1. de inueſt. feud. quã Titius accepit à Sempronio, & Iacob. de Beluiſ. ibi* tenuit requiri aſſenſum, *Bald.* verò dixit non requiri, quando aliud non habeat *Andr.* verò in prædictis *iuribus* dixit fœminam non poſſe feudum dare in dotem, & iura illa intelligi, quando dedit cum aſſenſu, niſi aliud non haberet, non daret extimatum, & nec faceret pactum de lucrando, & idem *Aluar. in d. cap. 1. de inueſtit. quàm Tit. accep. à Sempron. Andr.* pariter idem tradit *in dict. capit. imperialem, & ante num. 8. ibi hoc iure, & in Conſtitut. Regni fratribus*, & ante omnes dixit *Ardiz. in loco allegato, Afflict. in d. §.*

donare; Capyc. in d. verb. feuda pro dote, Ioa. Raynal vbi supra & idem Aluar. Prapos. & Laudens. in d. § donare, Curt. in loco supra allegato. Intrigl. Lodulph. Schrad. Iul. Clar. & omnes, & hanc opinionem dicit *Camerar.* esse sequendam, tãquam communem licet ipse contrarium teneat *fol. 82. à tergo, vers. secunda conclusio.*

Vnum tamen notandum erit, & non ommittendum, quod dixit *Andr. in d. §. donare* 4 reperiri in *Registris Regis Federici*, vt etsi non valeat datio in dotem, quando extimatum fuerit feudum datum, tamen tenebit datio quoad pecuniam, & pro ea dabitur retentio feudi, lucrabitur fructus, & remanebit retẽtio firma; donec pecunia soluatur, etiam quod feudum ad Dominum reuertatur, idemq; dixit *in Constit. Regn. fratribus, Capyc.* refert, & sequitur in dicto verbo *feuda pro dote, Affl. in §. donare, & Camer. cart. 85. col. 3. vers. in Regno tamen, & idem And.* dum in *Constitutione in aliquibus in verb. decimũquintum annum col. 7. in fi. in antiq. vers. sed numquid* tradidit, quod frater non potest dare feudum in dotem sorori, vel in solutum pro paragio absque assensu, & dicit etiam prohibitum per *Capitulum Reg. Caroli II.* tradidit enim hoc limitari per *Registrum prædictum Federici*, & licet *Affl. in §. donare*, videatur tenere *Constitutionem Federici* correctam per *Capitulum Reg. Caroli Primi, & Secundi*, & idem *in d. constitutione fratribus;* contrarium tenet *Camer. vbi supra fol. 85. à terg. 4. col. vers. nec refert*, quem allegant, & sequuntur *Modern. Addentes ad Andr in d. § donare in verb. regi. registris*, nam *constitut* hæc *Federici* est conformis *capitulis* prædictorum Regum, per quæ annullatur datio feudi in dotem absque assensu, sed *Federicus* tranfit vlterius, quod etsi hæc datio sit nulla, voluit tamen ipse, etiam in sui damnum priuilegiare dotes, vt detur retentio, etiam quod feudum ad Curiam deuoluatur, ita quod quoad corpus feudi secundum *Camer.* & quoad donationem in dotem etiam secundum *Constitutionem Federici* annullatur contractus, sed quoad retentionem, & ad deuolutionem, *Capitula Caroli I. & II.* non loquuntur, & sic videtur ex regul. *Andr.* quod id, quod expressè non est derogatum, stare non prohibetur, ad *tex. in l præcipimus in fin. C. de appell. & in l sancimus C. de testamen.* & postquam *And.* hæc tradit benè, vt dicit *Camerar.* sciebat *capitula Caroli*, & dixisset per illa reuocatam esse *Federici constitutionem.*

Mea verò opinio est cum *Afflict.* quia, vt infra dicemus *capitulum Caroli II.* expressè ex datione feudi in dotem absque assensu dicit feudum amitti, & deuolui ad Regem in tantum, quod idem *Affl. in cap. imperialem 16. quæst. nu. 17.* tenuit non dari reuocationem vigore *Const. Regn.* licet contrarium tenuerit in *d. constit. fratribus num. 18.* sed *D. Frecc.* posuit hoc pro limitatione ad *constitution. constitut. diuæ memor.* nam in ea nihil prouidetur circa ammissionem feudi, sed tantum annullantur contractus feudales, absque assensu celebrati, & datur eisdem contrahentibus potestas reuocandi; *Capitulum* enim *Caroli II.* post *constitutionem prædictam* emanatum prouidet casum ammissionis feudi in hoc casu speciali dationis in dotem absque assensu, & simpliciter statuit, quod si fuerit datum feudum absque assensu, feudum ammittatur, & ad Curiam deuoluatur, & si feudum est ammissum, & ad Curiam deuolutum, non potest dari reuocatio, nec retentio; nec dicatur, quod etsi *constit. constitut. diu. mem.* nihil dicat de ammissione feudi, tamen non data reuocatione per feudatariũ, adhuc feudum ammittitur ex dispositione iuris communis, & sicut in illo casu habet locum reuocatio, sic etiam in casu *capituli* prædicti, nam *capitulum* ex hac speciali expressione ammissionis feudi debet aliquid operari, alias inutilis fuisset expressio, quod non est dicendum, & sufficiebat annullatio contractus iuxta *constit. Regn. constit. diu. mem.* in quo valdè cogitandum erit secũdum *Frecc.* & sufficit attigisse.

Redeundo nunc ad punctum, si datio feudi in dotem, in tantum est nulla, quando caret assensu, quod Rex apponet pœnam ammissionis feudi, & applicatur ad Curiam, ergo correcta est *constit. Federici*, per quam datur pignus in feudo, & retẽtio illius, quod est incompatibile cum ammissione, & deuolutione, in quo cogitetur, nam magna est authorit. *Andr. & Camer.* & hæc quoad ius commune feudorum.

Secundum verò *Reg. constit.* habemus *constitut. incip. fratribus* quæ disponit posse fra- 5 trem in defectum bonorum allodialium partem feudi pro dote sororis obligare, aut si habet plura feuda, posse vnum ex eis in dotem dare, vel in dotarium constituere, sed declaratur hoc posse fieri, si matrimonium contrahatur de expressa Regis licentia; aliter nec obligatio, nec datio feudi valebunt, non enim *Constitutio* hæc statuit, quod matrimonia fieri debeant de licentia Regis, sed tantum, prout *in rubro, & in nigro* apparet, voluit statuere, quomodo feuda possent dari in dotem absque assen-

aſſenſu, & dicit poſſe dari, quando matrimonium fuerit factum cum licentia, & ratio eſt, quia ſi interuenit licentia Regis hoc æquipollet aſſenſui, quia ex licentia dicit *Andr.* proſpicit Curia, qualis eſt is, ad quem feudum peruenire debet, vtrum ſit fidelis ex genere, & alia propter quæ Regius aſſenſus in diſpoſitione feudalium eſt reſeruatus, vt notab. declarat *And. in dict. cap. imperialem poſt numer. ſeptimo, tertia column. in princip. ibique Camerar. cart. 84. à terg. & per prius ibi Capycius, & Lanar. in conſilio decimo octauo, in princip.* & ſic *conſtitution. prædicta* ponit limitationem ad reg. quod non poſſit dari feudum in dotem, vt fallat, quando matrimonium fit cũ licentia, quia tunc ceſſat ratio prohibitionis; ita quod ponit caſum contingentem, ſi fiat matrimonium cum licentia, non autem aliquid diſponit, nec ſtatuit, vt matrimonium fieri habeat cum licentia Regis, quodque hoc ſit verum, dupliciter demonſtratur irrefragabiliter; primo quia *eadem conſtitut. in fin.* dicit, quod ſi fuerit obligatum feudum, vel datum in dotem, & matrimonium non fuerit contractum cum licentia, conuentiones prædictæ ſcilicet de feudis factæ abſq; aſſenſu nullas vires habeant, ergo non tractat *conſtitutio* de matrimonio, nec de validitate ipſius, nec quod illud fieri habeat cum licentia; ſed tantùm tractat validitatem, aut inualiditatem diſpoſitionis feudorum. Secundo hoc inconuincibiliter fundatur ex *conſtitutio. honorem noſtri diadematis* facta per *Feder.* poſt *Guliel.* qui fecit *conſtitutionem fratribus*, & in hac *conſtitut. honorem noſtri diadematis* facta per *Federicum ſucceſſorem Gulielmi* ſtatuitur pro lege vniuerſali, vt nullus feudatarius poſſit matrimonium contrahere abſque licentia Regis, ergo non erat hoc prouiſum per *conſtitut. antecedentem fratribus*, alias inutilis, & ſuperflua fuiſſet diſpoſitio *Federic.* & hæc *conſtitut.* benè dicit *Andr.* ibi, qđ cum ſit contra libertatem matrimonij, & contra præcepta eccleſiæ eſt nulla, & nullo modo ſeruari debet, & ita ibi *Afflict. Barto. de Cap. Pet. de Monteſ. & Neapod. in additio ad capit. Caroli II. incip. item ſtatuimus editum in planitie Sancti Martini*, nec valet datio in feudum, cum conditione, vt nõ
6 nubat ſine conſenſu meo, vel non nubat Titio, cum alteri non poſſit æquè nubere, vel non nubat Neapoli, cũ alibi ſic benè nõ poſſit nubere; ſecus verò ſi poſſit æquè nubere, vel ſi dictũ eſſet, vt non nuberet talibus Domino odioſis, ſi poteſt alijs nõ odioſis nubere, quæ omnia declarat *Andr. in d. conſtitutio honorem noſtri diadematis*, & ex his *conſtitutio ſequens* incipiens *cum hereditarium Regnum noſtrum* diſponẽs, quod Regnicolæ cum exteris non contrahant, poteſt de iure ſubſtineri, quando æquè commodè in Regno nubere poſſunt, de quibus *in l. cum ita* cum *l. ſequ. vbi Barto. & Scriben. de conditio. & demonſtrat.* nam in nullo iſtorum caſuum impeditur libertas matrimonij, nec directè, vel indirectè, & ſic concluſio eſt indiſputabilis, quòd quæcumque lex, ſtatutũ, aut conſuetudo, quæ quomodocumque impedirent libertatem matrimonij directè, vel indirectè ſunt reprobatæ, nullæ, & non ſeruandæ. Si verò nullo modo impediunt matrimonij libertatem, illæ ſeruandæ erunt, quia vt dicit *Andr. in locis præallegatis*, vnuſquiſque in ſuis rebus eſt moderator, & arbiter, & dominus tuetur ſuam proprietatem, dùm legem ponit in diſpoſitione feudi, & *ibi Camerar.* dixit, quod feuda ſunt mixtim Domini, & feudatarij, videlicet reſpectu vtilis dominij ſunt feudatarij; reſpectu verò directi ſunt Domini, & cum ab eo vtile dominium concedatur cum certis legibus, illæ ſeruandæ erunt, quando tamen non ſunt contra præcepta Eccleſiæ. Hinc *Papa Honorius* volẽs prouidere ſuper omnibus grauaminibus Regni factis per *Federicum ſecundum* ſtatuit matrimonia liberè eſſe contrahenda abſque requiſita licentia ſe reſtringendo ad matrimonia contrahenda inter Regnicolas, vt illa poſſint contrahi abſque alia ſuperioris licentia, dicens, quod poſſint matrimonia liberè contrahi inter ſe, & hoc geminatè replicat, ergo cum duæ aderant *conſtitutiones*, vna de feudatarijs Regni, vt non poſſint contrahere abſque licentia, & alia de contrahentibus cum alienigenis, & *Papa Honorius* ſolum prohibet, & prouidet, vt matrimonia ſint libera, & nulla licentia requiratur inter Regnicolas; ergo noluit corrigere *conſtitutionem* loquentem, quando cum exteris, quia habuit pro comperto, quòd ex rationibus poſitis in *eadem conſtitutione*, & per *Andr. & Camerar. in loco præallegato* non impediebatur libertas matrimonij, quia æquè commodè in Regno matrimonia contrahere poſſent, & ideo *Docto.* dixerunt libertatem matrimonij impedire non poſſe ſimpliciter, ſed bene ſecundum quid, vt in caſu, de quo ſupra, vt eleganter præ cæteris declarat *Bero. in cap. in præſentia de prob. num. 89.* quæ ſunt dicta ad veritatem rerum indagandam; ſiquidem hodie prędictis *conſtitutionibus*, nõ vtimur, ſunt omnes correctæ, & aboletæ, & matrimonia liberè abſq; alia requiſita licẽtia,

tia,& inter Regnicolas,& cum exteris contrahuntur.

Tertium ius eſt *Capitulorum Regni*,& ſignanter *text.in dict.cap.item ſtatuimus editum per Carolum II.in planitie ſancti Martini*; per quod ſtatuitur, tam feudatarios, quàm quaſcumque alias perſonas liberè matrimonia contrahere poſſe abſque alio aſſenſu Curiæ impetrando; verùm mandatur,feuda in dotem non eſſe danda aſq; ſpeciali aſſenſu, & ſi dentur, illa ammittantur, & ad ius Curiæ applicentur. 7

Hoc *Capitulum* correxit prædictam *conſtitution. Regn.incipien. honorem noſtri diadematis*, ſecundum omnes *Scrib.* ſupra relatos,& etiam ſecundum *Andr.Camerar. & Afflict.* correxit prædictam *conſtitutionem fratribus*,quod vltimum nõ eſt verum; ſiquidem *conſtitu.illa*, vt diximus dabat facultatem diſponendi de feudis,quando matrimonia fiebant cum conſenſu Regis, quia hic conſenſus importabat conſenſum tacitum. *Capitulum* verò *Caroli Secundi*, ponit caſum,quando matrimonia contrahuntur ſine alio conſenſu, vt liberè contrahi poſſint, ſed feuda in dotem non dentur, niſi cum Regis aſſenſu, quod eſt vniforme cum prædicta *conſtitut.Regn.fratribus*,quæ ſtatuit,vt dum matrimonia fiant abſque Regis conſenſu,feuda in dotem dari non poſſunt; & ſic aut dicimus *capitulum* hoc corrigere *conſtitutionem prædictam*, quia mandat matrimonia liberè contrahenda eſſe abſque alia licentia,& *in conſtitutione fratribus* nihil de licentia, vt ſupra ponderauimus; ſed tantùm tractat de facultate diſponendi de feudis, quando cum licentia,aut ſine,matrimonia contrahuntur, aut verò volumus dicere,quòd corrigat in eo,quia *capitulum* ſtatuit,vt feuda non dentur in dotem ſine aſſenſu, & *Conſtitutio Regn. fratribus* non dicit contrarium; immò hoc idem ſtatuit; quando non præceſſit licentia in matrimonio,ex qua licentia tacitus aſſenſus in diſpoſitione feudorum inducebatur,& hoc tradidit *Capyc.in ſua inueſtitur. in verb. feuda pro dote cart.* 177.benè *capitulum* prædictũ, vt dixi corrigit prædictam *conſtitutionem honorem noſtri diadematis*, tanquam impedientem libertatem matrimonij, & ob id *ibi Andr.& Afflict.* dixerunt *conſtitutionẽ* prædictam fuiſſe ſeruatam vſq, ad tempus *Caroli Secundi*, qui per prędictum *capitulum* illam correxit,& idem dicunt *ibi Bart. de Cap.& Petr.de Montefort. periti Regni*, & pariter corrigit *Conſtitutionem Regni cum hæreditarium*, quæ vetabat matrimonia cum exteris contrahi non poſſe abſque licentia; ſiqui dem dicit liberè matrimonia contrahi poſſe; in quibus hactenus requirebatur aſſenſus, vt demùm contrahantur abſque alio requiſito aſſenſu, ergo cum in matrimonijs cum exteris faciendis aſſenſus requirebatur,remanet hoc ſublatum p prædictum *capitulum*.

Sed notetur aliud,quod ſupra attigimus, dico quod cùm diſpoſitio prædictę *Conſtitutionis Regn. fratribus* ſit fundata in tacito conſenſu, qui oriebatur ex licentia matrimonij contrahendi,cuius vigore feuda dabantur in dotem,quæ *conſtitutio*, vt dixi eſt facta per *Regẽ Gulielmum*, & ſuperuenit demùm *conſtitutio conſtitutionem diuæ memoriæ* edita per *Imperatorem Federicum*; per quam ſtatuitur, vt in diſpoſitione feudorum ſpecialis aſſenſus requiratur,& taciticus non ſufficiat ſecundum omnes *Scribentes*, ergo per hanc *conſtitutionem* eſt reuocata diſpoſitio *Conſtitutio.Regni fratribus*; cumque per *conſtitutionem conſtitutio. diuæ memoriæ* annullantur tantum contractus,& diſpoſitiones abſque aſſenſu,& nihil dicitur de ammiſſione; ſed datur contrahentibus facultas reuocandi, ſuperuenit prædictum *capitulum Caroli Secundi*,& diſponit,quod matrimonia liberè contrahantur, quodque aſſenſus ſpecificus requiratur, ſi volunt dare feudum in dotem,& ſine eo,ſi dentur,ammittantur,& Curiæ applicentur, prout erat de iure communi feudorum ex regul. *text. in cap.1.de prohibit.feud.aliena. per Lothar. & in cap.1.de probibit.feud.alien. per Fede.* & nihil dicit de reuocatione in caſu prædicto; nam voluit releuare ſubditos à petitione licentiæ in matrimonijs contrahendis corrigendo *conſtitutionem honorem noſtri diadematis*, & ex alia parte voluit prohibere,vt feuda in dotem dari non poſſint abſq; aſſenſu,ſub pœna ammiſſionis illorum, & ſi voluiſſet,vt haberet locum *conſtitutio conſtitutionem diuæ memoriæ*,nihil dixiſſet de ammiſſione; ſed tantum ſufficiebat declarare nullam firmitatem habere contractum vt in *dicta conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ*, ſed tranſit vlteriùs, ponendo pœnam ammiſſionis, in hoc caſu ſpeciali, quę ſint dicta gratia diſputationis,ſiquidem hodiè hæc non practicãtur, ſed in qualibet feudorum diſpoſitione ex quacunque cauſa viget diſpoſitio prædictæ *conſtitu.conſt. diu. memor.*

Et licet *Papa Honorius* non ſolùm ſtatuerit matrimonia eſſe liberè contrahenda abſque alia requiſita licentia, ſed etiam

man-

mandauit feuda poſſe dari in dotem nullo Regis aſſenſu impetrato, ſeu impetrando: tamen vt dixit *Afflict. vbi ſupra* hoc vltimũ non ſeruatur; ſic etiam *Andr. Capyc. & Camerar.* ſed ſecundum diſpoſitionem prædicti *Caroli II.* dum tractatur de diſpoſitione feudi, aſſenſus eſt impetrandus; vnde per contrarium vſum, vel per deſuetudinẽ, vel quia in hoc lex non fuit recepta, non vtimur diſpoſitione *capituli Papæ Honorij*, circa diſpoſitionem feudorum, nam ij ſunt modi, ex quibus leges abrogantur, tolluntur, vel non habent vigorem, iuxta tradita in *canon. in iſtis in 4. diſtinct. in l. de quibus ff. de legibus*, per *Canon.* cõmuniter *in cap. 1. de treug. & pac.* & hæc eſt vera iuridica, & canonica reſponſio ad *Capi Honorij*, non autem tradi-
9 ta per *Andr. in cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior, quæ ſit prima cauſ benef ammitt.* dicẽs, quòd *Capitula Honorij* ſeruantur in quantum ſunt rationabilia, & ad id quod eſt rationabile allegantur, vt *ibi per eum in 1. addit. col. fin. in princ.* quem allegat, & ſequitur *Camer. vbi ſup. car. 81. lit. F.* & idem *Capyc. in ſua inueſt. in verb feuda pro dote verſ. nec eſt ommittendum*, quòd dictum in ſe ſic ſimpliciter ſumptum non eſt verum, & *idem Andr.* confutat illud, vt in *Conſtitut. Regni incip. poſt mortem, & Camer.* idem, *vbi ſupra cart. 70. lit. N*, nam per *Capitula Honorij* correcta fuit illa *conſtitutio*, & ſtatuit feuda quaternata ſecundũ quid, ſeu mixta deuolui ad Baronem, & ab ipſo conferenda, vbi *And.* dixit, quòd licet dicatur *Capitula Honorij* non ſeruari, quod non debet hoc attendi, ſed ſeruandum eſt, quod fieri debet, quòd pariter pro abſoluto tradidit *idem Andr. in cap. 1. add. 2. in fin. de Cap. Corrad. idem Afflict. in d. §. ſed nec eſt alia iuſtior num. 6. in fin.* & latiùs firmat *in d. conſtit. poſt mortem, & And. in cap. 1. de nat. ſucc feud. num. 22.* diſputat articulum illum, ſi promiſſio dotis excludit fœminam, ſicut excluderet dotatio, vbi allegat *Cap. Honorij*, & decidit quęſtionem ſecundum intellectum prædicti *capituli*, & ſimiliter in repet. *Conſtit. Comitibus*, decidit quæſtionem illam, ſi debetur vita, & militia filio fratris, & decidit non deberi auth. *Capit. Honorij*, & ead. *capit.* allegat *in tit. quæ ſint regal nu. 62. & in Conſt. Regni incip. inter multas, ac Luc. de Pen. in d. l. 1. C. ne ruſt. ad vll. obſeq.* in materia impoſitionis collectarum, decidit quæſt. auth. *Cap. Papæ Honorij, vt ibi 10. col. circa med.* & idem facit *Loffred in capit. 1. §. quid ergo hic finitur lex.* in quæſt. illa, an eodem anno poſſit exigi adhoa, & releuium, & determinat vnicam tantum præſtationem exigendam eſſe per *Capitula Honorij*, & tandem *Afflict. in cap. 1. Imper. Lotharius*, idem tradendo dicit *Capit.* illa iuſta fuiſſe de voluntate *Regis Caroli* facta eſſe in viridi obſeruantia, & in Sacro Conſilio allegari ad deciſionem cauſarum, ac pro lege fore ſeruanda, *vt ibi num. 21. verſ. octauo pro fiſco*, & qui dicit nõ eſſe ſeruanda, dicit *Afflict.* quod loquitur præſumptuosè, & in malam partem, & *Capyc. in ſua inueſtit. in capit. feudorum clauſulæ, in verb. irrogatur autem cart mihi 118.* dicit, quòd caſus colligandi in Regno ſunt limitati per *Capitula Honorij*, & extra illos non poteſt aliquo modo collectari, idemque *Andr.* vbi bona *Additio Modernorum in titul. quæ ſint reg. in verb. extraordinaria collatio num. 62* vbi etiam dicit, quòd *Capitula* illa *Honorij* fuerunt condita ad releuamen Regnãtis, & Regni, & tollendos malos abuſus, & iniquas leges *Federici Imperatoris*.

Ex quibus, vt dixi non eſt iuridicè dictum ſimpliciter *Capitula* prædicta non eſſe ſeruanda; poſtquam ſunt facta de cõſenſu Regis, vt *Afflict.* dicit, & dixit, quod in Archiuio conſeruantur regiæ literæ, in quibus requirebatur Papa à Rege pro reformatione ſtatus Regni, & grauaminibus, & exceſſibus ipſi illatis per Imperatorem Federicum; erat Papa directus Dominus, concurrit voluntas vtilis Domini, propterea vndique dictum hoc, quòd non ſeruatur, niſi quatenus ſint rationabilia, non eſt verum, ſed dicere, quòd ſunt ſublata aliqua per deſuetudinem, vel per contrarium vſum ſeu quia non fuerunt vſu recepta, qui ſunt modi, ex quibus leges abrogantur, tolluntur, vel non habent vigorem, hoc erit iuris, & hoc modo poterit ſubſtineri, quod *Andr.* dicit *in d. §. ſed nec eſt alia iuſtior*, quæ ſunt menti tenenda, ſiquidem in rebus iuriſdictionalibus ſemper recurrimus ad *Capitula Honorij*.

Nec dicatur, quod quatenus concernunt feudalem iuriſdictionem, & alia infeudata,
11 quòd non poſſit Dominus directus poſt perfectam infeudationem apponere legem, aut conditionem, vel detrahere authoritati Baronali, ſecundum *Andr. in d. conſtit. honorem noſtri diadematis in princip.* ibi *in feudis iàm datis non poteſt grauamen nouum imponere feudatario*, & *ibidem per Afflict.* ſequendo *Andr.* qui idem dicit in *c. 1. §. fin de Cap. qui cur. vend.* cumulat deciſiones *Petr. Greg. Sicul. de conceſſ. feud. par. 1. quæſt. 10 in princ.* Nam vt ſupra ponderatum eſt *capitula* prædicta fuerunt edita de voluntate conſenſu, & adrogationem eiuſdem *Regis Caroli*, *eiuſque filij Roberti*, tanquam Regum

gum chriſtianiſſimorum in releuamen ſubditorum Regni ad tollendos,& pœnitus delendos malos mores, peſſimos abuſus,atque tyrannides, cęteraſq; leges introductas per *Federicum* in perditionem,& deſtructionem Regni, adeò quod concurrente voluntate feudatarij ceſſat obiectum.

Remanet igitur firma concluſio, quod *conſtitutiones* omnes Regni ſunt aboletæ,& correctæ, ſeu reuocatæ, matrimonia vnuſquiſque liberè contrahere poteſt abſque aliqua requiſita licentia,& reſpectu feudorum de illis, tàm attento iure communi, quàm *Conſtitutio. Regni conſtitut. diuæ memoriæ*, ac prædict. *capitul. item ſtatuimus Caroli II.* nulla poteſt fieri diſpoſitio abſque ſpeciali aſſenſu,videamus nunc quid prouiſum
12 reperitur per ſpecialia *capitula* noſtræ Ciuitatis, quæ impetrauit à *Rege Catholico* priuilegium aſſenſus generalis obligationi bonorum feudalium pro dotibus, tàm conſequendis,quàm reſtituendis, ſiuè ciues cõtrahant cum exteris, ſiuè cum regnicolis, quod demum fuit extenſum,& ad antefatũ, ſeu dotarium; & ſic in Regno ſunt correctæ *conſtitutio honorem noſtri diadematis*, ac *conſtitutio cum hæreditarium* per *capitulum Caroli II.* & pariter diſpoſitio *Conſtitutionis Regni fratribus* eſt effecta inutilis, ſi in matrimonijs cõtrahendis nulla impetratur licentia, & feuda in Regno ſeruata forma prædicti *capit. Caroli II.* in dotem dari non poſſunt abſq; ſpeciali aſſenſu,& ſic nec obligari, & correcta pariter eſt diſpoſitio *iuris communis*, quæ permittebat fœminæ feudatariæ dare feudum in dotem inæſtimatum, & ſine pacto de lucrando, quando aliud non habebat, & eodem modo permiſſum erat patri, quæ omnia ſunt ſublata per generalem prouiſionem factam,tam per prędictam *Regiam conſtitutionem conſtitut. diuæ memoriæ*, quàm per prædictum *capitulum Caroli II.*

In hac verò noſtra ſplendidiſſima Ciuitate non ſolùm per aſſenſum generalem *Regis Catholici* sũt correctæ *cõſtitutio fratribus*, *conſtitutio honorem noſtri diadematis*, *& cõſtitutio cum hæreditarium*, ſiquidem aſſenſus *Regis Catholici* eſt ſpecificus etiam in matrimonijs, quæ cum exteris contrahuntur, ſed eſt etiam correctum prædictum *capitulum Caroli II.* ita quòd opus non eſt alio Regis, ſeu Proregis aſſenſu, ſed ſtatim,
13 quod confectum eſt inſtrumentum dotale, ipſi inſtrumento intelligitur præſtitus Regius aſſenſus, vt legitur in prædictis *capitulis*, & ſignanter in *capituto vigeſimoprimo*, quod infra deſcribetur. Hinc,& ſi nihil fuerit ſupplicatum circa obligationem aliorum,quam bonorum mariti,tamen deciſum
14 eſt habere locum *capitulum* etiam in bonis ſoceri obligatis in inſtrumento dotali in cauſa Galeatij Farneſij,cum Duce Adriæ, quia aſſenſus eſt præſtitus inſtrumento dotali, & ſuper omnibus in eo contentis,& ex hac ea-
15 dem ratione fuit pluries iudicatum, etiam contra Regium fiſcum, aſſenſum prædictum non eſſe ſubſidiarium,quia vt diximus,datus eſt inſtrumento,ibi: *Item ſupplicano, che in tutti inſtrumenti dotali, che da quà auanti accaderanno farſi in queſta città di Napoli, illo tunc, che ſieno fatti l'inſtrumenti dotali, & obligationi delli beni feudali de loco mariti, con reſeruatione del Regio aſſenſo, s'intenda eſſer preſtito l'aſſenſo di voſtra Catholica Maeſtà*, & demum ſubſequitur decretatio. *Placet ad beneplacitum Regiæ Catholicæ Maieſtatis*,ex quo deciſa eſt quęſtio cum ex clauſulis inſtrumenti creditoris arbitrio ſit exequutio, vt refert deciſum *Ioan.*
16 *Vinc. de Ann. in ſua alleg.* 115. *in fin.* & me patrocinante fuit iudicatum per Regiam Cameram in cauſa Elionoræ Caracciolæ cũ Regio fiſco,qui ſucceſſerat Pardo Pappacodæ illius marito defuncto, abſque legitimo ſucceſſore in feudo, dum petijt ſatisfieri de dotibus ſuper bonis feudalibus deuolutis,& ex aduerſo fiſcus oppoſuit,quòd aſſenſus *capituli*, in quo ſe fundat erat ſubſidiarius in defectum bonorum allodialium, quorum cum multa remanſa erant in hæreditate,petijt propterea ſuper illis,& non ſuper feudis ſatisfieri debere;& tandem deciſum fuit cõtra fiſcum, & fuit conceſſa aſſiſtentia ſuper feudis, in tantum quod fiſcus petijt iurium ceſſionem, vt iure ceſſo ſatisfieri potuiſſet ſuper allodialibus, & obtinuit, & ſic bona allodialia ad fiſci inſtantiam fuerunt venditа,in quo magna orta fuit quæſtio, ſi ceſſio operari debebat contra Elionoram cedentẽ creditricem ex cauſa legati, propter quod ante fiſcum ſatisfieri volebat,& obtinuit ex regula illa,quòd ceſſio in caſu iſto fit ex ęquitate legis, quod tibi non nocet, & alij prodeſt.

17 Ex quibus apparet malè ſenſiſſe *Camer. in d. cap. Imperialem cart.* 71. *lit. M, verſ limitatur*, vt prædictus aſſenſus *capituli* intelligatur in ſubſidium, qui mouetur friuolis,& erroneis rationibus,ſalua eius reuerentia,& loquutus eſt contra verba expreſſa *capituli*, dicit enim *Camerar.* quod quando lex concedit exequutionem in feudalibus,intelligitur in ſubſidium,ex regula *text. in l. commo-*
18 *dis de reiud.* cuius *text.* diſpoſitio procedit in fructibus feudorum,& in defectum aliorũ bo-

bonorum, & hoc quando caret creditor aſ-
ſenſu, qui ſunt termini *text. conſtitutionis*
19 *Regni, ſi quis poſt litem, vbi Andr. & Affli.*
Hinc non poteſt deueniri ad ſecundum de-
cretum, niſi adſit ſpecificus aſſenſus, qui ho-
die vigore regiarum inſtructionum non præ-
ſtatur, nec Iudex poteſt procedere ad illud
non vrgentibus creditoribus cum aſſenſu,
vnde quid commune hoc ad caſum, de quo
agimus, in quo præſupponimus adeſſe inſtru
mentum dotale cum ſpecifica, & indifferẽti
obligatione bonorum feudalium, cui inſtru-
mento Rex voluit eo tunc, quòd inſtrumen-
tum eſt confectum, intelligatur eſſe præſtitũ
20 Regium aſſenſum, vt ex verbis *capituli*, &
notetur, quòd dicit *capitulum*, quòd fiunt in
ſtrumenta dotalia cum reſeruatione Regij
aſſenſus, quòd inquam hic aſſenſus catholi-
cæ Maieſtatis præſtitus intelligatur, & ſic aſ
ſenſus hominis reſeruatus, ergo prout om-
nes alij aſſenſus hominis, ob quod ceſſat diſ-
putatio aſſenſus hominis; aut legis, & inſu-
per ſi aſſenſus eſt expreſſus inſtrumento, non
ſtamus amplius in interpretatione aſſenſus,
ſed inſtrumenti, aliud enim eſt aſſentire obli
21 gationi feudalium, & aliud inſtrumento cõ
tinenti feudalium obligationem; & hoc mi-
ſteriosè fuit petitum, & non vt aſſentiat
obligationi bonorum feudalium, quòd con-
cludit articulum, & tollit omnem diſputa-
tionem, ſicut enim ſtipulatio aſſumit natu-
ram actus, ſuper quo interponitur, ſic aſſen
ſus naturam contractus ſuper quo interponi
22 tur, & in expreſſo latè interprætatur; dum-
ſtat in formam gratiæ, non diſpenſationis
ad tollendum tantum obſtaculum: hæc om-
nia author. *Andr.* tradit *Camer. in d. cap. im
perialem cart. 52. lit. F, & lit. G*, cumque
hic aſſenſus *cap. 21.* petitur, & datur inſtru-
mento dotali, non eſt habitus reſpectus ad
perſonam, nec illam reſpicit, ſed obligatio-
nem, vel actum, quem validare intendit, non
fit propterea reſtrictio, ſed ſtamus ſub con-
tinentibus, & comprehenſis in actu, ſiuè ſit
aſſenſus hominis, ſiuè legis, eleganter *idem*
23 *Camer. vbi ſupra* author. *Andr. lit. N.* &
dùm fit diſpoſitio feudalium cum aſſenſu, nil
differt ea ab allodialibus, vt authorit. *Andr.
in cap. 1. de natura ſucceſſionis feudi* tradidit
*D. Frec. in 3. lib ſubfeud. in tertia formula
inueſtiturarum ante num. 4.* quia cum feuda
24 ſint de per ſe alienabilia, & ſunt in commer
cio, dixit eleganter *Andr. in §. illud quo-
que ante nu. 71. de prohib. feud. alien per Fe
der. & in cap. 1. § è contrario colum. final.*
vbi notabiliter *de inueſtit. de re alien. fac.*
25 ob quod propter quodam extrinſecum ſcili-
cet aſſenſũ Domini, dicitur alienatio impedi
ta, dixit *Io. Faber in §. non ſolùm inſtit. de
legat.* qui communiter ad hoc allegari ſolet,
quòd per prius dixit *Bal. in eodem cap. impe-
rialem* propterea aſſenſu impetrato ſublatũ
eſt obſtaculum, & remanet diſpoſitio libera,
prout de alijs bonis.

Dixi, quod eſt erronea opinio *Camer.*
quia vult arguere à diſpoſitione *text. in l. ſi*
26 *ego §. 1. ff de iur. dot.* qui loquitur in conſen
ſu præſtando poſt mortem, & *ibi* exprimitur
ratio, ne mulier remaneat indotata, de quo
articulo infra latius verba faciemus, ſed
quid hoc commune in caſu aſſenſus præſtiti
per prædictum *capitulum*, in quo nullum
verbum adeſt de indotatione mulierum, *vt
in 21. capit.* legitur, ſed ſimpliciter petitus
eſt aſſenſus ſuper inſtrumento dotali, & ſim-
27 pliciter eſt conceſſus, ergo in omnem ca-
ſum, prout inſtrumentum loquitur ſecundũ
communem deciſionem *Andr. in cap. 1. nu.
7. qui ſucceſſores teneantur*, quod explicitè
declaratur per aliud *capitulum Ciuitati conce-
ſſum in anno 1539.* vbi ſupplicatur, vt aſ-
ſenſus intelligatur præſtitus obligatio ni bo-
norum feudalium, iuxta formam obligatio-
nis factæ in inſtrumento, non tantùm pro do
te, vt conceſſum erat, ſed etiam pro ante-
fato.

Rurſus in terminis *l. ſi ego §. 1.* tractatur
de intereſſe ſucceſſoris, cui bona acquiſita
erant poſt mortem, quòd longè differt à ca-
ſu, de quo tractamus, in quo Rex de ſuo aſ-
ſentit, & nemini præiudicium infert, vt ad
propoſitum tradit *Iſern. in loco ſupra alle-
gato*, & vlterius etiam in terminis *text. d.
l. ſi ego §. 1.* contrarium tenuit *Loffred in cõ
ſil. 31.* validiſſimis argumentis, etſi aſſenſus
iudicaretur ſubſidiarius, ſic pariter eſſent
omnes alij, qui in dies conceduntur, qui dan
tur ſuper inſtrumentis, prout datus eſt aſ-
ſenſus *capituli*, ſed contrarium eſt verum
ergo &c.

Etſi in omnibus obligationibus ex qua-
cumque cauſa factis aſſenſus, qui in dies præ
ſtantur, non iudicantur ſubſidiarij, quia con
ceduntur inſtrumentis, quare ergo contrariũ
28 dicẽdum eſt in cauſa dotis, quæ priuilegia-
ta, & præcipua eſſe debet, dicit *text. in l. 1. ſo-
lut. matrim.* quòdq; aſſenſus, qui in dies præ
29 ſtantur obligationi bonorum feudalium nõ
intelligantur in ſubſidium ex reg. *text. in l.
creditoris arbitrio de diſtr. pingn.* latè fun-
dat *idem Camer. in repet. cap. an agnatus
num. 156.* quicquid dixerit *Capyc. in ſua inue-
ſtitura in verb. exequutiones verſ. quid verò
erit*, qui etiam limitat dictum ſuum ex
clauſulis ſolitis apponi in inſtrumentis, vt
exequutio fieri poſſit ad creditoris electio-
nem,

nem, & *Afflict. in Conſtit. Reg. ſi quis in poſterum num.* 26. loquutus eſt in diuiſione creditj, licèt etiam malè ſecundùm *Camer. vbi ſupra*, & benè, ex quo confunduntur omnia, quę in hac materia volunt conſiderari ex regulis fundatis in iure communi, & *tex. in l. creditoris arbitrio*, dùm adeſt aſſenſus ſuper inſtrumento, procedit etiam in feudis *idem Camer. in repet. cap. an agnatus propè finem poſt num.* 156. 2. *colum. cart.* 471. vbi pariter dixit *capitula* prædicta Neapoli eſſe ſubſidiaria; ſed erroneè vt ſupra.

Hęc inconuincibiliter fundantur ex *Pragmatica* nouem capitum, per quam ſtatutum erat, nę aſſenſus præſtarentur à Proregibus abſq; clauſula in ſubſidium, quoq; ſic intelligerentur aſſenſus præſtiti in præteritum, vnde vſque ad tempus, quo illa fuit reuocata, poterat prætendi aſſenſum Regis catholici generaliter conceſſum recepiſſe interpretationem, & reſtrictionem, & ſic procedere poteſt deciſio facta in anno 1532. relata per *D. Frecc. in ſuo lib par. 2. q.* 13. licèt ibi non fuit hæc quæſtio tractata, ſed tantum an aſſenſus *capituli* loquentis in bonis feudalibus viri extendatur ad bona ſoceri, & deciderunt extendi, ſed in ſubſidium, ex rationibus per *Frecc.* conſideratis, quæ non faciunt ad hũc articulum, ſed ſit vtcumque, cum ſuperuenerit *capitulum conceſſum Ciuitati in anno* 1535. per quod corrigitur *Pragmatica* prædicta per infraſcripta verba videlicet.

Item placet Regiæ maieſtati, quod deinceps in aſſenſibus expediendis non ponatur clauſula, quæ per dictam pragmaticam ponebatur, quod bona feudalia non intelligantur obligata, niſi in defectum bonorum allodialium, ſiue burgenſaticorum, & ipſis non ſufficientibus ad ſatisfactionem partis, cuius intererat, quin deinceps dicti aſſenſus expediantur ſine prædicta clauſula eo modo, & forma, quo ante eius promulgationem expediri conſuetum fuit. Igitur ſi fuit neceſſarium condere *Pragmaticam*, vt aſſenſus, qui concedebãtur ſuper inſtrumentis, intelligerentur ſubſidiarij, & hoc poſt prædicta *capitula* Ciuitati conceſſa; ergo per prius non erant tales, & ſi demùm poſtea per *capitulum* particulare ex gratia conceſſum eſt, vt tollatur hæc clauſula, & aſſenſus intelligantur, vt per prius, igitur irrefragabiliter aſſenſus *capituli* datus inſtrumento intelligetur, iuxta illius tenorem, & ſic vanitas eſt vanitatum prætendere, quòd ſit aſſenſus ſubſidiarius.

Et deceptio *Camer.* cum ſuis ſequacibus ortum habuit à confuſione prædictorum *capitulorum* Ciuitati conceſſorum, nam duo ſunt *capitula* videlicèt, *vigeſimum, & vigeſimumprimum, in vigeſimo* tractatur de aſſenſu ſuper obligationibus factis in inſtrumẽtis dotalibus mulierum iam maritatarum, & in ſupplicatione dicitur, quòd ex defectu aſſenſus remanerent indotatæ, & demùm petitur aſſenſus obligationi iam factæ bonorum feudalium, ita quòd non petitur aſſenſus inſtrumento, & rurſus petitur aſſenſus etiam ſuper obligatione bonorum, licèt illa eſsẽt tranſlata in fiſcum, vel in hæredes obligantium, & hoc *capitulum* potuit diſputari, quòd ſit ſubſidiarium, quia tractat de præiudicio tertij, & fuit narrata cauſa, ne mulieres remaneant indotatæ, licèt in illa cauſa Pardi Pappacodæ fuit per veros iuris terminos demonſtratum, nec ex hoc *capitulo* aſſensũ fuiſſe ſubſidiariũ, quia intereſſe tertij, vult Rex, quòd ſit ſaluum, & cauſa illa, quod remaneat indotata, eſt petita in narratiua ſupplicationis, non autem in petitione, nec in Regia decretatione, & petitio attenditur, & decretatio, quæ fuit ſimplex, & omnis cauſa poſita in narratione partium iudicatur impulſiua, vndè cum petitio fuerit, vt intelligeretur conceſſus aſſenſus obligationi in inſtrumento factæ, ergo eo modo, vt facta reperitur, quæ latius ſunt explicata *in meo conſ.* 28. 2. *volum.* facto in prædicta cauſa Elionoræ Caracciolæ.

Dico inquàm, quòd intellectu huius *capituli* poterat colorari opinio *Camer.* quod *capitulum*, vt diximus tractat de aſſenſu præſtando obligationibus factis in præteritum, ſubſequitur demùm *capitulum vigeſimumprimum*, in quo vult prouideri futuris negotijs, & ad tollendas omnes dubietates petitur ſimpliciter, quod in futurũ intelligatur aſſenſus præſtitus omnibus inſtrumentis dotalibus conficiendis cum obligatione bonorum feudalium ipſo tunc, quòd inſtrumenta ſint confecta, & hoc *capitulum* non conſiderauit *Camer.* vndè ſi Rex voluit, vt aſſenſus intelligatur præſtitus ſuper prædictis contractibus, igitur iudicandus erit, prout omnes alij aſſenſus, qui paſſim, & indiſtinctè expediuntur, qui nullo modo ſubſidiarij iudicãtur, ex quibus tollitur omnis diſputatio, quòd alias aſſenſus erant ſubſidiarij, immò ſi contrarium eſt demonſtratum, argumentũ retorquetur, & opinio *Camer.* eſt fundata in ratione, ne mulieres remaneant indotatæ, *vt in loco, vbi ſupra*, & propterea arguit, quòd *capitulum* intelligitur in ſubſidium, & ſic pariter dicit in terminis *l. ſi ego*, quæ ratio cum non ſit expreſſa *in cap.* 21. pro inſtrumentis conficiendis, ſed benè *in cap.* 20. pro inſtrumentis confectis, ſequitur, quod minimè procedit ſuum argumentum, cum repu-

repugnant verba *capit.* relatiua ad inſtrumẽ ta, quod non habet reſponſum.

Hæc hodie reddũtur indubitata ex *capi* 32 *tulis conceſſis huic fidelisſimæ Ciuitati per Regem Philippum II. in anno* 1586. ex quibus declaratur apertis verbis *capitulum Regis catholici*, quod hucuſq; non fuit ponderatũ vt ex ſubſequẽtibus verbis *Capituli* apparet

Item eſſi fedelisſimi Città, Baronaggio, & Regno eſponeno â voſtra Maeſtà, come la ſerenisſima Maeſtà del Rè catholico, & dopo la maeſtà Caſarea de glorioſo ricordo hãno cõceduto aſſenſo ſopra l'obligationi di beni feudali, così à beneficio del marito per la conſequutione delle doti, & mutui da eſſi dependentino con li intereſurij, come à beneficio delle dõne per aſſicuratione, & reſtitutione delle doti antefati & loro intereſuri nelli caſamenti li quali ſi faceuano tra perſone, delle quali vna almeno ſia Napolitana habitante in Napoli iuſta la continentia forma, & tenore di eſſi inſtrumenti, & perche catholica Maeſtà detto aſſenſo conceduto per modum legis in remunera di ſeruitij ſenza clauſula, quoad expreſſa tantum relatiuè *alla forma & clauſula d'eſſi inſtrumenti deue intenderſi preſtito à beneficio di tutti quelli, a'quali ſi permette la reſtitutione d'eſſe doti nell'inſtrumenti dotali, alle quali eſſo aſſenſo ſi referiſce generalmente, deſiderando però eſſi ſupplicanti riconoſcere dalla mano liberalisſima di voſtra Maeſtà per gratia tutto quello, che per raggione d'eſſi ſupplicãti ſi douеſſe; la ſupplicano ſi degni ordinare, che detto aſſenſo s intenda preſtito in detta hypotheca di beni feudali à beneficio di tutti quelli, alli quali ſi deue fare il pagamento à reſtitutione di detti doti, mutuo, & intereſſurio, ſecondo la forma d'eſſi inſtrumenti. Placet Regiæ & catholicę maieſtati citrà tamen præiudiciũ Regiæ Curię, quandocumq; & quomodocumq, dicta ſeu* 33 *da et deuoluentur*, ad quæ videantur annotata per *D. Frecc.* in terminis *in 2. lib. q. 12. nu. 16.* vbi ponderando eleganter, quod aſſenſus intelligitur datus inſtrumento, & iuxta illius formam dixit regulari, quod propterea in dote mulieri debita ſuccedat frater tãquàm cõpræhẽſus in inſtrumẽto, nõ obſtãte natura feudorũ pro hęredibus ex corpore

Concludo opinionem, quòd interpretatio cadit in ambiguis, in dubijs, & non in claris; nã tunc non eſt interpretare, ſed reuocare, & nouam facere diſpoſitionẽ, vt infra dicemus in alio articulo, ſi igitur per inſtrumentũ dotale, obligatio eſt indifferens, & æqualis, ac expreſsè eſt ex clauſulis illius prouiſũ quòd creditoris arbitrio poſſit fieri ſatisfactio, tam ſuper feudalibus, quàm ſuper allodialibus, ſequitur, quod non cadit interpretatio, an hoc de iure intelligatur in ſubſidiũ ſi huic inſtrumento dotali ſtatuitur, vt aſsẽſus intelligatur præſtitus, quibus benè perpenſis non video, quomodò poſſint ſubſtineri cõtrariæ deciſiones, quas audio factas modernis temporibus, ſed quot capita, tot ſententiæ, quæ iuſtiſſimè fortuitis caſibus aſſimilantur, & non ſolùm deciſus fuit hic articulus in prædicta cauſa Pardi Pappacodæ, ſed etiam in cauſa Hyppolitæ Caracciolæ Comitiſsæ Montorij, dùm mortuo Comite ipſius viro ſtatus poſſeſſionem cœpit fiſcus ob lineam finitam prædicti Comitis, & tandem obtinuit facta relatione per Reg. Cam. in Collaterali, vt pro eius dotibus ſatisfieret ſuper feudalibus, & non in ſubſidium.

Et pariter ex deciſione, vt ſupra facta in cauſa Pardi Pappacodæ apparet practicatũ, & deciſum prædictum *capitulum Regis catholici* procedere, etiam quod maritus, ſeu dotans ſucceſſore careat, quia Rex, & non 34 Prorex aſſentit, in quo cùm non deficiat poteſtas, nec voluntas ſtante cauſa prędicta fauorabili conſeruationis dotium, & aſſenſus, vt dictum eſt datur inſtrumento, propterea ex deciſ. *Andr in d. c. 1. qui ſucceſſ tenent.* quæ eſt punctualis ad caſum, paſſim, & indiſtincte eſt deciſum, & hoc iure vtimur. Quod ex *eodem capit.* fundatur ſi rectè conſideretur, & hoc fundat indubitate ponderatio, de qua ſupra, quòd aſſenſus conceſſus eſt inſtrumento dotali, in quo cùm obligatio ſit facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & eodem modo acquiſita, propterea in Rege aſſentiente, vt eſt aſſenſus *capituli* res eſt de indubitabili, quod in indiuiduo conſiderauit *Iſer. vbi ſupra* quæ non procedunt in Prorege aſſentiente, qui tantùm poteſt aſſentire 35 ad tollendum obſtaculum obligationi vtilis dominij feudatarij, non autem concedendi rem Domini, ſcilicet proprietatem, ſeu directum dominium feudi, aut ius Domino, quod eſt proxima ſpes deuolutionis propter carentiam ſucceſſoris; vt eleganter per *Andr. in d. cap. imperialem* in illa quæſtione, an Vicarius, qui non poteſt alienare, poſſit alienanti conſentire, quod peroptimè *ibi* explicat *Camer.* tradẽs, & benè, q etiã abſq; *Pragmatica nouem capitũ*, quã prohibetur Proreges aſsẽtire alienationibus feudorum his, qui ſucceſſoribus carẽt, q de iure nõ potuiſsẽt aſſentire, & rationes p *Andr.* adducte *in d.c. 1. qui ſucc. ten.* q habẽt locũ in domino, eædem decidunt contrariũ in Prorege vt videri poteſt, ob quod ad tollẽdum omne dubium ponitur de ſtylo cãcellarię in aſſenſibus clauſula dummodo habeat ſucceſſores,

de quibus per *Camer. vbi supra cart. 79. lit. G.* multa *in meo cons. 2. vol. 1.*

Et ex his postquam per *prædictum capitulum Regis Cattolici*, ℘ est *num. 21. in anno 1505. in lib. cap. fol. 23.* dictum est, quod assẽsus datur instrumento, sequitur quod non be
36 ne sensit *D. Frecc. in lib. 3 subfeud. in tit. de differ. feud. tit. nu. 6.* Dicens, quod ex eo, quia non veniunt in obligatione feuda titulata, nisi specificè de eis mentio fuerit facta, quòd propterea assensus prædicti *capituli* non cõprehendit feuda titulata, quoniam in eo nulla de illis est facta specialis mentio: nam si supplicatum est, vt intelligatur datus assensus instrumento dotali, non cadit hæc disputatio, sed omne totum consistit si in instrumento sunt bona titulata specificata in obligatione contracta pro dotium restitutione, quod redditur indubitatum, & declaratum per *capitulum concessum per Cæsaream Maiestatem in anno 1539. fol. 129.* vbi petitur ampliari gratiam concessam, & extendi non solùm pro dotibus, sed etiam pro antefato, & specificè supplicatur, quod assensus intelligatur concessus obligationi feudalium bonorum etiam titulatorum pro solutione antefati: Ergo ex hoc declaratur voluntas cõcedentis, quia si hoc concessit in antefato, quod consistit in lucro, multo fortius intelligitur concessisse in dotibus: & postquàm intentiò fuit illarum conseruatio, & ne indotatæ mulieres remanerent, propterea vndiq; apparet; quòd dubietas *D. Frecc.* non subsistit, & sic indifferenter est iudicatum, & tota die iudicamus, quando casus occurrit. Im
37 mò *D. Minad. in repetit. Consti. Reg. in aliquibus, in verb. Comitum, vel Baronum num.* 37. validè tenuit in obligatione bonorum feudaliũ indefinitè facta comprehendi etiã feuda titulata: sicq, ex consuetudine est interpretatum, & iudicatum ante *pragmatitam nouem capitum*, per quam limitabatur hæc potestas Proregibus; sed demum per vltimã *Pragmaticam anni* 1560. iterũ concessam, quoad obligationẽ feudorũ titulatorum: Ve
38 rùm *D. Minad.* dixit *ibi* notabile verbum *num.* 42. quòd etsi in obligatione' veniant feuda titulata, quod hoc in exequutione tẽperandum est, dùm aliunde super alijs bonis posset creditoribus satisfieri: quia creditoris arbitrium debet esse regulatum, & electio discreta, & ita refert iudicatum, vt per *eum in sua decis.* 13. de quo per *Ioan. Vinc. de Ann in alleg.* 141. *& per Consiliarium Fabiũ de Ann filium in cons.* 63. *&* 76. quod est notandũ ad multa, dùm creditores instant pro venditione bonorum suorum debitorum.

Sed postquàm transgressi sumus ad assensum *Capit. Regis Cattholici* concessum Neapolitanis, aduertatur, quod illud locum ha-
39 bet solùm, quoad obligationem feudalium, non autem quoad trãslationem dominij feudorum, & quoad obligationem tantum erũt correctæ *Const. Reg. & capitula Caroli II.* vt ex verbis *capitulorum* Ciuitati concessorum notoriè apparet. Loquuntur. n. de dote, & antefato constitutis in pecunia, & in obligatione bonorum feudalium pro ipsorum consequutione, & sic de instrumento mutui;
40 & cùm assensus præstitus obligationi, nõ intelligitur præstitus venditioni, & sic è cõtra, vt per *Andr. vbi supra in d. c. imperialem, & ibidem* latius *Camer.* quia vtrumq; est prohibitum. s. obligare, & dominium transferre, ob quod assensus in vno, non extenditur ad aliud cùm, sit stricti iuris, seruatur in feu-
41 dis rigor, & consideratur interesse voluntatis ad *tex. in l. fin. ff. de vs. & habit.* & propte
42 rea regula est secundum *Andr.* non extendi, nec de contractu ad contractum, nec de re ad rem, nec de casu ad casum, nec de persona ad personam: vnde cũ *capitula* de obligationibus tantùm loquuntur, & de debito dotis constitutæ in pecunia, pro cuius conseruatione feudalia obligantur: propterea dico, quod si feuda darentur in dotem, vigeret dispositio *capit. editi in planitie sancti Martini*, vt omnino interuenire debeat assẽsus, & sine eo nulla sit datio, aut contractus
43 dotalis, & in hoc casu cessat etiã ratio substantialis, & finalis, tam petitionis gratiæ, quàm concessionis, quæ fuit, & est conseruatio dotium, quæ non militat dùm feuda dantur in dotem, quæ semper extant, & non pereunt, etsi ex defectu assensus non transeunt in virum, remanebunt in dominio vxoris, quæ non procedunt, dùm dos consistit in pecunia, quo casu ex eadem ratione finali conseruationis dotium, tam respectu viri, quàm vxoris, non stamus sub cortice verborum *capitulorum*, sed attendendo causam conseruationis dotium, semper assensus intelligitur præstitus, quòd eleganter declarat *Camer. in sua repet. cap. imperialem cart.* 52. *&* 53. & non dicentur *capitula* extendi, sed ex sui causa, & ratione sm *Camer.* cõpræhendere omnes casus, per quos vxor remaneret indotata, & sic pariter vir dũ est *capitulum* explicitũ super instrumẽto mutui tanquã ex dotibus dependente: Nam omnja respiciunt conseruationem dotis, quia si vir dotem cõsequi non posset, vxor non posset ab eo illam demũ petere, etsi maritus non est soluendo pariter damnũ esset vxoris, ob quod in dote constituta in pecunia, tam in beneficium viri, quàm in beneficium vxoris, ex quocum

que

que contractu ſit promiſſio dotis facta, & quomodocumq, de ea conſtat, ſemper vxor, & vir agere poſſunt, & aſſenſus præſtitus intelligitur ad *text. in l.* 1. *C. de rei vxor. act.*
44 & etiam quod nullum appareat inſtrumentum mutui, ſed tantùm capitula matrimonialia, qui finis eſt, vt ſupra ſatisfactio, & cõ ſeruatio dotium, quæ ratio omnes caſus cõprehendit, etſi datur aſſenſus contractui mutui, quia dependet ex dote, quanto magis intelligetur datus contractui per quem dos ipſa marito promittitur, etſi lex fingit ſtipulationem interueniſſe, idem debemus dicere de contractu mutui. Hinc *capitulum* extenditur ad bona ſoceri ad aſſecurationem dotium, ad inſtrumenta facta extra Ciuitatem, ad inſtrumentum mutui, non eodem die confectum, & alia tradita per *Camer.* & enumerata per *Add. moder. in dictis capitulis*, ex quibus apparet non procedere conſiderata per *Lanar. in conſ.* 18. qui nil horum tangit, & verè abſque ſapore loquutus eſt vagando in argumentis ſcholaſticis, & non penetrando rationem fundamẽtalem prædictorum *Capitulorum.*

Sed magnam facit quæſtionem *D. Frec. in* 2 *lib. q.* 12. ſi aſſenſus iſte *Capit.* Neapolitanis conceſſus ſit pro hæredibus ex corpore vxoris ſaltim poſt adiudicationem factam feudi ex cauſa dotium; an verò ſuccedant
45 omnes hæredes ſeruata forma inſtrumenti dotalis: dùm reſtitutio dotis promiſſa eſt vxori, eiuſque hæredibus: & æquidem etſi *D. Frecc.* multum tempus expenderit in quæſtione prædicta, mihi videtur nullam poſſe habere probabilem dubitationem. Si enim mulier pro ſuis dotibus habuerit adiudicationem feudi, quid dubij erit, quod non poterat alia lege illud acquirere, quàm vti erat pęnes maritum obligantem, à quo cauſam habet, nec potuit ille plus iuris trãſferre, vel alio modo, quàm per legem propriæ inueſtituræ ipſe tenebat, iuxta reg. *text.* vbi eſt caſus *in §. profectò, de leg. Conrad.* & ſic poſtquàm debitum dotis non conſiſtit ampliùs in pecunia, ſed dos eſt ſoluta in corpore feudi, mulier erit feudataria, & in feudo ſuccedunt, qui ſecundùm legem inueſtituræ, & *Regni Conſtitutiones* ſuccedere debent, nec in hoc habet amplius quid commune *Capitulum* Neapolitanis conceſſum, nec inſtrumentum dotale, quod inſtrumentum, & quod *capitulum* ex dotis cõſequutione eorũ debitum habuerunt effectum.

Si verò mulier deceſſerit abſque dotis cõſequutione, tunc ſuccedunt in hoc debito dotis omnes hæredes vocati per inſtrumentum ſeruata forma Capitulorum initorum, quibus expreſsè fuit ſtipulata, ſeu promiſſa dotis reſtitutio in caſu diſſolutionis matrimonij, nec in hoc habet quid commune natura feudorum, nec aliqua lex inueſtituræ, quia hæredes ſuccedunt in debito dotis conſiſtente in pecunia, qui omnes vocati per ſtipulationem, acquiſiuerunt portionem ipſorum, ac actionem perſonalem ad illius conſequutionem cum obligatione bonorum feudaliũ, nec in hoc cadit punctus naturæ feudorum, vel legis inueſtituræ, ſi nõ ſuccedit in feudo, ſed in actione; immò ſi promiſſio eſt facta hæredibus: vnuſquiſq, erit principalis acquirens, ſicut ſi illi nominatim ſtipulati fuiſſent hãc pecuniæ quantitatem cum bonorum feudalium obligatione: vnde cùm aſſenſus ſit expreſſus reſtitutioni faciendæ hæredibus, quilibet, qui erit hæres, erit legitimus creditor dotis, & ſic ſucceſſor principalis cum acquiſitione iuris hypothecæ, ex quibus apparet quæſtionem non poſſe tenere probabilem difficultatem: & propterea quid mirum? ſi, vt refert *Frecc.* fuit per Sac. Conſ. iudicatum in fauorem fratris perentis reſtitutionẽ dotis, tanquàm ſororis hæres: & ſic vana eſt diſputatio feudi noui, vel q̃ ſit inueſtitura pro hæredibus ex corpore; & alia, ſi qui ſuccedit, eſt perſona, in cuius beneficium eſt radicata principalis promiſſio reſtitutionis
46 cum obligatione bonorum, & aſſenſus aſſumit naturã actus, ſuper quo interponitur, vt auth. *Andr.* tradit *Camer. vbi ſupra cart. mihi* 52. *lit. F. in fin.* in quo adeſt principale *capitulũ conceſsũ in anno* 1586. *Ciuitati, & Re*
47 *gno*, vt ſuccedant omnes in obligatione feudali, quibus reſtitutio fieri debet, dummodo nõ in præiudiciũ Reg Cur. *in lib. cap Ciuitatis fol.* 179. *à tergo* quæ notentur: nam nõ ſũt vulgaria: & ideò me aſſiſtente in ſupremo Italiæ conſilio fuit hoc generaliter prouisũ per *Capitulũ conceſsũ per Sereniſſimũ Philippum II. noſtra fideliſſima Ciuitati in anno* 1596. vbi prouidetur, q̃ ad quẽ trãſit perſonalis obligatio, trãſit etiã obligatio bonorũ feudaliũ & ſic q̃ ſuccedit in credito, ſuccedat etiã in obligatione, dũmodo nõ cõtra Fiſcũ.

Sed poſtquam vidimus, quomodo ſunt reuocatæ *conſtit. & leges* omnes Regni, per quas ſtatutum erat non poſſe contrahi ma-
48 trimonia ſine Regis licentia, quia per indirectum libertas matrimonij veniebat impedita, videamus modò quo iure fundantur mandata, quæ in dies fiunt, ne mulieres matrimonia contrahant Principe inconſulto, & vt plurimum mulieres ſequeſtrantur, & in loco tuto reponuntur, à quibus demùm voluntas exploratur circa matrimonia facienda, videntur enim hæc aduerſari

ſupra diſcuſſis,eſſe contra *Capitula Regni*, tàm *Regis Caroli II.*quàm & *Papæ Honorij* & contra omnes leges, quæ mandant, nec directè, nec indirectè, libertatem matrimonij eſſe opprimendam, & contra Iudices,& temporales Dominos inuehit *Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reformatione matrim. cap. 9* ad quod concluſiuè reſpondendo omnia cum diſtinctione, reſoluuntur.

Aut enim ſimpliciter, & authoritatiuè indifferenter abſq;alia probabili,& neceſſa-
49 ria cauſa mãdata fiunt,ſolùm reſpectum habendo ad diuitias,ad magnitudinẽ patrimonij,& ad ſimilia,& nullo modo mandata fieri poſſunt;hoc enim eſt,quòd prouiſum erat per dictam *conſtitutionem honorem noſtri diadematis*, quæ demùm tanquàm contra præcepta Eccleſiæ, & libertatẽ matrimonij fuit correcta per *Capitula Papę Honorij,et Caroli II.* & ſtatutum,vt matrimonia liberè contrahi poſſint abſque alia requiſita licentia.

Aut enim dubitatur de viribus matrimonij, ſi adfuit metus, ſi habuit ſollemnitates requiſitas,ſi potuit,vel non potuit contrahi, & ſiunt mandata impeditiua exequutionis matrimonij, & pariter non pertinet hoc ad
50 Iudicem laicum,ſecundum notata communiter per *Scribentes in l.Titia ff. ſolut. matrimonio*,vbi *omnes Ciuiliſtæ*, & per *Canoniſtas in cap.tuam de ord. cognit.vbi Abb* ponit rationes,quare de quæſtione matrimoniali Iudex laicus cognoſcere non poteſt : ſcriptum enim eſt dicit Abb.*quos Deus coniunxit homo non ſeparat*, ita pronunciare non fuiſſet matrimonium,vel eſſet inter aliquos, non homo,ſed ſolus Vicarius Dei poteſt iudicare, vel ab eo deputatus,vt eſt Epiſcopus, & rurſus,quia Iudex laicus de nullo ſpirituali nec principaliter,nec incidenter poteſt cognoſcere,item quia matrimonium eſt vnum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, de quibus ipſa iudicare habet, & tandem ſecundum *Abb.*quia inductum eſt de iure diuino, & nõ de iure ciuili, ex quibus *Doctor.*reaſſumunt concluſionem communiter,quòd quando eſt quæſtio iuris de matrimonio, Iudex laicus non poteſt ſe intromittere,nec iudicare de illius validitate,quando verò eſt quæſtio facti, ſi eſt contractum, vel non contractum matrimonium,ita quòd nullum ius ſpirituale venit controuertendum; tunc benè Iudex laicus poteſt cognoſcere: ita *Bart. Abb. & omnes Scribentes in locis præallegatis* : hinc *Bartol.in d.l.Titia* euomit vnum verbum,ꝙ quando de matrimonio non eſt quæſtio inter coniuges,ſed inter alios,ita quòd non tracta tur de eſſentia matrimonij ad finem illud dirimendi,ſed ad alium finem, tunc Iudex ſecularis erit Iudex competens : quòd latè proſequitur,& defendit,ac de communi teſtatur *Arnald. Albertin. in tract. de agnoſc aſſer. hæret. quæſtio.25.num.51. tom.11.tractat.part.2.* quem allegat, & ſequitur *Farinac. in tit.de inquiſitione quæſt.8.num. 150. verſ.ſublimita ſecundo* quod dictum non ſequor, ſiquidem omnimodo tractatur coram Iudice ſeculari de mero iure ſpirituali,quod eſt prohibitum, & poſſet ex hoc oriri prę iudicium,quando demum inter coniuges tractaretur de validitate matrimonij,quod benè fundatur in illa communi concluſione, quod quando coram Iudice ſeculari tractatur de ſucceſſione hæreditaria,& incidit quę ſtio,an quis ſit natus ex legitimo matrimonio, tunc talis cauſa ad Iudicem Eccleſiaſticum remittenda eſt, quia venit decidendus articulus validitatis matrimonij, quod latius fundat *idem Farin. in eodem loco num. 159.& Abb.in d.cap. tuam* communiter ſequutus ponit propriam quæſtionem,& decidit cognitionem ſemper eſſe Iudicis Eccleſiaſtici.

Aut verò adeſt informatio ſubductionis voluntatis puellæ, timor violentiæ, ſcandali, pudicitiæ,& honoris eiuſdem puellæ,autho-
51 ritas, & timor coniunctorum, quæ notabiliter dicit *Cyn.in l.ſi quis non dicam raperet*
52 C.*de epiſcop.& cleric.* contingere ſolent in hac noſtra Ciuitate, in qua cum puellis inexpertis, & ignaris tractatur de matrimonio contrahendo,quæ non habent perfectam ætatem,& aliæ à propinquis,aliiſque perſonis contaminatæ, & deceptæ ad matrimonia contrahenda impelluntur, tunc enim, vt libertas matrimonij non impediatur, vt liberè illa fieri poſſint, vt voluntas mulieris ſit vndequaque libera, & independens,poterit per Iudicem laicum procedi ad mandata facienda : & ad ſequeſtrationem, cum nullum tractetur matrimonium prohibitio, ſeu ſequeſtratio fit ad libertatem matrimonij tuendam,ad veram, & puram voluntatem eruendam, ad eijciendas violentias, fraudes, & ſubductiones; tunc enim Iudicis erit officium prouidere ſuis ſubditis, & liberare à manu violentum oppreſſas dicit *text. notabil. in canon. Regum 23. diſtinct. 5.* ibi *Regum officium eſt facere iudicium, atque iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos*, vbi *gloſſ.* notat hoc ſpectare ad Iudicem ſecularem, & multoties etiam inter coniunctos contingunt diſcordiæ; cum quibus puellæ ſint in matrimonium collocandæ, vnus enim vult con-

contrahere cum Titio, alter verò cum Sempronio: merito ſuper his Iudices, & Principes erga ſuos ſubditos iuſtitiam adminiſtrare habent, non enim adhuc adeſt matrimonium, nec figura matrimonij; ita quòd pœnitus de aliquo iure ſpeciali non tractatur;
53 ideoque iuſtè *Doct.* dixerunt, quòd hic eſt vnus de caſibus, quòd liberæ perſonæ certo modo ſequeſtrantur, quæ practica ſumpta eſt ex *text. in cap. cum locum de Sponſal.* vbi *gloſſ. Innocent. Abb. Butr. Præpoſ. & omnes* dixerunt ſpectare hoc ad Iudicis officium, & eſt hoc de vniuerſali conſuetudine, ſecundùm *Ioan. Fab. in l.* 1. C. *de nupt.* idemque pro abſoluto tradidit *Luc. de Pen, in l facultas num.* 11. C. *de iur. fiſc.* ad quæ eſt propriè *text. in l.* 1. C. *de nupt.* cuius verba ſunt infraſcripta.

Cùm de nuptijs puellæ quæritur, nec inter tutorem, & matrem, & propinquos de eligendo futuro marito conuenit arbitrium Præſi-
54 *dis Prouinciæ neceſſarium eſt, vbi gloſ. in verb. arbitrium dicit per quod ſedetur eorum diſcordia.*

Ioan. Fab ibi dicit illam *legem* eſſe in argumentum, pro conſuetudine Iuſtitiariorũ, qui ponunt puellas ad manum ſuam, & faciunt inhibitiones nè copulentur in matrimonium

Petr. de Bellapert. in eadem l. tradit per illum *text.* quod quando propinqui diſſentiunt in eligendo maritum, Præſes Prouinciæ ſe interponet, vt matrimonia liberè contrahantur, quia hoc tangit Rempublicam, idemq; *ibidem* notat *Cyn.* quod Iudex poteſt ſe interponere, vt matrimonia libere cõtrahantur, quia Reipublicæ intereſt.

Odoffred. ibidem dicit recurrendum eſſe ad Præſidem Prouinciæ, & ille, qui ſibi iuſtior videbitur præferatur in nubendo cum puella, *ibiq; Salic.* poſt *Alberic.* dicit quod ſi eſt diſcordia in eligendo ſponſum puellæ, Iudex eſt medius.

Fulgoſ. ibidem dicit nota, quod non tantũ pro concordia quærenda, vel pro cauſis pecuniarijs ſit adeundus Princeps, ſed etiam pro matrimonio faciendo, & licèt controuerſia de matrimonio contracto ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt *in cap. cauſam quæ, qui fil ſint leg. in cap. tuam de ordin. cognit & in cap. lator de re iud.* controuerſia tamen de contrahendo ſpectat ad iudicem laicum, vt hic.

Ante *Fulgoſ.* tradidit hoc *ibi Bald.* dicens nota, quòd licitum eſt tutori, curatori, & conſanguineis diſcordantibus ſuper hac cauſa adire Præſidem, & eius officium implorare, etſi tu dicis, iſta cauſa pertinet ad Epiſcopũ potius, quàm ad Iudicem ſecularem, *de ordin. cognit. cap. tuam*, reſponde non eſt verũ, quia erat hic quæſtio ante matrimonium contractum, & ſic ante ius ſpirituale quæſitum, ibi *poſt matrimonium contractum*, & ſic non obſtat.

Ex quibus in hoc vltimo caſu iuſtificantur mandata, & ſequeſtrationes mulierum concurrentibus tamen qualitatibus, de quibus ſupra, nam cum non tractetur de aliquo matrimonio contracto, nec de eſſentia, aut validitate illius, nec de aliquo iure ſpirituali, ſed de arcenda violentia, tollendo ſubductionem, violentiam, contaminationem volũtatis, & finis omnis eſt, & eſſe debet libertatis veræ voluntatis mulieris, tunc ſi laici de hoc conquæruntur, ſi perſona eſt laica, de qua tractatur, ſi nullum adeſt matrimoniũ, poterit cognoſcere Iudex ſecularis, cùm de nullo iure ſpirituali tractatur, nec principaliter, nec incidenter, vt ſic iuſtiſſimè *iura*, & *Doctores* tradiderint ſpectare hoc ad Principem, & ad Præſidem Prouinciæ, quorum cura eſt Reipublicæ, nè vis alicui fiat, & quęſtiones omnes per iuris tramites decidere, ſcandala euitare, ac honori, & exiſtimationi ſubditorum prouidere, ad quod faciunt ſupradicta, quod quando quæſtio eſt facti; tũc Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de differentijs matrimonij.

Et hæc eſſe debet intẽtio, & hic finis, & ſi ſuperiores hoc abuſi fuerint, ipſi videant in hoc nõ culpat lex, quia iuſta, & sãcta, ſed erit abuſus, erit trãsgreſſio, erit peccatũ dãnabile, erit delictũ, incurrit in cenſuras, & caret ſuperior omni iurisdictione, in quo Superiores multum inuigilare habent cauſas horũ mandatorũ, & ſequeſtrationũ diligenter
55 obſeruare, & nõ attendere conſiliũ Iudicum imperitorũ, qui multoties caſus non diſcernentes, & leges ignorãtes Superiores decipiunt dicendo ſic aliàs iudicatum, & cõſuetum, in quo vt ſupra diximus in *principio huius tractatus*, notabilis eſt deciſio *Alber. in l.* 1. *ff. de conſt. Princip.* quẽ allegat *Boer. in addit. ad Io. de Montag. in tract. de parlamento nu.* 8. *in* 16. *tom tract.* dicens ꝙ Aduocati iuriũ ignari, quãdo deficiũt eis iura, dicere ſolẽt, ita aliàs in tali caſu fuit obſeruatũ, quæ certè ſunt verba aurea, & memorãda, & pro alia parte miſeranda pro litigantibus, qui in taliũ iudicũ poſſe tenẽt honorẽ, bona, & vitã
56 & ex hoc *Doctor* dixerũt, ꝙ quãdo ſciunt Aduocati ius fouere poſsũt allegare cõia etiam nõ ſubſiſtẽtia ꝓpter Iudices ignaros, qui ſolent ex leuibus, & non ſubſiſtẽtibus ſe mouere, deciſio eſt *Io. Andr.* communiter ſequuta *in cap. per tuas, qui fil. ſint legit.*

Hanc propriam quęstionem ponit *Marc Anton. Genuens. Episcopus Montis Marani in sua Practica Episcopali Neapolitana impressa in Vrbe, & ad Sanctissimum dedicata* & decidit quæstionem, vt supra per terminos supradictos, allegans *text. in d.l. 1. C. de nupt.* & pro eleganti doctr. *Bald. ibidem in titul. de muliere sequestranda cap. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Assensus præstantur in Regno post mortem obligationis in præiudicium hæredum fauore dotis.*

2 *Reuocatio an detur obligationis rei feudalis pro dote ante assensus impetrationem.*

3 *Dotis fauore hæres tenetur ratificare contractum factum per defunctum.*

4 *Assensus habetur pro præstito in casibus, in quibus Dominus consentire tenetur, & requisitus recusauit.*

5 *Assensus in terminis tex. l. si ego, §. si res ff. de iur. dot. est subsidiarius, quod non procedit secundum Capitula Ciuitatis.*

6 *Assensus impetratio post mortem restringitur ad dotes tantum, non autem ad antefatum, & ita decisum.*

7 *Doctrina communis Isern. quòd assensus nõ possit impetrari post mortem, limitatur cõmuniter in dote.*

8 *Opinio Authoris contra hanc communem limitationem, quæ validissimis medijs fundatur.*

9 *Prohibitio alienationis, aut obligationis rerum feudalium comprehendit etiam causam dotis tàm de iure communi, quàm de iure Regni.*

10 *Feudatarius alienans feudum absque assensu ammittit illud de iure communi feudorum, & ad Dominum ipso iure reuertitur, etiam quòd vassallus post alienationem factam recuperauerit,*

11 *Dominus etiam in Regno per alienationem feudi factam a vasallo ipso irrequisito, illud acquirit, si ante reuocationem vasalli præuenerit, & litem fuerit contestatus.*

12 *Spes reconualidationis contractus per superuenientiam assensus ammittitur per mortẽ alienantis.*

13 *Consensus hæredis ad validandam alienationem rei feudalis factam per defunctum non sufficit tacitus, sed expressus dispositiuus per nouum contractum, & super eo nouus assensus.*

14 *Intellectus Freccia ad constitutionem constitutionem diuæ memoriæ commendatur, & refellitur opinio Annæ, & nu. 16.*

15 *Reuocatio vigore Constitutionis Regni non datur in venditione rei feudalis factæ subhastæ.*

17 *Text. in l. cum à matre, C. de rei uendicat. non procedit in actu nullo à lege improbato.*

18 *Text. in d. l. si ego, §. si res de iur. dot. declaratur, & quomodo non potest procedere in materia feudali.*

19 *Opinio Camerarij, quod assensus, semper est gratia, & numquam habetur Dominus pro consentiente contra communem, quanquam dicatur facere contra honestatem.*

20 *Assensus tacitus non sufficit in Regno.*

21 *Assensus venditionis rei factæ subhastæ impetratus post mortem debitoris est nullus; secundùm decisionem relatam per D. de Franch quam Author non approbat.*

22 *Practica, quòd compellatur hæres consentire per nouum contractum, & super hoc nouo contractu assensum expedire super re hæredis, iam ei acquisitæ per mortem defuncti.*

23 *Assensus non retrahitur in præiudicium tertij.*

24 *Assensus post mortem potest impetrari in vltimis voluntatibus, secundùm opinionem Annæ, quæ reprobatur ab Auctore.*

25 *Tex. in cap. 1. de succes. feud. habet locum in vltima voluntate, & etiam in feudo hæretario.*

26 *Doctrina Andr. quòd non possit impetrari assensus post mortem, vt supra est communis etiam in feudo hæreditario.*

27 *Opinio Afflict. & Camer. præualet contra opinionem Annæ.*

28 *Opinio Annæ, & aliorum saluatur, & limitatur, vt quoad præiudicium Domini, assensus impetratio valeat post mortem.*

29 *Collaterale Consilium non potest præstare assensum super testamento, quãdo instituitur hæres alius, quàm vocatus ex lege inuestitura, & hoc vigore Pragmaticæ dictæ* delli noue capi.

30 *Pragmatica prædicta intelligitur respectu institutionis vniuersalis hæredis, non autẽ respectu legatorum.*

31 *Constitutio Regni constitutionem diuæ memoriæ habet locum tàm in venditore, quã in emptore, & sic practicatur contra Frecc. & Ann.*

32 *Intellectus prædictæ constitutionis constitutionem diuæ memoriæ traditur.*

33 *Verbum commercium quid importat.*

34 *Constitutio constitutionem diuæ memoriæ habet locum etiam in promissione de vendendo, & pariter in promissione de emẽdo, & ita decisum.*

Pa-

35 *Pactum de non petendo feudum non valet abſque aſſenſu.*

36 *Repudiatio feudi valet abſque aſſenſu, & ibi ratio.*

37 *Pactum de non petendo inducit donationẽ, ob quod requiritur in eo inſinuatio, quando poteſt importare exceſſum ſummæ a lege ſtatutæ.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus præſtantur in Regno fauore dotium poſt mortem feudatarij. Aſſenſus intelligitur præſtitus, quando Dominus requiſitus non conſentijt in caſibus, in quibus conſentire tenetur. Conſenſus hæredis pro validitate alienationis factæ per defunctum abſque aſſenſu, requiritur expreſſus. Reuocatio vigore *Conſtitutionis Regni* non habet locum in venditione facta ſubhaſta. Declaratur *text. in l. ſi ego §. ſi res de iur. dot.* Aſſenſus Regis tacitus non ſufficit in Regno. Aſſenſus ſicut in contractibus, ſic in vltimis voluntatibus non poteſt impetrari poſt mortem. *Text. in cap. 1. deſucceſſ. feud.* habet locum in vltima voluntate, ſicut in contractu. Collaterale Conſilium non poteſt præſtare aſſenſum ſuper teſtamento, in quo inſtitutus eſt hæres alius, quàm vocatus à lege inueſtituræ *Conſtit. Regn. conſtitutionem diuæ memoriæ* habet locum etiam in emptore, in promiſſione de vendendo, & in pacto de non petendo; ſecus verò in repudiatione.

§. I.

1 VIdimus quomodo aſſenſus præſtantur in dotibus, videamus nunc, quo modo procedit communis practica, dum Proreges aſſenſus præſtãt obligationi feudorum pro dotis reſtitutione etiam poſt mortem obligantis in præiudicium hæredum fauore dotis, quod dicunt fundari in regul. *text. in l. ſi ego §. ſi res ff. de iur. dot.* & hoc dictum dicit *Loffr. in conſ. 31. in princ.* fuiſſe originale *Barthol. de Capua* maximæ authoritatis inter omnes Regnicolas, & eſt communiter ſequutum, vt per *Afflict. in cap. imperialem de prohib. feu. alien. per Fed. 24. notab. q. 29. vbi Camerar. car. 91. Capyc. ibid. car. 40. idem Afflict. in deciſ. 111.* quem allegat, & ſequitur *Pariſ. in conſ. 14. volu. 1.*

2 in tantum quod propoſuerunt quæſtionem ſi datur reuocatio vigore *Conſtit. Reg. conſtitutionem diuæ memoriæ*, antequam aſſenſus impetretur: in quo fuerunt diuerſæ opiniones, *Afflict. & Camer.* tenuerunt *vbi ſupra* poſſe reuocare, tàm defunctum, quàm hæredem, *Loffr.* verò *vbi ſupra*, & *D. Frecc. in 9. limit. ad prædictam conſtitutionem in 2. lib. ſubfeu.* tenuerunt non dari aliter reuocationem, ſed *Capyc. in loco allegato, & Affl.* ſibi contrarius in *dicta deciſ. 111.* tenuerunt defunctum poſſe reuocare; ſed non hæredem per *text. in d. §. ſi res*, qui eſt expreſſus in hærede, & nihil dixit de defuncto, quod latius proſequuti ſunt *Adden. ad deciſ. Afflict. 387.*

3 quæ vltima opinio videtur communis de iure communi, vt fauore dotis, licet ſimus in contractu innominato, in quo poſſunt contrahentes ſe pœnitere: tamen fallit hoc in hærede, vt per *Bal. in l. cũ à ſocero C. de iure dot. Bar. in l. 2. §. ſi pecuniã, vbi Paul. de Caſt. ff. ſi cert. pet. idem Paul. de Caſtr. & Alex. in l. pecuniam ff. de cond. ob cauſ. Dec. in conſ. 35. col. fin. per tex. in d. §. ſi res*, ibi: *benignius eſt fauore dotis neceſſitatem imponere hæredi conſentire ei, quod defunctus fecit, aut ſi diſſulerit, vel abſit, etiam abſente, vel nolente eo, dominium ad maritum ipſo iure transferri, ne mulier remaneat indotata*, ad quod adduci poteſt etiam quod in caſibus, in quibus

4 debet quis conſentire, & propriè in Domino ſi requiſitus recuſauerit, habetur pro cõſentiente, ex not. per *Bart. in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore ff. ſolut. matrim.* per illum *text.* & poſuerunt caſum *Doctor.* communiter in Rege, vt in caſibus in quibus debet aſſenſum præſtare, ſi denegat, habeatur pro conſentiente, authoritate *Aret. & Pamph. ac Nicol. de Neap.* de quo latius *Loffr. in cap. 1. §. donare, qualiter. ol feu. pot. alien. Afflict. in cap. feudum ea lege ſi de feu. def. mil. Capyc. in repet. cap. Imperialem car. 22. Lanar. in conſ. 6. & in conſ. meo 2. vol. 1.*

5 Eſt benè verum, quod aſſenſus prædictus erit ſubſidiarius ex ratione eiuſdem *text.* ne mulier remaneat indotata, loquendo de iure communi in terminis illius *text.* non autem ſecundum *capitula* Ciuitatis, dum aſſenſus datur inſtrumento, vt ſupra firmauimus

6 & non extendatur ad antefatum, & ita deciſum, vt refert *Io. Vinc. de Ann. in alleg. 66. 1. par.* vbi latè, idemq; refert deciſum *D. de Franch. dec. 126. & 620.*

Et hæc eſt communis limitatio *Scribent.* ad concluſionem communem *Iſern. in d. c.*

7 *imperialem*, quod non poſſit impetrari aſſenſus poſt mortem, vt deniq; non procedat in dote, & ſic practicatur.

8 Quæ equidem limitatio, & quæ practica cum reuerentia tantorum patrum viſa mihi ſemper fuit erronea, & contra terminos, minimeq; poſſe illã fundari in terminis *tex. in*

9 *d. §. ſi res*. Non enim eſt dubium, priuilegia dotium non præualere in feudis; ſiquidem

diſpo-

diſpoſitum eſt, generalem prohibitionem alienationis feudorũ compræhendere etiam cauſam dotis, vt minimè poſſint feuda in dotem dari, ſeu quoquo modo alienari propter dotis cauſam, & non contenta fuit lex feudorum hoc prouidere per ſubauditum intellectum: ſed particulariter ſuper hoc ſpecialem fecit diſpoſitionem, vt *in cap. 1. §. donare, qual. ol. pot. feu. alien.* & rationes latius ponit *Camer. in d cap. Imperialem. cart. 82.* quod etiam prouiſum eſt per *Capit. Regis Caroli II. editum in planitie ſancti Martini incip. Item ſtatuimus*, & de hoc non dubitatur, quæ latiùs proſequitur *Capyc. in ſua inueſtit. in verb. feuda pro dote*, quòd in Regno per principalia ipſius *capitula*, dixit eſſe indubitatum *D. Frecc. in 2. libr. in 5. limit. ad conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ num. 6.* de quibus latiſſimè ſupra fuit tractatum in *princ. huius tit.*

Pariter nõ dubitatur contractum rei feudalis abſq; aſſenſu taliter nullum, quòd alie-
10 nante feudatario de *iure communi* feudum ammittitur, & ad Dominũ reuertitur, etiam quòd recuperauerit poſt alienationem factam, de quo *in cap. 1. §. praterea quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt alienationem feudum re-*
11 *cuperauerit*. Item de *Iure Regni*, licèt habeat facultatem reuocandi, ſi non reuocauerit, & ante reuocationem Dominus præueneri, & fuerit litem conteſtatus aduerſus eum, in quem translatum fuit feudum abſq; aſſenſu, feudũ recuperabit, & vaſallus etiam in Regno feudum ammittet, iuxta theoricam *Iſern* communiter ſequutam *in cap. 1. de vaſall. qui cont. conſt. Lothar.*

Spes conualidationis contractus ex ſuperuenientia aſſenſus ammittitur per mortem feudatarij alienãtis: Nam dixit *Iſern.*
12 *in d. cap. Imperialem in 2. additio.* quod id, quod fecit defunctus, fuit inualidum, & nullum. Spes, quę erat, vt conualeſceret per cõfirmationẽ, euanuit per eius mortem, confirmatione non ſequuta, dominio translato in hæredem, idemq; tractu temporis ſine nouo facto hæredis non cõualeſcit, nec obligauit hæredem factum illud defuncti nullũ: & hæc eſt theorica *Andr.* qui eleganter materiam declarat in *d. §. donare nu. 8.* vbi om-
13 ninò videatur. Intantum quòd *Doctor.* voluerunt non ſufficere tacitum hæredis conſenſũ, ſed requiritur nouus diſpoſitiuus per nouum contractum, & ſuper nouo contractu nouus aſſenſus; nam mortuo obligante dominium translatũ fuit in hæredem, ob quòd non poteſt amplius impetrari aſſenſus ſuper re defuncti; ſi dominium tempore, quo aſſenſus impetratur, eſt hæredis, & contractus defuncti nullus tanquàm talis euanuit: vnde aſſenſus, qui aliud non eſt, quàm confirmatio, non poteſt ſubſiſtere, quia non reperitur confirmabile, & non habet, vbi figat pedes, dixit *Bald. in l. falſus C. de furt.* ita *Iſern. in d. §. donare, D. Frecc. in 2. lib. ſubfeu. in cap. incip. à Regnicolis, non ponitur vna quæſtio in fin. num. 26. Capyc. in eodem cap. Imperialem. car. 39. idem Iſern. in d. cap. Imperialem*, vbi *Camer. car. 90. 4. col. á terg.* Hinc elegan-
14 ter *Frecc. vbi ſupra*, declarando verba illa prædictæ *Conſtitutionis conſtitutionem diuæ memoriæ*, per quæ conceditur facultas alienanti reuocandi iure proprio ideſt ſpeciali, dixit *ibi gloſ. & Andr.* tamen *D. Frecc.* intelligit, & benè, vt ſit ſpeciale, non quòd contrahentes reuocent iure ipſorum proprio, quia nullum habent, & ex alienatione feuda ammiſerunt, ſed iure proprio, ideſt iure proprio Regis, ad quem feudum per alienationem eſt deuolutum, vt hoc ius Domino competens, illud ex gratia ſpeciali exerceat vaſallus in ſui beneficium, quod comprobatur
15 probabili argumento, dùm in venditione neceſſaria, quæ fit ſubhaſta, ſeu à Iudice non datur reuocatio ſecundum *eumdem Frecc. in 6. limit.* ad prædictam *conſtitutionem*, quia tunc Rex denegat illud exercitium reuocationis conceſſum, aliàs ſi ſimpliciter
16 competeret feudatario pariter in caſu prædicto reuocaret, quicquid dixerit *Io. Vine. de Ann.* contra hunc intellectum *D. Frecc. in repet.* prædictę *conſtit. nu. 270.* nihil enim refert, quòd in reuocando præferatur vtilis Dominus directo: nam hoc iuſtiſſimum eſt, ſi directus Dominus hoc tranſtulit, & conceſſit feudatario, & tanto magis ex iure ſibi conceſſo reuocat, & licèt directus Dominus poſſit, & ipſe reuocare, quando feudatarius poteſtate ſibi tradita non vtitur. Benè etiam hoc procedit, quia tunc abutitur non vtendo poteſtate ſibi tradita, & Dominum contemnit, & intelligitur conceſſa, vt decenter, & diligenter vtatur cum effectu, & quod dicit in feudo ex pacto, & prouidentia, quòd Rex non reuocat, eſt pęnitùs falſum, cum ſemper detur reuocatio, & aliud eſt, ſi agnati ſuccedũt in vita, vel poſt mortem, & aliud ſi alienando detur reuocatio: itaque rationes *Ann.* nullo iure ſubſiſtunt, vt videre eſt ex eis.

Si ergo contractus eſt nullus, & ſic euanuit, & quia eſt nullus, & etiam à lege improbatus, propterea hæres non tenetur ha-
17 bere ratum, & non procedit *text. in l. cum à matre C. de rei vend.* & in tantùm eſt nullus, quod ſi Dominus præuenit, & litem conteſtatus fuerit, feudum eſt amiſſum; & in

mate-

materia feudali prohibitio, & nullitas est eadem in dote, quæ in alijs, nec priuilegium, ne mulier remaneat indotata consideratur.

18 Igitur quid hoc commune cum terminis §. *si res*, qui loquitur in contractu valido à lege approbato, qui de sui natura erat reuocabilis: & hic tractamus de contractu extincto, de contractu nullo, atque pœnali, de re, quę non est in commercio, seu quæ dependeat à nudo consensu, & voluntate contrahentium, vt erat *in d. §. si res*, sed à consensu Regis, & in feudis, vt dixi, fauor dotis non consideratur, qui est ille, propter quem fit illa dispositio *in d. §. si res*. Contractus enim ibi defuncti non erat extinctus, non reuocatus, non erat nullus, poterat hęres reuocare; hoc tollit lex fauore dotis: sed in contractu feudali aliud est, quia per mortem euanuit, nec opus habet hæres reuocatione, & propterea non sufficit tacitus consensus hęredis, quia non reuocauerit, cum iam contractus sit extinctus, & ob id noua requiritur principalis dispositio hæredis, nouus cõsensus dispositiuus per nouum contractum, & super hoc contractu nouus assensus. Ita quòd de contractu defuncti nulla ampliùs habetur ratio: vnde termini *text. in d. §. si res*, non merentur allegari, quod tenuit *Anna in d cons. 66.* licèt paucis verbis.

Etsi communiter *ijdem Doctor.* qui dant hanc limitationem concludunt, quòd ex eo, quia cõtractus primus est annullatus, & extinctus, propterea requiritur nouus iste cõsensus dispositiuus, quia res non est amplius defuncti, sed hæredis: Ergo quomodo vult præstari post mortem assensus super contractu defuncti, tanquàm super re defuncti, si est hæredis, & contractus defuncti euanuit propter ipsius omnimodam nullitatem, ex peremptione spei recõualidationis per mortem subsequutam.

Præterea vt cognoscatur, quomodo non potest sustineri prædicta opinio fundata in priuilegio dotis, aduertatur: nam si per *text. in §. si res*, hæres obligatus est consentire, quomodo *Afflict. & Camer.* dixerunt posse reuocare defunctum, & hæredem: ergo si datur reuocatio contractus est nullus, non consideratur fauor dotis, & termini *text. in §. si res*, sunt differentes, & *alij*, qui dixerunt defunctum tantùm posse reuocare, secus verò hæredem pariter ortum hoc habere oportet à nullitate contractus, & à generalitate prohibitionis alienationis feudorum comprehendentis etiam dotis causam, quo fauore cessante cessat dispositio *§. si res*, etsi hoc ibi permittitur, quia in contractu innominato, hoc nil commune in feudis, in quibus omnes contractus, & nominati, & innominati reuocantur, vigore prædictæ *Constitutionis*: vnde non habent inter se prędicti *Doctor.* conueniens testimonium, & ipsorum opinio iure non fundatur.

Sed vlterius in omnibus casibus, in quibus *Doctor.* dicunt, quòd Dominus consentire tenetur, præsupponunt requisitionem Domini, vt assentiat, & demùm faciunt quęstionem, quòd si denegat, habetur pro consen-

19 tiente: licèt *Camer.* tenuerit, quòd assensus semper est gratia, & non habetur Dominus pro cõsentiente quando denegat, quamquàm faciat contra honestatem, *in d. capit. imperialem. cart. 84.* sed loquendo secundum communem conclusionem, quòd habeatur pro consentiente, vt etiam requirit *text. in d. §. si res*, vt hæres teneatur consentire, aliàs habetur pro cõsentiente: dico, quòd ex hoc indubitatè detegitur error limitationis, quia non potest assensus præstari, si hæres nõ est requisitus; & hoc necessario, quia res est sua, & super re sua est interponendus assensus, etsi non consentit, tunc habetur pro cõsentiente, ad finem, vt dominium suum onere obligationis afficiatur: ergo assensus esset præstandus super re hæredis, fingendo lex, quòd se obligauit ratificando contractũ defuncti, postquàm habet illum pro consentiente, & non vt hodiè præstatur assensus super contractu defuncti, & tanquàm super re defuncti, & hoc secundũ terminos *d. §. si res.*

Et aduertatur quæso, quòd si vera est, & indubitata doctrina *Andr.* quod requiritur nouus consensus dispositiuus hæredis per nouum contractum, & super hoc assensum præstari. Igitur termini *text. in §. si res* non sunt applicabiles, qui requirunt tantùm simplicem hæredis consensum, quòd in feudis non sufficit, vel saltem si consensus nouus hæredis dispositiuus per nouũ contractum requiritur: oportet super hoc præstari assensum, & nullo modo potest præstari super cõtractu defuncti, & cũ vltra consensum hæredis requiratur consensus Regis; non potest dici, quòd non solum hæres, sed etiam Rex non requisitus habeatur pro consentiente, máximè si assensus semper est gratia, & dependet à Principis voluntate, qui morte subsequuta, si feudũ datum esset in dotem, non teneretur assentire: sic validando contractum defuncti propter interesse releuiorum, & etiam forte deuolutionem: & videantur multa bona ad hoc ponderata per *Frecc. in 19 quæst. 2. lib.* quare non sufficiat obligatio feudi cum assensu, sed in adiudicatione, aut in solutum datione nouus assensus, vbi inter cętera consideratur prædictum

ſum intereſſe deuolutionis, quando tempore dationis in ſolutum debitor non haberet hæredem, vel aliud intereſſe conſiderabile: & rurſus, vt eſt iuris nororij in Regno per
20 *Conſtitutionem conſtitut. diuæ memoriæ*, non ſufficit aſſenſus tacitus, ſed requiritur expreſſus: ibi *niſi de noſtra expreſſa licentia*, quòd latius explicat *Ann. ſuper repet. eiuſdem Conſtitut.* Ergo quomodo vult practicari materia aſſenſus ſuper tacito conſenſu hæredis, & ſic dare tacitum conſenſum hæredis, & tacitum Regis: vnde termini *text. in §. ſi res*, nullo modo procedunt, ad quæ facit deciſio relata per *D de Franch. in ſua*
21 *deciſ.* 620. vbi refert per Sac. Conſil. deciſum aſſenſum impetratum poſt mortem debitoris in venditione neceſſaria facta ſubhaſta eſſe nullum, dixitq; deciſionem factam iunctis Dominis duarum Aularum; licèt de huius deciſionis veritate, ſatis, ſuperq; dubito, nam ſi in venditione neceſſaria non datur reuocatio, & Iudex, qui non moritur, repreſentat debitorem, & omne eius factum reputatur legitimum, & contractus non eſt nullus, ſed ſtat in ſuſpenſo, expectans aſſenſus expeditionem, qui præſtatur venditioni, quæ fit per Iudicem debitoris nomine, & pro eo publico Tubicæ, & Incantatori, qui eam fecit publicis ſubhaſtationibus interuenientibus: ergo ceſſant omnes rationes, ex quibus dicitur, quod non poſſit impetrari aſſenſus poſt mortem venditoris, ſi non vendit alius, quàm Iudex ex facultate à lege ſibi data, & hic ſemper viuit, repræſentando ſuum Tribunal, cuius authoritate, & ordine, res publicæ ſubhaſtationi exponuntur, & venduntur, ſuper quibus cogitetur.

Redeundo nunc ad articulum dico, quòd non eſt hæc noua practica, vt compellan-
22 tur hæredes per nouum contractum conſentire, & ſuper hoc nouo contractu aſſenſum expediri, ſed eſt practica, & deciſio Iuriſconſultorum antiquorum tempore, quo leges non nauſeabantur, termini non ignorabantur, & exiſtimabant ſcire res per cauſas, quod practicatũ fuit in cauſa Ioan. Antonij Carrafæ cum Duce Traiettæ, & in cauſa D. Ioannis de Piccolominibus cum Duciſſa Amalphiæ, habito pro vero, quod tenebantur conſentire diſpoſitioni factæ per defunctos, & ſe obligare debebant cum hypotheca bonorum. Deciderunt inquàm, illis reluctantibus eſſe obligandos, & ſuper noua obligatione præſtari aſſenſum, ad finẽ, vt validè obligatio feudalis radicari poſſit ſuper dominio iam exiſtẽte pœnes hęredem, & non amplius pœnes defunctum, nec poteſt dari retrotractio ex inhabilitate extremorum; à quo, & ad quod re integra non exiſtente, & fictiones non operantur *in* præiudicium tertij, cui medio tempore eſt ius quæſitum: & ſic etiam eſſet conſultum mulieribus, quia aſſenſum haberent validum ſecundum iuris terminos: nec dicatur, quòd haberent, prout ex nunc, non prout ex tunc; nam idem eſt, ſi nunc impetratur aſſenſus ſuper contractu defuncti, cum ille non præiudicaret creditoribus per defunctum medio tempore contractis, quia non retrotra-
23 heretur in tertij præiudicium, ad *text. in l. bonorum ff rem rat hab cum ſuis concord.* de quo latius per *D. de Franch. in deciſ* 86. & nouiſſimè idem *D. de Franch. in deciſ.* 704. *in* 4. *vol.* refert deciſum, cogẽdum eſſe hæredem ad vendendum feudum etiam per capturam perſonæ, & ita pluries ſeruatum, & deciſum. Quæ omnia ſunt notatu digna in tanto ſupremo Conſiſtorio, in quo conuenit, vt omnia ſint reſponſa prudentum, res exemplares, & verè ſeminarium iurium, in quo omnes, nemine excepto, paſcua ſumere poſſint, atque abſcondita, & arcana legum addiſcere, & penetrare: quæ ſi paruĩ faciamus, & temporũ tempeſtas aliud ſuadeat, quid admiramini de contemptu ſuperiorum, atque ſubditorum, & de competentia cęterorum Iudicum inferiorum.

Verùm aduertatur ad vnũ notabile, quod *D. Ioan Vincent. de Ann.* maximè authoritatis apud me tradidit in *ſua allegat. 69. nu.* 56. videlicèt procedere benè in contracti-
24 bus, vt aſſenſus non poſſit impetrari poſt mortem. Secus verò in vltimis voluntatibus, vt facto teſtamento, & aſſenſu ſuper eo impetrato etiam poſt mortem valida ſit diſpoſitio in præiudicium hæredis niſi in feudo ex pacto: nam hic neceſſarius eſſet etiam conſenſus ſucceſſoris, qui allegat *Bald. in §. donare, qual. ol. pot. feud. alien.* hoc dicentem *Aluar. Mart. Laud. Iacob. Curt.* & videtur hanc eſſe communem opinionem, quam ſalua pace tantorum Patrum, qui aliter non diſputauerunt articulũ; ſed ſic ſimpliciter hoc tradiderunt: dico inquàm, quòd teneo falſam eſſe, & aduerſari de directo *text. in cap. 1. de ſucceſſ. feud.* qui loquitur in
25 vltima voluntate, & dicit nulla diſpoſitione defuncti in feudo valente, vel manente; qui *text.* ſecundũ *omnes* habet locum etiam in feudo hæreditario, quia diſpoſitio eſt cõtra legem, & vt diximus, non habet locum *text. in l. cum à matre*, de quo latè per *Bammacar. in cap. omnes filij 3. quæſt. ſi de feu. de-*
26 *funct. mil.* & aduerſatur prædicta doctrina *Andr.* quæ eſt cõmunis, vt requiratur nouus conſenſus hæredis, etiam in feudo hæreditario,

tario,& ſuper hoc nouus aſſenſus, nec differentia inter contractus,& vltimas voluntates procedit; ſi fundamẽtum eſt nullitas diſpoſitionis, amiſſio ſpei reconualidationis translationis dominij in hæredem, rem non eſſe in eodem ſtatu, non poſſe confirmari nullum,& extinctum,maximè in præiudiciũ iuris alteri quæſiti aſſenſum eſſe gratiam, quam nõ ſolet, nec vnquam intelligitur eſſe factam in præiudicium tertij:ex quibus omninò videtur prævalere opinionem,& communem *Andr.* nulla quoad hoc exiſtente differentia inter contractus, & vltimas voluntates ommittendo procedere argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & alia,quæ cumulari poſſent, & ſic in propria
27 quæſtione tenet *Camer.noſter in cap. Imperialem cart.91 in lit.T.*qui poteſt legi *à car. 90.verſ ſecunda concluſio*: nam eleganter loquitur ſecundum veros terminos poſt *Affl. in Conſt.conſtit.diu.mem.nu.5.& idẽ Ann.*
28 *in repet.Conſtitut.conſt.diu.mem.num.131. verſ limita ſecundo*,qui dixit hoc procedere reſpectu Domini, non autem hæredis, quod dixit, *Capyc. in repet.cap.imperialem in fin. prope §.imper.Loth.verſ.limita dictam Conſtitutionem poſt Andr.& Camer. ibid.* & in hoc tantum caſu poſſunt ſaluari dicta per *Bal.cæterosq; Doctor.*ſupra allegatos, & ſic declarat *ibi Præpoſ.colum. fin.* ibi *pone vaſſallus,& Mart.Laud num.15. & Ann. in eod.conſ.69.* dixit non procedere data reuocatione per hæredem, quã facit lex per mortem alienantis,& *ibid. nu.136.* firmat nullo modo poſſe expediri aſſenſum ſuper teſta-
29 mẽto poſt mortem.Immò corollariè aduerto aliud notandum, quod in tantum Reges cuſtodierunt intereſſe hæredum, quod per *Pragmaticam nouem capitum editam in anno* 1531. vetitum eſt Proregibus aſſentire diſpoſitioni,quæ fit in alium,quàm in vocatum vigore *Conſtitutionis Reg.*ibi, *quarto, vbi natura feudi mutatur,ſucceſſorem extra terminos Conſtitutionum Regni inſtituendo*, quod poſt hæc ſcripta reperi ponderatum per *eruditiſſimum Bammacarium in loco ſupra allegato quæſt. quarta*, vt ſic aduertant Domini Regentes, dùm petetur aſſenſus in teſtamentis, quia manus habent ligatas, ſecundum *Pragmaticam* prædictam, huc vſq; non ponderatam: ita quod cum per *Reg. conſtitutiones* certi ſint ſucceſſores,& extranei nullo modo admittantur: videant ipſi, quomodo aſſenſus præſtare poterunt, quod
30 non intelligo reſpectu legatorum, quia *Pragmatica*,quæ venit ad limitationẽ poteſtatis generalis Proregis eſt expreſſa quoad inſtitutionem vniuerſalem ſucceſſoris in feudo, & non conſideratur in legatis alteratio naturæ feudorum, ſeu legis inueſtituræ, ſicut in inſtitutione, & in hoc non conſentio opin.*Bammacarij*,qui tenuit etiam in legatis poteſtatem Proregis reſtrictam; dum enim quis legat eſt alienare, & ſic facere actum,ſuper quo Proreges aſſentiendi poteſtatem habent, cui poteſtati, niſi in expreſſis derogatum non intelligitur,ex regula *text.in l.ſancimus C.de teſtam.& in l.præcipimus C. de appellat.* quæ ſunt *iura Andr.* peculiaria adhoc.

Si ergo videmus Regem taliter conſideraſſe,& cuſtodiſſe intereſſe,& præiudicium ſucceſſorum,vt nec in vita voluerit præſtari aſſenſum ſuper teſtamento,quomodo igitur volumus hoc facere velle poſt mortem in præiudicium iuris quæſiti legitimis ſucceſſoribus.

Nolo ommittere aliud,quòd *Ann.* tenuit in *eadem conſtitut.*poſtquam loquuti ſumus de reuocatione vigore *Conſtitutionis Regni conſtitutionem diuæ memoriæ* tenuit in-
31 quam *ibi nu.254. conſtitutionem* illam non procedere in emptore, ſed tantum in venditore,quòd per prius tenuit *D Frecc in 2.lib. in 1.auth.Baron.in cap. incip. à Regnicolis*, rationibus, de quibus per *eum*, & fundatur in dictis per *Andr. & Affict* tam in prædicta *conſtitutione*, quàm in *cap. imperialem*, *in § Imperator Lotharius*, qui dixerunt *conſtitutionem* non correxiſſe ius commune, quoad ammiſſionem pretij reſpectu emptoris, ergò non habet reuocationem.

Contraria opinio eſt verior, & ſecundum eã practicatur, & iudicatur, vt per *Adden. modernos ad Iſern.in d.§. Imperator Lotharius,ibiq; Capyc. & in ſua inueſtit. in verb. feud. empt.* & ſic deciſum refert, vt in ſua *deciſ.*100.*in cauſa Fuſſij de perſona, Io.Tho. de Marin.lib.1.tit.2.in cap.incip.Conſtitut. Regn.nu.13.* quem allegat, & ſequitur *Intrigl.cent.2.art.5.num.729.& Petr.Gregor. de conceſſ.feud.par.8. q.16. in cap. incip. pro cuius intelligentia num.2.* ſimpliciter,& pro indubitato dixit in Regno, qui alienat, poteſt eãdem alienationem iure proprio reuocare, nec venditor perdit feudum, nec emptor pretium.

Et iuſta eſt practica,& deciſio Sacr.Conſilij: nam *Conſtitutio* non ſolum annullat
32 omnes alienationes, quæ verba reſpiciunt venditorem:ſed omnes contractus,quod reſpicit emptorem, ibi: *in princ. Decernimus omnes alienationes,ſeu quoſcumq; contractus ſuper feudis, & rebus feudalibus, &c.* Ita quod voluit annullare contractus omnes,& quoſcumq; & non poteſt dubitari dici tam con-

contrahere emptorem ſuper feudo, quàm venditorem, & ex vtroque contractu perficitur, & alias non diceretur contractus, & propterea in vtroque eſt appoſita pæna, & ſicut contractus venditionis, aut alterius alienationis conſiſtit ex re, & pretio: Sic quia omnes in legem committunt, omnes puniuntur, venditor ſcilicet in re, & emptor in pretio, & dicuntur omnes legem contemnere, cum æquè principaliter prohibuit emptorem, ſicut venditorem, vt ſine aſſenſu nõ contrahant: ita quòd contractationem lex prohibuit, in hac impoſuit pœnam lex communis feudorum *Lotharij & Federici*, & ſic *conſtitutio*, quæ latiùs exarata ſunt in *conſ. meo* 5. 1. *volum.* & per *Conſtitutionem Lotharij* apparet prohibitum eſſe commercium
33 omne ꝙ verbum, vt ponderat *ibi Affli. eſt* generale, qui allegat *gloſ. in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iur. & in §. 2. de inutil ſtipul.* & non poteſt negari hoc tangere, tam venditorem, quàm emptorem, qui dicitur omnimodò commercium aliquod facere, & contrahere, vndè cum omne commercium ſit prohibitum, & ſic pariter omnes cõtractus, qui conſiſtunt in venditore, & emptore, & in vtroque pœna eſt appoſita, ſequitur perne eſſe dicendum, quod dùm poſtea *Conſtitutio* loquitur, & dicit: *eiſdemque contrahentibus, & alienantibus concedimus poteſtatẽ iure proprio reuocandi*, quod intelligitur vt ſupra recipiendo intellectum à iure communi feudorum, per quod contractus omnis omneque commercium tàm reſpectu venditoris, quàm emptoris eſt prohibitum, & ſic pœna omnibus impoſita etiam attendendo naturam correlatiuorum ad *text. in l. 1. C. de cup. cum concord.* Nec ponderatio, quæ ſit ꝙ dicit, *cõtrahentibus, & alienantibus*, quaſi quòd illud verbum *contrahentibus*, recipiat intellectum à verbo ſequenti, vt non ſit contrahens, ſed alienans: Nam verba antecedentia in principio tollunt dubietatem, dum incipit ab alienationibus, & ſequitur in quibuſcumque cõtractibus ibi *omnes alienationes, ſeu quoſcumque contractus*, & ponderetur etiam illa dictio *ſeu*, & ſic declarando vnam partem ſcripturæ ab alia ex regulis vulgaribus verba *Conſtitutionis* decidunt articulum. Hinc *idem Frecc. in* 12. *limitat. ad*
34 *Conſtitutionem* tenuit illam locum habere etiam in promiſſione de vendendo, ex qua tantum perſonalis actio oritur, quia eſt contractatio de re feudali, & tamen in hoc non poteſt conſiderari præuentio Domini in auocando, & alia quæ ex aduerſo ponderantur, quia ſicut dictum eſt, contractatio annullatur, & reſpectu contractationis, ita dicitur contrahere venditor, ſicut emptor, & in promiſſione de emendo deciderunt in Sac. Cõſ. habere locum *conſtitutionem* illam, eſſequi promiſſionem nullam. & dari reuocationem vigore *Conſt. Reg.* in cauſa Io. Bapt. ab Auria, cum Antonio Spinola, & in pacto de
35 non petendo dixit *Andr.* non valere abſque aſſenſu *in cap. Titius cum Sempronio per illum text ſi de feud. defun. mil.* quem allegat, & ſequitur *Cappy. in deciſ.* 196. *num.* 19. *Frecc. in* 2. *lib. in* 18. *limit. ad conſtitutionem num.* 50. bona *deciſ. D. de Franch.* 48. & tamen ex hoc contractu non transfertur dominium, nec ius aliquod ſuper feudo conſtituitur, ſed quia eſt contractus de re feudali, & quæcumq; contractatio eſt prohi
36 bita, propterea improbatur, quod non eſt in repudiatione, cum non intelligatur, nec contrahere, nec diſtrahere, vt eleganter per *D. Frecc. in loco ſupra allegato in* 24. *limitat.* & ego fui Aduocatus in illa cauſa, pro Io. Bapt. ab Auria, qui prætẽdebat validitatem promiſſionis, & adſunt *mea conſilia in* 1. *volum.* 85. *&* 86. ſed melius loquutus ſum in *allegato conſ.* 5. quòd ad hoc omninò eſt relegendum, & quæ ratio ſuadere poteſt, vt voluerit *Conſtitutio* indulgere pœnam amiſſionis rei venditori, qui ſemper eſt in mala fide vendendo feudum, & denegare hoc emptori, qui poteſt eſſe in bona fide, quo caſu *Doct. omnes* tradiderunt pretium non amittere; & rurſus venditor eſt, qui propriè delinquit in eo conſideratur contemptus verus Domini, diſpoſitio dominij, & rei feudalis diminutio, quæ omnia ceſſant in emptore, & volumus quod, qui plus delinquit, immò fecit totum, nullam habeat pœnam, ſitq; illi remiſſa: & qui minus, immò quaſi in nullo delinquit, ſi feudum non erat in eius dominio, nec feudatarius quoquomodo dici poterat, quòd in eo pœna remaneat dura, & antiqua, quæ appoſita erat per legem feudorũ reſpectiuè ad pœnam venditoris propter mutua delicta, quæ ſi in Regno indulgentur, & in tantum pro delicto non habentur, ꝙ datur facultas reuocandi, & nil aliud Rex requirit.

Hinc videmus omnem pœnam Notario remiſſam, de quo nullum verbum in *Conſtitutione*, propterea dicendum erit, quòd nullo exiſtente delicto ceſſat omnis pœna in emptore à lege communi impoſita, cum ſi non delinquit vẽditor, aut ſi pœna delicti eſt abolita, nullo modo poteſt dici emptorem deliquiſſe, aut pœnam ſui reſpectu remanſiſſe vltra naturam correlatiuorum.

Pon-

Pondero insuper verbũ illud, *super*. Dicit enim *Constitutio omnes alienationes seu quoscumque contractus super feudis &c.* quod verbum stat propriè respectu emptorum? nam qui habet dominium, dicitur alienare propriè res feudales, qui emit, dicitur contrahere super rebus feudalibus propriè: licèt verumque etiam potest compræhendere.

Nec facit ad casum ponderatio, quòd si Dominus prævenit, & litem contestatus fuerit, quod amittitur ius revocandi: nam hoc ita potest procedere respectu venditoris, sicut emptoris, & quando diceremus procedere tantum respectu venditoris ratione auocationis feudi, quid hic inferret respectu emptoris, si aliàs haberet ius revocandi pro suo interesse respectu pretij, & sicut Dominus potest prævenire, & litem contestari contra emptorem feudi ad recuperationem illius, ita potest prævenire, & litem contestari contra venditorem ad auocationem pretij.

Nec intellectus *Frecc.* quem habeo pro vero in illis verbis *Constit.* quod iure proprio fiat revocatio, ideſt iure residente in Domino, quod dico ego speciali iure concesso feudatario, vt exerceat, sicut Dominus exercere potuisset. Dato enim pro vero hoc intellectu non officit suprædictis: nam eodem modo hoc exercebit emptor propter auocationem pretij, & restitutionis rei attenta nullitate, & prohibitione contractationis, & quatenus Dominus possit prævenire litem contestando, & ipse auocare, non facit, quòd non sit concessum ius revocandi: sed intelligitur concessum ciuili modo, videlicèt, vt cum effectu illud exerceat, diù non perseueret in contemptu Domini, facultate concessa non abutatur, & per dissimulationem contractus prohibitus, vetitus, & contra legem substineatur, non enim per concessionem facultatis revocandi voluit dominus approbare contractationem, immò perstistendo in annullatione concessit revocationem ab ipso faciendam, vt hæc fieret ab ipsis contrahentibus, qui dum ea vti nolunt, & ad actum non deducere in quem casum non intelligitur concessa, & ab illis tacitè renunciata iustè Dominus exercet eam, ita quòd non oritur, quia non concessum, sed quia revocatum ex insita conditione in concessione, quatenus suo debito tempore exerceatur, & hæc dixisse sufficiant gratia disputationis ad indagandam rerum veritatem, siquidem hodie in Regno non deseruiunt, postquàm vt diximus passim, & indistinctè practicatur revocatio vigore prædictæ *constitutionis* tam in venditore, quàm in emptore, & ita indifferenter iudicatur.

37 Et quòd diximus supra de pacto de non petendo, aduertatur quod *Docto.* voluerunt induci ex eo donationem, intantum, quod requiritur insinuatio, quando videtur excedere summam à lege statutam, secundum *Alexan. in l. creditori num. 4. C. de pact. vbi Iaſ. num. 3.* qui de communi testatur post *Ang. & Iaſ. in l. contra iuris §. fin. num. 8. ff. de pact.* nam etsi nil dicatur transferre, vt supra diximus, tamen hoc ius, quòd acquiritur ex pacto, scilicèt vt non possit petere, hoc inquam ius operatur effectum donationis iuris feudalis, vt sic iustè requiratur assensus, tanquàm contractatio facta de re feudali.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei feudalis absque assensu, qui facta revocatione seruata forma Constitutionis Regn. recuperat pretium, siue bona, siue mala fide contraxerit in Regno vigore prædictæ Constitutionis, an inquam pretium tantum, vel etiam interesse petere poterit, in quo facienda est distinctio bonæ, vel malæ fidei.*

2 *Decisiones Isern. notantur.*

3 *Contractus feudalis, & si sit nullus, tamen est aliquid inspecta bona fide, quoad actionem personalem virtute cuius poterit agere ad interesse.*

4 *Mala fides probatur, quando scienter contraxit super feudo quo casu nullum debetur interesse; licèt promissum fuerit, vel cautum de euictione, & ibi quid in alienatione facta cum reseruatione assensus.*

5 *Prohibitio legis, operatur, vt nec principale, nec accessorium teneat, vel quicquid ex eo, vel ob id sequatur.*

6 *Contractus feudalis, si non tenet propter defectum assensus, nec tenebit obligatio bonorum feudalium facta pro obseruantia, etiã quòd sit assensu vallata, contra opinionem Camerar.*

7 *Decis. Isern. in cap. 1. §. commercium, de prob. feud. alien. per Lothar. ponderatur, & commendatur, & ibi nu. 8. & 9. notatur decis. & limitatio Afflict.*

8 *In contractu inter viuos rei feudalis absque assensu non fit distinctio, sicut in vltima voluntate de primaria, aut secundaria*

intentione.

9 *Eſtimationem non deberi in vltimis voluntatibus feudi legati, aut illius facta inſtitutione in alium, quàm vocatum ex lege inueſtituræ, latè concluditur, de communi teſtatur, & recenſentur deciſiones factæ.*

10 *Opinio, quòd feudo legato non debeatur eſtimatio eſt indubitata, quando aſſenſus non ſolet præſtari. & nu. 16.*

11 *Feudum dicitur legitima primogeniti, & ſine cauſa non poteſt eo priuari, & quid dandum eſt ſecundogenito.*

12 *Opinio B. Bernardi refertur in fauorem primogenitorum contra ſecundogenitos, quæ valdè notatur, tanquam ſingularis.*

13 *Pater ſicut non poteſt priuare primogenitū Regno, ſic non poteſt priuare feudis dignitatum, vel his, in quibus viuitur iure francorum, aliàs donando poteſt dici de inofficioſa donatione.*

14 *Pater ex cauſa poteſt cum aſſenſu dare feudum ſecundogenito, dummodo ſincerè, abſque dolo, & fraude, & ita iudicatum.*

15 *Infeudatio, & refutatio de iure feudorum permiſſa intelligitur, dummodo ſincerè, & bona fide.*

17 *Extimatio non debetur in contractu inter viuos rei feudalis donatæ abſque legitimo aſſenſu.*

18 *Text. in l. iulianus §. conſtat, de leg. 1. non procedit in contractibus.*

19 *Contractus feudalis ex quibus perſonis conſiſtat.*

20 *Extimatio feudi, & ſi non debeatur in contractu donationis facto inter viuos, debetur tamen in contractu donationis factæ contemplatione matrimonij, vel ob aliam cauſam oneroſam, latè fundatur per totum.*

21 *Donationes factæ contemplatione matrimonij ſunt pro lege ſeruandæ, ſunt pars contractus, ſunt pacta correſpectiua ad dotes, ſunt irreuocabiles, & non ſufficit conſenſus mariti, aut filiorum.*

22 *Vxor & filij dicuntur habere cauſam oneroſam in donatione facta contemplatione matrimonij.*

23 *Gabella impoſita ſuper eo, quòd titulo lucratiuo tranſfertur, non habet locum in donatione facta contemplatione matrimonij.*

24 *Deciſio Andr. in §. è contrario, de inueſt. de re alien. fact. commendatur ad deciſio. quæſtionis, & doctr. eiuſdem Andr. in*

§. donare, qual olim potſiud alienatio Conſiit Reg. fratribus, quæ ſunt particulares, & memoranda.

25 *Deciſio facta aliàs recenſitur.*

26 *Opinio Ann. refellitur, & quid factum fuerit in illa cauſa refertur.*

27 *Diſpoſitio omnis in feudis hæreditarijs, quæ quomodo ſit ad fraudandum ſucceſſorem, iudicanda eſt nulla.*

28 *Reuocatio vigore Conſtitutionis Regni, an detur poſt preces porrectas, & pendente appellatione remiſſiuè.*

29 *Prælatio quomodo detur directo Domino dum feudum à vaſallo alienatur, quando vult illam exercere in alterius beneficium remiſſiuè, vbi etiam ac exemptus ab adoha ſit etiam à donatiuis.*

30 *Prælatio in feudis antiquis, an detur conſanguineis, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Emptor rei feudalis bona fide habet actionem ad intereſſe. Obligatio bonorum feudalium cum aſſenſu pro obſeruantia contractus feudalis non tenet, quando in contractu principali non adeſt aſſenſus. Extimatio feudi non debetur, nec in vltima voluntate, nec in diſpoſitione inter viuos. Feudum eſt legitima primogeniti. Omnis diſpoſitio permiſſa in feudis intelligitur ſine dolo, & fraude. Extimatio debetur, quando donatio rei feudalis eſt facta contemplatione matrimonij. Donatarius contemplatione matrimonij dicitur habere cauſam oneroſam. Reuocatio an detur poſt preces porrectas. Prælationem an habeat directus Dominus, quando vult eam exercere in beneficium alterius. Conſanguinei an habeant prælationem in venditione feudorum antiquorum.

§. II.

1 SIC igitur firmata ſupradicta concluſione, quod emptor feudi abſque aſſenſu facta reuocatione vigore *Cõſtitutionis Reg.* pretium recuperat, & ita indifferenter practicatur nulla habita diſtinctione bonæ, vel malæ fidei ſecundum tradita per *Doct. in cap. 1. §. Imperator Lotharius de probib. feud. alien. per Fred.* videamus, an agat ad intereſſe, vel ad pretium tantum: & in hoc dico, quod deſeruiet benè, bona, vel mala fides, reſpectu intereſſe: nam etſi *Andr. in cap. 1. §. &*
2 *poſteaquàm, quib. mod feud. ammitt.* tenuerit nunquàm emptorem etiam bonæ fidei recuperare aliud, quam pretium, authoritate *gloſſ. in d. §. Imperator Lotharius* in vltimis verbis, tamen in eodem *§. Imperat. Lotharius* aliter *Andr.* intellexit *gloſ.* diſputauit articulum, & tenuit poſſe agere ad intereſſe; ita quòd ſecundum *eum* poterit petere extimationem, dicens hanc eſſe communem: quem ſequitur *ibi Aluar. & Affict.*
3 nam etſi contractus ſit nullus, erit aliquid inſpecta bona fide, quoad actionem perſonalem ad intereſſe contra venditorem, dicit *Bald. in d. cap. imperialem num. 23. colum. fin. Curt. in ſuo tractat. par. 4. quæſt. 28. & 29. num. 119. Capyc. in ſua inueſtitura in verb. feudorum emptores*, pro quo videtur caſus in *cap. ſi vaſallus feudum, qual. ol. pot. feud. alien.* vbi *text.* ad literam.

Secus verò quando ſciens contraxit ſuper feudo, quo caſu ſtante mala fide contra-
4 ctus taliter eſt nullus, quod nec etiam intereſſe recuperabit, etiam quòd ſibi cauerit de euictione, vel aliter promiſſum fuiſſet per ſtipulationem *gloſſ. Iacob. de Beluiſ. Andr. & omnes in d. §. Imperator Lotharius, idem Andr. in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ in verb. nullam*
5 *omninò*: nam cum prohibitio ſit legis non autem hominis vetantis alienationem rei feudalis abſque aſſenſu, propterea nec principale, nec acceſſoriũ tenet, aut quicquid ſequitur ex eo, vel ob id, verba ſunt *Andr. in d. cap. 1. §. pen. num. 35. quib. mod. feud. amitt.* & per eadem verba loquitur *in cap. 1. in princ. de inueſtit. de re alien. facta in cap. 1. §. ſed & res 5. col. verſ. & eſt talis infeudatio, per quos fiat inueſtit. Idem Bald. in d. cap. imperialem colum. fin.* quem ſequitur *ibi Aluar. num. 10.* & ſufficit per *Reg. Conſtitutionem*, quòd recuperet pretium, quod tali caſu ammiſſum erat de iure communi feudorum, quod ius cum tractet de ammiſſione pretij, iuxta *text. in cap. 1. de probib. feud. alien. per Lothar.* & de illius recuperatione, quando eſt bonæ fidei, vt in *cap. imperialem, de probib. feud. alien. per Fred.* Propterea *conſtitutio* prædicta, quæ venit ad limitationem prædictorum *iurium*, de pretio tantum, intelligetur in emptore malæ fidei, vt non perdat id, quod fiſco applicabatur, quod erat pretium, non autem intereſſe: & cum *Conſtitutio* non approbet contractus, ſed vti nullos, & contra legem dat facultatem eiuſdem contrahentibus reuocandi, & omnia in integrum reſtituendi: igitur non erit de intereſſe aliquo tractandum, quod ſecùs erit data bona fide, quo caſu ius commune non eſt correctum, & *conſtitutio* ab eo declarabitur; ſed notetur vnum, quòd emptor bonæ fidei dicit, qui emit reſeruato aſſenſu Dñi, vt per *Ann. patremin repetit. cõ ſtitutionis Cõſti. diuæ memoriæ nu. 166. latius Ann. filius in conſ. 34. num. 1.* in quo erit cogitandum: nam magna eſt limitatio ad concluſionem communem de eo, qui ſciẽ ter contrahit ſuper feudo, & ſecundum hoc ſemper deberetur intereſſe, quia omnes contractus feudales fiunt reſeruato aſſenſu, & *Doctor.* fecerunt iam quæſtionem, an feudum cadat in commiſſum facta alienatione cum reſeruatione aſſenſus, vt latius per *Curt. in ſuo tractatu feudorum 4. part. num. 112. verſ. 21. quæro*, vbi adducit deciſiones *Bald.* inter ſe ipſas contrarias, & demùm de communi apparet, quòd feudum cecidit in commiſſum, quia verba ſunt contraria facto, & ex tali reſeruatione ſcientia non tollitur contractationis rei prohibitæ alienari, quodque ſcienter proceditur ad alienationem prohibitam faciendam, & latè *Capyc. in ſua inueſtitura, in verb. feudorum alienationes.*

Ex his infertur malè ſenſiſſe *Camer. in*
6 *repet. eiuſdem Capituli cart. mihi 49.* dùm dicit, quòd ſi quis impetrauit aſſenſum ſuper contractu, ac ſuper ſolita obligatione bonorum pro obſeruantia contractus: tunc ſi aſſenſus ſuper contractu principali non valeat, quia forſan falſus, vel obreptitius eſt detectus: ita ꝙ remanet cõtractus, ac ſi ſine aſſenſu celebratus eſſet, tũc vult, ꝙ ſubſtinea tur aſſenſus reſpectu obligationis bonorũ.

Si enim ſecundum deciſiones allegatas annullatur ſtipulatio, & euictionis promiſſio, ſeu intereſſe, ex eo, quia omnia ſunt acceſſoria ad contractũ prohibitum, & per indirectum fieret fraus legis, & ſuſtineretur actus à lege prohibitus, & improbatus: ergo nullo modo procedit deciſio *Camer.* & rurſus

ſus ſi datur nullitas contractus principalis ex defectu aſſenſus,& per *Reg. Conſtitutionem* datur facultas reuocandi, & recedendi a contractu,etiam quod ſub pœna, & iuramento fuerit illius obſeruantia promiſſa: ergo quomodo poteſt ſuccedere obligatio bonorum pro obſeruantia contractus, & dari actionem ad intereſſe: ſi authoritate legis reuocat, & poteſt contrauenire, ad
5 quæ vltra prædicta ponderetur deciſio *Iſer.* ſatis communis,ſed ad propoſitum, *in cap. 1.§.commercium, de prohib. feud. alien. per Lothar.* dum tradit non valere obligationē, dum quis vendit feudum abſque aſſenſu, & promittit ſub pœna ſe curaturum,quòd Dominus conſentiat: cum omnia dicentur in fraudem,& propterea nulla, & metu pœnæ contractus feudales ſubſtinerentur: nec reuocarētur,ibi *quicquid ſequitur ex eo,vel ob id ſeruandum directè,vel indirectè,quod lex vetat,caſſum eſt,cum principale non teneat,*
6 *nec acceſſorium,quod ex eo, vel ob id apponitur extra de fid.inſtrum.c.inter dilectos,colum. fin. Principale in hoc eſt contractus alienationis factus de feudo: acceſſorium eſt obligatio interpoſita curandi, vt Dominus conſentiat,prohibito aliquo,omnia mala,quæ poſſunt inde conſequi, videntur prohibita.* Hæc *Iſern.* quæ deciſio notetur ad quæſt.infra,an debeatur extimatio feudi legati.

Et rurſus *ibidem poſt num.*10.*alias cum acceptor,ſeu emptor ſciens per nullam ſtipulationem poteſt ſibi conſulere, quin perdat pretiū,nec de euictione aget contra promittentem: Ratio eſt, qa contractus erat prohibitus, alias ſi non eſſet prohibitus ſcienti,p cautionē poſſet cōſuli,&c.* Et videatur *Frec.in* 12.*limitat.ad Conſtitutionē Reg.*nā multa elegāter tradit ad propoſitum:& licèt *Andr.in d.loco* videatur limitare prædicta;quando hanc promiſſionem fecerit Magnus Conſiliarius intimus Domini,cui videtur, vt bona fide ſit credendum facilè aſſenſum impetraturum, quem ſequitur *ibi Afflict.* tamen *D.*
7 *Frece. in* 37. *limit. ad conſtitutionem* dicit, quòd habebat hoc prò valdè dubitabili, quia ſemper erit verum ſcienter contrahi ſuper re, cuius contractationem lex prohibet expreſsè: & propterea nunquàm fuit practicata talis limitatio, licet Magnates, & Magni Conſiliarij ſuper feudalibus contraxerint cum promiſſione Regij aſſenſus, & inſuper *Afflict.*qui ſequitur *ibi Andr.* ponit exemplum in aſſenſu alias ſolito concedi,& in Conſiliario, qui facilè Regem alloquitur, & Princeps eius contemplatione multa concedere ſolet: alioquin ſi aſſenſus eſſet inſolitus :immò denegari ſolitus, vt in ſubſtitutionibus, in fideicommiſſis, in contractibus alterantibus naturā feudorū,tunc reputaretur aſſenſus impoſſibilis,& eſſet vndique promiſſio nulla, nec deberetur intereſſe,aut aliqua extimatio ſecundum termi nos *tex.in l.apud iulianum §. fin. de leg.* 1. vel quando dubitaretur de fraude,vt quia fieret alienatio ad priuandum immedjatos ſucceſſores, ob quod perpetuò aſſenſus fuerunt denegati, vt ſupra diximus authoritate *Andr.in d.§ ſed & res.*

Hinc in cōtractu inter viuos facta diſpoſitione de feudo in ſecundogenitum, vel aliū
8 per viam donationis, aut alio modo,nō adhibetur diſtinctio, quæ in vltima voluntate de ſecundaria intētione diſponentis ad pretium rei legatæ,quando in corpore diſpoſitio non ſubſiſtit; licet opinio etiam in vltima voluntate ſit ſatis controuerſa,& diſputata;& *Ego in repet.tex.in c.*1.*ſi vaſal feud. priuet.*tenui,non deberi,licet in conſulendo aliter tenuerim,confirmando tunc meam opinionem cum magis communi *Regnicolarum*, & cum deciſionibus aliàs factis per noſtra Tribunalia:ſed in puncto iuris teneo veriorem illam opinionem, quòd non debeatur extimatio, ſecundùm quam poſtea fuit deciſum in cauſa Surrianorum iunctis Tribunalibus S.R.C.& Regiæ Cameræ,quā opinionem tenuit *Bal.in l.*1.*C. de ſacroſanct. ec cleſ.*illumq; allegat,& ſequitur *Aret.in l.apud iulianum §.cōſtat de leg.*1.*idem Bal.& Aluar.in §. donare qual olim.pot ſeu. alien. Curt.in tract feud.*4 *p.nu.*126.*verſ. videtur limitanda prædicta concluſio*, vbi cumulat *Doct. Iacob.in tracta.eodem in verb & cum pacto,quod de ipſo feudo verſ.iuxta prædicta quæro Capyc.in repet.c.imperialem cart.* 10. *verſ.ampliate tertio* cumulat. *Docto.*innumeros,& de cōmuni teſtatur *Schrader.de feud.* 1.*to.p.*7.*c.*2.*nu.*9.& latiſſimè,& de communi teſtans poſt *Iul.Clar.Intrig.de feud.centur.* 2.*nu.*384.*poſt Ann.*diſputantem articulū *in repetitione prædicta Cōſtitutionis cōſt.diuæ memoriæ nu.*138.& nouiſſime ad ſatietatem per *Bammac.in ſuo reſponſo in cauſa Principis Aſcoli*,quod eſt inſertum *in repet c.omnes filij,ſi de feud.defun.milit.* & caſus *Bam-*
10 *mac.*erat extra omnē dubitationē, quia ibi erat legatū iuriſdictionis ſecundarū cārū,ob q; ſcindebatur feudi iuriſdictio,& dabantur feudo diuerſa capita,& efficiebatur mōſtruū nec vnquā inRegno eſt data cōceſſio iuriſdictionis primarū cārū vni,& ſecūdarū alteri, & cōtra Ducē Sueſſę fuit deciſū in cā Baroniæ S.Georgij, cuius cōceſſionem habuerat magnusCapitaneus in primis,& ſecūdis c.ſis, & demū illa euicta p Saldanarē Milanū

vigo-

vigoreſuorum priuilegiorum, qui primas tantum cauſas habebat, prætendit Dux debere ei remanere iuriſdictionem ſecundarũ cauſarum,& obtinere non potuit, vnde cum hæc eſſet diſpenſatio, & aſſenſus impoſſibilis, meritò miratus ſum de paritate votorũ in prædicta cauſa,& quomodo tanta in ea fuit facta altercatio, quæ in Prorege ſunt lõgè clariora,quia aſſenſus Proregis eſt impoſſibilis omninò per *Pragmaticam nouem capitum* ſupra ponderatam,quòd benè aduertit *Bammac. in prædicto capit. omnes filij quæſt.* 4.qui demùm in *prædicto reſponſo* refert deciſiones in inſtitutione, vt æſtimatio nullo
11 modo debeatur. Feudum enim dicitur legitima primogeniti ſecũdum *Hoſt. ibi Butr.* & communiter *Scriben. in cap. licèt extra de voto.* Intantum quòd prædicti *Doct.* tradiderunt, quòd ſine cauſa priuari non poteſt, & ſi aliter teſtator diſpoſuerit, haberet querelam primogenitus, vel ageret ad ſupplementum, & ſecundogenitis dare debet ſecundum facultates; dummodo tantùm remaneat primogenito,quantum decori, & honori dignitatis,ac nobilitatis conueniat: & aliter primogenitus ſua primogenitura frau
12 datus remaneret: vbi *Anchar.* idem ſequendo refert poſt *Ioan. Andr. & Abb.* dictum magnum *B. Bernardi.* quod in nobilibus ſemper debet primogenitus totum habere, quia mælius eſt ſecundogenitorum diſperſio quàm inter eos hæreditatis diuiſio, *ibique Anan.* quod videtur admirabile pro Maioratibus Hiſpaniæ. Ideoq; *Andr. in Conſtitutione Reg. dignum* dixit quod taliter dicetur feudum legitima primogeniti,quod non poterit Pater primogenitum illo priuare, &
13 quod dicitur in Regno, dicunt *Doctor.* in cæteris feudis dignitatum,& in feudis,in quibus viuitur iure francorum, vt ſit legitima primogeniti: hinc pater donando poteſt dici de inofficioſa donatione ſecundum *Andr. in d. conſtit. dignum, & Minad. in conſtit.*
14 *in aliquibus in princ. num,* 27. dùm dixit, quod totum feudum eſt legitima primogeniti,quodq;pater cũ aſſenſu poteſt ex cauſa diſponere in beneficium ſecũdogenitorum, ſubdit dummodo ſincerè, ceſſante dolo, & fraude,& ita refert fuiſſe ſæpius iudicatum, ſicut dicimus in infeudatione ſecundum iura
15 feudorum,quæ etſi ſit à lege permiſſa, intelligitur,dummodo ſincerè, & ſine fraude, ſic in refutatione, & in omni alia diſpoſitione, de quo latiùs per *Andr. in d. §. ſed, & res, per quos fiat inueſtit. cum ſuis concord.* & quid dubij erit, quod ex diſpoſitione feudi manifeſtatur animus priuandi primogenitũ de eo, & dum ex nullitate diſpoſitionis vult grauare in æſtimatione,& ſic ad tantundem hæc eſt fraus notoria, & diſpoſitio feudi ſine aſſenſu per indirectum,& non poteſt dici ſtare actum in pendenti propter ſpem reconuallidationis, quia mortuo diſponente,amiſſa eſt ſpes,& eſt impoſſibilis aſſenſus poſt mortem, quia res eſt hæredis, in cuius præiudicium Rex non ſolet aſſentire, vt ſupra dixi-
16 mus. Vndè ſumus in terminis *text. in §. cõſtat, & idemmet Camer.* qui contrariam tenuit opinionẽ, faſſus eſt *in repetit. c. imperialem car. 27. lit. E*, quod diſpoſitio *tex. in §. conſtat* procedit indubitatè, quando vltra actum dependentem à Principis cõſenſu, ſumus in caſu q̃ ille non ſoleat præſtari, que ſufficit attigiſſe:nam non intendo diſputare hunc articulum,de quo latius, & diffusè diſſerui in *d. repet. cap. primi ſi vaſal. feud. priuet.* Benè tamen aduerto quod *Camer. & omnes* qui hanc opinionem tenuerunt,ſe fundant in ſolita præſtatione aſſenſus, & ſic reſpondent ad *text. in §. conſtat*, & hanc eſſe communem opinionem *Scrib. ibi*, qui volunt eſſe nullam diſpoſitionem, etiam quoad extimationem, quando dependet à conſenſu Principis, & quid quando aſſenſus non eſt ſolitus concedi,vt in caſibus ſupra relatis,tunc quæſtio de extimatione non procedit: nam nulla pænitus debetur,& non poteſt negari quin per diſpoſitionem hanc ſi tenemus deberi extimationem,quod in fraudem Domini per indirectum feudatarij de feudo diſponunt ad libitum ſine aſſenſu;ſic etiam fraudando ſucceſſores legitima ſucceſſione,nam hæres,vel tenetur cedere feudum legatario,vel vendere contra ipſius voluntatem,vt æſtimationem ſoluat,& fraudatur etiam *pragmatica nouem capitum*, quę vetat Proregibus præſtationẽ aſſenſus teſtamẽtis,dũ inſtituitur in feudo alius, quã ſucceſſor vocatus ex lege inueſtituræ per hũc enim modũ,ſi tenemus deberi æſtimationẽ venit effectiuè inſtitutus,qui ex lege inueſtituræ ſuccedere non debebat,& lex non eſt impoſita verbis, & non debet circumſcribi, nec admitti fraus cõtra ipſius intentionẽ,ſuper quibus cogitetur,nã hæc eſt mea indubitata ſententia, loquendo per veros iuris terminos,pro quo videatur deciſio *gloſ. in Cõſt. Reg. vt de ſucceſſ. in verb. ex vtroq; parente*, quę videtur pũctualis, videatur dec. *Andr.* in *c. 1. §. quid ergo 3. col. fi. in fi. de inueſt. de re alien. fact. & in c. 1. §. cõmercitũ 1. col.* ibi *metu pænę de prohib feud. alien. per Lothar.* q̃ vt ſupra põderata decidit punctũ;etſi practica eſt,vt aſſenſus denegetur ei,q̃ vult cũ aſſenſu Regis diſponere de feudis hæreditariis, quã do præſumitur,q̃ alienatio fiat ad fraudã ſũ

legitimam ſucceſſionem,quanto magis iudicari debet impoſſibilis, dum in vltima volũtate, voluntas hæc manifeſtatur, quo casu data impoſſibilitate aſſenſus *omnes* communi voto,& præcipue *Camer.*concludunt,æſtimationem nullo modo deberi.

Sed data pro vera opinione in vltimis voluntatibus articulus non habet diſputationẽ
17 in contractu inter viuos,vt extimatio nullo modo debeatur, in vltimis enim voluntatibus benigna, & lata fit interpretatio, ſed in contractibus, & ſtipulationibus ſecus, & ita in terminis tradit *Bar.in l. multum intereſt, per illum text. de verbor. obligation.* cum in vltimis voluntatibus,quando iudicatur æſtimationem deberi,procedit hoc ex coniecturata mente teſtatoris, quæ coniectura non habet locũ in cõtractibus ita *Alex.ad* ꝓpoſitum authoritate *Fulgoſ.in ead. l. multum intereſt*,qui inſimul cũ *Imol.Angel. Paul. de Caſtr.& Aret.*ſequitur opinionem *Bartol.&*
18 *Iaſ.in d.§. conſtat n.26.*notat,& aduertit illum *tex.* procedere tantum in vltimis volũtatibus, ſecus verò in ſtipulatione,quia ſi ſtipulator,ſtipulatur rem, quæ eſt in communi commercio, ſed non ipſius ſtipulatoris,ſtipulatio nullo modo valet,nec quoad extimationem authoritate *Bart.in d.l.multum intereſt,& Imol.in eadem l.* dum voluit conſtituere differentiam inter vltimas voluntates, & contractus, dixit quòd imputatur ſtipulatori, quare ſtipulatur rem, cuius commercium habere non poteſt: quæ ratio ceſſat in legatario,cùm ſine eius facto legatum fiat,*ibiq; Rom.* dicit hanc eſſe communem, ad quæ conferũt dicta ſupra de bona, aut mala fide: immò ſunt in proprio caſu, vt contrahenti ſciẽter ſuper re feudali denegetur actio ad extimationem rei ad intereſſe, aut de euictione, & omnia intelligãtur facta in fraudem legis,& commercij prohibiti per legem feudorum abſque Domini aſſenſu in ipſius contemptum,& iniuriam.

Qui articulus æſtimationis, vt dixi, in *d.c.1.ſi vaſal.feud.priuet.*concluditur in vltima voluntate ex *text. in l fin. ff. commun. præd.*ibi,*quod non ſicut viuentium,ita & defunctorum actus ſuſpendi,receptum etiam eſt*, & in contractu inter viuos, argumentum eſt inconuincibile: nam vt diximus etiam authoritate *Camer. in d.cap. imperialem cart.*
19 8. *à tergo* contractus feudalis conſiſtit ex tribus perſonis,loquẽdo de feudatario alienante, videlicet dantis, recipientis,& Domini conſentientis, nam indubitatum eſt infeudationem eſſe contractum nominatum ſecũdùm *Andr. in prælud.* & dùm vaſallus vigore primi contractus inueſtituræ eſt Domino obligatus,quando demùm vult alienare, venit eximendus ab obligatione contracta cum Domino, alium ſui loco ſubrogando,& ſic quod Dominus alium recipiat in vaſallũ, quod facere non tenetur, cum non cogatur in vaſſallum recipere alium,quàm quem ipſe vult, & obligatio contracta primo loco per vaſallum infeudatum, quæ erat voluntaria ex poſt facto eſt facta neceſſaria,& cum natio prouocat, & deterret, & proſpicere debet Dominus cum quo contrahit,& tandem in feudis intereſt Domini,ſi placet,vel diſplicet,quę omnia conſiſtunt in regulis,& termi nis feudorum, nunc ſic ſi contractus perficitur ex conſenſu contrahentium, & antea nõ eſt contractus, quia deficit ſubſtantia, & eſſentia; & inter cæteros contrahentes, vt diximus, eſt Dominus: igitur ipſius conſenſu deficiente non dicetur contractus,nec concluſus, nec perfectus, & conſequenter ſi non adeſt perfectio, & concluſio diſpoſitionis non adeſt contractus, & conſequenter ex contractu imperfecto,& non firmato non poteſt oriri actio.

20 Sed quid in donatione facta contemplatione matrimonij à Patre in filium, ſine qua aliter matrimonium non eſſet contractum: ita quod non ſolùm filius eſt intereſſatus,ſed principaliter vxor,eiuſq;Patre,fratres,& cõiuncti,qui matrimonium cum tali donatione contractauerunt, & reſpectiuè ad donationem dotem conſtituerunt, præſupponendo, quod donatio habeat conditiones tales, quòd non ſit ſimplex refutatio,ſed aſſenſu indigeat,qui aliter non fuit impetratus, & ſic remanſit donatio facta nulla; nam dixit *Gui*
21 *do Pap.deciſ.* 145. quòd tales donationes ſũt pro lege ſeruandæ, quodq;cẽſentur pars cõtractus matrimonij, ſine quibus matrimonium non eſſet contractum, & alias contrahentes decepti remanerent:& propterea dixit *Guid.Pap.*quòd ſunt pacta correſpectiua appoſita in contractibus dotalibus:eritque contractus innominatus, do tantam dotem, vt facias tãtam donationem: & ob id oritur actio in factum ad intereſſe,matrimonio iam conſumato irretractabiliter, & dote conſequuta ad *text.in l.naturalis §.etſi quidem, &§. at cum do ff.de præſcrip. vr.* & de generali conſuetudine habito reſpectu ad dotes, & etiam ad qualitatem matrimonij fiunt ſimiles donationes,vt latiùs explicat *D. Præſid.de Franchis in deciſ.*436. dicens, has donationes taliter eſſe firmas, & irreuocabiles,quòd nec mariti,nec filij poſſunt mulieribus præiudicare,propter quod fuerunt sẽper annullatæ cautelæ factæ in præiudicium talium donationum, idemque tradit idem

D.de

D. de Franch in deciſ. 205. vbi refert ſic paſ-
22 ſim iudicatum. Habet enim vxor inſimul cũ filijs,& cæteris coniunctis cauſam onerosã ſecundum *tex. notab. adhoc in l.* 1. *C. de impon. lucratiu. deſcript. lib.* 10. Ibi *affinitatis coeundę cauſa donauerit*, & ibi, *nec enim iuris optimi eſt, vt matrimonium cum tot, tantiſq; ſuis difficultatibus opprimatur*: & ideò notabiliter *Andr. de Barul. ibi* dicit, duod tales donationes non dicuntur habere titulũ lucratiuum; cum ſint ſubiectæ oneribus matrimonij,& reſpectu filiorum, dicit idem *tex.* ſatis notanter, quod eſt potiùs debiti naturalis ſolutio, quàm liberalitas: hinc *Bart. Io.*
23 *de Plat. & Rebuff.* tradiderunt *ibidem*, qđ ſi gabella eſt impoſita pro eo, quod transfertur titulo lucratiuo non ſoluetur de tali donatione facta filio per rationem poſitam in *tex. & Io. de Plat.* ponderat eumdem *text.* in illis verbis *affinitatis coeundæ cauſa*, vt qui aliquid recipit, vt donet, vel donat, quia recipit non dicetur tunc titulus lucratiuus, vbi *Bald.* per regu. eiuſdem *tex.* not. quod donatio propter nuptias non dicitur titulus lucratiuus.

Et licet ſimus in contractu inter viuos, & debet imputari vxori, ipſiuſque coniunctis, qui ſcienter ſuper feudalibus contraxerunt, & ſtante ſcientia, & ſic mala fide nullum debetur intereſſe ſecundum *præallegata*, tamẽ notentur reſponſiones.

In Regno, vt ſupra fundatum fuit, emptor recuperat pretium, ſicut venditor rem feudalem alienatam, etiam quòd ſcienter cõtraxerint: igitur quare vxor, qui in pretium matrimonij, & dotis, & correſpectiuè ad hęc matrimonium fuit contractum, donationem recepit, non recuperabit æſtimationem huius donationis, ſi eſt pars contractus matrimonij, ſi propter eam tanta dos fuit conſtituta, ſi ſine ea matrimonium non eſſet contractum: ita quòd dicitur habere cauſam oneroſam, & erit talis donatio pretium conſtitutum dotis, & matrimonij, vel ſaltim erit permutatio facta inter contrahentes: videlicet, ex vna parte dos, & ex altera donatio: vnde ſicut rei feudalis annullato contractu pretiũ eſt reſtituendũ: ita pariter annullata donatione data in pretium, ſeu permutatione dotis, & matrimonij debet loco pretij euicti præſtari intereſſe, ſeu illius æſtima-
24 tio pro quo affero deciſionem *Andr. in §. è contrario colum. final. de inueſt. de re alien. fact.* intellecta communiter per noſtros *Regnicolas* in quarta conſtituta in feudo abſq; aſſenſu, vt re euicta debeatur vxori æſtimatio, quia eſt cauſa oneroſa, & reſpectiuè ad dotes conſtituta fuerat quarta, licet abſque aſſenſu in feudo conſtituî non poterat; nam licèt *Andr.* ponat caſum in emphyteuſi eccleſiaſtica, quia eadem eſt ratio, & procedit argumentum de emphyteuſi ad feudum, & ſic in feudo, & in donatione facta propter nuptias feudi abſq; aſſenſu intellexit *Andr. Camer. in cap. imperialem cart.* 28. *col.* 2. *in fin. verſ. ſed quid verbis moror*, vbi teſtatur de communi opinione *Doctor. & cart.* 28. *colum.* 3. *verſ. hoc idem tenuerunt in feudo*, & ſic intelligit *Andr. Freec. in differ. feud. ex pact. & hared. in* 12. *differentia*. Nec obiectio *modernorum addentium ad Andr. ibidem* in aliquo obſtat, dum ponderant ſcientiam, nam non procedit hoc in mulieribus, vt ex eodem *Andr.* in ſequ. argumento dicemus.

Sed magis ad caſum decidit *Andr. in §. donare in addit. qual. ol. pot. feud. alien.* vbi etſi non poſſit dari feudum in dotem abſque aſſenſu, ſi tamen fuerit datum etiam cum ſcientia, tàm viri, quàm vxoris declaratum eſt fauore matrimonij, vt in *regiſtris Regis Federici* deberi æſtimationem non obſtante nullitate contractus, dicitq; *Andr.* quòd ſciẽtia non debet nocere mulieri, quia hæc rigoroſa non conſueuerunt ſcire mulieres; & ſic dixit limitari *text. in d. cap. imperialem in §. Imperator Lotharius*, quàm doctrinam refert, & ſequitur *Capyc. in repet. cap. imperialem cart* 16. *verſ. quarto notandum* idemque tradit *Iſer. in conſtit. Regn. fratribus*, vbi quod interim tenebit vir feudum loco pignoris, & durabit etiam quod feudum deuoluatur ad Dominum, quia conſiderauit Rex cauſam honoratam, ac fauorabilem, ne mulieres per iuris ſubtilitates deceptæ remanerent.

Si ergo hæ donationes ſunt pars contractus matrimonialis, fiunt, vt mulieres, ac filij commodè viuant, ac decẽtem vitam ducãt, habent cauſam oneroſam, datur in muliere bona fides: ita quòd ſcientia ſecũdùm *Andr.* quod ſit res feudalis non nocet, quia mulieres ſcire non habent rigoroſas prohibitiones feudorum; dicitur emiſſe mulierem hãc donationem, dum reſpectiuè ad illam matrimonium contraxit, & talem dotis quantitatem conſtituit. Igitur omninò æſtimatio debebitur, tum quia ſecundum *Andr.* datur bona fides in muliere, quo caſu de iure communi feudorum, & etiam de iure Regni poteſt agere ad intereſſe: tùm etiam quia dicetur donatio pretium recompenſatiuum matrimonij, & dotium, & de iure communi feudorum pretium recuperat; & in terminis *Conſtitut. Regn.* etiam abſque bona fide in omnem caſum pretium ſolutum reſtitui debet

bet, pro quo eſt propria deciſio facta in cau
25 ſa illorum de Rota cum Aſcanio Columna, vbi iudicatum fuit, teneri Aſcanium ad æſti mationem Caſtrorum promiſſorum ex cauſa remunerationis ſeruitiorum; licèt in contractu non interuenerit aſſenſus, & hoc ea ratione, quia ex cauſa oneroſa, & ſeruitia importabant pretium, & æſtimationem, quã deciſionem refert *D. Frecc. in d. 12. differ. int feud. ex pact. & feud. hared. in 3. lib. & Ann. vbi ſupra num. 159.* Et tandem, vt diximus, lex feudorum abſolutè tradit, quòd quando non eſt emptor, ſeu non ſunt contrahentes in mala fide, quòd excuſantur, & datur actio ad intereſſe, quæ mala fides cùm non conſideretur in muliere ex preallegatis: immò conſideratur ex aduerſo fraus, dolus, & deceptio; maximè in mulieribus principa libus, & nobilibus, dotes ingentes conſtituẽ tibus, quæ per alios contrahunt ratione ſexus, pudicitiæ, & honeſtatis, in quibus lex ignorantiam præſumit, & credere tenentur bono viro. Propterea omni iure videtur deberi æſtimationem, quæ cogitentur: nam ſuccedunt in dies, & Ego indubitanter pro hac parte iudicarem. Quicquid dixerit *Ioa.*
26 *Vinc. de Ann in allegat.* 140. qui ad prædicta non aduertit, nec verbum quidem de prædictis tractat, articulum non deguſtauit, & interiora eius non penetrauit, & in illa propria cauſa aduerſus allegationem illam latiùs ſcripſi, dum eram Aduocatus Alonſi Sanchez filij prædicti Marchionis, omni genere virtutum cumulatiſſimi, & verè recolendæ memoriæ, ſed aduerſæ fortunæ. Tenui inquam opinionem, vt ſupra relatam, pro indubitata, pro chriſtiana, & quod ex ea omnes machinationes fraudum pẽnitus tollerẽtur, quæ cauſa me exiſtente medio fuit inter ſucceſſores tranſacta, ſtante maxima ipſius
27 dubietate ex præallegatis. Et ſic pariter annullarem quamlibet diſpoſitionẽ, quæ quomodolibet fieret ad fraudandum legitimum ſucceſſorem, quamquã eſſemus in feudo hæreditario, cum lex non concomitetur fraudem, & omnia quæ permiſſa ſunt, intelliguntur, dũmodo ſincerè, & bona fide, ſine odio, & fraude fiant, ad *tex. in d. cap. 1. §. ſed & res, per quos ſi. inueſtit.* Ibi *per feudum tamẽ cuilibet dare poteſt niſi fiat in fraudem*, vbi *gloſ. in verb. in fraudem*, dicit ſi ideò fecit, vt priuet eum, qui ſuccedere deberet ad ſuam ſucceſſionem *ibique Andr. & omnes, Neapod. in conſuet. Et ſi teſtator in verb. diſponere num. 14.* maximè concurrente titulo lucratiuo legari, vel donationis ſecundum *Neapod.* quæ ſunt deciſiones ad hoc punctuales. Item *text. in cap. 1. qual. olim pot. feud. alien.* Ibi *quod tamen hodiè ſincerè, & ſine fraude licèt ei facere*, vbi *Andr. & Scrib.* cõmuniter *gloſ. Magiſtr. in gloſ. magna circa medium, in rubr. de alien. feud. pat.*

28 Sed an detur reuocatio vigore prædictæ *Conſtitutionis Regni poſt preces Regi porrectas*, & pendente conſultatione, ſi aſſenſus debet præſtari, & de materia reuocationis factæ, vide *in deciſ. mea 6.*

29 Et quid de prælatione Domini in venditione feudi, quando non pro ſe, ſed in alterius beneficium vult illam exercere, & multa de feudo franco, & an exemptus ab adhoa, ſit exemptus à donatiuis, vide *in deciſ. mea 3.*

30 Et quid de prælatione conſanguinei in venditione feudi, vide *in deciſ. mea 10.*

SVMMARIVM.

1 *Filius in feudo hæreditario non inſtitutus, an ſuccedat, & ſuccedendo an teneatur ad onera abſque aſſenſu per defunctum facta.*

2 *Opinio Doctor. refertur, quod non inſtitutus vniuerſaliter, vel in quota non ſuccedit etiam quòd ſit inſtitutus in re certa.*

3 *Opinio aliorum refertur volentium inſtitutum in re certa, & non in feudo hæreditario ſuccedere in eo, & non teneri ad onera, quæ reprobatur, & declaratur tantum procedere in feudo ex pacto, non hæreditario, & num. 4. vbi deciſiones diſtinguuntur.*

5 *Inſtitutus in re certa, quomodo dicatur eſſe loco legatarij, & ad onera hæreditaria non teneri.*

6 *Teſtator poteſt habere duo patrimonia.*

7 *Feudatarius poteſt habere vnum hæredem in feudis, & alium in allodialibus.*

8 *Hæres in feudalibus, & hæres in allodialibus, vnuſquiſq; contribuit pro rata bonorum in oneribus hæreditarijs.*

9 *Feuda hæreditaria veniunt in petitione hæreditatis, & dicuntur eſſe corpus patrimonij, & computantur filijs in legitimam.*

10 *Filius in feudo ex pacto eſt deterioris conditionis, quàm agnatus, quia tenetur etiam hæres in hæreditate allodij, ſed ſufficit, quod ſit inſtitutus in re certa, & latius nu. ſeq.*

11 *Filius in feudo ex pacto non tenetur ad onera hæreditaria, confecto inuentario, quia feudum non eſt de corpore hæreditatis, quod ſecus eſt in feudo hæreditario, & num. 12.*

Leges

13 *Leges ciuiles non ſunt adducendæ in materia feudi hæreditarij, dum prædicta qualitas conſideratur in eo tanquàm ſubſtantialis & intrinſeca, non autem vt accidentalis & ſeparata.*

14 *Feudi hæreditarij natura eſt, vt ſuccedens in eo dicatur eſſe hæres feudi & in eo ſuccedere tanquàm inſtitutus à principio generationis ipſius.*

15 *Deciſio Gul. Pern. Sicul. commendatur ad prædicta.*

16 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus eſt hæreditarium, & in Regno opinio eſt indiſputabilis.*

17 *Succeſſorem in feudis hæreditarijs oportet habere qualitatem ſanguinis, ac qualitatem hæredis, quod vltimum intelligetur quatenus pater inſtituit, alias ſi non ſtat per filium, vel, alium ſucceſſor feudum habebit tanquam inſtitutum in eo à principio generationis ipſius, & ſic quia hæres semper tenetur ad onera, quòd non eſt in feudo ex pacto.*

18 *Teſtator poteſt habere hæredem ex teſtamento in allodialibus, & ab inteſtato in feudalibus.*

19 *Inuentarium in feudo hæreditario releuat taliter, quòd ſi non confecerit, tenebitur hæres etiam vltra vires.*

20 *Feudatarius etiam non inſtitutus ab vltimo moriente iure hereditario ſucceſſionem feudi hæreditarij capit.*

21 *Opin. omnium Doct. diſtinguitur & firmatur opinio in feudo hæreditario, vt non inſtitutus in eo ſuccedat cum qualitate tamen hereditaria, & ad omnia onera teneatur, vbi de communi teſtatur, & referuntur deciſiones factę pro hac parte, ac confutatur opinio Bammac. in cap. Titius ſi de feud. defun. mil.*

22 *Onera hæreditaria, ſi fuerit mandatum ab vno tantum hęrede ſolui, alter hæres, ſeu cohæres non tenetur contribuere.*

ARGVMENTVM.

Filius in feudo hæreditario non inſtitutus ſuccedit, ſed tenetur ad onera. In feudo ex pacto ſufficit ſucceſſorem inſtitutum in re certa. Contributio in oneribus hæreditarijs fit inter hæredes, tam allodialium, quam feudalium. filius in feudo ex pacto non tenetur ad onera confecto inuentario. In feudo hæreditario dicitur quem eſſe hæredem in ipſo feudo. Inuentarium in feudo hæreditario non releuat, niſi vt feudatarius non teneatur vltra vires hæreditatis.

§. III.

CAeterùm videamus attentis ſupra diſcuſſis, quomodo procedat articulus alias ventilatus, ſed confuſim, ſi in feudo hæreditario filius hæres non inſtitutus adhuc ſuccedet, & ſi tenetur ad onera hæreditaria, cum qualitas feudi hæreditarij requirat, quod ſucceſſurus in eo ſit hæres defuncti, in tantum quod in fraſcripti *Doct.* voluerunt, quòd qui hæres inſtitutus non fuerit, ſuccedere non poſſit, ob quod vel alius agnatus ſuccedet, vel eo deficiente Dominus directus erit ſucceſſor, & voluerunt non ſufficere eſſe inſtitutum in re certa, ſed vel vniuerſaliter, aut in quota, ita *Curt. in tract. feu. 1. p. 8. q. num. 10. verſ. & per prædicta, Rol. à Vall. in conſil. 28. num. 52. 1. volum.* vbi cumulat innumeros *Pariſ. conſ. 16. num. 14. 1. volum. Burſ. conſ 92. num. 28. 1. volum Alber Brun. conſ. 9. & 10.* cumulans deciſiones, & teſtatur de communi *idem Caphal. in conſ. 657. Peregrin. conſil. 19. in princ.* vbi pariter *Doct.* innumeros cumulat *Pet. Greg. de conceſſ. feud. 2. par. q. 10. num. 22.* recenſet pariter multos *Piſtor. in ſuis quæſt. feu. 2. par. 1. q. nu. 67.*

1

2

Alij dixerunt in feudo hæreditario filium inſtitutum in re certa, non autem in feudo, ſuccedere in ipſo feudo, & nõ teneri ad onera hæreditaria, de quo per *Capyc. in ſua inueſt. in ver. feudorum executiones verſ. ſucceſſor in 2. lim.* ſed dictum ſuum fundat auth. *Bald.* qui loquitur in feudo ex pacto, vt inf. dicemus, & ante *Capyc.* dixit hoc *Gul. Pern. in 4. notab. in verſ. ſed moueo dubium* idemque tenuit *Affict. in cap. 1. an agnat.* auth. *Iacob. de Beluiſ. & Bald.* qui pariter, vt infra dicemus, loquuntur in feudo ex pacto, & eodem morbo laborat, dum eamdem opinionem tenet in *Conſt. Reg ſi quis poſt litem, & Guliel. Pern.* vt infra demonſtrabimus eſt ſibi contrarius, & omnes deciſiones, quæ adducuntur, loquuntur in feudo ex pacto, & pariter errauit *Ioan. Tho. de Mar. tit. 6. de feud hære. antiq. verſ. 2. limitatur* dum auth. *Iacob. in ver. ita quod ipſi inueſtiti nu. 5. & Curt. vbi ſupra* voluit, vt filius inſtitutus in re certa bonorum paternorum, poſſit habere feudum, nec eo caſu aſtringetur oneribus hæreditarijs, errauit inquam, & *Iacob.* loquutus eſt in feudo ex pacto, & in ſpecie ad limitationem *text. cap. 1. an agnatus, & omnes,*

3

4

3 *omnes*,qui hanc opinionem tenuerunt, ſe deceperunt in eo, quod inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, & omnia onera ſpectant ad hæredem vniuerſalem,ex regul. *tex.in l.quoties C.de hæred.inſtit.* & benè dicunt reſpectu rei certæ,in qua eſt inſtitutus, ſed ſi ab inteſtato ſuccedit in feudis,& in eis
6 eſt hęres vniuerſalis,vt infra dicemus,cũ poſſit teſtator duo habere patrimonia,vnũ paganicũ, & aliud caſtrenſe ad *tex.in l.ſi certarũ*
7 *§.1.ff.de milit. teſt.*ſic etiam dicit *Bald.* in feudatario, vt poſſit habere vnum hæredem in feudalibus,& alium in allodialibus in *authen.ceſſante num.4.C.de leg.hęred.* cumulat multa ad propoſitum *Lanar.in conſ.* 80. *nu.* 14. *& ſeq.* Hinc deciſum eſt, & pro lege ſer-
8 uatur, vt vnuſquiſque hæres contribuat pro rata bonorum ſecundum *Capyc.deciſio.* 198. latius *D.Frecc.in* 13. *differ.int.feud.hæred.*
9 *& feud.ex pact.*ob quod dixerunt *Doct.* venire feudũ hæreditariũ in petitione hæreditatis auth. *Andr. &* prius *gloſ.in l.non tantum §.videndum ff.de petit.hęreditat.*& deciſiones cumulat *D.Frecc.vbi ſupra in 8. differ.*& quia cenſetur vt cætera bona allodialia, & dicitur eſſe corpus patrimonij,propterea computatur filio in legitima,*idem Frec. in differ.*14.ergo quo iure fũdari poteſt,q̃ ad onera hęreditaria filius in hæreditario feudo ſuccedẽs nõ tenea:ur q̃ nõ eſt in feudo ex pa
10 &o:nam cum filius ſit deterioris conditionis,quàm agnatus, quia tenetur hæres eſſe in hæreditate allodij patris,iuxta regu. *text. in cap.1. an agnatus, vbi Andr.* & communiter *Scrib.* propter ipſius honorem,cum ab eo habeat eſſe, & iniuria pater afficeretur, quod non procedit in agnato,propterea non poteſt admitti ad feudi ſucceſſionem,niſi ſit hæres patris in allodio,& ob hoc dicunt *Doctor.*quòd ſufficit eſſe inſtitutum in re certa, vt habeat nomen hęredis à lege requiſitum, & ſic in feudo ſuccedet, & non tenebitur ad
11 onera,confecto tamen inuentario,ita *Iacob. de Beluiſ.in cap. 1. an agnatus*,& dat rationem *ibi Bald.*dicti *Iacob.de Beluiſ.* quare filius inſtitutus in re certa habebit feudum, & non tenebitur ad onera, quia ius feudi non concernit hæreditatem diſtributiuè,ſed ſolam hæredis qualitatem reſpicit denominatiuè, & ſic loquitur *ibi* pariter *Aluar.* quæ ratio non procedit in feudo hæreditario,dum feudum eſt de corpore hæreditatis, & quis ſuccedit,vt hæres in ipſo feudo,& ſic non denominatiuè,ſed ſubſtantialiter,& diſtributiuè reſpectu qualitatis hæreditariæ tranſubſtantiatæ in ipſo feudo, & hoc eſt, quod pariter dicit *idem Bald. in cap. 1. de ſucceſſ. feud.* qui loquitur in feudo ex pacto non hæreditario, & tractat de filio inſtituto in re certa, vt habeat portionem ſibi debitam in feudo,quia feudum non eſt de corpore hæreditatis, & nomen hæres,dicit ipſe,reſpectu bonorum extrinſecorum, quę non ſunt de corpore hæreditatis, verificatur etiam in hærede ex re certa, & allegat *Iacob. de Beluiſ. in cap.1.an agnatus*, & ſic intelligit illum in feudo ex pacto, quòd non poteſt tergiuerſari, quæ eleganter declarauit *Camer.in allegato cap.imperialem,§.prętereа*
12 *Ducatus cart.96.*dicens,quòd ſecundum naturam propriam hæreditariam feudum efficitur hæreditarium, & ob id in ipſo feudo erit hęres, & hæc qualitas tranſit in ſubſtantiam taliter, quòd feudum non eſt amplius illud,quòd fuerat antea, & Ego addo, quod cum pœnes Regem non detur feudum, & illud à lege inueſtiturę ſuam innatam aſſumit naturam,cum qua naſcitur,viuit,& moritur propterea non eſt benè dictum,quòd non eſt amplius illud, quòd erat, ſed quod ſemper fuit idem à ſua natiuitate, ita quod ſecundum *eumdem Camer.* qualitas hæreditaria non eſt accidentalis, nec quid ſeparatum à ſubſtantia feudi,ſed ipſum feudum, & ob id
13 dixit in hac ſpecie feudi hæreditarij minimè arguendum eſſe à legibus ciuilibus,quæ qualitatem hæreditariam conſiderauerunt,tanquàm quid accidens ſeparatum à ſubſtantia rei,in quo dixit erraſſe *Dec. in conſ.* 185. *cũ ſecta ſua*,volentem, vt ſtarent iſta ſimul, videlicèt feudum non capi,tanquàm rem hæreditariam,& ſucceſſorem eſſe hæredem: nam feudum ipſum eſt hæreditarium,& ſucceſſor in eo ſuccedit,tanquàm in corpore hæreditario,quòd eleganter paucis verbis explicauit *Andr.in cap.1.§. quid ergo de inueſtit.de re alien. fact.idem Camer. in loco ſupra allegato car.*106.*à tergo,verſ.ita tenet Iſer.*latiſſimè, & eleganter per *eumdem in cap. 1. an agnatus in quæſt. 9. num.* 91. omninò videndum,& deciſ. *Bald.Iac.de Beluiſ.& aliorum* in quibus ſe fundant *Capyc. & Afflict.* benè procedunt in feudo ex pacto, vt ipſi loquuntur, non autem in feudo hæreditario, & ſic pariter in feudo ex pacto loquitur *Iacob. de Beluiſ. cum ſequacibus in cap. Titius ſi de feud.defun.milit.*Quam opinionem,vt in feu
14 do hæreditario dicatur quem eſſe hæredem feudi, & in eo quem ſuccedere, tanquàm hæredem inſtitutum à principio generationis ipſius,tenuerunt *omnes antiqui noſtri*, videlicet *Andr. Loffred. Camer. Reg. Villan. Minad.D.Frecc. & Siculi in c.volentes*, & ſecundum hanc opinionem ſemper iudicatũ,latè tradit *Piſtor.in loco infra allegando* & vt latius habetur in *conſilijs meis* 13. 34. 52. *et*

52. *et* 88. quod etiam benè explicat *Doctiſſimus Don Garſia Maſtrillus in add. ad Pet. Greg. in par. 2. titul.* 10. *in lit.* M, & notetur dictum elegans *Gugliel. Pern. in loco allegat. verſ. nota benè* cuius infraſcripta ſunt verba.

15 *Et nota bene, quod nunquàm audiſti, quòd eo caſu, quòd feudum eſt hæreditarium quia conceditur tibi, & hæredibus, vt dixit Princeps, quòd filij tantum ſint hæredes, tunc ex ipſa conceſſione Principis, & ſic ex ipſa lege, ex tunc fit hæres, vnde amplius non curamus, an inſtituatur filius hæres, vel non, quia ad id ſemper eſt hæres & venit vt hæres conſtitutus ab inteſtato ab ipſa origine conceſſionis, & ſic non poteſt aliter venire, quam ipſi fuerit conceſſum, vnde non eſt tractandum, vel curandum, inſtituat pater, vel non quoad huiuſmodi feudum, & hoc vult belliſſime Andr. de Iſer. de inueſt. de re alien. facl. cap.* 1. Hæc *Pern.* ex quo videtur ſe contrariaſſe cum dictis antea in verb. *ſed mo-*

16 *neo dubium, & etiam in ſuo conſil.* 6. quæ opinio in Regno eſt indiſputabilis per ſpeciales *Conſtit. & Capit.* ipſius, ex quibus confunduntur dubietates, *Frecc. in* 16. *diff. in loco vbi ſupra allegat.* Dicit enim *Conſtitut. Regni poſt mundi machinam, cum igitur Regnum Siciliæ noſtræ maieſtatis hæreditas prætioſa, & in Conſtitut. Reg. incip. cum hæreditarium noſtrum Regnum, & in cap. Regis Caroli Illuſtris Principis Salerni Regis primogeniti incip. Prælatis Eccleſiarum* ibi *prædictumque noſtrum hæreditarium Regnum Siciliæ, cuius inueſtitura eſt proſe; et hæredibus* & habetur per *Moder. Add. ad And. in d. §. quid ergo.*

17 Ex his inſurgit tertia, & vera opinio, q̃ cum in feudis requiratur qualitas ſanguinis, & hæredes non omnes ſunt vocati ad ſucceſſionem, ſed qui habent hanc qualitatem, & ſic è contra non ſufficit qualitas ſanguinis, niſi ſit hæres, quia ſic conceſſum, propterea communis eſt ſchola *Doctor.* vt quando non ſtetit per filium adire patris hæreditatem ſuumque eſſe hæredem, quia pater alium inſtituit, tunc ex qualitate innata à principio generationis feudi ſecundum deciſionem prædictam *Pern.* filius, qui habet qualitatem ſanguinis, feudum hæreditarium auocabit, quia non ſtat per eum eſſe hæredẽ vltimi

18 morientis, & in eo dicitur inſtitutus à principio acquiſitionis feudi ex natura hæreditaria illi appropriata, ita quòd teſtator reſpectu allodialium dicetur habere hæredem ex teſtamento, & reſpectu feudalium ab inteſtato, quòd ex poſt facto benè ſubſiſtere poteſt; dictum fuit originale *gloſ. in Conſtitution. Regn. vt de ſucceſſionibus in verb ex vtroque parente*, aliàs dicit *gloſ.* inducta eſſet fraus ad priuandum filios ſucceſſione illis in feudis debita, & hoc dictum ſequuntur *omnes* in feudo ex pacto, & latius *D. Frecc. vbi ſupra in* 10. *differen.* & ſolemniter *Camer. in capit.* 1. *an agnatus quæſtio* 14. *nu.* 114. nam iniuria, & honor patris nõ conſiderantur, vt benè aduertit *Camer.* dum ſatisfactum intelligatur patris voluntati, qui alium, & non filium elegit ſibi in hæredem, & pariter idem in feudo hæreditario *ex prælegatis*, ſed differentia conſiſtit in feudo hæreditario, cum filius ſit hæres in ipſo feudo, tanquàm de corpore hæreditatis, quòd non eſt in feudo ex pacto, quòd de hæreditate non dicitur, & cum hæres in feudo hæreditario illud conſequatur filius, vti talis tenebitur ad

19 omnia onera, vt benè diſtinguit *Minado in conſil.* 10. 3. *column. numer.* 71. *& idem Camer. in d. quæſt.* 14. dicens ſuccedere in feudo hæreditario etiam non inſtitutum, quoniam non ſtat per ipſum, & erit hæres in ipſo feudo, cùm ſit quoddam vniuerſum, in quo de per ſe qualitas hæreditaria eſſe poteſt; & ſi intelligitur inſtitutus a principio acquiſitionis feudi ſecundum *Pern.* quid dubij, quòd tenebitur ad omnia onera hæreditaria inſimul cum alio hærede inſtituto in allodialibus, & hæc eſt communis, obſeruata, & iudicata opinio, vt latiſſimè habetur per *Piſtor. in ſuis quæſtio thom.* 2. *quæſtio.* 1. qui *omnes* cumulat, & nihil reliquit intactum, & *ibi num.* 82. refert hanc eſſe communem opinionem, & *num.* 84. quòd in iudicando ab ea non eſt recedendum, & *num.* 70. cumulat *omnes noſtros Regnicolas* pro hac opinione, & hoc eſt, quòd communiter *Doctor.* dicunt, videlicèt in feudo hæreditario inuentarium non releuare, quo mi-

20 nus ad omnia onera defuncti teneatur feudatarius vſque ad concurrentem quantitatem valoris feudi, & ſi non confecerit inuentarium tenetur etiam vltra vires, cumulat deciſiones omnium *Piſtor. ibi ſupra num.* 73 cuius deciſionis author fuit *Iſer.* communiter ſequutus *in d. capit. an agnatus, vbi Camer.* 2. *part. num.* 84. *& in cap. imperialem fol.* 20. *in liter. E. Loffr. in conſil* 46. *latiſſimè in meo conſil.* 13. *in conſil.* 34. *in conſil.* 52. *& in conſil* 88. 1. *volum.* hinc & ſi feudum dicatur legitima primogeniti, tenetur tamẽ ad onera, quia capit vt hæres, & eſt hæres in ipſo feudo, quòd dicitur patrimonium hæreditatis, *Frecc in differ.* 19. & propterea iure hæreditario ſucceſſionem feudi capit feudatarius, etiam non inſtitutus ab vltimo

morien-

moriente secũdum *Dominum Minad. in allegat.consil.* 10. quem alle[illegible]. & sequitur *Pistor.num.*69.

Ob quod distinguendo dicta *Doctorum*
21 non potest dubitari de hac communi opinione,nam multi, qui dicunt in feudo hæreditario etiam non institutum succedere, cum per ipsum non stat, isti non faciunt ad articulum,si succedendo tenetur ad onera, *alij* qui loquuntur in feudo ex pacto non hæreditario, pariter non facit ad quæstionem.*alij* qui loquuntur in propria quæstione feudi hæreditarij, dùm non aliter disputando articulum simpliciter fundauerunt dictũ ipsorũ ex decisione *Doctor.* loquentiũ in feudo ex pacto, similiter de illis nulla est habenda ratio,quibus de medio sublatis apparet hanc esse communem opinionem fundatam per iuris terminos in alia opinione communi,videlicet, quòd succedens in feudo hæreditario dicitur hæres feudi, & feudum est de corpore hæreditatis, ergo si hæres tenetur, vt talis ex facto defuncti, ad *text. in l. cum à matre C.de re vendicatione*, & successiuè tenetur ad omnia onera in hæreditate relicta,quia dicitur succedere vltimò morienti ab intestato cum qualitate tamen hæreditaria secundum *omnes*, vt per *Pistor.ibi supra num.*72. & contra tradita per *Regentem de Curt. in suo diuers.feud. in cap.incip.multoties nu.* 117.*Consil. de Georg. in allegat.* 20.*& Pet.Gregor.part.*4. *num.*14. fuit pluries decisum etiam per Collaterale Consilium per binas sententias,cum impositione perpetui silentij,vt *idem de Georg.* refert,& Ego fui Aduocatus in illa causa Lucretiæ de Como, & victoriam reportaui, in qua est *consilium meum allegatum num.* 13 cumq,successor in feudo dicatur successor vniuersalis respectu feudi, & sic quando est hęreditarium, dicetur hæres vniuersalis in feudo, sicut quilibet alius in allodio, vt dixit eleganter *Bal.in d.authen.cessante nu.* 4. *C.de leg. hared. Capyc. in decis.* 20. *num.* 29.*Boer.decis.*204.*num.*45. propterea nulla habita fuit ratio illorum, qui dixerunt successorem in feudo non institutum dici hæredem in re certa, vel particulariter in feudo institutum habẽri pro legatario, & sic non teneri ad onera,vt latè *p Dominũ de Frãch. in sua prima decisione in fin.* auctoritate *Bal. in l.si certarum ff de milit.testamento*, in qua *decisione* apparent decisæ per Sacrum Consilium omnes quæstiones,prima,quod hæres in feudo non institutus succedit: secunda, quòd si feudum est hæreditarium succedit cum qualitate hæreditaria:tertia,quòd propter hoc tenetur ad onera omnia:quarta,& vltima,quòd non dicitur succedere in re certa,nec dicitur hæres particularis, sed vniuersalis in hæreditate feudali, & ponderetur dictum elegans in *prædicta decis.nu.* 25. quòd si ex hoc posset feudatarius per indirectum eximere feudum hæreditarium à solutione onerum, quodq; succedens in eo haberet illud præcipuum,esset mutare naturam feudi, cum ad successorem absque natura hæreditaria feudum transiret,& sic faceret illud de hæreditario feudum ex pacto, quod sine Regis expresso consensu fieri nullo modo potest, vbi decisiones cumulat, ex quo iustissimè *Pistor.*dixit hanc esse communem, & approbatam opinionem, & secundum eam à iudicando non esse recedendum,& responsũ apparet omnibus argumentis contra illam adductis per *Eruditissimũ Bammac. in d. c. Titius,si de feud. defunct. milit. quæst.* 1. & specialiter septimum argumentum,quod videtur magis vrgere,nam vt diximus non solùm in feudo hæreditario habet feudatarius nomen hæredis,sed capit bona cum qualitate hæreditaria,& est qualitas insita substãtialis,& non accidentalis,ob quòd dixit *Camer.* non esse arguendum in feudis hæreditarijs ex legibus ciuilibus,aliàs esset inducta via fraudandi creditores omnes hæreditarios,dùm filius, quia non institutus feudum ab oneribus hæreditarijs exemptum habere vellit;instituere enim pater semper alium, & hæreditario feudo per Regem constituto vasallus effectiuè contra legem inuestituræ, & absque directi Domini assensu naturam feudi hæreditarij mutaret in naturam feudi ex pacto, & ob id etiã in succedẽte cõtra voluntatem testatoris,& in solo feudo decisum est ex his teneri ad contributionem omnium onerum cum hærede in allodio,de quo facit decisionem *Capyc.num.*199.& sic,& tunc, & nunc, & semper fuit per Sacr. Cõs. decisum, vt per *D.de Franch in d.sua decis.*1. *nu.* 23. *&* 24.& quotidie practicamus, & si ab vno
22 tantum hærede mandatum est onera solui,ille tantum tenebitur, secundum *eundem D. de Franch.in fin.sua decisionis*,& in hoc secũdum *Isern.cateros*q; *Doctor.* deseruiet inuentarium;cum non teneatur vltrà vires, alias ad omnia tenebitur, & si hæc opinio *Bammac.* esset vera,nulla admittenda erat disputatio tot grauissimorum patrum,si feudo legato debeatur æstimatio: nam cùm deficiebat institutio in eo,& succedebat contra voluntatem defuncti; articulus non poterat defendi,& licèt teneam veriorem opinionem illam,scilicet æstimationem non deberi, tamen *omnes*, qui eam tenuimus,eam non fundauimus in defectu qualitatis hæreditariæ,

nec

nec de hoc verbum quidem, ſed fundauimus illam in nullitate totalis diſpoſitionis, quia contra legem, quia impoſſibilis aſſenſus, & quia in fraudem ſucceſſoris, vt ſic omni iure dicere debeamus ab hac opinione non eſſe recedendum, ſecundum quam Sac. Conſ. ſem per iudicauit, & *in meis conſilijs* deciſiones referuntur poſt *deciſionem primam D. Praſid. de Franch.*

Ex quibus allucinati ſunt *Doctor ſupra* relati, qui tenuerunt filium in hæreditario feudo non inſtitutum vniuerſaliter, vel ſaltem in quota nullo modo ſuccedere, intantum quod agnatis non extantibus feudum deuoluatur ad fiſcum: erronea enim eſt vndique opinio, quando per filium non ſtetit ex *præallegatis*, & ſi hæres eſt in ipſo feudo hæreditario, & taliter inſtitutus à principio generationis, tanto magis opinio eſt erronea, quod inconuincibiliter ex *eorummet* dictis probatur, nam dicunt tali caſu agnatos ſuccedere, & in eorum defectum fiſcum, ſi ergo filius reperitur excluſus, quia alius eſt inſtitutus hæres, & ipſe non poteſt habere hãc qualitatem hæreditariam, ergo cum hæc eadem deficiat in agnatis data hæredis inſtitutione, ſequitur propterea quod opinio prædicta nullam habet ſubſiſtentiam, & excepto *Curt.* eſt opinio *conſulentium*, quibus benè reſpondet *Piſtor. in loco præallegato*, & argumento fraudis non poteſt vllo modo dari cõgruum reſponſum, cui verè *Bammac.* non valens reſpondere tenuit opinionem mediam, quòd filius teneatur ad debita ex cauſa oneroſa contracta per teſtatorem in vita, non autem ad legata, & cætera voluntaria in teſtamento diſpoſita: quæ opinio non poteſt ſubſtineri, ſalua pace *D. Bammac.* quem ego multum obſeruo, nam ratio, quare vult, vt filius ſoluat onera neceſſaria, non poteſt eſſe alia, niſi quia hæres in feudo, iã q̃ loquimur de oneribus abſq; aſſenſu, nã in oneribus cum aſſenſu non adeſt diſputatio; ſi ergo ſoluit hæc onera, quia hęres in feudo, ergo non poteſt dimidiari, vt eodem tempore ſit hæres, & ob hoc ſoluat onera neceſſaria, & vti non hæres non ſoluat voluntaria eſt vnica ratio, quæ pariter omnia determinat ad *text. in l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill.* & vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, maximè indiuidualis, vt eſt hoc nomen hæres ad *text. in l. eum, qui ades ff. de vſucap. cũ concord.* benè tenui alias faciendam eſſe legem ad euitanda hæc omnia figmenta, & verè diſpoſitiones feudorum in contemptum Domini abſque aſſenſu, & in fraudem ſucceſſorum, & ſic dum aſſiſterem in ſupremo Cõſilio Italiæ fuit Regi conſultum fieri debere *Pragmaticam*, vt feudatarij cum qualitate hæreditaria non tenerentur, niſi ad debita defuncti ex cauſa oneroſa, non autem ad cætera voluntaria, quia per indirectum eſt fraudare legem, eſt fraudare ſucceſſores, & defunctus diſponeret abſque aſſenſu, & ſufficere debet ſucceſſorem in feudis onera neceſſaria defuncti ſoluere, licèt aſſenſu careant, ſic tollitur fraus, & feudatarius ſuis ſuccurrit neceſſitatibus, & honor Domini conſeruatur, & non contemnitur; fuit inquàm ſcriptum Proregi, vt conſulto Collaterali Conſilio reſponderet, quid ſibi occurrebat, & tandem ego diſceſſi à Regia Curia, & alia non fuit facta prouiſio.

DE ASSENSIBVS REGIIS SVPER ALIENATIONE feudorum præſtandis, & quid in ſubfeudis, ſeu feudis mixtis, quæ dicuntur quaternata ſecundum quid, & ſic pariter de feudis titulatis.

TITVLVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Prorex non poteſt præſtare aſſenſum ſuper alienatione feudorum titulatorum, quæ ſint dominij translatiui, ſed tantum ſuper ipſorum obligationibus, & quòd terra alienatur ſine titulo, atq; cum decreto Iudicis.*
2 *Baronia an computetur inter feuda titulata.*
3 *Baronia eſt feudum, ſicut Comitatus, Marchionatus, ac Ducatus.*
4 *Baro quomodo quis efficitur.*
5 *Baronia eſt dignitas in Regno.*
6 *Baro, vt quis efficiatur à Rege, oportet, q̃ concedat feudum in titulum Baronię expreſsè.*
7 *Baronũ prærogatiuę, & priuilegia, remiſſiuè.*
8 *Baro, & Comes æquiperantur.*
9 *Alienatione ſimpliciter permiſſa, non intelligitur permiſſum alienari caput Baroniæ.*
10 *Poſſidens multa feuda, non propterea dicitur Baro, quia oportet illa eſſe conceſſa in Baronia ex certa ſcientia.*
11 *Baro à pari cum Comite procedit.*
12 *Intellectus ad text. in § præterea Ducatus.*
13 *Rex poteſt dignitates de nouo erigere, & cõſtitutas augere, & diminuere.*
14 *Iura loquentia de Regalibus dignitatibus habent locum in Baronia.*
15 *Pragmatica nouem capitum ponderatur.*
16 *Capitula Regn. latè exarantur.*

INcipiendo igitur à feudis titulatis, dico in Regno Proreges vigore *Pragmaticarum* nõ poſſe præſtare aſsẽſus in ipſorum alienationibus, dominij translationem importantibus, ſed benè in ipſorum obligationibus: verùm dùm vigore obligationis legitimę ſuper feudo cõtractæ, vult procedi ad venditionem, etiam iudicialiter opus eſt Regis aſſenſu, & nõ ſufficit Proregis; licèt alienetur terra abſq; titulo, idemq. in contractibus voluntarijs, & ita fuit iudicatũ in cauſa Marchionis Vaſti, cum Marchione Caſalarboris, qui in prima cauſa obtinuit valere aſſensũ Proregis: dùm terra titulata abſque tituli dignitate alienata fuit, ſed ſuccubuit poſtea in cauſa reclamationis ex particularibus declarationibus factis per Regiã Maieſtatem nouiſſimè tunc repertis, & adductis per quõd. *Regentem Salernitanum virum oculatiſſimum* tempore, quo cauſa ſtabat in præcinctu expeditionis: & licèt me defendente Marchionem Caſalarboris dicebatur, declarationes factas importare nouam diſpoſitionem, & eſſe correctorias prædictæ *Pragmaticæ*, ita quòd non poterant operari in præiudiciũ tertij, reſpectu negotiorum iam præteritorum, quæ declarationes hucuſque minimè erãt publicatę, nec in Regia Cancellaria regiſtratę, & cõtrahentes in *Pragmat.* confiſi bona fide contraxerunt: tamen ſic viſum fuit iudicari, & ſunt facta cauſarum, in qua *cauſa eſt meum conſ. 1. in 1. volum.*

Sed inſurgit dubitatio, an baronia computetur inter feuda titulata, ita quod idem debeat iudicari de ea, & propterea q̃ in ipſius alienatione pro aſſenſu haberi debeat recurſus ad Regẽ, & Prorex non valeat aſſentire.

Dubitatio oritur ex deciſ. *Andr. in cap. 1. de cap qui cur. vend. nu. 8.* qui dicit, quòd Baronia eſt feudum, ſicut Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, & idem dicit *in § ſimiliter in 2. addit nu. 20.* vbi quod Baro efficitur altero de duobus modis, vel quando de conſenſu Regis quis erigit feudum de ſuo principali feudo in ſubfeudum alteri concedendo tenendum ab eo, vel quando Rex concedit feudum in baroniam ex certa ſcientia, volẽs illum facere Baronẽ, quod latius declarauit *Frecc. in princ ſui libri in cap. incip. vidimus nu. 44. & 45.* dicens eſſe dignitatem baroniã in Regno, & q̃ dùm Rex vult facere aliquem Baronem, oportet, quod concedat feudum in titulum baroniæ, & non ſufficit, vt ſimpliciter cõcedat baroniam à Tirio olim poſſeſſam, ſicut ſi concedat Comitatum, oportet, vt dicat in titulum Comitatus: hinc infert, quòd ſi Baronia ſit deuoluta ad Regẽ, & demum ab eo concedatur, quòd ſi non dicat in titulum baroniæ, quod minimè erit baronia pęnes conceſſionarium, quia illa dignitas eſt extincta per incorporationem ad Regem.

Quodq.

Quodq. Baronia ſit dignitas probat *text. in Conſtitut. Regn. proſequentes*, quod notauit *Afflict. in d. §. ſimiliter nu. 29.* Et de prærogatiuis, & priuilegijs latè *Capyc. in ſua inueſtit. in verb. feudatarij Barones, in verſ. prærogatiua*. Hinc in *Conſtit. Regn. ſi quis Baro*, æquiparantur Comes, & Baro, & in fine dicitur Comes autem, vel Baro, qui caſtra tenent, de Caſtris ipſis dotarium conſtituere poterit, dùm tamen Caſtrum, vnde Baronia, vel Comitatus nomen ſumpſit; in dotarium conſtituere non poſſit: ex quo ſit, quod *idem Capyc. in eodem loco* dixerit *in fin. princ. & in verb. prærogatiua in fine*, quod permiſſa alienatione ſimpliciter, non intelligitur permiſſum alienari caput Baroniæ per *d. Conſtit. ſi quis Baro*, idemq. latius tradidit *D. Frecc. in 3. lib. in tit. de different. feud. Regn & tit. in 1. differ. num. 6. adducens Afflict. & alios*, quod per prius dixit *gloſſ. in d. Conſtit. Regn. ſi quis Baro in verb. dùm tamen*, & intantum *Andr. vbi ſupra* voluit, quod oportet, vt conſtituatur Baronia ſpecialiter modis, quibus ſupra, vt dixerit, quod etſi quis poſſideat multa feuda, non propterea dicetur Baro, niſi habuerit illa conceſſa in Baroniam ex certa ſcientia.

Sed magis ad caſum *Frecc. in loco ſupra allegato in princ. 1. lib. tit. de origin. Baron.* dixit, quod Baro nullum habet cum Comite diſcrimen, ſed procedit à pari; differt tantum in hoc, quia Baronia diuiditur inter ſucceſſores, quia non eſt poſita inter regales dignitates, in *§. præterea Ducatus*, quod pariter dicit *Andr.* ſed *Io. Rayn. Doctor antiquus, & grauis in eodem §. præterea Ducatus num. 6.* contrarium dixit, tradens, quod de Principatu, Vicecomitatu, Delfinatu, & Baronia idem dicendum eſt, quod de cæteris feudis, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus tantum expreſſis, *in d. §. præterea Ducatus*, & quòd propterea non ſint diuiſibilia, cum ſit in iſtis eadem ratio, quæ conſideratur in illis, ne per diuiſionem annihilarentur, perderẽt nomen, & dignitatem, & etiam quia ſunt pariter iſtæ dignitates, vt illæ, de quibus dicit ipſe, quod fuiſſet iam facta mẽtio in *d. §. præterea Ducatus*, ſi illis temporibus hæ dignitates fuiſſent in vſu, & *Ioan. Rayn.* ſequutus fuit *Iacob. in ſuo tract. feud. in princip in verb. quod ſi, vel Dux num. 10. & omnes iſtos* ſequitur *Capyc. in ſua inueſtit. in verb feudorum diuiſio verſic. amplia id*, quod pariter declarauit *Frecc. in titul. quis dicatur Princeps*, dicens, quòd hæc dignitas maior aliarum expreſſarum *in §. præterea Ducatus*, non fuit cognita à Longobardis, ſed poſtea initium cœpit.

Quodq. hæc ſint vera, quis negabit dignitatem Principatus non eſſe inter regales, & eſt omnibus maior, ſicut etiam dignitas regalis, & tamen non ſunt expreſſæ in *§. præterea Ducatus*, & ob id *Aluar. Præpoſ. & Camer. in eod. §.* ponunt etiam Principatum, de quo, vt dixi *text.* non loquitur: vnde non oportet taxatiuè intelligere verba, ſed per viam comprehenſionis extendere ad omnes ſimilem rationem, & dignitatem habentes, vt eſt communis opinio.

Et propterea melius loquutus eſt *Io. Raynald.* quam *Iſern.* ſecundum meam ſententiam: ſed hæc non faciunt ad quæſtionem, de qua tractamus: nam non ex eo, quia non eſt poſita hæc dignitas inter regales *in d. §. præterea Ducatus*, ad finem diuidendi, vel non diuidendi feuda inter ſucceſſores, propterea non poſſunt eſſe aliæ dignitates regales titulatæ, ſic à Regibus creatæ, erectæ, & conceſſæ: à quo omnes dignitates fluunt, & refluunt: & poteſt de nouo erigere, & conſtituere, augere, & diminuere, prout melius ſibi viſum fuerit, ad *text. in l. 1. C. de metrop. Bery. per Bald. in cap. 1. quis dicatur Dux, & in cap. 1. de allod.* & ob id *Capyc. in d. verbo feudatarij Barones, in d. verſ. prærogatiua in fin.* tradidit authoritate *Ioan. Rayn.* quod *iura* loquentia de regalibus dignitatibus, vt ſunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus habent locum in Baronia, & ſicut in Longobardia mortuo Marchione omnes erunt Marchiones, ſic filij Baronis oẽs erunt Barones, dicit *Iſern. vbi ſupra*, etſi diuidatur, ille erit Baro, ad quem peruenit caput Baroniæ, dicit *Ioan. de Plat. in l. 1. C. vt dig. ord. ſeru. in fin.* idemq. tradit *Caſſan. in cathal. glor. mund. 5. part. quæſt. 86.* & licèt *Capyc.* idem *vbi ſupra* dixerit, quod Baro propriè dicitur, qui non habet titulum, hoc voluit intelligere ad differentiam Comitum, Marchionum, aut Ducum, non autem, quod non dicatur habere dignitatem, ſeu titulum Baroniæ, & hoc in titulum conceditur ſecundum *Iſern.* & inter regales dignitates reputatur, & habet locum *text. in §. præterea Ducatus*, ſecundum *eundemmet Capyc.* hoc expreſsè tradentem in *eodem loco*, alias ſibi ipſi contrariaretur.

Decidit hæc in indiuiduo *Pragmatica anni 1531. dicta delli noue capi*, vbi in *nono capitul.* inter cætera prohibentia Proregibus præſtationem aſſenſuum dicit, *vbi Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus aut Baronia, ſeù quoduis aliud feudum magni momenti alienatur*; ergo eſt excepta, & poſita inter feuda regalia titulata, & dignitatum, & hoc teneo indubitanter, poſtquàm

ſecundum *Conſtitutionem Regn.* æquiparatur cum Comitatu, oportet, vt per Regem concedatur in titulum Baroniæ, ſicut in titulum Comitatus, conceſſa alienatione non intelligitur conceſſum caput Baroniæ, ſicut nec caput Comitatus: conceſſa conſtitutione dotarij in feudis Comitatus, & Baroniæ non intelligitur in capite, à quo Comitatus, aut Baronia accepit nomen, iudicatur ex eiſdem legibus; & quæ loquuntur in Comitatu, & Ducatu, habent locum in Baronia, eſt dignitas, quæ comprahendit in ſe plura feuda; igitur qnæſtio de iure communi non habet dubium, eo magis ſtante declaratione, quàm recipit à prædicta *Pragmatica*.

Punctus eſt modo videre; ſi hoc eſt alteratum per *Capitula* conceſſa poſt *Pragmaticam in anno* 1560. 1578. & 1579. 16

Per *Capit. anni* 1560. fuit ſtatutum, quod poſſent Proreges aſſentire omnibus alienationibus quarumcumque Ciuitatum, Terrarum, locorum, caſtrorum, oppidorum, aliorumq. bonorum feudalium tàm titulatorũ, quàm magni momenti, ea tamen venditione excepta; cum contigerit, vendi Terram, Ciuitatem, Caſtrum, Oppidum, vel locum, quæ tituli dignitate decorata ſunt.

Super intellectu ipſius *Capituli* fuit, vt dixi, valde diſceptatum in illa cauſa Marchionis Caſalarboris: nam *Capit.* videtur ſibi cõtrarium, dùm permittit aſſenſus alienationibus feudorũ titulatorum, & demùm illam exceptuat, & propterea neceſſarius, & verus intellectus eſt, vt quod primo permiſerat de feudis titulatis, intelligeretur, quando non vendebatur terra cum titulo, quando verò excipit, procederet, quando cum titulo Terra vendebatur, & ratio erat prompta: nam Rex diſpenſauerat, vt poſſit aſſentire ſuper feudis magni momenti, ita quod non intererat magnitudo feudorum, ſed qualitas dignitatis, quam noluit poſſe transferri in quaſcumque perſonas cum aſſenſu Proregis, qui ex hoc effectiuè habuiſſet facultatem faciendi perſonas titulatas: videntur enim hæ prærogatiuæ de illis regalibus ſupremis infixis oſſibus Regum inſeparabilibus, vt in alia materia latius diximus, ſed tandem per viam declarationis in *anno* 1578. fuit mediantibus literis Regis declaratum, Proreges nullo modo aſſentire poſſe vẽditioni Terrę titulo decoratę, etiam quod vendatur abſquè titulo.

Verùm hoc non procedere reſpectu obligationis, ſed tantùm quando fieret alienatio, quæ importaret dominij translationem.

Ex his videtur dubia reddi quæſtio: nam ſi ſuper omnibus feudis poteſt Prorex aſſentire, exceptio tantum eſt de feudis titulatis, quæ firmat regulam in contrarium: igitur punctus omnis conſiſtit, an baronia eſt computanda inter feuda titulata, *Capyc. vbi ſupra* dixit, quòd propriè Baro eſt, qui non habet titulum, *text. in §. præterea Ducatus* non loquitur de baronia, & ideò *Andr.* dixit, quòd eſt diuiſibilis inter hæredes, videtur propterea, quod virtute prædicti *Capit. anni* 1560. Prorex poſſit aſſentire.

His non obſtantibus teneo conſtanter cõtrariam opinionem *ex præallegatis*: nam *Capyc. Andr. & Frecc.* dicunt baroniam nõ eſſe ſimplex feudum, ſed feudum alia feuda ſub ſe continens, æquiparatur cum dignitate Comitis, & habet ſuas prærogatiuas, ſuaſq. dignitates, vt in *Conſtitutione ſi quis Baro*, & in *Conſtit proſequentes, iura*, de titulatis loquentia cõprehendunt baronias tanquàm dignitates pariter regales, & ſicut Comitatus, Marchionatus, & Ducatus oportet, vt concedantur in titulũ, aliàs non erunt Duces, Marchiones, & Comites, ſic pariter baronia, ob quod dixit *Frecc.* quod baronia nullum habet cum Comite diſcrimen: ergo aut includitur in exceptione, quia eſt feudũ titulatum baronia; cum oporteat in titulum baronia concedi, ſicut titulus Comitis, & prout appellatur quis Comes, appellatur quis Baro, & ideò reperuenta baronia ad Regem, ſi iterum concedatur, non erit in titulum baronię, niſi expreſsè dicatur, ſicut eſt in Comitatu, Marchionatu, aut Ducatu, aut dicemus, quod ſi baronia non venit appellatione feudi ſimplicis, quia ſub ſe continet alia feuda, de quo per *gloſ. & Andr. in d. Conſtit. ſi quis Baro, & in d. §. ſimiliter*, ex quo fit, vt ſupra diximus, quod in licentia generali permiſſionis alienationis non venit caput baronię: Igitur ſi dicimus non includi in exceptione titulatorum feudorum, dicemus, quòd *Capit.* quod loquitur de Caſtris, Ciuitatibus, oppidis, & feudis, non comprahendit baroniam, quia non eſt feudum ſimplex, vt ſunt iſta; & cum prohibitio ſpecialis ſit, tam de feudis titulatis, quàm de baronijs, ſequitur, quòd conceſſo vno, aliud non venit, cum vtrumque ſit prohibitum, ita arguit *Andr. in d. cap. imperialem*, vt aſſenſus ſuper venditione non extendatur ad obligationem: vnde erit iſte caſus omiſſus, ob quod remanebit in diſpoſitione iuris ſecundum regulas vulgares, & conſequenter ſub diſpoſitione *Pragmat. anni* 1531. quę expreſſa eſt in baronia, & quod non mutatur, ſtare nõ prohibetur, dixit ſæpè ſæpius *Andr.*

Præterea eadem ratio, ne ſimiles dignitates

tes conferantur à Proregibus, ne extinguantur, ne feuda diuidantur, ne fiant Barones alij, quàm quos Rex vult Barones facere: omnes inquam hæ rationes militant: ſic in baronia, ſicut in cæteris feudis titulatis, nec ex eo, quia *Pragmatica* prædicta *nouem capitum* diſtinctim ponit baroniam à feudis titulatis, infertur, quòd non habuerit eam inter feuda titulata ad *text. in l ſi idem C. de codic.* Nam pariter *Pragmatica* prædicta diſtinctim poſuit, Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, ſicut & baroniam: vnde dici oportet voluiſſe diſtinguere non feuda titulata, ſed ſpecies feudorum titulatorum diſtinctim nominare, inter quæ erit baronia, poſtquàm inter illa ponit, & ſic argumentum retorquetur, ob quod concludimus, vel contineri in exceptione feudorum titulatorum, & non comprehendi ſub licentia permiſſionis aſſenſuum feudorum ſimplicium, vel eſſe caſum pænitus omiſſum.

Quæ reddunter indubitata, & declarantur ex *cap. conceſſo noſtræ Ciuitati in anno* 1557. quod eſt *cap. 4. fol.* 160. *in libro capitulorum Ciuitatis*, per quod dùm fuit petitũ per Ciuitatem, vt libera eſſet facultas aſſentiendi Proregum alienationibus omnium, & quorumcumque feudorum, non obſtante prædicta *Pragmatica edita in anno* 1531. concedit Rex, quòd poſſit aſſentire alienationi cuiuſcumque baroniæ, & aliorum feudorum, quorũ redditus annui mille ducatorum incluſiuè tantum, vel infra hunc numerũ ſummam efficiunt, ex quo *capit.* declaratur, quòd baronia eſt tertia ſpecies, & non includitur appellatione aliorum feudorum, & ideò fit de ea expreſſa mentio, & permiſſio alienandi, quatenus non excedat annuam ſummam ducatorum mille, & ſic pariter, vt poſſit aſſentire alienationibus aliorum feudorum, quæ hanc annuam ſummam non excedant, nam ſupra illam declaratur appellari debere feuda magni momenti, quodq. ad Regem ſit recurrendum pro aſſenſu, ſeruata forma *Pragmaticæ anni* 1531. adeò quod ex hoc *capitulo* declaratur, quòd poſſit aſſentiri alienationi baroniæ, cuius redditus non excedat ſummam annuorum ducatorum mille, & pariter, quòd poſſit aſſentire alienationi aliorum feudorum hanc ſummam non excedentium: igitur ſemper quòd baronia hanc ſummam excedit non poteſt Prorex aſſentire, & dùm per *capitulum anni* 1561. datur poteſtas, vt poſſit Prorex aſſẽtire alienationibus feudorum, etiam magni momenti, non includitur in hoc baronia, ſtante particulari prouiſione illius facta in *d. capit. anni* 1557. in quo permittitur aſſenſus reſpectu baroniæ redditus ducatorũ annuorum mille, & permittitur aſſẽſus reſpectu aliorum feudorum eiuſdem redditus, declarando tunc non eſſe feuda magni momenti, ſed quatenus excedant, & quia aliud erat baronia, & aliud feuda ſimplicia, propterea vtriuſque, ſeparata fuit facta prouiſio, & declaratio: ergo dum per *capitulum anni* 1561. conceditur facultas aſſentiendi alienationi feudorum magni momẽti, non includitur baronia, & remanet permiſſa diſpoſitio illius cum aſſenſu Proregis, quatenus nõ excedat annuum redditum ducatorum mille, & prohibitio, ſi erit redditus maioris; vnde ſiue dicamus includi ſub exceptione feudorum titulatorũ, ſiue quod ſit tertia ſpecies de per ſe, quæ ſuam habuit particularem prouiſionem, ob quod non includitur in generali, iuxta theoricam *Bartol.* communiter ſequutam in *l. taliſcriptura §. fin. ff. de legat.* 1. ſequitur, quod vndiq. eſt dicendum, Proregem minimè aſſentire poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Regn. & Capitula declarãtur circa dotaria, vt illa conſtitui poſſint ſine aſſenſu; dummodo matrimonia contrahantur de ſpeciali Regis licentia.*

2 *Capitulum Regis Caroli II. incip. item ſtatuimus editum in planitie S. Martini ſtatuit matrimonia poſſe liberè fieri à feudatarijs, ſed feuda non poſſe in dotem dari ſine expreſſo Regis conſenſu, quod fundatur extendi etiam ad dotarium.*

3 *Aſſenſus Regis, & Baronis requiritur in alienatione feudi quaternati, ſecundum quid, vel mixti, ſeu ſecundum terminos Conſtit. Regn. poſt mortem.*

4 *Opinio Parid. de Put. reprobatur, dùm voluit, quòd ſolus Regis aſſenſus ſufficiat in feudo mixto, quando Rex aſſentit ex certa ſcientia.*

5 *Clauſula iuribus noſtris ſemper ſaluis, & clauſula feudi natura in aliquo non mutata, intelliguntur præterquàm in expreſſis.*

6 *Clauſula plenitudinis poteſtatis regulari debet ex cauſa publica vtilitatis, aliàs eſſet plenitudo tempeſtatis.*

7 *Feuda mixta de iure communi feudorum per delictum, etiam in Dominum mediatum aperiuntur Baroni Domino immediato, per alienationem verò irrequiſito Domino aperiuntur Regi Domino mediato, & ibi de ratione.*

8 *Feudum mixtum ſecundum Reg. Conſtit. poſt mortem, ſi eſt conceſſum à Barone cum aſſenſu Regis tenendum ab eo immediatè, & in capite, & ab ipſo recognoſcatur, ad Baronem deuoluitur propter delictum, & lineam finitam, & ab eo erit concedendum, & limitatur Reg. Conſti.*

9 *Poſſeſſio naturalis vaſalli, eo mortuo conſoli datur cum ciuili Domini.*

10 *Feudum mixtum ſecundum Reg. Conſtit. poſt mortem deuoluitur ad Baronem per lineam finitam, aut per delictum, ſed conferendum poſtea eſt à Rege tenendum, & recognoſcendum à Barone, vbi declaratur verus intellectus prædictæ Conſtitut. vt intelligatur reſpectu collationis tantum.*

11 *Gloſ. in Conſtitutione poſt mortem declaratur.*

12 *Authorit. Frece. impugnatur.*

13 *Dominium Regni directum eſt Eccleſiæ in vniuerſo. vtile verò Regis, ex infeudatione illi facta. ſed quoad particularia Regni feuda, Rex habet directum dominium, quòd militat etiam in Barone reſpectu rerum particularium Baroniæ.*

14 *Collatio feudi mixti Regi reſeruata per Conſtitutionẽ Reg. poſt mortem, eſt ex ſpeciali priuilegio contra rationem, & iniquum.*

15 *Capitula Papæ Honorij reuocauerunt diſpoſitionem prædictæ Conſtitutionis Reg. poſt mortem, & feuda mixta ad Baronem deuoluuntur, & ab ipſo conceduntur & ſic ſeruatur.*

16 *Text. in l. Statius florus, §. Cornelio fœlici, quomodo habet, vel non habet locum in feudis ibi notabiliter, & quid deciſum.*

17 *Feudum ex pacto non hæreditarium ex delicto in Dominum commiſſo, an ad Dominum, vel ad agnatos perueniat, & quid deciſum.*

18 *Dominus ob contumaciam feudatarij delinquentis capit poſſeſſionem iuriſdictionis feudi, ac prædictæ iuriſdictionis fructus tantum percipit, reliquos verò feudi fructus Baro ſeu feudatarius contumax percipit contumacia durante.*

19 *Feudum deuolutum cum quibus oneribus tranſeat, & quomodo in Regno omne Caſtrum dicitur feudum quaternatum, & quid poſſidente Eccleſia, remiſſiuè.*

20 *Text. in cap. 1. §. fin. de capitulis Corradi declaratur.*

ARGVMENTVM.

In conſtitutione Dotarij requiritur aſſenſus Regis. In donatione feudi mixti, requiritur aſſenſus vtriuſque, videlicèt Regis, & Baronis. Feuda mixta ad Baronem deuoluuntur de iure communi, & de iure *Conſtitution. Regn.* vigore quarum collatio ſpectabat ad Regem, ſed hodie per *Capitula Papæ Honorij* ſpectat ad Baronem. Dominium Regni directum eſt Eccleſiæ in vniuerſo. Rerum verò particularium eſt Regis, & ſic in Barone reſpectu rerum particularium ſuæ Baroniæ. *Text. in l. Statius florius, §. Cornelio fœlici* non habet locum in feudis. Feudum ex pacto, ex delicto in Dominum commiſſo ad quem deuoluatur.

§. I.

1 SED quia ſupra mentionem fecimus de *Conſtitutione Regni ſi quis Baro*, quæ permittit feudatarijs conſtitutionem dotarij ſu per feudo, vel de feudo, & idem in *conſtitutione licentiam*, & hoc ſine aliquo aſſenſu, vt declaratur in ſpecie in *Capitulo Regn. incip. dotarium, in tit. de dot. mul. & Andr.* in *Conſtut. Regn. fratribus in prine.* hoc affirmauit, quod ſic ſimpliciter ſumptum ſe deciperet, *Iſern.* ſiquidem in eadem *conſtitutione fratribus*, in ſpecie dicitur, & declaratur, quod licentia data tam obligationi feudorum, quàm dotibus, quàm pro dotario, intelligatur, quando matrimonia contrahebantur de ſpeciali licentia Regis: Ibi *vt tamen in omnibus prædictis, quando feudum alienatur, vel obligatur, aut in dotarium conſtituitur, matrimonium ipſum de noſtra ſpeciali licentia contrahatur*, & ſic ex hac *conſtitutione* declarantur aliæ *Conſtitutiones*, & *Capitula*, quæ omnia dicit *gloſ.* eſſe correcta, & requiri aſſenſum in *conſtit. incip. mulier, quæ dotarium*, ibi, *hodie autem*, & allegat *conſtitutionem nouam Domini Regis*, in quo *Doctor.* valdè laborant præſupponendo non reperiri authenticam, ſed ego dico eſſe *capit. Caroli 2. editum in planitie ſancti*

2 *Martini*, per quod ſtatuitur, vt matrimonia fieri poſſent liberè abſque alia requiſita licentia, ſed ſtatuitur feuda non poſſe obligari, niſi cum conſenſu, quod *capit.* etſi non loquatur de dotario, ſed de dote tantum, tamen cum permiſſio conſtitutionis dotarij, erat eadem cum dote, quæ intantum permittebatur, inquantum matrimonia fiebant cum licentia, quia tunc proſpiciebat Dominus ad quem feuda perueniebant, & hoc erat loco aſſenſus, quia neceſſitate petitio:

titionis licentiæ ſublata ceſſabat ratio conceſſionis aſſenſus: propterea licet *Capit.* ſit expreſſum doti, intelligitur etiam in dotario, eadem militante ratione, aliàs diceremus habere maius priuilegium dotarium, quàm dos, & ob id *gloſ. in d. conſtitutione mulier, quæ dotarium*, dixit omnia eſſe correcta per *Conſtitutionem nouam*, & hanc opinionem tenuit, & firmauit *Camer. in d. cap. imperialem cart. 84. col. 4.* quibus rationibus attentis voluerunt *Andr. & Camer. in eodem cap. imperialem* vt *d. capitulum Caroli 2. incip. item ſtatuimus*, etſi loquatur tantum de datione feudi in dotem, haberet etiam locum in obligatione, quia intantum conceſſum erat hoc feudatario ſine aſſenſu, inquantum matrimonia fiebant cum ſpeciali Regis licentia: vnde idem indubitatè dicere debemus in dotario, quòd nullam poteſt recipere dubitationem, ſi per *conſtitutionem fratribus* declaratum eſt omnia intelligi, quando matrimonium contrahitur cum aſſenſu Regis: igitur adhoc, vt quis poſſit iuuari hac *Conſtitutione* oportet dari concurſum qualitatum, & circumſtantiarum ipſius ad *text. in l. 3. §. docere, vbi Ange. ff. vi bon. rapt. cum alijs ſupra adductis*: vnde deficiente conſenſu in matrimonio nulla eſt dotarij conſtitutio, & hoc iure hodie vtimur, q. a tã pro dote, quã pro dotario, ſeu antefato petitur aſſenſus obligationis bonorũ feudaliũ, qñ mulier nõ eſt Neapolitana

Quid dicemus in alienatione feudi quaternati ſecundum quid, vel alias mixti, ſeù ſecundum terminos *Conſtitut. Regn. poſt mortem*: an præſtatio aſſenſus in eius diſpoſitione, ſpectet ad Regem, vel ad Baronem tantum, à quo tenetur: An verò aſſenſus vtriuſque requiratur, etſi per lineam finitam ſubfeudatarij, vel propter delictum feudum amittatur, ad quem deuoluatur: an ad Baronem Dominum immediatum, an verò ad Regem Dominum mediatum, in quibus non videtur inſiſtendum, ſiquidem ſunt quæſtiones communiter deciſæ, & ſic practicatæ, videlicèt requiri aſſenſum vtriuſque, quia vtriuſque intereſt: ita *Iſern.* communiter ſequutus in *d. cap. imperialem*, qui diſputat quæſtionem ad partes, *ibi num. 9. verſ. verius putamus. ibique poſt alios* latè declarat *Camerar. fol. 63. per totum, D. Frec. in 2. lib. in prima auth. Baron.* & quamuis *eodem lib. 4 queſt.* referat *Parid.* dicentem ſufficere tantum Regis aſſenſum, quando ex certa ſcientia Rex pro vtroque aſſentijſſet, attentis tamen rationibus relatis per *Andr.* ex quibus aſſenſus etiam Baronis requiritur, qui ſuam rem propriam conceſſit in feudum ab eo immediatè tenendum, qui debet habere vaſallum perſonam ſibi gratam, & non odioſam, non videtur, quòd opinio *Parid.* ſit vera, & non ratione, de qua per *Frecc.* dicentem, quia apponitur clauſula in aſſenſu, iuribus noſtris, & alienis ſem per ſaluis: nam ſi fecit hoc ex certa ſcientia illa clauſula, vt *Doct.* dicunt, intelligitur præterquam in expreſſis, ſicut dicimus in illa alia clauſula, feudi natura in aliquo non mutata, ſecundum *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. ante num. 10. & in cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior num. 35. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. Soccin. in conſ. 43. num. 6. 4. vol. Dec. conſ. 185 num. 11. verſ. 2. reſpondetur in conſ. meis 15. 49. & 57.*

Sed alia ratione non procedit dictum *Parid.* quia ſi Baro conceſſit rem ſuam, & ratione ſui intereſſe debet aſſentire alienationi ſuæ rei: igitur Rex non poteſt de poteſtate ordinaria abſque cauſa publicæ vtilitatis tollere ius alterius, iuxta communem conclusionem *Scrib.* nec etiam de plenitudine ſuæ poteſtatis, quam regulare habet à cauſa prædicta, alias eſſet plenitudo tempeſtatis, ſecundum *Soccin. & alios* communiter, de quo latiſſimè in *meo conſ. 4. 1. volum.* & propterea hac ratione attenta, limitatio *Parid.* nullo modò procedit.

Ad quem igitur feudum deuoluatur ob delictum ſubfeudatarij, vel ob lineam finitam in terminis *Conſt. Regni poſt mortẽ*, & à quo poſtea iterũ cõcedatur, vel à Barone tã tũ, vel à Rege tãtũ, vel tãdẽ à Barone cũ Regis aſſenſu, vel à Rege cũ Baronis conſenſu.

Iſta quæſtio parum, aut nihil habet difficultatis per *text. in d. cap. imperialem §. illud*, vbi per delictum etiam in Dominum immediatũ feudum aperitur Baroni, à quo immediatè tenetur; ſecus verò per alienationem, Domino irrequiſito, vt tunc deuoluatur ad Regem Dominum mediatum, ob frequentiam talis delicti, dicunt *Scrib.* & ego addo, quia cum vterque habeat conſentire, & maior contemptus conſideratur Regis Domini mediati, inſpecta qualitate, & grauitate perſonæ, quàm Domini immediati: ideo nimirum, ſi hoc ſecundo caſu ad eũ feudum deuoluatur, de quo latè per *Andr. in d. §. illud, vbi Adden.* adducunt loca concord. latè per *Capye. in d. ſua inueſt. in verb. feuda amittuntur verſ. 3. ſi vaſallus.*

Punctus eſt, quid de iure Regni loquendo, vt ſupra de feudo quaternato, mixto, ſecundum quid, nam in feudo plano, & de tabula, non eſt diſputatio, vt deuoluatur ad Baronem, & ab eo demum tantum concedatur, nec in feudo quaternato ſimpliciter, vt ſolus

Domi-

Dominus directus aſſentiat,quia ſolus concedit, vt ad ipſum deuoluatur in omnem caſum.

In feudo igitur quaternato mixto eſt dubium, quod à Barone conceditur cum Regis tamen aſſenſu,& ab ipſo Barone tenetur & recognoſcitur, quæ quæſtio pariter non eſt diſputabilis,quando in conceſſione facta cum Regis aſſenſu,adeſt clauſula,vt immediatè, & in capite teneatur, & recognoſcatur in feudum à Barone tunc ad ipſum deuoluitur, & ab eo erit concedendum, & limitatur prædicta *Reg. Conſtit. poſt mortem:* nam cum in eum caſum recognoſcatur à Barone, & in vaſallum ſubinfeudatum translatum ſit vtile, illa poſſeſſio naturalis
9 vaſalli, eo mortuo conſolidatur cum ciuili exiſtente pœnes Dominum directum iuxta not.per *gloſ.& Scrib. in d.l.3.§.contrario ff. de acqu. poſſ.Bald.in l.1.ff de rer.diuiſ.*& ſic non mirum cum nil remanſerit pœnes Regem primum Dominum, quòd deuolutio fiat ad Baronem,& ſic limitatur opin.tenentium, quod pœnes Baronem ſubinfeudãtem non ſit directum dominium, imò quòd per ſubinfeudationem,nec vtile,quod habebat, remanſit:ita limitat *D.Frecc.* poſt *Capyc. in 2.lib.in tit.quis dicatur Princeps, in cap. ſed vt veriùs dignoſci poſſit num 6.verſ. vno tantum caſu, & formiter in 29. author. Baron.*

Sed quando non adeſt talis clauſula,tunc eſt dubium, nam per *Conſtit. Reg.ſi quando*
10 *contigerit,in tit.de hom.Baron. poſſid. terr. deman.in verſ. quod ſi de prædictis*, dicitur ſimpliciter, quod ſuccedit ob lineam finitã Dominus,à quo feudum tenetur, & in *Conſtit.Reg ſi quando aliquem in tit. de pœn.foriud.* dicitur,ob delictum deuolui ad Dominum,à quo feudum tenetur, & non eſt dubium,quòd etſi Rex habeat ex ſua præeminentia hanc prærogatiuam concedendi feudum quaternatum mixtum:tamen illud concedit tenendum à Barone,vt authorit.*Barth.de Cap.tradit Aſſlict.in d.Conſtitut.poſt mortem in 3.notab.D.Frecc.in 2.lib.in prima author.Baron. in princip.* quod etiam ante omnes dixit *Andr.* vt latius per *Camer.in loc.inf allegando:* ergo ſi ab eo tenetur, ad ipſum deuoluitur, vt in *dd. conſti.* dicitur:nec *Conſtit.Regn.poſt mortem* explicat de deuolutione, ſeu cui aperiatur, ſed tantum de collatione, quæ cum ſit exorbitans non poteſt ad aliud caput extendi,maximè ad correctionem iuris communis, & aliarum *Regni conſtitutionum*,quod expreſsè dixit *Andr.in cap.1.§.præterea in 2. addit.in fin,de capit.Corrad.* ibi:*ſed feudum quaternatum Baroni excidens, Rex conferet tenendum à Barone*, quæ ſunt verba aurea ſecundum *Camer.* & ſic vtrumque decidit *Andr.*videlicet, quòd feudum excidit Baroni, quodque Rex poſtea confert tenendum ab eodem Barone:vnde reſpectu collationis tantum eſt intelligenda *conſtitutio poſt mortem*; dùm aliud non diſponit, & propterea *idem Andr. in cap.imperialem num.*10.dixit hæc verba: feudum quaternatum eſt alterius conditionis,in eo enim habet Rex collationem,etſi refutari poſſet ſoli Baroni,à quo tenetur,nunquàm Rex conferret, quia quilibet refutaret in fraudem eius,ad quem ſpectat collatio, & ſic de collatione tantum tractatur, & firmat *Andr.* quod tenetur à Barone, licèt Rex conferat quòd ſi *Conſti.ſi quando* dicit quod feudum deuoluitur ad eum,à quo tenetur, ſequitur quòd quæſtio remanet determinata, quod ad Baronem deuoluitur, licet dum iterum conceditur,collatio ſit Regis, quod fundatur irrefragabiliter ex verbis eiuſdemmet *Cõſtitutionis poſt mortẽ* quę ſunt infraſcripta

Baroniam etiam,ſi feudum, quod ad conceſſionem munificentiæ noſtræ ſpectat:ſi quãdo à nobis concedi contigerit,vt eſt moris.literas noſtras ad eum, à quo feudum tenetur, curabimus deſtinari,& quod id, quod tenetur ab eo,ſiue ſit Caſtrum,ſiue ſit Terra plana,ei cui nos conceſſimus debeat aſſignari,ſuſcepto tamen mandato noſtro,& nulla mora protracta Comes,vel Baro illud exequi procurabit.

Decidit primo hæc *conſtitutio*,quod feudum à Barone,& non à Rege tenetur,igitur ſuccedit diſpoſitio *Conſtit.ſi quando.* Decidit ſecundo, quòd à Barone eſt facienda aſſignatio poſſeſſionis ei, cui per Regem erit facta conceſſio; ergò pœnes ipſum erit feudi poſſeſſio tanquàm ipſi deuoluti: nam aliàs non erat ei faciendum mandatum, & nil habebat exequi,quod à *Camer.*aliter nõ fuit ponderatũ,qui hanc quæſtionẽ latè examinauit, & hanc opinionem tenuit, vt feudum ad Baronem deuoluatur, licet ad Regem poſtea ſpectet collatio, *ibi cart. 69. & ſeq.*vbi concordat deciſio *Andr.* & ſic *gloſſ.*
11 *in d.conſtit.poſt mortem* quanquàm in *verb. ad conceſſionem*, dixerit,deuolui ad Regem tamen poſtea in *verb. munificentiæ* dixit, Iudices Magnæ Curiæ præcisè tenuerunt,& ſic determinauerunt deuolui ad Baronem, niſi feudum tenetur immediatè in capite à Rege:& ſicut *Andr.in d.cap.imperialem* tenuit etiam in terminis *conſtitui poſt mortem*, quod etſi illa det collationem Regi; quod tamen etiam requiritur conſenſus Baronis,

ronis, & reſpondet *Conſtitutioni* prædictæ dicendo, quod ſi grauauerit in vno, quod eſt collatio, non extendatur ad aliud, vt collatur conſenſus Baronis, qui dedit, & principale habet intereſſe; ſic pariter dicemus, quod cum *Conſtitutio* de collatione tantum loquatur, non debet extendi ad deuolutionem, & ſatis eſt, quòd grauauerit in vno Baronem, vt quod eſt ſuum, & ſibi deuolutum Rex conferat, etiam eo inuito: ex quibus
12 apparet malè ſenſiſſe *D. Frecc.* qui aliter non diſputando articulum, nec deguſtando punctum, ſimpliciter dixit, in 11. *authorit. Baron.* feudum in terminis *Conſtitutionis poſt mortem* aperiri Regi per illam *Conſtitutionem*, à quo Rege demum confertur, tenendum à Barone, ſecus verò de iure communi feudorum ſecundum *eum*, & licèt alleget *Andr. in cap. 1. in verb. extraordinaria collatio, quæ ſint regal.* nihil pœnitus *Andr. ibi* dicit, & in *cap. 1. de controuerſ. feud. apud pares* dicit ſolùm, quòd collatio ſpectat ad Regem, ſed nil ad quem feudum tale deuoluatur: & ſic pariter malè videtur ſenſiſſe in prædicta 29. *author. Baron.* dum conſtituit differentiam inter feuda plana, & mixta, & firmat ſic ſimpliciter per prædictam *Conſtitut. poſt mortem* feuda mixta ad Regem deuolui, cuius contrarium etiam ſuprà validè eſt fundatum, & ſic iudicatum per Iudices Magn. Cur. ſecundum *gloſ. in eadem conſtit.* quę loquitur in terminis illius *conſtitutionis* loquentis in feudis mixtis, ſeu quaternatis ſecundum quid.

Sed ſi idem *D. Frecc.* tenuit opinionem, quòd id, quod dicimus in Rege, vt etſi Regnum tenet ab Eccleſia, tamen hoc intelli-
13 gatur, vt Regni directum dominium in vniuerſo ſit Eccleſię, vtile verò Regis: ſed quoad particularia Regni feuda, cæteraſq; partes ſit Rex Dominus directus, authoritate *Bal.* communiter ſequuta in *l. 1. C. vnd. cogn. & in l. 1. C. vnde leg.* & hoc in Regno eſt expeditum, iuxta latiùs cumulata per *Capyc. in ſua inueſt. in cap. feudorum dominia*: ita pariter *idem Frecc.* latius fundando prædictã concluſionem dicit, quod idem tenere debemus etiam reſpectu Baronis, qui etſi Baroniã habet à Rege directo Domino illius, & in ipſum tantum vtile dominium ſit tranſlatum, hoc intelligatur, quoad Baroniam totalem, & ipſius partes integrales, & quotatiuas: non autem reſpectu rerum ſingularium; & propterea voluit, quòd habeat illarum feudatarius directum dominium, & ſubfeudando retinendo directum transferat vtile, quanquàm dicat *Andr.* tenuiſſe contrarium reſpectu Baronis: ita *Frecc. in tit. quis dicatur Princeps, cap. ſed vt verius*; ſed hanc opinionem etiam tenuit *Capyc. in ſua inueſt. in loco ſupra allegato*, & refert ita deciſum, & ante omnes *gloſ. in Conſtit. Regni ſi dubitatio*, & licet *And. in prohem. Conſtit. Regn.* videtur tenere contrarium in Barone, conſtituatq; differentiam inter Baronem, & Regem: tamen in *d. cap. imperialem* tenet totum oppoſitum, quem ibi ſequitur & notat *Capyc. verſic. ſexta concluſio cart. mihi* 27. nam poteſt dari diuerſa ratio eius, quod dicitur in Rege, ab eo, quod dicimus in Barone, ſi concluſio communis in Rege fundatur in iuris communis diſpoſitione, & non in particulari priuilegio Regis, ſecundum *Bal. & ſequaces*, ob quod non procedunt rationes allegatæ per *Iſern. in prohem. Conſtit. Regn. nec in cap. 1. § præterea de cap. Corrad. in vltim. addit.*

Si hæc opinio eſt vera, quòd ſicut Rex, ita Baro in rebus ſingularibus feudi, habet directum dominium: igitur quo iure vult ſubſtineri, vt ſubfeudum ad Regem deuoluatur, ſi pœnes ipſum, nec vtile, nec directum do-
14 minium conſiſtat, & quod dicitur de collatione, fuit ſpeciale priuilegiũ exorbitans, & contra iuris diſpoſitionem introductum, inter cæteras leges iniquas, & irrationabiles *Imperatoris Federici*, vt dixit *Iſern. in dict. cap. imperialem nu. 9. 5. col. in princ.* ibi *non obſtat conſtitutio poſt mortem, quia illud cõtra rationẽ inducitur, vt Rex concedat quod ab alio tenetur, non eſt ergo trahendum ad conſequentiam.*

15 Quę ſint dicta, gratia diſputationis ad cognoſcendam veritatem: ſiquidem per *capitula Papæ Honorij* omnia hæc fuerunt correcta, & reuocata, & per illa diſpoſitum, vt ad Baronem non ſolum feuda deuoluantur: ſed etiam ab ipſo conferantur in perſonam ab eodem Barone Regi præſentandam, vt per *Andr. in eadem conſtitut.* quæ *capitula Papæ Honorij* tanquàm rationabilia omnino eſſe ſeruanda dixit *Iſern.* quòd latiùs *ibi* proſequitur *Afflict. & Camer.* & *idem Andr.* firmauit in *d. cap. præterea de cap. Corrad.* dicens *ſed feudum quaternatum Baroni excidens Rex confert tenendum à Barone*, vt in *Conſtit. poſt mortem*; hodie per *capitula Papæ Honorij* confert Baro etiam quaternatum, vt in *§. ſi contingat*, qui corrigit *conſtitutionem poſt mortem*: vbi *Modern. Addent.* ponunt propria verba prædicti *capit. Papæ Honorij*, & ita hodie practicamus, de quibus *capit.* nec etiam facit mentionem *D. Frecc. vbi ſupra*, de quo certè valde miratus ſum; quæ latius firmauit *Afflict. in ſua deciſ. 282. nu. 12.* qui etiam tenuit

text.

16 *text. in l. Statius florus in §. Cornelio fœlici* non habere locũ in feudis, quod latius examinauit, & idem tenuit *Frecc. in d. 29. authorit. Baron.* vbi poterit videri, cuius contrarium dixit deciſum fuiſſe in cauſa Comitis Sanctę Agathę per Reg. Cam. & ego addo in cauſa Pediſmontis per eamdem Regiam Cameram: ſed teneo veriorem opinionem contrariam, quando deuoluendum eſt feudum ad Dominum, non ad agnatos, vt *ibi* diſtinguit *Frecc.* & vide etiam latius per *Camer. in repet. capit. an agnatus, quæſtio.* 17. & in his caſibus ſunt deciſiones factæ, dum feuda applicabantur agnatis, & non fiſco, quia ex pacto, & prouidentia, & fideicommiſſo ſubiecta: tunc enim procedit *text. in §. Cornelio fœlici*, quia non reſoluitur infeudatio, & ſic *text. in cap. 1. §. fin. de capit. Corrad.* qui eſt *text.* melior de iure ſed in feudo ſimpliciter conceſſo, quod propter delictũ ex lege feudorũ, & inueſtituræ, ad Dominum deuoluitur: tunc non procedit diſpoſitio prædicti *text.* quia, vt ſupra diximus, & fundatum eſt, reſoluitur infeudatio, & ſubfeudum excidit Baroni, à quo tenetur, licet conferatur à Rege, & quæſtio de qua tractamus, intelligetur in ſubfeudatario, dum deliquit in Dominum directum, ſcilicet Regem: nam alias in ſimplici feudatario articulus non eſt diſputabilis, quia ex delicto importante feudi amiſſionem, fiſcus caperet iure ſuo totaliter.

Sed in feudo ex pacto, non hæreditario procedit limitatio tenendo opinionẽ *Andr.*
17 quam dicit æquiorem, vt feuda ex pacto, ex delicto in Dominum non deuoluantur ad eum, ſed ad agnatos in *cap. 1. ſi vaſ. feu. priu. & in cap. 1. §. denique, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* ſed ſi tenemus opinionem contrariam, ſecundum quam vltimo loco fuit iudicatum in cauſa Regij Piſci, cum Duce Traiecti, ea potiſſimũ ratione conſiderata per *D. Frecc. vbi ſupra*, dum tenuit feuda deuolui ad Baronem ſtatim, & non habere locum reſpectu Regis *§. Statius florus*, videlicèt, quia videtur datum feudum ſub ea conditione, ſi fidelis fuerit, conditione defecta reſoluitur conceſſio perinde, ac ſi nunquàm conceſſio facta fuiſſet, vt latius *ibi* per *D. Frecc.* quam opinionem tenui diſputando articulum in *repet. Andr. in d. cap. 1 ſi vaſall. feu. priu.* attenta igitur hac ſecunda opinione, non datur locus diſpoſitioni *text. in §. Statius florus*, quia ſemper ex prædicta conditione inſita fidelitatis ſeruandæ feudum ad Dominum reuertitur ipſo iure ſtatim delicto perpatrato, & ſic pariter ſubfeudum ad Baronem; & propterea *Afflict. in d. deciſ.* quem ſequitur *Frecc.* dixit *text. in §. Cornelio fœlici* non procedere in feudis, ex prædicta conditione inſita fidelitatis, quod per optimè in Barone fundat *D. Frecc.* & refert ſic deciſum per Sacr. Conſil. in *d. deciſ. Afflict.* 282. authorit. *gloſ. in d. conſtit. poſt mortem*, quæ vt dixi, refert ſic alias deciſum per Iudices M. C. ſed demum *D. Frecc.* decipitur, dum dixit, hoc procedere in feudo plano, non autem mixto per *conſtitutionem poſt mortem*; & deciſiones factæ ſunt in feudo mixto, in quo vt dixi loquitur *gloſ.* & eſt hodie indubitatum per prædicta *capitula*
18 *Papæ Honorij*: benè tamen procedit limitatio *ibi* conſiderata per *D. Frecc.* durante contumacia feudatarij delinquentis, antequàm fuerit declaratum delictum, ex quo condemnatur ad feudi amiſſionem, quia cũ adhuc non fiat locus deuolutioni fiſcus lite pendente ob contumaciam percepit fructus iuriſdictionis tantũ, quia ob contumaciam illa ſuſpenditur; & fiſcus ponit Iudicem, cum non poſſit contumax feudatarius ſtare in Curia ſine dedecore, vt diximus in articulo ſuſpenſionis iuriſdictionis, & in hoc tantum caſu intelligo procedere poſſe limitationem *D. Frecc.* non autem, vt ipſe dicit in perceptione fructuum feudi: nam donec feudum non declaratur deuolutum, fructus percipit Baro, ſeu feudatarius, qui ob contumaciam illis nõ priuatur, nec facit ad caſum, quòd feudatarius ſit bannitus: nam donec non foriudicatur in Regno, dicitur perſiſtere in contumacia, & percipit fructus feudi, ſicut de omnibus alijs eius bonis; ſequuta autem foriudicatione, ex qua declaratur hoſtis publicus, habetur pro condemnato ex delicto, ex quo inquiritur: priuatur bonis, in quibus ſuccedunt deſcendentes, & fiſcus ſecundum *Reg. conſtit.* tunc ſuccedit deuolutio feudi, vt ſic dicamus reſpectu fructuum, vt loquitur *D. Frecc.* nõ poſſe ſaluari eius dictum, ſed benè quoad fructus iuriſdictionis ſuſpenſæ, quàm practicam ponit idẽ
19 *D. Frecc. vbi ſupra num.* 11. & *ibi*, ad quæ onera remanet feudum obligatum, non obſtante deuolutione in Dominum *num.* 7. & quomodo in Regno omne Caſtrum dicatur feudum quaternatum, quid poſſidente Eccleſia, & quod de iure communi, *ibidem num.* 3.

20 Nec *text. in d. cap. §. fin. de capit. Corrad.* prædictis aduerſatur, nam loquitur in feudo conceſſo Eccleſiæ, de qua Eccleſia erat clericus beneficiatus, & propterea clerico delinquente Dominus tenebit durante illius vita, quia infeudatio non reſoluitur, nec delictum clerici poterat Eccleſiæ præiudicare,

cui

cui erat conceſſio expreſsè facta, & clericus erat tantum vſuarius, atque adminiſtrator vita durante; ita quod nullum dominium, nec vlla conceſſio erat radicatum, ſeu radicata in ſui perſonam, & conſequenter ceſſant omnes rationes, de quibus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Feuda plana, ſeu res excadentiales quomodo conſtituantur, & quæ opinio præualeat Afflict. vel Camerarij.*

2 *Opinio eſt indubitata, quando conceſſio facta per Baronem ſtetit firma per annos triginta, vt intelligatur conſtitutum feudum planum, quod cum aſſenſu Baronis tantum eſt alienabile, etiam quòd ſemel conceſſerit.*

3 *Conceſſio, ſeu alienatio facta per duas vices cum conſenſu Baronis tantum conſtituit eum in poſſeſſione feudi plani, etiam ſi non interceſſerit tempus annorum triginta.*

4 *Aſſenſus Regis vnicus, alio non expreſſo, non facit feudum quaternatũ, intantum quod in petitorio Rex non obtineret, exiſtente Barone in contraria poſſeſſione.*

5 *Feudum conceſſum per Regem, quando dicatur eſſe quaternatum.*

6 *Intellectus ad Andr. in Conſtitut. Regn. ſi quis Baro.*

7 *Aſſenſus quomodo quaternet feudum.*

8 *Poſſeſſio ſiue Baronis feudi, vti plani, ſiue Regis, vti quaternati, vel mixti, operatur validitatem aſſenſuum præſtitorum, quia hi ſunt fructus poſſeſſionis.*

9 *Opinio Camerarij contraria quomodo fundatur.*

10 *Baro non poteſt concedere res in demanio Baronali exiſtentes abſque aſſenſu.*

11 *Opinio Afflict. defenditur contra Camer. & illam tenet Author.*

12 *Clauſula quod feudum teneatur in capite à Rege abſque clauſula illa immediatè non facit feudum quaternatum ſimpliciter.*

13 *Clauſula, quòd immediatè teneatur à Barone in ſua conceſsione, ſi eſt appoſita in aſſenſu Regis operatur diſſenſum, & ſic vtrumque corruit.*

14 *Poſſeſsio interpetratiua non requirit longi temporis præſcriptionem.*

15 *Conſtitutio Regn. poſt mortem limitatur, quando cum Regis aſſenſu Baro concederet feudum tenendum ab eo immediatè, & ſic è contra, dùm apponitur in aſſenſu Regis.*

16 16 *De iure communi feudorum non datur hæc differentia feudorum planorũ, & quaternatorum.*

17 *Aſſenſum quaternare feudum, eſt de more Regni.*

18 *Conſtitutio poſt mortem eſt exorbitans, ob quod ſuos limites non excedit.*

19 *Conſtitutio poſt mortem ſecundum Andr. eſt irrationabilis.*

20 *Dominij totalis tranſlatio operatur, quòd penes concedentem nullum remaneat ius feudale, & intelligitur initus contractus innominatus.*

21 *Conſtitutio poſt mortem limitatur, quando in conceſsione eſt data poteſtas alienãdi.*

22 *Alienatio feudi mixti facta cum aſſenſu Baronis, an validetur per aſſenſum Regis impetratum poſt mortem venditoris, ſecundum opinionem Parid. & Afflict.*

23 *Cauſa remota mediata, & inualida non attenditur habita cauſa immediatè valida.*

24 *In feudis attenditur cauſa proxima, & non remota.*

25 *Conſtitut. Regni conſtitut. diuæ memoriæ declaratur, quomodo procedit in feudis mixtis.*

26 *Dominium poteſt transferri in hæredem ſuſpenſiuè.*

27 *Doctrina Andr. quòd aſſenſus nõ poſsit impetrari poſt mortem declaratur.*

28 *Actus, qui debet fieri cum cõſenſu plurium, ſi fiat cum conſenſu vnius, non eſt nullus, ſed ſtat in ſuſpenſo, donec alius aſſentiat, licèt ex eo interim ius non transferatur.*

29 *Text. in l. fin. ff. commun. præd. declaratur.*

30 *Opinio Camerar. impugnatur.*

31 *Author firmat opinionem Parid. & Afflict. contra Camer. maximè in caſu Camerar. ponentis caſum in morte Baronis aſſentientis.*

32 *Feudum conceſſum à Barone cum Regis aſſenſu, cum clauſula, cum poteſtate alienandi, ſaluo aſſenſu impetrando, an ſi conceſsionarius alienat cum reſeruatione aſſenſus, alienatio ſit valida, vel quãdocumque poſsit aſſenſus impetrari, & hæres non poſsit contrauenire, remiſsiuè.*

33 *Conſtitutio Reg. conſtit. diuæ memoriæ non procedit, quando ſuper alienatione feudi Dominus tenetur aſſentire.*

34 *Feudum datũ cum poteſtate alienandi reſeruato Domini aſſenſu, non ſolùm tenetur Dominus ad aſſentiendum, ſed aſſenſus habetur pro præſtito.*

35 *Conceſsio facta ſimpliciter cum poteſtate alienandi abſq; aſſenſus reſeruatione operatur, vt in alienatione nullus requiratur aſſenſus.*

36 *Conceſſa poteſtate alienandi, intelligitur de alienatione facienda æquali.*

37 *Feudum francum an alienari poſsit abſq;*

alio

alio Domini aſſenſu.

38 *Conceſsio feudi franchi importat libertatem à quolibet genere ſeruitutis, & omni libertate liberum.*

39 *Francum, & liberum non expectat alterius licentiam.*

40 *Feudum francum idem importat, quòd dicere feudum ſui iuris.*

41 *Dominus eſt qui per ſuas inueſtituras dat legem feudis, per quam feudorum naturæ derogatur.*

42 *Feudum licèt alteretur in aliquibus, remanet tamen eum ſua natura in omnibus alijs.*

43 *Conceſſio feudi franchi importat plus, quàm concedere feudum abſq; ſeruitio.*

44 *Feudum francum quid importat, ſecundum opinionem Baldi.*

45 *Feudum francum poſſidens non poteſt alienare illud in Eccleſiam, contra opinionem Bald.*

46 *Conceſſio feudi franchi, non importat alienationem dominij directi in feudatarium contra Bald.*

47 *Authores recenſentur, qui tenent opinionẽ, vt feudum francum poſſit alienari abſq; aſſenſu, quam Author dicit eſſe cõmunem, & eam ſequitur.*

48 *Opinio contraria Camerarij validè confutatur, & reſpondetur fundamentis deciſionum, quæ in contrarium adducuntur.*

49 *Feudum poteſt concedi francum à iuramento fidelitatis, & non omnia, quæ comprehenduntur ſub fidelitate ſunt de ſubſtantia, & aliud eſt eſſe de ſubſtantia, & aliud de natura, quæ poteſt impropriari in aliquibus.*

50 *Conceſſa poteſtate eligendi, ea ſequuta, videtur elegiſſe, qui eam conceſsit.*

51 *Feudum francum appellatur feudum conditionatum.*

52 *Feudum conceſſum francum & liberum, poteſt ſecundum omnes alienari ſine aſſenſu, per verbum illud liberum.*

ARGVMENTVM.

Feuda plana quomodo conſtituantur. Aſſenſus quomodo dicitur quaternare feudum, & an vnicus ſufficiat. Clauſula immediatè, & in capite in aſſenſu Regis facit feudum quaternatum ſimpliciter, & in conceſſione Baronis facit planum, & ſi in vtroque aſſenſu adeſt eadem clauſula, neutrum ſubſiſtit. Dominij totalis tranſlatio mutat contractum feudalem in contractum innominatum, data poteſtate alienandi, non requiritur alius aſſenſus. Aſſenſus Regis impetratus poſt mortem vẽditoris feudi quaternati ſecundum quid, in quo præcedebat Baronis aſſenſus, validat venditionem, & non datur reuocatio. Aſſenſus datus cum poteſtate alienandi ſaluo Domini aſſenſu, tenetur aſſentire Dominus: immó aſſenſus habetur pro præſtito. Feudum francum poſſe alienari abſque aſſenſu latè defenditur.

§. II.

VERVM diſcurramus aliqua vtilia circa cõſtitutionem feudi plani, & de tabula, & feudi quaternati mixti; & etiam videamus limitationes aliquas nouas ad prædictam *Regni Conſtitutionem poſt mortẽ. Afflict.* enim tenuit in *Conſtitutione Regni conſtitutionem diuæ memoriæ in* 12. *no-*

1 *tab.* feuda plana, ſeu res excadentiales dici quando ſemel iure licito aſſenſu mediante fuerint conceſſa, ſeu conceſſæ, vt demùm illis deuolutis à Barone ſolo poſſint concedi, & idem tradit *ibi num.* 62. addens, quòd etiam quòd in prima conceſſione non interuenerit aſſenſus, ſi tamen Baro conceſſerit per duas vices, cum curſu temporis 30. an-

2 norum, erit res alienabilis cum aſſenſu tantum Baronis: quod vltimum dixit per prius *Andr. in cap.* 1. *de his qui feud dar. poſſ.* immò quòd ſufficiat ſemel conceſſiſſe, & ſteterit datio firma per curſum annorum 30. verum

3 hoc temporis curſu deficiente, ſi conceſſerit per duas vices, licèt non ſit inducta conſuetudo præſcripta, conſtituitur tamen quis in poſſeſſione dandi, & ob id *Moder. Adden-*

4 *ad Afflict. in deciſ.* 282. concludunt, aſſenſum vnicum non quaternare feudum, niſi aliud in eo fuerit expreſſum, nec ex vnica conceſſione in petitorio Regem obtinere, dum Baro eſt in contraria poſſeſſione, maxime concurrente curſu temporis, ideoq; *Afflict.*

5 *ibi* refert per Sacr. Conſil. fuiſſe deciſum, quod nõ quicquid concedit Rex in feudum, erit feudum quaternatum, niſi expreſsè dicat, vel quando ipſe erigit rem in feudum, & demùm cõcedit, & propterea infert, quòd ſi Rex concedit feudũ, quòd antiquitus erat athenaſia, ſeu feudum planum, quòd ex hac ſola conceſſione non efficitur quaternatum, niſi expreſsè dixerit, & ſic intelligit ipſe

6 *Andr. in Conſtit. Regni, ſi quis Baro:* hinc *Capyc. in ſua inueſtitura in verb feudales aſſenſus, in verſ. effectus* declarando dictum *Andr. vbi ſupra,* quòd tunc ſit feudum quaternatum, quando eſt dictum in aſſenſu, vt

7 ab eo, & ſub eo teneatur *idem Afflict. in cap.* 1. *de controuerſ feud. int par. termin. nu.* 29. vt aſſenſus non quaternet feudum, niſi adeſſent prædicta verba, vt teneat ab eo, vel ſub

eo,

eo, ſcilicet à Rege, & *ibi Andr. num.* 12. expreſsè tradit, vt non ſufficiat Regem ſemel conceſſiſſe in terra Baronis, vt dicatur feudum quaternatum, ſed pluries, vel ſemel cũ curſu triginta annorum.

Benè aduertatur, antequam vlterius tranſeamus, quòd in caſibus, in quibus, vt ſupra conſtituitur quis in poſſeſſione concedendi,
8 ſiue Baro, ſiue Rex, quod alienationes per Baronem factę abſque Regis aſſenſu, ſeu aſſenſus per ipſum præſtiti ſuper alienationibus talium feudorum, vt planorum, & ſic è contra alienationes, ſeu aſſenſus præſtiti per Regem, vti de feudis quaternatis, omnes inquam erunt validæ perpetuò, licèt in petitorio poſtea declararetur, vel contra Baronẽ, vel contra Regem, quia hi ſunt effectus poſſeſſionis: caſus eſt in *cap. conſultationibus extra de iure patron.* eleganter *Angel. in l. ex diuerſ. colum fin. ff. de rei vendic.* maximè in iſtis incorporalibus, vt eſt eligere, aſſentire, præſentare, & ſimilia: nàm ſunt fructus induſtriales, quos facit ſuos bonæ fidei poſſeſſor, & etiam naturales conſumptos, quando non eſt effectus locupletior, de quibus latè per *Innoc.* vbi communiter *Scrib. in cap. in literis de reſtit. ſpol.* quæ cumulaui in *conſil. meo* 31. 1. *vol. num.* 17. ſecundum quæ in illa cauſa fuit deciſum.

Redeundo nunc ad quæſtionem contra *Afflict.* tenuit *Camer.* dicens, feuda plana eſſe ea, in quibus non dato aliquo initio Ba-
9 rones conſueti fuerunt ſoli concedere, & aſſentire abſq; alio Regis conſenſu: nam vbi ille interuenit ſemel, dicitur aſſenſum quaternare feudũ, quanquam à Barone teneatur ſecundum *Andr. in d. conſt. ſi quis Baro*, & propterea in omni alienatione poſtea interuenire debet, nõ ſolùm Baronis aſſenſus, ſed & Regis, ita *Camer. in cap. imperialem fol. 69. col. 2. & cart. 73. 3. col. in princip.* pro quo fortiter inſtat, quòd dixit *Andr. in cap. ſimiliter lo 2. in 2. addit. num.* 20. & 21. *in tit. de capit. qui cur. vend.* dixit enim Baronem eſſe, qui habet ſub ſe feudum quaternatum, non autem plura feuda ſimplicia, ſed ſi ex his dat vnum alij cum aſſenſu Regis, vt ſub eo, & ab eo teneatur, erit Baro: nam ex hoc fit feudum quaternatum, dicit *Frecc. in princip. in cap. incip. vidimus nu.* 39. *cart.* 13. & idem tradit *Andr. in d. Conſtitut. Regn. ſi quis Baro*, ſcilicet, quod Baro dicatur, qui habet ſub ſe feudũ quaternatum, quod alius tenet, ſecundum *Conſtit. Regn. poſt mortem*, etſi habet plura feuda, ſi illa ſunt quaternata, vel dat vnum cum conſenſu Regis, vt ſub eo, & ab eo teneatur, erit Baro; conſenſus Regis quaternat illud, quia Rex confirmans videtur donare.

Si ergo Baro eſt, qui habet ſub ſe feudum quaternatum, & quaternatum efficitur eo ipſo, quod concedit cum conſenſu Regis, quia aſſenſus quaternat dixit *Andr.* ſequitur ex hoc, quod non eſt vera opinio *Afflict.* vt feudum planum dicatur, quando habuit initium à conceſſione facta per Baronem cum Regis aſſenſu, quia hoc facit feudum quaternatũ, & propterea in qualibet diſpoſitione, vt ſupra diximus, vtriuſque requiritur aſſenſus, & non ſufficit ſolius Baronis, &
10 maximè procedunt hæc, quando feudatarius concedit ea, quæ ſunt de demanio, quæ non poteſt abſq; aſſenſu, & dum Rex aſſentit, videtur à Rege habere, *Afflict. in conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ in fin.*

Sed quæſo aduertatur, nam ex eadem doctr. *Andr.* ſuper qua *Camer.* ſe fundat, ſua opinio confunditur, & confirmatur opinio *Afflict.* non enim dicit *Andr.* quod per ſim-
11 plicem Regis aſſenſum ſubfeudum Baronis fiat quaternatũ, ſed requiritur, quod adſint illa verba, vt ſub eo, & ab eo teneatur; quod exponit *Afflict. in d. cap. 1. de controu. feud. apud par. termin.* vt teneat ab eo, & ſub eo, ſcilicet à Rege; ergo prædictis verbis deficientibus aſſenſus non quaternat feudum, ſed tantum, vt dixit *Afflict.* aſſenſus non impetratur propter aliud, niſi ad validandam conceſſionem, & tollendum obſtaculum, non autem ad alterandam naturam illius, vel ad aliquid de nouo faciendum, & conſequenter firmatur opinio *Afflict.* vt feudum planum conſtituatur, non ſolùm quando eſt in poſſeſſione præſcripta concedendi abſq; aſſenſu, ſed ſi illud fuit conſtitutum à principio cum Regis aſſenſu, quia aſſenſus nõ alterat, neq; quaternat, niſi cum prædictis verbis, vt ſub eo, & ab eo teneatur, & quia non di-
12 xit immediatè, propterea ab vtroque tenetur in capite, ſcilicet à Rege, quia ſecundũ *conſtitutionem poſt mortem*, ipſe concedit tenendum à Barone, & demum in capite à Barone, quia ab eo tenetur, dixit notabiliter *Andr. in Conſtit. Reg. vt de ſucceſſ. in*
13 *princ.* ſecus ſi eſſet clauſula, vt immediatè teneretur ab eo, vt declarat *idẽ Camer. car. 69. ater. in princ* & ideò ſi in aſſenſu, ſeu cõceſſione Baronis diceretur, q̃ immediatè teneretur ab eo, & idem diceretur in aſſenſu Regis, neutrum teneret, latè *Frecc. in 3. lib. q.* 34. ſecundum q̃ refert iudicatũ *idem Camer. car. 56. a ter.* etſi ſupra fundatũ eſt etiã ex dec. *And.* nõ ſufficere ſemel Regẽ conceſſiſſe in terra Baronis, ad hoc vt dicatur feudũ quaternatũ, & *idẽ And. in d. c. ſimiliter, et in d. conſt. ſi quis Baro*, ponit caſũ, quando

Baro habet plura feuda ſimplicia, & concedit vnum cum conſenſu Regis: ita quod feuda erant plana à principio; ergo oportet, quod aſſenſus ſit præſtitus cũ prædictis verbis, vt ab eo, & ſub eo teneatur; aliàs aſſenſus ſimplex non operabitur effectum quaternationis: vnde abſque dubio præualet opinio *Afflict.* cum declaratione tamen, & ſic concordatur vtraque opinio, vt ſi poſt primam conceſſionem factam à Barone cum conſenſu Regis, continuaret idemmet Baro, in aſſentiendo ipſe ſolus, vel ſolus concedendo, vel è contra non ſolus, ſed cum aſſenſu Regis, tunc hæc poſſeſſio interpretatiua reſolueret dubietatem impetrationis Regij aſſenſus, & declararet intentionem tàm Regis, quàm Baronis, quæ eſt tantæ potentiæ,
14 vt non requirat longi temporis præſcriptionem, vt alias diximus, de quo latè in *conſil. meo* 51. 1. *volum. num.* 28. *& 29. Molin. de hiſpan. primogen. lib. 6. num.* 58. & procedit hoc etiam attenta opinione *Camer.* quia titulo non repugnat, ſed aptus eſt recipere declarationem à poſſeſſione ſubſequenti declaratiua intentionis.

Et ideò, & notetur, ſi conceſſum eſſet feudum à Barone cum clauſula, quod immedia-
15 tè, & in capite teneretur ab eo, & hoc cum Regis aſſenſu, tunc non procederet *conſtitutio poſt mortem*, quia hæc clauſula facit, vt ab eo tantum teneatur dixit *Camer. in loco ſupra allegato*, vt quando ponitur hæc clauſula in aſſenſu Regis, tunc à ſolo Rege, & non à Barone feudum tenetur, loquendo de feudo mixto, ſeù quaternato ſecũdum quid, quòd aliàs ſecundum *eum*, ſine hac clauſula tenetur mediatè à Rege, & immediatè à Barone, & hoc ea ratione, quia in terminis prędictæ *conſtitutionis*, ſic Rex confert: vnde ſi apponitur per Baronem hæc clauſula, vt immediatè, & in capite teneatur ab eo, tunc ab eo ſolo teneretur, & non à Rege, & ratio eſt, quia per hanc clauſulã, intelligitur tranſlatum in Baronem non ſolùm vtile, ſed directum dominium: ita notabiliter *D. Frecc. in* 1. *lib. in tit. quis dicatur Princeps, in cap. incip ſed vt verius num.* 6. *verſic. vno tamen caſu*, & per talem clauſulã, dixit *idem Frecc.* quod eſt receſſum à diſpoſitione prædictæ *Conſtit. Regn. poſt mortem, vt per eum in* 29.
16 *auth. Baron.* ſed attenditur ius commune feudorum, per quod non datur hæc differentia feudorum planorum, & quaternatorũ. & multa ad propoſitum per *eumdem in differ.*
17 *feud. quater & de tab.* Et illud quod aſſenſus quaternat feudum, eſt de more Regni, dixit *idem Frecc. vbi ſupra in princ. & conſtitutio*
18 *poſt mortem* eſt exorbitans, ob quod ſuos limites non excedit, dixit *idem Camer. cart.* 73. *verſ.* 4. *concluſ. & Andr. in eod. cap. impe-*
19 *rialem* dixit eſſe irrationabilem, & exorbitantem, *ibi poſt num.* 11. quia Rex concedit, quod ab alio tenetur, cuius eſt dominium, & cui per mortem feudum aperitur.

Præterea omnis hæc diſputatio fundatur per *Conſtit. Reg. poſt mortem* ratione collationis, quam Rex habet, ita *Andr. in loco alleg. in Conſtit. Reg. vt de ſucceſſ. & in d. cap. imperialem nu.* 10. ibi *feudum quaternatum eſt alterius conditionis, in eo enim habet Rex collationem*: vnde poſſet attentari, quod cum per *capit. Papæ Honorij* ſecundũ *Andr. ibidem* correcta ſit *conſtitutio* prædicta, vt ſupra latè declarauimus, & non ſolũ ſubfeudum Baroni deuoluitur, ſed etiam habet ipſe collationem: ergo ceſſat *conſtitutio*, & nil differt hoc feudum à feudis planis, & ſi collatio faciebat, vt teneretur à Rege, & hæc eadem cauſabat intereſſe, ob quod nõ poterat feudum refutari Baroni ſecundum *Andr.* igitur hodiè non procedit *conſtitutio*, nec quod dicit *Andr.* de vtriuſq; aſſenſu, & alijs ſuper quo cogitetur: nam eſt magna declaratio fundata in puris iuris terminis: ſiquidem firmauimus ſupra in Baronem reſpectu rerum particularium ſuæ baroniæ translatum eſſe non ſolùm vtile, ſed etiam directum dominium, ſicut dicimus in Rege in hoc Regno reſpectu feudo-
20 rum particulariũ, & quando tranſijt omne dominium, tunc non remanet reſpectu taliter concedentis ius aliquod feudale, iuxta vulgatum, & ſolemne *conſil. Oldrad.* 159. & ideò *Bald. in præl. feud. nu.* 19. voluit quòd dum tranſit directum dominiũ impropriatur natura feudorum, & ſumus in terminis *text. in c.* 1. *de feud. non hab. propr. nat. feud.* qui *text.* dicit, quòd facta conceſſione feudi tibi, & cui dederis, intelligitur in allodium, & taliter eſt à natura receſſum, ſecundum *Bald.* vt intelligatur initus alius contractus videlicèt innominatus, quem allegat, & ſequitur *Iaſ. in prælud. feud. ante nu.* 24. *verſ. ſi hoc dictum*: Igitur ſi omne dominium eſt translatum, & nil remanſit pęnes primum Dominũ reſpectu rerum particularium: & & venit ex hoc ſublata *cõſtitutione poſt mortẽ*, quę hoc alterabat, ſequitur q̃ ſolus Baro eſt ille, qui aſſentire poteſt, & per *Cap. Papæ Honorij*, ſed per clauſulam prædictã immediatè, & in capite ſumus extra terminos, qui cõſiderari ſolent in feudis mixtis, quia deficit mixtura, ſi à Barone tãtũ tenetur: deficit illud, ſecundũ quid, conſideratũ ab *Andr. in Conſt. Regn. vt de ſucceſſ.* quia non ſecundum qd recognoſcitur à Rege, ſed in nihilo, & in

totum

rorum retinetur, & recognoſcitur à Barone.

Inſuper *Affict. in cap. Conſtitut. poſt mor-*
21 *tem nu.* 2. dicit, quòd quando in conceſſione eſt data poteſtas alienandi, tunc non procedit illa *Conſtitutio*, ſed iudicatur de iſtis feudis quaternatis ſub Barone, prout de cæteris ad eius collationē ſpectantibus: vnde ſi Rex Baroni concedenti ſub hac forma aſſenſiſſet, vel data eſſet per Regem Baroni poteſtas alienandi, tunc liberè poterit ſubinfeudare abſque alio aſſenſu, & in Regno intelligitur de ſubinfeudatione, quia per *conſtitutionem conſtitutionem diuæ memoriæ* eſt illa prohibita, quòd non eſſet iure communi, quia permiſſa, & intelligeretur in liberū allodium, vt declarat *Andr. in d. cap. 1. de feud. non hab propr. nat feud.*

Sed ponamus eſſe in terminis prædictæ
22 *Conſtitutionis poſt mortem*, & in concluſionibus vt ſupra firmatis, quòd in feudo mixto aſſenſus vtriuſque requiratur, videamus, ſi eſt facta alienatio, & impetratus in ea aſſenſus Baronis, & demùm mortuo venditore, fuit impetratus Regius aſſenſus, an ex hoc validaretur conceſſio ex aſſenſu Regis ſuperueniente, quòd tenuit *Affict. in d. cap. imperialem* 24. *notat.* 36. *quæſt.* & per prius tradidit *Paris de reintegr.* de quo ipſe mentionem non facit *cart.* 147. *in cap. incip. an ſi quando feudum*, & reddunt rationem, quia habita cauſa immediata valida, non attenditur cauſa remota, & mediata inualida,
23 *l. dedi §. ſubtiliùs ff. de condit. ob cauſ.* eleganter *Bald. in l. de quibus nu.* 49. *ff. de legib.* & *Parid.* allegat, & ſequitur *Anna in conſtit. conſtit. diuæ memoriæ nu.* 202. vt potiùs valeat actus feudalis immediati ſolius, quàm ſolius mediati, & trahitur illa inualida ad
24 immediatam validam, & in feudis attenditur magis cauſa proxima, quàm remota. *Camer. in cap. imperialem cart.* 73. qui allegat *Bald. in l. ex placito C. de rer. permut. Curt. in tract feu. 2. par. 10. quæſt.*

Et licèt *Conſtitut. Regn. conſtitut. diuæ*
25 *memoriæ* habeat etiam locū in feudis quaternatis ſecundū quid, quæ diſponit, vt abſq; licentia debita feuda alienari non poſſint, tamen *conſtitutio* nō loquitur, quando adeſt licentia vnius ex Dominis: loquitur enim ſimpliciter, quando non adeſt licentia, hic dicimus adeſſe, dum replicatur non ſufficere, dicimus hunc non eſſe caſum *conſtitutionis*, quæ eſt exorbitans, ſed eſt alius caſus nō expreſſus, & regulandus eſt à diſpoſitione iuris communis, & cum actus habeat iuſtū, & licitum initiū, licèt quoad translationem dominij non habuit ſuam perfectionem, ex defectu Regij aſſenſus, & dominiū ſit trāſlatum in hæredem venditoris, dicimus quod cum contractus non ſit nullus, vt infra fun-
26 dabimus, non erit nouum, quòd dominium in hæredē transferatur ſuſpenſiuè, dixit eleganter *Bal in l. 3. C. de pact int empt. & vendit. & tot. tit ff de leg commiſſ & in tit de adiect. in diem*, ita quòd ſic in hæredem venditoris transferatur, dùm præcedit aſſenſus Baronis, & demum ſuperueniente Regis, illud tranſit in emptorē, vel ſaltem teneatur
27 hæres tradere, & adimplere, quod defunctus fecit: non enim ſumus in quæſtione poſita per *Andr.* quòd per mortem eſt amiſſa ſpes reconualidationis, actus eſt nullus, & dominium tranſiuit in hæredem: loquitur enim *Andr.* in feudatario alienante, nullo præcedente aſſenſu, & ſic in actu pœnitus nullo, quod nec etiam hæres ratū habere tenetur, vt ex diſcurſu lecturæ *Andr* apparet *in d. c. imperialem poſt nu.* 15. *in addit.* & ſumus in actu contra legem, funditùs nullo, & ab ea expreſsè reprobato, ſecundū terminos *text. in l quemadmodum C. de agricol. & cenſit. in l. non dubium C. de legib.* quæ non procedūt, quando actus non eſt omnino nullus, nec à lege reprobatus *gloſ. in l. poſt mortem ff. de adopt Odoffred. Alber. Ang. & cæteri in l. per fundum ff. de ſeruit. ruſt. præd.*

Diximus, quòd *conſtitutio* non habet locū, quia loquitur ſimpliciter, quādo nulla adeſt licentia, hic adeſt licentia Baronis, & ſic non ſumus in terminis *conſtitutionis*; & cū actus
28 ſit celebratus cum licentia vnius, non dicitur actus nullus ex defectu cōſenſus alterius Domini, ſed ſtat in ſuſpenſo, donec alius aſſentiat, ſed dicitur benè non valere, quoad
29 translationē iuris realis. Caſus eſt in *l. fin. ff commun. prædior.* Ibi *rurſus hic actus pendebit, donec nouus ſocius cedat*, & actus quī fiebat ibi, erat cōſtitutio ſeruitutis à pluribus Dominis, & ſi actus dicitur pendere; ergo non eſt nullus, & dum dicitur ex illo *tex.* quòd ſi antequā alius ſocius conſentiat ſeruituti imponendæ, deceſſerit, qui primo conſenſit, quòd de nouo eſt præſtandus conſenſus, alias nihil eſt actum, aduertatur hoc intelligi ad finem cōſtitutionis iuris realis ſeruitutis, ſed hæres tenetur habere ratum, & de nouo conſentire: ita *gloſſ in d. l. fin. in verb. nihil agetur*: ita quòd ſtant iſta ſimul, quòd nihil ſit actum, quoad effectū translationis iuris realis, & conſtitutionis ſeruitutis, ſed quia actus eſt validus, dicitur adhuc pendere, non poteſt hæres reuocare, nec cōtrauenire, ſed ratum habere, vbi *Bart.* declarat, & melius in *d. l per fundum*, cuius infraſcripta ſunt verba.

Per fundum quamplurium ius mihi eſſe

eundi, agendi, poſſe ſeparatim cedi, ergo ſubtili ratione non aliter meum fit ius, quàm ſi omnes cedant, & nouiſſima demum ceſſione ſuperiores omnes confirmabuntur, benignius tamen dicetur, & antequàm nouiſſimus ceſſerit eos, qui ante ceſſere, vetare, vti iure ceſſo non poſſe, vbi *Alberic.* dicit ſemper exceptione repelli conſentientem, licèt conceſſio nõ teneat, quia actus eſt licitus, & nõ reprobatus à lege, quia bona fides nõ patitur, dixit *ibi Angel.* vt quis contraueniat, quando actus non eſt funditùs nullus, & *Bal. ibi* dixit, quod etſi conceſſio vnius alijs non officit, tamen concedens contra factum ſuum venire non poteſt, & actus eſt validus, quo ad ius obligationis, non quoad ius ſeruitutis, & *ibi Odoffr.* quòd obſtat exceptio *text. in l. vendicantem de euiction.* quia actus in ſe eſt validus reſpectu conſentientis, licèt dicatur non valere reſpectu aliorum adhuc non conſentientium.

Ex quo fit, quòd dum *Camerar. cart. 90. in cap. imperialem* tenuit extingui conſenſum Baronis per mortem, dùm non fuit im-
30 petratus Regis aſſenſus in vita, & allegat *text. in dicta l. fin. commun. præd.* fallitur inquam: nam *text.* dixit, quod actus ſtat in pendenti, & dicitur non valere reſpectu iuris realis, quia vnus ex ſocijs non potuit transferre, ſed nec ipſe, nec hæres poteſt cõtrauenire, qui tenetur habere ratum, licèt non ſit conſtitutum ibi ius ſeruitutis, quod *ipſemet Camerar.* non potuit negare authoritate *gloſ. in eadem l. fin.* & conſequenter cum non detur reuocatio per mortem, nec poteſt hæres contrauenire, aſſenſus Domini ſuperueniens validat actum, quia cõtractus non eſt nullus, ſed præter legem, ex quo non ſumus in terminis quæſtio. *Andr.* in alienatione ſimplicis rei feudalis abſq; vllo aſſenſu. Hæres vigore *conſtitutionis* non poteſt reuocare, quia vt dixi *Conſtitutio* nõ loquitur in hoc caſu, ratione nullitatis contractus, quia contra legem minimè, quia alienauit cum aſſenſu, defectus aſſenſus Regis non cauſat nullitatem aſſenſus præſtiti per Baronem, qui non poteſt contrauenire, vt demonſtrauimus, & hæres tenetur habere ratum: nec cauſat nullitatem venditionis factæ, dum illa habet aſſenſum Domini immediati, cumque cauſa immediata attendatur, & cauſa proxima, & remota, & mediata, quamquàm inutiles iuuant quocumque
31 tempore ex ſupra fundatis, ergo remanet defenſata opinio *Parid. & Aſflict.* non obſtante contradictione *Camer.*

Quæ multo magis procedunt in caſu *Camer.* qui ponit quæſt. quando moritur Baro aſſentiens ante impetrationem Regij aſſenſus: ſiquidem Baro explicauit actum licitũ, ex ſui parte à lege permiſſum, & approbatum, qui etſi reſpectu translationis dominij rei venditæ dicatur non valere, quia ſolus non potuit aſſentire, non per hoc fecit, quoad ſe actum illicitum, & reprobatum, ſed omni iure permiſſum, & quoad ius ſuæ obligationis, & adimplementi intantùm actus eſt validus, quòd lex dixit non poſſe contrauenire, & *gloſ. Bartol. & cæteri*, quòd hæres tenetur habere ratum ex ortu actionis perſonalis contra defunctum acquiſitæ, & in hęredem transfuſæ. Igitur fallitur *Camerar.* quoad effectum reuocationis, & contrauentionis, quia & defunctus, & hęres ſemper tenentur, nec facit ad caſũ, quòd de nouo conſentire habeant: nam hoc non cauſatur ex defectu nullitatis, nec ex defectu validitatis obligationis reſpectu ipſius aſſentientis, ſed reſpectiuè ad acquiſitionẽ iuris realis, quod nunquam potuit transferri, nec dici conſenſum validum, donec omnes ſocij conſentirent in illo caſu, & ideò *text. in d. l. fin.* dixit, quòd dum vltimus conſentit, tunc cenſetur actus factus, quo tempore cum reperiatur alter mortuus non poteſt dari fictio ſuper impoſſibili, data etiam inhabilitate extremorum à quo, & ad quod, iuxta notata per *Doctor. in ead. l. fin.*

32 Sed quid ſi feudum ſit conceſſum à Barone cum aſſenſu Regis in ſubfedatarium cum clauſula, cum poteſtate alienandi ſaluo aſſenſu impetrando, an ſi ſubfeudatarius alienet impetrato aſſenſu Baronis tantum, vel Regis tantum, vel nullo impetrato aſſenſu, ſed facta alienatione ſeruata forma inueſtituræ cum reſeruatione aſſenſus, an inquam tali caſu venditor, vel hęres poterit contrauenire? In quo videatur *conſilium meum* 81. 1. *vol.* factum in cauſa Domini Marci Antonij Columnæ; vbi per veros iuris terminos fundatur validitas contractus, quia factus ſeruata forma conceſſionis, & poteſtatis attributæ, & vltra *ibi* tradita, addo quod dixit *Frecc. in 25. limit. ad conſtitutio-*
33 *nem*, vt *conſtitutio* non procedat, quando alienatur feudum, & Dominus tenetur aſſentire: nam tunc non datur reuocatio, & habetur aſſenſus pro præſtito, & idem *in limi-*
34 *tat.* 42. Ergo ſi datur feudum cum facultate alienandi reſeruato Domini aſſenſu, quo caſu cõmunis eſt *Doctor.* opinio teneri Dominum ad aſſentiendum: immò quod habetur pro conſentiẽte, dùm non habet iuſtam cauſam contradicendi, de quo latiſſimè in *meo conſil. 2. 1. volum. & in conſil. 6. Domini Regentis Lanarij*, & notabiliter per

Mina d.

Minad. in deciſ. 43. dicentem, quod illa reſeruatio aſſenſus tantummodo intelligitur facta ad cognoſcendum perſonam, in quam fit alienatio, quia alias illa ampla facultas diſponendi nihil operaretur, & proprerea ſi alienatio eſt facta in fidelem aſſenſus debet haberi pro præſtito, ſequitur propterea non poſſe tali caſu tractari de nullitate, nec de reuocatione vigore *conſtitutionis*, quia cõtractus eſt celebratus iuxta formam conceſſionis, in qua concurrit vtilis, & directus Dominus, & ob id poterit aſſenſus impetrari, ſiue viuis, ſiue mortuis contrahentibus.

35 Quæ indubitata erunt, ſi ſimpliciter in conceſſione fuerit data poteſtas alienandi abſque aſſenſus reſeruatione: nam tunc in alienatione nullus requiritur aſſenſus, ex traditis per *Andr in d.cap. 1. de feud. non habente propriam nat feud.* dicitur enim inſitam licentiam in lege inueſtituræ per talem facultatem datam: nam dicit *Andr.* quod etſi ſit de natura feudi, vt quis non poſſit alienare ſine aſſenſu Domini, ita quod dũ hoc conceditur, natura impropriatur: tamen quia hæc fuit voluntas Domini, dixit *ipſe*, qui potuit apponere legem, quam voluit, & dùm alienat, videtur Dominus conſentire ex ſua propria voluntate, quia dedit ſic, vt alij dare poſſit, quæ ſunt formalia verba *Andr.* propterea iuſtè alius non requiritur aſſenſus: nam ſecundum *Andr.* intelligitur præſtitus à principio conceſſionis, & hæc eſt communis opinio *Scribent.* & ſignanter *feudiſtarum*, vt teſtatur, & ſequitur *Gamer in d.cap. imperialem cart.* 45. idem teſtatur *D Frecc in* 26. *limit. in fin. ad conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ*, & latè idem teſtatur, & ſequitur *Lodulph. Schrader in tract feud par. 8. cap. 2. nu. 57 verſ.* 14. cumque inueſtituræ concedi ſolent de ordinario ſtilo Cancellariæ, cum facultate alienandi ſaluo aſſenſu Domini, propterea dum aliquæ fiunt cum eadem poteſtate, ſed abſque tali reſeruatione, manifeſtè colligitur voluntas Domini, vt tali caſu liberam conceſſerit facultatem, & licentiam feudatario alienandi, vt ſic tanto magis clarior reddatur communis concluſio, vt ſupra firmata, & *Camer. ibidem fol.* 46. benè reſpondet ad illud inconueniens, quòd Dominus neſciat vaſallũ,

36 in quem alienatur, quia dixit *ipſe*, quod lex prouidit, vt nõ poſſit dari in æquali ad *text. in cap. 1. §. ſimiliter de cap. Corrad.* & reſpondet etiam quomodo non promiſſa Domino fidelitate per ſecundum feudatarium, poterit ab illo habere ſeruitium, ob quod videtur eſſe damnoſum, dixit enim inueſtituram præcedere fidelitatem *cap. 1. qui præced. deb. & quantum ad fidelitatem attine.* hoc deinde fiet ſecundum cautelam *Iſern. in § illud vendicando feudum*; & tu adde quòd omnia fiunt vigore poteſtatis à Domino attributæ, & ſecundum *Andr.* intelligitur Dominũ dare ſecundo feudatario, qui erit æqualis in omnibus cum primo, ſequitur quod ceſſant rationes contemptus Domini, intereſſe voluntatis, quod non tenetur recipere in vaſallum aliũ, quàm quem ipſe vult, & quòd poſſet alienatio fieri in potentiorem: nam ſi Dominus permittit, & dicitur facere, vtiq; omnia ceſſant, verùm de hoc articulo, quando data poteſtate alienandi non requiratur alius aſſenſus, vide latius infra in *tit. de refut. feud. §.* 11. *nu* 15.

Quibus ſic exiſtentibus conſtat de veri-
37 tate illius articuli, an conceſſo feudo franco, ſi illud inquam poſſit alienari abſq; alio aſſenſu; rationes enim *illorum*, qui tenuerunt aſſenſum requiri ſunt ſupra paulò ante recitatæ: quibus apparet reſponſum, ſi ve-
38 rum erit cõceſſionem feudi franchi importare libertatem à quolibet genere ſeruitutis, vt docuit *Oldrad. in ſuo conſil* 134. dixit enim intelligi tale feudum omni libertate liberum, & ab omni ſeruitute abſolutum, quem ad literam refert, & ſequitur *Bald. in cap. 1. col. fin. nu.* 17. *de cap. qui cur. vend.* &
39 quod francum & liberum eſt, non expectat licentiam alterius, ſecundum *gloſ. in cap. dudum de ſepult.* cum alijs congeſtis ad propoſitum per *D Frecc. in loco vbi ſupra in* 26. *limit.* qui tenuit opinionẽ, quod conceſſo feudo franco poſſit fieri alienatio abſque alio aſſenſu: nam vt dixit *idem Bald vbi ſupra*,
40 idem eſt dicere feudum francum, quod ſui iuris, & in *l. 1. §. illud etiam C. de latin liber. toll.* dixit, quod poteſt dici libertus francus, ſicut nos dicimus feudum francum, qui eſt ſui ipſius, paucis Domino reſeruatis, argum.
41 in *l. final. vt ſupra de bon. libert.* Dominus enim qui dat naturam feudis ſecundum leges inueſtiturarum, per quas omni feudorũ naturæ derogatur, vt ſæpè ſæpius diximus authoritate eiuſdem *Bald. in prælud. & in cap. 1. de duob. fratr.* idem igitur Dominus poterit concedendo feudum francum naturam alterare, vt erit quando ex hoc inducitur facultas alienandi ſine alio aſſenſu, vt diximus authoritate *Andr. in d. cap. 1. de feud.*
42 *non hab propr. nat. feud.* & non per hoc in omnibus alijs non retinebit feudum ſuam propriam naturam, vt *ibidem* per *eumdem Andr.* & melius *in c 1. nu. 12. & 15. quib. ex cauſ. feud. amitt.* & hoc voluit dicere *Bald. in d. § illud etiam*, quod feudum francum dicitur ſui iuris, paucis Domino reſeruatis, vt

ſunt ea, quæ debentur ratione feudi contenta in fidelitate: nam alias non eſſet feudum, erit inquam feudum, quia vt tale conceditur, ſed quia francum, impropriatum, in his quod importat verbum francum, quod eſt libera ipſius diſpoſitio, per quæ reſponſum apparet dictis per *Aret. in ſuo conſil.* 14. *& per Rolan. à Vall. in ſuo conſ.* 2. 1. *vol. nu.* 134 qui contrariam opinionem tenuerunt, quos ſequutus fuit *Cacher. deciſ. Pedemont.* 163. & dùm qui tenent hanc opinionem, allegãt pro ipſis deciſionem *Andr. in d. c.* 1. *ex quib. cauſ. feud. amitt.* dicentis, quod dato feudo, vt ex eo nullum fiat ſeruitium, licet ſit contra naturam, tamen in reliquis erit iure veri
43 feudi, & ex eiſdem culpis amittetur, nihil enim hæc deciſio ad caſum, ſi concedere in feudum francum habetur in plus, quàm concedere feudum abſque ſeruitio ſecundum *præallegata:* ita quod vis conſiſtit in videndo, quid importet concedere feudum francum; quam quæſtionem non poſuit *Andr.* ſed tantum, quod fuit conceſſum feudum, vt ex eo nõ fieret ſeruitium, quod longè diſtat à conceſſione feudi franchi, in quo *Andr.* tenuit noſtram opinionẽ, ex dictis per *eum in d. c.* 1. *de feud. non haben. propr. nat. feud.* vbi voluit, quod inueſtitura illa facta tibi, & cui dederis, importat quod poſſit alienare abſque aſſenſu, ſecundum quos terminos dixit *Bal.* eſſe regulandam conceſſionem feudi franchi, vt ſine aſſenſu poſſit alienari tanquam feudum non habens propriam feudi naturam, vt per *eum in l.* 1. *C. ſi non à compet. iud. ante nu.* 6. 1. *col. verſ. præſertim quando, & idem Bal.* idem tenens *in cap. inter dilectos num.* 6. *&* 8. *de fid. inſtrum.* dicit quod
44 feudum francum vult dicere ſecurum à lege legis ideſt à pœna incidendi in commiſſum, quæ onerat naturalem libertatem cõſenſus, non autẽ à lege conuentionis, quæ ſunt verba notabilia, & *idem Bald. in auth. niſi rogati C. ad trebell. nu.* 15. voluit, quod in feu-
45 do franco poteſt quis teſtari in Eccleſiam, quia dicitur feudum liberum, & gratioſum, *quem* in hoc non ſequor: nam vt diximus poteſtas data, intelligitur, vt vẽdat in æqualem, ita quod Dominus damno non afficiatur, & in Eccleſiam, quæ nunquam moritur, iura feudalia hoc prohibuerunt, ad *text. in capit.* 1. vbi communiter *Scribentes de alien. feud.* Nec de dictis per *eundem Bald. in prælud. nu.* 53. conſideratio aliqua eſt habenda, dùm ſimpliciter ſe fundat in dictis per *gloſ. in d. cap. inter dilectos, quæ* nec verbum quidem euomit de feudo franco, immò vt *ipſe, & alij* dixerunt *Hoſt. & Io. Andr. gloſ.* impugnauerunt, & hanc noſtram tenuerunt opi-
46 nionem, & plus voluit *Bald. in l. ſi plures* 1. *col. C. de condition. inſert.* videlicet, quod feudum francũ importat eſſe infeudatam proprietatem, quæ etiam ad Eccleſiam tranſit, quia ex pacto poteſt omne dominium concedi feudatario, & dicitur feudum francum ſecundũ *eum,* ideſt ſine fidelitate, *quem* nec etiam in hoc ſequor, cum poteſt eſſe feudum francum, reſeruato Domino ſuo directo dominio, & nullo modo ex *præallegatis* poterit in Eccleſiam tranſire: ſed ex his benè demonſtratum eſt *Bald.* veram opinionem fuiſſe feudum francum poſſe alienari abſq; aſſenſu: quam opinionem ſequutus fuit *Curt.*
47 *in tract. feud.* 1. *part. in c.* 8. *quot ſint genera feudorũ nu.* 30. *verſ.* 4. *& vltimo eſt effectus,* & pro abſoluto præſuppoſuit *Affl. in c.* 1. *in* 2. *notab. de feud. non hab. propr. nat. feu.* cuius contrarium videtur tenuiſſe *in c.* 1. *§. notandum, de his qui feu. dar. poſſ. ante nu.* 15. *verſ. octaua ſpecies,* qui ſe fundat in *gloſ. in d. c. inter dilectos, quæ* hoc non dicit: eamdemq; opinionem, quòd nõ requiratur aſſenſus tenuit *Par. de reintegr. in cap. incip. an ſi Dominus conceſſerit fol.* 63. *Petr. Greg. de conceſſ. feud. part.* 5. *quæſt.* 6. *nu.* 7. *Menoch. conſ.* 501. 5. *vol. num.* 35. idem tenuit authoritate *Hoſt. & Io. Andr. in cap. fin. de reb. Eccl. non*
48 *alien. & Camer.* qui contrariam tenet opinionem in *d. cap. imperialem fol.* 36. cum illam fundet in *d. conſ. Aret.* 14. cuius rationibus validè ſupra eſt reſponſum, apparet inquam male *ipſum* ſenſiſſe, & *Iaſ. in prælud.* non determinat, immò videtur inclinare in partem affirmatiuam, *ibi num.* 213. *vſque ad* 219. & pariter *Capyc. in ſua inueſtit. in verb. feudorum alienationes ampl.* 7. adducit deciſiones pro, & contra, & nil determinat, & ad dicta hic ſe remittit in *verb feudorum genera verſ. francum;* & quamquam *Dec. in conſil.* 184. 5. *colum. in princip.* contrariam opinionem ſequutus fuerit, authoritate *Paul. de Caſtr. & Alexan.* tamen ex ſupra latè diſcuſſis, & ponderatis apparet, quæ nam ſit verior opinio, pro qua principaliter fuit ponderata deciſ. *Andr. in dict. cap.* 1. *de feud. non haben. propr. nat. feud.* quæ eſt communiter ab *omnibus* indifferenter ſequuta, ſuntque pro hac parte *Hoſt. Ioan. Andr. Bald. Paris Frece. Petr. Gregor. Curt. Menoch.* & contrariam opinionem tenentes fundãt illam in rationibus per veros iuris terminos nullo modo ſubſiſtentibus: ex quibus apparet, ſi communis opinio eſt contra hanc noſtram opinionem, vt dixit *Intrigliol. in* 2. *centur. artic.* 5. *num.* 1017. more ſolito non ponderando deciſiones, nec rationes, & ſic pariter *Petr. Nicol.*

Mozz.

Mozz. de feud. in princ. nu. 16. & in tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. num 47. & Rol. à Vall. in d. conſ. 2. qui dixit contrariam opinionem teneri communiter à *Seribent. in prælud. feud.* Ego non reperi alium poſt *Bald.* niſi *Præpoſ. nu. 34. in 3. diuiſ.*

Et pro hac noſtra parte habemus vltra authores præfatos duas communes opiniones, illam *Andr. in d. cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud.* quæ eſt in proprio caſu, *ipſumq.* communiter ſequuntur, & aliam quod conceſſa inueſtitura cum poteſtate alienandi ſimpliciter alius non requiritur aſſenſus, ex quo ceſſant fundamenta *Camer.* dicentis, quod alienare cum aſſenſu comprehenditur ſub fidelitate, nam non omnia, quæ comprehenduntur ſub fidelitate ſunt de ſubſtantia; 49 hinc poteſt concedi feudum francum à iuramento fidelitatis *in cap. 1. §. fin. per quos fiat inueſtit.* Erunt enim de natura, vt in ſpecie dixit *Andr. in d. cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud.* quod eſt alienare cum aſſenſu, & quod dum hoc conceditur, erit contra naturam, & in hoc feudum impropriatur, ſed in reliquis remanet ſub ſua natura: vnde nil deſeruit ponderatio *Camer.* contra *Curt.* quod alienare cum aſſenſu comprehendatur ſub iuramento fidelitatis, ſi poteſt concedi feudum cum hoc, quòd non teneatur ad tale iuramentum, & tãdem ſi ſecundum eundem *Andr.* intelligitur Dominum taliter concedentem ipſum dare, & alienare, cum omnia fiant ex ſua poteſtate, & facultate conceſſa; ergo adeſt effectiuè primordialis aſſenſus, & corruit motiuum; quibus addantur alias di- 50 cta circa poteſtatem datam eligendi, & ſimilium, vt facta electione videtur Dominũ, ſeù concedentem feciſſe ex regula *text. in l. item eorum §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin.* & quoadhoc erit diſponens nudus miniſter, qui facultatem à Domino datam deducit in exercitium, de quo etiam latè tractabimus in ſequenti quæſtione, & in hoc ſunt ad propoſitum tradita per *Dom. Lanarium in ſuo conſ. 8 nu. 12. & in conſ. 13.* quæ non ſunt vera in caſu ſuo, vt alias declarauimus: vnde effectiuè cum fiant omnia ex Domini voluntate, poteſtate, & aſſenſu, qui Dominus poterit concedere, & alterare ordinariam feudorum naturam, ſequitur quòd ceſſant omnes rationes contrariæ; ſed punctus totus conſiſtit, ſi conceſſio in feudum francũ continet in ſe hanc libertatem, ſeù facultatem ſupra ſatis fundatam per veros iuris ter- 51 minos, & *Camer. idem fol. 35.* ſolemniter explicat hos terminos, vt appellentur hæc feuda conditionata non recta, & ſufficit, quod in eis remaneat aliqua pars ex illis ſex partibus fidelitatis, & in ſpecie dixit, quòd etſi præſtare aſſenſum numeretur inter partes fidelitatis, tamen poteſt remitti, quia remanent aliæ partes in quibus remanet feudum ſub ſua propria natura.

Sed ijdem *Doctores*, qui hanc opinionem contrariam tenuerunt, limitauerunt eam, ſi 52 feudum conceſſum eſſet fr ãcum, & liberum, ita *Dec. in cap. cæterum 3. col. de iud.* qui ſic declarat *conſilium Aret.* & concordat *cæterorum* deciſiones, vt quando vltra verbum francum adeſt verbum liberum poſſit fieri alienatio abſque alio aſſenſu, quem ſequitur prædicta *deciſ. Pedem. ibi nu. 12.* Quæ erunt pariter limitationes ad quæſtionem principalem ſupra diſcuſſam: & hæc dixiſſe ſufficiant pro curioſis, & guſtantibus veram cognitionem terminorum, caſuum, & rerum ſubmittens me ſententiæ vniuſcuiuſque rectius ſentientis, meorumq. laborum bonam capiant voluntatem addiſcendi, & publico bono conſulendi.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio facta cum poteſtate dandi in feudum an infeudatus erit vaſallus iſtius vltimi concedentis, an primi infeudãtis, quod eſt ſecundum opinionem Frecc. cuius contrarium tenuit Menoch.*

2 *Feudatarius de iure communi feudorum poteſt ſubinfeudare, dummodo ſincerè, & bona fide, & ſubinfeudatus efficitur vaſallus ſubinfeudantis.*

3 *Subinfeudatio in fraudem intelligitur, quando ſubinfeudans filijs carebat, erat ſenex, & de filijs deſperatus.*

4 *Subinfeudatio an reſoluatur reſoluto iure ſubinfeudantis, remiſſiuè.*

5 *Feudatarius eſt procurator Domini in rem propriam.*

6 *Regula quòd actus dicitur fieri ab eo, qui poteſtatem faciendi dedit, intelligitur quando nullum ius reſidebat in perſonam facientis.*

7 *Baro poteſt habere feudum in alieno territorio.*

8 *Princeps donando videtur permittere id, quod de iure permittitur, & id quod ineſt habetur pro expreſſo.*

9 *Opinio Frecc. impugnatur, dùm tenet vaſallum filijs carentem poſſe ſubinfeudare.*

10 *Deciſio Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. tentantur declaratur, & limitatur.*

11 *Prorex ſicut non poteſt præſtare aſſenſum his, qui legitimo ſucceſſore in feudo carent, ſic non poterit præſtare, quando ſucceſſor eſſet*

eſſet valdè ſenex, & de filijs deſperatus, & ita deciſum.

12 *Aſſenſus eſt gratia, quæ poteſt denegari ex iuſta cauſa.*

13 *Feudum conceſſum cum poteſtate alienandi ſaluo aſſenſu Domini, tenetur Dominus aſſentire, & non aſſentiendo habetur aſſenſus pro præſtito, quod limitatur, quando Dominus iuſtam habet cauſam aſſenſum denegandi.*

14 *Prorex non poteſt alienare rem, vel ius Domini ſecundum Iſern. & per vocem rem intelligitur dominium directum, & per vocem ius, intelligitur ius deuolutionis, vbi notatur deciſ. Camerar.*

15 *Rex non de facili, immò rarò concedit aſſenſum his, qui filijs carent.*

16 *Dominus ſimpliciter aſſentiendo nunquam intelligitur ius ſuum conceſſiſſe, & propterea aſſentiendo iuri ſuo non præiudicat.*

17 *Deciſio Camerar. declaratur, & demum impugnatur.*

18 *Intereſſe voluntatis in feudis conſideratur.*

19 *Dominus non tenetur exprimere cauſam, quare non aſſentit.*

20 *Aſſenſus ſemper eſt gratia, ſecundum opinionem Camerar.*

21 *Clauſula Cancellariæ in aſſenſibus.*

22 *Succeſſorem non habere, vel inhabilem paria ſunt.*

23 *Verba debent intelligi cum effectu.*

24 *Feudatarius dicitur alienare in fraudem, quando filijs caret, ſi tamen eſt deſperatus, & rationabiliter habere non ſperat.*

25 *Alienatione permiſſa in proximum ſucceſſorem, intelligitur de proximo habili ad ſuccedendum.*

26 *Regula nil refert, quid ex æquipollentibus fiat, habet locum in feudis.*

27 *In feudis proceditur de ſimilibus ad ſimilia, quando eadem militat ratio.*

28 *Extenſio in correctorijs fit per viam comprehenſionis.*

29 *Feudatarius, ſeu ſucceſſor intelligitur de filijs deſperatus, quando adeſt impedimentum aliquod, vel nimia ſenectus, ſeeus ſi poſſet ſperare rationabiliter habere, licèt ſuſpicaret contrarium.*

30 *Deciſio Camerar. impugnatur.*

31 *Idem eſt habere filios exiſtentes, vel aptitudine.*

32 *Pragmatica quæ requirit, vt feudatarius habeat ſucceſſores, intelligitur de ſucceſſore habili ad procreandum filios.*

ARGVMENTVM.

Infeudatus eſt vaſallus infeudantis immediatè. Feudatarius de iure communi poteſt infeudare, dummodò ſincerè, & bona fide. Subinfeudatio in fraudem intelligitur, quàdo quis eſt de filijs, & ſucceſſione pęnitus deſperatus, ita quòd nullo modo illos habere poteſt. Dominus donando intelligitur permiſiſſe, quæ ius permittit. Prorex non poteſt præſtare aſſenſum his, qui ſucceſſione carent, vel ſucceſſorem habentibus de filijs deſperatis. Aſſenſus ex iuſta cauſa denegari poteſt, licèt quis habeat feudum eum poteſtatè alienandi, ſaluo Domini aſſenſu, qui raró conceditur ſucceſſoribus carentibus.

§. III.

COrollariè ex prædictis videamus quomodo procedat quæſtio illa poſita per *D. Frecc. in 1. lib. de orig. Baron. num. 16.* quam ad partes diſputat, videlicèt ſi fuerit facta conceſſio caſtri in feudum cum ſyluis, nemoribus, &c. cũ facultate alteri dandi in feudum: an ſi in feudum Titio cõceſſerit, erit Titius vaſallus iſtius vltimi concedentis, an primi infeudantis, & cõcludit non dici aliter vaſallum iſtius vltimi infeudantis, ſed primi: quia authoritate à primo ſibi conceſſa videtur facere, & ſic vice illius, & illum repreſentando, illiq. dicitur attribui conceſſio, & latius, vt *ibi per eum* fundans ſe in authoritate *Iſern. in cap. 1. col. 2. qual. vaſſ. iur. deb. fidel. & in cap. 1. de allod.* ſubdens, quod cum per *conſtitutionem conſtitutionem diuæ memoriæ* ſit prohibita etiam ſubinfeudatio ſecundum communem opinionem *Andr.* non intelligitur Regem voluiſſe *conſtitutioni* derogare, & propterea conceſſio poteſt ſtare abſque derogatione *conſtitutionis*, vt poteſtas intelligatur data, vt Miniſtro Regis, qui ſuo nomine infeudationem facit, & conſequenter vaſallus infeudatus erit Regis, & non vltimi infeudantis. 1

Contrariam opinionem tenuit *Dominus Menoch. de arbitr. in cent. 200.* ſed præſuppoſuit *Frecc.* ponere quæſtionem, quando conceſſio eſt facta cum expreſſa derogatione prædictæ *conſtitutionis*, quod non ſolùm non dixit *Frecc.* ſed præſuppoſuit contrarium.

Immò ex *conſtitutione* fundat principaliter opinionem: nam hæc ſunt verba, in quibus concludit argumentum.

Sed ius conſtitutionis non permittit infeudationem, ſed prohibet: ideò videtur concedere, vt ſuo nomine hoc faciat, poſtquam de eius voluntate concedit, & non vt ſibi acquirat

quàrat alium ſubfeudatarium.

Adeò quod reſtringit ſe *Frecc.* ad *conſtitutionem*, & ſucceſsiuè ad interpretationem voluntatis concedentis: vnde impugnatio *D. Menoch.* videtur ex ipſis dictis ceſſare.

Deciſiones *Andr.* in quibus *Frecc.* ſe fundat, non ſunt ad caſum: nam in *cap. 1. de allod.* nec verbum quidem de tali quæſtione, & in *cap. 1. qual. vaſal. iur. deb. fidel.* ponit quæſtionem, ſi conceſſum eſt feudum Eccleſiæ, vel Titio ſitum in territorio Baronis, & Eccleſia demũ, vel Titius ſubinfeuder, iuxta poteſtatem à iure communi permiſſam: an vaſſallus ſubinfeudatus debeat præſtare iuramentum Baroni, in cuius iuriſdictione eſt feudum ſitum, poſtquam Eccleſia, ſeu Titius primo loco à Rege infeudatus præſtare non tenebatur, ſed feudum à Rege recognoſcebat, & concludit non debere hunc ſubinfeudatum iuramentum præſtare Baroni, ſicut non tenebatur Eccleſia, vel Titius: nam infeudando ex poteſtate ipſis à iure conceſſa, & ſic à Rege videtur Regem feudum cõceſsiſſe, poſtquam eius voluntate, & facultate fit: ita quod concludit *Iſern.* quòd iſte infeudatus non erit vaſallus illius Baronis, ſed ſi erit Eccleſiæ, ſeù Titij, an verò Regis, nihil *Iſern.* dicit, & in *d cap. 1. de allod. in §. ſi verò contingeret nu. 50* ponit quæſtionem, quando aliquis de allodio vult facere feudum, & in ſpecie ſi burgenſis, qui non eſt nobilis hoc faciat, & per infeudationem contrahitur nobilitas, quomodo poterit illam dare, ſi non habet, & dicit, quòd hoc faciet Domini voluntate, permiſsione, & confirmatione Principis, qui poteſt nouas dignitates conſtituere, & videtur tunc Princeps dare, qui authoritatem faciendi dat.

Et poſtquam ſupra in terminis *conſtitutionis poſt mortem* vidimus, quòd Rex feuda concedit, licèt ad Baronem deuoluantur, & ab ipſo poſsideantur, dum aperiuntur per mortem ſubfeudatarij ſecundum *eundem Andr.* Ergo non ſequitur conſequentia ex dictis *Andr.* hic, quod ex eo, quia videtur facta conceſsio à Domino, dùm ex facultate ab ipſo conceſſa fit infeudatio, quòd propterea vaſallus ſit primi Domini: immò ex deciſionibus *Andr.* ſupra relatis in terminis prædictæ *conſtitutionis* totum oppoſitum firmatur.

Arguo fortius, & irrefragabiliter de iure
2 communi feudorum, feudatarius poteſt ſubinfeudare, dummodò ſyncerè, bonaq. fide, & per ſubinfeudationem efficitur ſubinfeudatus vaſallus ſubinfeudãtis, & hoc, vt idem *Frecc.* affirmat, eſt indubitatum ex regula *text. in cap. 1. qual. olim pot feud. alien. in cap. 1. §. ſimiliter, & cap. profectò de leg. Corrad.* latiſſimè *per Andr. in cap. 1. § præterea de capit. Corrad* vbi latiſsimè, & cumulatiſsimè *Modern. Addent.* intantum quòd fit diſtinctio ex culpa, ad quem feudum deuoluatur: an ad Dominum immediatum, vel mediatum, de quo in *cap. illud, de prohib feud. alienat per Freder.* etſi non conceſsit ſyncerè, & bona fide, quod conceſsio non teneat, & inter cætera notetur, quod dicatur in fra-
3 dem, quando ſubinfeudans filijs carebat, erat ſenex & de filijs deſperatus, quod etiam tradidit *Capyc in ſua inueſt. in verb feuda dant 1. limit. & in verb feuda agnati 18. limitat.*
4 & rurſus magna eſt quæſtio, ſi reſoluto hoc caſu iure datoris reſoluatur ius acceptoris: ita quod ſubinfeudatio duret, inquantum duret ius ſubinfeudantis, & non ſit perpetua de quo latè *Capyc vbi ſupra*, quòd peroptimè declarat, & diſtinguit *Camerar.* omninò ad hoc videndus in *cap. impertalem in princ. cart. 7. verſ pulchrum tamen erit.*

Stante hoc fundamento, quomodo poteſt ſubſtineri opin *Frecc.* quatenus vult illam fundare ex prædictis deciſionibus *Andr.* qui ne ſit ſibi ipſi contrarius, & ne dicamus loqui contra caſus iurium, & receptiſsimam *ſuam, & omnium* ſententiam, oportet dicere, quòd in *prædictis locis* per *Frecc.* adductis loquitur reſpectu illius, in cuius iuriſdictione feudum ſubinfeudatum ſitum erat, non autem reſpectu ſubinfeudantis, poſtquam de iure communi feudorum per ſubinfeudationem fit ſubinfeudatus vaſallus ſubinfeudantis, & ſtant iſta ſimul, quòd fiat ſubinfeudatio authoritate Superioris, & hoc reſpectu dicatur ab ipſo dependere, & certo modo illum facere: ſed quia conceſsit hoc in feudum, & in vtile dominium, non dicetur facere feudatarium, vt nudum miniſtrum, vt in exemplis, & cotis adductis per *Frecc.* ſed iure dominij translati, & notate, quod fa-
5 ciet, vt dixit *Frecc.* vt Procurator Domini: ſed vos addite, vt Procurator in rem propriam, vt ſupra diximus eſſe feudatarium directi Domini, author *Bald. & aliorum*, in quo benè ipſum confutat *Domin. Menoch.*
6 & reſpondet, quomodo procedit regula, quod actus dicatur fieri ab eo, qui poteſtatem faciendi concedit, videlicèt, quãdo nullum ius reſidet in perſonam facientis, ſed totum in perſonam concedentis: ad quod confert, quòd poſſumus, nec inconuenit habere
7 feudum, terram, aut oppidum in alieno territorio, dixit *Andr. in cap. 1 in addit. qual. vaſal. iur. deb fidel. Afflict. latè in ſua deciſ. 267. D. Frecc in 2. lib. in 5. auth. Baron. poſt nu 7 circa medium.*

Reſidet

Reſidet omnis difficultas in argumento, quòd facit *Frecc.* de *Conſtitut.* quæ etiam prohibet ſubinfeudationem ſecundum *Andr. ibidem, & omnes*; & latius per *ipſum* tradita in *d. §. præterea*: nam cum Rex expreſsè non derogauerit; videtur tunc conceſſionem recipere intellectum, de quo per *eum.*

Sed huic argumento reſpondet *idem Andr. in eodem cap. 1. qual. vaſal. iur. deb. fidel.* quem allegat *idem Frecc. ibi num. 4. videtur*
8 *Princeps donans permittere, ſicut ius ſcriptũ permittit, quòd poſſit in feudum dare, quaſi in ſermone dationis in feudum tacitè inſit ff. de ſeruit. l. ſi cui, & ſic pro cauto, & expreſſo habendum eſt, &c.* & in *cap. 1. qui ſucceſſ. tenea. num. 8.* ibi *intellexiſſe videtur hic donator, confirmator, ſicut ius intelligit*, & alibi pluries. Si ergo infeudatio in hac propria materia ſubinfeudationis intelligitur, prout ius intelligit, & demonſtratum eſt iuris eſſe explorati, ſubinfeudatarium eſſe vaſallum ſubinfeudantis Domini immediati, ſequitur propterea, quod cadit fundamentum *Frecc.* ſi ſecundum *Andr.* intelligitur hoc expreſſum, quod *idem Frec.* in limitatione ſuę opinionis tradit. Cumq. *Conſtitutio* loquatur reſpectu feudatarij, vt ipſe non poſſit ſubinfeudare ſecundum communem intellectum, ſicut nec aliter alienare niſi cum Domini aſſenſu; ergo dato conſenſu, ſublata eſt *Conſtitutio*, quę non prohibet Regem, ſeu feudatarium: immò quòd cum Regis aſſenſu omnia poſſit, ob quod facta conceſſione per Dominum cum hac poteſtate infeudata, ſicut omnia alia in lege inueſtituræ comprehenſa, & expreſſa, ſequitur quòd nulla eſt facienda vis in *conſtitutione*, & remanet articulus ſatis, ſuperq. declaratus in fauorẽ vaſalli ſubinfeudantis, quæ hodie ex forma conceſsionum ſunt indiſputabilia, & ſic ex vſu, & conſuetudine, vt *idemmet Frecc.* in limitationi-
9 bus aduertit, qui dùm tenendo ſuam opinionem, & reſpondendo obiectioni, quòd inutilis eſſet talis facultas, dixit, quòd deſeruiet, quando vaſallus filijs carens alteri ſubinfeudaret, id minimè ſubſiſtere poteſt, nam eſſet tunc in fraudem ſubinfeudatio, & contra verisimilem mentem concedentis, & non valeret, nec in eum caſum intelligeretur cõceſſa ex ſupra deductis, *Gloſ.* not. in proprijs terminis *in capit. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſt. in verb. in fraudem, vbi Bald. Aluar.* & communiter *Scribent. per Iſern.*

10 Et decis. *Andr. in capit. 1. qui ſucceſſ. ten.* procedit in aſſenſu præſtito venditioni facę ab eo, qui filijs carebat, qui aſſenſus erat præſtitus venditioni faciendæ Titio, ob quòd cũ & iam intelligatur præſtitus aſſenſus Titio emptori, intelligetur pro ſe, & hæredibus ex natura acquiſitionis feudorum, & in hoc ſe fundat *Andr.* & ex his concludit articulum, vt ex eius lectura, & infra latius declarabimus ſuo loco, pro quo legatur *Ludou. Schr. in tract feud. par. 8. cap. 6. tom. 1. verſ. vndecimo quaro*, qui benè declarat, & cumulat *Doctor.* & rurſus ſi diù ſtetiſſet vẽdere: ita quod de filijs eſſet deſperatus, tunc minimè deſeruiret, quia Rex non conceſſiſſet, & per *Pragmaticam nouem capitum*, vt diximus, eſt prohibitum Proregibus aſſentire venditionibus feudorum illis, qui ſucceſſore legitimo carent; ex eo, quia rarò Rex præſtat aſſenſum his, qui filijs carent, vt notanter tradit ad propoſitum *Camer. in d. cap. imperialem cart. mihi 79. à terg. verſ. 5. concluſ.* Hinc etiam diximus, quod prædicta doctrin. *Andr.* procedit tantum in Rege, non in Proregę, quia non poteſt Prorex ſecundum *Andr.* & *Camer.* concedere ius Domini, quod conſiſtit in proxima ſpe deuolutionis.

Et ſubſtinetur etiam illa opin. *Andr. in d. cap. 1.* quia cum venditor non erat iam de filijs deſperatus, erat propterea incertum an potius decedat vendens, quod emptor ſine filijs, & ideò ob incertitudinem, & dubium euentum cenſetur remota omnis fraus, & Rex de facili conceſſiſſet, ſed ſi eſſet de filijs deſperatus, tunc ſecus, quæ notentur ad intellectum, & limitationem prædictæ doctrin. *Andr. in d. cap. 1. qui ſucc. ten. & in cap. 1. §. etſi clientulus, de alien. feud.* in quo loco clarius ſe declarat decidere q. ratione emptoris, qui cenſetur proſpicere ſibi, & hæredibus, & Regem ſic conſentire, & peroptimè idem *Andr.* omninò videndus in *cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior num. 38. 2. col.* ibi, *nec eſt contra hoc in tit. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.*

11 Ex quibus infertur ad id, quod alias valdè fuit altercatum, & ſic deciſum, vt aſſenſus, qui præſtandus eſt à Prorege his, qui habent ſucceſſores in feudo, ſeruata forma *Reg. Pragmat.* & non aliter, vt non procedat, & minimè præſtare poſsint Proreges, ſi ſucceſſor eſſet valdè ſenex, & de filijs deſperatus, quod fuit deciſum per Regiam Cameram facta relatione in Collaterali in cauſa Fabritij Stendardi olim Domini Caſalis S. Antami cum Regio Fiſco, & ratio viua, &
12 irrefragabilis eſt, quia cum aſſenſus ſit gratia licet ſolita concedi, intantum quod dixerunt *Doctor.* quòd Rex facit iniuriam, ſi deneget, tamen hoc limitatur, quando iuſtam cauſam haberet denegandi, ſecundum notorios terminos *feudiſtarum*, qui loquuti ſunt
13 in caſu fortiori, quando Rex conceſſit feudum

dum cum poteſtate alienandi ſaluo aſſenſu, quo caſu ſecundum opinionem *Pamphili Molli* communiter ſequutam Rex tenetur aſſentire: intantum quod non aſſentiendo aſſenſus habetur pro præſtito, & hoc non obſtante limitarunt *Doctor.* concluſionem, quando adeſt iuſta cauſa denegandi aſſenſum, de quo latè per *Camerar. in d. cap imperialem cart.* 29 & 30. latiſſimè *in* 2. *conſ. meo* 1. *volum. & per Lanar. in allegat. conſ.* 6. vbi
14 *Doctor.* cumulantur, pro quo legatur elegans doctrin. *Camer. in loco allegat. cart.* 79. *col.* 4. vbi declarando verba *Andr.* ibi dicentis, quòd Vicarius Regis, etſi poſſit aſſentire, non tamen poteſt alienare rẽ, vel ius Domini, ſubnectit hanc doctrinam auream.

Sed aduerte, quia Iſern. hic dicit, quod in hac vetatione de non alienando comprehenditur ne alienet rem, vel ius Domini, per vocem rem, intelligitur de dominio directo, per vocem ius, de iure forte aperiendo: vnde tùm ex hac ratione, tùm quia rarò Dominus, & cum difficultate conſentit ei, qui filys caret, minimè Prorex poterit in hoc caſu aſſentire, nam ſi filijs caret reſtitutioni faciendæ Domino ſubiacet feudum ſecundum Iſern. in cap. 1. *de eo qui ſibi, & hæred ſuis cum concord. Ergo alienari per Vicarium, tunc non poteſt, authent. res quæ, C. commun. de legat. quæ omnia notate vos, qui Regij patrimonij curam habetis &c.* Hæc *Camer.* & eandem expoſitionem verborum *Andr.* faciunt *Modern. Addent.* ſequendo *Camer. ibi nu.* 43. 6. *colum. in lit. O*, & *ibi Andr. in col. ſequ.* tradidit intereſſe, quod habet Dominus, ex quo Vicarius potuit facere conditionem Domini meliorem, vt ſi habens filios vendat non
15 habenti, Iuuenis ſeni, qui iuris præſumptione præſumitur non tantum viuere, & ſic citius poſſet feudum aperiri Domino, &c. & *idem Camerar. ibidem cart.* 47. *iter. B*, dixit,
15 quod cum non de facili, imò rarò concedatur aſſenſus ijs, qui filijs carent, propterea non cenſetur demandatum hoc Proregi, qui vt Vicarius Regis conſentit tantum ad tollendum obſtaculum, & *idem cart.* 79. 2. *col in*
16 *fin. verſ. ex quo, vt ita loquar*, imò intantum hæc ſunt vera, quod etiam Dominus, ſi ſimpliciter aſſentit, nunquam intelligitur ſuum ius conceſſiſſe, vt per *Andr. in d. § ſed nec eſt alia iuſtior num.* 39 *verſ. ſi verò alienatio*, & ſi ſciret feudum eſſe deuolutum aſſentiendo diſpoſitioni feudatarij iuri ſuo non præiudicat *Andr. in d. cap imperialem num.* 15. *vbi Aſſlict. Capyc. & Camer.* & habetur in *conſ. meo* 1. 1. *vol.* & quod dicit *Camer.* in ma-
17 teria extenſionis aſſenſus *cart.* 48. 3. *col.* vt carentia filiorum non ſit iuſta cauſa denegandi aſſenſum, aduertatur quòd loquitur quando fuit facta conceſſio patri cum poteſtate alienandi ſaluo aſſenſu, vt hæc poteſtas tranſeat in filium tanquàm hæredem, & ex iure radicato in patre tranſmiſſo in filium poſſit ille alienare, etiam quod ſucceſſorem non habeat, quia ad hoc ſe obligabit Rex ex promiſſione facta patri, vt explicitè *idem Camer.* declarat, quæ minimè procedunt ſecundum *eundem Camer.* quando aſſenſus ſtat in forma gratiæ, nulla præcedente promiſſione, ſed parcat mihi *Camer.* nam non teneo in caſu ſuo veram ipſius opinionem ex *præallegatis*, quia ſi in proprio conceſſionario eſſet iuſta cauſa denegandi aſſenſum, quanto magis in filio ſucceſſore, & dico, quando eſſet de filijs deſperatus, quia in eum caſum non intelligitur facta conceſsio, & omnia priuilegia intelliguntur cõceſſa, vt diximus, rebus in eodem ſtatu permanentibus, quibus rationibus ſtantibus tolluntur fundamenta *Camer.* ſed in caſu, de quo tractamus, quæſtio
18 videtur expedita. In feudis enim conſideratur intereſſe voluntatis, & in ſpecie in materia aſſenſus, ſi placet, vel diſplicet ſecundum *Andr in d. cap. imperialem*, ex quo *ibi Capyc.* reaſſumendo notauit, quod ſtat in mera vo-
19 luntate Domini non conſentire, ob quod nõ eſt opus, vt dicat cauſam diſplicentiæ, vt per
20 *eum ibi cart.* 22. *in verb. additiones*. Hinc *Camer.* dixit auth. *Iſern.* quod aſſenſus ſemper eſt gratia *cart.* 14. & 44. & *idem Camer. cart* 86. tenuit, quòd in caſibus in quibus tenetur Dominus aſſentire intelligitur de congruo, non autem quòd poſſit cogi, quia aſſenſus nunquam præſtatur ſecundum iuſtitiam, ſed ſecundum gratiam, & *idem Camer. cart.* 14. & ideò non aſſentiẽdo non poteſt dici verè facere iniuriam, ſed facere contra honeſtatem, quæ latiùs cumulantur per *Addit. ad Andr in cap* 1. *qualit olim pot. feud. alien. liter M.* Verùm cum nulla præcedit obligatio poteſt denegari, & non habetur aſſenſus pro præſtito, ſicut quando eſt promiſſus, quia tunc non ſtat in formam gratiæ: vnde cum ſecundum *Andr.* & *omnes* intereſſe Regis ſit formatum, ſpes deuolutionis ſit proxima, & certa, Rex non ſolet aſſentire, & ob id ad tollendas omnes diſputationes fuit edita *Pragmat.* vetans aſſenſum Proregibus ijs, qui ca-
21 rent ſucceſſore, & rurſus ponitur clauſula particularis de ſtylo Cancellariæ in aſſenſibus vltra clauſulis noſtris, & alienis iuribus ſemper ſaluis. Igitur ſi ex his rationibus non poteſt Prorex aſſentire ſucceſſore carenti, idem erit in eo, qui ſucceſſorem habet ſenem, & de filijs deſperatum, quia militat ea-
22 dem ſpes proxima deuolutionis, & paria

ſunt

ſunt non habere ſucceſſorem, vel inhabilem, quoad effectum tollendi deuolutionem, ad *text. in l. non putauit §. non quauis ff. de bon. poſſ. contr. tab. vbi Bart. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.* vbi *Doctor.* communiter, quia verba debent intelligi cum effectu *text.* elegans in *l. 1. §. hac autem ff. quod quiſque iur.* ibi, *hac autem verba, quòd ſtatuerit, qui iuriſdictioni præeſt, cum effectu accipimus, non verbotenus, & ibi Bart. not.* & videatur pulchra deciſ. *Andr. in §. præterea Ducatus, de prohib feud alien. per Freder. nu. 36. col. 3. verſ. & ſic eſt intelligendum*, vbi præſumitur alienare in fraudem, qui eſt deſperatus de filijs, ſecus ſi rationabiliter habere ſperat, quæ deciſio eſt vtilis ad multa, & *Ioan. Raynal. in repet. cap. imperialem §. habito*, tradit in ſpecie, quod permiſſa alienatione in proximum ſucceſſorem, intelligitur de proximo habili ad ſuceedendum, aliàs ſecus, vt hic dum permittitur alienatio, quando habet ſucceſſorem, vt intelligatur habilem ad effectum tollendi deuolutionis ſpem proximam in fiſcum, ob quod redeundo ad quæſtionem, cum iuſtiſſima ſit cauſa denegationis aſſenſus, dùm adeſt proxima ſpes deuolutionis, & cum in feudis militet regula, vt diximus nihil referre, quid ex æquipollentibus fiat ſecundum *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. tenea. ante nu. 9.* & procedatur de ſimilibus ad ſimilia, *idem Andr. in cap. ſed & res, per quos fiat inueſtit. nu. 11.* quando eadem militat ratio, & etiã in correctorijs ex idẽtitate rationis fit extenſio per viam comprehenſionis ſecundum not. per *Doctor.* communiter *in l. commodiſſimè ff. de liber. & poſthum. in l. ſi verò §. de viro ſolut. matr.* multa ad propoſitum per *Camer. in repet. cap. imperialem cart. 51. & 52.* & paria ſunt propter ius deuolutionis, quod attenditur, non habere ſucceſſorem, vel habere de filijs deſperatum, propterea iuſtè fuit aſſenſus non ſolum in illa cauſa denegatus, ſed quia reperiebatur præſtitus, fuit declaratum non potuiſſe à Prorege præſtari in fiſci præiudiciũ, & ideò fuit mandatum, pretium venditionis ſubrogandum loco feudi in aliam emptionem, quæ remaneret ſubiecta periculis deuolutionis, prout feudum ipſum venditum.

Et ne decipiamini in hac materia aduerto, quod omnia prædicta intelligo, quando ſucceſſor eſt de filiis pẽnitus deſperatus propter ſenectutem, vel aliud impedimentum, ſecus ſi poſſet quomodocumque ſperare rationabiliter habere ſucceſſores, etiam quod tempore alienationis non habebat, & ex hoc ſuſpicabat habere non debere in futurum: hoc enim non ſufficit ad denegationem aſſenſus, quod decidit *Andreaſmet ſupra allegat. in d. §. præterea Ducatus*, & reddit rationem, quia etſi non habeat filios nunc, poſſet habere poſtea, cum non debeat conſiderari caſus aduerſæ fortunę, & quod videtur hodie inutile, eras erit vtile, natura iuuante, & de vnoquoque bonum debet præſumi, quæ ſunt verba formalia *Iſern. ibidem ante num. 37.* communiter ſequuti: hinc *ibi Afflict. 3. notab. nu. 13.* dixit, quod paria ſunt habere filios, vel eſſe aptum ad faciendum, & non attenditur, quod poſtea non fecerit, *& Aluar. ante nu. 9. verſ. & hoc intellige* dixit ſequendo *Andr.* quod non ſolum requiritur ad præſumendum fraudem, quod non habeat filios, ſed quod non ſperat habere, ita quòd deuolutio ad Dominum ſit certa, & *idem ibi Præpoſit. Capyc. in ſua inueſtit. in verb. feudorũ diuiſio verſ. ſub limito quinto, Curt. in 4. part. q. 30. in 1. fallent. Tiraquel. de iur. primogen. q. 4. num. 47. Iacob. in verb. Marchio nu. 7. verſ. ego limito*, vt dicatur in fraudem, quando non erat ſpes, vt haberet prolem, vel forte naturaliter erat caſtratus: ex quibus apparet ſe decipere *Camerar. in eodem §. præterea Ducatus cart. 106.* tradentem non attendi rationes *Andr.* ſed ſufficere ad denegationem aſſenſus, & præſumi alienationem in fraudem, quem dubitare non eſſe generaturum, vt quia longo tempore vxoratus filios non genuerit, & nihil allegat. Quis enim dicet, quod iuuenes validi, & apti ad procreandum dicentur de filijs deſperati, eo quod per longum temporis interuallum non genuerunt, cuius experientia contrarium multoties docuit, vt vidimus cum multis, qui cum vna vxore filios non procreauerunt, & demum cum alia habuerunt, & ſic è contra vidimus in mulieribus multoties, & ob id iuſtè *Doctor. prædicti* conſiderauerunt, & dixerunt idem eſſe habere filios exiſtentes, vel aptitudine, & maxima reſtrictio, & fiſcalitas hæc eſſet, vt *Pragmatica* requirens ſimpliciter, vt alienans habeat ſucceſſorem, extendamus eam, vt non ſolùm ſufficiat habere ſucceſſorem habilem ad procreandum, ſed quod hic habeat filios, & citra *Pragmaticam Andr. & Doctor.* contenti fuerunt, quod proprius feudatarius alienans ſufficiat, quod aptitudine poſſit filios habere, vnde de deciſ. *Camerar.* nulla eſt habenda ratio, & *Andr.* eleganter in *cap. 1. §. ſed & res per quos fiat inueſt. 5. col poſt gloſ. ibi* dicit, quòd præſumitur in fraudem, quando quis erat ſenex, vel caſtenatus, ita quod non ſit ſpes, quod filios generet deinceps, vnde ſemper, quod poteſt adeſſe ſpes, non datur fraus, ob quod confunditur

ditur dictum *Cam.* quod eleganter explicat *Iac. de Ardiz pater feudorũ in ſua ſum. c. 16.* declarans non ſufficere, quem eſſe ſenem, ſed oportet eſſe de filijs deſperatum, & tradit, quomodo hoc intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens pro ſuo credito obligata bona feudalia, an poſſit cedere creditum ſuũ etiam cum hypotheca cõtractum ſuper bonis feudalibus, non habens ſucceſſorem in feudo ſtante clauſula in aſſenſu poni ſolita, quatenus habet ſucceſſorem, vigore Pragmaticæ.*

2 *Pragmatica fuit facta propter deuolutionẽ, quæ in dominio, & non in hypotheca conſideratur.*

3 *Opinio negatiua contra Lanar. tenet Author propter expreſſam clauſulam, quæ apponitur in omnibus aſſenſibus, ſiuè ſuper contractu dominij translatiuo, ſiuè ſuper hypotheca tantùm.*

4 *Regiſtratio aſſenſuum in quinternioribus Reg. Cam. non fit, niſi in aſſenſibus importantibus dominij translationem.*

5 *Capitulum nouiſſimè conceſſum Ciuitati, per quod prouidetur, quòd in quemcumq; tranſit actio perſonalis, tranſeat etiam hypothecaria.*

6 *Pragmatica, quæ vetat præſtationẽ aſſenſus feudatarijs exteris, qui non ſunt Regi ſubditi reſtringitur, quando habent feudũ formatum, illudq; alienare volunt, non autẽ, quoad ius hypothecæ, & ita deciſum.*

7 *Qualitas ſucceſſoris per Pragmaticã requiſita requiritur tempore alienationis contra Ann.*

8 *Clericus etiam beneficiatus. & Cardinales an ſuccedant in feudo, remiſſiuè.*

9 *Milites Hieroſolymitani in feudo non ſuccedunt.*

10 *Clerici primæ tonſuræ in Regno non ſuccedunt in feudo.*

11 *Clerici, Epiſcopi, & Cardinales extra Regnum ſuccedunt.*

12 *Pragm. vetans aſſenſus præſtationem ei, qui non habet ſucceſſorẽ intelligitur in eo, qui tempore alienationis eſt Dominus feudi, non autem in eo, qui in acquiſitione feudi illud obligat pro pretij ſolutione, & ſic Pragm habet locum in feudis acquiſitis, & non acquirendis.*

13 *Clericus in feudo ſuccedit, ſi re integra ante habitã feudi quæſtionem habitũ dimiſerit.*

14 *Feudatarius ſe clericando ſtatim feudum perdit, etiam quòd poſtea pœnituerit, & habitum poſtpoſuerit.*

15 *Ceſſante cauſa non ceſſat effectus conſũmatus, & quatenus eſt influxus de præterito.*

16 *Dominus concedens feudum clerico, vel fœminæ, intelligitur diſpenſare, quòd per ſubſtitutum ſeruiat.*

17 *Verbũ eo ipſo importat idẽ quod ipſo iure.*

18 *Votũ religionis feudi ammiſſionẽ operatur.*

19 *Dominium feudi, donec ſucceſſor deliberat, circa dimiſſionẽ habitus pœnes quem permanebit ſi in ſuſpenſo ſtare non poteſt.*

20 *Aditio hæreditatis animo perficitur.*

21 *Maſculus natus in morte patris qui ſtatim poſt mortẽ deceſſerit habetur pro non nato, vt ſic fœmina aliàs non ſucceſſura per exiſtẽtiã maſculi, tali caſu ſuccedat, remiſſiuè.*

22 *Clericus non videtur aſſumpſiſſe habitum, ſi ſtatim poſt mortem patris illum dimiſerit.*

23 *Natura declarationis eſt declarare facta dubia præcedentia.*

24 *Iura hæreditaria quæ hæredi cõpetunt hæreditate adita finguntur competiſſe à die mortis defuncti.*

25 *Dominium poteſt transferri, & acquiri ſuſpenſiuè, & poſtea retransferre ad ſua principia attractiua.*

26 *Inter mortem, & immixtionem, ſeu aditionem ſui, vel neceſſarij hæredis non datur medium.*

27 *Text. in l. ſi poſt mortem de leg. 1. non procedit in feudo.*

28 *Clerici omnes in Regno etiam in ſacris cõſtituti debent habere vitam militiã à fratre primogenito in feudo ſuccedente, quæ ſuccedit loco alimentorum, & ita paſſim practicatur, & iudicatur.*

29 *Vitam militiam deberi clericis loco portionis feudi, à quo ſunt excluſi, impugnatur, ſed benè ratione alimentorum.*

30 *Adhoa non ſoluitur de vita militia.*

31 *Primogenitus feudum renuncians ſecundogenito habere debet vitam militiam, ſicut ſecundogenitus ab eo habere deberet.*

32 *Secundogenitus habet actionem pro vita militia contra tertium poſſeſſorem feudi, ex ſpeciali prouiſione Capituli Regni.*

ARGVMENTVM.

Pragmatica vetans præſtationem aſſenſuum ſucceſſore carentibus, habet locũ tám in dominio, quàm in hypotheca ex clauſulis eorumdem aſſenſuum. *Pragmatica* vetans præſtare aſſenſum alienationibus exterorum, intelligitur de importantibus tranſlationem Dominij. Qualitas ſucceſſoris per *Pragmaticam* reqniſita debet concurrere tempore diſpoſitionis. Clerici, Epiſcopi, & Cardinales, ac milites Hieroſolymitani in Regno ſunt incapaces feudorum, niſi clericus re integra in ſacris non conſtitutus habitum dimiſerit, quod procedit in clerico ſucceſſore,

SORIA

non autem in feudatario, qui se clericauit, quia statim ammittit, & amplius non recuperat. Masculus natus tempore mortis patris, si statim decesserit post illius mortem habetur pro non nato. Clericis debetur vita militia super feudis possessis à primogenitis, pro qua etiam habent actionem contra tertium possessorem.

§. IV.

PRæstantur assensus per Proreges cum clausula quatenus habeat successorẽ in feudo alienãs, fuit propterea dubitatum, quid si non est formatum feudum, sed habet ius hypothecæ super alieno feudo, an cum actione personali possit cedere etiam hypothecariam super alieno feudo acquisitã pro consequutione crediti, & si successorem non habeat, quam quæstionem posuit *Lanar. in suo cons.* 87. & tenuit partem affirmatiuam rationibus, quibus per *eum*, nam vere causa *Pragmaticæ* fuit proxima spes deuolutionis, quæ in dominio, & non in hypotheca cõsideratur, cum illa inutilis semper remaneat, postquam pro consequutione crediti est contracta, quod minimè in fiscum transfertur, sed in alios legitimos successores in allodialibus, verùm etsi *Pragmatica* ita intelligatur, & hæc fuit vera legislatoris intentio, quid potest responderi ad clausulam assensuum, quæ est limitando illum, quatenus alienans habeat legitimum successorem in feudo, quæ clausula indifferenter ponitur, siue sit assensus dominij translatiuus, siue tantũ iuris hypothecarij, & est indubitatum in vtroque casu assensum requiri, quicquid dixerit *Schrad. de feud. par. 7. cap.* 3. qui mihi parcat, nam in hoc loquutus fuit cõtra omnes iuris terminos, cumq; assensus requiratur, & tanquàm requisitus præstetur, & hic cum clausula prædicta, quatenus habeat cedens successores: ergo ex forma Regiæ Cancellariæ, casus est indubitatus, quia assensus est cum tali conditione præstitus, qui cum sic gratia (vt alias dictum est,) & hoc à Domino conceditur cùm tali conditione non videtur posse super hoc admitti disputationem. Deberet enim verè talis clausula tolli in assensibus cessionem tantũ iuris hypothecæ continentibus, sicut registratio assensuũ requisita in quinternionibus Regiæ Camerę ad sciendum feudatarios propter seruitia, releuia, & deuolutiones, non requiritur, nec seruatur in assensibus obligationem tantum feudorum continentibus, sed nouissimè per *capitulum* concessum Ciuitati in parlamento generali statutum est, actionem hypothecariã transire cum personali in quemcumq; successorem, dummodo bona hypothecata non reperiantur pęnes fiscum, &c.

Benè tamen rationibus his attentis in casu *Domini Lanarij* infertur corollariè, & sic practicatur, ꝙ *Pragmatica* vetans Proregibus assensus præstationẽ feudatarijs exteris, vt sunt Ianuenses, & alijs, qui non sunt subditi, seu vasalli Catholicæ Maiestatis nõ procedit in extero, qui non habet dominiũ, seu feudum formatum, sed tantum ius hypothecæ acquisitum pro consequutione alicuius crediti: ita quod disponens de actione personali, & sic de credito, & cedens illud, & petens assensum cessioni hypothecæ acquisitæ pro prædicti crediti consequutione. Datur enim super tali cessione assensus, & hoc iure vtimur, quia *Pragmatica* fundatur in acquisitione vasallagij, in acquisitione feudi, in seruitio, in fidelitate, in releuijs, & in deuolutionibus, quæ omnia sunt pęnitus aliena in eo, qui tantum ius hypothecæ acquisiuit, illudq; demum cedit cum actione personali consequendum, in quo fiscus, vt dixi in præcedenti quæstione nullo iure succedere potest, & cõsequenter denegatio assensus esset, quoad Regem pęnitus inutilis, & quoad cedentem nimis damnosa, & quod mihi prodest, & tibi non nocet, non est denegandum ad *text. in l. in creditore ff. de euict.* vbi *glos. iura* cumulat, maximaq; fraus, & lucrũ cum aliena iactura sequi potest, si creditore mortuo, non relicto in feudo legitimo successore debitor bona hypothecata alienaret, & effecto non soluendo alterius creditum esset deperditum ex deficientia actionis super feudo, ꝙ tanquàm ab hypotheca liberũ plus venderet debitor: vnde iustissimus est in hoc stylus Reg. Cancellariæ.

Et alias dum hoc esset dubitatum annis elapsis in cessione facienda per quendam Blasium Spinolam Ianuensem creditorem Io. Aloysij de Sangro in actione personali certæ quantitatis pecuniæ cum hypotheca bonorum feudaliũ, qui cedere prætendebat, & iam cessit suum creditũ Paulo Puderico, fuit tandem iudicatum fieri posse, & præstitus assensus, me patrocinante, tanquàm Aduocato prædicti Io. Aloysij, & sic demum postea consimiles assensus expediuntur.

Et licèt *Io. Vinc. de Ann. in repetit. cap.* 1° *de vasall. decrep. ætat. nu.* 187. tenuerit qualitatem hanc requisitam successoris adesse debere tempore mortis disponentis, seu cõtrahentis: tũ fallitur in casu suo, & cõtraria opinio est verior, vt sufficiat tempore, quo actus geritur, & perficitur, secundũ *Camer.*

ad pro-

ad propoſitum in *d.cap. imperialem car.* 30. *à terg. lit. P, in fin.* quod per prius decidit *Andr.* communiter ſequutus in *d.cap. imperialem §. præterea Ducatus*, dum in ſpecie, vt diximus tractauit articulum hunc alienationis feudi, vt ſufficiat habere ſucceſſorem tẽpore alienationis faciendæ, quicquid poſtea ſequatur, ita quod etſi ſine illis decedat, alienatio facta firma remaneat, & *ibidem Affl. in 3. notab. nu.* 13. quod in caſu, de quo tractamus eſt expeditũ ex verbis *Pragmaticæ*, & ex eadem clauſula ſolita apponi in aſſenſibus, vt latiùs fuit deductum in deciſione facta in cauſa Marchionis Briatici, cum Regio Fiſco, & ſic deciſum, vt in *deciſ. mea* 7. & *ibi* videri poterit, *vbi* latè quomo-
8 do intelligitur ſucceſſor habilis, quando eſſet clericus etiam beneficiatus, & quid in Cardinali, vel in militibus Hieroſolymitanis, & alijs, vide per *Intrigl. de feud. in princ. art.* 1. *cent.* 2. *nu.* 176. & 204. & in Regia Camera deciſum eſt milites Hieroſolymitanos
9 non ſuccedere ſecundum deciſ. *Andr. in cap. qui clericus, ſi de feud. defun. milit. Barbat. in tract. de præſt. Card. quæſt.* 5. *nu.* 7. *Caſſan. in conſuet. Burg. in verb. des fiefs num.* 18. *Gulielm. de Bened. in c. Raynutius in verb. vxorem nomine Adelaſiam deciſ.* 3. *nu.* 2. & non adeſt contradictor, quando vigore regulę, & conſtitutionis ipſorum emittunt tria vota, faciunt profeſſionem, & ſic mutant ſtatum, vt aduertit *Guglielm. de Bened. vbi ſupra*, & ſic non eſt contrarium dictum *Bal. in cap.* 1. *de mil. vaſſ. qui arm. bell. depoſ.* loquentis in militibus gaudentibus: immò tenet, quod quando cauſa iuris ex conſtitutione eſt immutata, tunc nullo modo ſuccedunt, *idemq;* *Bald.* vt per *Curt. in* 3. *part. num.* 29. & per *Brun. in conſ.* 17. dixit *in conſ.* 33. primam opinionem de iure veriorem, de quo latiſſimè per *Bammac.* diſputantem articulum ad partes, & omnia cumulantẽ ſatis eleganter in *d.cap. qui clericus quæſt.* 2. *& ibidem in*
10 *quæſt.* 4. *&* 6. quid in clericis primæ tonſuræ, & quid etiam in Cardinalibus, *vbi* validè fundat non ſuccedere, & hoc in Regno eſt exploratum: licèt alia alibi vigeat conſue-
11 tudo tam in Cardinalibus, quam Epiſcopis, de quo per *Iul. Clar. in §. feudũ q.* 78. *in fin.* & ſic intelligitur *Ann. in ſuo ſingul.* 70. videlicèt extra Regnum de iure cõmuni, vt loquuntur *Doctor.* per *eum* allegati, & ſic etiã *Capyc. in ſua inueſt. in verb. feudatarij habi-*
12 *les*, & ibi etiam in *d.deciſ.* 7. videatur quod *Pragmatica* prædicta intelligi debet de eo, qui habet dominium, & eſt Dominus feudi, non autẽ in eo, qui non eſt aliter Dominus, ſed in acquiſitione feudi apponitur hypotheca, vel aliud onus, ſecundũ terminos *tex. in l. licèt C. qui pot. hab.* ita quod *Pragmatica* loquitur in feudis acquiſitis, non autem acquirendis.

13 Verùm circa hæc, quæ diximus de clerico, vt ſit inhabilis ad feuda tenenda, ſeu acquirenda, intelligi debet cum declaratione, de qua per *Andr. in cap.* 1. *de vaſall. mil. qui arm. bell. depoſ. in cap.* 1. *de feud. fęm. & in d. cap. qui clericus*, quod pariter diximus in ſupra allegata deciſione facta in cauſa Comitis Briatici, vt ſi quis ante delationem feudi reperiatur clericus, ſuccedat in eo, ſi re integra ante habitam feudi quæſtionem habitum dimiſerit: & in hoc caſu procedat opinio, & diſtinctio *Ardiz.* ſecundum *eumdem*
14 *And.* ſi verò is erat feudatarius, & habitum religionis aſſumpſerit ſe clericando, vel in aliquam religionem introeundo, tunc quia facit actum contrarium, & adeſt incompatibilitas ſtatus, dominium abdicatur, & ſtatim alij deuoluitur, & actus acquiſitionis momento eſt conſummatus, vt non poſſit ſtare in ſuſpenſo, & Rex debet habere fidelitatẽ, & ſeruitium à ſuo vaſallo, & non debet vagari, nec ſtare ſub incerto, propterea in hoc caſu dixit *gloſſ. notab. in d.c.* 1. *de vaſall. mil. & in c. naturales, ſi de feud. defun. mil.* quòd ſtatim vaſallus perdit feudũ, & etiam quòd pęniteat, poſtpoſuerit habitum, & è religione exierit etiam infra annum profeſſionis, quod deniq; non recuperabit feudum, quod latiùs proſequitur *And.* & eleganter fundat in *d.cap.* 1. *de vaſall mil. in d.cap.* 1. *de feud. fęm. & in d.c. qui clericus*, eamdemq; diſtinctionem, ſequens *Andr.* fecit *Luc. de Pen. in l. nulli C. de muner. lib.* 12. & dixit eſſe communem opinionem *Aſflict. in d.cap. qui clericus nu.* 11. & licèt *ipſe ibi in fine* videatur dubitare, ſed in *cap.* 1 *de mil vaſ.* tenet eandem opinionem, & allegat *Luc. vbi ſupra*, & dum tractamus de acquiſitione ſucceſſionis, quæ vnico momento fit, tunc ceſſante cauſa
15 nõ ceſſat effectus conſummatus acquiſitionis alteri factæ ad *text. in l. poſt mortem ff. de cont. tab.* cum alijs per *Andr. vbi ſupra* adductis, & rurſus in his, quæ habent tractũ ſucceſſiuum ceſſat effectus influẽdus ab eis, ſed non quatenus eſt influxus de præterito ſecundum communem deciſionem *Bald. in l generaliter la ſeconda C. de Epiſc. & Cler.* cum alijs latiùs cõgeſtis per *Tiraq. in tract. ſuo ceſſante cauſa*; nõ enim habet feudatarius liberam feudi diſpoſitionẽ, prout in allodialibus, quæ nullo ſubiecta ſunt ſeruitio, fidelitati, ac obligationi perſonali, vt ſunt feuda, habet enim labia clauſa, & manus ligatas abſque Domini aſſenſu: & ſic non poteſt

ſuſpendere obligationes, quas tenet, vti feudatarius, interim dum clericatur, vel ingreditur religionem, ſi Dominus non aſſentiat; & ob id dicere, quod intelligitur renunciare feudũ reuocabiliter, ſi in religione permanſerit, hoc non eſt in ipſius arbitrio, prout eſt in allodialibus, & ſeruire per ſubſtitutum, iam in Regno indubitatum eſt non licere abſq; Domini aſſenſu, vt alias diximus, & in Clerico eſt communis opinio, vt latiùs in *dicta deciſione*, & ideò non ſuccedit, quòd
16 non eſt, quando Dominus ſcienter feudum conceſſerit clerico, aut fœminæ, quia intelligitur diſpenſare, vt per *eumdem Andr. in d. cap. qui clericus, & in d. cap. 1. de feud. fœm. in fin.* quam opinionẽ irrefragabiliter probat *text. in d. cap. qui clericus*, ibi, *qui cleri-*
17 *cus efficitur, aut votum religionis aſſumit, eo ipſo feudum amittit*, quæ verba important idem quod ipſo iure, vt declarat *ibi Bald.* & reddit rationem, quia quoties quis ratione incompatibilitatis ſtatus priuatur, intelligitur ipſo iure priuatus, idem *ibi Afflict.* & idem ad intellectum prædicti *text.* tradit *Piſtor. in 3 lib. quæſt feud in 33 quæſt. num. 4.* poſt *Caſſan. in conſuet. Burgund. in verb. des fiefs verſ. exceptecs les religieux, in verb. quid dicendum, & tex. in d. cap. 1. de feud fœm.* dixit expreſsè clericum nullo modo in beneficium debere ſuccedere, etiamſi poſtquam habitũ religionis aſſumpſerit, poſtpoſuerit, & idem in omnibus dixit *text.* qui habitum religionis aſſumunt, vt conuerſi, ibi enim nec poſtea in feudum ſuccedunt, & ſic quod habent, perdunt, quæ ſunt verba formalia *text.* ex quibus apparet, quòd aſſumptio tantum habitus importat feudi amiſſionem, cũ per illam ipſo facto ſit factus miles Dei, & deſinit eſſe miles ſæculi, cuius officium cum non gerat, non debet habere beneficiũ: quæ omnia docet *text. in d. cap. 1. de vaſall. mil.* vbi *Bald.* ſummat, quòd qui deponit habitũ, & ſignum, deponit ſignatum, & beneficium: ex quibus patet reſponſum omnibus ſubtiliter conſideratis per *Bammacar. vbi ſupra quæſt. 3.* qui tenet opinionem contra *Andr.* voluntariè enim habens feudum, illud renunciat ſe clericãdo, vel religionem ingrediendo; cui Dominus feudum conceſſit, vt ipsũ defenderet dixit *Andr.* vnde ſtatim quòd facit id, per quod non poteſt defendere ex voluntate concedentis Domini ius alteri trãsfertur, vel ipſi aperitur, & videtur ludibrioſum dixit *Andr.* vt deſinat habere feudũ propter clericatum, & redeat demum clericatu dimiſſo, fuit contemptus Dominus, vaſallus fecit contra legẽ contractus feudalis, vndè nimirum, ſi pœnitentia non iuuat, ſicut dicimus in eo, qui contra legem feudorum alienauit abſq; Domini aſſenſu, vt etſi pœnituerit, & feudum recuperauerit: tamen feudum amittat ad *text. in cap. 1.* Quid iuris ſit,
18 etſi votum tantũ religionis feudi amiſſionem operatur, quare idem operari non debet aſſumptio clericatus, vel ingreſſus religionis, vt ſic concludamus non eſſe recedendum ab opinione *gloſ. & Andr.* quæ nõ procedunt in ſecũdo caſu, quando quis erat clericus ante delationem ſucceſſionis: tunc enim nullus conſideratur contemptus Domini, nulla renunciatio, non actus aliquis contrarius fidelitati, aut ſeruitio nulla contraria voluntas: vnde re integra poſtponendo habitũ, & declarando voluntatem ad ſucceſſionẽ admittitur, & licet eleganter dubi-
19 tando *Bammac. in qu. 5.* dixerit, q̃ dominiũ interim q̃ in ſuſpenſo ſtare non põt, ſtabit in maſſa hæreditatis, donec ſucceſſor deliberabit, & adducit *tex.* elegantẽ in *l. ſi poſt mortẽ de leg. 1.* tamen dubito de hoc dicto: nam ſi non adeſſet alius ſucceſſor, ita quod feudum deuolueretur ad Dominum, ſi is, qui ſuccedere deberet, permanere velit in ſtatu clericali, tunc non poteſt dici, quòd dominiũ ſtabit in maſſa hæreditatis, quia ſi nõ adeſt ſucceſſor ex reſolutione contractus feudalis nõ daretur hæreditas reſpectu feudi, & rurſus non procederet hoc in feudo, ex pacto, non hæreditario, in quo agnati veniunt ex propria perſona: vnde dictũ *Bammac.* non comprehẽdit omnes caſus, & ideò videtur mihi dicendum, quod cum lex ſit certa, & acquiſitio dominij pariter certa à principio ex operatione legis, ſed incerta reſpectu noſtri, quibus abſcondita eſt voluntas, & deliberatio certa ſucceſſoris. An velit renũciare ſucceſſionẽ, vel dimittere clericatum, ſicut dicunt eleganter *Doctor. in l. hac venditio §. huiuſmodi* per illum *text ff. de contrab. empt.* ibi. *Magis enim ignoratur, quanti emptus ſit quàm tamen rei veritate incertum eſt*, vbi *Alber.* eleganter declarat dicens, quòd ſufficit, quòd in rerũ natura, & rei veritate certum ſit, licèt incertũ dicatur, reſpectu ignorantiæ contrahentiũ, & *Bald. ibi in lectura antiqua*, notabiliter dixit, q̃ id dicitur certum, q̃ in ſe eſt certũ, licèt extra ſe ideſt nobis ſit incertũ, & hoc de rectitudine quantũ ad realẽ exiſtentiã cum alijs adnotatis per *D. de Franch in dec. 23.* Dico propterea, q̃ ſtatim, quod deliberat dimittere clericatũ, declarat voluiſſe ab initio ſuccedere, & conſequẽter dominium ſtatim ab initio acquiſiuit, & ſic è contra, quando declarauerit velle in clericatu permanere, declarat id q̃ à principio erat, ideſt nolle ſuccedere, &

con-

consequenter dominium à principio translatum fuit in successorem, vel in Dominum directum: nam declaratio animi, non importat nouum factum inesse producendum, sed quod fuit ab initio declarandum, & in publicum manifestandum, quod vt diximus semper fuit certum in se ab initio, sed incertum respectu nostræ ignorantiæ, quod actum non suspendit, nec inliquidat, vt in *d. decis. D. de Franch.* vt sic dicamus actum, & effectum productum ex tunc, sed declaratum ex nunc:
20 sicut dicimus in aditione hæreditatis, quæ animo perficitur, qui demum declaratur ex actibus subsequentibus, immò opinio prœualet veritati ad *text. in l. geriti*, vbi *Bart. Bal.* & communiter *Scrib. ff. de acquir. hared.* Ex his enim probatur animus ab initio, & etiã quando vellemus esse hoc per fictionẽ, cũ extrema sint habilia, & res est integra, retrotrahitur declaratio ad tempus delatæ successionis, ex traditis per *Bart. in l. is, qui pro emptore ff. de vsucap.* à quo non est alienum, immò in proprio casu simile positũ per *glos. in cap. 1. §. quin etiam, Episcopum, vel Abbatem, versic. non amittuntur*, vt non videatur
21 natus masculus, qui statim post mortem patris decesserit, vt sic fœmina alias non succeſſura propter existentiam masculi tali casu succedere habeat, & hæc est cõmunis opinio: immò volunt procedere etiam si vixerit per octo dies, de quo latius in prædicta *decisione* facta in causa Marchionis Briati-
22 ci, vbi videri poterit, & hoc argumento vtitur *Andr.* in proprio casu in *d. cap. 1. de vasall. milit.* vt non videatur clericatũ assumpsisse, si illum dimiserit post mortem patris, ante motam quæstionẽ feudi, & allegat *text. in d. cap. 1. §. quin etiam*, ergo si fingitur aliter clericũ non fuisse, nec habitum religionis vnquam assumpsisse, sequitur propterea, quod nullam vnquam habuit resistentiam in acquisitione dominij, & consequenter sẽper illud stetit pœnes ipsum successorem manifestatum, ex declaratione voluntatis attenta etiam natura declarationis, quæ est
23 declarare facta dubia præcedentia, alias nõ esset propriè declaratio, quia importaret nouam dispositionem, iuxta famigeratam doctr. *Paul. de Castr. in l. hæredes palam §. si quid ff. de testam. Felyn. in cap. cum olim nu. 5. de re iud.* exornat *Gomes. in regul. Cancell. in tit. de non tollen. iur. quæs. quæst. 13.* & in
24 omnibus iuribus hæreditarijs, quæ hæredi competunt, hæreditate adita illa finguntur competijsse à die mortis, dixit *text. notab. in l. hæres quandocumque ff. de acquir. hered.* ibi. *Hæres quandocumq; hæreditatẽ adeundo iam tunc à morte defuncti successisse de-*
functo intelligitur, vbi *glos.* ideſt *fingitur*, cũ alijs adductis per *Bart. in l. is qui pro empt. nu. 45. ff. de vsucap.* tractando materiam fictionis translatiuè de tempore ad tempus.

Vel dicere possumus, quòd cum in Rege directo Domino sit omnis potestas, & in dispositione feudorum liberum habeat arbitrium; & nulli subiaceat potestati, propterea potest dominium interim stare pœnes agnatum alias successorem reuocabiliter, conditionaliter, & suspensiuè, vel pœnes ipsum Regem, eodem modo, quando ad ipsum feudum esset recasurum, & denique facta animi declaratione dominium ad feudatarium verum successorem deferatur, nec est
25 nouũ, quod dominium transferatur, suspensiuè, & demum trahatur, & retransferatur ad sua principia attractiua, verba sunt *Bal. in l. 3. C. de pact. int. empt. & vend.* & termini *text. in d. l. si post mortem, & in l. huic scripturæ ff. ad l. aquil.* non procedunt in suo, vel necessario hærede: nam non datur medium inter mortem, & aditionem, idem *text. in d. l. si post mortem* optimè declarat, & *ibi* communiter *Scribent.* vt latius *ibi per Ias.*
26 post *Angel.* hinc *Bald. ibi* notat, quòd inter mortem, & immixtionem necessarij hæredis nullum est medium, & consequenter nec effectus medij temporis: ita quod dominium
27 statim est acquisitum, & ob hoc *text.* ille non procedit in feudis, in quibus non datur libera dispositio, sed ad hæredes sanguinis necessario sunt feuda recasura, ita quòd si sunt filij non datur mediũ, vt supra, etsi sunt agnati vocantur ex lege inuestituræ cũ qualitate, vel absq; qualitate hæreditaria, prout erit qualitas feudorum, vt eleganter considerauit, & tradidit *Paul. de Castr. in eadem l. si post mortem nu. 3.*

28 Benè verum est, quòd secundum approbatam opinionem in Regno cõmuniter decisam, & sic practicatam in dies clericis omnibus etiã in sacris constitutis debetur vita, & militia secundum *Constitut. Regn. incip. Comitibus*, sunt enim filij, lex Regni eos repellit à successione feudorum, primogenito existente, cui tantum secundum ius Francorum in Regno obseruatũ successio in feudis defertur, & ob id lex constituit eis alimenta, & hæc appellantur vita, & militia, quæ alimenta cum præstentur ex fructibus feudorum tantum, quorum clerici non sunt incapaces, propterea quid mirũ? si habentes clerici qualitatem filiationis comprehenduntur sub lege, quę generaliter filijs secundogenitis alimenta constituit, & tam *glos. in d. constit. Comitibus*, quàm *Andr.* fæpè fæpiùs dicunt, ꝙ hæc sunt alimenta, quæ præ-

ſtantur, vel vitam militiam, ſeù alimenta, &
29 dum poſtea dicunt, quod hæc præſtantur loco portioois feudi, à qua filij ſunt excluſi, quaſi quòd hoc non compræhendat clericos feudorũ incapaces, aduertatur quod fallax eſt argumentũ; primo quia *conſtitutio* hoc non dicit, ſed ſunt verba *Doctor.* ſecundo, ſi in Regno ſecundum ius Francorum primogenitus tantum ſuccedit; ergo nunquam ſecũdogenitis competijt ſucceſſio, ſicut nec clericis, & tamen iſtis indubitatũ eſt, vitam, & militiam deberi, & ſic pariter de iure cõmuni feudorum in feudis titulatis, vt ſic cũ priuatio præſupponit habitum ad *text. in l. decem de verbor. obligat.* & habitus non detur ſucceſſionis in Regno ſecundogenitis ex lege, quæ primogenitis tantũ ſucceſſionem defert, & idem diximus de iure communi quoad feuda dignitatum, igitur non poteſt argui verè, quod detur vita militia ratione portionis alias competentis ſecundogenitis, cum nunquàm competierit, ſed eſt onus à lege primogenito impoſitum ratione ſucceſſoris feudi reſpectiuè ad fructus, quos ipſe à feudo percipit: tertio ſi ratione portionis debitæ ſuper feudo hæc vitá militia deberetur, non regularetur à legitima, vt tertia pars fructuum daretur, nec eſſet in vita, ſed perpetua, & integra pars cõſtitueretur, cuius contrarium dicunt *omnes*, ergo dicere, quod eſt loco portionis à qua ſecundogeniti excluduntur, non operatur miniſterium iuris, ſed ſunt verba à *Doctoribus* emiſſa, ſic perfunctoriè, & non ſequitur conſequentia, datur loco portionis feudi, ergo eſt feudum, oporteret enim concedere in feudũ expreſsè, alias nunquam quid in feudũ conceſſum intelligitur ſecundum notorios terminos feudorum, quod non eſt in feudo ſoldatæ, & ſimilibus, quæ expreſſim in feudum conceduntur; ob quod apparet malè ſenſiſſe *Camer. in repet. cap. imperialem §. præterea Ducatus fol.* 102. *lit. O.* & ideò de vita, & militia non ſoluitur adhoa, & ſic deciſum,
30 & debetur etiam primogenito, qui ſe cleri-
31 cauit, & feudum renunciauit voluntariè, in quo non conſideratur excluſio ſucceſſoris, de quo facit *deciſ.* 20. *D. de Franch.* & benè *omnibus* reſpõdet, nec facit ad caſum, quod
32 detur actio contra tertium per *capitul.* ſpeciale Regni, alienationis actus, cum ſit hæc prouiſio ſpecialis, & datur actio perſonalis contra poſſeſſorem in rem ſcripta, ſicut pro paragio, de qua eſt capax clericus, & datur ad finem conſequendi pecuniam debitam, non autem ad acquirendum dominium, vel ius formatum ſuper feudo, ſicut diximus in aſſenſibus, qui quotidie præſtantur in oblig. feud. in beneficium Montium, atq; Eccleſiarum ad finem conſequendi credita, & feuda alienandi, quod de iure fundauimus validè fieri poſſe, vt *infra eod. tit. in §. 8.* & quod dicitur, quòd ſecundogeniti ſeruire debent ad expenſas primogeniti cum equis, & armis dixit *Affict. in eadem Conſtitutione Comitibus*, hoc non procedere quando ſeorſum à primogenito habitant, & receſſit hoc ab aula, cum non ſit hoc expreſſum in *d. Conſtitutione Comitibus*, ſed *gloſ. ibi* hoc dicit eſſe de conſuetudine, vnde nimirum ſi contraria conſuetudine eſt ſublatum, & poſtquam vt diximus conſuetudo eſt vniuerſalis, & ſic iudicata, vt *Conſtitutio* prædicta *Comitibus* cõpręhendat clericos, ſequitur, quòd in pęrdictis non eſt vis facienda, quia quanto magis clericus eſt inhabilis ad ſeruiendum, tanto magis eſt conceſſa vita militia abſq; onere talis ſeruitij: ſicut in fœmina, & clerico ſupra diximus authoritate *Andr.* & poſtquã ſic indifferenter iudicamus, & practicamus, eſt opinio ab *omnibus noſtris Regnicolis* ſic approbata, quos recenſet *Bammacar. vbi ſupra in quæſt.* 10. ideò non concurro cum ſua opinione, dum tenuit vitam, & militiam clericis non deberi, cuius argumentis apparet ex ſupra diſcuſſis latè reſponſum, etſi attendimus communes deciſiones *Doct.* quod vita militia eſt loco legitimæ competentis in omnibus bonis hæreditarijs, in valore quorũ computantur feuda hęreditaria, pariter opinio *Bammac.* non poteſt ſubſtineri, de quo per *D. de Franch. in d. deciſ.* 20 *nu.* 9. *in meo conſ.* 39. 1. *vol. Camer fol.* 102. *col.* 3. *lit. L, & M*, cum *alijs* innumeris cumulatis per *Conſiliarium Fab. de Ann. in conſ.* 120. 2. *volum.*

SVMMARIVM.

1 *Collaterale Conſilium mortuo Prorege habet poteſtatem concedendi aſſenſum, quia repræſentat in omnibus Proregis perſonã.*

2 *Aſſenſus ſuper alienatione facienda, non expirat per mortem concedentis.*

3 *Aſſentiendi poteſtas conceſſa eſt, tàm Proregi, quàm Collaterali Conſilio.*

4 *Conſuetudo obſeruata Gubernatoris Regni. & regendi Tribunalia, dùm ſuccedit mors Proregis, & quomodo Conſiliarij Collateralis inter eos præcedãt, & in quibus negotijs interueniant, & vota emittant: verùm habens vnum ex ſeptem officijs Regni præcedit omnes titulatos, quocumque titulo decoratos, omneſq; Collaterales, etiam antiquiores; ſed inter ipſos, quando concurrunt plures habentes ſeptem officia vnuſ-*

vnuſquiſque præcedit ſecundum præcedentiam, & dignitatem officij, non attenta antiquiori poſſeſſione, & ita deciſum, etſi adeſſet inter hos aliquis de ſanguine Regio iſte omnes præcedit, & nu. 5. & 6.

7 *Regentes Collaterales in concernentibus iuſtitiam habent votum deciſiuum, in cæteris verò conſultiuum.*

8 *Prorex an teneatur ſequi Regentium Conſilium conſultiuum, quando ſunt omnes pari voto, & ibi quomodo practicatur.*

9 *Princeps quomodo eſt debitor iuſtitiæ populis, & quomodo ipſe eſt in Republica, & Reſpublica in eo.*

10 *Princeps debet Reipublicæ ſtatum priuatis commodis præponere.*

§. V.

1 POteſtas aſſentiẽdi, quæ reſidet pœnes Regni Proreges, quia non debent ſubditi pro impetratione aſſenſuum in ipſorum bonorũ contractationibus quęrere Regem extra Regnũ ſecundum latius tradita per *Andr. in d. cap. imperialem, de prohib feud. alien. per Feder.* Hæc inquam poteſtas mortuo Prorege reſidet ex eadem ratione pœnes Collaterale Conſilium propter conſuetudinem aſſentiẽdi, ita notanter *Camerar. in d. cap imperialem cart. mihi 79. liter. N, verſ. quæ notate pro Collaterali Conſilio*, quod vacante Proregis officio repreſentat in omnibus illius perſonam.

Et ex hoc tenui pro indubitato illud, quòd alias fuit controuerſum: an aſſenſus expiret propter mortem concedentis præſtitus alie-
2 nationi faciendæ, quæ in vita aſſentientis facta non fuit: nam ſi Prorex cum Collaterali Conſilio aſſentit, vel Rex cum ſuo Conſilio, & ſic nomine dignitatis, quæ nunquam moritur, & actus eſt in ſe perfectus, propterea tenui, & teneo, non poſſe dubitari de firmitate aſſenſus, & ſi actus eſt in ſe perfectus non eſt facienda diſtinctio reſpectu ſucceſſoris in Regno, ſi capit iure hæreditario, vel ex pacto, & prouidentia: dùm fecit Prorex, vel Rex actum ſolitum, & debitum aſſentiendo alienationi faciendæ: non eſt de quo conquæratur ſucceſſor, ſolet allegari *text. elegans in cap. ſi cui nulla de prabend. in ſexto*, de quo per *Camerar. in cap. imperialem cart. 46. verſ. ſed dubitari ſolet, & cart. 47. verſ illud tamen te non latet*, facit *deciſ. Capyc. nu. 121.* quicquid dixerit *Io. Vinc. de Anna in ſua allegat. 45.* contra quam fuit deciſum, vt *ipſemet* refert in *fine illius.*

3 Sed aduertatur ad vnum, quod non aduertit *Camerar.* nam per *Pragmaticam nouem capitum* hæc poteſtas aſſentiendi eſt conceſſa tàm Proregi, quàm Collaterali Conſilio, ergo nimirum, ſi in abſentiam, vel Proregis
4 mortem poteſt aſſentire, & moris eſt mortuo Prorege totum Collaterale Conſilium congregari integrum ſingulis, & ſolitis diebus, ſtatutis horis, quod conſilium conſiſtit ex Regentibus viris togatis, & alijs Conſiliarijs non togatis, & vt plurimum Magnatibus, qui debent eſſe perſonæ meritiſſimæ talis dignitatis, & conſilij: verùm hi votum non habent, nec interueniunt in negotijs iuſtitiam tangentibus, aut generalem, & ordinariam Regni gubernationem, ſed ſolùm Regentes congregantur propter hæc negotia ſingulis diebus de mane, & poſtea de ſero congregantur omnes pro negotijs ſtatus, & belli: verùm expeditiones prouiſionum omnium, & priuilegiorum, quæ à Regia Cancellaria emanant firmantur à Regentibus, & loco Proregis à Decano ex Magnatibus prædictis, qui præſidet in Collaterali, dùm ibi aſſiſtit de ſero tantum, & ratio, quare non interueniunt iſti Domini in omnibus negotijs eſt, quia ſic reperitur ſtatutum per particulares prouiſiones in *anno* 1542. expeditas tempore *inuictiſſimi, & immortal. memor. Caroli V. Imperatoris*, de quo non meminit *D. Frecc.* dùm *in 3. lib. de different. int. feud. titul. & alia ante num.* 21. refert vſum, quod Collaterales Conſiliarij dicti Conſilij bellici aſſiſtunt in collaterali, dùm res bellica tractatur, qua finita recedunt, nec vllam habent aliam authoritatem, aut iuriſdictionem.

Eſt benè verum, quòd Magnates, ſeu Titulati cum cæteris viris non togatis, qui ſunt de hoc conſilio præcedunt Regentes in ſedendo, & in votando: nam ſedent ad dexteram manum, & primi, qui votant ſunt tituli dignitate decorati poſt eos, qui titulos non habent, & demùm Regentes, qui ſedent ad ſiniſtram Proregis, ſed extra conſilium Regentes præcedunt prædictos Conſiliarios, qui non ſunt Magnates, ſcilicet titulo decorati: nam titulati ſimpliciter in Regno ex particulari declaratione facta per *Sereniſſimum Regem Philippum Secundum* præcedunt Regentes, omneſq; collaterales in omnibus actibus, & locis publicis, præterquàm in conſilio, in quo moris eſt ſedere vltimos, dùm ad illud accedunt pro cauſis, & negotijs particularibus, & ſedent in banco, & loquor de titulatis, qui non ſunt de collaterali, & hoc iure vtimur abſque controuerſia: verùm

verùm in collaterali titulati, qui sunt de prædicto consilio, præcedent inter eos secundum antiquitatem, non autem secundum maioritatem tituli, quæ inter eos secundum morem non attenditur ibi de quo latius *D. Frecc. vbi supra, & in 1. lib. cart. 23. & 33.* & de ratione vide *in decis. mea* 8. facta inter magnum Admiratum, & magnum Cancellarium, quare titulati nouiter assumpti præcedunt Regentes, & alios collaterales antiquiores titulo non decoratos.

Sed hæc limitantur in habentibus vnum
5 de septem Officijs Regni: nam hi præcedũt, & in consilio, & extra omnes titulatos, omnesq. collaterales, etiam antiquiores, & maiori titulo decoratos, & hoc iure vtimur, & vltra decisionem relatam per *D. Frecc. 1. libr.* in causa Comitis Castri magni Cancellarij, cum Principe Salerni, practicatum fuit vltimo loco cum Marchione Gruttularum Decano collateralis & Principe Cõchæ magno Admirato nouissimè inter collaterales aggregato, qui præcessit Marchionem Decanum, & antiquiorem Consiliarium: verùm inter ipsos, qui tenent septem officia, & sunt de Consilio Status, seu collaterali, vnusquisque præcedat secundum præcedentiam, & dignitatem officij, quod fuit decisum inter Principem Conchæ, & Dominum Cæsarem d'Auolos magnum Cancellarium; licet in antiquitate Principem præcederet: nam ratione maioris dignitatis officij iudicauimus debere Principem præcedere, de quo in *dicta dècis. octana*, prout pariter isti præcedunt Decuriones nostræ Ciuitatis in Regio Palatio, & in omnibus alijs publicis actibus, de quo in *decis. D. de Franch.* 548. 4. *vol.* licet Decuriones præcedunt omnes titulatos.

6 Sed si inter titulatos adest aliquis de sanguine Regio iste præcedit omnes titulatos, etiam titulo maiores, secundum *Cassaneum Boer. & alios* relatos per *Frecc. in 3. lib. in vltima quæstione num.* 47. vt seruatum fuit cum Duce Montis Alti de domo Aragonia, & licet maxima orta fuerit altercatio, an etiam præcedat septem officia, quæ differentia fuit inter prædictum Ducem, & Marcum Antonium Columnam magnum Comestabilem: tamen consulto Rege fuit decisum in fauorem Ducis in possessorio, nec processum vlterius, quanquam *D. Frecc. in loco allegato* præsupponat, quòd in illo parlamento tunc facto habentes septem officia iurauerunt ante Ducem Montis Alti, qui secundum *eum* præcessit omnes titulatos, sed vt dixi, fuit decisum in possessorio, vt præcedere deberet, quia de sanguine Regio, & decretum non fuit publicatum, quia partes non institerunt, & ego Aduocatus tunc amborũ stante etiam tam maxima sanguinis coniunctione inter eos procuraui, & reperi medium, vt omnibus esset consultum in illa occasione parlamenti faciendi circa compositionem Regni, ne noua fieret numeratio, & medium fuit, vt Dux se absentaret à Ciuitate causa eundi venatum in partes conuicinas, & isto medio tempore parlamentum celebraretur, & fuit potius hoc factum cum Duce, quàm cum prædicto Domino Marco Antonio, quia ipse tractauerat, & fuit totus in negotio prædictæ compositionis faciendę, & omninò opus erat eius interuentu in illo parlamento, & sic fuit exequutum, sed decretum prædictæ præcedentiæ est in Archiuio supremi Italiæ Consilio, in quo illud ego legi, dùm onus habui tanquam vnus ex Regentibus prædicti supremi Consilij recolligendi scripturas omnes archiuij prædicti, illasq. componendi.

Nec ommittam aliud, quòd Regentes ex particularibus ordinibus eiusdem *Caroli V.*
7 *Imperatoris* in materia iustitiæ habent votum decisiuum: in cæteris verò consultiuum;
8 sed an quando omnes sunt in pari voto, teneatur Prorex sequi illorum consilium, aut quomodo hoc debet intelligi saltem de honestate, videatur *Bellug. in suo speculo rubr. 10. in tit. de offic. exam. num. 7. & 8. cum seq.* qui validè tenet, quod sequi debet cõsilium, sed veritas est, & ita practicatur, quod multoties regulantur Proreges secundum vota consultiua Regentium, seu maioris partis ipsorum, & multoties secundum illorum arbitrium; & ò vtinam pro cultu iustitiæ, & recta Regni gubernatione saltem in rebus iustitiam tangentibus authoritas Collateralis, & iussa per Reges seruarentur, sunt peccata populi, & conuenit hæc silentio pertrãsire, & legatur idem *Bellug. in cap. sequ. 11.*
9 qui tractat, quomodo Principes sunt debitores iustitiæ populis, & quomodo Principes affectione paterna debent vasallos diligere, quomodo ipse est in Republica, & Respubli-
10 ca in eo, quomodo publicum Reipublicæ statum debet priuatis commodis præponere, vide *Andr. in cap. imperialem in princ. de prohib. feud. alien. per Lothar. & ibi in §. itaque*, quomodo quæ cum consilio geruntur sortiuntur effectum; nam sic iustitia administratur, & ab omnibus custoditur, & veh illis ad hoc deputatis, qui omnia paruifaciendo eam non administrant; nam Dei iudicium non effugient; & de authoritate Tribunalis Collateralis, quam iurisdictionem habeat, & an sint Regentes, Iudices ordinarij, an verò Assessores Proregis, vt

quidam

quidam inſipientes dicunt, latè infra *in tit. de delegationibus nu.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Prorex in caſum abſentiæ, & infirmitatis poteſt ſubſtituere perſonam, quæ loco ſui adminiſtrat & vterque caſus ſucceſſit tempore Præſidatus Comitis de Lemos.*

2 *Proreges æquiparantur Proconſulibus.*

3 *Prorex poteſt omnia, quæ poteſt Rex, eiuſque perſonam repræſentat.*

4 *Poteſtas Proregis non expirat per mortem Regis.*

5 *Officium Legati à latere non expirat per mortem Pontificis.*

6 *Proconſules, & Præſides, quæ non ſunt delegabilia poſſunt delegare in caſum abſentiæ, aut infirmitatis.*

7 *Cauſa neceſſaria eſt cauſa infirmitatis, & abſentiæ.*

8 *Doctor Lector electus poteſt ex cauſa infirmitatis loco ſui alium ſubrogare.*

9 *Communis opinio, quòd ex cauſa neceſſariæ abſentiæ, & infirmitatis, etiam quòd ſit electa induſtria perſonæ poteſt quis alium ſui loco ſubſtituere.*

10 *Præſes poteſt in caſum abſentiæ, & infirmitatis Vicarium conſtituere.*

11 *Delegatus Principis perſonam Principis repræſentat, & eſt maior quolibet ordinario.*

12 *Pater ex cauſa poteſt deputare filium ſuum Viceregentem.*

13 *Procurator generalis ad negotia, vt eſt Generaliſſimus Prorex Regni poteſt loco ſui alium ſubſtituere, & ſecundum hæc practicatum, & iudicatum fuit.*

14 *Subſtituto à Prorege non debetur idem honor, quòd ipſi Proregi, ſecus ſi ſubſtitutio fuiſſet facta à Rege, & ibi ponitur practica.*

15 *Proreges in Regno iuriſdictionem non exercent, niſi poſt captam actualem poſſeſſionem, & vſque tunc prædeceſſor adminiſtrat in omnibus, vt Prorex.*

16 *Salarium Proregi, an debeatur poſt captam poſſeſſionem officij, an verò à die diſceſſus, & ſic etiam receſſus, vſque quoad patriam redeat ad partes quæſtio diſputatur, & concluditur deberi.*

17 *Medicus conductus pro tanto ſalario quolibet die, debet illud habere etiam tempore itineris.*

18 *Iudex cõductus debet habere ſumptus etiam in acceſſu, & receſſu.*

19 *Salarium currit Ambaſciatoribus à die acceſſus.*

20 *Pro parte negatiua multa ponderantur, & adducuntur, vt ſalarium non debeatur, niſi poſt ingreſſam Prouinciam.*

21 *Dignitas, & iuriſdictio prædeceſſoris in officio non ceſſat, niſi vſque ad aduentum ſucceſſoris in Prouincia, & ante ſucceſſor nihil poteſt mandare.*

22 *Succeſſor non dicitur veniſſe, niſi cęperit poſſeſſionem, & iuramentum præſtiterit.*

23 *Officiales maiores in ſumma dignitate conſtituti ante captam adminiſtrationem dignitatem acquirunt, & ſalarium taliter debetur, quòd tranſmittunt ad ſucceſſores, & à die electionis dicitur in ipſos dignitas tranſlata, & acquiſita, & hæc eſt communis limitatio, cum qua concordautur iura, & deciſiones.*

24 *Proreges æquiperantur Proconſulibus, & Patritijs.*

25 *Proconſul ſtatim, quòd vrbem egreditur antequã Prouinciam ingrediatur habet Proconſularia inſignia, ac voluntariam iuriſdictionem, & eam non deponit, vſque ad regreſſum in Vrbem.*

26 *Contentioſa iuriſdictio, quare non datur interim.*

27 *Proconſul quando iuſta cauſa detinetur, & iuſtum adeſt impedimentum poteſt mittere Legatum in Prouinciam, qui ſuo nomine illam regat, quo caſu ceſſabit iuriſdictio alterius.*

28 *Proconſul in Prouincia ſibi decreta eſt maior omnibus poſt Principem.*

29 *Conſules ſunt illuſtres.*

30 *Rex Siciliæ eſt Dux Apuleæ, & Comes Prouentiæ.*

31 *Cardinalis Legatus æquiparatur Proconſuli, & Legatus non Cardinalis æquiparatur Præſidi.*

32 *Proconſules, Senatores, Patritij, & Conſules Cardinalibus æquiperantur.*

33 *Proreges ſunt pluſquam Proconſules.*

34 *Sumptus facti per Officialem in notabili ſumma in præparamento pro acceſſu ad officium qui demum in itinere deceſſit, debent refici hęredibus, & ſeruari indemnes, licet ſalarium non debeatur.*

35 *Salarium debetur ratione laboris in adminiſtratione, quòd autem ſoluitur pro acceſſu, & receſſu eſt ratione ſumptuum, & ſic diuerſis reſpectibus vtrumque debetur.*

36 *Iudices, quibus non debetur ſalarium, debentur tamen illis refici expenſę integrę factę in itinere.*

37 *Differentia inter Iudicem, & Aſſeſſorem.*

ARGVMENTVM.

Prorex in caſum abſentiæ, aut infirmitatis poteſt alium loco ſui deputare. Poteſtas Proregis non expirat per mortem Regis. Proreges æquiperantur Proconſulibus. Procurator generalis poteſt alium loco ſui ſubſtituere. Differentia inter ſubſtitutum à Prorege, vel à Rege. Proreges in Regno iuriſdictionem non exercent, niſi poſt captam corporalem poſſeſſionem, á quo tempore ceſſat iuriſdictio prædeceſſoris. Proregi ſalario debetur, aut refectio ſumptuum ſaltem in acceſſu, & receſſu.

§. VI.

1 SED quid ſi Prorex eſt abſens, an poſſit ſubſtituere, vel eligere perſonam loco ſui, an verò Collaterale gubernabit, & quid in caſu infirmitatis, & vterque caſus ſucceſſit tempore Præſidatus Comitis de Lemos, qui dùm Romam profectus fuit pro obedientia præſtanda ſummo Pontifici Clementi VIII. nomine ſuæ Maieſtatis, tanquàm Regis, qui in Regno nouiter ſucceſſerat, reliquit loco ſui cũ ſua particulari commiſſione Dominum D. Frãciſcum de Caſtro eius filiũ ſecundogenitum, virum ſuæ ætate nemini ſecundum, omni virtutum genere ornatum, admirabilis ingenij, ſagacem, expertum, prudẽtiſſimum, ac omnium negotiorum capaciſſimum, qui vt talis cum admiratione cunctorum, durante Patris abſentia, admirabiliter gubernauit; & ſic pariter tempore infirmitatis idem Comes illum fecit ſuum Locumtenentem, & Gubernatorem, & vt talis admiſſus, & receptus, quo Comite demum mortuo fuit ille à Catholica Maieſtate confirmatus, & gubernauit per anni ſpatium, & plus: prout eodem modo in Regno Siciliæ ſucceſſit caſus in perſonam filij Ducis Matthæ Proregis, qui à patre in infirmitate conſtituto fuit loco ſui ſubrogatus, & poſt mortem etiam gubernauit vſque ad prouiſionem ſucceſſoris.

Comes igitur, ac Comitiſſa eius vxor voluerunt, vt eis dicerem, quid de hoc ſentiebam, ſi hæc fieri poterant, & quænam erat mea ſententia dixi, quòd in hoc nullam reperiebam rationem dubitandi: ſiquidem
2 Proreges æquiparantur Proconſulibus, ſecundum *Capyc. in repet. cap. imperialem col. mihi* 32. quem ibi ſequitur *Camera. cart. 78. lit. N.* multa ad propoſitum per *Purpur. in*
3 *l. 1. ff de offic. eius num.* 209. Et in Vicerege proprie conſtituto à Rege, vt poſſet omnia, quæ Rex, & ipſius perſonam repræſentet, tradit *Alex in rubr. ff. de offic. eius, cui mand.*
4 *eſt iuriſd.* & ob id ſtante qualitate tanti Miniſtri non expirat eius poteſtas per mortem Regis, dicit *Capyc. in loco vbi ſupra col.* 33. ibi *vndecimo, ſicut dicimus in Legato à latere,*
5 *cuius officium non expirat per mortem Pontificis* per regul. *text. in cap. 2. de offic. legat. in ſexto*, & Legatus à latere Proconſuli æquiparatur, & de maxima poteſtate Proregis videatur *Frecc. in tit. quis dicatur Dux*, & hoc vltimum vidimus practicatum in perſonam Comitis Oliuariæ maximi Regni Proregis, qui poſt mortem *glorioſiſſimi Philippi Secundi* adhuc officium exercuit, & continuauit per annos. Sunt enim perſonæ in ſuprema dignitate conſtitutæ, Vicarij Regis ipſius perſonam repræſentantes in omnibus cum ampliſſima poteſtate; & ob id dixi, quod licita erat ſubdelegatio, ſeu ſubſtitutio, ſiuè deputatio perſonæ loco ipſius in caſum neceſſariæ abſentiæ, ſeù infirmitatis, ex traditis communiter per *Doctor.* in propria materia in *d. l. 1. de offic eius*, incip.
6 *à Bart.* ponendo caſum in Præſide, & Proconſule, dicentes, quod ea, quæ non ſunt delegabilia, poſſunt Proconſules, & Præſides in caſum abſentiæ, aut infirmitatis delegare, & alium vice ipſorum conſtituere; & quanquam in iſtis maioribus dignitatibus videtur electa induſtria perſonæ, ob hoc requiritur cauſa neceſſaria, eſt caſus in *l. 1. ff. de of-*
7 *fic. conſ.* quodq. ſit tam neceſſaria cauſa infirmitatis, quàm abſentiæ probat *text. in l. ſi longius ff. de iudic. in princ. idem text. in l. ſi filiusfamilias §. fin. cum l ſequ. ff de Procur.* quæ *iura* ad hæc allegat *Dec. in d. l. 1. ff de offic. eius nu.* 70. qui multa alia *iura*, & *deciſiones* cumulat. Receditur enim ex cauſa infirmitatis à regulis iuris, & propterea dixe-
8 runt *Doctor.* in Doctore legente, quòd etſi electa ſit induſtria perſonæ: tamen ex cauſa infirmitatis poterit alium loco ſui ſubrogare, & eligere, & ſic legere per ſubſtitutum, *Bald. in l. fin. ff de excuſat. tutor. Roman. in l. ſi verò §. de viro ff ſolut. matr.* latius *Dec.*
9 *vbi ſupra.* Quam opinionem vti communem latè fundat *Purpurat. in d. l. 1.* vt qui non poteſt ſubſtituere, vel delegare, poſſit inquã ex cauſa neceſſariæ abſentiæ, vel infirmitatis cauſas alias indelegabiles, & in quibus eſt electa induſtria perſonæ, *ibi nu.* 513 *cum ſequ. Iaſ. ibi nu.* 58 *& 77. Alex. num.* 54. *&*
10 *Angel. nu.* 5. loquitur in Vicario, quem dixit poſſe Præſidem conſtituere in caſum abſentiæ, & infirmitatis; ſed in Proconſule non requiri cauſam delegandi, ſed in alijs Iudicibus ordinarijs, & delegatus Principis eſt ma-

ior

11 ior quolibet ordinario, quia Principis perſonam in omnibus repræſentat ad *text. in cap. paſtoralis, de offic. ordin. in cap. ſtuduiſti, de offic. legat.* & pro concluſione omnium adduxi deciſionem *Bald. in l. aliquando ff.* 12 *de offic. Proconſul.* qui ponit quæſt. in patre propriè, ſi poteſt ex cauſa deputare filium 13 ſuum Viceregentem, & in Procuratore generali ad negotia, vt eſt generaliſſimus Prorex Regni, dixerunt *iura*, & *Doctor.* poſſe alium ſui loco ſubſtituere, & deputare ex regul. *text. in l. ſi procuratorem §. 1. ff. mand. in l. quod quis C. de procurat. in cap. 1. §. tantum eodem titulo in ſexto*, & diſtinctio communis eſt inter Procuratorem ad negotia, vel ad iudicia, vt per *Bart. in l. penult. §. 2. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. idē Bart. & Bald. in d. l. ſi procuratorem §. 1.* & eſt in Regno generalis conſuetudo, & ita iudicatum poſſe ſubſtituere, & validiſſimos iudicatos contractus aſſenſus, & actus omnes à ſubſtitutis factos, de quo latè in *meo conſil. 55. num. 45.* & *ibi* recenſentur deciſiones alias factæ, prout fuit inter cæteros in caſu illius conſilij, nam iudicatum fuit in fauorem Domini Petri Xarchez contra Fabritium Mormile.

Sed an debeatur idem honor, & idem titulus, ſicut patri, ſeù Proregi ſubſtituenti, & 14 communis eſt diſtinctio, quòd aut Locumtenens conſtitutus eſt à Principe, aut ab ipſomet Prorege, vt primo caſu idem honor debeatur in omnibus: ſecundo verò ſecus, ex deciſione, & diſtinctione *Bart. in l. filius ff. de legation. Cardin. in clement. 1. de offic. Vicar. in ſexta oppoſit. Alexand. in d. rubric. nu. 14. Purpurat. vbi ſupra latè num. 632.* & propterea eidem D. Franciſco Locumtenenti, non fuit datus titulus Excellentię, vt Proregi, ſed tantum Illuſtriſſimi, ſed demùm mortuo patre, & habita commiſſione Locumtenentis, & Capitanei Generalis à Rege, fuit datus ei titulus Excellentiæ, & in omnibus tractatus, vt Prorex, quia à Rege deputatus, & conſtitutus, quę notentur, cum in dies occurrere poſſint, & expedit pro Croniſtis, & legum ignaris, qui de omnibus loquuntur indifferenter, vt diſcant, & intelligant, quod à Iudicibus rectis, & Deum timentibus non cantatur. Placebo Domino, ſed conſulunt, quæ veritati conſona ſunt, & quæ maximis vigilijs, & ſudoribus addiſcerunt, quæ non vadunt per omnium manus, nec omnes ſcire poſſunt omnia, & propterea non omnes pares ſumus, voluiq. ponere hæc ſic per extenſum: ſiquidem quando hæc ſucceſſerunt, voluerunt me lapidare, quaſi blaſphemaſſem, & loquutus eſſem in paradoxis.

Et an Proreges in ingreſſu Regni habeant iuriſdictionem, ita quod prædeceſſoris iuriſ- 15 dictio ceſſet: an verò illa duret, vſquequo fecerit ingreſſum, & cæperit poſſeſſionem de hoc facit elegantem *deciſionē D. de Franch. nu. 393.* Ad cuius dicta me remitto, quæ ſunt conformia conſuetudini indubitatæ, quę eſt, quòd iuriſdictionē non habeat nouus Prorex, vſquequo non accepit actualem poſſeſſionem, & iuramentum pręſtiterit, iuxta morem, de bene adminiſtrando, quòd ipſis defertur per Decuriones Ciuitatis in Eccleſia maiori, iurans ſeruare capitula, & priuilegia omnia Ciuitati conceſſa, quod ſi poſtea faciant, ipſi videant; & interim Prorex prædeceſſor adminiſtrat omnia, facitq. gratias, omniaquè ad poteſtatem Proregis ſpectantia.

Verùm fuit alias dubitatum, & mihi quæ- 16 ſitum, vt meam dicerem ſententiam: An Viceregibus, qui à Curia tranſmittuntur ad gubernationem, & regimen Regnorum ſuę Catholicæ Maieſtatis debeatur ſalarium non ſolum poſt ingreſſam Prouinciam, vel Regnum, ſed à die diſceſſus, & receſſus, vſquequo redeat ad patriam, & hoc ſepoſita qualibet conſuetudine.

Pro parte affirmatiua multa poſſunt conſiderari, nam Legato tempus prodeſt, ex quo legatus creatus eſt, non ex quo Romam venit, dicit *text. in l. legato ff. de legatio.* & ob id *ibi glof.* dixit, vt videatur eſſe in ſeruitio, & Reipublicæ cauſa abeſſe ab eo die creationis, non autem quo iter incæpit arripere, & ſic pariter dicit computandum eſſe tempus reuerſionis, ſcilicet non ſtatim ex die receſſionis, ſed cum quodam temporis laxamento, allegat *text. notab. in l. tempus ff. de vacat. mun.* vbi *text.* dicit: *neque enim minus abeſſe Reipublicæ cauſa intelligendus eſt, qui adit negotium, vel ab eo reuertitur.* Hinc *text. in princ.* dicit *tempus vacationis, quod datur eis qui Reipublicæ cauſa abfuerunt, non ex eo die numerandum, quo quis abeſſe deſijt, ſed cum laxamento quodam itineris.*

Sed *text.* notab. hoc declarat *in l. qui mittuntur §. ſed ſi extra patriam ff. ex quib. cauſ. maior.* vbi dicitur, quem Reipublicæ cauſa abeſſe, dùm eat in Caſtra, ac redeat, & ideò; qui cæperit iter dicitur Reipublicæ cauſa abeſſe, vbi *glof. in verb. agere* notat, & dicit, *& ſic etiam antequam vadat, dicitur abeſſe, cum ſe præparet*, allegat. *text. in dicta l. legato*, ſicut è contra cum eſt reuerſus, allegat *text. in l. ab hoſtibus §. final. eodem titulo.*

Si dicitur ſtare in ſeruitio, & gaudet illius priuilegio, igitur ſalarium debetur, ſicut ei,

ei, qui est in commeatu tam pro accessu, quàm pro recessu *glos. in l. 3. §. si ad diem ff. de re milit.* quàm pro singulari notat, & sequitur *Bald. in l. si ea conditione C. de condit. insert. Bartol. in l. hac lege C. de proxim. sacr. scrin. lib. 11.* vbi pariter notat *Andr. de Barul.* & in Doctore recedente cum licentia, vt salario gaudeat pro recessu per illum *text.* tradit *Bald. in authent habita C. ne fil. pro patr. nu. 22.* vbi *Barbat.* notat, & allegat *glos. §. si ad diem*, cumulat decisiones *Iaf. in l. diem functo nu. 41. ff. de offic. Assessor.*

17 Hinc *Bart. in l. suo victu ff. de oper. liber.* tradit, quòd medicus, qui vadit ad aliquem locum pro tanto salario quolibet die, debet illud habere etiam tempore itineris, & *idem Bart. in l. super creandis C. de iur. fisc. lib. 10.*

18 dicit, quod si quis conducit vnum Iudicem, debet intelligi sumptibus conducentis in eundo, & redeundo, & in stando, quem allegat, & sequitur *Alex. in cons. 206. 2. volum.* allegat hæc *Franc. Aulas super ll. prætorum, & Iud. Sindic. Reg. cap. 6 in verb. salario num. 2.* qui attestatur de consuetudine totius Hispaniæ esse, vt Iudices debeant habere salarium, illisq. currat, etiam pro accessu, & recessu.

Et in Ambasciatore, vt currat salarium à die accessus, seu facti præcepti de eundo,

19 tradidit *Bald. in l. si quis decurio C. de decur. lib. 10.*

Pro parte verò negatiua videtur hoc decidere *text. in authent. de administr. §. illud*, vbi statuitur Officialem gaudere non debere

20 salario, nisi post ingressam Prouinciam, non autem à die electionis, & *ibi glos. in verb. codicillis*, & sic per illum *text.* tradit *Luc. de Pen. in l. 1. C. de primipil. lib 12. & in l. fin. C. de consulibus lib 12 in fin. & text in d. l. 1. C. de primipil* hoc videtur indubitanter probare, ibi *commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi*, vbi in specie *Andr. de Barul.* notat non deberi salarium à die accessus, sed à quo die Prouinciam est ingressus, per quem *text.* sic decidit *Bald. in cap. 1. §. fin. quis dicatur Dux*, vt decedente Officiali in itinere minimè salarium debeatur, videtur hæc pars fundata in illa communi conclusione *Doctor.* author. *Bart. in l. diem functo ff. de offic. assess. num. 2.* vt minimè in terminis illius *text.* debeatur salariũ totius temporis hæredibus officialis mortui, quando ille nondum ingressus erat officium, seu se parauerit ad veniendum, quia ante ingressam Prouinciam salarium nullo modo incipit currere, nec debetur, & reprehenderunt communiter doctrin. *Bart in l. 1. §. diuus nu. 13. ff. de var. & extraord. crim.* vbi videtur contrarium voluisse, & facit ratio fortis, quòd soluerentur duo salaria eodem tempore, & duo pariter essent in eodem

21 officio, & dignitate: siquidem indubitatum est non cessare dignitatem, nec iurisdictionem alterius, nisi vsque ad aduentum successoris in Prouincia, & ante successor nihil potest mãdare iurisdictione carens ad *text. in d. §. illud, auth de admin.* vbi est casus in *l. obseruare §. posthæc ff. de offic. proconf.* bona decis. *Specul in rubr. in tit. de leg. §. supereſt nu. 58. vers. sed an iste de latere*, imò magis voluit *Bald. in l. meminisse ff. de offic. proconf.*

22 *in fine*, vt non dicatur successorem aduenisse, nisi cæperit possessionem, & iuramentum, & applicauerit se ad locum, vbi decernitur administratio.

Hanc communem conclusionem, quòd salarium non transmittatur ante cœptam ad-

23 ministrationem, seu ingressus in Prouinciã, *ijdem Doctor.* limitauerunt in Officialibus maioribus summam dignitatem assequentibus, vt dicimus in dignitate patritiatus, & Consulatus; & propterea mihi nunquàm visum fuit esse contrarium *Bart.* sibimet à dictis *in l. diem functo*, cum dictis in *d. §. diuus*, siquidem in *l. diem functo*, loquutus est in simplici potestate in §. verò *diuus*, loquutus est in maiori dignitate, & potestate in officijs, in quibus principaliter consideratur dignitas personæ, vt in Præfectis, & Præsidibus, vt latius *ibi* per *eum*, & hoc ex eo, quia à die electionis dicitur dignitas translata, & acquisita pro quo est *text. elegans in l. fin. C. de consul. lib. 11.* ibi *illico ab Imperialibus codicillis præstitis patrem familias effici*, qui *text.* loquitur in dignitate Patritij, & dixi, quòd est communis opinio, & limitatio, vt in supremis dignitatibus ex electione acquiratur dignitas electo, *glos.* ad limitationem *text. in d. §. illud*, in *verb codicillis in fine*, quam *ibi* sequitur *Bart.* & ita pariter limitat, & se declarat *Luc. de Pen. in d. l. 1. C. de primipil. colum fin. vers. in dignitatibus*, sic *Alex.* qui tenuit contra *Bart. in d. §. diuus* intelligit, & limitat in *d. l. diem functo num.* 25. & in maioribus dignitatibus dixit procedere decisionem *Bart. in §. diuus*, & limitari communem opinionem, de qua supra in *l. diem functo*, tradidit *Iacob de Sancto Georg. nu. 27. & Claud. Seisel. ibi nu. 13.* & sic intelligo *Curt. ibidem*, qui secutus fuit *Bart. in §. diuus*, & licet *glos. in l. fin. C. de decur. lib. 10. vbi Io. de Plat.* dixerit, quod hæ duæ dignitates sola conferuntur sola electione: tamen *Doctor. præfati*, & signanter *Bartol.* quem *prædicti* sequuntur, loquutus fuit in alijs dignitatibus maioribus, in quibus non vide-

videtur ratio differentiæ, & *gloſ. in d. § illud* dicit, in dignitate Patritiatus, & alijs: ergo vltra dignitatem Conſulatus.

Quod in dubium non videtur refricãdum in dignitate Proregum, quę eſt ſublimis, tùm ratione qualitatis perſonarum, quæ ad hanc dignitatem eliguntur, tùm etiam ratione
24 adminiſtrationis, & ſic aſſimilamus has perſonas Proconſulibus, & Pręſidibus, vt dixit *Capyc. in repet. cap. imperialem cart. mihi* 32. *verſ. ſecundo notandum eſt, quod Vicarius Regni*, vbi *Camerar. cart. mihi* 78. *d terg. liter. N, verb. prima concluſio*, ſumus iam in caſu *Bartol.* qui loquutus eſt in Præſide, ſed ad confuſionem prædictæ *gloſ.* dico, quod loquitur contra *text. in l. 1. & 2. ff de offic. Pro-*
25 *conſul.* vbi Proconſul ſtatim, quòd Vrbem egreditur, ita quòd eſt in itinere, habet proconſularia inſignia, ac voluntariam iuriſdictionem, quam exercere valet, licet aliter prouinciam non ſit ingreſſus, & non deponit dignitatem vſque ad ingreſſum Vrbis, dicit *text. in l. fin. ff. eodem titulo*, & ſic ratione dignitatis dantur officij inſignia ſtatim, & datur iuriſdictio voluntaria, quę oritur ex conſenſu partium, dixit *Bald. in l. omnes ff. de*
26 *offic. Proconſul.* & non datur contentioſa ratione implicationis iuriſdictionis cum anteceſſore, cuius iuriſdictio non ceſſat, ne Prouincia ſine gubernatione maneat dixit *text.*
27 *in d. §. illud*, & propterea ſi mittit legatum ſuo nomine, ille exercebit, & ceſſabit iuriſdictio alterius, dicunt *iura* præfata, ac prædicti *Doctor.* communiter, & hoc quando iuſta cauſa detinetur, & iuſtum adeſt impedimentum in itinere, ita *Bart. in d. l. diem functo num. 2. Alex. ibidem ante num. 24. Iaſ. ibi num. 44. Iacob. de Sancto Georg.* & latius *Curt. num.* 39. quod probat *text.* elegans, quem *Bart.* allegat in *authent. de collat. §. adhoc prohibemus verſ. antequam verò*, qui *text.* etſi ſimpliciter loquatur, intelligitur iuſto tamen exiſtente impedimento, ſic concordando *text. in d. l. obſeruare §. poſthac de offic. Proconſul. ita Bald. eleganter in l. fin. ff. de excuſ. tut.* Hinc dicimus poſtea Proconſulem de omnibus cauſis, de quibus Romę Cõſules, Præfecti Prætorio, cæteriq. Magiſtratus cognoſcere poſſunt, de omnibus ipſi cognoſcunt in decretis ſibi prouincijs, in *l. ex*
28 *omnibus ff. de offic. Præſid. in l. ſi in aliqua § fin. ff. de offic. Proconſul.* & in Prouincia ſibi decreta eſt maior omnibus poſt Principem, *in l. & ideo ff. de offic. Proconſ. in l. 4. ff. de offic. Præſid.* ob quod *Guid. Pancir. in tract. de notit. vtraque dignit. cap.* 100. *in tit. de Proconſul.* dixit, quod Proconſul ſtatim egreſſus vrbem in itinere, & reuerſus donec portam vrbis ingreditur inſignijs proconſularibus vtebatur, ac volũtariam iuriſdictionem vbiq. exercebat, quod alijs Magiſtratibus non concedebatur, qui nihil habebant, niſi intra Prouinciam, & extra eam tanquam priuati habebantur.

Immò ſi Proconſules antiquis temporibus ex Conſulibus efficiebantur, & habebãt hoc
29 plus, nam tanquam Conſules erant illuſtres ſecundum *gloſ.* communiter approbatam in *rubric. ff. de offic. Conſul.* & tanquam Proconſules ſpectabiles ratione demandatæ dignitatis, & adminiſtrationis, cum non ſit inconueniens, dicunt *Doctor.* quod poſſit repræſentare plures dignitates, & ponunt exẽplum in Rege Siciliæ, vt ſit Dux Apuleæ, &
30 Comes Prouentiæ, *gloſ. in rubric. ff. de offic. Proconſ. gloſ. notab. in § hac autem in verb. proconſulariam in authent. vt Iudic. ſin. quo ſuffrag. Alber. in rubr. de offic. Conſul. poſt*
31 *Bald.* & tanta eſt dignitas Proconſulis, quòd æquiparetur Proconſuli Cardinalis Legatus, & qui eſt Legatus tantum, ſed non Cardinalis æquiparatur Præſidi, *gloſ. in cap. 2. de offic. legat. in ſexto*, *Innocent. in cap. quoad tranſlationem de offic legat. Alberic. in d. ru-*
32 *br. de offic. Proconſ.* idem tradit, quod Proconſul æquiparatur Cardinali, & ante *ipſum Specul. in tit. de legat. § ſupereſt nu.* 37. & Senatores patritij, & Conſules Cardinalibus æquiparãtur, *Alber. in l. 1 ff. de offic. Præfect. Prætor.* cumq. Proregibus iam hodie detur titulus illuſtr. vt dabatur Conſulibus, ſtante qualitate perſonarum, quæ paſſim, & indiſtinctè ſunt titulo decoratæ, & inter Magnates habitæ, & titulatæ perſonæ appellantur collaterales Conſilij, ob quod præferuntur cæteris alijs Regijs Officialibus, vt per *Minad. in repet. Conſtit. Reg. in aliquibus in verb. Comitum, & Baronum num.* 44. & probat hoc *text. in l. quiſquis C. ad l. iul. maieſt.* ibidem *neceſſe etiam virorum illuſtrium, qui Conſilio, & Conſiſtorio noſtro interſunt, Senatorum etiam, nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt.*

33 Sunt ergo Proreges pluſquam Proconſules ſi illuſtrem dignitatem meruerunt tanquã Collaterales Conſilij pars corporis Regis, & alijs dignitatibus decorati: vnde attenta communi limitatione, cum ſimus in dignitate ſuprema, ex creatione officium eſt cõceſſum, & dignitas collata, & ſicut in alijs non dabatur tranſmiſſio ſalarij, quia ante ingreſſum Prouincię non dicebatur dignitatem acquiſiuiſſe: ita è contrario ſi acquiſiuit per prius à die electionis, debet currere ſalarium, vt dicit *Bart. in d. §. diuus*, eo ipſo, quòd ſe præparauerit, & cęperit iter: nã tunc

incipit ſeruire, deferre poteſt vti talis inſignia, ac voluntariam iuriſdictionem, vti talem exercere inter ſubditos ſuę decretę prouinciæ, & ſi *Doctor.* declarauerint, quòd ſi
34 Officialis fecerit ſumptus, & expenſas notabiles in præparamento pro acceſſu, ita quòd res non eſt integra, vel deceſſit in itinere, quòd hæc omnia debent hæredibus refici, vt ſit indemnis, licet ſalarium non debeatur totius anni, vt per *Purpur num.* 216. & *Marc. de Mant nu.* 124. & 125. *in d. l diẽ functio*, argum. *text not. in l. ſi pecuniam ff. de cond. ob cauſ.* igitur quomodo in perſonis ſublimibus hoc eſt denegandum, dùm iter facere non tenebẽtur, maximè in partibus tam longinquis niſi pro inſeruiendo ipſorum Regi, vt ſic meritò dicat *text. in d l ſi pecuniam*, quod indemnes debeant ſeruari, nec talis ſeruaretur cum ſalario officij ſolùm pro tẽpore, quo Prouinciam adminiſtrat, ſiquidem
35 illud eſt ratione laboris in adminiſtratione iſtud eſt ratione ſumptuum, quæ in itinere occurrunt: vnde benè procedet alia opinio de ſalario, quoad tranſmiſſionem in hæredes ratione anni integri; ſed benè etiam procedet alia, vt currat ratione ſumptuum pro rata temporis acceſſus, & receſſus, vt indemnis ſeruetur, pro quo pondero *text. not in l. ex eo tempore ff ae milit teſt.* qui videtur prima facie contrarium decidere, ſed ſatis eſt ad propoſitum ad præfatam diſtinctionem. Dicit enim *ex eo tempore quis iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numerum relatus eſt, ante non proinde qui nondum in numeris ſunt. licet etiam electi Tyrones ſint, & publicis expenſis iter faciant nondum tamen milites ſunt debent enim in numero referri.*

Hic *text.* probat, quòd antequam ſit miles aſcriptus, quòd non gaudeat priuilegio militis, ſed probat etiam quòd publicis expenſis iter facere debet, vt ſic in numeris deſcribatur; & plus dicit *ibi gloſ. in verb. relatus*, qđ idem erit, ſi fuerit iuſſus cingi, licet non ſit adhuc cinctus per *text. ibi in l ſeq.* Si igitur omni iure publicis expenſis debet iter fieri, & rurſus quãdo præcedit iuſſus habetur pro milite, ita quòd eius priuilegijs gaudet, quare idem non erit dicendum in caſu, de quo agimus, vt ſalarium debeatur in recompenſationem expenſarum, pro rata illius temporis acceſſus, & receſſus; & rurſus ſi iuſſus eſt Prorex diſcedere, vel accedere: quare ſicut in milite nõ debemus dicere, vt omnibus priuilegijs Proregis gaudere habeat reſpectu ſalarij, ſi pro ipſius munere expẽdo iter arripit, expenſas ſuſtinet, & pro Regis ſeruitio laborat, licet *Bart. ibi* illum *text.* limitet ſecundum *præallegata* in dignitatibus minoribus, non autem in maioribus, & allegat eundem *text in d. l. fin. C. de decur. lib.* 10. vbi eſt caſus.

Sic ergo ratione expenſarum non debetur integrum ſalarium, quoad tranſmiſſionem in hæredes, ſed pro rata temporis in ſumptuum recompenſationem, ſicut dicimus de delegatis à Principe, & alijs Iudicibus, qui
36 dum alibi degunt, ad iudicandũ proficiſcuntur, etſi non poterunt à partibus petere ſalarium: benè tamen debent ei refici expenſæ integræ itineris, quia nemo cogitur ſuis sũptibus militare, eleganter *Specul. in tit. de ſalario*, *Alber. in l. obſeruare ff. de offic Proconſ & in l 1. §. cura carnis in fin. ff de offic. Præfect. Vrb.* vnde cum ſimus in ſuprema dignitate collocata in perſonis eminentibus alias in dignitate pariter ſuprema conſtitutis, ſumptus ſunt exceſſiui, qui non propter aliud, niſi propter iter fiunt, vt denique indemnes illæ, vndique ſeruentur in compenſationem illarum, dicere debemus currere ſalarium tam tempore acceſſus, quàm receſſus, cum qua diſtinctione dignitatum, & cõpenſationis ſumptuum conciliantur omnia, quæ hinc inde ſunt conſiderata, & quæ latius in medium afferri poſſent, ſublato ex prædictis incõuenienti ſolutionis ſalarij duplicati, ſiquidem vnum ſoluitur ratione laboris, & adminiſtrationis, & aliud in recompenſationem ſumptuum, non tanquam ſalarium, ſed in emendationem intereſſe, ſicut in terminis *text. in d l diem functo.* ſoluitur hæredibus ſalarium totius anni; & tamen eodem tempore alius Miniſter eſt electus in locum mortui, qui officium exercet, & cui debitum ſalarium ſoluitur, ſed quia illud hæredibus ſoluitur in præmium, & mercedem rationedignitatis, & pro eo, eiusq. familia. vt in Re-
37 ctore, & Præſide, non autem in Aſſeſſore, qui tantum habet ſalariũ ratione laboris, vt declarat *Imol. in cap. propter nu.* 13 *extra locat.* propterea cum diuerſis reſpectibus fiat ſolutio, non habuit hoc lex pro inconuenienti, vt ſic pariter dicamus in caſu, de quo agimus, poſtquã diuerſæ ſunt cauſæ ſolutionis, & ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo ſemper ſaniori iudicio. Hinc practica ordinaria eſt, quòd Reges ſoliti ſunt mandare, vt Proregibus pro expenſis, & maximis ſumptibus, quibus in itinere grauantur, detur quantitas aliqua notabilis pecuniarum, quæ communi vocabulo appellatur, *agiuto de coſta.*

SVMMARIVM.

1 *An pro cauſa pecuniaria poſſit exequi contra Collaterales de perſona, etiam via Ritus, quæ-*

quæſtio proponitur, & pro parte affirmatiua concluditur.

2 *Magna Curia habet iuriſdictionem contra Curiales.*

3 *Collaterales, Curiales dicuntur, quia in Curia Regis, & penes Regem aſſiſtere debent, à qua recedere non poſſunt abſque ſpeciali licentia.*

4 *Tribunal Magnæ Curiæ eſt idem, quod Tribunal Regis, & propterea iuriſdictionem vniuerſalem habet ſuper omnes Principes, Duces, Comites, Barones, & alios cuiuſcumque conditionis, & præeminentiæ fuerint.*

5 *Conſuetudo antiqua, quòd contra iſtas perſonas non procedatur inconſulto Principe eſt ſublata, quia contra Conſtitutiones, & contra Ritum Mag. Cur. ex quibus ceſſant diſpoſita de iure communi.*

6 *Caſus enumerantur, in quibus fuit proceſſum contra titulatos, magnates, & etiam habentes vnum ex ſeptem officijs.*

7 *Ritus Mag. Cur. qui excipit familiares Regis, domeſticos, commenſales, & actu ſeruiẽtes, qui Curiales dicuntur non ſeruatur, & in contrarium eſt conſuetudo.*

8 *Priuilegia militum amplius non ſeruantur.*

9 *Priuilegia Doctorum, vt non poſſint carcerari, amplius non ſeruantur.*

10 *Iuriſdictio Siniſcalchi non eſt aliter in vſu, & de his omnibus cognoſcit Magna Curia.*

11 *Milites in Regno, qui militarem artem actu exercent, & in matricula deſcripti, quoad iuriſdictionem tantum habent in Regno Iudicem particularem deputatum, qui dicitur* l'Auditore del Campo.

12 *Ritus Mag. Cur. recepit interpetrationem in ſeruientibus, & familiaribus propria domus Regis, aut Proregis tantùm.*

13 *Priuilegium fori pro debitis contractis ante officium non mutatur, quia hæc officia augent honorem, ſed non mutant ſtatum; nec cauſam iuris, prout dicitur in militibus gaudentibus, & num. 14. cuius contrarium eſt in clerico, per totalem ſtatus mutationem.*

15 *Diſtinctio Doctorum circa mutationem ſtatus, & inter cauſas naturales, & accidentales.*

16 *Collaterales, qui durante officio ſe obligauerunt ſeruata forma ritus non poſſunt declinare forum, quod non eſt in clerico, & ibi de ratione, niſi dolo, & fraude clericatum aſſumpſiſſet.*

17 *Curiales extra Curiam contrahentes de ipſorum priuatis negotijs fori exceptione non gaudent.*

18 *Milites negotiatores conuenti pro illa negotiatione priuilegium militare non gaudẽt, ſed ſub Iudice ordinario ſubſunt, etiam ſi ſint Curiales, & familiares, qui ad latus Principis ſeruiant.*

19 *Differentia inter milites, qui dicuntur militare in Regis ſeruitio, & milites armatæ militiæ.*

20 *Priuilegia omnia intelliguntur in quantum non lædatur vtilitas publica.*

21 *Officialis Regi immediatè ſeruiens non gaudet pro contractu domi inito, nec pro delictis extra Curiam commiſſis.*

22 *Collaterales Conſiliarij in quo differunt ab alijs.*

23 *Conſilij diffinitio notanter authoritate Iſern;*

24 *Conſiliarij Collaterales, qui ſint, & in quibu conſiſtat eorum officium.*

25 *Conſiliarij Collaterales non iudicant, & in materia belli tantum, in qua interuenire poſſunt vota ipſorum ſunt conſultiua, & nullam habent iuriſdictionem.*

26 *Theorica Bartol. in l. fin. de Conſtit. Princip. commendatur ad deciſionem artieuli.*

27 *Senatores pro cauſis pecuniarijs non gaudent.*

28 *Deputatio Iudicum particularium à iure communi ſtatuta certis perſonis in dignitate conſtitutis, & ſignanter magiſter officiorum receſſit ab aula.*

29 *Text. in l. 2. C. vbi Senat. vel clariſs. ponderatur.*

30 *Collaterales Conſiliarij non ſunt milites, ſed viri militares.*

31 *Dictio, caterum, idem prorſus ſubſtantia, & qualitate implicat.*

32 *Milites ex priuilegio, qui non ſe exercent in factis armorum fori priuilegio non gaudent.*

33 *Militantes in ſacro Palatio in quocumque officio, quibus priuilegijs gaudeant.*

34 *Deciſio particularis Bald. in militibus faciẽtibus militarem profeſſionem, ſed eam non exercentibus, vt eorum militia non ſit priuilegiata.*

35 *Conſiliarij belli, in quibus ſe exercẽt, & quod ſit eorum officium.*

36 *Aliud eſt Cõſilium, & aliud militia, ſicut alij Conſiliarij, & aliud milites.*

37 *Milites proprijs negotiationibus vacãtes priuilegium militare ammittunt*

38 *Miles in matricula militum deſcriptus, ſi militiam non exercet, priuilegio militari non gaudet.*

39 *Milites veterani non gaudent, quia non exercent.*

40 *Literæ familiaritatis nõ deſeruiunt actu non ſeruientibus.*

41 *Milites noſtri temporis nullo modo gaudent ex communi Doctor. concluſione, & ideò carcerari poſſunt.*

42 *Milites ſecundum magis communem opinionem pro debitis tantum contractis in Caſtris, in Bello, & in expeditione gaudebunt, non autem pro his, quæ fecerunt in eorum domibus, vel vagando per mundum.*

43 *Practica contra milites nouæ militiæ, vt poſſit contra eos de perſona exequi.*

44 *Text. in l fin. C. vbi Senator vel Clariſs. non ſeruatur in Regno.*

45 *Citatus ſeruata forma Ritus dicitur criminaliter citari propter delictum periurij*

46 *Clericus propter periurium perdit priuilegiũ Capituli Odoardus, & poteſt pro ciuili debito carcerari.*

47 *Clericus ob obligationem incuſatam, & incurſum periurij pro debito ciuili poteſt carcerari.*

48 *Pœna periurij antiquitus ſecundum Ritus Mag. Cur. erat amputationis manus.*

49 *Citatio ſeruata forma Ritus importat criminalitatem vt cauſa criminalis tractatur.*

50 *Citatus in cauſa criminali debet de perſona comparere, & ſi delictum eſt commune, cognitio eſt Mag. Cur. licet tractaretur cum proprijs militibus.*

51 *Text. particularis adducitur in l pen. C. de dignit. lib. 12. vbi propter periurium viri illuſtres, cæteriq in dignitate conſtituti fori priuilegio priuantur.*

ARGVMENTVM.

Ritus Magnæ Curiæ circa liquidationem inſtrumentorum habet locum contra Collaterales. Iuriſdictio Magnæ Curiæ, quæ. Milites in Regno militaribus priuilegijs non gaudent. Curiales, & qui ad latus Principis aſſiſtunt, non gaudent pro debitis contractis propter proprias negotiationes extra Curiam. Aliud milites, & aliud viri militares. Collateralium officium, quod ſit, in quibus conſiſtat, & an habeant iuriſdictionem aliquam. Milites noſtri temporis nullo gaudent priuilegio. Citatio ſeruata forma *Ritus* dicitur criminalis propter periurium, ob quod quis foro priuatur.

§. VII.

1 SEd cum multa poſueri mus ſupra de Collateralibus, videamus quęſo veritatem articuli alias in dubium propoſiti, an contra iſtos Dominos collaterales pro cauſa pecuniaria poſſit exequi de perſona, & conſequenter liquidari inſtrumẽtum debiti, iuxta *Rit. Mag. Cur. Vic.* quæ periurij incurſi vigore citat criminaliter ad perſonaliter comparendum, & non per Procuratorem, & non comparente citato perſonaliter, & in promptu non docente de ſatisfactione carceratur, & dicit cauſam in vinculis.

In hoc articulo primo eſt tractãdum ſi iſti Domini in hoc ſubſunt iuriſdictioni Magn. Cur. Secundo, an ſaltem pro debitis contractis ante officium aſſumptum. Tertio, quãdo non ſubeſſent, quid de eis diſponat ius cõ. Et quarto, & vltimo ſiuè ſubſint Mag. Cur. ſiuè non, videndũ erit an exequi poſſit de perſona iuxta formam iuris, & etiam via *Ritus*.

Primus artic. videtur deciſus per *conſtitut.*

2 *Conſtitutio Regni ſtatuimus*, expreſsè dat Mag. Cur. iuriſdictionem cõtra curiales, ibi, *& de quæſtionibus noſtrorum curialium, qui immediatè nobis aſſiſtunt de ſpeciali conſcientia noſtra in curia commorantium, qui de curia noſtra ſine ſpeciali mandato noſtro nõ poſſunt recedere, & c. cauſas audiat, & iuſtitia mediante decidat:* idemq. diſponit in *conſtit. incip Mag. ur noſtræ, & Andr. in d. conſtit. ſtatuimus*, dicit *curiales eſſe, qui ſine licentia de curia non poſſunt recedere, & officia gerũt*, vbi latiùs *Afflict.* & in *d. conſtit. Mag. Cur.* idemq. traditur per *Carau in rit. magn. cur. 46. incip in primis in tit. de iuriſd. & de for.*

3 *compet.* Quales ſunt Collaterales, qui officia gerunt immediatè pœnes Regem, & non poſſunt recedere abſque licentia, vt eſt notoriũ:

4 cumq. ſecundum tradita in dictis *conſtitutionibus* Tribunal Mag. Cur. ſit idem quòd Tribunal Regis, ibi *in conſtit. Statuimus, Magn. Cur noſtræ Iuſtitiarius nobiſcum in curia commoretur*, & in *conſtit Mag. Cur.* ibi *in cognitionum noſtrarum iudicijs collocatũ*, quid mirum, quòd ſuper omnes iuriſdictionẽ habebit: appellatur ibidem iuſtitiæ ſpeculum, & in *conſtit ſequi incip. honorem debitum*, appellatur luminare maius, ob quod datur cognitio Baroniarum, Comitatuum, Ciuitatũ, Caſtrorum, & Magnorum feudorum, etiam criminis læſæ maieſtatis, & in prædicto *Ritu* datur in ſpecie cognitio contra omnes Principes, Duces, Comites, Barones, & alios cuiuſcumque conditionis, & pręeminentię fuerint, vt ſic dicamus iuſtè ſublatam cõ uetudinem, quam refert *D. Frecc. in tit. quis di-*

5 *catur Dux:* dùm dicit, quòd iſtę dicũtur perſonę illuſtres, & contra eos non deberet procedi, Principe inconſulto, non citari, nec carcerari, quia dicit hos appellari Regios Conſiliarios, & dicũtur pars corporis ex reg. *tex. in l quiſquis, & in tit quis dicatur Comes*, dicit ꝙ Comites, Duces, & Principes in Regno appellantur Conſiliarij de Latere Domini Regis,

Regis; ſed ſubſequitur, quòd hodie hoc in deſuetudinem abijt, cùm de facto detrudantur in carceribus Magnæ Curiæ, & contra illos indifferenter proceditur. Erat enim hæc conſuetudo contra *Regn. conſtit.* & contra *Ritum Magn. Cur.* & propterea iuſtè nõ fuit obſeruata, quicquid aliàs eſſet de iure communi ex regula *text. in l. ſi grauius C. de dignit. lib.* 10. *in l. fin. C. vbi Senat. vel clariſs. in l. in ſacris C. de præpoſ. ſacr. ſcrin. in l. in cubicularios C. de præpoſ. ſacr. cubic. lib.* 12. *in l. nec ad diuerſa de ſilent. eodem libro in l. ex eo, de Agent. in reb eodem lib in l. fin. C. de comit. conſiſtor. eodem lib. cum alijs concord.*

6 Hinc vidimus procedi per Magn. Cur. contra habentes ſeptem officia, tàm ciuiliter, quàm criminaliter, & contra hos, qui ſunt de collaterali conſilio indifferenter, tam per Magn. Cur. quàm per Sac. Conſ. vt vidimus in Duce Amalfiæ magno Iuſtitiario citato, carcerato, & condemnato in cauſa criminali per Magnam Curiam, in D. Cæſare d Auolos magno Cancellario, in Principe Conchæ magno Admirato, Tiberio Pignatello ſucceſſore in prædicto officio magni Cancellarij, & quid mirum, quòd Sacr. Conſil. indifferẽter procedat, ſi illud appellatur ſacra Maieſtas, & vt tali ſupplicatur, eiusq. nomine ſententiam profert, & ſi titulo decorati præcedunt collaterales, omnesq. alios Conſiliarios titulos non habentes, vt eſt moris in Regno: ergo ſi Magn. Cur. cognoſcit de titulatis, multo fortius cognoſcere debet de collateralibus, quia ſi vinco vincentem te, ergo &c. & ſic videmus omnes Regios Conſiliarios conueniri in Magn. Cur. in Sac. Conſ. & ipſos contra alios agere, & nunquam de hoc fuit dubitatum.

Et licet *Ritus* prædictus *Magn. Cur.* videatur corrigere prædictas *conſtitut.* dùm in
7 *fine* à cognitione tam ampla eidem conceſſa contra omnes excipit familiares Regis domeſticos, commenſales, & actu ſeruientes, qui omnes dicũtur curiales, vt latiùs *ibi* per *Carau.* Tamen in deſuetudinem abijt *Ritus*, vt in facto videmus, quia contra omnes Magn. Cur. & Sac. Conſ. procedũt, ſicut dicimus
8 in priuilegijs militum, & clericorum, vt non teneantur niſi inquãtum facere poſſunt, quæ amplius non ſeruantur ſecundum *Paul. de*
9 *Caſtr. in l. miles ff. de re iudic.* ſic in priuilegijs Doctorum, vt non poſſint carcerari, vt latius per *Carau. in rit.* 166. *incip. Item quòd ſi quis debitores nu.* 30. Hinc *Fulgoſ. in l.* 1. *C. in quib. cauſ. mil. for. præſcr. vti non poſſunt*, dixit *ibi in fine*. Quod non inſurgit ex illa *lege* multa vtilitas, quia his militijs hodie non vtimur; ſic videmus milites torqueri, ſuſpendi, condemnari ad triremes, carcerari pro debitis ciuilibus, & contra eos, ſicut contra quoſcumque alios procedi, prout pa-
10 riter videmus in iuriſdictione Siniſcalchi, quę erat cõtra omnes familiares domus Regis, illiq. exempti erant à iuriſdictione Magn. Cur. quòd ſecundum *D. Frecc. in tit. de*
11 *Siniſc.* receſſit ab aula, & non eſt aliter in vſu; ſolùm enim reſpectu militum militarem artem actu exercentium, & quod in matricula, ſeu rollo, vti tales reperiuntur deſcripti, quoad cognitionem iuriſdictionis tãtum eſt deputatus in Regno Iudex particularis dictus *l' Auditore del Campo*, ſed quoad reli-
12 qua priuilegia nullum ſeruatur; & verè *Ritus* prædictus ex vſu recepit interpretationem in ſeruientibus, & familiaribus propriè domus Regis, aut Proregis, non autem in Conſiliarijs, alijsq. Officialibus; & ſic videmus de his cognoſci per Auditorem exercitus, niſi aliud Proregi viſum fuerit, ideò de prædicto *Ritu*, tãquam non in vſu nullam mentionem fecerunt *Andr. Afflict. Frecc. & alij noſtri Regnicolæ*, qui de authoritate Magn. Cur. ſcripſerunt.

Et de cognitione in curiales, nec vllam habent dubitationem, quoad debita contracta ante officium, dùm quis ſe obligauit ad ſolutionem illorum, quodque contra eum poſſit liquidari inſtrumẽtum ſeruata forma *Ritus*: nam perſona reperitur obligata, & tali obligatione affecta officium ſu-
13 ſcipit, & hæc officia augent honorem, ſed non mutant ſtatum, nec cauſam iuris, elegan ter ad propoſitum *Bald* quem ſequitur *Afflict. & Aluar. in cap.* 1. *de mil. vaſſ qui arma*
14 *bellica depoſuit*; Exemplum eſt in iſtis militibus gaudentibus, vt eleganter per *Bart. in l.* 1. *in fin ff de pęn.* vbi voluit, quod iſti etiam habeant priuilegium exemptionis à curia ſæculari, tamen non per hoc mutant ſtatum, & habent locum in eis *leges*, quæ dicũt, quòd propter mutationem fori, ſeu propter priuilegium ſuperueniens ad ſui procurationem quis non excuſatur, quæ non procedunt in clerico, quia datur totaliter ſtatus mutatio ſecundum *eundem Bart.* & ſic procedunt data ſtatus mutatione tradita per *Canoniſtas*
15 *in cap.* 1. *de oblig. ad ratiocin. vt per Butr. poſt Io. Andr. & alios* diſtinguentes circa mutationem ſtatus inter cauſas naturales, & accidentales, & hac ratione attenta, quando non mutatur ſtatus ſecundum *Bart.* ſemper attẽditur obligationis contractę ſtatus, quem ſequitur *Rayn. de Forli in l. omnes populi num.* 07. *& latiùs Io. Bapt. de S. Seuer. nu.* 156. *& idem Bart. ibidem in* 5. *quæſt. nu.* 48. *de iuſt. & iur. Bald. in l.* 1. *C. anſer. ex ſuo facti. nu.* 4.

Quæ proceduntetiam ſi ſe obligauerunt
16 ſeruata forma *Rit. Mag. Cur.* poſt aſſumptũ officium, nam in clerico ſolo reperitur, vt nec voluntariè poſſit à ſæculari Iudice cognoſci, quia priuilegium non eſt perſonale, ſed toti collegio clericorum indultum: ſecùs verò ſi perſonæ eſſet conceſſum, vt in caſu, de quo agimus, vt vtrũque determinat *text. in cap. ſi diligenti de foro compet.* quod etiam in clerico limitatur, quando dolo, & fraude clericatum aſſumpſit, maximè reſpectu bonorum, de quo latè poſt *Io. Andr. & alios in d. cap. 1 de oblig. ad ration. per D. de Franch. in deciſ.* 109. Eſt enim hoc inductum in fauorem, vnde benè potuit renunciari, quod in terminis decidit *gloſ. in d. l. in ſacris in verb. eos, de proxim. ſacr. ſcrin. vbi Bart.* ibi enim non poterat conueniri niſi coram Magiſtro Officiorum, ſed bene ſponte poterat coram alio, quia renunciabat fauori, atque ſuo pri-
17 uilegio, *ibiq. Luc. de Pen.* quod indubitatum redditur ex communi *Doctorum* doctrina, dùm volunt, quòd dùm iſti curiales officia gerentes pœnes Principem extra curiam cõtrahunt, & de negotijs ipſorum priuatis, vt minimè tunc fori exceptione gaudere poſſint, ſed tenentur correſpondere ſub communi iuriſdictione ex ipſorum priuatis negotiationibus, ita *Bald. in l. 1. per illum textum C. in quib. cauſ. mil. for. præſcr. vti non poſſ.* vbi quòd militantes in Curia Principis non gaudent priuilegio fori, quando conueniuntur ex priuatis negotiationibus, niſi tẽpore commeatus, quia milites negotiatores
18 pro illa negotiatione conuenti non habent priuilegium militare, ex quo infert ad quæſtionem, de habente priuilegium, vt non poſſit conueniri coram Epiſcopo, vel alio, ſed tantum coram ſupremo Pontifice, quòd ſi in ſtudio emit bladum, vel vinum conuenitur ibi coram Iudice illius loci, *ibiq. Salyc.* reaſſumit regulam, quòd in militia conſtituti ſi negotiantur tenentur pro illa negotiatione ibi reſpondere, & per prius *ibidem Bartol. vbi Angel.* ſequitur in omnibus *Bald. & Fulgoſ.* ac melius omnibus *Paul. de Caſtr.* exemplificans in ſpecie *text.* illum in militantibus in curia Principis, & habentibus officium circa Principis perſonam, ac in cæteris familiaribus illius, dicens, quod licet aliàs non poſſent conueniri niſi ſub Magiſtro militum ſecundum regulam *text. in l. magiſteria C. de iuriſdict. omn. iudic.* tamen ratione negotiationis poſſunt etiam coram Iudice ordinario conueniri, & infert ad quæſtion. *Bald.* ſubdens notabile verbum, quòd etiam ſi ſint in curia familiares, & qui ad latus Principis ſeruiunt, poterunt tamen ex priuatis negotiationibus coram ordinario conueniri, & pondera *text.* ibi, *cum non ar-*
19 *mata militia præditi ſint*, ita quòd dicuntur milites, ſed non armatæ militiæ, ſed dicuntur militare, dùm in Regis ſeruitio degunt, vt benè ponderat poſt *Butrig. Paul. de Caſtr.* quæ eſt deciſio particularis, *gloſ. not. in l. qui cum vno §. reus ff. de re milit. eadem gloſ. in l. ſi quis poſtea ff. de iudic.* Non enim conuenit in hiſce caſibus gaudere aliquo priuilegio, quia eſſet in fraudem, & damnum publicum, vt ſub clypeo priuilegij contractantes, & bona fide negotiantes defraudarentur, & deluſi remanerent, vt ad propoſitum conſiderat *text.* elegans in *l. 2. C. de priuil. ſcol. lib. 12.* ibi, *ne flagitiorum creſcat authoritas, vel publica vacillet vtilitas*, ex quo
20 *text. Doctor. ibi* reaſſumunt concluſionem, quòd omnia priuilegia intelliguntur intantum conceſſa, & valere, inquantum non lædatur vtilitas publica, vt per *Odoffred. Io. de Plat. & omnes*, bonus *text.* ad idem in *§. quod autem, in auth. vt Iudic. ſine quoqu. ſuffrag. vbi gloſ. in verb. priuilegia*, & ideò *Rebuff. in eadem l. 2.* idẽ tradens dixit, quòd nunquam intelligitur conceſſum aliquid licitum, ſub cuius prætextu poſſit committi illicitum.

Eandemq. concluſionem, quòd Officiales
21 immediatè Regi inſeruientes non gaudeant pro contractibus initis domi, quando priuilegium datum eſt perſonæ, & ſic de delictis extra curiam commiſſis; firmat ad propoſitum *Andr. in d. conſtitut. ſtatuimus, ibiq. Afflict. & idem Afflict. in Conſtitut. Reg. incip. intentionis*, quæ ſunt deciſiones punctuales ad caſum.

Et aduertatur quæſo, nam dum tractamus de iſtis Dominis Collateralibus Cõſiliarijs,
22 iſti non ſunt magis Conſiliarij, quàm cæteri alij de conſilijs Regiæ Maieſtatis, differunt enim in eo, quod ſunt de eminentiori cõſilio, ſed omnes ſunt Conſiliarij, & de cõſilio: nam
23 vt docuit notabiliter *Andr. in cap. 1. in addit. in tit. hic finitur lex, cõſilium nihil aliud eſt, quàm collatio inter plures habita, & dicitur quaſi conſidium, quia plures conſident, & ſimul ſedent ad ſimul conferendum, & examinandum negotium, quod imminet*, & dicit *conſilium nõ eſſe in Principe, ſed pœnes Prin-*
24 *cipem, ideſt Conſiliarij de bello ſuſcipiendo*, hæc *Andr.* quem non allegauit *D. Frecc. in l. lib. in tit. de offic. Magiſt. Iuſtit.* vbi dixit iſtos appellari conſiliarios guerræ, *ibi ante num.* 35. & rurſus *ante num.* 34. quærit, an iſti dicantur Iudices militares, qui iudicant, quid in militia, & bello ſit agendum, vel Iudices militares dicantur Auditores Campi,

&

& remittit ſe peritioribus, ſed certè ſi recordatus eſſet prædictæ deciſionis *Andr.* opus non fuiſſet conſulere peritiores, immò dico
25 plus, quòd iſti Domini Conſiliarij præſtant Principi conſilium, ita quòd ſunt vota conſultiua, & non deciſiua, & aliter non iudicãt, & ideò *idem D. Frecc.* dixit, quod in Collaterali aſſiſtunt, dum res bellica tractatur, qua finita à Collaterali Conſilio recedunt, nec vllam aliam habent authoritatem, aut iuriſdictionem, niſi eam, quam illis forte Prorex delegat, aut committit, & vulgo nominantur *gli Conſiglieri della guerra*, quæ ſunt propria verba *Domini Freccia ſupra allegat. in different. int. feud. reg. titul. & alia ante num. 21. 1. lib.*

Vnde ſi omnis authoritas, & iuriſdidictio incipit, & finitur in rebus bellicis tantum tractandis in Collaterali Conſilio, merito ſecundum *omnes* nullum habebunt priuilegiũ pro rebus familiaribus, & pro proprijs negotiationibus, quæ extra tractantur ſecundum deciſionem *Andr. & cæterorum ſupra adductorum*, & ſecundum hæc eſt propria theorica ſingularis *Bart. in l. fin. ff. de conſt.*
26 *Princip.* tradentis quòd quando exemptio eſt data perſonæ ratione dignitatis, aut præheminentiæ, tunc recurrendum eſt ad nota, ta in *d. l. 2. C. vbi ſenat. vel clar.* vbi in cauſis ciuilibus coram ordinarijs cõueniuntur, & in criminalibus dicit *ibi glo.* coram eo, cui Rex cauſam delegauerit ſecundum *text. in l. fin. eod. tit.* Si verò priuilegium eſt conceſſum non ſolum perſonæ, ſed etiam loco, tũc procedit *tex. in cap. 1. de priuil. in 6.* vt tunc contrahens, vel delinquens in loco non exẽpto minimè gaudeat, ſi verò priuilegium eſt datum ratione publicæ vtilitatis, vt in militia, tunc recurrendum eſt ad terminos *text. in l. magiſteria.*

Hæc enim theorica *Bart.* pariter decidit caſum, dum tractamus extra Curiam de negotijs particularibus, & proprijs, in quibus
27 nihil commune officium, & Senatores non gaudent in cauſis pecuniarijs, per *text. in d. l. 2.* & maximè ſi ſunt contracta ante officium aſſumptum, cum Magna Curia ſuam iuriſdictionem contra omnes habeat, & ſe-
28 cundum *Frecc.* non practicatur ampliùs diſpoſitio iuris communis, à quo certi Iudices erant conſtituti, & præſertim Magiſter officiorum, & ſic pariter receſſit ab aula iuriſdictio Siniſcalchi, qui cognoſcebat de familiaribus Curiæ Regis, & ſecundum *Frecc. in tit. de Siniſcal.* videbatur gerere prædictum officium Magiſtri officiorum authoritate *Luc. de Penn. in l. viros C. de diuerſ. offic. libr. 12.* quæ omnia dicit ipſe non ſunt hodie in vſu, & notate, quod licèt *Frecc.* dixerit *ibidem*, quod etſi Siniſcalcus cognoſcebat de curialibus, quòd non propterea in generali conceſſione eidem facta illius iuriſdictionis intelligebatur iuriſdictio conceſſa in Collaterales, qui ſunt de ſecreto conſilio propter præheminentiam officiorum, & perſonarũ,
29 & nil allegat, nam ad hoc eſt particularis *text. in d. l. 2. C. vbi Senat. vel Clariſ.* cuius infraſcripta ſunt verba.

Senatores in pecuniarijs cauſis, ſiue in hac alma Vrbe, ſiue in ſuburbanis degunt, in iudicio tam prætorianæ, quàm vrbicariæ præfectura, necnon Magiſtri officiorum, quoties tamen ad eum noſtræ pietatis emanauit iuſſio, in Prouincijs verò vbi larem fouent, aut vbi maiorem bonorum partem poſſident, & aſſiduè verſantur, reſpondebunt.

Et ſic *text.* expreſsè dixit, quòd cognoſcet Magiſter officiorum, ſi hoc ſpecialiter à Rege fuerit commiſſum, ita quòd eſt caſus *ibi* pro deciſione queſt. *D. Frecc.* & etiã pro noſtra, ac etiam attenta diſpoſitione iuris cõmunis, ſi in pecuniarijs cauſis iuriſdictio contra Senatores eſt ſub Iudice ordinario, & eſt deciſio propria in Collaterali, ſecundum *Frecc.* cumq; omnes illæ iuriſdictiones hodie ceſſauerint in Regno, non enim adſunt, dicit *Frecc.* Magiſtri officiorum, non Præpoſiti ſacri cubiculi, ſacrorum ſeriniorum, Agentium in rebus, Silentiariorum, & ſimilium, ſed omnis iuriſdictio eſt collata in M. Cur. nec ſeruatur diſpoſitio *text. in d. l. fin. vbi Senat. vel Clariſ.* propterea dicendum eſt Mag. Cur. in Collaterales, & omnes pro negotijs extra officium iuriſdictionem habere, vltra quòd illa *iura, & ſimilia* loquuntur in ipſorum caſibus ſpecialibus, non autem in iſtis Dominis Conſiliarijs bellicis, in quibus loquitur *text. in d. l. 2.* qui eſt ſpecificus in Senatoribus, nec facit ad caſum, quòd Collaterales præcedunt, & conſtituti ſunt in maiori dignitate, nam hoc fit ex poteſtate legis, vt poſt alios notanter habetur per *Io. de Plat. in d. l. penult. de. ſilent.* & rurſus ſi Tribunal Magnæ Curiæ eſt idem, quod Tribunal Regis, & eſt ſpecificum cõtra omnes Duces, & Principes, & habet vniuerſalem iuriſdictionem in toto Regno, & iſti Domini Collaterales nullam habent extra conſilium, & in illo aſſiſtunt pro rebus bellicis tantum, & poſtea recedunt, videtur propterea, quòd non ſit abſonum, vt Mag. Cur. cognoſcat, ratione vniuerſalis, & maioris iuriſdictionis ipſi à Rege attributæ, qui potuit, cum ab eo omnes fluant, & refluant tanquam à fonte, vt pluries diximus.

Non enim differunt iſti Domini Conſiliarij

rij ab alijs, immò alij habent iuriſdictionem cum adminiſtratione, quam non habent ipſi,
30 & hos appellat *lex* viros militares, non milites, vt in *Conſtit. Regn. incip. vt vniuerſis*, ibi, *vt vniuerſis, & ſingulis Regni noſtri nobilibus honor debitus integrè conſeruetur. Comitibus, Baronibus, ac cæteris viris militaribus*, nam dictio illa, *cæteris*, idem prorſus
31 ſubſtantia, & qualitate implicat, & refert, licèt diuersũ ſpecie, & numero *gloſ. & Bar. in l. non ſolum ff. de procur.* quæ ad propoſitum allegat *Tiraq. in tract. de nobilit. 1. libr. in princ. cart. 30. num. 11. & gloſ. in d. conſtit. in verb. militaribus*, dicit, intelligas de illis militibus, qui viuunt in honore militari, & magis explicitè, *ibi Andr.* quòd militares viri non ſunt milites, ſicut ſecundum *eum* differt Conſul à viro conſulari tanquam habitus ab actu, conſulunt enim Regi, ſeu Proregi, quæ pro bello ſunt neceſſaria, vel res bellicas concernunt, vt diximus authoritate *Andr.* & Regi inſeruiunt, prout alij in ipſorum miniſterio, cuius reſpectu dicuntur militares, non autem, quòd ſint creati milites, vel quoquomodo militiam exerceãt, immò
32 fortius dixit *Paul. in eadem l. fin. vbi Senat. vel Clarif.* quòd milites facti ex priuilegio, qui non exercent eorum perſonam pro Republica in factis armorũ, priuilegio fori non gaudebunt, & propriè iſti Domini compræhenduntur ſub *tit. C. de priuileg. eor. qui in ſacr. pal. mil. libr. 12.* vbi *gloſ. in rubr.* dicit
33 Titulum illum intelligi de his, qui in ſacro Palatio militant in quocumque officio, in quo titulo ponũtur ipſorũ priuilegia, & minimè reperitur hoc de quo tractamus, & priuilegiũ ipſorũ nil aliud cõtinet, niſi creationem Cõſiliarij Collateralis, ob q̃ cum verè non militent, fori priuilegio prõterea non gaudebunt, in quo eſt deciſio particularis
34 *Bald. in l. pen. ff. ex quib. cauſ. maior.* loquentis in caſu fortiori, videlicèt in militibus facientibus militarẽ profeſſionem, ſed verè actu non exercentibus, vt eorum militia nõ ſit priuilegiata, ſed vti debeãt iure communi in eorum actibus, quem allegat, & ſequitur *Afflict. in d. Conſtit. Reg. Intentionis*, & pulchrè *Luc. de Pen.* de ſimilibus militibus in *l. milites C. de re milit. lib. 12.* & dixi quòd ſunt hæc in caſu fortiori, & nullam patiuntur diſputationem, quia non ſunt iſti creati
35 milites, ſed Conſiliarij, & bene applicantur deciſiones, quia nullo modo in militia ſe exercent, nec vt milites aliquid faciunt, aut militiæ parati ſunt.

Sed de creatione militũ, de bello mouendo, aut de Regno defendendo aduerſus hoſtes conſiliant, & vota emittunt, ita quod
36 conſulunt circa ea, quæ milites, & circa militiam fieri debent, & aliud eſt conſilium, & aliud militia, ſicut aliud Conſiliarij, & aliud milites: vacant enim iſti proprijs negotiationibus, ipſorumq; commodis in proprijs
37 domibus, terris, ac territorijs, quæ intantũ ſunt militibus prohibita, vt perdant ex hoc militum priuilegium, ad *text. in l. nemo miles C. de re milit. lib. 12.* vbi *gloſ. in verb. vacet*, concordat *text. in l. miles eod. tit.* quorũ *iurium* rationem reddit *text. in l. miles C. locat. & in l. fin. eod. tit.* & pro concluſione legatur elegans *text. in l. per illyricos C. de cohor. lib. 12.* Hinc *Aufr. in addit. ad Cappel. Tholoſ. in deciſ. 111.* dixit quòd qui allegat ſe militem debet probare, qui allegat *text. in l. 1. C. de appar. mag. mil. libr. 12.* Sunt igitur iſti Domini Conſiliarij non milites, & conſequenter iure communi vti debent, prout cæteri omnes: etſi vt diximus artem militarem nullo modo exercent, & in matricula vt tales non ſunt aliter deſcripti, ſuccedit concluſio illa communis, quòd etiam quod
38 ſit deſcriptus in matricula, & militiam non exercet, priuilegio militari non gaudebit, *Bart. in l. ſcriniarios C. de teſtam. milit.* vbi
39 *Aret. Corn. & omnes*: hinc veterani milites non gaudent, quia non exercent ad *text. in l. 1. C. de veter. lib. 10. in l. ad veterani ff. ad l. falcid. Andr. in Conſtit. Regn. Magiſter Iuſtitiarius in verb. & alios*, idem in literis fa-
40 miliaritatis, vt non deſeruiant actu non ſeruientibus *Afflict. in d. Conſtit. Regn. intentionis*, cumulat deciſiones, *Io. Ant. de Nigr. in repet. clement. 1. de vit. & honeſt. cleric. nu. 26. Ann. in allegat. 44.* qui refert ſic deciſum
41 per Sacr. Conſil. & in militibus noſtri temporis, quod non gaudeãt, eſt communis deciſ. *Cyn. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* vbi *Scrib.* latè *Alexan. in l. centurio de vulg. & pupill.* quæ concluſio non patitur limitationem, non data creatione, titulo, aut priuilegio militiæ, ob quod iuſtè *Salyc. in l. 1. nu. 12. C. qui bon. ced. poſſ.* tradidit, quod milites noſti temporis poſſunt pro debito carcerari.

Et ſi magis communis eſt concluſio in proprijs militibus, vt priuilegio gaudeant,
42 vt non conueniantur niſi inquantum facere poſſunt pro debitis contractis in Caſtris, in bello, & in expeditione; non autem pro his, quæ fecerunt vagando per mundũ, vel dum ſteterunt in eorum domibus, ſecundum *gloſ. notab. in l. miles ff. de re iud.* quam ſequitur *ibi Bart. Odoffred. Alber. & Salyc. in d. l. 1. qui bon. ced. poſſ. Matth. Brun de ceſſ. bonor. tract. 3. par. 2. in tit. an miles cedat bonis qu. 11.* qui dicit, quod cum *gloſ.* tranſeunt *Doct.*

Par.

Par. de Put. de re milit. tract. 16. lib. 7. in tit. incip. an armiger ruſticus, qui allegat *text. notab. in l fin. C. de reſcit. milit. & idem tex.* per propria verba in *l. fin. C. quib. non obije. long. temp. præſcript. Addentes ad Bald. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* quæ concluſio confirmatur ex deciſ. *Andr. & aliorum ſupra adductorum*, quod curiales nō gaudent pro debitis factis extra curiam, & ſic cæteri in dignitate, & officio conſtituti, igitur omni iure dicendū eſt hos Dominos Conſiliarios nullo poſſe potiri priuilegio pro debitis ipſorum particularibus, ſed ſubditos omnino eſſe iuriſdictioni Mag. Cur.

Sed ſi vt ſupra oſtendimus priuilegia hæc omnia in deſuetudinem abierunt, & Magn. Cur. ſuper omnes ſuam exercet iuriſdictionem, vanum eſt propterea ſuper his inſiſte-
43 re. Hinc per Collaterale Conſilium indifferenter expediuntur prouiſiones contra milites nouæ militiæ, vt contra eos exequatur etiam de perſona, & hoc iure vtimur, licèt illi ſint deſcripti in matricula, vti veri milites, & vt tales ſemper militiæ parati, & vt milites aliquibus gaudent priuilegijs vigore nouarum ordinationum, inter quas cum non ſit hæc, quòd non poſſit exequi de perſona, licèt non poſſit ſuper armis, & equis, ideò contra perſonas prouiſiones expediuntur, quia priuilegia eis à iure communi indulta abolita ſunt.

Ex his abſolutus apparet primus punctus, an iſti Domini ſubijciantur in hoc iuriſdictioni Magnæ Curiæ, & quomodo *Ritus* non ſeruatur, vel in quo eſt interpretatus, eſt etiam deciſus ſecundus punctus circa debita contracta, pariterq; terminatus eſt tertius, quid de iure communi: nam ſi *Ritus* viget, ita quòd ſit correcta diſpoſitio *Conſtitutionum Regni*, & Magna Curia non habet iuriſdictionem, ergo remaneremus in diſpoſitione iuris communis, ſecūdum quod in pecuniarijs cauſis Senatores nullo gaudēt priuilegio, ſed ſubſunt ſub iudicio ordinarij Iudicis, & in criminalibus ſub iuriſdictione eius, cui Rex, ſeu Prorex ipſum repræſentās cauſam delegauerit, ex reg. *text. in d. l fin.*
44 *vbi Senat. vel Clariſſ.* quæ tractat de perſonis illuſtribus, & ſuperilluſtribus, cuius *tex.* diſpoſitionem dixit *Frecc.* & in facto videmus eſſe correctā in Regno, poſtquàm cōtra omnes Magn. Cur. procedit, ne *flagitiorum creſcat authoritas, vel publica vacillet vtilitas*, vt ſupra diximus, quia ſic indiſpoſitio temporum requiſiuit propter multitudinē negotiorum, delictorum, & Magnatum Regni, in quo malitia creuit, & bona fides negotiationum defecit, pro quo tantū debent inuigilare Superiores, vt ſic nimirum, ſi omnia priuilegia deficiant, & nouis vtamur legibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, vt pluries diximus, cum omnia priuilegia fugiant abuſum, & intelligantur rebus in eodem ſtatu permanentibus.

Vltimus punctus; dato, quòd ſit quicumque Iudex, vtrum exequutio perſonalis ſit vetita contra Collaterales iuxta iuris diſpoſitionem in bonorum defectum, & an etiam via *Ritus*, arbitror, ni fallor, ex ſupra relatis ſatis, ſuperque declaratus, nam nullum in hoc legi iuris priuilegium, conſtitutionem, aut ſtatutum, *& in tit. de priuileg. eor. qui in ſac. Palat. milit.* vt ſupra diximus, non reperitur tale priuilegiū, & ſi volumus regulari ex priuilegio militibus conceſſo, dictum eſt hos non eſſe milites vllo modo, nec ſecundum noſtra tempora, nec ſecundū antiqua, non adeſſe conceſſionem per priuilegium ſaltem in honorem, & præeminentiam, eſſe creatos tantum Conſiliarios Collaterales, appellari viros militares, non milites, & hæc longè diſtare inter ſe, & tandem in curialibus, in officialibus, & in proprijs militibus non adeſſe priuilegia pro debitis contractis extra Curiam in proprijs domibus, aut patria, vel vagando per mundum, ac omnia priuilegia ceſſare, quando Reſpublica læditur, & publica vacillat vtilitas, illis abutuntur, & reducuntur ad iniquitatem.

Et cum fundata ſit iuriſdictio Magn. Cur. & ſecundum communem vſum, & conſuetudinem, dico non poſſe in dubium refricari habere locum diſpoſitionem *Ritus Magnæ Curiæ*, quæ adhuc attēto iure communi mi-
45 litabit, quia citatus ſeruata forma *Ritus*, dicitur criminaliter citari propter delictum periurij incurſi, quod eſt grauiſſimum: in tantum quòd clericus amittit priuilegium
46 *Capit. Odoardus extra de ſolut.* & poteſt pro debito ciuili carcerari, licet aliàs teneatur inquantum facere poteſt, ita *gloſ.* ſolemnis *ibi in fine, quam* pro notabili ponderat *ibi Abb. & Imol.* in ſpecie *num. 17. in fin.* notat cum *gloſ.* quòd periurus non gaudet priuilegio, de quo in illo *text.* hinc clericus ob obli-
47 gationem incuſatam, qui alias ex debito ciuili non poterat carcerari, poterit inquam ob incurſum periurii, *Afflict. in Conſtitut. Regn. incip. ſi quis clericus 6. notab. nu. 6. Io. Ant. de Nigr. in repet. d. clem. 1. de vit. & honeſtat. cleric. nu. 338.* vbi latiſſimè, & *Afflict.* arguit de milite ad clericum, & ſecundum
48 *Ritus Regni* pœna periurij antiquitus erat pęna amputationis manus, & ſi propter delictum citatur, ob quod oportet de perſona compa-

49 comparere, dicetur cauſa criminalis non ciuilis deſcendens à ciuili debito, & ita tradiderunt *maiores noſtri*, nemine excepto, incipiendo ab *Afflict. in ſua deciſ. 64. D Frece. in ſuo opuſcul. de præſent inſtrum par. 6.* vbi eleganter, *Io. Ant. de Nigr.* ponit pro abſoluto *in d. clement 1. nu. 345. & 350.* declarat peroptimè *Carauit. in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia num. 109. D. de Franch. in deciſ.*

50 *162. & deciſ. 171.* Si ergo cauſa eſt criminalis, citatus debet comparere de perſona, delictum eſt commune, etiam quòd diceremus hos Dominos eſſe milites armatæ militiæ, nonne iuris eſt explorati, quod eo caſu iudicium eſt Magna Curia Vicariæ ex regul. *text. in l. 1. C. vbi de crim. agi opor.* & limitatur règula *text. in d. l. magiſteria* & ſic deciſum, prout latius per *D. de Franch. in dict.*

51 *ſua dec. 88.* & pro ſigillo legatur *text ſolemnis in l. penult. C. de dignit. lib. 12.* vbi viri illuſtres, cæteriq; in dignitate conſtituti, qui fori priuilegio gaudent, priuantur omni dignitate, & priuilegio propter incurſum periurij, cuius *text.* verba ſunt infraſcripta, *quoties ex priuata cuiuslibet interpellatione ciuili, vel criminali viri illuſtres conuenendi ſunt, nulla danda fideiuſſionis concuſſione vexentur, ſed per ſpeciale priuilegium ſuæ committi fidei conſequantur, iuratoria ab his cautione tantummodo exponẽda quam ſi neglexerint & contra incertum cautionis ſacramentum, ipſi, vel eorum Procuratores abfuerint; in pecuniarijs quidem cauſis ſuper poſſeſſione rerum ad eos pertinentium Iudex cõpetens, quòd iuris authoritas & rei qualitas ſuggeſſerit ordinabit. in criminalibus verò negotijs dignitate, quoq; qua ſe per ſuum videlicet periurium indignos eſſe probauerint, ſpolientur, vt in eos vtpotè illuſtri dignitate per ſuum facinus priuatos inconſulta etiam noſtra pietate Iudicibus legum ſeueritatem licèt execcere* Quem *tex.* notat adhoc *Andr. de Barul ibi, & gloſſ.* dicit ipſo iure priuari propter incurſum periurij: vnde ex his omnibus mea eſt ſententia, hos Dominos nullo gaudere priuilegio remittendo me peritioribus: & licèt aliqui dicant non reperiri adhuc de perſona exequutum, dicimus priſcis temporibus paucos fuiſſe de hoc numero Collateralium, & non in tanto numero, prout hodie, viros eminentiſſimos, diuites, & qui quod debebant, ſoluebant: modernis tẽporibus, auctus eſt numerus, neceſſitates, inopiæ, & calamitates vndiq; creuerunt &c.

SVMMARIVM.

1 *Proreges cum Collaterali Conſilio aſſenſus præſtant obligationibus feudorum in beneficium Eccleſiarum, Vniuerſitatum, Collegiorum, Montium, & his ſimilium.*

2 *Iura feudorum vetantia acquiſitionem feudorum Eccleſijs, clericis, alijſque perſonis repræſentatis loquuntur in acquiſitione dominij feudorum.*

3 *Clericus ſeu Monaſterium, quando, & quomodo feudum poſſidere poſſit, & quid in iure hypotheca.*

4 *Deciſio Capycij notatur.*

5 *Pragmatica requirens feudatarium alienantem habere debere ſucceſſorem in feudo, non procedit in eo qui actionem habet in feudo hypothecariam.*

6 *Conſuetudine induci poteſt, & diſpenſari, vt Clerici, Monaſteria, & ſimilia habilitentur ad poſſeſſionem feudorum.*

7 *Stylus Cancellariæ in præſtatione talium aſſenſuum iure comprobatur.*

8 *Legatum, donatio, vel inſtitutio facta Eccleſiæ rei emphyteoticæ, aut feudalis valet, quantum ad rei æſtimationem.*

9 *Text. in cap. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. declaratur.*

§. VIII.

1 PRæſtantur etiam aſſenſus obligationibus feudorum in beneficiũ Eccleſiarum Vniuerſitatum, Collegiorum, Montium, & his ſimilium cum clauſula tamen, quòd adueniente caſu exequutionis, & venditionis feudorum obligatorum, illa vendantur perſonis habilibus, ceſſantibus rationibus: ex quibus in feudis formatis, & in ipſorum dominio perſonæ prædictæ, ſeu Eccleſiæ, Ciuitates, Collegia, aut Montes ad feudorum acquiſitionẽ inhabilitantur, vt ſunt ſeruitia, fidelitas, releuia, & deuolutiones. Non enim hæc concurrunt in hypotheca, ſed pẽnitus ſunt aliena, & feudum hypothecatum pœnes poſſeſſorẽ remanet in ſui natura, eſſentia, & qualitate, non obſtante alterius hypotheca, ex quo debita præſtatur fidelitas, ſolitum exigitur ſeruitium, & conſuetum ſoluitur releuium, nec ex alterius obligatione aliquid horum diminuitur; & ſic pariter ex linea finita, ex culpa vaſalli, aut ex alia cauſa deuolutionis illa non impeditur, quia feudum eſt alteri obligatum: vnde cum ceſſent cauſæ prohibitiuę inhabilitationis perſonarum ad feudorum acquiſitionem, quæ cõſiderantur in feudorum dominijs, & poſſeſſione, & *iura* in hoc loquuntur de ſucceſſione, & poſſeſſione feudorum, non autem de iure hypothecæ,

thecæ, quæ etſi vt feudum opus habeat aſſenſus in ipſius conſtitutione hoc eſt, quia ſic eſt lex ſcripta per iura communia, & per *Regni Conſtitutonẽ*, per quam vaſallus prohibetur quoquomodo alienare abſque Domini conſenſu propter honorem, qui Domino debetur, & conſiderationem contemptus illius, dum ſine ipſius cõſenſu, feudi, aut feudalis iuris fit diſpoſitio, ſed reſpectu perſonarum acquirẽtium, & ad feudorum acquiſitionem habilium, non habemus iura loquentia, niſi in feudorum corporibus, & dominijs, quæ vetant Eccleſias, Clericos, & ſimiles, rationibus, quibus ſupra, quia non poſſunt militare, non poſſunt Dominum adiuuare; vadunt feuda ad manus perpetuas, & ſimilia: vnde cum caſus hypothecæ ſit longè diuerſus, & diuerſa militet ratio, nec in eum caſum habemus legem repugnantem; ergo quòd non mutatur, dixit ſæpè ſæpiùs *Andr. noſter*, ſtare non prohibetur, & quicquid nõ eſt prohibitum, cenſebitur licitum, & permiſſum: ex quibus ſtylus hic Cancellariæ, & ſolitus vſus præſtationis aſſenſuum cum clauſula prædicta eſt ſatis iuri conſo-
2 nus, & probabilis: omnia enim iura loquuntur in feudorum dominio, vt in *capit. 1. de vaſall. qui arm. bell. depoſ. in cap. qui Clericus, ſi de feud. defun. milit in cap. 1. de benef. fœmin. in cap. 1. an mutus, vel aliter imperfectus*, licèt diſputata fuerit quæſtio; an Clericus, ſeu Monaſterium ſuccedat in feudo
3 ſeruiendo per ſubſtitutum, & *qui* tenuerunt opinionem negatiuam, limitarunt, quando conſuetudo eſſet in contrarium, & rurſus vt procedat in feudo vero, & proprio, & in feudo, ex quo debetur perſonale ſeruitium: ſecus verò reale, vel ſi eſſet feudum liberum, & francum, de quo latiſſimè per *Curt. in tract. feud. in 3. par. princ. in cap. incip. alterum membrum à num. 10. vſque ad num. 28.* qui deciſiones, atque *Doctor.* cumulat poſt *Felyn. & Dec. in cap. in præſentia de probat.* recenſet *omnes Piſtor. in ſuis quæſtion. iur. lib. 3. quæſt. 33.* poſt *Cacher.* latiſſimè *in deciſ. Pedemont. 27. Caſſan. in conſuetud. Burgund. in tit. des fiefz §. 5. rubr. 3. verſic. exceptees les religieux, & alij* tranſierunt vlterius, dicendo, quòd diſpoſitio iuris hypothecæ tantum ſuper feudo acquiſitæ, ſit libera abſque Domini aſſenſu, quia non eſt feudum, ſed eſt quædam obligatio acceſſoria ad principalem, & de ea nulla recognitio, nulla fidelitas, & nulla recipitur inueſtitura, de quo latè per *Schrader. in ſuo tract. feu. 7 part. c. 2. n. 26. & in eadẽ par. 7. c. 3. nu. 10.* dixit ſuccedere vnumquemq; hæredẽ vaſalli tãquàm in re allodiali, ſiue ſit capax feudi, ſiuè non ſit capax, cuius opinionẽ non ſequor, licèt non ſit feudum formatum, eſt tamen ius feudale, de quo nulla poteſt fieri diſpoſitio abſq; Domini aſſenſu, & idem iudicamus de feudo quod de actione ad illud, & propterea regulabitur ſucceſſio, & diſpoſitio ſecundum legem feudi, ſed articulus capacitatis, & ſucceſſionis eſt alius, in quo benè deſeruiũt rationes *Schrader.* Erit igitur Clericus capax, & in eo ſuccedit ſecundum legem feudi, qui aliàs laico ſuccederet in eadẽ actione feudali, & ſic erit capax Monaſterium, Ciuitas, & aliæ perſonæ repræſentatæ: ſed non ad finem acquirendi dominiũ feudi obligati, quia tunc ius reſiſteret, ſed vt ex exercitio hypothecariæ actionis appoſitæ ſuper actione perſonali feudum alteri vendatur habili ad feudi formati acquiſitionem, & poſſeſſionem, & demum creditor quicumque ſit, ius ſuum conſequatur, ad quæ videatur propria *deciſ. Capyc. 10. num. 10.* di-
4 cens, quòd quando non ageretur de feudo ipſo perpetuo, & dominio per Monaſterium retinendo, & ſeruitium inde præſtandum eſſet naturæ talis, quòd poſſit æquè præſtari per Monaſterium, ſicut per vaſallum, tunc Monaſterium poſſidebit durante vita feudatarij, quoad commoditates allegat *Bal. & Aluar. in d. cap. 1. de vaſal. milit. qui arm. bell. dep.* Sic dum nullum præſtatur ſeruitium, & non tractatur de dominio, ſed commoditate hypothecæ ad finem vendendi feudum perſonis habilibus, videtur iuſta conſuetudo, & ſtylus Regiæ Cancellariæ, & ad hoc, faciunt rationes adductæ per *Lanar.*
5 *in præalleg. conſil. 87.* in caſu de quo conſuluit, vt *Pragmatica* quæ requirit, vt feudatarius habeat ſucceſſorem in feudo, dum de ipſo diſponere intendit, non procedat in eo, qui non habet feudum, nec de feudo diſponit; ſed tantum habet actionem ad feudum hypothecariam pro conſequutione crediti; quia tunc cum non poſſit dici hoc feudum formatum, & ceſſet intereſſe deuolutionis ſeruitij, fidelitatis, & releuiorum, ceſſante ratione, ceſſat diſpoſitio *Pragmaticæ*, quæ in præſenti hæſitatione nullam poſſunt habere controuerſiam. Siquidem
6 communis eſt omnium *Doctor.* opinio in *locis præallegatis* poſſe diſpenſari, & conſuetudine induci Clericos, Monaſteria, & ſimilia, &c. quæ alias incapacia eſſent bonorum feudalium, poſſe inquam ad poſſeſſionem illorum habilitari per Superiores, & ſic iuſtificatur ex his prædictus mos Regiæ Cancellariæ in aſſenſuum præſtatione, cum clauſula prædicta præſtando commoditatem contrahendi, & nullum naturæ feudo-

rum

rum præiudicium faciendo, pro qua con-
7 ſuetudine Collateralis Cõſilij videatur pun-
ctualis deciſio *Speculat. in tit. de locat. §. nunc,*
8 *& aliqua nu.* 143. vbi quærit: An valeat legatum, donatio, vel inſtitutio facta Eccleſiæ rei emphyteoticæ, & idem in diſcurſu non facit differentiam in legato rei feudalis, & tandem concludit, quod valet, quantum ad hoc, vt Eccleſia rei æſtimationem recipiat, quodq. de conſuetudine ſeruatur, quod Eccleſia vendere habet infra annum, quem ſequitur *Ias. in l. final. C. de iur emphyt. nu.* 91. & refert, & ſequitur in materia feudali *Io. Raynal in repet. cap. imperialem in §. habito igitur num.* 36. ibi *pone quod & in feudo*, refert illum etiam *Curt. in* 4. *par. tract. feud. nu.* 126 *verſ. quinto videtur limitãda & idem Iacob in eodem tract. de feud. in verb. & cum pacto, quod de ipſo feudo verſ. iuxta prædicta*
9 *quæro.* Et licet prædicti *Doctor.* dicant, quod in eo, in quo *Speculat.* dixit, quod Eccleſia tenetur vendere, contraria videtur diſpoſitio *text. in cap.* 1. *de immunit. eccleſ. in ſexto.* Aduertatur, quòd non benè dicunt: nam ille *text.* non loquitur in bonis feudalibus, quorum natura eſt, vt non tranſeant ad Eccleſias, & *ijdem Doctor.* defendunt hoc non eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam: vnde inducere conſuetudinem, vt certo modo Eccleſia habilitetur, eſt in fauorem Eccleſiæ, & nihil in hoc commune *text. in d. cap.* 1. & ſic ſicut in caſu *Speculat.* datur illa conſuetudo, ſic per Collaterale Conſilium inducta eſt conſuetudo aſſentiendi cum clauſula prædicta, quod adueniente caſu, minimè feudum poſſideat Eccleſia, ſed vendatur perſonis habilibus.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus antiquitus per verbum fiat expediebantur.*

2 *Pragmatica ſtatuerunt, quod omnia memorialia expedita per verbum fiat rediganturin formam priuilegij infra certum tempus alias nullius ſunt momenti.*

3 *Clauſula decreti annullatiua ipſo iure annullat.*

4 *Aſſenſus per verbum fiat dicitur præſtitus ſuſpenſiuè propter priuilegium, quod expediri debet in forma Cancellariæ, ex cuius deficientia aſſenſus expeditus reſoluitur, ac ſi nũquam ille præſtitus eſſet, de quo infra dubitatur, & benè declaratur.*

5 *Creditor cum aſſenſu per verbum fiat exigẽs ſuum creditum ex bonis debitoris feudalibus ſibi obligatis infra tempus biennij datum ad expeditionem aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ, an teneatur pecuniam exactam reſtituere creditoribus poſterioribus cum valido aſſenſu, ſi ipſe ſuum aſſenſum per verbum fiat non redegit in formã priuilegij infra tempus ſtatutum.*

6 *Deciſio facta pro ſecundis creditoribus adnotatur, ſed articulus exactè diſputatur, & firmatur deciſio facta per Sacrum Conſilium.*

7 *Aſſenſus non eſt actus de per ſe ſtans, ſed requirit confirmabile.*

8 *Dilatio conceſſa ad expediẽdum priuilegium ſuper aſſenſu præſtito, quid importet, & quare fuit petita.*

9 *Conditio impoſſibilis, vel reijcitur, vel habetur pro impleta.*

10 *Legatum factum, ſi Stichum quis manumittat, debetur ſi Stichus mortuus eſt ante moram.*

11 *Pragmatica recipit intellectum, rebus in eodem ſtatu permanentibus.*

12 *Aſſenſus per verbum fiat non fiat in ſuſpenſo, ſed eſt purus reſoluendus tamen ſub cõditione, & conditio eſt in ſuſpenſo, non autem actus.*

13 *Decretatio memorialium per verbum fiat, quomodo intelligitur.*

14 *Aſſenſus in verbo peto, & in concluſione conſiſtit.*

15 *Aſſenſus tacitus in Regno non ſufficit.*

16 *Bona fides contractationis in materia feudali non deſeruit ad validitatem contractus, ſed benè reſpectiue ad intereſſe.*

17 *Solutio facta creditori extinguit creditum, quando irreuocabiliter, alias remanet in ſuſpenſo.*

18 *Fiſcus auocat pecuniam conſumptam creditoribus ſolutam.*

19 *Ceſſio qua fit poſſeſſori ex æquitate legis, non operatur aduerſus cedentem.*

ARGVMENTVM.

An creditor, qui habebat hypothecam bonorum feudalium cum aſſenſu expedito per verbum fiat, & eius vigore creditum conſequutus fuit, teneatur reſtituere pecuniam exactam creditoribus poſterioribus cum aſſenſu in forma Cancellariæ, ſi primus aliter aſſenſum non expediuit infra tempus in formam Cancellariæ ſuper memoriali prouiſo per verbum fiat.

§. IX.

1 VIdeamus de memorialibus aſſẽſuum, quæ expediuntur per verbum fiat, quid operentur, & quomodo illa annulentur, ſi non rediguntur in formam Regiæ

giæ Cancellariæ mediante priuilegio Regio ſigillo vallato.

Antiquitus enim perfecti erant aſſenſus expediti per memorialia, cum decretatione per verbum fiat, ſecundum deciſ. *Bald in l. humanum col. fin. C. de legib.* vt in proprio caſu refert deciſum *Afflict* tempore *Regis Ferdinandi Primi in deciſ* 253. latè *D. de Franch. in deciſ.* 62. vbi diſtinguit inter dignitates cum adminiſtratione, vel ſine, & quomodo, & quando dies datæ attenditur, vel adeptæ poſſeſſionis. Superuenerunt
2 poſtea *Pragmaticæ editæ in anno* 1509. tempore *Regis Catholici, & in anno* 1529. tempore *Imperatoris Caroli V.* & ſtatutum fuit memorialia talia nullius eſſe roboris, & momenti, nec in iudicio, aut extra fidem facere, niſi fuerint redacta in formam priuilegij modo quo ſupra, propter intereſſe dirictuũ Regiæ Cancellariæ, & conſeruatoris Regij ſigilli; & tandem videns Regnum præiudicium, quod ex hoc generabatur, cum priuilegia non ſic de facili expediuntur, & poſſent medio tempore multæ fieri fraudes in magis ſollicita expeditione aliorum priuilegiorum, propterea ſupplicauit, vt memorialia prædicta, quæ iuxta ſolitum per verbum fiat expediri ſolent, dilationem haberent in expeditione priuilegiorum, & ſic primo loco fuit cõceſſa dilatio menſium octo, ſecunda anni, & tertia biennij, vt per *Capitula* huic fideliſſimæ Ciuitati conceſſa *in anno* 1557. *& in anno* 570. & ideò dum priuilegia expediuntur ponitur in illis dies datæ memorialium; ita quod ex tunc intelliguntur conceſſi aſſenſus, verum cum intrinſeca conditione reſolutiua, quatenus aſſenſus poſtea redu ãtur in formam priuilegio-
3 rum & loquuntur *Pragmaticæ*, cum clauſula decreti annullatiua, quo caſu ipſo iure annullant, de quo latius in *meo conſ.* 5. *num.* 37. *& in conſ.* 67. 1. *vol.* Hinc dum talia memorialia decretantur, non dicitur ſimpliciter fiat, ſed additur verbum in forma, ſcilicet fiat in forma, quod importat dicere fiat in forma Regiæ Cancellariæ, ob quod dicemus conceſſam gratiam, ſed cum qualitate, vt exinde expediatur priuilegium, iuxta *ordinationes, & Pragmaticas*, ad quod faciendum, eſt data dilatio, vt ſupra, ita quod
4 eſt gratia, ſeu aſſenſus præſtitus ſuſpenſiuè, & demũ reſoluitur, & reddit ad ſua principia attractiua ſecundum *Bald. in l.* 3. *C. de pact. inter empt & vend.* vt latius in prædictis *meis conſilijs*, in quibus poterit videri, ne pluries, quod dictum eſt repetamus.

His ſic ſtantibus videamus, ſi fuit contractum debitum tantæ quanticatis pecuniæ,
5 cum obligatione bonorum feudalium, ſuper qua fuit expeditus Regius aſſenſus mediante memoriali per verbũ fiat, & creditor infra tempus biennij egit, & obtinuit, vigore hypothecæ contractæ ſuper feudo, & excluſit alios creditores ſibi poſteriores, qui creditor dum ſuum creditum cõſequutus fuit, nõ curauit amplius expediri aſſenſum in forma Regiæ Cancellariæ, quo viſo per creditores poſteriores cum valido aſſenſu petierunt cõdemnari primum creditorem ad reſtitutionem pecuniæ habitæ præſupponendo ex lapſu biennij aſſenſum primo loco expeditũ ipſo iure annullari, & expreſsè per *Pragmaticam* prouiſũ haberi pro non præſtito, & nullam fidẽ facere. Videamus propterea ſtantibus rationibus, vt ſupra poſitis, ſi ex diſpoſitione *Pragmaticarũ* taliter aſſenſus annullatur, & ſecundi creditores obtinere habeãt contra primum tanquam aſſenſu carentem.

Hanc quæſtionem poſuit *Franc de Amic. in ſua repet. cap.* 1. *de his qui feud. dare poſſ.*
6 *cart.* 16. qui tranſiens ſicco pede, refert iudicatum per S. C. iunctis tribus aulis in fauorem creditorum poſteriorum, habito pro nullo aſſenſu expedito per verbum fiat, & non redacto in formam priuilegij, infra tempus per *Pragmaticam* ſtatutum.

Sed altius conſideremus articulũ, & dum vidimus rationes ex parte creditorũ poſteriorũ, videamus, quæ afferri poſſunt pro creditoribus anterioribus, cum aſſenſu per memoriale tantum per verbum fiat, quas nec poſuit, nec conſiderauit prædictus *auctor.*

Non dubitatur, quod per verbum fiat, vt ſupra diximus, aſſenſus eſt conceſſus, verum debet infra tempus biennij redigi in formam priuilegij: ita quod eſt præſtitus aſſenſus, ſed datur dilatio ad redigendum illum in formam priuilegij; iuxta formam *Pragmaticarum*.

Infra tempus dilationis creditor vigore aſſenſus, vt ſupra expediti, egit iure aſſiſtendi ſuper feudo ſtante obligatione contracta, & obtinuit, fuitque facta debita ſolutio ſui crediti, propter quam omnis fuit ſublata obligatio, & hypotheca contracta acceſſoria ad principalem obligationem, pro cõſequutione debiti, fuit pariter reſoluta, & extincta, ſtante extinctione principalis contractus, & obligationis.

7 Aſſenſus nõ eſt actus de perſe ſtans, ſed eſt confirmatio contractus rei feudalis, & non dato confirmabili, quod eſt contractus, non habet, vbi figat pedes, vt eleganter docuit *Bald. in l falſus* 2. *col. C. de furt.* latius in *d. conſ. meo* 5 *nu.* 49.

Vnde dum intra biennium conceſſum ad

expeditionem priuilegij (infra quod tempus aſſenſus expeditus per memoriale, per verbum fiat ſtat in ſuis viribus) infra inquam hoc tempus creditor obtinuit, quod ſibi debebatur, propter quod contractus eſt extinctus, & non poteſt imputari culpa, quare aſſenſum in forma Cancellariæ nõ expediuit, qa habebat priuilegiũ dilationis, & interim non tenebatur expedire, ſequitur propterea quod ſuperueniente infra tempus dilationis extinctione crediti, & ſucceſſiue contractus ob ſolutionẽ factam, non erit locus expeditioni priuilegij aſſenſus, ſi nõ repetit in eſſe confirmabile; & effectus conſumatus interim vigore aſſenſus per memoriale per verbum fiat, non ceſſabit, vt eſt cõmunis limitatio ad regulã ceſſante cauſa, vt latius per *Tiraq in ſuo tract. limit.* 4. & 12. maxime in has, quæ non habent tractũ ſucceſſiuum, ſed momento expediuntur, ſolutione eius, quod debetur; & vt diximus dilatio conceſſa ad
8 expeditionẽ priuilegij, fuit in gratiam Ciuitatis, quę hoc petijt, quia prius vigore *Pragmaticarũ*, memorialia per verbum fiat nullam faciebant fidem. Obtinuit igitur Ciuitas, & Regnũ, vt per memorialia ſit conceſſus aſſenſus, & quo ad expeditionem priuilegij, habeat dilationẽ biennij, aliàs ſi memorialia interim expedita, nõ importarent aſſenſus præſtationẽ, fruſtratoria eſſet dilatio petita, & gratia conceſſa, & aſſenſus non poſſent expediri, vt expediuntur à die datæ memorialium.

Cum ergo aſſenſus interim eſt validus, &
9 conditio expeditionis priuilegij, ex extinctione contractus redditur non ſolũ inanis, & inutilis, ſed impoſſibilis, quia ſuper non ente, igitur, vel reijcitur, vel habetur pro adimpleta, & vltra regulam *tex. in l. impoſſibilis de verb. oblig.* idem *text. in regula impoſſibilis*, vbi bona *gloſ ff. de reg iur. in l.* 3. *in i iure ciuili de condit. & demonſtr. in l.* 3. vbi *gloſ ff. de cond. inſtit. in reg. in iure ciuili de reg iur.* vbi latè *Dec.* ſed propiùs ad cãsũ eſt *text. in l quæ ſub conditione* § *quoties ff. de*
10 *cond. inſtit.* vbi legatum factum, vel hæres quis inſtitutus ſi Sticcum manumittat, ſi demum Sticcus ante moram mortuus fuerit, cum per eum non ſtetit manumittere, legatum debebitur, & ſic etiam hæreditas, ac ſi conditio non eſſet appoſita, vel adimpleta, quem *text.* allegat ad propoſitum *gloſ. in l.* 1. *C. de inſtit. & ſubſtit.* ſic hic interim dilatione pendente mortua eſt obligatio, & cõtractus extinctus abſq; mora, & culpa, mediante ſolutione facta, ex quo nõ datur amplius locus expeditioni aſſenſus, vnde perneceſsè
11 recipit intellectum *Pragmatica* rebus in eodem ſtatu permanentibus, ad *text. in l. cum quis ff. de ſolut.* data exiſtentia rei, ſeu iuris ſuper quo aſſenſus eſt expediẽdus, cuius reſolutio abſq; mora, & culpa adimplere debentis, facit, vt nil poſſit ei imputari, & inteligatur tali caſu ſublata obligatio expeditionis priuilegij: ita q̃ dicemus per *capit.* cõceſſa Ciuitati reuocari *Pragm. anni* 1509. *& anni* 1529. per *quas* ſtatuebatur ſimpliciter aſſenſus per memorialia nullius eſſe momenti, ſed durante biennio validos eſſe aſſenſus per verbũ fiat, vt erant de iure cõmuni, & ſic deciſum ſecundũ *Affl.* & durante biennio noluit Rex grauare partes ad ſolutionẽ dirictuũ Reg. Cancell. ac Regij Sigilli: vnde ſi biennio pendente, contractus reſoluuntur, obligationes extinguũtur, ſtatus rei eſt mutatus, ex cõſequutione crediti, propter quod aſſenſus debebat expediri, pariter mutata intelligi debet *Pragmaticæ* diſpoſitio, alias ſi aſſenſus interim per memorialia expediti non deſeruirent, non poſſet vigore illorum agi, vt tota die agitur, & ſuper bonis feudalibus iudicatur, & aſſiſtentiæ præſtantur.

12 Nec eſt verum, aſſenſum per memorialia vt ſupra expeditum ſtare in ſuſpenſo, vt dicit prædictus *Franc. de Amic.* eſt enim hoc erroneum, nam ſi hoc eſſet verum, non daretur actio, cum actus ſuſpenſus nihil ponat in eſſe, & daretur reuocatio vigore *Conſtitutionis Regni*, ſed eſt pure aſſenſus præſtitus, ſub conditione tamen reſolutiua, quatenus ſuperexiſtente contractu expediatur aſſenſus in forma Cãcellariæ infra biennĩ; ſicut dicimus in pacto adiectionis in diem, & legis commiſſoriæ, vt ſint actus puri, reſoluendi tamen ex euentu conditionis, & interim ex eis dominium transfertur, ad *text. in l.* 1. *ff. de leg. commiſſ. & in l.* 2. *ff. de in diem adiect. vbi* bona *gloſ. quæ* eleganter dicit, quod conditio eſt in ſuſpenſo non autem actus, & hic conditio annullatiua ſtat in ſuſpenſo ex duplici cauſa, prima, quia poteſt expediri aſſenſus infra biennium; & ſecunda quia poteſt dari caſus exercitij aſſenſus expediti per verbum fiat infra bienniũ, ex quo conſumetur effectus obligationis, & annulletur contractus, ſeu extinguatur per ſolutionem debiti, quo caſu non datur locus expeditioni aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ poſt biennium, & ex dilatione præſtita per *Pragmaticam*, declarata eſt intentio, quod noluit vti annullatione aſſenſus, poſtquam operatus eſt effectus, ob quem partes illum petierunt, & intelliguntur remiſſæ cõditiones, quæ nõ operantur contra voluntatem diſponentiũ, ad *tex. in l.* 2. *ff. de lege commiſſoria*, & dum res ſuper qua aſſenſus inter-

poni

poni debebat euanuit, & mortua eſt, vt in caſu de quo agimus, tunc nullo modo conditiones annullatiuæ *Pragmaticæ* locum habere poſſunt, caſus eſt, qui videtur decidere punctum in *l. ſi res ff. de in diem addict.* &
13 dum dicitur in memoriali fiat in forma, recipit decretatio declarationē ab intellectu iuris, ſcilicet infra biennium, cum ſubſcriptione Regentium, & decretationis Scribæ à mandatis, qui dixit prouiſum, &c. & prope lapſum biennij, fiat in forma priuilegij expediendi in forma Regiæ Cancellariæ, & hic eſt verus, & germanus intellectus.

Ex his apparet nil facere ad caſum, quod pecunia ſit liberata cum cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando: ex quo videtur extare, nam ſi aſſenſus operatus eſt ſuū effectum tempore habili, & non currit amplius tempus expeditionis priuilegij, *ex prædallegatis*, remanet liberatio pecuniæ facta ex aſſenſu antecedenti omni iure valida.

Verùm ſi vt aſſolet, quis emerit rem aliquam præcedente memoriali aſſenſus per verbum fiat, & demum eandem vendiderit, vel quomodocumq; alteri ceſſerit ſuper qua noua ceſſione fuerit impetratus aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ, non autem ſuper prima emptione: tunc teneo ex eiſdem regulis ſupra firmatis nullo modo validari emptionem illam primo loco factam; etiam quod in vltimo aſſenſu afferatur, immo inſeratur memoriale primo loco expeditum per verbum fiat ſuper ipſa emptione, quia non petitur ſuper hoc aſſenſus, ſed ſuper ceſſione, ſeu ſecunda contractatione, & in ver-
14 bo peto, & in concluſione conſiſtit aſſenſus, vt latè *in meo conſ.* 2. 1. *volum. nu.* 199. Nec ſcientia Domini ſufficit, quia non poteſt ex
15 ea argui niſi tacitus aſſenſus, qui in Regno non operatur, vt pluries diximus vigore *conſtitutionis conſtitutionē diuæ memoriæ*; cumq; ſit commutatio de perſona ad perſonam, & ceſſionarius metitur ius ex perſona cedentis, ita quod non tractatur de extinctione, & reſolutione, ſed de acquiſitione, & retentione, & vt viua iura remaneant, & nō mortua, propterea nulli dubiū, quod in caſu prædicto locum habebit diſpoſitio *Regiæ Pragmaticæ*, per *quam* ex lapſu biennij aſſenſus omnes annullantur, ſuper quibus cogitetur, quia quotidiana.

Sed an ſecundus emptor habere poſſit regreſſum contra primum, dum deficiente aſſenſu contractus remanſit nullus, & pro primo facit, quod ipſe dum vendidit ſecundo certificauit emptorem aſſenſus, quem habebat expediri per memoriale per verbū fiat, & cum tali aſſenſu reſolubili venditionem ſecundam fecit, quaſi tranſtulerit in emptorem onus expediendi aſſenſum, in forma Regiæ Cancell. quem facilè expedire poterat, & ipſe ſecundus emptor videtur eſſe in culpa, & nihil imputandum primo emptori.

Sed his nō obſtantibus, ſtante contractus nullitate ex aſſenſus defectu, & facultate etiam reuocandi propria authoritate, ſecundus emptor ius fouet contra primum, & primus idem ius habebit contra ſuum authorem, & quæ ſupra conſiderata ſunt pro primo emptore, non tollunt nullitatem cōtractus, qui tāquàm de re feudali eſt vndiq, nul-
16 lus, & bona fides contractationis non deſeruit ad actus validitatem, ſecūdum notorios terminos feudorum, deſeruit benè ad materiam intereſſe, & ad alia extrinſeca, vt ſupra diximus in pluribus quæſtionibus, ſecundum terminos *Andr. in cap. 1. §. commercium, de prohibita feudi alienatione per Lotharium*, de quo latiſſimè in *allegat. meo conſ. 5. in princ. & nu 90.*

Sed vlterius mihi cogitanti poſt multos dies, ac vigilias noctis viſum mihi fuit veriorem eſſe opinionem pro ſecundis creditoribus, in caſu tamen deciſo per Sacr. Conſil. relato per *Franciſcum de Amic in d ſua repetit.* dum vendita fuit res debitoris in concurſu creditorum, & liberata pecunia cum cautione de reſtituendo, cui, quibus, & quando; non tamen ea ratione, quia cautio fingit pecuniam extare, ſed quia illa ſoluta eſt reuocabiliter, quatenus creditores anteriores non adſint, vel res vendita non fuerit emptori euicta, ex quo fit vt tali caſu non extinguatur omnino creditum, nec tollatur contractus, immo prima iura conſeruantur, & contractus in caſu prædicto remanſit in ſua eſſentia. Hypotheca enim di-
17 cit *gloſ. in l. cum quis §. fin ff. de ſolut.* habet ſuas conditiones, vt ita demum extinguatur, ſi fuerit pecunia effectiuè ſoluta, vel aliter plenè ſatisfactum, *quæ* allegat *text. in l. grege, §. etiam ff. de pignor.* vbi eſt caſus, & dum pecunia eſt ſoluta reuocabiliter, in ſuſpenſo res eſt, *text.* elegans in *l. reſcripto §. fin. ff. de diſtract. pignor.* Et eueniente caſu reſtitutionis, nihil ſolutum eſſe videtur dixit *Iureconſultus in l. nec enim ff. de pignor. actio.* & ob id nunquam intelligitur creditorem voluiſſe extinguere ſuas primas actiones, & hypothecas *gloſ.* notab. *in l. qui à debitore ff. qui pot in pignor habean.* ex quo ſolemniter *gloſ in l. eleganter ff. de pignor. act. in verbo finita* tradidit, quod in caſu auocationis pecuniæ actio primæua reſuſcitatur, & ſi eſſet perempta reſtituitur, & melius, & elegantius docuit *Bald. in l. 1. C.*

quand.non pet.part.nu. 37.quòd ſolutio,quæ non habet perpetuam cauſam liberationis, nunquam extinguit obligationem contractam, & reſurgit non à morte, ſed à ſomno, à quo excitatur, dum ſuccedit rumor auocationis rei, ſeu pecuniæ in ſatisfactionem debiti habitæ; ideoq; *Iuriſconſultus* benedixit, quod interim liberatio ſtat in ſuſpenſo, & quando ſolutio eſt auocabilis non dicitur creditori ſatisfactum,de quo per *D. de Franch.in ſua dec.* 100. loquentẽ in proprio caſu, liberationis pecuniæ factæ creditori cum cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando; & hæc eſt communis diſtinctio, vt nunquam primæua obligatio extinguatur, quando, quod in ſolutionem datum fuerit, non eſt irreuocabile,ex reg *text.in l.ex ſextante §.latinus largus*,vbi *gloſ.*& communiter *Scrib.ff de except.rei iud.gloſ ibiq; Doct. in l.libera quidem theodora C.de ſent.& interloquut.omn.iud.in l.ſi quis aliam ff de ſolut*,latè *Neguſan.de pign.r.memb* 5 *par.nu.* 49.*& ſeq.plures deciſiones Affl.*8.16.*&* 237. *pulchra deciſ Capyc.*43.

Data igitur exiſtentia contractus obligationis, & actionis, non ſolum remanent reſoluta argumenta contraria, ſed ex illis remanet firmata hæc vltima opinio, quia habet aſſenſus ſuum confirmabile,habet vbi figere pedes, ex ſolutione reuocabili, remanet obligatio in ſuſpenſo, quaſi dormiens, non eſt effectus conſumatus, ſed habet tractum ſucceſſiuum,& reſurgentẽ in caſu auocationis pecuniæ, ortum habentem ab exiſtentia primi contractus, purificata conditione,& ſublata ſuſpenſione, & cõſequenter data præexiſtentia, & vita obligationis viget diſpoſitio *Pragmaticarum* annullantiũ omnes aſſenſus, qui poſt biennium non reperiuntur redacti in formam priuilegij cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis.

Bene procedent *allegata* in contrariũ inter creditorem,& tertium poſſeſſorem, qui ſoluit creditori habenti rem obligatam cũ aſſenſu expedito, mediante memoriali per verbum fiat,vigore aſſiſtentiæ, ſibi præſtitæ nõ aliter data cautione de reſtituendo,quia actionem habebat vigore memorialis expediti per verbum fiat; & ex ſolutione tunc irreuocabiliter facta,omnis actio fuit extincta, & idem dicimus dum obtinuit creditor anterior cum aſſenſu modo quo ſupra nulla tamen præſtita cautione,quia pariter eſt effectus Dominus irreuocabiliter,& benè egit ex actione tunc præexiſtentę, durante dilatione temporis pro expeditione aſſenſus in forma Cancellariæ. Immò idem dico reſpectu creditorum anteriorum, etiam cum aſſenſu,ſi poſt liberatam pecuniam, abſq; alia cautione comparuiſſent pro eorum credito, & vellent pecuniam auocare à poſte-
18 riori. Nam, aut quia anteriores,& hoc priuilegium non habet niſi Fiſcus, ad *text.in l. pecunia C.de priuil.fiſci*,alias totus mundus litibus inuolueretur,& in hoc ſunt communes cõcluſiones,& determinationes, de quibus per *Affl.in dec.* 190.& per *Capyc.dec.*78. aut quia malè liberata,tanquàm nõ habenti feudum obligatũ cum valido aſſenſu, & hoc falſum eſt ex *præallegatis*, quia verum eſt tempore litis motæ,ſententiæ latæ, pecuniæ exactæ aſſenſum habuiſſe validũ vigore memorialis expediti per verbum fiat,& ſuccedunt omnia *ſupra allegata*, de effectu conſumato per ſolutionem, & de extinctione obligationis,& contractus,ſed dum præſtita eſt cautio per creditorem,& ſe obligauit ad reſtitutionem, in beneficium creditorum anteriorum,vel poſſeſſoris ex euictione fortè ſequenda rei emptę,tunc quia prima iura non ſunt extincta, & remanſit cõtractus ſuper quo poteſt aſſenſus expediri, propterea habebit locum diſpoſitio *Pragmaticarum* annullantium aſſenſus omnes, qui in forma Cancellariæ non fuerint infra biennium expediti.

Aduerto aliud notandum,quod ſi, vel poſſeſſor ſoluendo petierit iurium ceſſionem tranſlatiuam,& non extinctiuam, vel ſecundus creditor, offerendo creditum anteriori, quo caſu illius iura non eſſent extincta, & aſſenſus poſſet expediri in forma Cancellariæ; tunc etſi per lapſum biennij veniat aſſenſus expeditus per verbum fiat,annullandus,tamen creditor,qui tempore habili pe-
19 cuniam exigit,nõ tenetur ad reſtitutionem cum ceſſio fiat ex æquitate legis, iuxta *tex. in l.in creditore ff de euict text. & gloſ.fin. in l.mulier ff qui pot in pignor.habean. Bald.* & melius *Salicet. in l. iubemus C. ad Vellean. Neguſant.in* 3.*memb.*5.*par.nu.* 19.& in hoc concordant *Soccin. & Dec.in conſ.* 104. 1.*col.verſ.* 3 *facit.& penult.col nu.*8. *verſ.*3. *non obſtat,& Socc.in cõſ.* 206.2.*vol* ex regula illa,quod tibi nõ nocet,& alteri prodeſt; & ob id cum non teneatur cedere iura, niſi talia,qualia, & ſolum facere debitum verũ, non autem potius, & anterius, nec cedere contra ſeipſum, ſecundum communes deciſiones pluries factas. Ideò,etſi aſſenſus annulletur,creditor ad nihilum tenetur,& poſſeſſor, aut creditor debebant cautius agere, & ſuper iuribus cedentis expedire aſſenſum validum in forma Regiæ Cancellariæ, quod ſi non fecerunt ſibi imputetur.

DE

DE REFVTATIONIBVS FEVDORVM, ET ASSENſibus, qui ſuper ipſis præſtantur.

TITVLVS OCTAVVS.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus ſuper refutationibus feudorum, quæ fiunt filijs contemplatione matrimonij, quomodo præſtantur, & quid per Capitula conceſſa Ciuitati.*

2 *Donatio ex nunc, pro tunc ſequuta morte, & è contra eſt donatio pura translatiua dominij, & poſſeſſionis ex nunc, ſed exequutio tantum dilatatur poſt mortem.*

3 *Releuium non debetur ex contractu inter viuos.*

4 *Refutatio ſimplex ex nunc in proximè ſucceſſurum valet abſq; aſſenſu.*

5 *Releuium introductum eſt ex more, quando quis per mortem ſuccedit feudatario, non autem, quando quis habet ex refutatione per contractum inter viuos, dummodo ſincerè, & ſine fraude fuerit refutatio facta.*

6 *Refutationes vigore Pragmaticæ nouiter editæ debent regiſtrari in quinternionibus Regiæ Cameræ infra quindecim dies poſt illas factas.*

7 *Refutatio in fraudem præſumitur facta, quando eſt omnium feudorum, niſi fuerit facta ex iuſta cauſa, & ſignanter contemplatione matrimonij, & ita aliàs deciſum.*

8 *Pragmatica nouiter edita ſuper præſentatione refutationum in Regia Camera, non habet locum, quando ſuper illis eſt præſtitus Regius aſſenſus, & ille in Regia Camera regiſtratus.*

9 *Proemium declarat intentionem ſtatuentis.*

10 *Regula nil referre, quid ex æquipollentibus fiat procedit in feudo.*

11 *In feudis proceditur de ſimilibus ad ſimilia, quando tamen militat eadem ratio.*

12 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

13 *Refutans ſuccedit in feudo refutato decedente refutatario abſq; deſcendentibus.*

14 *Refutans ſuccedit refutatario, vt hæres, & propterea ſoluit releuium, & tenetur creditoribus illius, & ita deciſum.*

15 *Pater refutans, ſuccedit filio refutatario, illius fratribus, & ſororibus excluſis, & declarantur verba illa dicta per Andr. & Doctor. quod pater habeat feuda iure reuerſionis.*

16 *Aſcendentes ſuccedunt in feudo antiquo, non autem nouo.*

17 *Auth. defuncto C. ad tertull. non habet locum in feudis.*

18 *Iura omnia loquentia, quod aſcendentes nõ ſuccedunt in feudis, & ſic Regni Conſtitutiones limitantur in feudis nouis, ſed in antiquis benè ſuccedunt.*

19 *Verbum reuerti vel redire, quid importat.*

20 *Feudum filio refutatum in eius perſonam non dicitur nouum, ſed paternum.*

21 *Conſtitutio Reg. vt de ſucceſſionibus declaratur.*

22 *Fratres, & ſorores ſecundum Reg Conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus ſuccedunt in feudo nouo, niſi inueſtitura ſit pro hæredibus ex corpore.*

23 *Fratres, ſorores, nepotes, & neptes ſuccedunt in feudis nouis etiam quòd inueſtitura ſit pro hæredibus ex corpore, ſecundũ Capitula nouiſſimè Ciuitati, & Regno conceſſa.*

24 *Ratio quare aſcendentes ſuccedunt in feudis antiquis.*

25 *Inueſtitura communis, & conſueta in Regno pro hæredibus ex corpore, an præſumatur, & quomodo nocet, vel iuuet aſcendentibus, vel tranſuerſalibus, remiſſiuè.*

26 *Feuda in Regno præſumuntur hæreditaria, ſecus verò de iure communi.*

27 *Diſtinctio feudi antiqui, vel noui non fit in feudis refutatis, quia reſpectu filiorum ſemper dicuntur feuda paterna.*

28 *Refutans refutando intelligitur cogitaſſe de ſucceſſione, & in tãtum refutaſſe extinguendo ius, quod habebat, inquantum refutatarius ſuperuiuebat, & non aliter, quę eſt viua ratio, quare pater excludit fratres refutatarij, quæ latè exornatur, & numer. 34.*

29 *Text. in cap. 1. de eo qui fin. fec. agnat. declaratur.*

30 *Pater refutando feudum non intelligitur renunciaſſe ſucceſſionem, & ipſe eſt proximior agnatus.*

31 *In ſucceſſione prima cauſa eſt deſcendentiũ, ſecunda aſcendentium, & tertia Collateralium, & filius, & pater ſunt in primo gradu.*

32 *Nepos de iure communi feudorum ſuc-*

cedit ex perſona patris inſimul cum patruo ; ſed ſi in feudis viuitur iure Francorum, nepos ex primogenito excludit patruum in ſucceſſione fratris, & ita deciſum ; & quid in fratre vterino, & quando non eſt coniunctus ex latere, à quo feudum prouenit, remiſſiuè.

33 *Pater refutans excluditur à ſucceſſione quando refutauit omninò, & ibi quomodo intelligatur omninò refutare.*

35 *Refutatio, quando ſit realis, & quando perſonalis remiſſiuè.*

36 *Doctrina Andr. in Conſtitut. Regn. vt de ſucceſſionibus declaratur.*

37 *Refutatio omninò in Regno non datur ex particularibus Capitulis Ciuitati, & Regno conceſſis.*

38 *Auus refutans feudum nepoti ſuccedit eidē, ſicut ſuccederet pater, ſi refutaſſet.*

39 *Aſcendentes in bonis donatis ſolis ſuccedunt in defectum deſcendentium, & non habet locum text. in auth. defuncto.*

40 *Auus, vel Proauus ſuccedunt inſimul cum fratribus defuncti, qui aſcendentes ſuccedunt loco patris.*

41 *Pater ſuccedens in feudo refutato filio an teneatur ad vitam militiam fratri defuncti, ſeruata forma Conſtitut. Regni Comitibus quæ eſt communiter intellecta etiam in ſucceſſione tranſuerſalium.*

42 *Nepos dum excludit patruum à ſucceſſione feudi debet ſoluere vitam militiam.*

43 *Succeſſio non datur in linea tranſuerſali in feudis, donec ſuperſunt deſcendentes.*

ARGVMENTVM.

Reſutatio feudi filio facta contemplatione matrimonij ex nunc pro tunc ſequuta morte, vel cum reſeruatione vſusfructus quomodo valeat; nam de ſimplici in proximè ſucceſſurum non dubitatur. Releuium non debetur ex contractu inter viuos, niſi reſutatio fuerit facta in fraudem. *Pragmatica* nouiter edita ſuper regiſtratione refutationis in Reg. Cam. quomodo intelligatur. Refutans ſuccedit in feudo refutato excluſis omnibus alijs. Aſcendentes in feudo nouo non ſuccedunt: ſed benè in antiquo. Pater, cæteriq; aſcendentes refutantes ſuccedunt refutatarijs, niſi omninò refutaſſent, quòd benè declaratur, & quando ſuccedunt, non tenentur ad vitam militiam fratribus refutatarij defuncti.

1 PRÆSTANT etiam aſſenſus Proreges refutationibus feudorum, quę fiunt per patres filijs contemplatione matrimonij inter viuos, cum clauſula ex nunc, pro tunc ſequuta morte, & in præambula ipſius hora, & aliquando fiunt reſeruato vſufructu, quod vltimum per *Pragmaticam nouem capitum* veritum erat: ſed poſtea conceſſum cum limitatione, & in aſſenſu duæ apponantur clauſulæ, vna quòd aduenientе caſu ſucceſſionis ſoluatur releuium, licèt habeat verè refutans ex contractu inter viuos; & altera, quod ſuccedente caſu deuolutionis in perſonam refutantis, illa habeatur pro non facta.

Hæc *Capitula* fuerunt petita per Ciuitatem concedi, ſed fuerunt contra Ciuitatem iuxta ſolitū: nam Proreges vetiti erant per *Pragmaticam anni* 1531. dictam *nouem capitum* aſſentire refutationibus, quæ fiebant reſeruato dominio, vel vſufructu: nam cum ex hoc inducebatur diuiſio feudorum, propterea fuit prohibitum, ſuper quo poſtea per eandem Cæſaream Maieſtatem fuit diſpenſatū in *anno* 1535. ac prouiſum, vt Proreges poſſint in caſibus prædictis aſſentire, dum demum in *anno* 1557. petitur quòd poſſint aſſentire donationibus faciendis contemplatione matrimonij, ex nunc pro tunc
2 ſequuta morte; & è contra, quæ ex regulis iuris ſunt donationes puræ tranſlatiuæ dominij, ac poſſeſſionis ex nunc, & ſolùm exequutio dilatatur in morte; ita quòd non adeſt diuiſio feudorū, ſecundum vulg. *conſ. Oldr.* 114. cumulat ad propoſitū deciſiones *Frecc. in ſuo 2. lib. ſubfeud. 3. author. nu.* 17. in huiuſmodi enim donationibus, nec aſſentire prohibiti erant Proreges, nec illæ aſſenſu indigebant, dùm fiebant proximè ſucceſſuro, nec pariter releuium erat ſoluendum, ſi ha-
3 bebat ex cōtractu inter viuos, iuxta tradita per *Iſern. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtit.* & ex tranſlatione dominij perfectè in vita non poterat ex delicto ſuperueniente in perſonam refutantis dari pęna deuolutionis feudi iam acquiſiti refutatario.

Sed quid ſi fiat refutatio ſimpliciter ex nunc, ita quòd transfertur dominiū, ac effe-
4 ctualis poſſeſſio in proximè ſucceſſurū, tunc nullus requiritur aſſenſus, ad *text. in cap. 1. §. etſi libellum de alien. feud. pat. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtit. & vtrobique Andr.* idemq; tradit in *conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ*: & cum habeat ex
5 contractu inter viuos, non ſucceſſione, non aliter tenetur ad ſolutionem releuij, quod ex more introductum tantum eſt, quando ſucceditur defuncto, ſecundum communem doctr. *Andr. in d. §. ſed, & res*, latius *Frecc. vbi ſupra*, quando ſyncerè, & ſine fraude fiat refutatio, vt etiam declaratur per *Pragmaticam anni* 1579. editam tempore Præſidatus Marchionis de Mōdeſciar, dū ſtatuitur,
6 vt

vt deinceps refutationes infra 15. dies poſt celebrationem ipſarum debeant præſentari in Regia Camera, vt ibi annotentur, & Curia ex hoc certior facta poſſit per mortem refutatarij petere releuium, ac etiam deuolutionem per mortem, vel per alios caſus contingentes.

Et *Andr.* & communiter *Scribent in d. §.*
7 *ſed & res*, ex regul. *text in l omnes § Lutius ff. quæ in fraudem creditor.* voluerunt in fraudem præſumi refutationem, quando eſt omnium feudorũ, in quo cum dicat *Andr.* quod cauſa eſt potius inſpicienda, quàm titulus contractus, & modus nanciſcendi, ſi refutatio fuerit facta contemplatione matrimonij iuxta ſolitam, & communem contractationem: maximè ſi ob inſignes nuptias, tunc quia vna præſumptio excludit alteram ad *text. in l. diuus ff. de reſtitut. in integr.* ceſſabit præſumptio fraudis, & valida erit refutatio ex iuſta, & licita cauſa, & minimè releuium ſoluitur, & ita fuit deciſum in Regia Camera in cauſa Principis Melfiæ, in cauſa Comitis Synopolis, & alijs quampluribus, ex regul. *tex. in l. Titius, vbi gloſ. in verb. erogationes ff. ad trebelleian. gloſ. notab. in l Imperator § fin. in verb. non videtur de legat. 2. in l. viuus libertus ff. ſi quid in fraud. pat. in l. debitorem ff. quæ in fraud. credit.* eſt *deciſio Capyc.* 85. & in proprio caſu in donatione facta contemplatione matrimonij, allegaui alias in cauſa Fabritij de Sangro, cuius eram Aduocatus contra Ducem Turris Maioris, *gloſ. auth. prohibiti, quando non erat legi vetita in 1. part. gloſ. 3. §. 8.* quæ in indiuiduo decidit articulum; & hæc, & alia poterunt videri in *conſ. meo ..... 2. vol.* vbi latiſſimè, & meminit de prædicta deciſ. *Ann. in ſua allegat. 23.*

Sed occurrit caſus, quòd in refutatione
8 ſimpliciter facta fuit aſſenſus impetratus ad vberiorem cautelam, illeq. præſentatus in Regia Camera, ſed non contractus refutationis ſeruata forma *Regiæ Pragmaticæ*, quę vt dixi, ſtatuit, quod intra 15. dies poſt celebratam refutationem præſentari debeat: an quia præſentatus eſt aſſenſus ſuper ea, hoc ſufficiat, & caſus mihi viſus fuit de indubitabili, quia *Pragmatica* in ſui proemio dat cauſam, & rationem, quare præſentari de-
9 beant refutationes, quas dicit fieri poſſe ſine aſſenſu, ex qua declaratur mens, & finalis intentio ſtatuentis ad *text in l final ff. de hæred. inſtit.* & cauſa eſt notitia refutationum propter ſolutionem releuiorum, & deuolutiones per mortem, vel delictum refutatariorum: ergo cum per præſentationem, & regiſtrationem aſſenſus, idem conſequatur effectus, & per æquipollens veniat refutatio præſentata, ac annotata; & in feudis proce-
10 dit regula nihil referre, quid ex æquipollentibus fiat, vt per *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. tenea. ante num. 9. vbi Modern. Addent.* & latè exornat *Camerar. in repetit. cap. imperialem cart. 59. verſ. decimatertia concluſio*,
11 & proceditur de ſimilibus ad ſimilia, *Andr. in cap. 1. § ſed & qui delator ante nu. 47. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.* quæ deciſio eſt notabilis in materia feudali, & deſeruit ad multa, quam intellige ſecundum *eundem Andr.* quando militat eadem ratio in *capit. imperialem in addit. poſt num. 7. 4. colum.* & tunc non attenditur lex ſcripta, ſed his deficientibus dixit *Andr.* quòd recurrimus ad legem ſcriptam, vt ſic propterea dicamus *Pragmaticam* non habere locum in caſu prędicto, *quæ* loquitur verè in refutationibus de per ſe validis, in quibus non ſolet impetrari aſſenſus; ita quod impetrato aſſenſu non ſumus in caſu prædictæ *Pragmaticæ*, nam cum in aſſenſu fiat relatio refutationis, & relatum
12 eſt in referente cum omnibus qualitatibus ſuis ad *text. in l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. l. inſtitutio ff. de condit. inſtit.* ſequitur ob id, quòd annotato, & regiſtrato aſſenſu intelligitur etiam regiſtrata, & annotata refutatio, & cum per aſſenſus contractus omnes confirmentur, & validentur: propterea non immerito dicemus per aſſenſuum præſtationem, & annotationem refutationes ipſas eſſe præſentatas, ad *text. in l. lege obuenire, de verbor. ſignif.* hinc *Pragmatica, & Ritus* non mandauerunt præſentationem contractuum quorumcumque, qui aſſenſu validantur, ſed tantum præſtationem aſſenſuum, qui ſuper illis interponuntur, & pariter non omnium aſſenſuum, ſed tantùm illorum, qui sũt interpoſiti ſuper contractibus imporrantibus dominij trãſlationem: nam quando hoc non important, deficit cauſa præſentationis, quæ eſt, vel deuolutio, vel releuium: & tandem ſi *Pragmatica*, quæ eſt lex noua, loquitur in refutationibus, quæ fiunt, & fieri poſſunt abſque interpoſitione aſſenſus non extendetur, nec locum habebit in his, quæ fiunt cum aſſenſu, quia exorbitat à iure communi, eſt caſus diuerſus, & ceſſat ratio legis, & poſthæc ſcripta vidi inter *deciſ. D. de Franch.* nouiter impreſſas *deciſ. 663. vol. 4.* qui refert ſecundum prædicta deciſum, non tamen tangit aliquid de prædictis.

Ex his corollariè infertur, quod ob mortem refutatarij abſque deſcendentibus, refu-
13 tans ſuccedit in feudo refutato, vt expreſsè dicitur in *eadem Pragmatica*, ibi: *Eſſendo più volte accaduto, e poſſa bene ſpeſſo accadere*,

dere, che quelli alli quali ſi fanno le refutationi paſſino da queſta vita preſente prima di detti refutanti, nel qual caſo il refutante ſa-
14 *ria obligato al rileuio, &c.* Ita quòd ſuccedit, & iure hæreditario, poſtquam releuium ſoluit, quod vtrumque decidit *Andr. in d. §. ſed, & res ante nu.* 10 ibi, *& maximè ſi moritur filius non relicto filio, quo caſu reuertitur ad patrem, eundemquè refutatorem, ſeu donatorem: nam pater ſuccedit filio infr. de natur. ſucceſſ. feud. in princip. & tunc pater, vel alius frater, vel agnatus ſuccedens ſimiliter ſoluet pro ſua ſucceſſione releuium, &c.* & ita aliàs deciſum per Sacr. Conſil. in cauſa Comitis Policaſtri, cum creditoribus filij, qui refutauerat Comitatum contemplatione matrimonij contracti cum Domina Sueua Geſualda qui filius deceſſit abſque deſcẽdentibus, ſuperſtitibus fratribus, ſororibus, ac patre refutante; & non fuit dubitatum de ſucceſſione patris: ſed an habeat iure reuerſionis ex contractu reſoluto, an verò iure ſucceſſionis tanquam hæres, vt decidit Sacr. Conſ. de quo per *D. Præſid. de Franch. in deciſ. 3. Io Vinc. de Ann in repet. cap. 1. de vaſ. decrep ætat. nu* 350.

Nec pariter fuit dubitatum, ſi exiſtentibus fratribus, vel ſororibus pater ſuccedat
15 illis excluſis; ſed pater ſucceſſit, quod vtrũque diſputat, & concludit *Ann. vbi ſupra*. Ita quòd illud, quod dicitur habere patrem, ſeu refutantem feuda iure reuerſionis, non intelligitur ſimpliciter, ſed eſt modus loquendi ex eo, quia ab eo exierunt, & ad ipſum reuertuntur; ſed ſtant iſta ſimul, quod dicantur feuda reuerti, ſed quo iure? Hic eſt punctus, & vt diximus iure ſucceſſionis, ob quod releuium ſoluit ſecundum *Andr.* qui vtrumque tradidit, videlicet ſuccedere, & iure reuerſionis; & ideò non dixit hoc ſimpliciter, ſed addens dictionem, *potius*, dicens *pater ſuccedit filio, & tunc non dicitur ſuccedere, ſed potius reuerti ad eum:* vt per *eundem in cap.*
16 *1. de natur. ſucceſſ. feud. num.* 5. vbi declarat aſcendentes ſuccedere in feudo antiquo, non in feudo nouo: nam in nouo aſcendens non ſuccedit deſcendenti, & non procedit *text.*
17 *in authent. defuncto C. ad tertull.* ſecundum *eum*, & *ibidem num* 7. *verſ ſed in feudo antiquo, vbi Affict.* & ſic limitatur *text. in eodem*
18 *cap.* 1. & ſic in *cap.* 1. *de grad. ſucceſſ. in feud.* quæ *iura* ſtatuunt aſcendentes non ſuccedere deſcendentibus, videlicet in feudo nouo, & ſic intelligitur *Conſtitutio Regni foriudicatorum bona*, vt *ibi per Andr in verb aſcendentes*, idem per omnia tradit *idem Andr. in cap.* 1. *Imperator Lotharius*, & ſic procedit *Conſtitutio Regni, vt de ſucceſſ.* ſecundum *Andr. ibi, & in d cap.* 1. *de natur ſucceſſ feud.* idemq. declarauit *Ardiz. in ſumm in tit. de ſucceſſ feud.* videlicet *iura* prędicta procedere in feudo nouo, non in antiquo, & propterea, quia verè refutans habet in effectu feudum iure ſucceſſionis: licet dicatur reuerti habito reſpectu, quod ab eo exierat, dicit idem *Andr.* quod ſoluit releuium in *d. §. ſed & res.* & ſtatuitur pro indubitato in *dicta Pragmatica*, & ex *iuribus*, quæ allegantur, declaratur quid voluerunt dicere: nam *iura*
19 prædicta vtuntur verbo prædicto reuerti, vel redire, ſemper quod reducitur res ad ſtatum primæuum, ſeu ad id, quod alias de iure communi erat prouiſum, vt in *l filio ff. de liber. & poſthum.* ibi, *quia non translatus, ſed redditus videtur, text. in l ſi vnus §. quod & in ſpecie in fine ff. de pact.* ibi, *quoties enim ad hoc ius quod lex naturæ ei tribuit, de dote actio reddit, non fit cauſa dotis deterior, ſed formæ ſuæ redditur*, ſic reuertitur ſucceſſio ad patrem, prout diſpoſitum eſt alias de iure communi, cum prima cauſa ſit deſcendentium, ſecunda aſcendentium, & ob id neceſſariò habet iure ſucceſſionis, & hæreditario.

Et aduertatur, quod intelligitur feudum nouum, quòd filius acquiſiuit aliundè, quàm
20 à patre, aut ſuis prædeceſſoribus, ſed ſi feudum quęſierat pater, illudq. filio refutauerit, dicetur feudum paternum in filij perſonam, *Andr. in cap.* 1. *in princ. de vaſall. decrepit. ætat. & in cap.* 1. *Imperator Lotharius poſt num.* 5. *verſ nam feudum paternum*, quo refutato filio, in eo ſuccedet pater tanquam in feudo paterno decedente filio abſque deſcendentibus, quod vtrumque declarat, & decidit *Andr. in d. capit* 1. *de natur. ſucceſſ. feud. in addit. in verſ quid ergo*, & ponit quęſtio. *Andr* in feudo filio refutato decedente ſuperſtitibus fratre, & patre, vt pater pręferatur, quia proximior agnatus etiam in ter-
21 minis *Conſtitut. Regn. vt de ſucceſſionibus, quæ* ſecundum *eum* intelligitur in feudo nouiter acquiſito, non autem a patre refutato, vel quando pater omninò refutaſſet in manus Domini, vt filius de nouo feudo inueſtiretur, & licet *Andr. ibidem in fine* dicat, *alij* dicunt ſimpliciter fratrem admitti, & patrem excludi, vt ſupra proximè dictum eſt, ſed *ibi ſupra nu.* 8. ad quod ſe refert, firmat opinionem pro patre contra fratrem eadem vtens diſtinctione etiam in terminis *Conſtitut Regn.* & *idem Andr.* dixit in *d. cap.* 1. *de vaſall. decrepit. ætat. & Ardiz. vbi ſupra*, & in feudo antiquo, vt aſcendentes ſuccedant, intelligitur *Conſtit. Regn. ſi quando aliquem, vbi Andr.*

22 Vt

22 Vt ſic ex his faciamus concluſionem in feudo nouo, aſcendentes non ſuccedere, ſed fratres, & ſorores in terminis *Conſtitut. Regn. vt de ſucceſſionibus*, niſi inueſtitura eſſet pro hæredibus ex corpore ſecundum *Iſern. ibi*, quod hodie eſt alteratum per *Capitula*
23 nouiſſimè Ciuitati, & Regno conceſſa: nam ſuccedunt fratres, & ſorores in defectum deſcendentium, ac etiam nepotes, & neptes in feudis nouis, non obſtante hac forma inueſtituræ.

24 In feudis verò antiquis aſcendentes ſuccedunt, nam etſi reſpectu vltimi deſcendentis dicantur aſcendentes; reſpectu tamen primi acquirentis dicentur deſcendentes: ita *Andr.* declarat in *d. cap. 1. Imperator Lotharius nu. 5.* latè *idem Andr. in d. conſtitut vt de ſucceſſionibus, vbi* declarat, quomodo procedat *text. in capit. Regn. incip. conſiderantes*, bona *deciſ. Afflict. 293. Loffred. in conſ. 1. D. Frecc.* latiſſimè in *prima formula inueſtituræ cart. 385. & in 21. different. inter feud. quaternat. & de tabul.* latiſſimè etiam *Modern. Addent.* multa cumulantes ad *Napod. in conſuetudine Etſi teſtator, & Andr. & ca-*
25 *teri* tractant de communi forma inueſtituræ pro hæredibus ex corpore, an præſumatur in Regno, & quomodo nocet, vel non nocet aſcendentibus, vel tranſuerſalibus; & quid de iure Regni, & quid de iure communi feudo-
26 rum: An feuda præſumantur hæreditaria, vel ex pacto, & communis eſt in Regno non præſumi ex pacto, ſecus verò de iure communi ſecundum *Andr. Napod. Loffr. Frecc. & omnes*, latè *Petr. Gregor Sicul. in tit. de conceſſ. feud. par. 5. q. 4. nu. 5.*

27 In feudis verò refutatis ſuccedent aſcendentes nulla adhibita diſtinctione ſecundum *Andr.* fiat noua, vel antiqua, cum reſpectu filiorum, quibus refutantur, vel aliorum legitimorum ſucceſſorũ ſemper dicuntur feuda paterna, vt ſupra diximus author. *Andr.* & ideò quæſt. poſuerunt *Scribent.* tam in feudo antiqno refutato, quàm nouo, vt per *Annã, vbi ſupra, & per Frecc. in 3. author. n. 19.*

28 Nam in his feudis refutatis, quia videtur cogitaſſe refutans de ſucceſſione, & reacquiſitione in caſum deficientiæ deſcendentium, & ſic noluiſſe abdicari à ſe ius, quod habebat, niſi intantum, inquantum refutatarius ſuperuiuebat, & in eius beneficium, tũc quaſi per viam reuerſionis ſuccedat refutans refutatario; quòd non eſt in extraneo feudum concedente, qui de aſcendentibus non videtur cogitaſſe, & in hoc fundantur deciſiones allegatæ, pro quo videatur elegans doctrina *Iſern. in cap. 1. §. final. in fin. colum. de capit. Corrad.* qui hanc ſolemnem facit diſtinctionem, ratione de qua *ſupra*, quam *ibi* ponderat *Loffred.* vt ſic non ſit mirum, quare refutans ſuccedat excluſis fratribus, & quibuſcũque alijs, ſi in defectum deſcendentium de ſucceſſione intelligitur cogitaſſe; & ſic intelligitur facta refutatio cum hac inſita natura, qui ſunt termini *text. in cap. 1. de eo, qui*
29 *fin. fec. agnat.* in quo dantur illæ duæ limitationes, niſi feudum omninò refutaſſet, vel vt à Domino de nouo beneficio inueſtiretur. Non enim dicitur refutatio facta ſimpliciter, ſed in beneficium certarum perſonarum, & ob certam cauſam, & vt illis, & non alijs acquiratur; & propterea, quia limitata cauſa limitatum producit effectum, ad *text. in l. in agris ff. de acquiren. rer. domin.* & actus agentium non debet extendi vltra intentionem, ad *text. in l. non omnis ff. ſi cert. pet.* in quo ponderetur elegans *text. in l. voluntate ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* Dicit enim *text. voluntate creditoris pignus debitor vẽdidit, & poſtea placuit inter emptorem, & venditorem, vt à venditione diſcederent, ius pignoris ſaluum eſſe creditori, nam ſicut creditori, ita & debitori priſtinum ius reſtituitur, neque omninò creditor pignus remiſit, ſed ita demum ſi emptor rem retineat, nec reddat venditori:* vnde nimirum ſi in terminis prædicti *text. in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agn.* & ſi refutatio fuerit facta filio, ſuisq. hæredibus, & cui dederit, quod decedente refutatario ſuperſtite refutante, ac fratre: refutans in ſucceſſione feudi refutati præferatur, quia cogitatum intelligitur de ſucceſſione tempore refutationis, & noluit omninò ſuum ius renunciare, quod in indiuiduo decidit *idem Iſern. in conſtitutione, vt de ſucceſſionibus* in propria quæſtione *ibi* dicens: *nam*
30 *quantumcumque renunciaſſet pater feudum, vt detur filio, non intelligitur renunciatum eius ſucceſſioni ſi moritur:* ergo cum ſit proximior agnatus, omninò debet præferri in ſucceſſione, nihil enim habet commune ius refutatum cum iure ſucceſſionis, quod defertur in morte ſecundum lineam, & proximitatem; & multo magis ſi intelligitur de natura refutationis reſeruata ſucceſſio, ſecundum intentionem refutantis, & refutatarij, & ita eleganter declarauit *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. ten ante nu. 8.* ibi, *& videtur expreſſum infra, de eo, qui fin. fec. agn. cap. 1. vbi refutator ſuccedit ei, cui refutauit, quia fuit pactum perſonale in perſonam eius, cui refutauit, & ſuorum hæredum: ſecus ſi fuiſſet rea-*
31 *le, vt ibi in gloſ. &c.* De iure enim communi prima cauſa eſt deſcendentium, ſecunda aſcendentium, tertia collateralium, vt in *auth. de hared. ab inteſt. venien.* & filius, & pa-

ter

ter ſunt in primo gradu, atque in feudis non habet locum *tex.in auth.defuncto*, vt dictum eſt ſupra author. *Andr.*

Et vlterius in Regno, in quo viuitur iure francorum, per quod vnus tantum ſuccedit, & feuda non diuiduntur, hoc eſt planum, quia de iure communi cum aſcendentibus ſunt vocati collaterales in primo gradu, non autem aſcendens cum ipſis; ita quod ſunt illi habilitati, quatenus ſuccedere poſſunt, & non ſunt aliundè impediti vt patet ex traditis per *Bart.in eodem auth defuncto*, & præcipuè *ibi Salycet.* vndè cum in feudis ſecundum ius francorum, vnus tantum ſuccedat, & pater eſt vocatus in feudo paterno tanquam aſcendens, & proximior; & ex natura rei in plures non defertur ſucceſſio, & rurſus in feudo refutato intelligitur illa reſeruata; igitur pater, & quilibet refutans ſuccedet
32 excluſo fratre: ſicut dicimus in nepote, & patruo: nam in feudis habet locum repræſentatio, & propterea nepos ſuccedit ex perſona patris, inſimul cum patruo in feudo, ad *text.in cap.1.de grad.vbi Andr.* & communiter *Scribent.* ſed ſi in feudis viuitur iure francorum; ita quod primogenitus ſolus ſuccedat, tunc nepos ex filio primogenito excludit patruum, cum eo alias ad ſucceſſionem admiſſus, quod in linea deſcendenti eſt indubitatum, & etiam in linea tranſuerſali in nepote filio fratris in ſucceſſione fratris contra *Andr.* quæ opinio eſt in Regno recepta ſecundum *Modernos Addentes ad Andr in d.cap.1.* de quo latiſſimè *Doctor. omnes* cumulantem per *Conſiliarium Fab.de Ann. in conſ.* 125. in qua cauſa in quo *ipſe* conſuluit, idem fuit deciſum, & *ibi* quid in fratre vterino, & quando non eſt coniunctus ex latere, à quo prouenit feudum, & quid de iure Regni, & ſecundum noua *capitula* Regno conceſſa.

Et ſic apparet, quòd dum natura rei repugnat, quia feudum indiuiſibile, & vnus tãtum ad ſucceſſionem admittitur, quod tunc, qui omninò ſuccedere debet, ille ſolus præ-
33 fertur, igitur ſic dicendum eſt in patre, niſi omninò refutaſſet, vt diximus; & *refutatio omninò* dixit *Bald. in cap.1.de eo, qui fin fec. agn in verb.omninò intelligitur quando in manus Domini, quodq. in dubio non intelligitur refutatio realis*, & *Loffred. in d.cap.1. de natur ſucceſſ.feud.* dixit *omninò ideſt in omnem cauſam, aut caſum qui ſuccedere, aut euenire poſſet, & idem in conſ.11.num.25.* ob quod *Aret.in conſ.3.* conſuluit, vt refutans, ſeu renuncians ſuccedat, licet promiſerit eui ctionem, & renunciauerit omni iuri, quod habet in feudo, vel habere ſperat, & *Iacob. in tractat feud.in verb.& vnus ex dictis vaſallis* dixit, quòd intelligitur renunciari omninò, quando renunciat ſimpliciter in manus Domini, non autem ſi dixerit, quod renunciat omni iuri, quod haberet, vel habere ſpe-
34 raret, vel poſſet; & dùm *Andr.* dicit, patrem eſſe præferendum fratri, ponit rationem in *cap.1.de natur.ſucceſſ feud.* quia eſt proximior agnatus, & non habet locum in feudis, *auth.defuncto, & in cap.fin de capit.Corrad.* dicit, quia videtur cogitaſſe de ſucceſſione, & in *cap.1. de eo, qui ſibi, & haredibus ſuis*, quia intelligitur limitatè refutaſſe contemplatione perſonæ refutatarij, eiusq. deſcendentium, & non omninò, & non, vt de nouo feudo, quod in dubio non præſumitur, quando fit, vt filio acquirat, iuxta terminos *text.*
35 vbi eſt caſus in *cap.1.de vaſall. decrep. etat.* de qua refutatione, quando fit omninò realis, aut perſonalis, multa per *Capyc.in ſua inueſtit. in verb feudorum diuiſio verſ.limito quarto.*

Ex quibus, & in hoc quæſo aduertatur, dicendum eſt, deficere negatiuam in doctrina
36 *Andr in conſtitut.vt de ſucceſſ.* vbi videtur contrarium tenere eius, quod firmauit in *d.cap.1. de natur. ſucceſſ. feud.* nec hoc videri debet abſonum: ſi ſcimus opera illius remanſiſſe pęnitus incorrecta, ab eo non reuiſa, nec totaliter digeſta, & addendo negatiuam non contrariabitur, quam deficere euidenter colligitur ex eiſdemmet ſuis dictis, & ponam propria verba, vt benè doctrin. *Iſern.* remaneat declarata, *ibi ante verſ. quod autem dicitur.*

Sed ſolet dici hic euenire vnum abſurdum, pater emancipato filio dat feudum, mortuo filio habente fratrem ex altero, puta matre tantum excluderetur pater, ſi filius moriatur per fratrem defuncti: ſed non eſt ſic quia non excluderet tunc iſte frater vterinus tantum communem patrem, ſed vitricum: ſi autem eſſet ab alia tantum parte coniunctus excluderet patrem communem, &c. Quod videtur concludere prælationem fratris in ſucceſſione feudi à patre refutati; ſed ſubdit immediatè dando dicti rationem dicens: *nam quantumcumque renunciat pater feudum, vt detur filio, non renunciat eius ſucceſſioni, ſi moritur in tit.de vaſall. decrep. etat. & in cap.tres erant agnati, in tit. de eo, qui fin fec. agn. ſed aliud ſi diceret expreſsè.*

Si ergo dat rationem, quare pater ſuccedere debet excludendo fratrem, ſiue ex vna ſiue ex vtraque parte coniunctum, & allegat *iura* prædicta, *qua* admittũt patrem, & præferũt illum in ſucceſſione feudi refutati fratribus vtrinque coniunctis: igitur oportet,

quod

quod concluſio fuerit prælationis patris in omnem caſum, quodq. deficiat negatiua, & voluerit *Iſern.* decidere, quod pater præferatur, ſiuè frater ſit vterinus, ſiuè conſanguineus; & ſenſus ſit talis, ſi autem eſſet ab alia tantum parte coniunctus non excluderet patrem communem: nam quantumcumque renunciet pater feudum, vt detur filio, non renunciat ei ſucceſſionem dum moritur, quæ ratio eſt in effectu eadem, quam ponit *Iſern. in d. cap. final. de capit. Corrad.* quia ſemper refutans videtur cogitare de eius ſucceſſione, & propterea cum hac inſita conditione intelligitur refutatio facta, & ponderо verba *Andr.* ibi: *nam quantumcunque renunciet pater feudum, vt detur filio, &c.* quaſi velit dicere, niſi omninò refutauerit, nunquam per quamlibet renunciationem excludetur à ſucceſſione per verbum illud, *quantumcũque*, quod in indiuiduo declarauit in propria quæſtione, *idem Andr. in d. cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* & aduerte, quod in dicta *conſtitutione, vt de ſucceſſionibus*, ſe remittit ad dicta hic, vt ibi, *in verb fratres*, dixit enim *Andr. in d cap. 1. propè nu. 8. idem ſi ipſe pater filio emancipato donet feudum, ſuccedet ei, niſi omninò refutaſſet, vel ideò quaſi nouum filio concederetur*, & iterum poſt *nu. 8. in verb. ſed ſi feudum*, dixit, *ſed ſi feudum eſſet à latere patris dic, vt ſupra, quod frater, vel ſoror in capillo ſuccedent, quando pater excluditur, ſcilicet quando conſenſerat pater, idemq. filius in hunc filium ſuum auus donaſſet feudum, vel ipſum eundem patrem, & omninò ei refutaſſet, vel vt de nouo inueſtiret, aliàs non excluderetur, & non poſſet tunc dici excluſum patrem per ea, quæ ſupra dicta ſunt*, hæc Andr.

Vnde manifeſtè decidit *Andr.* patrem excludi per fratrem, quando refutauit omninò, vel vt de nouo feudo filius inueſtiretur, vt ſic dicere debeamus, vel in hunc caſum intelligendam eſſe doctrinam *Andr. in conſtitut. vt de ſucceſſion.* vel quod deficiat negatiua ex ratione ſubſequenti, vt ſupra ponderata; eo magis, quia ſe remittit ad latius dicta *in d. cap. 1.* pro qua parte fuit pluries iudicatum in beneficium refutantis excluſis collateralibus, tam per Sacr. Conſil. quàm per Reg. Camer. Summariæ, de quo per *Io. Vincent. de Ann. vbi ſupra*, qui diſputat articulum ad partes, ſed non iſtis medijs, authoritatibus, & rationibus, nec aduertit ad deciſiones *Andr. vbi ſupra* adductas, ponderatas, & concordatas; ex quibus apparet validè reſponſum eſſe omnibus aduerſus prædicta conſideratis per *Dominum Lanarium in conſ. ſuo 78.* qui poſuit hunc tanquam nouum caſum alias non ſucceſſum, nec vllam rationem ex ſupra conſideratis adduxit, nec *Andr.* deciſiones perpendit, nec vim, & naturam refutationum, quæ à patribus filijs fiunt, quæ non ſunt omninò, ſed ſub reſeruatione ſucceſſionis in defectum refutatarij, eiusq. deſcendentium, quodque pater tanquam proximior agnatus fratres, & omnes alios excludit, & certè non parum miratus ſum de perſona tantæ literarum eminentiæ, & feudorum lectore, vt talia ſcripſerit, ſed eius *conſilia* impreſſa fuerunt poſt eius mortem, & ante non reuiſa per eum, & ſecũdum hæc Sac. Conſ. decidit præferendo matrem refutantem ſorori refutatarij, vt per *D. de Franch. in deciſ. 591. vol. 4.* licet nihil tangat, vt de prædictis.

Quæ opinio videtur reddi indubitabilis in Regno, vigore *capitulorum* Ciuitati, &
37 Regno conceſſorum, per quæ prouidetur, & ſic ſupplicatum, quod feuda per refutationes minimè intelligantur fieri noua, ſed ſemper ſub natura antiqui feudi refutata intelligantur, & in illis ſuccedant, qui alias ſuccedere deberent, ſecundum naturam antiquorum feudorum: & ſic expreſsè demum fiunt refutationes, cum clauſulis prædictis: vnde in Regno non datur refutatio, omninò declaratur voluntas refutantium non inducẽdi nouitatem in ſucceſſione; immò ex hoc ipſis reſeruare ex *ſupra allegatis.*

38 Nec refert, quòd refutatio fiat à patre, vel ab auo, vt aliqui dubitauerunt, quaſi quod ceſſet ratio *Andr* quia pater eſt proximior fratre; nam cum plures ſint rationes omnes æquè principales, ceſſante vna, non ceſſabunt aliæ, ex regula *text. in §. affinitatis inſtitut. de nupt.* Nam ſi intelligitur cogitatum de ſucceſſione, & cum hac inſita conditione reuerſionis in defectum deſcendentiũ, refutatio facta in beneficium ex intellectu iuris refutatarij, & deſcendentium tantum difficultas non procedit. Hinc prædicta *Pragmatica* per *quam* mandatur præſentatio refutationum infra 15. dies in Regia Camera, non ſolum præſupponit feuda deuolui ad refutantem; ſed expreſsè hunc caſum decidit, ibi, *haueſſero fatta refutatione de feudi à loro figli, ò altri ſucceſſori, &c.* & ſequutus eſt *Andr.* ac ſequuti fuerunt *compilatores Pragmaticæ* opinionem illorum *Doctor. qui* tenuerunt ex regul. *text. in l quod ſcitis C. de bon.*
39 *quæ liber.* quod in bonis donatis ab aſcendentibus, ipſi ſoli ſuccedant in defectum deſcendentium, & quibuſcumque alijs præferantur, nec habet locum *text. in d. auth. defuncto* ſecundum opinionem *Bart. & ſequacium in d. l quod ſcitis, & in d. l. poſt dotem*

in

in fin. ff ſolut. matrimon. quod latius exornat *Doctor.* cumulando *Conſiliarius Fab. de Ann. vir eruditiſſimus in conſ.* 1. loquens in ſucceſſione aui, in excluſione matris, & *Bald. & Fulgoſ in dict. auth defuncto*, ponunt rationem, quare in feudo filio donato ab extraneo pater non ſuccedit, & dicunt, quia datum eſt pro ſe, & deſcendentibus: ergo ſicut illis deficientibus deuoluitur ad concedentem, ſic ad patrem, vel auum refutantem, quia pro deſcendentibus tantum refutauit; & ex regula *legis, quod ſcitis*, ipſe debet ſuccedere ſolus, prout tradidit in *d. auth. Aloyſ. de Leo.*

Sed addo fortius, nam *gloſ in d. authen. de*
40 *functo*, quærit: an frater excludat auum, vel proauum, quaſi ſint in gradu remotiori, & tenuit ſecundum opinionem *Ioan.* non excludi, quæ opinio eſt communiter recepta, vt *ibi per Bart & Doctor.* nam lineæ ſunt illæ, quæ ſuccedunt, & eſt habilitata perſona tranſuerſalis cum aſcendentibus, qui primo loco tranſuerſales excludebant, & *authent.* prædict. loquitur de parentibus, quod verbum comprehendit omnes aſcendentes, & priuilegium eſt inductum in beneficium Collateralium, vt cum aſcendentibus admittantur, qui aſcendentes ſemper admittuntur ſuo iure ſecundum *Salycet ibidem, & Iacob. Butrigar.* dicit, quod auus ſuccedit loco patris, eiuſdemque filii prædefuncti: *idemque Cyn. Alber & Odoffred cum alijs*, quia proximus dicitur, quem nemo præcedit: vnde ſicut pater, vel mater eſt proxima, ita his ſublatis auus ad *text. in l. 1. §. proximum, ff. vnd. cognat. & Paul. de Caſtr. ibidem* dicit, quia in locum patris ſubrogatur, qui eſt de linea aſcendenti, & de eadem, de qua erat pater: vnde conuenientius eſt, vt ille ſubrogetur loco patris, quàm frater, qui eſt de linea tranſuerſali, & idem *ibi* tradiderunt *Corne & Fulgoſ.*

Si ergo auus, & aſcendentes tenent locum patris, & ad eandem admittuntur ſucceſſionem, ſequitur, quod id, quod diximus in patre, habet etiam locum in auo.

Sed poſtquam vidimus, & firmauimus pa-
41 trem excludere fratrem, qui aliàs eſſet ſucceſſurus fratri ſuo: an huic fratri debeatur à patre vita, & militia iuxta diſpoſita, & tradita per *Doctor. in Conſtitut. Regn. Comitibus*, quæ etſi loquatur in ſucceſſione deſcendentium: tamen eſt communiter intellecta etiam in ſucceſſione tranſuerſalium, vt frater ſuccedens fratri, vel nepos patruo in feudis, in quibus viuitur more francorum, debeat primogenitus frater, aut nepos præſtare vitam, & militiam fratri ſuo, qui alias cũ eo ſucceſſurus eſſet ratione portionis, à qua per illum excluditur, vt latius habetur per *Loffred in §. quid ergo de inueſtit. de re aliena fact. poſt Affict. in cap 1. de natur ſucceſſ. feud. nu* 40. & latè per *D. Minad. in conſ.* 1. ſic hic pater excludit fratrem à portione ei debita, quia feuda non diuiduntur in Regno, & ſecundum morem francorum ſolus primogenitus ſuccedere debet, aliàs ſecundum diſpoſitionem *text. in authen. defuncto*, omnes ſuccederent: igitur debetur vita, & militia, ſicut in quæſtione, quam proponit *Andr. in repetit. Conſtitut. Comitibus*, in fratre ſecundogenito ſuccedente per mortem primogeniti, quando teneretur opinio, quod ille ſubintraret in locum primogeniti in excluſionem filiorum primogeniti, de quo latè per *Affli in loco allegato*, vt illis debeat præſtare vitam, & militiam in locũ ſucceſſionis, à qua per ipſum excluduntur, licet dicat *ibi Andr.* quæſt. tanquam noua opus habet determinatione Principis: ſed ponamus
42 aliam quæſt. quam ponit *ibidem Andr.* eſſe indubitatam: ſi nepos ex filio ſuccederet vna cum patruo de iure communi feudorum, ſed ſi feudum non eſſet diuiſibile, nepos ſolus ſecundum *Andr in d. cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. nu* 14 & eo caſu dixit non eſſe dubium, quod teneretur ad vitam, & militiam, ſicut tenebatur pater, ſi ſucceſſiſſet, ſic hic pater excludit fratrem, eundemq; filium alias ſucceſſurum cum eodem iure communi Romanorum, per *text. in auth. defuncto*, qui per conſuetudinem feudorum, non habet locum in feudis, ſicut non habet locum ſucceſſio in communi alias ſtatuta per ius commune feudorum in feudis indiuiſibilibus, & in quibus viuitur iure francorum: vnde ſicut in illis ratione portionis, ſeu ſucceſſionis á qua excluduntur, vita, & militia debetur; ſic præſtari pariter deberet hic à patre, qui fratrẽ excludit à ſucceſſione alias debita, quia ſolus debet in feudis ſuccedere.

Sed his non obſtantibus teneo indubitan-
43 ter patrem non teneri ad hãc præſtationem vitæ, & militiæ: nam ſicut non datur ſucceſſio tranſuerſalium, donec ſuperſunt deſcendentes, & illi ſoli ſuccedunt, iuxta *text. in d. cap. 1. de natur ſucceſſ feud. in princ. vbi gloſ & Andr & in cap. 1. de grad. vbi idem Iſern* quo caſu non teneretur deſcendens vitam, & militiam ſoluere Collaterali, quia non excluditur à portione ſibi debita, cum nulla debeatur deſcendentibus exiſtentibus, ſic cum in feudis non habeat locum *text. in auth. defuncto*; & aſcendentes de iure communi ſunt prælati Collateralibus in ſucceſſione, & donec illi ſuperſunt, collaterales ſũt excluſi,

excluſi, quia præferuntur lineæ, & hoc *idem Andr.* quod pater ſuccedit in feudo refutato excluſo fratre, quia proximior; ita quod non poteſt dicere frater, quod excluditur à portione ſibi alias debita, quia nulla eſt ei debita, deſcendente, vel aſcendente ſuperſtite.

Igitur ſoluta apparet quæſtio, vna cum omnibus contrarijs, etſi refutatio intelligitur cum conditione inſita ſucceſſionis in caſum mortis refutatarij abſque deſcendentibus; & rurſus conſideratur qualitas ſucceſſionis in bonis: vnde prouenerunt, ex regul. *text. in l. quod ſcitis.* Ex his omnibus videtur remanere deciſa quæſtio in fauorem patris cõtra fratrem, & hæc ratione attenta remanent ſoluta omnia in contrarium allegata.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio quæ abſque alio aſſenſu fieri poteſt in immediatè ſucceſſurum, an porrigatur hoc ad omnem alium contractum, qui cum immediato ſucceſſore fiat, quomodocumque ille fiat, ſiue alienando, ſiue pignorando, ſiue obligando.*

2 *Opinio Doctorum hinc inde refertur.*

3 *Opinio Camerar. confutatur, qui voluit valere refutationem, licet cætera pacta in refutatione appoſita non ſubſiſtant, & reijciantur.*

4 *Pacta incontinenti facta, non ſolum, quæ in eodem contractu apponuntur, dicuntur correſpectiua.*

5 *Indiuiduum voluntatis conſideratur in pactis correſpectiuis.*

6 *Aſſenſus impetratus ſuper venditione, & non ſuper pacto de retrouendendo, non validat venditionem ex indiuiduo voluntatis.*

7 *Regula, quòd in feudis vtile per inutile vitiatur, fundatur in indiuiduo voluntatis, aliàs contraria regula procedit.*

8 *Opinio Bammacar. varijs medijs confutatur.*

9 *Doctrina Andreæ dicentis, quod refutatio valet, cætera pacta non, exactè declaratur, & nu 23.*

10 *Deciſiones Camerar. omnes ponderantur, & quomodo inter ſe ipſas contrariæ, & ſic aliorum.*

11 *Leges feudorum, quæ ipſorum alienationem prohibent non comprehendunt alienationem, quæ fit in proximè ſucceſſurum, & ibi vide rationem.*

12 *Text. in §. ſi libellum de alienatione feud. patern. permittit abſque aſſenſu dare feudum ad libellum agnato proximo ſucceſſuro, quia eſt quædam quaſi refutatio.*

13 *Datio ad libellum, quid importat.*

14 *Venditio in proximè ſucceſſurum eſt permiſſa, quia omnia reſoluuntur in vim refutationis.*

15 *Feudatarius poteſt dare proximè ſucceſſuro ſuum ius, ſicut vult.*

16 *Feudatarius poteſt alienare proximè ſucceſſuro per libellum, vel quocumque modo abſque Domini conſenſu, quia omnes contractus reſoluuntur in vim refutationis.*

17 *Refutatio debet habere elegans nomen venditionis, permutationis, donationis, vel alterius ſpeciei.*

18 *Conſtit. Regn. conſtit. diuæ memoriæ non habet locum in refutatione, ſed iura communia feudorum incorrecta remanent.*

19 *Pactum de non petendo feudum, non valet ſine aſſenſu, niſi factum eſſet cum proximè ſucceſſuro.*

20 *Verba Andr. quomodo intelligantur, quæ ad verbum recenſentur.*

21 *Omnia argumenta Camer. confutantur.*

22 *Alienatio in proximè ſucceſſurum poteſt fieri quocumque modo etiam alia lege, qua ipſe alienans feudum tenet, & ibi ratio.*

24 *Verbum* quaſi *denotat improprietatem.*

ARGVMENTVM.

Omnis contractus factus cum immediato ſucceſſuro valebit abſque aſſenſu, quia in proximè ſucceſſurum omnis alienatio permittitur, cum reſoluatur in vim refutationis. Indiuiduum voluntatis, quod conſideratur in pactis correſpectiuis annullat contractus. *Conſtitutio Regn. conſtitutionem diuæ memoriæ* non habet locum in refutatione. Verba *Andreæ* valere refutationem, cætera pacta non, quomodo intelligantur.

§. I.

1 SED quæſo attendatur id, quod diximus de refutatione facienda immediatè ſucceſſuro, quomodo erit intelligẽdum; an tantum de pura, & ſimplici refutatione, quæ eſt cedere loco, præuenire ſucceſſionem, tollere perſonam de medio, & loco ſui ponere refutatarium, aliàs proximè ſucceſſurum illi feudum integrum refutando; an verò ſub hoc verbo *refutationis* veniat omnis contractus, qui fiat cum immediato ſucceſſore, quaſi cũ illo, non dicatur alienare, & ſic nec reſpectu Domini conſideretur intereſſe, quia eſt de comprehenſis in lege inueſtituræ, & de proximioribus ſucceſſoribus ſecundum natu-

ram feudorum, nec conſideretur intereſſe agnatorum, ſi fit agnato immediatè ſucceſſuro.

Hæc quæſtio eſt ſatis ventilata propter illa verba *Andr. in cap. 1. §. etſi libellum de*
2 *alienat. feud. patern.* videlicet *inquantum refutatur agnato, valebit ſine conſenſu Domini, alia pacta non*, & idem per eadem verba dicit in *Conſtitutione Regn. conſtitutionem diua memoria*, ex quibus *Loffred. in d. §. etſi libellum*, firmat opinionem prædictam, videlicet contractum puræ, & ſimplicis refutationis valere, non autem alios contractus, & idem firmat *in ſuo conſ. 3.* quem ſequutus eſt latius *Camer. in repet. cap. imperialem*, diſputando articulum *cart. 30. poſt D. Marin. Frece. in 17. limit. ad prædictam conſtitutionem, & Lanar. in conſ. 18. verſ. 3. poſt D. Præſid. de Franch in deciſ. 71. nu. 19.* dixit ſecundum hanc opinionem deciſum contra *Parid. de Put. de reintegrat. feud. in cap. incip. habens feudum antiquum cart. mihi 140. à terg.* tenentem valere quemlibet contractum factum cum immediato ſucceſſore, & *Afflict. in §. etſi libellum tertio notabil.* loquitur ſimpliciter in alienatione, vt fieri poſſit in Regno immediato ſucceſſuro, quia non dicitur propriè alienatio, ſed quædam refutatio; & ſic limitatur *Conſtitutio conſtit. diua memoria, & text. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Federic. & in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar.* idemquè dicit *Capyc. in inueſtit. ſuper verb. feud. alien. verſ. limito ſecundo*, tenet hoc expreſsè *Ioan. Vincent. de Ann. in allegat. 97. 2. volum. & in ſingul. 569. & in repetit. conſtitut. conſtitutionem diua memoria nu. 13. vbi* loquitur in inſtitutione hæredis proximè ſucceſſuri, *Conſiliar. Fab. de Ann. Filius in conſ. 41. vbi* eleganter, & ſuo ſolito more confutat opinionem *Camerar.* qui non ſolum tenuit intellectum *Loffred.* ſed intellexit *Andr.* in omnibus alijs pactis appoſitis in refutatione extraneis tamen ab ea, quæ cum ſint in eodem cõtractu,
3 videlicet, vt *refutatio valeat, cætera pacta non*, quæ quomodo non erunt correſpectiua, & quomodo dici poterunt extranea, & de per ſe, iuxta communes deciſiones *Doctor.*
4 loquentium etiam in diuerſis contractibus incontinenti tamen factis, *quos* congerit, & ſequitur *Dec. in l petens C. de pact.* & ad ſatietatem per *D. de Franch. in deciſ. 369.* ob quod apparet malè loquutum fuiſſe *Franc. de Amic. in repet. cap. 1. de his, qui feud. dare poſſ. fol. 250 in cap. incip. ſed poſt deciſionem, qui* tenuit idem, quod *Camerar.* videlicet refutationem valere, cæteraq. pacta in ea ap-
5 poſita reijcienda: conſideratur enim in pactis in eodem contractu appoſitis indiuiduũ voluntatis, iuxta tradita per *Bart. in l græcè §. illud ff. de fideiuſſ.* & propterea contractus non poſſet ſubſiſtere, ſicut dicimus in venditione facta cum pacto de retrouendendo, vt illa ſit nulla, ſi aſſenſus eſt ſuper venditione, & non ſuper pacto ſecundum *Frece. in 2. libr. prima authorit. 16 quæſt.* quo in caſu, quia vnicus iudicatur contractus ex partium intentione diceetur aſſenſus ſurreptitius, quia non omnia expreſſa, idem *Frece.* ad propoſitum *in quæſt. 41.* latè, & eleganter *Camerar. in repetit. cap. imperialem cart. 58.* latè, & cumulatè per *Lanar. in conſ. 63.* vn-
6 de conſiderando pacta correſpectiua appoſita in contractu, ſine quibus ille celebratus non fuiſſet, nulli dubium, quòd contractus deficit ex indiuiduo voluntatis, deciſio eſt particularis *Andr. in cap. 1. colum. fin. de feud. dat. in vic. legis commiſſ.* & quando non adeſt indiuiduum voluntatis, procedit doctrina *eiuſdem Iſern. in cap. 1 de pac. iur. firm. num. 48* vt *ipſemet* ſe declarat, & ad doctrinam *Iſern. in §. præterea Ducatus* reſpondet *Camerar.* intelligi debere in rebus ſeparabilibus, quodque non interſit, quod vnum ſine
7 alio ſubſiſtat, & ſic intelligitur in feudis vtile per inutile non vitiari, alias in indiuiduis regula, communisq. ſchola *Doctor.* eſt in contrarium, actus enim operaretur non ſolum vltra, ſed contra intentionem contrahentium, & dùm tractatur de indiuiduo voluntatis, non datur, ſeu non producitur actus in eſſe, niſi cum qualitate innata in eo, cum qua oritur actus informatus, & ſubſtantiatus, ſine qua deficit actus, ſecundum terminos *text. vbi gloſ. magn. in l pacta conuenta ff. de contrah. empt.* bonus *text. in l iuriſgentium §. quinimò ff. de pact.* & benè omnia diſcurrit *Camer. cart. 31. & 33.* & cum hac diſtinctione omnia contraria concordantur, &
8 in caſu diſputato per *Bammacar. in cap. beneficium. ſi de feud. defunct. milit.* hæc omnia ſunt propria, qui voluit tenere opinionem contra *Loffred in conſ. 3. & 9. Camer. vbi ſupra, Lanar. Ann.* & alia congeſta per *me in conſ. 12. & 69. volum. 1.* ſecundum quam opinionem paſſim, & indiſtinctè fuit iudicatum, & deciſio *Bald. in l ſi pater in 2. lectur. ff. de adopt.* quam *Bammacar.* allegat, decidit punctum, dũ diſtinguit inter pacta, quæ fiunt ad augendum, vel ad diminuendum, vt primo caſu reijciatur pactum, & remaneat contractus, quia ceſſat indiuiduum voluntatis, ſecus verò ſi pactum eſt appoſitum ad diminuendum incontinenti; nam tunc vitiatur actus in totum, quod non eſt, quando ex interuallo, quia non cenſetur in eſſe,

vt

vt primo caſu ſecundum regul. *text. in l. lecta, ſi cert. petat.* & dùm iudicantur, vt ſeparata, ceſſat indiuiduum voluntatis, & ſecundum hos terminos procedit *text. quem* magnifacit, & dixit eſſe aureum *Bammacar. in l. ſed ſi vir, §. ſi vir vxori il ſecundo ff. de donation. inter vir. & vxor.* ſunt enim *ibi* duo actus, quos partes fieri voluerunt, videlicet verè vendere, & verè donare, ita quod omnis actus inter ſe fuit perfectus, & abſolutus in ſua ſpecie, & tunc habentur, vt diſtincti, & ſeparati, licet fiant incontinenti, vt benè declarat *D. de Franch. in allegat. deciſ. ante nu.* 8. & etiam donatio erat actus ad augendum, non ad diminuendum: ob quod ſecundum deciſionem *Bald. in d. l. ſi patr*, non conſideratur indiuiduum voluntatis, & dum *Bammacar.* authorem fecit ſuæ opinionis *Iſern.* ex doctrina *ſupra allegata*, dum dicit *refutationem valere; catera pacta non*, de cuius intellectu infra latius tractabimus, dico inquam, quod nunquam *Iſern.* intentionem habuit tractandi quæſtionem, de qua ſupra, circa pacta correſpectiua, aut indiuiduum voluntatis, quod benè tractauit in *alijs locis ſupra allegatis*, & tenuit opinionem, quod omnia corruant, ſed hic tractare voluit de contractibus, & alienationibus, quę fieri poſſunt abſque aſſenſu, & ſic dicit, vt infra demonſtrabitur, quod refutationes, & alienationes quæcumque fiunt in extraneos non valebunt abſque aſſenſu, quæ verò fient in agnatum proximè ſucceſſurum, quia omnes reſoluuntur in vim refutationis, propterea valebunt, & ſic eſt hic articulus diſtinctus ab articulo præcedenti: vna enim eſt quæſtio, ſi refutatio non ſimplex, ſed pactionata valebit abſque aſſenſu, ſi pacta non tenent, & alia eſt quæſtio, ſi omnis contractus, qui fit cum immediato ſucceſſore teneat, an verò tantum ſimplex refutatio, nec dicac *Bammacar.* quod ſi omnis contractus ſubſiſteret, vana fuiſſet dubitatio *Camer. Loffred. & aliorum*: nam benè fuit in caſibus illis dubitatum, & iudicatum, cum tractabatur de diuiſione feudorum, vt eſt refutatio cum retentione vſusfructus, qui eſt pars dominij, tractabatur de pactis alterantibus naturam feudorum, & imponentibus ſeruitutem feudo, tractabatur de tranſlatione dominij conditionaliter, & reſolubiliter, & cum non poſſit feudatarius, qui non habet liberam diſpoſitionem feudi alio modo de eo diſponere, quod ipſe habet, & tenet; propterea aliter diſponendo vtrumque corruit, iuxta regul. *text. in §. profecto de leg. Corr.* iuxta ſecundum intellectum communiter ſequutum, vt infra dicam, & rurſus dico, quod per veros iuris terminos dempto caſu diuiſionis feudi, & ſeruitutis feudo imponendo quælibet refutatio, quomodocumque pactionata, & quicũque contractus cum proximo agnato erit validus, non tamen alteratiuus naturæ feudi, vt *ipſemmet Bammacar.* tenet, licet aliud fuerit deciſum, & ego conſulerim ſecundum deciſiones factas illis temporibus, & hodie contrarium deciſum eſt, & practicatum, vt infra dicemus, ita quod tota vis quæſtionis propoſitæ conſiſtit in intellectu verb. *Andr.*

9 Poſtquam nemo *iſtorum, qui* tenent hanc ſecundam opinionem, reſpondent ad verba prædicta *Andr* dicentis, quod *refutatio inter agnatos valet, catera pacta non*, & cum tot graues *authores* tenuerunt hanc ſecundam opinionem nimis audacter, & inconſideratè loquutus fuit *Camer.* dùm dicit abſit

10 nos dicere citra refutationem valere cum immediato ſucceſſore omnem contractum ſine aſſenſu, vt quidam inſipientes dicunt, & *ipſemet Camer.* ſibi contrarius tenuit hanc ſecundam opinionem noſtram *in cap. an agnat. in verb. quæro primo nu. 102. verſ. contrarium eſt verum*, ibi *quando tu non negas, quod inter immediatè ſucceſſores illud fit, & tunc cuiuſcumque contractus nomine fiat ſemper refutatio dicetur*, & rurſus *ibi in fine, vt liceat tenenti feudum cum immediatè ſucceſſuris contrahere in eo, ſcilicet, quod poſt mortem eius habituri eſſent, & in cap. imperialem cart. 24. col. 1.* dicit hæc verba *ſexto, quia nos tenemus omnes contractus, & vltimas voluntates cum immediato ſucceſſore valere cap. 1. §. etſi libellum de alien. feud. pat.*

Et licet *D de Franch in d. deciſ.* obiter referat alias deciſum contra opinionem *Par.* tamen nil allegat, nec aliter diſputat articulum, nec illa *deciſio* eſt ad hoc, ſed ſimpliciter refert deciſum contra opinionem *Par.* & ſimiliter *Lanar. in d. conſil.* paucis verbis dicit idem, quod *D. de Franch.* & nil aliud, & *Doctoribus* non diſputantibus, ſed curſim dicentibus non eſt admodum adhibenda fides, inquit *Iaſ. in conſ. 151. colum. 3. volum. 4. cum alijs cumulatis per D. Reg. Lanar. in conſ. 14.*

Et pariter *D. Freec.* nihil dicit, ſed ſe remittit ad dicta per *Loffred.* immò *ibidem in 40. limit. nu 99.* videtur tenere expreſsè opinionem *Parid.* dum limitat *conſtitutionem*, quando pater contrahit cum filio primogenito promittendo ei alimenta, pro quibus obligat feudalia, vt tunc teneat obligatio authoritate *Parid.* cumq. viri, tàm eminentes inter ſe pugnent, & author. *Andr.* eſt perquam maxima, ſuper qua *Loffred. & Camer. eorum* fundant opinionem principaliter, &

iſti ex aduerſo nihil reſpondent, nec de ea mentionem faciunt, propterea operæpretium duxi aliqua differere ad veritatem puncti indagãdam, vt materia detur alijs latius cogitandi, nec ſufficere debet, quòd ſic alias fuit deciſum, cum veritate cognita, poteſt, & debet decidi contrarium, cp non eſſet nouum, vt iam nouiſſimè fuit deciſum.

Præſuppono ad deciſionem huius articuli, & ad intelligentiam *Andr.* quod de iure
11 communi feudorum prohibitio alienationis, de qua *in cap. 1. de prohibit. feud. alien. per Freder. & in cap. 1. de prohib feud. alien. per Lothar.* non comprehendit alienationem, quæ fit in agnatum proximè ſucceſſurum ex regul. *text. in cap. 1. §. etſi libellum, de alien. feud. pat. & in §. ſed & res, per quos fiat inueſtit.* quæ *iura* ſunt poſt prædictas *leges Lotharij, & Federici*, poſtquam de his fit mentio in *d. §. ſed & res*, quod ponderat prædictus *Conſiliar. de Ann.* & ratio cõmunis *omnium* eſt, quia ex vnitate, & cõnexitate perſonarum, & ſanguinis non dicitur alienatio, ſed omnia in vim refutationis reſoluuntur, non poteſt cõſiderari intereſſe Domini, quoad deuolutionem, quia non plus iuris tranſfertur, quam habet idem alienans, quod durat durante iure refutantis, ſeu alienantis ex regul. *text. in §. rurſus, quib. mod. feud. amitt. in §. ſi clientulus, de alien feud. vbi Andr. & idem in §. ſed res*, ſicut dicimus in infeudatione, nec conſiderari poteſt intereſſe voluntatis, iuxta tradita per *Andr. in d. cap. imperialem*, per *text. in l. fin. ff. de vſ. & habit.* quia eſt immediatus ſucceſſor, & vocatus, neque pariter intereſſe agnatorum, cum ipſemet agnatus, qui eſt primo loco vocatus ſuccedit: vnde iure meritò per iſta *iura* hanc recipiunt limitationem cõem ab *omnibus* traditam, & ſequutam, vt latius per *Iſern. & Scribẽt. in d. §. etſi libellum, in d. §. ſed & res, & in d. §. etſi clientulus*, & infra latius dicam.

Quodq. hoc procedit in omni contractu terminat *text. in d. §. etſi libellum*, qui loqui-
12 tur quando feudum dederit agnatus ad libellum agnato proximiori, quod etſi iure antiquo licitum erat facere cum extraneo, quoad medietatem feudi tantum *in §. etſi clientulus, & in §. rurſus, quibus mod. feud. amitt.* poſtea prohibitum fuit per *Conſtitutionem imperialem* tanquam in fraudem, quia verè erat venditio ad *text in §. donare, qual. ol. pot feud. alien.* ſed tantum permiſſum dare etiam totum agnato, ea ratione, quia non eſt verè alienatio in agnatum; ſed quædam quaſi refutatio, quæ ſunt verba expreſſa *text. in d §. etſi libellum*, licet datio ad libellum importet perpetuam alienationem,
13 & vt plurimum datur ad renouãdum ſingulis 29. annis dicit *Andr. in eodem §. etſi libellum*, & melius *in d §. donare, & ibidem Bald. poſt Iacob. de Beluiſ. in d. §. etſi libellum*, & in effectu non differt à cõtractu emphyteotico ſecundum *Laudenſ. in §. ſimiliter, quib. mod. feud. amitt. n. 5. poſt Bart. in l. 1. C. de iur. emphyt. n. 7.* melius *Dec. in conſ. 518. in fi. Tiraq.* latè *de retract. lignag. §. 34. gloſ. 1. in prine.*

Et idem diſponitur in *d. §. etſi clientulus*: ita quod hic contractus, qui vẽditio reputa-
14 tur cum alijs, vel ſaltim contractus emphyteoticus, refutatio reputatur cum proximè ſucceſſuro, & vẽditio prohibita cum alijs ea ratione cenſetur permiſſa cum proximè ſucceſſuro, & in venditione loquitur *text. in d. §. ſed & res*, quia ſecundum *gloſ. & Andr. ibi, vbi* communiter *Scribent.* nõ dicitur alienatio ex regul. *text. in l. pater §. quindecim de leg. 3.* & ob id *Andr. in d. §. ſed & res*, loquens
15 tam in venditione faciẽda proximè ſucceſſuro, quàm in infeudatione permiſſa de iure cõmuni feudorum, loquendo in feudo ex pacto, *ibi num. 4.* dixit, quòd feudatarius poteſt taliter alienare proximè ſucceſſuro, vel extraneũ infeudare, quòd poteſt dare ius ſuum in vita ſua ſicut vult, dummodò ſine fraude, quæ probari oportet, vt *ibi* latius per *eum*, & *ibidem nu. 6.* dixit *idem, & conſuetudo hodie locum habet, vt proximiori agnato poſſit quis vendere, & alienare, quia non eſt alienatio, cum ſucceſſurus ſit ei eo inuito, &c. & inferius* ibi, *ſi vnus poſtea alteri alienet partem ſuam, quæ non dicitur alienatio, ſed refutatio; ideò ſine conſenſu Domini valet, de alien. feud. pat. cap. 1.*

16 Et melius *idem Andr. in d. §. ſi clientulus, verſ. fratri*, ibi *frater fratri, vel nepoti filio fratris alienando per libellum, vel quocũque modo alienatio valet, etiam ſine conſenſu Domini, quia non eſt alienare, dare illi, quia ſine alienatione ſuccederet infra per quos fiat inueſt. §. ſed & res, & de alien feud pat. cap. 1.* & idem tenet *Andr. in cap. Titius cum Sẽpronio, ſi de feud. defunct. milit.*

Et *gloſ ibi in verb. facta*, dicit *per libellum facta, ſubaudi etiam ſine Domini voluntate, quaſi non videatur alienatio, ſcilicet cum feudum erat paternum; item & in alia alienatione ei facta, licet enim prohibeatur alienatio feudi paterni, inter agnatos tamen conceditur, de alien. feud pat. cap. 1. per quos fiat inueſt. §. ſed & res ff. de leg. 3. l. pater §. quindecim*, hæc gloſ.

Et *text. in d. cap. 1. de alienat feud pat.* permittit generaliter alienationem in proximè ſucceſſurum, & addit, etiam ſi libellum fecerit, vnus alteri, quia nõ eſt libellus, ſed quaſi refuta-

refutatio, vbi *glos. in verb. consideretur*, reddit rationem, quia non dicitur alienatio, sed quasi refutatio; cuius *text.* verba *in §. & licet* sunt infrascripta.

Et licet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, tamen si paternum sit, concederetur, etsi libellum vnus alteri fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio.

Et notetur; quod *iura* expresserunt de datione in libellum, quia est plusquam simplex alienatio, cum videatur dare alia lege, quam ipse habet, & sub alia natura; sed quia omnia resoluuntur in vim refutationis, & durant durante vita concedentis; propterea *lex* permisit.

Et vltra dicta per *Andr. in eodem §. licet, & in §. si libellum in princ. qui* prædicta explicitè affirmat, loquens in alienatione generaliter, & demum in concessione ad libellum, dicit postea *num. 7. Qui ergo non potest alienare sine consensu alicuius, non poterit refutare, quia refutatio alienatio est, nisi quando alienaret, vt inter agnatos, &c. Ergo de omni contractu, si quis potest alienare, potest refutare, & è contra, &c.*

Rursus *idem Andr. nu. 6.* quærit, in quod
17 nomen contractus cadat refutatio, an sit venditio, vel permutatio, vel quid? & dicit refutationem non habere speciale nomen, quia plura sunt negotia, quàm vocabula: ergo potest esse quilibet contractus, & demum *ibidem num. 8.* dixit, *quod oportet, quod refutatio cadat in aliquod nomen contractus, vt vendo, dono, &c.* & ibi: *quid ergo si refutans per congruum modum vendendo, aut donando velit postea succedere illi, &c.* Quicquid dixerit *Anna in sua allegat. 97.* cuius contrarium, & melius firmauit in *rubr. de vasal. decrepit. atat. num. 232. & Ann. Filius in d. conf. 41.*

Ergo si oportet cadere in nomen elegans contractus secundum *Andr.* vel venditionis, vel alterius; sequitur quòd quilibet contractus est permissus, non solùm simplex refutatio: immò secundum *Andr.* simpliciter dicendo, refuto, non valeret, cum titulus dandi non exprimitur, cumque ratio omnium sit, quia est proximè successurus, & quod non dicitur verè alienatio, sequitur, quòd propterea quilibet contractus dicitur esse permissus, & notentur *text. glos. Andr. & omnes*: nam dum loquuntur de alienatione in proximè successurum, reddunt rationem, quare valeat, quia quasi refutatio, & *alij* dicunt, quia est quædam refutatio, & *alij* in vim refutationis, ergo non tractant de pura, mera, & simplici, & propria refutatione, sed quolibet alio contractu, qui cum fiat cum immediato successuro, considerando effectum, resoluuntur omnes in vim refutationis, & propterea dicit, quod sit quędam refutatio, & habet vim refutationis.

Et quæ dixit *Andr. in §. praterea Ducatus* habent locum in feudo nouo, in quo frater fratri non succedit, & rursus loquitur in feudo indiuisibili de iure francorum, quòd nõ potest absque assensu diuidi inter fratres, & sic non quia alienatio est prohibita, sed ex capite diuisionis, quæ est prohibita, & propterea arguit de Marchia Ducatu, & Comitatu, quæ diuidi prohibentur.

Dixi quod hæc est opinio *omnium in locis allegatis*, pro quo videatur *Lodulph. Schrad. in tractat feud. part. 8. cap. 2. num. 67.* vbi cumulat *omnes*, & latissimè per *Intrigl. Sicul. de feud. artic. 5. centur. 2. num. 40. qui omnes* vno ore concludunt *iura Lotharij, & Federici* non habere locum in alienatione in proximè successurum, quia dicit notabiliter *Andr. in cap. 1. de alien feud. in verb fratri in fine*, quòd non est alienatio dare illi, qui sine alienatione succederet, per quam decisionem eandem opinionem firmauit *Franc. de Amic. vbi supra fol. 249 num. 9.* qui refert sic iudicatum per Regiam Cameram, *eundemq.* refert, & sequitur *Ottau. Bammacar. in capit. beneficium in verb quæro 2. nu. 107. si de feud. defunct. milit.* vbi fundat idem esse in cõtractu dotis inito cum immediatè successuro, absque assensu, & adducit etiam *Blasium Lanzam Siculum* dicentem, quod quocumque modo feudum alienatur in proximè successurum, & ex quacumque specie alienationis dicitur refutatio.

Ex quibus patet, quòd hæc opinio de iure communi est indubitabilis.

18 Videamus quid in terminis nostræ *Constitut. Regn. constitutionem diuæ memoriæ*, & equidem ista *constitutio* nihil vltra noui addidit prohibitioni *Lotharij, & Federici*, nisi tria, quæ hoc, de quo tractamus non tangunt: videlicèt requiri consensum expressum Domini, & non sufficere tacitum; prohibuisse etiam subinfeudationem, transactionem, & omnes alienationes importantes cõmutationem de persona in personam, & vltimo permisit reuocationem eisdem contrahentibus; sed quia nihil dicit *constitutio* de alienatione in agnatum proximum, quæ erat de iure communi excepta à prohibitione generali alienationi feudorum, ea ratione, quia non erat verè alienatio, sed quasi refutatio, nec poterat dici cõmutatio propriè de persona ad personam ex vnitate personæ feudatarij cum agnato proximè successuro,

& ceſſant in ea rationes omnes prohibitiuę, quæ ſunt honor, & vires Imperij, reuerentia, & obſequium Domini, ſeruitij diminutio, & aliæ, de quo *in capit. imperialem, & per Andr. in cap. 1. §. primo, qualit. olim pot. feud. aliena* propterea *Andr. & omnes noſtri Regnicolæ* voluerunt per *Conſtitutionem prædictam* non eſſe correcta *iura in cap 1. §. etſi libellum, in §. ſed & res, & reliqua* ſicut non fuerunt correcta per *Conſtitut. Lothar. & Feder. ita Iſern. in eadem Conſtit.* cuius infraſcripta ſunt verba.

Item numquid hæc conſtitutio corrigat id, quod dicitur de alienatione feudi paterni in principio, & ſic non ponit caſum in ſimplici refutatione, ſed in eo, quod dicitur *in dicto cap. 1.* quod eſt expreſſum in alienatione, & demum in conceſſione ad libellum, & ſic etiam dicit *Andr.* numquid corrigat, quod dicitur *in §. ſed & res*, qui loquitur in venditione facienda agnato proximiori, & dicit: quod minimè per prædictã *conſtitutionem iura* prædicta corriguntur, *quia non dicitur alienatio, ſed quaſi magis refutatio; & notate rationes, quod ſpecialiter non exprimitur, relinquitur veterum legum regulis, generale non derogat ſpeciali, legum correctio eſt euitanda quia non corriguntur, niſi quando expreſsè dicitur. & poſteriores leges diſtinguuntur per priores, &c.* eandemq. opinionem tenuit in *d. §. etſi libellum*, per eaſdem rationes, *vbi Affict.* ſequitur ad literam *in 7. notab nu. 17. Capye in inueſtit in verb. feudorum alienatio verſ. limita ſecundo, D. Frecc. in 17 limit. ad conſtitutionem, & idem Camer. vbi ſupra.*

Si igitur *iura* prædicta non ſunt correcta per *conſtitutionem*, quæ locum habent in omni alienatione, quæ fit cum proximiori ſucceſſuro, quia omnes habentur loco refutationis, & non dicuntur propriè alienationes, ergo omnis contractus factus cum proximè ſucceſſuro tenet abſque alio aſſenſu ſecundum *Andr. & omnes*, & apparet *Camer.* opinion. non poſſe defendi, & contra eam eſſe communem quaſi *omnium Scribent.* & ſi *Andr.* dixerit valere in terminis *conſtitutionis*, quia eſt quaſi magis refutatio, igitur nõ de propria, & ſimplici refutatione agitur, ſed omni alienatione, & ſic cæteri *Regnicolæ*, pro quo affero punctualem deciſionem

39 *Andr. in cap. Titius cum Sempronio, ſi de feud. defuncti milit.* vbi per illum *text.* tradit pactum de non petendo feudum non valere, niſi factum eſſet cum proximè ſucceſſuro, quia in eo non dicitur alienatio, quæ deciſio non poteſt tergiuerſari, cum pacto de nõ petendo non ſit refutatio, ſed contractus principalis de per ſe, & in *d. §. etſi clientulus* dixit *quocumque modo alienet, & in §. ſed & res. per quos fiat inueſtit. in princ.* dicit, *quod poteſt vendi feudum agnato proximiori, qui ſucceſſurus eſt ſine permiſſu Domino, quia non intelligitur alienare*, & idem dicit *ibidem num. 6. vt proximiori agnato poſſit quis vendere, & alienare quia non eſt alienatio, cum ſucceſſurus ſit ei eo inuito*, quæ ſunt propria verba *Andreæ.*

30 Remanet interpretatio verborum *Andr.* quæ ſunt infraſcripta poſt firmatam concluſionem, quod *iura* prædicta non corriguntur per *Conſtitutionem*, quodq. licita ſit alienatio in proximè ſucceſſurum, quia non dicitur alienatio; ſed magis quaſi refutatio, ſubnectit hæc verba.

Inquantum refutatur agnato valebit ſine conſenſu Domini alia pacta non per Conſtitutionem iſtam & nil aliud dicit, & per eadem verba loquitur in *d. §. etſi libellum.*

Ex quibus *Camer.* præſupponit correcta *iura in §. etſi libellum, & §. ſed & res per conſtitutionem*, & non eſſe hodie permiſſam venditionem, nec in libellum dationem per *conſtitutionem conſtitutionem diuæ memoriæ* contra deciſa per *Andr.* indifferenter, vt ſupra eſt demonſtratum.

31 Dicit per *leges Lothar. & Feder.* nudam refutationem permiſſam in proximè ſucceſſurum, quod nullibi legitur, nec verbum quidẽ in illis *iuribus* de refutatione: immò *Andr. & Doctor* dixerunt communiter *Conſtitutiones* illas non compræhendere caſum alienationis in agnatum proximiorem, quia non eſt alienatio, ſed quædam quaſi refutatio, & ſic aliæ *leges*; nam *illæ* non loquuntur de refutatione expreſsè, ſed de refutatione interpretatiuè, quæ oritur ex quolibet contractu inter agnatos, etiam ex datione ad libellum, qui contractus, vt *idem Camerar. ibi* affirmat, eſt cõceſſio ad annuam penſionem, & ad renouandum ſecundum *Andr.* & eſt contractus perpetuus, & magis, cum ſic ſupra demonſtratum prædictas *leges* eſſe anteriores *legibus, § ſed & res, §. etſi clientulus, & §. etſi libellum*: immo in ſpecie in prædictis *iuribus* de illis fieri mentionem, & declarari non procedere in alienatione in immediatè ſucceſſurum, rationibus de quibus ſupra.

Arguit de *text in § præterea Ducatus*, vbi diuiſio alias permiſſa inter fratres, ſeu conſortes non procedat in Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu: ergo idem ſecundum *eum*, vt permiſſa refutatione non ideò cenſeantur permiſſi alij contractus, quod equidem vaniſſimum eſt. Primo negando maiorem,

quia

quia nullibi reperitur permissa, ex prædictis *iuribus* refutatio; sed bene per *alia* omnis alienatio. Sed secundo, quid hoc commune habet ad casum, nam si haberemus *legem* expressè refutationem tantum permittentem, & alios contractus prohibentem, procederet argumentum à simili, sed cùm nullam habeamus, immò contrarias, propterea benè procedit dispositio noua *text. in §. præterea Ducatus*, vt diuisione permissa, de cætero non procedat in feudis dignitatum: ergo per prius, quia permissa diuisio erat licita omnium, & quorumcumque feudorum; & sic oportuit condere legem nouam specialem: vnde retorquetur argumentum, si non habemus in casu nostro *legem* vetantem alienationem: immò sub verbo *refutationis*, & *glos. & Doct.* dixerunt comprahendi omnem alienationem, & in hoc est deceptio *Camerar.* & sub hoc falso fundamento omnia dicta per *eum* corruunt, dum præsupponit refutationem tantum per legem permissam non aduertens omnes contractus permissos, quia interpretata est lex importare refutationem.

Nec quod dixit de *textu in §. profectò de leg. Corrad.* est applicabile ad casum: nam aliud est, si potest refutari, vendi, aut alio modo dari in feudum, vel obligari in immediatè succeſſuro alia lege, quam habet ipse; & hic non est casus noster, & aliud est, si potest contrahi cum immediatè succeſſuro per quamcumque speciem contractus iuxta propriam naturam feudi, & sic concordamus cum reg *text. in §. profectò.*

Sed dico fortius, & in hoc quæso aduertatur *text. in §. profectò*, loquitur in infeudatione facta extraneo, ibi autem in alienatione facta proximè succeſſuro, quæ sicut excepta est à lege prohibitiua alienationis, sic etiam est excepta à modo alienationis, etiam alia lege, quam ipse habeat. 22

Et ne videamus sine lege loqui, hoc decidit *text. in §. etsi libellum, Andr. & omnes*, dum feudatario permittunt concessionem ad libellum, quæ est cum annua mercede ad renouandum singulis 29. annis, & importat concessionem in emphyteusim, secundum *Doctor. in l. 1. C. de iur. emphyt.* vt supra diximus, ergo potest alienari alia lege, quàm ipse habet, quia nullum fit Domino præiudicium, & omnia cum immediatè succeſſuro resoluuntur in vim refutationis, secus verò cum extraneo, quod tradidit, & declarauit *Ioan. Rayn. in repet. cap. imperialem in §. habito post num. 19. versic. quando an vasallus possit*, malè à *Camer.* ponderatus, & intellectus, *vbi* dixit, quòd possidens feudum rectũ, & proprium non potest in alium transferre alia lege, quàm ipse habet, nec alia conditione, aut qualitate, nec obstat *text. in §. etsi libellum*, quia *ibi* non dicitur valere, vt libellum, sed vt refutationem, quod etiam dixit *ibidem supra*. Ergo potest refutari in proximè succeſſurum alia lege, quia est refutatio, & non procedit *text. in §. profectò* secundum intellectum magis communem, sed de his opus non habemus differere in quæstione de qua tractamus.

Triplex interesse per *Camerar.* consideratum vndique deficit in casu, de quo agimus, vt etiam supra est demonstratum: videlicet interesse damni vtique nullum potest considerari, si idem præstatur seruitium, & eodem modo feudũ deuoluitur, idem adhibetur honor, etsi trãsfertur eadem lege, quam ipse habet, & eodem modo, quo possidet, omne cessat interesse, etsi feudum est indiuisibile non diuiditur, quia prohibitum in specie, & non est hic articulus, de quo tractamus: interesse voluntatis non adest, si secundum *Andr. in locis suis ordinarijs* concessio intelligitur, prout ius intelligit ad *text. in l. si cui ff. de seruit.* vnde si lex permisit refutationẽ, & alienationem in proximè succeſſurum, fiunt omnia ex eadem voluntate & permissu concedentis. Tertium, quòd transferatur feudum alio modo, quàm ipse elegit; iam apparet ex præcedenti responsione non subsistere, si dicitur Dominum permisisse, & sic elegisse.

Loffred. non disputat aliter articulum; sed tantum interpretatur verba *Andr.* & ex illis quærit fundare solam, nudam, atq; simplicem refutationẽ permissam, in quo sunt concordes cum *Camer.* qui negat venditionem, aut alium contractum licitum non aduertentes *Andr.* contrarium expressè firmasse intantum, quòd voluerit refutationẽ absque speciali titulo contractam esse nullam, & dicitur fieri per congruum modum, quando titulus est venditionis, donationis, aut alterius contractus.

Casus *Loffred. in conſ.* 3. de refutatione facta cum reseruatione vsusfructus, an valeat, non est ad nostram quæstionem *ibi* non erat simplex refutatio, sed cum reseruatione vsusfructus, quæ est pars dominij, ex quo inducebatur diuisio feudi, ideò non valebat, vt considerat ad propositum *Fab. de Ann. in conſil. 46. num. 7. & in conſil. 50. num. 23.* erat prohibitum per *Pragmaticam nouem capitum*, postquam vetitum est Proregibus assentire, ergo necessarius erat assensus, & demum ex gratia conceditur in anno 1515 in donationibus faciendis contemp at one ma;

matrimonij, quæ non vidit *Bammacar.* & eleganter conſiderauit *Fab. de Ann. in conſ. 41. in fin.* & dempto vſufructu non poterat ſubſtineri, quia alias non refutaſſet, & conſideratur indiuiduum voluntatis iuxta ſupra tradita, vnde non facit ad caſum, qui articulus ex præfatis *Capitulis* Ciuitatis redditur indubitatus, & indiſputabilis.

Ex his ſi *Andr.* intelligeretur iuxta intellectum *Camerar. vel Loffred.* indubitanter dicendum eſſet, quòd ſibi ipſi eſſet cõtrarius, quodq. communis opinio eſſet contra *eum*, ſed quæſo attendatur, nam rectè intuẽti *Andr.* non diſcredit à ſupra firmatis per *eum*, & verba ſunt admodum clara.

Dixerat *Andr.* quod alienatio eſt permiſ-
23 ſa, quia eſt magis, quaſi refutatio, ergo non loquutus fuit de propria refutatione dicit, quod eſt permiſſa conceſſio ad libellum, dicit, quod per *iura Lothar. & Federic.* & per noſtram *conſtitutionem* non ſunt correcta *iura in § ſed & res, & in §. etſi libellum*, reddens rationem, quia non eſt propriè alienatio, ſed quaſi refutatio, quæ ſunt verba propria *text. dicti cap. 1. de alien. feud. pat.*
24 & verbum, *quaſi* denotat improprietatem *l. 2. ff. de vſufruct. ea. rer quæ vſ. conſum. l. ſi quis non quaſi hæres ff. de acquir. hared. Aretin. in l. 1. de acquir. poſſeſſ. colum. 4. vbi laſ.* Dùm igitur incontinenti hoc firmando, concludendo dicit *inquantum refutat agnato, valebit ſine aſſenſu, cætera pacta non*, per illam *conſtitutionem* optimè dixit: nam ſi nõ alienaret agnato, ſed extraneo, non valent pacta ſecundum *Camerar.* aut cõtractus alij ſecundum *Loffred.* obſtante *conſtitutione*, quæ verat omnes alienationes, nec refert, quòd loquatur per verbum *refutat: ſi ſupra* firmauit omnes alienationes inter agnatos proximè ſucceſſuros non eſſe alienationes, ſed refutationes, quod indubitanter firmatur ex verbo illo, videlicet *agnato ad differentiam extranei*; nam alias ſufficiebat dicere, inquantum refutat ſine aſſenſu valebit, cætera pacta non, cum iam quæſtio erat de refutatione in agnatum, ſed dicendo *inquantum refutat agnato*, in hoc eſt vis *Andr.* vt ſi refutaret alteri hoc eſſet prohibitum per *Conſtitutionem*, & ſenſus erit, *inquantum refutat agnato*, ideſt contrahit cum agnato valebit, cætera pacta non, ideſt cæteri contractus, qui non ſunt inter agnatos, & ſecundum hunc intellectum *Andr.* non eſt ſibi cõtrarius, & ſe conformem reddit dictis in precedentibus; vbi expreſsè firmat alienationem permiſſam, non obſtante *conſtitutione*, & *iura* prædicta communia, non correcta per *Conſtitutionem*, quæ *iura*, vt diximus, loquuntur in qualibet alienatione in proximè ſucceſſurum, ex eo, quia non dicitur alienatio, ſed omnia reſolui in vim refutationis: ergo ſi *Andr.* appellat hos contractus refutationes, quas cum agnatis proximioribus lex admiſit: igitur dum dicit, *inquantum refutatur agnato, valebit ſine aſſenſu, cætera pacta non*, oportet intelligere de refutatione, vt ſupra per *eum* declarata, quæ comprehendit omnem alienationem, quatenus fit cum agnato proximiori, & ideò expreſſit de agnato; cætera verò pacta non, ideſt omnes contractus, qui non fient cum agnato, & fortificatur intellectus: nam ſi poſt hæc verba *Andr.* ſtatim tranſit ad quęſtionem, in quod nomen contractus cadit refutatio, & firmat, quod oportet, quòd habeat ſpecialem titulum venditionis, donationis, aut aliũ, quodq. dicendo ſimpliciter *refuto*, non valeret; ergo oportet, quòd *Andr.* non ſit loquutus de ſimplici, & nuda refutatione, ſed de quolibet contractu facto cum proximo ſucceſſuro, cũ fiat per illos refutatio, alias non ſubſiſteret, rurſus, & fortius *idem Andr.* poſt prædicta verba *num. 7.* prorupit in hæc verba ſupra etiam ponderata.

Qui ergo non poteſt alienare ſine conſenſu alicuius, non poterit refutare, quia refutatio alienatio eſt, niſi quando poſſet alienare, vt inter agnatos: ergo loquutus eſt *Andr.* de refutatione in extraneum, dum dixit, *quis non poſſet alienare ſine conſenſu, non poteſt refutare*; & dum poſtea dicit, *niſi quando poſſet alienare ſine conſenſu, vt inter agnatos, quòd tunc poſſit refutare:* ergo firmat, quod poſſit fieri quęlibet alienatio inter agnatos, & firmando expreſsè, quòd refutatio eſt alienatio: ergo dum dixit, *inquantum refutat agnato, valet*, intellexit de alienatione in agnatũ, quod non habet reſponſum, etſi *Andr.* firmauerat *Conſtitutionem* illam non comprehendere alienationem inter agnatos; & dum dixit *cætera pacta non*, allegat illam *conſtitutionem*, *quæ* non comprehendit agnatos proximos: igitur intelligendo *Andr.* ſecundum legem, quam allegat, oportet dicere, quod loquitur in refutatione, & contractibus, qui fierent cum extraneo, vt ſic ex his dicamus voluiſſe *Andr.* declarare *conſtitutionem* illam eſſe generalem prohibitiuam omnium contractuum indifferenter, præterquam illorum, qui fiunt cum agnato proximiori, qui etſi loquatur per verbum *refutare*, iam ſupra dixerat per verba exprexa illius *text.* quòd alienare agnato, etiam quod concedatur ad libellum, refutare eſt, & tandem *idem Andr. poſt nu. 8. in verb. quid ergo in eodem §. etſi libellum*, dixit *quid ergo ſi refutans*

futans per congruum modum vendendo, aut donando velit poſt ſuccedere illi, cui ſic refutauit, quia moritur ſine maſculo, vel harede legitimè nato; *an poteſt*, & remittit ſe ad dicta in *c.1. de eo, qui fin. fec. agnat.* adeò quòd *idem Andr.* ponit contractum venditionis factum cum proximo ſucceſſuro, appellat hunc refutationem: immò dixit eſſe congruum modum refutandi, & tandem determinat hanc eſſe ſpeciem refutationis per diſpoſita, & dicta *in capit. 1. de eo, qui fin. fec. agn. vbi* non loquitur niſi de refutatione, ita quod non videtur poſſe dubitari amplius in verb. *Andr.* ſuper quibus cogitetur: nam equidem hæc mihi videtur pura veritas, & germanus intellectus verborum *Iſern.*

Quicquid dixerit *Franc. de Amic. in loco ſupra allegato, qui* non percepit veram mentem *Andr.* & ſubſtantiam verborum illius, ſuuſque intellectus non poteſt ſubſtineri ſecundum ſupra ponderata, eſt verum, quod *antiqui noſtri* ſimpliciter tradiderunt eſſe admittendas refutationes ſimpliciter factas continentes tantum refutationem integralem feudorũ immediatis ſucceſſoribus, abſq; alia conditione, aut pacto feudum tangente, ſed quod ſit tantum præuentio ſucceſſionis puta, cedere loco, & tollere ſe de medio, quando ſine aſſenſu celebrantur, ſed hoc in refutationibus: verùm quoad cæteros contractus, videlicèt obligationis, venditionis, donationis, permutationis, & aliorum quorumcumque factorum cum immediatis ſucceſſoribus, vltra refutationem, an valeant in hoc procedunt allegata, conſiderando rationem fundamẽtalem, & radicem articuli, cum omnis vis conſiſtat, quòd non dicitur fieri alienatio in proximè ſucceſſurũ, & nullum præiudicium Domini, nec etiam voluntatis conſiderari poteſt, ſed eſt perſona contemplata immediatè vocata ad ſucceſſionem, in qua non adeſt ratio diuerſitatis, vt fieri poſſit alienatio totius, & non obligatio, aut ſimilis contractus, pro concluſione quorum pondero, quòd ſi ſecundum *Andr. & omnes* non dubitatur permiſſam eſſe alienationem à iure in proximè ſucceſſurum, nunc ſic ſub verbo alienationis venit pignoratio, & hypothecatio, ex reg. *text. in l fin. C. de reb. alien. non alien.* de quo latiſſimè *infra in §.6.* igitur ſi poteſt contractum facere alienationis, poterit facere contractum pignorationis, & omnem alium, qui ſub verbo alienatione comprehenditur, & rurſus vt *ſupra* diximus *num.12. & 13.* alienatio per libellum, quæ omni feudatario erat permiſſa cum extraneo eſt reſtricta hodiè tantum in immediatè ſucceſſurum per dictum *text. in § ſi libellum*, ſed ſic eſt, quòd non fiebat differentia inter dationem ad libellum, & pignorationem: nam vtrumque erat permiſſum iuxta *text in §. rurſus, quibus mod. feud. amitt.* ibi *poſtquam ad libellum dederit, vel pignori obligauerit, & in §. ſi clientulus de alienatione feud.* ibi *ſi clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi, & in cap profectò*, quod iuris ſit ibi, *vel per libellum, vel aliter alienauerit*, ergo cum hæc diſpoſitio antiquitus permiſſa ſit quoad extraneos correcta, & quoad immediatè ſucceſſores permiſſa, ſequitur quòd pignoratio includitur ſub permiſſione refutationis, cum vtrumque importet alienationem, & quęcumque ſit, vt ſupra fundauimus, authoritate *Andreæ* eſt in immediatè ſucceſſorem permiſſa; & ſecundum prædicta iam eſt per Collaterale deciſum, videlicèt valere quemcumq; contractum cum immediato ſucceſſore abſque alio aſſenſu, vt in negotio Ducis Boiani, & iterum in negotio Marchionis ſancti Luciti, cum Placido de Sangro.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio, quæ ſit Domino, an valeat, ſi refutans habet deſcendentes.*
2 *Vaſallus poteſt alienare feudum in Dominum abſq; alio aſſenſu.*
3 *Refutatio, quæ ſit Domino poteſt fieri etiam quod refutans habet filios, quia tunc dicitur alienare in Dominum, quòd à iure eſt permiſſum, & hæc eſt communis.*
4 *Doctrina Camer. declaratur.*
5 *Alienatio feudi facta in primogenitum Regis, an valeat abſque aſſenſu, remiſſiuè.*
6 *Refutatio, quæ ſit Domino ab habente filios, quomodo adhuc retinet nomen refutationis.*
7 *Ratio ponitur, quare in alienatione, quæ fit in Dominum, non requiritur aſſenſus.*
8 *Diſpoſitio rei feudalis cum aſſenſu eſt eadem, quæ de re allodiali.*
9 *Text. in cap. 1. de ſucceſſione feud. limitatur, quando feudatarius diſponit cum aſſenſu Domini.*
10 *Teſtamẽtum in feudo hereditario valet cum Domini aſſenſu, quando diſponitur in alium, quàm in immediatè ſucceſſurum, & num. 29.*
11 *Feuda ſunt de per ſe alienabilia, & in commercio.*
12 *Feudum etiam in Regno ammittitur alienatum ſine aſſenſu, quando fiſcus præuenit feudatarium in auocatione illius.*
13 *Conſtit. Regn. conſtitutionem diuæ memoriæ habet etiam locum contra fiſcum.*

14 Te-

14 *Teſtamentum in quo directus Dominus eſt inſtitutus hares validiſſimum.*
15 *Teſtamentum in feudo hareditario validum, dum eſt inſtitutus immediatus ſucceſſor.*
16 *Text. in l fin. C. de edict. Diu. Adr. habet locum in feudis hareditarijs.*
17 *Inſtitutio facta perſonæ non vocatæ à lege inueſtituræ importat alienationem.*
18 *Prohibitus alienare venit prohibita haredis inſtitutio extranei, ſicut è contra data poteſtate alienandi venit inſtitutio, & quæuis alia diſpoſitio per actum vltimæ voluntatis, & hæc eſt communis.*
19 *Hares in feudo hæreditario tenetur habere ratum factum defuncti legitimum, ſecus in feudo ex pacto.*
20 *Succeſſor in feudo hareditario poteſt grauari vſque ad concurrentem quantitatem valoris feudi, & ſi non confecerit inuentarium tenetur vltra.*
21 *Inuentarium in feudo hæreditario releuabit tantum, vt hæres non teneatur vltra valorem ipſius feudi.*
22 *Dotarium, an poſſit conſtitui in vltima voluntate, ſicut per contractum inter viuos.*
23 *Tranſuerſales nullum habent ius contra teſtamentum defuncti, turpi perſona non inſtituta.*
24 *Vtens iure ſuo neminem dicitur fraudare.*
25 *Text. in l. cum à matre C. de rei vendic. procedit in his, in quibus teſtator habet liberam diſpoſitionem.*
26 *Diſtinctio ſolemnis circa actum, quando poteſt dici in fraudem, & quomodo datur illius reuocatio.*
27 *Reuocatio, quæ datur ſucceſſori ex cauſa fraudis, non excedit legitimam alias ipſi debitam.*
28 *Doctr. Andr. in § ſed & res, per quos fiat inueſtitura benè declaratur.*
30 *Deciſiones aliàs factæ, ſeu caſus, qui occurrerunt adnotantur pro validitate diſpoſitionis rerum feudalium in beneficium directi Domini.*

ARGVMENTVM.

Refutatio, quæ fit Domino, ſiue per actum inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem, inſtituendo ipſum hæredem ſemper eſt valida, etiam quod refutans habeat deſcendentes, quia vaſallus poteſt feudum alienare Domino abſque alio aſſenſu. *Text. in cap. 1. de ſucceſſ. feud.* non procedit in alienatione facta cum aſſenſu, nec quando eſt inſtitutus immediatus ſucceſſor in feudis. *Text. in l fin. C. de edict. Diu. Andr.* habet locum in feudo hæreditario, in quo inuentarium non releuat vſque ad concurrentem quantitatem valoris feudi, ſed benè, vt vltra non teneatur. Prohibitus alienare eſt prohibitus extraneum inſtituere hæredem, & è contra permiſſa alienatione venit hæredis inſtitutio, actus quando dicatur in fraudem, & quomodo reuocatur,

§. II.

QVID in refutatione, quæ fit Domino, an poſſit illa fieri, & valeat etiam in præiudiciũ filiorum, vel agnatorũ, & quid in feudo ex pacto, & prouidentia, non hæreditario, latè habetur in *conſ. meo . . . 2. volum.* facto in cauſa Principis Biſiniani, dum Regi directo Domino feuda refutauerat, & *ibi* latè quomodo poteſt conſiderari fraus reſpectu ſucceſſoris.

Sed notare in hac materia refutationis Domino faciendæ, quando feudatarius habet deſcendentes, quia tunc videtur, vt valere nõ poſſit in vim veræ refutationis, cum non ſit Dominus immediatè ſucceſſor, quòd aduertit *Camer. in cap. imperialem cart. 73. à terg. verſ. quinta concluſio 2. colum.* ibi, *& ſic intelligendo.*

Sed loquitur in feudo quaternato ſecundum quid, in cuius alienatione requiritur aſſenſus vtriuſque, quòd non procedit in feudo ſimpliciter quaternato, quia tali caſu refutando Domino dicetur alienare, cum quo non requiritur aſſenſus, quia in Dominum fit alienatio ad *text. in cap. 1. extra de feud.* vt infra latius dicemus.

Et ſic intelligitur *Andr. in cap. 1. de alien. feud. pat. num. 7.* dum tradit poſſe Domino refutari etiam in præiudicium filiorum, loquendo in feudo nouo ex pacto, vel hæreditario antiquo, nam ſicut alienando cum aſſenſu teneretur habere ratum, ſic refutando Domino, quia alienatio eſt, quod latius declarauit *Io. Vincent. de Anna in repet. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. in rubr in verb. refutauit*, & hæc eſt communis *omnium* ſententia, & loquuti fuerunt *Doctor.* etiam in feudo nouo ex pacto, quod in primo acquirente eſt loco feudi hæreditarij, vt illud refutari poſſit Dño in præiudiciũ deſcendentium, & concluſionẽ reaſſumit *Io. Tho. de Mar. ſuper feud tit. 3. lib. 1. de feu. ex pact. et prouid. n. 30.* & quòd dixit *Camer. vbi ſupra* procedit ſecundum eoſdem terminos, ſua enim quæſtio, vt dixi eſt in tenente feudum quaternatum ſecundum quid, in cuius diſpoſitione requiritur aſſenſus vtriuſque Domini, vnde dum habens deſcendentes, refutat Domino immediato, nõ poteſt valere in vim refutationis, quia dicitur alienare; cumque in alienatione requiratur vtriuſque aſſenſus, merito

aſſen-

aſſenſus Baronis tantum, dum ſibi ipſi videtur aſſentire, non poteſt conualidare refutationem, ſeu alienationem, quæ per talem refutationem inducitur, quòd non procedit in feudo, quod à ſolo Rege recognoſcitur, nec procedit in feudo plano, in quo ſolus Baronis aſſenſus ſufficit, & hæc eſt vera ratio, & dum *Camer.* oppoſuit contra *Andr.* dicentem, quod non refutabit feudatarius Domino immediato, quia ſic fraudaretur Dominus directus collatione eiuſdē, quam habebat per *Conſtit. Regn. poſt mortem*, vult enim *Camerar.* quòd nulla poſſit conſiderari fraus, dum eſt Baro immediatus ſucceſſor, quia ad ipſum feudum deuoluitur, dico enim quòd malè *Camerar.* reprehendit *Iſern.* quia ſi non conſideratur fraus in deuolutione, conſideratur in collatione, dùm enim feudum vacat, licet ad Baronem deuoluatur, tamen Rex habet collationē, & confert tenendum à Barone, quo iure veniret priuandus, ſi haberet ex refutatione, quòd eſt illud, ſuper quo *Andr.* fundat dictum ſuum, idemque declarat *in cap. 1. §. poſt refutationem de vaſall. qui cont. Conſtitut. Lothar.* & propterea ceſſante ratione collationis in feudo plano, omnis ceſſat fraus, & cōſequenter poſſet refutari Baroni, & ſic limitatur doctr. *Andreæ*, vt per *eundem in d. §. poſt refutationem*, quæ omnia hodie ceſſant, ſi vigore *capitul. Papæ Honorij* Baro habet vtrumque, videlicet deuolutionem, & collationē, vt ſupra latius declarauimus, ob quod ceſſat omnis fraus, & non exiſtentibus deſcendentibus Dominus immediatus eſt ſucceſſor, & conſequenter per *text. in cap. 1. de alien. feud. pat.* valida erit refutatio etiam in caſu *Camer.* videlicet in feudo mixto, & ſic defenditur, & limitatur doctr. *Iſern.* ratio enim, quare valet refutatio facta Domino directo, etiam quòd vaſallus filios habeat ea eſt, quia dicitur alienatio, quæ in Dominum eſt permiſſa, nec alius requiritur aſſenſus, ex reg. *text. in cap. 1. extra de feud. vbi Imol. in 1. notab.* & eſt communis *omnium*, *Andr. in d. cap. 1. §. poſt refutationem 1. col. de vaſall. qui contra conſtit. Lothar. & idem Andr. in d. §. etſi libellum*, *vbi* dixit, quòd qui poteſt alienare abſque aſſenſu, poteſt refutare, & qui non poteſt alienare ſine conſenſu Domini, non poteſt refutare, quia refutatio alienatio eſt, & ob id cōcludit, quòd poteſt refutari Domino, etiam quòd refutans habeat filios, quia alienatio eſt, ergo valida eſt alienatio in Domino abſq; aſſēſu, ſi ob hoc valet refutatio, *Curt. 4. part. verb. ob hoc principaliter quæro ibi, quarto fallit*, & per prius *Ardiz.* dixit hoc eſſe indubitatum in *ſumm tit. vtrum pig. oblig. feud. prohib. cap. 116. Bald. Aluar. & Præpoſ. in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Fred. Afflict. in conſtit. conſtitut diuæ memoriæ nu. 33. & idem Afflict in cap. imperialem quæſt. 20. nu. 5. Camer in d. cap. imperialem fol. 12. à terg. lit. P, & f. 31 à ter. 4 col. lit S, & Loffred in conſ. 17. ante num. 53.* tradit pro indubitato ex reg. *text. in d. cap. 1. extra de feud.* alienationem feudi valere in Dominū
5 directum, hinc fit quæſtio, an idem ſit, quando fit in primogenitum Regis abſq; alio aſſenſu, quod firmauit *Afflict. in d. cap. imperialem 20. quæſt. & ibidem Capyc. cart. 22.* licet *Loffred. vbi ſupra* tenuerit cōtrarium, & malè, vt videri poterit in allegato *conſilio meo* facto in negotio Principis Biſiniani, & ob id, quòd dixit *idem Camerar. fol. 33. à terg 4. col. in fin.* vt Dominus ſit immediatus ſucceſſor feudatarij, & liceat ei refutare, quando non habet filios, nam aliàs illi eſſent ſucceſſores, iſtud inquam dictum, vel locum habebit in feudo ex pacto antiquo, quòd in præiudicium filiorum, & agnatorum, ſicut non poteſt alienari, non poteſt refutari, vel intelligetur ſecundum quęſtionem *Andr. ibi* in feudo mixto, vel tandem loquendo de propria refutatione ſtrictè, non autem reſpectu alienationis, quæ ex ea inducitur, nam dum non eſt præuentio ſucceſſionis, tunc intrat articulus, quòd importabit alienationem, quæ cum in Dominum ſit permiſſa, propte-
6 rea ſecundum *And in d. cap. 1. de alien. feud. pat.* valebit etiam quòd habeat filios, & retinebit nomen refutationis reſpectiuè, quia exiuit à Domino, & ad ipſum reuertitur, vt *idem Andr. ibidem* per prius declarat, inducitur enim renunciatio feudi, & illud retranſit in Dominum, & vtile dominium conſolidatur cum directo, & hæc reſignatio dicit *Andr.* quæ fit in Dominum, appellatur refutatio, per quam reſoluitur primus contractus infeudationis, quæ notentur pro vera indagatione terminorum, & diſtinctione hinc inde in hac materia confuſim traditorum.

7 Et ratio huius communis concluſionis, q̄dum contrahitur cum Domino donatur, vel alio modo in illum fit dominij translatio, aſſenſus non requiratur illa eſt, quia ceſſant in ea rationes prohibitiuæ alienationis feudorum conſiſtentes in intereſſe Domini fidelitatis deuolut. ſeruitij, ac etiam honoris voluntatis, atque reuerentiæ illius, ita quòd habetur, ac ſi cum aſſenſu eſſet facta diſpo-
8 ſitio, quo caſu nil differt feudum ab allodio, & iudicatur feudū, vt res allodialis, vt benè explicat *Frece. in 33. differ. inter feud. ex*

pacto.

pact. & feud. hæred. & in 2. differ. ibidem dicit, quòd feudum hæreditarium eſt res propria defuncti ſub regula feudali, quoad Dominum, ſed eo aſſentiente nil differt ab allodio, & ideò ſecundum *eum* poterit diſponere, prout vult, hinc limitatur diſpoſitio *text. in cap. 1. de ſucceſſ feud.* ibi *nulla diſpoſitione defuncti in feudo manente, vel valente,* limitatur inquam quãdo cum voluntate Domini diſponit loquendo in feudo hæreditario, vt per *Andr. in cap. 1. de nat ſucc. feud in addit. 2 col. verſ. quid ergo,* ob quod *Afflict. in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ* dixit valere teſtamentum in feudo, dum non diſponitur in perſonam videlicet immediatè ſucceſſurũ, quando aſſenſus præcedit, & hæc eſt communis, vt per *Bald. Aluar. Præpoſ. & alios in §. donare, qualiter olim pot. feud. alien.* congerit *Annapater in allg. 69 num. 56.* cum feuda ſint de per ſe alienabilia ſunt in commercio, & propter quoddam extrinſecum, quòd eſt Domini aſſenſus alienatio eſt prohibita, vt pluries diximus authorit. *Io. Fab in §. non ſolùm inſtit. de leg.* elegans doctr. *Andr. in §. illud poſt nu. 70. 3. col. in fin. de prohib alien. feud. per Freder. latè in conſ. meo 86. & in conſ. 27. 1. vol.*

Sed limito hanc concluſionem procedere in alienatione quacumque, quæ cum directo Domino immediatè fiat, ſed ſi fuerit facta alienatio feudi *Titio* ſine aſſenſu, & demum per mortem illius, vel per delictum quomodocumque fiſcus illi ſuccedat, non poterit prætendere fiſcus validitatem cõtractus interpoſiti cum alio, ex eo, quia illi ipſe ſucceſſit, cum verùm ſit dicere cõtractum cum ipſo non fuiſſe factum, ſed cum Titio, qui aſſenſu indigebat, ex cuius defectu contractus fuit nullus, & dominium nunquam fuit tranſlatum, vnde fiſcus in nihilo ſucceſſit, quia nil repetit poſt mortem Titij, cui ſuccedere intendit, & dùm ipſe non contraxit, non poteſt dici, quod aſſentit ſibi ipſi, & dùm vellet aſſentire poſt mortem, res non eſt integra, & aſſentiendo eſſet ſuper contractu defuncti non ſuo, ſuper quo neceſſarius eſſet explicitus aſſenſus, quia tacitus nunquam interceſſit, ſi non contraxit, nec alienationis notitiam habuit, & ſi alienans reuocauerit vigore *Conſtit. Regni conſtitut. diuæ memoriæ*, tanto magis firmatur nullitas cõtractus, etiam quod reuocatio fuerit interpoſita poſt mortem emptoris, ſiquidem *Conſtitut. Reg.* hanc præbet facultatem alienanti, qui ſi à fiſco præueniretur feudum ammitteret, iuxta tradita per *Andr.* ad propoſitum *in d. cap. 1. §. poſt refutationem 3. colum. de vaſall. qui contra Conſtit. Lothar. & in cap. 1. qui iur. ſit,* & cum hæc facultas reuocandi ſit conceſſa alienanti ad euitandam caducitatem feudi, quæ facultas eſt acquiſita per alienationem factam, non poteſt illa tolli ex prætenſa ſucceſſione fiſci, cum *conſtitutio* prædicta contrahentibus dat facultatem reuocandi, in quo nil cõmune fiſcus, ex eo, quia ſucceſſit emptori, cum præcedat ius acquiſitũ reuocandi, & cõtra fiſcũ etiam habet locũ *conſtitutio* prædicta, dixit notabiliter *Andr. in c. 1. §. donare, qualiter olim pot. feud. alien.* & aut fiſcus vult venire iure proprio, & nullum habet, quia ſiue ſuccedat ex contractu reſoluto, vel ex lege feudi propter delictum commiſſum, ſi non reperit dominium feudi, aut ius aliquod feudale in morte Titij emptoris, nullum ius prætendere poteſt, aut verò vult repræſentare perſonam emptoris, & tunc ſicut nullitas cum illo eſſet indubitata, & reuocatio vigore *conſtitutionis* procederet, ita etiam cum ipſo fiſco, ob quod apparet malè iudicatum per Iudices rebellium in cauſa illa relata per *D. Minad. in repet. conſtitutionis in aliquibus in 5. notab. num. 8.* quam deciſionem *idem D. Minad.* non eſt ſequutus, fundatur enim in eo, quòd *conſtitutio* prædicta non debet operari contra Fiſcum, & inducta in fauorem, & in augmentum nõ debent retorqueri in odium, quibus ſupra eſt reſponſum, ſiquidem reuocatio per *conſtitutionem* inducta eſt in fauorem partium alienantiũ, & contra fiſcum, qui aliàs ex alienatione feudum acquirebat, & in caſu de quo agitur reuocatio exercetur contra contractum factum cum tertio, & non cum Fiſco, & ſi ad finem, vt Fiſcus non præueniat, alienans debeat ante litem cõteſtatam reuocare, & agere, & totũ hoc eſt contra Fiſcum, ergo quomodo poteſt dici, quod reuocatio per *conſtitutionem* inducta non habet locum contra Fiſcum, quæ apud me nullam habent dubitationem.

Redeundo nunc ad articulum propoſitum, & ad concluſionem ſupra firmatam; quòd alienans in Fiſcum, ſeu directum Dominũ alio non indiget aſſenſu, apparet quod ſtante hac ratione ſic fundata, & declarata per veros iuris terminos, ſequitur quod vana fuit dubitatio *aliquorum* in hæredis inſtitutione, vt ſi feudatarius faciat teſtamentum, & in eo inſtituat directum Dominum hæredem in feudis, dubitarunt inquam, an ſit valida diſpoſitio.

Aut enim Dominus eſt immediatus ſucceſſor, deficientibus deſcendentibus, aut agnatis, & articulus non eſt diſputabilis, ſi vult capere ex teſtamento: nam aliàs venire

15 nire poſſet ad ſucceſſionem ex contractu reſoluto,& ſicut in feudo hæreditario teſtamentum eſt validum, dum inſtituitur immediatus ſucceſſor, & non procedit diſpoſitio *text. in d. cap. 1. de ſucceſſ. feud.* ſecundum latius tradita per *Frecc. vbi ſupra in* 20 *diffir. Ioan Vincent. de Ann. in repetit. conſtitution. conſtitut. diuæ memoriæ num.* 134. *gloſ. in Conſtit. Regni hac edictali*, quod in feudo hæreditario dixit *ibi Andr.* bene procedere, & dùm diſpoſitio fit in Dominũ, articulus non eſt dubius *Camerar. fol.* 32. *lit. F*, qui in caſu ſuo malè loquitur,& deciſum, & practicatum eſt contra ſuam deciſionem, vt ſemper valeat teſtamentum, & inſtitutio, quando eſt inſtitutus ſucceſſor à 16 lege inueſtiturę immediatè vocatus, hinc habet locum in feudis hæreditarijs remedium *text. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* latè per *Afflict. in ſua deciſ.* 119. *& in conſ. meo* 18. 1. *volum.* & ſucceſſiue cum Dominus dicatur immediatus ſucceſſor, vt diximus ſupra cum *Camerar.* in materia refutationis, ſequitur quod teſtamentum, ſeu inſtitutio erit valida.

Aut Dominus non eſt immediatus ſucceſſor, quia adſunt deſcendentes, vel alij voca- 17 ti ex lege inueſtiturę, & tunc inſtitutio perſonæ non vocatæ à lege inueſtiturę importabit alienationem, dicit *Andr. in cap. 1. §. filij tantum de ſucc. feud.* qui allegat *textum in l. peto §. fratre de leg.* 2. quòd per prius tradidit *Ardiz. in tit. vtrum vaſall. pot leg. feud. cap.* 126. *Afflict. in d. cap. imperialem num.* 32. qua ratione attenta *idem Afflict. in d. conſtitutione conſtitut. diuæ memoriæ* voluit *ibi num.* 4. quod vigore illius *conſti-* 18 *tutionis* prohibentis quamcumque alienationem, venit etiam prohibita ſine aſſenſu inſtitutio hæredis extranei, ſiue legatum, quia alienare dicitur, quòd per prius dixit *gloſ. ibi*, quòd per prohibitionem alinationis factam per dictam *conſtitutionem* intelligitur etiam prohibita teſtamenti factio, quia alienare eſt.

Si ergo importat alienationem,& hæc eſt permiſſa in Dominum ceſſantibus in eo omnibus rationibus, ex quibus aſſenſus eiuſdemmet requirebatur, ſequitur indubitatè, quòd valida erit inſtitutio, ſi inſtituendo dicitur alienare.

Sed fortius data poteſtate, ſeu facultate alienandi venit hæredis inſtitutio, & quælibet diſpoſitio per actum vltimę voluntatis, allegatur adhoc cõmuniter *text. in l. ſi quis prioris § caterum C. de ſecund nupt.* ita *Bar. in d. l peto §. fratre de leg* 2. *Frecc. latè in quæſt.* 38. *num.* 10. *libr.* 2. *in meo conſ.* 2. *num.* 171. 1. *volum. Fab. de Ann. latè in conſ.* 53. & latiſſimè innumeros cumulando *in conſ.* 86. & hæc eſt communis *omnium* opinio igitur ſi lex præbet facultatem alienandi in Dominum abſque alio aſſenſu, idem dicendum erit de hæredis inſtitutione, quia alienatio eſt, eædemque rationes militant in vno caſu, quæ in alio reſpectu poteſtatis, & validitatis diſpoſitionis à lege approbatæ, nec 19 differt feudum ab allodio, dùm in eius diſpoſitione opus non eſt Domini aſſenſu, nec ex parte ſucceſſorum aliud ius prætenditur, quam hæreditarium ex perſona defuncti, cuius hæredes eſſe tenentur, illiuſque factũ legitimum ratum habere debent, quòd non eſt in feudo ex pacto non hæreditario, de quo latius *in conſil meis* 13. 52. *&* 88. 1. *vol.* 20 hinc vt aliàs pluries diximus, ſucceſſor in feudo hæreditario poteſt grauari vſque ad concurrentem quantitatem valoris feudi,& ſi non cõfecerit inuentarium, tenetur etiam vltra, de quo per *Loffred. in ſuo conſ.* 46. dixit per prius *Andr in cap. 1. an agnat. cum* 21 *alijs per me* cumulatis *infra*, & hoc modo intelligitur, quòd *Andr.* ſæpius dixit, videlicet in feudo hæreditario non releuare inuentarium, quia feudum eſt de hæreditate, ſed benè releuabit ſecundum *eum* in hoc, vt vltra vires non teneatur.

Ponderetur deciſio *Andr.* indiuidualis in *§. donare qualiter olim pot feud. alien.* mouet 22 *ibi* enim quæſtionem, an *Conſtitutio Regni licentiam, quæ* loquitur in conſtituente dotarium in feudo, vt poſſit illud conſtituere abſq; aſſenſu, habet locum in legante, in teſtamento præſupponendo regulam ſecundum *eum*, quòd illud, quòd poteſt fieri inter viuos poſſit etiam in vltima voluntate, ad quod allegat *text in l. pactum ff. de pact. iun. cta gloſ. & in § vnico, vbi gloſ. fin. inſtit. de leg. fuſ. can. toll.*

Loquitur enim primo loco in feudo ex pacto non hæreditario, & limitat regulam, de qua ſupra, quia feudum per mortem deuoluitur ad filium, non vt teſtatoris, ſed legis beneficio, cumquè ſuccedat iure proprio, & diſpoſitio confertur poſt mortem in tempus, quo feudum eſt alienum, & extinctum eſt cum vita omne ius defuncti, propterea non valet conſtitutio dotarij, ſeu legatum illius in teſtamento, quod ſi hoc non repugnaret, dicit *And.* quòd procederet regula, vt quod poteſt fieri inter viuos, poſſit etiam in vltima voluntate.

Idem Andr. ibidem num. 8. iterum mouet quæſtionem arguendo, quod *conſtitutio* loquitur de conſtituente dotarium, & ſic per actum inter viuos, & aliud eſt relinquere in

vltima voluntate,& tandem loquens pariter in feudo ex pacto idem concludit per eaſdem rationes,limitat demum , ſecus ſi feudum eſſet hæreditarium ; nam tunc tenetur hæres ſeruare voluntatem legitimam defuncti arguit contra, & dicit, quòd *conſtitutio* loquitur de conſtituente dotariũ,non de legante , & ſic non erit legatum inualidum ratione rei, ſed quia non conſtituit , & *conſtitutio* requirit conſtitutionem, & quod potuit non fecit,& quòd fecit non potuit,quia *conſtitutio* loquitur de conſtituente, non de legante,ſubdit maximè ſi fieret ſine conſenſu Regis , adeò quod cum conſenſu valeret , & quòd dicit inferius,nec Rex poſſet conſentire, poſtquàm alij defertur, vt ex præmiſſis intelligitur , ſecundum *Modernos Addentes ibi* in feudo ex pacto.

Hæc quæſtio in dotario non eſt in caſu noſtro, quia eſt data poteſtas alienandi, ſed omnis vis *Andr.* eſt in verbis *conſtitutionis*,quæ loquitur de conſtituente dotarium, & in alienante firmat *Andr.* regulam , quòd poſſit etiam diſponere in vltima voluntate .

Rurſus dicit, quod quando fit cum aſſenſu,valida eſt diſpoſitio in feudo hæreditario, ſi igitur *Andr.* fundat,quod conſtituere dotarium eſt diuerſum à legare , quodque qui legat non conſtituit, ſed fatetur , quod qui poteſt alienare , poteſt diſponere in vltima voluntate, quando res eſt ad hæredem tranſmiſibilis , ergo ſi fundatum eſt, quòd inſtituere hæredem extraneum eſt alienare , & in facultatem habente alienandi , communis *omnium* eſt opinio compræhendi hæredis inſtitutionem, ſequitur,quòd ſecundum deciſionem *Andr.*ſumus ſub regula permiſſiua,& ſicut *Doctor.*dixerunt in feudo,quòd prohibitus alienare, eſt prohibitus inſtituere hæredem , & ob id habet locum *conſtitutio conſtitutionem diua memoria* in hæredis inſtitutione, licèt loquatur in alienatione ſecundum *Affict. ibidem* , ergo ſic è contrario permiſſa alienatione dicitur etiã eſſe permiſſam hæredis inſtitutionem , quæ cum ſemper valeat , quando fit cum aſſenſu , ſecundum *eundem Andr.* loquendo in feudo hæreditario , & hic ille non requiratur , ſed ſunt feuda ad inſtar allodialium , proinde omni iure dicere debemus , quòd ſicut inter viuos permiſſa eſt diſpoſitio, ita pariter per teſtamentum .

Et ne dicamus deficere deciſionem in proprio articulo , legatur *Ardiz. in ſua ſumma in titulo vtrum vaſall. poſſit vender. ius percip. cap.* 112. vbi quòd poteſt vaſallus vendere,proprietario donare, legare, aut cauſa mortis ius ſuum cõcedere, id eſt que *Curtius in ſuo tractatu feud.* 4. *part.* 14. *queſtione in fin. verb. prædictam communem concluſionem*, vbi pro abſoluto tradit poſſe vaſallum donare Domino feudum , vel eum hæredem inſtituere , format enim quæſtionem, an vaſallus poſſit in feudo conſtituere ſeruitutem ſine Domini aſſenſu , & poſt firmatam concluſionem , quod valebit in vita vaſalli, ſed reſoluto eius dominio euaneſcit ſeruitutis conſtitutio , dicit *ipſe* , quòd hæc concluſio limitatur, quando feudum reuertitur ad Dominum , vt Dominum , ſecus ſi reuerteretur ad eum,tanquàm priuatum , veluti quia vaſallus ipſi Domino donaſſet feudum , vel eum hæredem inſtituiſſet, &c. idemq; tradunt *Moderni Addentes ad Iſer. in cap.* 1. *in § huius autem generis num.* 12. *tertia colum. in verb. vel dicas per ſucceſſionem* .

Aliqui voluerunt inſtitutionem hanc infringere ſub ſpecie conſiderationis fraudis, dùm venit ex ea excludendus legitimus ſucceſſor , ſed vana eſt conſideratio , loquendo in feudo hęreditario , maximè deſcendentibus non exiſtentibus , quibus tantum teſtator relinquere tenetur legitimam eis iure naturæ debitam, ſi enim libera eſt diſpoſitio in feudo hæreditario cum Regis aſſenſu , & qui diſponit iure ſuo vtitur vti à lege eſt permiſſum, nec ius ſucceſſoris tollit, ſi nihil ei debet, & ille nullum ius habet in feudo radicatum, ita quòd ſi non habet, nihil illi tollitur , ſi teſtator illi relinquere non tenetur , quia omnis diſpoſitio de-
23 functi tenet in re ſua , & nihil ab ea detrahitur per tranſuerſales, turpi perſona non inſtituta ad *text. in l. fratres , vbi Scribentes, C. de inofficioſ. teſtament.* Igitur ſi diſpoſitio eſt voluntaria ſucceſſoribus tranſuerſalibus teſtator non tenetur relinquere , lex dicit,quòd dum quis iure ſuo vtitur,non
24 fraudat , non eſt in dolo, & nullus lædit , iuxta *text. in regula nullus ff. de regul. iur.* ibi *nullus videtur dolo facere , qui iure ſuo vtitur*, & per eadem verba loquitur *Iureconſult. in l. 3. § is tamen ff. de liber homin. exhiben.* cuius regulæ rationem reddit *Iureconſult in l. iniuriarum § 1. ff de iniur* ibi *iuris enim exequutio non habet iniuriam* , igitur quomodo poteſt infringi inſtitutio ſub cõſideratione fraudis , ſi non datur præexiſtentia iuris,quòd fraudari dicitur, dum in feudo hæreditario nullum habent tranſuerſales,& non entis nullæ ſunt partes,& ob id in propria materia dixerunt *Doctor.* nullo modo poſſe tractari reſpectu tranſuerſalium materia diſpoſitionis fraudulentæ ,

vt

vt per *Loffred. in d. conſil. 46. ante num. 24. verſ. ſecundo non obſtat*, vbi probatum erat teſtatorem dixiſſe velle de omnibus diſponere in odium tranſuerſalis, quòd *conſilium* allegaui in dicto *conſil. meo 88. in vltimo dubio*, & in his quorum libera eſt diſpoſitio procedit *text. in l. cum à matre*, dixit *Paul. de Caſtr.* cum *alijs* relatis per *Aymon. in conſ. 200.* dum legitimè diſponitur, & in feudo hæreditario conſuluit *Roland. à Valle in conſil. 71. 2. volum.* & latiſſimè terminos diſtinguens, & omnia cumulans *Cephalus in conſ. 393. volum. 3.* vnus enim caſus eſt in eo, qui facit actum in fraudem Domini, alius eius, qui facit in fraudem iuris deferendi alteri poſt mortem, ſiue velit, ſiue nolit defunctus, & alius illius, qui ad nihilum ſucceſſori tenetur, nec prætenſus ſucceſſor habet ius aliquod radicatum in bonis teſtatoris, in cuius libera poteſtate eſt ſuorum bonorum diſpoſitio; primis enim duobus caſibus habet locum materia fraudis, & quia regulatur à iure radicato, & debito, propterea non datur reuocatio ex cauſa fraudis, niſi vſque ad concurrentem quantitatem legitimæ, quia in hoc debito eſt præiudicium, ad *text. in l. 1. C. ſi in fraud. patr.* & dicitur diſpoſitio contra legem, vel contra ius ſucceſſoris, & ſic procedunt dicta per *Bart. & Doctor. in l. defuncto eodem titulo*, quando verò ſumus in tertio caſu, ſi nullum ius eſt debitum, meritò nulla eſt timenda materia fraudis, quæ latius exarata ſunt in prædicta conſultatione facta in caſu refutationis olim factæ per quondam Principem Biſiniani in beneficium Cattholicæ Maieſtatis, in qua cauſa non fuit deciſus articulus validitatis refutationis ſi poterat fieri in directum Dominum, ſed conſultus fuit Rex ſi decebat acceptare ex eo, quia erat Princeps prodigus declaratus, non habebat integram perſonam, non poterat diſponere, nec de feudalibus, nec de allodialibus, & carebat omni iudicio, quare videbatur Rex ipſemet acceptando diſponere in ſuum beneficium de rebus prodigi neſcientis quid agebat, & quid donabat, vt ſic à caſu illo ad quæſt. de qua ſupra non ſit inferendum.

Pondero deciſionem *Andr. in §. ſed & res, per quos fiat inueſtit.* dum tractat, an valeat infeudatio de iure communi feudorum permiſſa, ſi illa fuerit in fraudem agnati facta, loquens in feudo ex pacto, & concludit, quòd etſi per eam non præiudicetur agnato, quia durat durante vita infeudantis, ita quòd diſponit ille de iure ſuo, tamen concludit, & benè, quòd cum lex permiſerit feudatario infeudare, quatenus ſincerè, & ſine fraude, ſequitur, quòd dum fit cum fraude, quod deficit legis permiſſio, & remanet diſpoſitio feudi abſque aſſenſu legis, & conſequenter nulla, verùm ſi hoc fuerit factum cum aſſenſu Domini, tunc ſicut potuiſſet alienare cum eius aſſenſu potuit infeudare, & quanquam præſupponatur in fraudem, nullam vult de ea habendam eſſe rationem, ſi non tangitur ius ſucceſſurum, ſeu agnatorum, quia durat durante vita infeudantis, qui poteſt de iure ſuo in vita diſponere ad ſuum libitum, deficiebat enim infeudatio ex defectu legis ſtatuentis, quòd illa fiat ſincerè, & ſine fraude, hoc ſupplet nouus Domini aſſenſus, & conſequenter nulla habetur fraudis conſideratio, quanquàm fraudulenta infeudatio præſupponatur, quia ſi licebat cum Domini aſſenſu durante vita alienare non eſt conſiderabilis fraus, ſi infeudat cum eodem Domini conſenſu, & infeudatio alienatio eſt, ad quod eſt elegans *textus in l. prima §. quod autem ff. ſi quid in fraud. patron.* quem ad propoſitũ excluſionis fraudis allegat *Ardiz. in ſumma in tit. ſi feud. detur in fraud. cap. 16.* cuius *text.* verba ſunt infraſcripta.

Quod autem mortis cauſa filio donatum eſt, non reuocatur, nam cui liberum fuit legare filio, quantum vellet is donando non videtur fraudare patronum.

Dum ergo præſupponimus feudorũ liberam habere feudatariũ diſpoſitionẽ, dum cũ Dño cõtrahit, vel in Dñm quocumq; modo diſponat, tàm inter viuos, quã in vltima voluntate, loquendo de feudo hæreditario, & tranſmiſſione in hæredem, non ſucceſſione acquiritur, ſequitur ſecundum *prædallegata*, quòd vana eſt fraudis oppoſitio, quia cui liberum fuit diſponere in vita, non intelligitur fraudaſſe diſponendo in morte, & dùm cum aſſenſu omnis diſpoſitio validatur, etiã quæ habeat fraudis præſumptionem, quando ſolum tractatur de iure diſponẽtis, quòd in feudo hæreditario eſt abſolutum feudatarij, & nihil debetur pœnitus tranſuerſali, & in filio iudicauerũt detrahi debere ab extimatione legitimam tantum, vt in cauſa Marchionis Lauelli, cum fratre, quia in ea videbatur filius præiudicatus, tanquàm debita iure naturæ, propterea extraneus eſt articulus fraudis, dum tractatur de tranſuerſali, aliàs ſemper quælibet diſpoſitio teſtamenti, cum aſſenſu eſſet nulla, & verum eſt communem eſſe *omnium*, teſtamentum, in quo extraneus hæres inſtituitur valere in feudalibus ſi validatum eſt legitimo aſſenſu, ad quod *Doctor.* congerit *Anna pater in prædicta allegat. 69. num. 58.* qui conſuluit

ſoluit in aſſenſu impetrato poſt mortem, & malè reſpectu præiudicij ſucceſſorum, de quo latè *Camer. fol. 90. 4. colum. litera F*, ſed in aſſenſu impetrato ante mortem, nullus dubitauit, de quo per *Afflict. in d. conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ*, & declarauimus infra latius, quæ notentur, nàm deſeruiunt in dies, in caſibus contingentibus, & ſic vt diximus in *allegato conſilio* pro Principe Biſiniani fuit practicatum in legato facto per Reginam Poloniæ ſtatus Bari, & Roſſani Regi Philippo ſecundo, non obſtante quòd hab bat filium Regem Poloniæ, eandemque diſpoſitionem fecit quondam Marchio Orię eius ſtatus habens ſororem vtrique coniunctam, & nunquàm dehoc fuit hæſitatum.

Hæc reduntur indubitata ex concluſione ſupra firmata authoritate *Iſern. & aliorum* communiter, vt poſſit refutari Domino etiam in præiudicium filiorum, ergo non datur, ſeu conſideratur fraus; nàm alias nulla, aut inualida eſſet refutatio; immò ex hoc tanto magis cõfirmatur ex dictis *Andr.* præcedens concluſio, quòd poſſit directus Dominus inſtitui hæres, arguendo, prout *ipſe* arguit in *d. §. etſi libellum*, quòd qui poteſt alienare, poteſt refutare, ergo eadem militante ratione, qui poteſt refutare, poteſt inſtituere; & ſi refutatio dicitur præuentio ſucceſſionis, ob quòd principaliter illa admittitur, quæ præuentio non ſolùm conſideratur reſpectu immediatii ſucceſſoris, ſed etiam Domini, qui aliàs eſt legitimus ſucceſſor, & ſicut in filium, & in immediatum ſucceſſorem poteſt refutatio fieri, ita pariter in Dominum ex prærogatiua dominij directi, quanquàm vtilis Dominus filios habeat, igitur remanet articulus benè deciſus in vtroque caſu, tàm poteſtatis, quàm fraudis.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio cum reſeruatione vſusfructus abſque aſſenſu fieri non poteſt, & non ſufficit Proregis aſſenſus, ſed Regis, niſi fiat contemplatione matrimonij.*

2 *Refutatio cum reſeruatione vſusfructus valebit, ſi refutans, in cuius beneficium reſeruatio eſt facta, illam tollit.*

3 *Lex ſemper loquitur.*

4 *Actus, qui fit ad conſeruandum, & validandum, habetur ac ſi de nouo fieret.*

5 *Ratio quare refutatio cum reſeruatione vſusfructus non ſubſiſtetur, vt pura reiecta reſeruatione eſt indiuiduum voluntatis.*

6 *Actus remanet purus, quando remittitur conditio, aut qualitas, cum qua fuit celebratus, & habetur, ac ſi à principio fuiſſet purus.*

7 *Ratio prohibitionis, refutationis cum reſeruatione vſusfructus eſt diuiſio feudi, quæ ex ea cauſatur.*

8 *Prorex an poſſit aſſentire venditioni factæ cum pacto, quòd pendente ſolutione pretij dominium non transferatur, cum videatur hoc prohibitum per Pragmaticam nouem capitum, & concluditur pro parte affirmatiua contra deciſionem Domini de Franch.*

9 *Aſſenſus impetratus ſuper venditione abſq; mentione pacti ſuſpenſiui translationis dominij pendente ſolutione pretij, an validet contractum, quando fuit impetratus à venditore, in cuius beneficium pactum erat appoſitum, & concluditur pro parte affirmatiua contra deciſionem D. de Franch.*

10 *Pactum ſuſpenſionis translationis dominij, donec pretium ſoluatur eſt validum in allodialibus.*

11 *Contractus venditionis ex re, & pretio perficitur.*

12 *Pretium ex poſt facto poteſt in totum remitti, remanente venditione valida.*

13 *Venditio facta pro certo pretio non operatur translationem dominij niſi pretium fuerit ſolutum, vel habita eius fides.*

14 *Pactum, quod pendente ſolutione pretij dominium non transferatur eſt de natura contractus.*

15 *Contractus cum pacto reſeruationis dominij pendẽte pretij ſolutione dicitur purus, & non conditionalis.*

16 *Dominij reſeruatio valida, quando non eſt perpetua, ſed temporalis ad effectum ſolutionis pretij.*

17 *Expreſſio eius, quòd tacitè ineſt naturaliter, nihil de nouo operatur.*

18 *Emptor, qui in poſſeſſione reperitur rei emptæ facta ſolutione pretij, propter quam erat dominij trãslatio facta, opus non habet noua traditione.*

19 *Feudum locari poteſt ad tempus.*

20 *Verba intelliguntur, prout ius intelligit.*

21 *Ponitur ratio, quare aſſenſus ſuper venditione, & non ſuper pacto expeditus non valet.*

22 *Pactum eſt pars contractus.*

23 *Vtile per inutile vitiatur in feudis, quando adeſt indiuiduum voluntatis.*

24 *Aſſenſus Domini tollit obſtaculum, & vaſallus eſt qui transfert dominium.*

25 *Venditio facta cum pacto addictionis in diem,*

diem, vel legis commiſſoria remanet pura, ſi pactum remittitur, quod exerceri non poteſt inuito venditore.

ARGVMENTVM.

Aſſenſus non poteſt præſtari per Proregem in refutatione facta cum reſeruatione vſusfructus, niſi contemplatione matrimonij: verum ſi tollitur reſeruatio, refutatio remanet pura, & valebit abſque alio aſſenſu facta immediato ſucceſſuro. Prorex aſſentire poteſt venditioni factæ cum pacto, quòd pendente ſolutione pretij dominium non transferatur, non obſtante *Pragmatica nouem capitum*, quia hoc eſt pactum naturale contractus, & ineſt de ſui natura, non eſt perpetuum, ſed temporale, & ex eo non inducitur diuiſio feudi, quòd pactum remitti poteſt per venditorem, in cuius beneficium eſt factum, & valebit aſſenſus tali caſu impetratus à venditore ſuper venditione, & non ſuper pacto.

§. III.

1 VIDIMVS vltra tradita per *Loffred. in ſuo conſ. 3.* quòd vigore *Regiarum Pragmaticarũ* ſecundum *Camer. in d. cap. imperialem fol. 32.* minimè valeat refutatio cum reſeruatione vſusfructus, & hoc eſt hodie de indubitabili, quæ *Pragmaticæ* etiam vetant Proregibus aſſentire ſimilibus refutationibus, niſi fierent contemplatione matrimonij, & inſuper quod *Io. Vincent. de Ann. in allegat. 35. 1. volum & in alleg. 97. 2. vol.* tenuit, quod 2 ſi à refutatione fuerit ſublata reſeruatio vſusfructus, vel alia qualitas, quæ ipſam annullabat, quod remanebit refutatio ſimplex, & pura, & confirmatur, cum fiat hoc ab eo, qui poteſtatem habet actum de nouo facere, dùm de ſuo tantum prejudicio tractat, & de eo, quòd in ſui fauorem appoſuerat; & ſaltim valebit in vim nouæ refutationis, & refert in *allegat. 97.* ſic fuiſſe iudicatum, & in *allegat. 35.* dicit per arbitros fuiſſe cauſam concordatam, & teneo deciſionem fundari in veris iuris terminis; nam lex ſemper loquitur, iuxta *text. in l. arriani C. de hæret.* 3 quæ dum ex vna parte annullat refutationem cum reſeruatione vſusfructus, ex altera eam confirmat, & validat, quando ſit pura abſq; alia reſeruatione: ergò ſi reſeruatio tollitur, remota eſt qualitas annullatiua, & conſequenter lex prohibitiua, remanente ſimplici refutatione ſub diſpoſitione 4 legis permiſſiua, quæ lex, vt dixi, ſemper loquitur, & actus, qui fit ad conſeruandum, & validandum operatur, ac ſi de nouo fieret, & in eſſe tanquam nouus producitur, cumulat deciſiones *Alex. in l. 3. ff. de acquir. poſſ. num. 18.* & rurſus ſecundum eleganter conſi- 5 derata per *Camerar. vbi ſupra*, ratio quare non reijcitur reſeruatio vſusfructus, & non remanet refutatio valida, eſt conſiderando indiuiduum voluntatis refutantis, qui ſine reſeruatione; aliàs nõ refutaſſet, quòd cum ceſſet per annullationem reſeruationis per eumdem refutantem factam; meritò refutatio tanquàm pura ſubſtinebitur, & procedunt termini *text. in l. 1. §. fin. ff. de reb. eor.* & regula quod in feudis vtile per inutile non vitiatur; quæ cum habeant effectum ſucceſſiuum, & ſpem conualidationis, vel propter aſſenſum ſuperuenturum, vel propter ſublationem reſeruationis, ſeu qualitatis, quæ ipſam annullabant, ita quod ſtat interim in pendenti, & diximus pluries ſecundum regulas *Feudiſtarum*, à *quibus* communiter allegatur *Io. Fab. in §. non ſolùm, inſtitut. de legat* propterea dato tractu ſucceſſiuo, & non effectu nullitatis conſumato, quia ſtat actus in pendenti propter ſpem reconualidationis, ſequitur quod ceſſante cauſa annullationis ex remotione qualitatis, quæ eam cauſabat, ceſſabit etiam eius ef- 6 fectus, & quotieſcumque remittitur conditio, aut qualitas, cum qua actus fuit geſtus, habetur ſecundum *Ann.* ac ſi à principio purus factus eſſet, ex reg. *text. in l ſi neceſſario §. quòd ſi pendente ff. de peric. & commo. rei vend. in l quædam ff. de reb. dub.* quæ *iura* ad propoſitum allegat *Andr. in cap. 1. de nat ſucceſſ. feud. num. 27. verſ. videtur dicendum, & in cap. imperialem nu. 40. de prohib. feud alien. per Freder.*

7 Cumq; ratio quare non valet refutatio reſeruato vſufructu illa ſit, quia inducitur diuiſio feudi, cum vſusfructus ſit pars dominij, ad *text in l. 4 ff. de vſufruct.* & videretur feudum diuidi in plures, & propterea *Pragmaticæ* dicta *delli noui capi*, æquiparat caſum alienationis reſeruato vſufructu caſui reſeruationis dominij, vel diuiſionis feudi inter plures, cuius *Pragmaticæ* infraſcripta ſunt verba.

Quinto vbi feudum, quod ab vno tenetur in duos, tres, vel plures inſolidũ, aut pro parte, vel reſeruato vſufructu, vel dominio tranſfertur, &c.

Meritò ſublata reſeruatione ceſſat diuiſio, & conſequenter cauſa annullatiua, quæ ex ſeq. magis confirmabuntur.

8 His ſic ſtantibus, de duobus aliàs fuit dubitatum: Primum, an Prorex poſſit aſſentire, ſi eſt facta vẽditio feudi cum pacto, quod pendente ſolutione pretij non transferatur

dominium, cum videatur caſus particulariter exceptus in dicta *Pragmatica*, ibi, *vel reſeruato vſufructu, vel dominio, transfer-*
9 *tur*. Secundum fuit dubium, an ſi remittatur pactum, ſeu impetretur aſſenſus per venditorem ſimpliciter abſque mentione pacti prędicti, venditio validetur, quaſi quòd venditor, cuius intererat pactum ſeruari, in cuius beneficium illud erat poſitum, videatur pacto renunciare, & de ambolus *deciſionem* fecit *D. de Franch num.* 540. *in* 4. *vol.* & primum dubiũ paucis verbis abſoluit ſine alia *allegatione*, contentus tantum verbis *Pragmaticæ* prædictæ tenens pro indubitabili aſſenſum per Proregem præſtari non poſſe, & non fuit de hoc tanquam indubitato aliter diſcuſſum; ſed quæſtio fuit in ſecundo dubio de aſſenſu præſtito abſq; mentione pacti prędicti an validet contractum, & poſt articulũ diſcuſſum refert per Sacr. Conſ. fuiſſe deciſum, aſſenſum minimè contractum validare, quæ *deciſio* ſalua pace tanti *viri* mihi per quàm dura viſa fuit, & licèt multum elaborraſſem, non potui meam ſententiam cum ea accomodare, & propterea legantur ſequentes conſiderationes, remittendo eas iudicio peritiorum.

Circa primum dubium, an ſubſiſtat pactum in feudalibus, nàm in allodialibus cõ-
10 munis eſt opinio illud valere, vt per *eumdem D. de Franch. in ſua deciſ.* 506. illud erit primo inquirendũ, ſi hoc pactum eſt de natura contractus, etſi ex eo venditio impropriatur, & feudi diuiſio inducitur, & demum videbimus, quomodo verba *Pragmaticæ* intelliguntur.

11 In dubium eſt, contractũ venditionis perfici ex re, & pretio conuento tantum ad *text. in l.* 2 *ff. de contr empt.* licet ex poſt facto poſ-
12 ſit pretium totum remitti, & donari: nam hoc non obſtante venditio permanet in ſua natura, & eſſentia, dicit *glo. in l. cum in venditione ff. eod. tit. quæ* allegat *text in l. ſi tibi habitationem ff. loc. vbi ead glo.* & hoc quoad perfectionem contractus, cuius natura eſt,
13 quòd ſi pretium non ſoluitur, dominium rei venditæ remanet integrum, & indiminutum pęnes, venditorem, & nullum ſuper re vendita ius acquiſiuit emptor, niſi habita fuiſſet fides de pretio, iuxta reg. *text. in §. venditæ inſtit. de rer. diuiſ. in l quod vendidi eod. tit. de contrab. empt.* ex quo famigerata eſt, &
14 communis doctr. *Bal. in rubr. C. de contrab. empt in* 13 *quæſt. qui* dixit valere pactum prædictum, quia ea conditio eſt de natura venditionis, & naturalis ipſius contractus, cum nihil de nouo inducat, ſed exprimit, quod ab intellectu iuris in contractu conti-
15 nebatur, vt non facta ſolutione pretij dominium non transferretur, ideoq; *Couar. var. reſol. cap.* 11. 3 *lib. num.* 6. per prędicta tenuit contractum hunc eſſe purum, & non conditionalem, cum contineat id, quod inerat, & erat de natura contractus, idemq; ſequitur *D. de Franch in d. deciſ.* 506. & ideò in illa cauſa fuit deciſum venditorem præferri omnibus creditoribus emptoris tanquam in re ſua propria, quæ nunquam ab eo abſceſſit
16 vigore pacti prædicti. Quòd cum non ſit perpetuum, ſed temporale ad effectum tantum ſolutionis pretij iuxta naturam contractus; propterea valet, ſecus verò ſi eſſet perpetua diuiſio, & reſeruatio dominij à poſſeſſione rei, quo caſu procedit *text. in l. cum manuſata §. final. ff. de contrab empt.* vt per *Dec in conſil.* 440. *in princ. & alios quos* recenſet, & ſequitur *D. de Franch. in alleg. deciſione*, & cum ſit expreſſio eius, quod tacitè inerat naturaliter, nihil de nouo operatur,
17 ad *text. in l.* 3. *ff. de leg.* 1. cum *alijs* ad propoſitum cumulatis *infra §.* 5. *verb. ex aduerſo videtur*, vnde cum lex approbet venditionem cum ſuſpenſione tractationis dominij, donec pretium ſoluatur, propterea de validitate pacti prædicti non poteſt dubitari:
18 hinc *idem Bald. vbi ſupra*, dixit quòd exiſtente emptore in poſſeſſione, & facta ſolutione non requiritur alia traditio, quia titulus præceſſit habilis, emptor reperitur in poſſeſſione vigore tituli antecedentis, ob quod *Bald.* allegat *text. in l quædam mulier ff. de rei vendic.* translatio dominij ſtabat in ſuſpenſo propter ſolutionem pretij, meritò ſubſequuta ſolutione illius, abſque alia noua traditione dominiũ in emptorem erit tranſlatum ex reg. *text in §. interdum inſtit. de rer. diuiſ.* vbi eſt caſus, vt nuda voluntas Domini ſufficiat ad transferendum rei dominiũ ei, qui in eius poſſeſſione reperitur.

Si dominium integrum per pactum remanet pœnes venditorem, ſi contractus iudicatur purus, ſi hoc eſt naturale, & ineſt in contractu emptionis, & venditionis, & pactum nihil noui operatur, ſi taliter remanet venditor in ſuo integrali dominio rei, quod excludit omnes creditores emptoris; videamus, ſepoſita *Pragmatica*, quid repugnat, quòd in feudis non poſſit Prorex aſſentire, ſi feudum non diuiditur, non alteratur, non mutat naturam, nec ab illius Domino dominium diſcedit, & ponamus venditionem feudi factã cum aſſenſu abſq; pacto prędicto poſſetne prætendi nullitas illius ex defectu poteſtatis Proregis quando ex nõ ſolutione pretij dominium adhuc pęnes venditorem remanſit? certè non: ergò ſi pactum aliud

non

non operatur, quàm idem, quod ius operatur ſecundum naturam venditionis, quæ pura, & ſimplex iudicatur, ſequitur quod nulla erit differentia inter allodialia, & feudalia, nec tranſlatio poſſeſſionis eſt conſiderationis, cum hoc non tangat proprietatem feu-
19 di, & ideò permittuntur locationes feudorum ad tempus, quia non tãgunt dominium feudi, de quo per *Andr. & Scribent. in dicto cap. imperialem* hinc ſuccedente caſu deuolutionis, vel releuij, aut ſimilis, quid dubij, quòd periculum omne eſſet venditoris tanquam Domini.

Remanet obiectum, *Pragmaticæ*, cui facillima eſt reſponſio, ſiquidem verba *illius*
20 intelligi debent, prout ius intelligit, dicit ſæpè ſæpius *Andr.* ex regul. *text. in l. ſi cui ff. de ſeruit.* vnde cum habeamus diſtinctionem *iurium*, vt ſupra factam, & communiter à *Doctoribus* receptam, vt quando perpetuò eſt facta reſeruatio dominij ſimpliciter, tunc nulla ſit venditio, quia contra naturam venditionis, dicit *text. in d.l cum manuſata §. fin.* & inducitur diuiſio dominij ab vſufructu formaliter; quando verò ad finem ſolutionis pretij, & donec illud ſoluatur ſuſpenditur tranſlatio dominij, non perpetuò, ſed temporaliter, tunc caſus eſt in oppoſitum, quia non fit hoc ad finem diuidendi, ſed perficiendi venditionem, & tranſferendi dominium, quod abſque ſolutione pretij ex natura contractus venditionis non transferebatur, ita quod ſicut in primo caſu venditio non tenet, quia pactum perpetuum reſeruationis dominij eſt contra naturam, & ſubſtantiam cõtractus, ſic è contra in ſecundo caſu tenet, quia eſt de natura taliter contractus, quòd abſque pretij ſolutione dominium non trãſfertur, & ob id cum hæc ſint naturalia contractus, expreſſio ipſorum non alterant, & pura iudicatur venditio, ex qua cum non inducatur diuiſio feudi, nõ afficitur dominium ex eo nõ diuiditur in plures, ſed per pactum tantum remanet effectus tranſlationis in ſuſpenſo, propterea *Capitulũ Pragmaticę* non habet locum, quod intelligi debet in primo caſu, in quo eſt impropria venditio, eſt pactum contra naturam, & inducitur diuiſio feudi, ad quod *Pragmatica* habuit oculos, & ob id caſus omnes *ibi* expreſſi ſunt quando feudum diuiditur in plures, dominium in plures transfertur, vel feudum ipſum ſcinditur, inter quos caſus adeſt, quando fit venditio cum reſeruatione dominij; igitur ſi caſus, de quo tractatur hoc non importat, ſed eſt pactum inſitum de natura venditionis tẽporale vſquequo pretium ſoluatur ad eſſentiam effectualem vẽditionis, ſine quo dominium nunquàm transferretur, ſequitur non poſſe dubitari de poteſtate Proregis in aſſentiendo, cum effectiuè ex hoc aliud non oriatur, niſi cautela prælationis in conſequutione pretij, & hæc fuit mens, & hæc eſt voluntas contrahentium, non autem inducere diuiſionem feudi, & ſic diſtinguit *Bald. in dicta rubr. de contrab. empt.* nam *in* 11 *quæſt.* quærit, quid ſi apponatur pactum in venditione dicendo vendo rem retento dominio ſimpliciter, an illud valeat, & dicit non valere, quia remouetur ab eo naturalis eius effectus, & allegat *text. in d.l cum manuſata §. fin. in* 13. verò *quæſt.* quærit, quid ſi venditor tradit rem cum pacto, quod non tranſeat dominium, donec integraliter pretium perſoluatur; an hoc caſu contractus valeat? per *text. in d.l cum manuſata §. fin.* & dicit valere, quia hoc pactum eſt naturale contractus, cuius cõtrarium eſt in primo caſu. Hinc dicit, quod facta ſolutione non requiritur noua traditio, quæ deciſio eſt punctualis ad quæſtionem, cumq. *Pragmatica* talem ſemper recepit interpretationem, quia indiſtinctè fuerunt aſſenſus conceſſi à Proregibus venditionibus, cum pacto prędicto factis, ita quod habemus conſuetudinem interpretatiuam, & obſeruantiam Collateralis, propterea punctus videtur de indubitabili, de quo in *conſ. meo* 41. 1. *volum.*

Quoad ſecundum punctum, præſuppoſito defectu poteſtatis Proregis, an ſi idem venditor, in cuius beneficium eſt pactum, ſi inquam ipſe impetrauit aſſenſum ſimpliciter, abſque mentione pacti, venditio validetur, quod mihi viſum fuit minus dubitabile, articulo ſupra diſcuſſo, præſupponendo tamen emptorem non reuocaſſe venditionem, vigore *Conſtitut. Regn.* ante aſſenſus impetrationem.

21 Aſſenſus enim ſimpliciter præſtitus ſuper venditione abſque mentione pacti, non deficit ob ipſius defectum, cum in ſe ſit vndequaque validus, ſed deficit, quia ſuper par-
22 te tantum contractus, & non ſuper pacto ad *text. in l fundi partem ff. de contrab. empt.* ſine quo pacto cum aliàs partes non contraxiſſent, deficit aſſenſus ex indiuiduo voluntatis contrahentium, iuxta communem doctrinam *Bart. in l. græcè §. illud de fideiuſſ.*
23 & hoc modo dicitur vtile per inutile vitiari in feudis, vt eleganter explicat, & declarat *Camerar. à princip. allegat. cart.* 58. in quæſtione illa, de aſſenſu præſtito ſuper venditione, & non ſuper pacto de retrouendendo, quam etiam ponit *D. Frecc. in 2 lib. in quæſt.* 16. *& in quæſt.* 41. ponit quæſtio. in aſſenſu ſimpliciter impetrato ſuper venditione,

ne, & non ſuper pacto ſpeciali obligationis rei pro ſolutione pretij, vnde ſi aſſenſus habet ſuam perfectionem, ſed non operatur vltra partium voluntatem, cum Dominus aſſentiendo nihil aliud facit, niſi tollere obſtaculum, & vaſallus eſt, qui transfert dominium, vt eleganter declarat *Camerar. in eodem loco cart. 43. à terg. liter. P.* authoritate *Bald. in l. ſi vt proponis C. de ſeru. pign. dat.* cum *alijs* per *eum allegatis*, quod eleganter explicauit *Iſern. in eodem cap. imperialem nu. 11. 2. colum.* ibi, *ſed ſi vendebatur*, & melius *num. 13. 5. colum.* ibi, *quamuis conſenſus Domini* taliter, quod non poteſt transferri vaſalli voluntate deficiente, propterea vis non eſt in validatione aſſenſus, ſed in voluntate vaſalli vendentis, & ob id ſi pactum remiſerit, vel quoquomodo demonſtrabitur non adeſſe indiuiduum voluntatis, tunc nulla habetur ratio pacti, & aſſenſus perficit venditionem, & in hoc caſu proce ſunt omnia tradita per *Loffred. in allegato ſuo conſ.* dum diſputat articulum ad partes, & adducit deciſiones, vt refutatio valeat reiecta reſeruatione vſusfructus, & per *Afflict. in deciſion. 338. qui* loquitur in propria quæſtione, cum *alijs* congeſtis per *Tiraqueil. de vtroque retract. part. 1. gloſ. 2. num. 37.* & quæ latè diſſeruit *Bammacar. in d. cap. ſi beneficium, ſi de feud. defunct. milit.* cum *alijs* latiſſimè congeſtis, & declaratis *ſupra in eodem §. in artic. illo refut. feudi reſeruato vſufructu*, quibus vera reſponſio eſt indiuiduum voluntatis ſe cũdum *Camerar.* quo ceſſante remanet actus vndèquaq; pfectus, & validus, quia remanet venditio pura, cum ſuo aſſenſu, vt dicimus in venditione facta cum pacto adiectionis in diem, aut legis commiſſoriæ, vbi poteſt remitti pactum, & remanet venditio, ac ſi pura facta eſſet à principio, quia quæ in voluntate partium conſiſtunt, poſſunt eædem partes remittere, nec poteſt pactum legis commiſſorię, aut adiectionis in diem exerceri inuito venditore, in cuius beneficium illud eſt celebratum ad *text. in l. 2. & 3 ff. de leg. commiſſ. l. Sabinus ff. de in diem adiect.* & re iam tradita, ex iuſto titulo habili ad translationem dominij, non requirit aliam traditionem, vt ſupra diximus, quia voluntas emptoris adfuit, dum emit, & poſſeſſionem cœpit, voluntas venditoris ſuſpenſa per pactum pariter adeſt ex ipſius remiſſione, ob quod dicit *Bald.* facta ſolutione nõ requiri nouam traditionẽ, & ſic hic facta remiſſione, & conſequenter ceſſant omnia conſiderata in prædicta *deciſ. D. de Franch.* quæ latius explicauit *Menoch. in tractat. de præſumption. libr. 6. præſumpt. 67. authorit. Cyn. in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ.* & eleganter *Aret. in conſ. 128. colum. final.*

Nec cadit in hoc materia iuris ſuperuenientis, cum ſemper Dominus fuit Dominus habuitq. idem dominium, ſed voluit ſuſpendere illius translationem, quod remittendo idem dominium cum aſſenſu valido eſt illud, quod transfertur, nec iure cautum repetitur, quod in remiſſione talis pacti requiratur aſſenſus, ſi præſupponitur pactum inualidum, quia non poteſt ſuper eo aſſentire, & cõſequenter nullum ipſo iure, vnde nulli dubium illud eſſe reijciendum, ſed quia venditor alias non vendidiſſet, propterea venditio non ſubſtinetur, & ob id remittendo venditor pactum, & præcedente aſſenſu in venditione non poteſt de ipſius validitate dubitari, ſi pactum erat in fauorem venditoris, & contra emptorem, & remiſſio eſt in beneficium emptoris, & contra venditorem, in quo ſunt propriæ quæſtiones *D. Frece.* tàm in pacto de retrouendendo, quàm in pacto ſpecialis hypothecæ, vt ſi pacta fuerint in diuerſis contractibus pẽnitus ſeparatis, pacta annullentur, & venditio ſubſtineatur, ſi verò in eadem venditione, & tunc ſi aſſenſus impetratur à venditore, cuius intererat, confirmetur venditio per aſſenſum impetratum abſque mentione pacti, quia cenſetur venditorem pacto renunciaſſe, & ſic ceſſare indiuiduum voluntatis, quod contractum inualidabat, & quod conſideratur in *dicta deciſ. D. de Franch* diuerſificando caſum inter remiſſionem hypothecæ, & pactum retentionis dominij, nullam habet iuris ſubſiſtentiam: nam *Doctor. quos* allegat, loquuntur in remiſſione iuris hypothecæ acquiſitæ ſuper feudo, ita quod erat remiſſio, & translatio iuris formati in beneficium feudi, ſed in caſu, de quo agimus, nullum eſt ius formatum, nec acquiſitum ex defectu aſſenſus, immò ex nullitate pacti, quid mirum: quod idẽ venditor poteſt illud reuocare, reijcere, & annullare, dùm ad ſui cautelam tantum, & beneficium eſt appoſitum; & rurſus, vt diximus dubium oritur ex indiuiduo voluntatis contrahentium, quo ceſſante deciſio *Marin.* eſt in proprijs terminis, in hoc fundata ſcilicet in volũtate eius, in cuius beneficium pactum erat appoſitum: ex quibus concludimus, quod cum pactum poteſt remitti, nec exerceri contra voluntatem venditoris, ex qua remiſſione actus remanet purus, & reſeruatio nunquam fuit valida, & ſemper à lege fuit reiecta, & actus nunquam in ſe fuit inualidus, ſed deficiens ex defectu voluntatis venditoris, propterea concurrente voluntate illius, & præcedente traditione rei ex titulo

tulo habili cum voluntate antecedenti emptoris acquirendi, & nouissimè venditoris transferendi, sequitur quòd non potest pacto aliquo dubitari de validitate venditionis, vt sic in vtraque dubitatione mihi videtur dicendum non posse substineri prædictam *decisionem D. de Franch.* saluo semper iudicio rectius sentientis.

SVMMARIVM.

1 *Releuium debetur ex consuetudine restricta ad tempus mortis tantum, ita quod vbi non viget talis consuetudo, nec tempore mortis soluitur.*
2 *Pater donans, vel vendendo filio feudum, ille releuium non soluit per mortem patris.*
3 *Releuium soluit filius, quando refutatio est omnium feudorum, quia præsumitur in fraudem, sed soluet tempore mortis, non tempore contractus initi contra Andr. Afflict. & Capyc. sed de hoc latius nu. 7.*
4 *Refutatio quid importat.*
5 *Fiscus, seu directus Dominus ante mortem feudatarij non dicitur creditor releuij; immò est incertum si habebit cum potest feudatarius alienare ante mortem.*
6 *Causa in refutatione maximè inspicitur.*
7 *Text. in l. omnes §. Lutius ff. quæ in fraud. credit. declaratur.*
8 *Fraus quando consideretur respectu futurorum creditorum.*
9 *Refutatio in fraudem præsumitur, quando pater valde senex nulla causa legitima præcedente feudum refutat filio.*
10 *Fraus præsumitur quando incontinenti post donationem factam credita contrahuntur.*
11 *Senex quando dicatur quis, remissiuè.*
12 *Donatarius quomodo habetur loco hæredis.*
13 *Fraus considerata in terminis text. in l. omnes §. Lutius est respectiuè ad vniuersa bona debitoris.*
14 *Doctr. Andr. in cap. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestit. declaratur.*
15 *Qualitas personarum multum facit ad præsumptionem, vel exclusionem fraudis in materia releuiorum.*
16 *Glos. in d. §. sed & res, limitatur habere locum respectu proprietatis totius feudi, non autem fructuum.*
17 *Determinatio Regiæ Cameræ annotatur.*

ARGVMENTVM.

Releuium non debetur, nisi tempore mortis feudatarij, & non ex contractu inter viuos, qui quando iudicatur in fraudem habetur pro non facto, & sic pro solutione releuij expectatur mors. Refutatio omnium feudorũ præsumitur in fraudem, quando sit nulla præcedente causa, & maximè à patre sene, aliàs causa legitima subsistente, etiam quod sit omnium feudorum valida iudicari debet.

§. IV.

SEd quod diximus de releuio, vt non præstetur ab eo, qui feuda habet ex refutatione paterna, quod demum non procedat, si est refutatio omnium feudorum, nisi facta esset contemplatione matrimonij, videamus inquam per iuris tramites, quomodo procedat.

Releuium debetur ex consuetudine, quæ est restricta ad tempus mortis feudatarij, ita quòd non debetur ex acquisitione inter
1 viuos secundum *Andr. in cap. 1. §. sed & res per quos fiat inuestit.* Hinc vbi non est moris, nec etiam solui in morte nullo modo debetur, idem *Andr. in cap. similiter de capit. Corrad.* ob quod dixit *Andr. in d. §. sed & res*, quòd est quædam præstatio extrinseca á feudo per mortem inducta in successore, & hærede *ibi nu. 11.* & idem dicit *ante nu. 7.* ibi *ad primam respondè quod releuium soluitur ab hærede, ab emptore, & contrahente non soluitur; sic se habet consuetudo, & mos,* & ibi *verius videtur, vt etsi detur illi, qui*
2 *aliàs successurus est, vt si pater filio vendat, vel alienet non omnia bona feudalia, vt supra dicitur, quod non soluatur tunc releuium, quia in succedente hærede tantum solutionem releuij mos introduxit, & cum sit minus rationabile, vt soluatur, quòd non est impositum, nec permissum non trahitur ad similia, &c.*

Ex his limitatio *eiusdem Andr. ibidem nu. 7.* vt soluat ex contractu, quando est re-
3 futatio omnium feudorum, quem sequitur *ibi Afflict.* & non videtur discrepare *Loffred. & Capyc. in §. si quis infeudatus sexta cõclusio. D. Frecc. in 3. authorit. Baron. Ioan. Vincent. de Ann in alleg. 23.* hæc inquam limitatio est fundata in regul. *tex. in l. omnes §. Lutius, quæ in fraud. credit.* quæ non faciet, vt soluat ex contractu, & sic in vita refutantis, si releuium in omnem casum debetur tempore mortis. Fraus enim præsumpta operabitur, vt non habeatur ratio donationis, seu refutationis, ergo illa remota soluetur releuium tempore debito, quod est tempus mortis, quo tempore consideratur damnum, & sic fraus, & refutatarius habebit feudum iure successoris hæreditarij post mortem refutantis, nam tunc, & non ante Fiscus fit creditor

ditor releuij, quod non eſt in caſu *text. in* §. *Lutius* reſpectu creditorum præſentium, qui præſenti die eorum credita conſequi debent, quæ non conſiderauit *Afflict.* nec *Capyc.* & errauerunt cum *Iſern.* Fraus enim conſiſtit in debita releuij ſolutione, in vita non cõſideratur, quia non debetur: ergo falſum eſt deberi ex contractu, quando donauit omnia, ſed benè, quod debetur tempore mortis nulla habita conſideratione refutationis, quia in fraudem tanquàm omnium feudorum, alias fiſcus eſſet in lucro habendi releuium tempore anticipato non expectata morte feudatarij.

Vlterius licet refutatio dicatur præuentio, ſeu anticipatio ſucceſſionis, & nihil a-
4 liud dicitur facere refutans, quàm tollere ſe de medio, & cedere loco, & ſe facere à feudo alienum donando ei, qui alias eſt ſucceſſurus ſecundum *Loffred. in conſ.* 3. *nu.* 30. & latius *Conſiliar. de Ann. in conſ.* 39. *num.* 13. per quod videbatur eſſe ſoluẽdum releuium, ſi habet in præuentionem, ſeu anticipationẽ ſucceſſionis, & ſemper pater hoc facere poſſet ad euitandam releuij ſolutionem, tamen ſecundum *Andr.* & *omnes*, tali caſu releuium non ſoluitur, quia debetur ex conſuetudine, quando tantum ſucceditur per mortem, & conſuetudo ſecundum *eum* non extenditur vltra caſum, in quo loquitur etiam, quòd ſit eadem ratio, & *Pragmatica edita in anno* 1579. circa præſentationem refutationum in Regia Camera infra 15. dies hoc pariter decidit, ex quo apparet allucinatum eſſe *Ioan. Vincent. de Ann. in repet. cap.* 1. *de vaſal. decrepit. atat. n.* 226. dum dicit refutationem ſapere vim vltimæ voluntatis, ipſiuſque qualitates omnes retinere, & quod ſoluitur releuium, & quod dicit de vita, & militia, & paragio benè procedit, quando omnibus bonis computatis priuarentur filij legitima portione, tunc enim haberet locum *tit. de inoffic. donat.* quæ reuocaretur vſque ad quantitatem legitimæ.

Ratio rationis prædictæ communis concluſionis eſt, quia poteſt ſic decedere refutatarius, ſicut refutans, vnde damnum fiſci eſt, vndique incertum; immò poteſt eſſe vtilitatis, & ſic pariter circa deuolutiones ob delictum, & ſuſpenſionem adminiſtrationis, quæ facilius conſiderantur in filio iuuene, quàm in patre ſene, & poterat pater alienare extraneo, & ſic non oriebatur actio ad releuiũ, vt *Andr.* conſiderat, *qui* etiam dicit, quod poterat dari caſus, vt filius ex refutatione ſoluiſſet in vita, demum deceſſiſſet, cui pater ſucceſſurus eſſet, & ipſe ex morte filij tanquã illius ſucceſſor, & hæres iterum releuium ſoluiſſet, & ego addo, quod tandem pater poſtea deceſſerit, & ſucceſſor aliud ſoluat releuium, & ſic Fiſcus, cum in morte patris vnũ tantum habere debebat releuium, habuiſſet tria releuia, vnum per refutationem, aliud per mortem refutatarij, & aliud per mortem refutantis, & iam per prædictam *Pragmaticam* declaratur per mortem refutatarij ſolui debere releuium à refutante ſucceſſore, & ex delicto feuda ad fiſcum deuolui.

Aduerto inſuper, quod fiſcus in vita feu-
5 datarij nullo modo eſt creditor ratione releuij, nec eſt orta obligatio aliqua, ſed vt diximus, eſt quædam præſtatio extrinſeca inducta per mortem in ſucceſſore, & hærede, ita quod mors producit obligationem, & ante illa non eſt nata, & rurſus, vt diximus, eſt incerta ipſius natiuitas, quia poteſt in vita alienare, & qui habet ex contractu inter viuos releuium non ſoluit, & vt dicit rectè *Andr.* non omnes vendunt, non omnes refutant, quia nolunt ſe priuare dominio, ſed eſſe Dominos, & hoc eſt ordinarium; & propterea conſuetudo fuit inducta ad ea, quæ frequentius accidere ſolent: ob quam præſumptionem tollitur præſumptio fraudis patris refutantis proximè ſucceſſuro, quia cau-
6 ſa iuſtè debet eum mouere, & vt *idem Andr.* dicit cauſa, & nõ titulus inſpici debet, & vna præſumptio tollit aliam ad *text. in l. diuus ff. de in integr. reſtit.*

Si ergo cauſa prædicta conſiderata ſecundum *Andr.* non ſoluitur releuium, non obſtãtibus contrarijs præſumptionibus ex fraude præſumpta in refutatione feudi, & ratione releuij Fiſcus non eſt creditor præſens, nec futurus certus, ſed incertus, ac poteſt eſſe fiſcus in lucro ob mortem anticipatam refutatarij, ſequitur quod fallentia, quæ dantur, vt ſoluatur releuium, quando eſt refuta-
7 tio omnium feudorum, ex regul. *text. in l. omnes in* §. *Lutius, quæ in fraud. credit.* quod nõ procedit, & eſt falſa, cum *text.* ille habeat tantum locum in creditoribus præſentibus, & non futuris, maximè incertis, & hæc eſt communis *omnium* concluſio ad regulam illius *text. qui* loquitur in creditoribus præ-
8 ſentibus, niſi ex coniecturis aliud appareret, & ſic limitatur dictum, *gloſ. in auth ſed iam neceſſe C. de donat. ante nupt. vt ibi per Bart. Bald. & latius Salycet. Addit. ad deciſ. Cappell. Tholoſ.* 339. *Bart. in l. poſt contractum in* 1. *præſumpt. vbi latius Paul de Caſtr. ff. de donat.* latiſſimè *Iaſ. in* §. *item ſi quis in fraudem nu.* 64. *poſt Ioan. Fabr. & Angel. inſtit. de act.* Quando enim quis cogitat de futuris creditoribus, & ſcit certo habiturum eſſe creditores, tunc conſideratur fraus etiam reſpe-

reſpectu futurorum creditorum, & procedit theoric *Bart. Angel. & Ioan. de Plat. in l.* 1. *C. de iure fiſc. lib* 10. Sed quando aliud non cogitando, ſed tantum amorem paternum erga filium, ob quem ad donandum inducitur, & hoc principaliter eſt in intentione non reſpiciendo, quod ſe omni priuat dominio, ac poteſtate diſponẽdi, quod poteſt agere, quòd poteſt filius taliter delinquere, vt omnibus bonis priuetur; non attenditur propterea, quod in conſequentiam Fiſcus veniat releuio priuandus, cum hoc non fuerit in intentione ad regul. *text. in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat.* & cum non ſit creditor Fiſcus futurus omninò, ſed incertus; ſequitur propterea, quod termini *text. in §. Lutius* non ſunt applicabiles; & conſequenter remanemus ſub regula, quod cum ex cõtractu inter viuos releuium non ſoluatur; conſuetudo tantum eſt introducta in ſucceſſore hærede per mortem, quòd nullo iure releuium debetur, etiam quòd refutatio fit omnium feudorum, & Fiſcus poteſt eſſe ſic in lucro, ſicut in damno, vt diximus, ſi refutatarius præmoritur: vnde nulla poteſt conſiderari fraus.

9 Si enim pater valde ſenex propè mortem refutaret, nulla legitima cauſa præcedente, tunc benè procederet præſumptio fraudis, quia certa eſſet præſtatio releuij, & ex hoc etiam futuri creditores intelliguntur fraudari, quia certum eſt creditorem fore fiſcum ex cauſa releuij, & eſſet valida hæc præſumptio non ſolùm ſi eſſet refutatio omnium feudorum, ſed etiam ſi vnum tantum haberet feudum, & hæc eſt *gloſ.* notab. quæ loquitur in infeudatione aliàs à lege communi feudorum permiſſa in *eodem §. ſed & res, in verb. in fraudem, vbi Iacob. de Beluiſ. Iſern. Bald. Aluar. Prapoſ. & omnes*, & ſic procedant dicta per *Doctor.* in terminis *gloſ. in*
10 *d. auth. ſed iam neceſſe*, videlicet quando incontinẽti poſt donationem factam fiunt creditores, vel aliç concurrunt coniecturæ; &
11 quando dicatur ſenex, ſeu de filijs deſperatus, vide *Afflict. in dicta Conſtitut. Reg. poſt mortem*.

12 Nec ratio, quòd donatarius omnium bonorum habetur loco hęredis facit ad caſum, non enim eſt propriè hæres, ſed habetur loco hæredis ad finem, vt debita ſoluat, nam bona dicuntur deducto ære alieno certo debendo certis creditoribus; & ſic reſpectu illorum donatio non procedit, ſecundum terminos *gloſ. in l. æris alieni, vbi Bald. Angel.*
13 *& Salycet. C. de donat.* rurſus *text. in §. Lutius* conſiderat fraudem illam reſpectiuè ad vniuerſa bona donata, non autem tantum ad vnam illorum partẽ, licèt voluerint *Scribentes* ad fraudis conſiderationem fuiſſe donationem omnium, vel maioris partis bonorum, de quo per *Bald. in l. 1. num.* 14. *C. quæ bonor. ceder. poſſ. Alex in conſ.* 108. 4. *volum. quem* allegat *Afflict. in deciſ.* 86 & latius per *Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem num.* 36. ſed ſi non eſſet omnium, nec maioris partis bonorum, tanto minus procederet opinio *Andr.* fundata *in §. Lutius*, vt puta ſi bona omnia eſſent valoris centum, & feuda donata valoris viginti, tunc enim non quia eſſet omnium feudorum poſſent applicari termini *text. in §. Lutius*, multæ enim iuſtæ cauſæ inducere poſſunt parentes ad donandum filijs portionem aliquam bonorum, & poteſt illis expedire, dare illam magis in feudalibus, quàm in allodialibus, & non animo fraudandi, quæ fraus, cum contineat dolum, & delictum, non eſt præſumenda, & actus in dubio iudicari debet validus, & in dubio ab eo excludi omne delictum ſecundum vulgares deciſiones.

14 Et ex hoc ſaluando *Iſern.* dicemus, quod intelligendo *ipſum* ſecundum *legem, quam* allegat, quæ eſt *text. in §. Lutius*, quod inquã voluit intelligere, quando donatio eſt omnium bonorum, nam aliàs ceſſat, vt diximus, præſumptio *§. Lutius*, & *idem Andr.* hoc videtur tenere *ibidem num.* 10. ibi, *ſed quando omnia donat poſſit dici, & præſumitur fraus, & ſoluitur releuium*, & notetur, quod nec etiam explicitè firmat, ſed *dici poſſet*, quòd apertius declarat in *Conſtit. Regn. poſt mortem*, cuius infraſcripta ſunt verba.

Vnde filius, vel alius ſuccedens, quia eſt moris, ſoluit releuium, contrahentes verò non ſicut ementes, & donatarij, niſi tunc donaret omnia bona ſua.

Et ſic non dicit omnia feuda, ſed omnia bona ſua, & ſic intelligit *Capyc. in d. §. ſi quis infeudatus*, qui allegat *Andr. in d. conſtitut. poſt mortem*, & clarius *Frecc. vbi ſupra*,
15 qui etiam dicit in his præualere multum qualitatem perſonarum, vt puta ſi ſint perſonæ timoratæ conſcientiæ, magnates diuites famam, & ipſorum exiſtimationem cuſtodientes, in quibus non eſt veriſimile cadere cogitatum maculandi conſcientiam, & famam denigrandi in damnum ſui Domini ob paruam quãtitatem releuij in morte ab hærede ſoluẽdam, non enim tractat de proprietate bonorum, non de vniuerſis redditibus, non de præſtatione perpetua, ſed ſolùm de medietate reddituum anni tantum mortis ipſius feudatarij, à quibus, deductis oneribus ſolent releuia redigi ad nihilum, ita quòd perpenſis hinc inde coniecturis, facilè con-

tra-

tra Fiſcum eſſet pronunciandum, immò his conſideratis, cum non tractetur, niſi de medietate fructuum, vt ſupra, limitarem etiam
16 dicta per *gloſ. in d. §. ſed & res*, quę loquitur, quando ſumus in caſu fraudis proprietatis totius feudi, quæ fiſco applicanda veniebat per mortem feudatarij. Hæc indubitata videntur in donationibus, quæ fiunt contemplatione matrimonij, quæ fieri ſolitę ſunt indifferenter, & aliter non contrahuntur *Anna Pater in cap. 1. de vaſall decrepit. ætat. in verb. decrepit. num. 57.* intantum quod ſunt conceſſa particularia *Capitula* Ciuitati, vt ſupra diximus pro validatione ſimilium donationum, quæ ſi fraudulentes iudicarentur, fruſtra eſſent *capitula*, & cum hæ cauſæ ſint principales, & inductiuę donationum omnis fraus cenſetur remota circa releuia, in quo, vt diximus, Fiſcus poteſt eſſe in lucro, & non in damno, & ita iudicatum fuit priſcis temporibus, in cauſa Principis Melfiæ, & in cauſa Comitis Sinopolis, contra Fiſcum prætendentem releuia ex bonis feudalibus omnibus donatis ipſis contemplatione matrimonij.

17 Regia Camera habuit opinionem pro ſatis dubitabili, & *D. Frecc. in 3. auth. Baron., ante num. 18.* dicit, quòd DD. Præſides Reg. Cam. inclinabant ad compoſitionem, & tandem cum eueniſſet caſus nouiſſimè in releuio prætenſo per Regium Fiſcum per mortem Ducis Magdaloni, qui per prius omnia feudalia refutauerat filio, reſeruata diſpoſitione ducatorum cētum mille, quos demum reliquit Hoſpitali Diuæ Annunciatæ, iudicauit Reg. Camer. ſoluendam eſſe medietatem releuij, ideſt quartam partem introituum; non enim præſumi poterat animus fraudandi in Duce, qui reſeruauit ſibi poteſtatem diſponendi ducatos centum mille, illosquè omnes reliquit ſacro Hoſpitali Diuæ Annunciatæ pro redemptione ſuorum peccatorum.

SVMMARIVM.

1 *Doctor. proponuntur, qui vnam, vel aliam opinionem tenuerunt.*
2 *Termini text. in cap. 1. de feud. non hab. pro pr. natur. feud. declarantur, vbi conceſſio facta ſecundum terminos illius text. quomodo in Regno intelligitur.*
3 *Expreſſio eius, quòd tacitè ineſt nihil operatur, & expreſſa non mutant iuris conditionem, de quo latius nu. 7.*
4 *Aſſenſus interpoſitus inutiliter eſt dicere*, arma virumq; cano.
5 *Natura feudorum aſſumitur ex ipſorum inueſtitura.*
6 *Text. in cap. 1. de feud. non hab. propr. natur. feud limitatur ex præſumpta mente concedentis.*
7 *Declaratur exactè, quomodo intelligitur, quòd non operantur ea, quæ tacitè inſunt.*
8 *Acquiſitio pro ſe, & hæredibus eſt de natura feudorum.*
9 *Feudum ſimpliciter conceſſum de iure feudorum eſt ex pacto, & prouidentia, & ex iuris diſpoſitione ad hæredem eſt tranſitorium, ſed ſi eſt expreſſum pro ſe, & hæredibus erit hæreditarium.*
10 *Mens concedentis debet probari.*
11 *Opinio Authoris, quòd de iure communi feudorum conceſſa poteſtate teſtandi intelligitur etiam de extraneo hærede de iure verò Regni vigore Pragmaticæ minimè, quia probatur animus Regis ex illis.*
12 *Exceptio dicitur eſſe de regula.*
13 *Animus probatur ex coniecturis.*
14 *Deciſ. Andr. in cap. 1. qui ſucc. ten exactè declaratur.*
15 *Licentia conceſſa Sempronio vendendi Titio, intelligitur conceſſa, etiam Titio emptori.*
16 *Aſſenſus præſtitus teſtandi intelligitur de iure, quòd habet etiam quòd extinguatur per mortem teſtantis.*
17 *Conceſſa licentia alienandi, intelligitur de iure, quod habet.*
18 *Aſſenſus ad vnum non operatur ad duo, & conceſſus ad validitatem actus, non extenditur ad ius Domini competens.*
19 *Aſſenſus conceſſus venditioni tempore, quo habebat ſucceſſores, vel de ipſis non erat deſperatus, ſi demum dilatauit venditionem, quo tempore filijs carebat, vel erat de illis deſperatus, minimè aſſenſus iuuabit.*
20 *Aſſenſus habet tacitam clauſulam ſiue in eadem habilitate, & ſtatu conceſſionarius permanſerit.*
21 *Pragmatica anni 1544. circa tempus contractus faciendi poſt impetratum aſſenſum declaratur.*
22 *Aſſenſus non extenditur ad excogitata.*
23 *Priuilegium ceſſat, dùm reducitur ad iniquum.*
24 *Aſſenſus non iuuat mutato rei ſtatu ante diſpoſitionem faciendam vigore illius.*
25 *Dominus rarò conſentit his, qui filijs carent.*
26 *Infeudatio de iure communi permiſſa non intelligitur, quando filijs carent.*
27 *Differentia maxima inter diſpoſitionem feudalium, & allodialium*
28 *Poſito teſtamento non infertur neceſſario, ex eo fideicommiſſum, aut ſubſtitutio.*
29 *Seruitium in conceſſione feudi, non venit, niſi fuerit expreſſum, licet ſit ſolitum.*

30 *Aſ-*

30 *Assensus præstitus venditioni intelligitur, quòd quis vendat eo iure quo habet.*

31 *Assensus intelligitur, prout ius intelligit.*

32 *Data potestate alienandi genericè inter viuos si non habet successorem, intelligitur, vt possit vita durante ius quod habet trãsferre, & eo modo quo habet non alterando naturam feudi.*

33 *Quæstio posita per Frecc. in quæst. 37 redditur valdè dubia secundum Authorem.*

34 *Opinio Camerar. contra Frecc. firmatur, vt data licentia testandi non expiret per primum testamentum reuocatum, sed iuuet testamento vltimo per mortem confirmato.*

ARGVMENTVM.

An concessa potestate testandi possit quis instituere omnem hæredem, substituere, aut fideicommittere, & quid concessa potestate testandi non habenti successorem, & idem in potestate alienandi.

§. V.

1 SED diximus supra, quod Prorex non potest assentire testamento in quo sit institutus hæres alius, quàm vocatus ex lege inuestituræ; rursus quòd non possit assentire dispositioni faciendæ ab eo, qui successore legitimo caret, vigore *Pragmatica* dictæ *delli noui capituli*, per *quam* pariter expressè prohibetur Proregi, vt minimè possit assentire, vbi in testamento, vel contractu adest sub-
2 stitutio: videamus quæso, si est concessa à Rege potestas simpliciter testandi de feudo, an poterit concessionarius prædicta omnia facere, videlicet testari in alium, quàm in legitimum successorem, testari etiam quòd non habet successorem in feudo, & denique substituere, seu fideicommittere.

Hæc quæstio circa substitutionem, seu fideicommissum disputatur per *Loffred. in cõs. 7. per Camer. in cap. imperialem part. 60. 3. volum.* in terminis *text. in cap. volentes*, & etiam *per Frecc. in quæst. 35. & 37.*

Loffred. & Frecc. tenuerunt minimè posse substituere, seu fideicommittere, *Camer.* verò tenuit contrarium, & dixit *Cannet. in d. cap. volentes*, hanc esse veriorem opinionem *Cumi. in cap. si aliquem in verb. antiquis*, latius *Intrigl. in art. 5. cent. 2. nu. 827.* qui aliter non disputat articulum.

Sed distinctè loquendo in quolibet articulo non repetẽdo dicta per prædictos *Doctor.* quæ in ipsis videri poterunt, & loquendo secundum doctr. *Andr.* & veros terminos feudorum, dico quoad primum articulũ, si concessa licentia testandi possit quis testari in alium, quàm in legitimum successorem videtur, quòd possit, quasi quod aliàs esset inu-
3 tilis concessio, pro quo videtur casus *text. in cap. 1. de feud. non hab. propr. feud. nat.* vbi latius declarat *Andr.* vt inuestitura facta pro Titio, & cui dederit, intelligitur, cui dederit etiam in allodium, quia de iure communi feudorum poterat infeudare. & si non operarentur illa verba, *etiam in allodium*, esset cõcessio inutilis; ideoq. quia in Regno per *constitutionem constit. diu. mem.* est etiã prohibita subinfeudatio, secundum *Andr. ibi. & in d. cap. imperialem de prohib feud. alien. per Freder.* propterea intelligitur, cui dederis in feudum: nam tunc operatur concessio, & non est inutilis.

Ex aduerso videtur, quod si sit expressum id, quod tacitè inerat, quod nihil operatur
3 ad *text. in l. 3. de leg. 1.* & hæc expressa non mutant iuris conditionem ad *text. in l. non rectè in fin. ff. de fideiuss.* ita *Isern. in cap. 1. §. huius autẽ generis, ex quib. caus. feud. amit.*
4 & assensus interpositus super eo, quod alias absque assensu facere quis potest, est tanquã si diceret: *Arma virumq; cano*, *idem Isern. in cap. 1. §. sed nec est alia iustior nu. 38. quæ sit prim. caus. benef. amitt.* vnde cum semper dispositio intelligatur secũdum legem inuestituræ, & ab ea fundatum est supra nũquam præsumi Regem recedere, nec alterare velle naturam, nisi expressè, & probat hoc *Pragmatica* prædicta, dùm vetat Proregibus assentire, quãdo dispositio alteraret naturam successoris in feudo; igitur potestas testandi intelligitur, prout de iure, quæ etsi non operetur, quia inerat, non per hoc ex præallegatis dicere debemus voluisse Regem re-
5 cedere à natura innata feudorum, quam assumpsit tam à iure communi, quàm à lege inuestituræ secundum *Bald. in cap. 1. de duobus fratribus in cap. 1. de allodijs*, vt sic dicamus ex tali facultate concessa testãdi nihil esse innouatum, etiam stante *Pragmatica* prædicta ex præsumpta concedentis intenti-
6 one, quo casu limitauit *Andr.* dispositionem *text. in d. cap. 1. de feud. non hab. propr. feud. nat. vt ibi per eum*, & idem tenet *Andr. in d. §. sed nec est alia iustior num. 38. vers. nisi probaretur, & in d. §. huius autem generis nu. 9 vers. hæc non putamus vera, & in cap. 1. qui succ. ten.*

Ex his apparet quæstionem satis esse dubiam: nam dispositio *text. in d. cap. 1. de feu. non hab. propr. nat. feud.* videtur obstare,
7 quia illa dicuntur non immutare conditio-

nem iuris, vel nihil operari, quæ taliter inſunt, & ſunt de natura contractus, quòd ſine illis contractus non poteſt ſubſiſtere, ſed ea ſine quibus contractus ſubſiſtit, ſi expriman-tur debent operari, licet ab intellectu iuris veniant: hæc eſt theorica notabilis, & egregia *Andr. in §. huius autem generis:* vnde in caſu *d. cap. 1. de feud. non hab propr. nat. feud.* licet de iure communi poterat quis infeudare, tamen non inerat hoc de neceſsitate, taliter quod contractus feudalis non ſubſiſteret abſque poteſtate infeudandi, & propterea cũ illud exprimitur, debebat aliquid operari, ſicut dicimus in fidelitate, quæ eſt de ſubſtantia, & de ſeruitio, quod etſi cõſuetum poteſt ſine eo feudum conſiſtere, vt latius declarat *Camerar. cart. 65. col. 3.* ſic hic contractus feudalis conſiſtit abſque hac poteſtate teſtandi, quæ venit ab intellectu iu-
8 ris, & ex natura, ſicut acquirere pro ſe, & liberis, ſeu hæredibus, *Andr. in d. § ſed nec eſt alia iuſtior, & in d. §. huius autem generis*, quo caſu dicit ipſe, transfertur feudum in hæredem ex iuris interpretatione, non autem tranſmiſsione in hæredem *ibi num. 11.* quæ ſi expreſſa fuerint, aliquid debent operari, de quibus latè in *conſ. meo 2. in print. 1.*
9 *vol.* & ideò feudum ſimpliciter conceſſum ſecundum *Andr.* & communiter *Scribent.* Erit de iure communi feudorum, feudum ex pacto, & prouidentia, licet ab intellectu iuris ſit tranſitorium ad hæredes, ſi verò ſit conceſſum pro ſe, & hæredibus expreſsè erit feudum hæreditarium ſecundum *Andr. in locis præallegatis*, & hæc eſt communis, vt ſupra latius diximus. Ex quibus patet reſponſum contrarijs, & remanemus ſub regula di-
10 *cti text in cap. 1. de feud non hab. propr. feud. nat.* Et limitatio quando conſtat de mente benè procedit, ſed debet probari, dixit *idem Andr. in eadem limit. in d. §. huius autem generis*, licèt non fuerit expreſſum, allegat *text. in l qui cum tutoribus § final. in fin. ff. de tranſact.* ibi, *periniquum eſt perimi, quod cogitatum non docetur*, idemq. tradit *idem Andr in d. § ſed nec eſt alia iuſtior poſt nu.* 35. ibi, *niſi probaretur, quod vterque geſſiſſet in animo* multa per *eundem Iſern. in d. cap. 1. qui ſucc. ten.*

11 Concludo articulum ex *præallegatis*, & dico de iure communi conceſſa poteſtate teſtandi licitum eſſe teſtari, etiam in extraneum hæredem, vt facultas conceſſa aliquid operetur, dè iure verò Regni ſecus, quia probatur animus indubitatus ex *Pragmatica* prædicta *nouem capitum*, vbi à poteſtate generali data Proregi aſſentiendi, excipit, quãdo inſtituit ſucceſſorem extra terminos *Conſtitutionis Regni*, quæ exceptio declarat
12 regulam, & dicitur eſſe de regula, aliàs non eſſet bona exceptio, dicit *idẽ Andr.* ad propoſitum *in d. cap. 1. qui ſucceſſ. ten.* & intelligit eam Rex ſeruata forma iuris, & naturæ feudorum: ergo cur diuerſum, dum eandem facultatem dat teſtandi. Declaratur enim animus à prædicta *Pragmatica*, quod nullo modo vult Rex alterare naturam feudorum quæ alteratio, vt diximus, non præſumitur, niſi expreſsè dicatur, & cum tractetur de
13 probatione animi, & de eo, quod non eſt expreſſum ſecundum *Andr.* Propterea ex coniecturis probatur, ad *text. in §. pauonum in fine, vbi gloſ. inſtit. de rer. diuiſ. in l ſed Iulianus §. proinde, vbi gloſ. in verb. intelligendumq; ff. ad Maced. cum concord.* & ex prædicta *Pragmatica* non ſolùm concludens, & neceſſaria coniectura, immò explicita animi probatio eliçitur conſiderando Rex intereſſe ſucceſſorum, in quorum præiudicium noluit gratiam facere, licet poſsit, vt etiam ſupra diximus.

Quoad ſecundum ſi ex poteſtate prædicta teſtandi conceſſa intelligatur poſſe teſtari, etiam quòd non habeat ſucceſſorem in feudo, & hæc quæſtio differt à prima, nam illa procedit, quando habet legitimos ſucceſſores, & vult teſtari in alios, quàm à *lege*, ſeu *Regni Conſtitutione* vocatos: nunc autem tractamus, quando carens ſucceſſore, ita quod per mortem erat recaſurum feudum ad Regem, an per licentiam prædictam intelligatur poſſe diſponere in præiudicium iuris deuolutionis ad Regem, voluerit què Rex ſibi præiudicare, & concedere
14 ius ſuum. Quæ quæſtio omnis videtur pendere à prædicta doctrina *Andr. in d. cap. 1. qui ſucceſſ. ten.* vbi videtur determinare aſſenſum præſtitum venditori ſucceſſore carenti, iuuare emptorem pro ſe, & filijs, ita quod venditore decedente feudum aliàs deuoluendum ad Regem minimè deuoluitur, ſed remanet pęnes emptorem, eiuſquè ſucceſſores.

Sed quæſo aduertatur, & declaremus primo deciſionem prædictam *Andr.* quod deſeruiet ad multa, & demum veniamus ad deciſionem quæſtio. propoſitæ.

Andreas format quæſtionem per ſequentia verba.

Quid eſt de quæſtione agitata inter magnos iuriſperitos, Rex Dominus feudi conſentit alienationi, quam feudatarius ſuus non habens liberos facit in Titium de feudo, deinde moritur venditor ſine hærede legitimo, an reuocabit Dominus ab emptore Titio, ſicut reuocaret à venditore.

Et

Et sic *Andr.* non proponit quæstio. in licentia generaliter concessa alienandi, seu disponendi; sed in assensu præstito venditioni
15 faciendæ Titio, & consequenter emptioni faciendæ à Titio ex regula correlatiuorum, ad *text. in l. 1. C. de cupress. lib. 11. vbi Bart.* & latius *Io. de Plat. post Angel. & Bald. in l. 1. C. de com. ser. man. Bart. in l. 1 ff. de accept. idem Bart. in l. legem C. de indict vidu. toll. vbi Ias.* notanter *Abb. in cap. 1. extra de loc.* & propterea dum determinat quęstionem, fundat se in eo, quòd assentiendo, vt Titius emat, censetur dare Titio, & eius hæredibus, quia sic censetur ille acquirere, & inest de natura acquisitionis: vnde donando intelligitur ciuili modo, vt ius intelligit, ita cõcludit quæstio. *Andr. ibi nu. 8.* & eam sic declarat per hanc rationem in *cap. 1. §. etsi clientulus, de alien. feud.* dicens, *quia ex quo consentit, videtur consentire pro receptore in perpetuum, & pro liberis suis, sicut si principaliter feudum concessisset,* quod est notabile, quia soluit quæstionem, quam supra posui *in 3. rubric qui succeff. ten.* & melius in *d. §. sed nec est alia iustior*, dùm dicit, *quod ideò in quæstione per eum posita in d. cap. 1. qui succ. ten. mortuo venditore absque liberis non succedit fiscus, quia ibi illud inest feudo, & ex natura acquisitionis feudi est, vt qui dat, det pro se; & hæredibus suis, & qui confirmat videtur dare, & Camerar. in cap imperialem cart. 79.* declarat, quod ibi erat annexum, & consequutiuum dare tibi, & hęredi tuo, & sic propter duo videtur consensisse, quod sic per prius docuit *Andr in d. cap. 1. qui succeff. ten. 4. colum. verf. consensus huius Titij*, vbi semper assensus comprahendit id, quod est annexum, *ibiq. Modern. Addent.* cumulantes decisiones.

Quando verò concedit licentiam in genere alicui testandi, qui non potest suum ius
16 transferre in alium sine assensu, hæc licentia hoc operatur, vt testetur de iure, quod habet eo modo, quod habet etiam quod illud extinguatur morte disponentis ad *text. vbi glos. ibiq. Scribent. in l. vxor patrui C. de legatis*, & hic non est casus quæstio. *Andr.*
17 sed longè diuersus. Vnde concessa licentia alienandi, non operatur hoc aliud nisi translationem iuris, quod habet, quod sine assensu transferre non poterat, & non considerat eo casu acquisitio emptoris, qui non nominatur; nec Rex ei aliquid dat, sed contemplata est tantum persona alienantis, seu disponentis ad tollendum obstaculum, & validandum actum, & licentia, & assensus ad vnũ
18 non operantur duo, scilicet validare actum, & concedere ius deuolutionis proximum. Decisio est formalis *Isern. in d. §. sed nec est alia iustior nu. 38.* sic distinguens suam quæstionem positam *in dicto capit. 1. qui succeffores ten.* Aliud est enim consentire, seu permittere, quod quis possit alienare, quod importat translationem vtilis dominij residẽtis pœnes feudatarium; & aliud est concedere ius Domini, quod est deuolutio proxima post mortem feudatarij sine successore, *idem Andr.* eleganter *in cap. imperialem num. 13. 3. col. verf. quid si dedit potestatem, de prohib. feud. alien per Freder. vbi Camerar. cart. 79. 4. colum. in fin* Hoc in indiuiduo tradit: operaretur enim tunc licentia duo separata, & non annexa, quæ propterea non intelliguntur concessa secundum *Andr. in d. cap. 1. qui succeff. ten. in d. verf. consensus huius Titij, & num. 7. verf sed si propter duo*, & secundum hanc distinctionem intelliguntur latè discussa in *dicto meo cons. 2.* licèt in illa causa fuerit etiam decisum in fauorem Fisci, & feuda fuerunt declarata deuoluta ex defectu successorum, cuius defectus non fuit expressus in supplicatione, ob quod Fiscus allegauit illum subreptitium, & tandem obtinuit.

19 Et notetur aliud elegans, & nouum, etiam in terminis quæstio. *Andr.* quòd si impetrans assensum alienandi feudum Titio, diù stetisset in alienatione facienda: ita quòd tempore assensus non erat de filijs desperatus, ob quod potuit Rex assensum concedere, quia cogitauit de facili posse filios habere, tempore verò alienationis desperatus erat de filijs, vel si tempore assensus concessi successores habebat in feudo; postea verò tempore alienationis illis carebat. Dico constanter, quod tali casu limitatur quæstio posita per *Andr.* & assensus non iuuabit, quia de iure intelligitur si res in eodem statu permanet, ex regul. *text.* licet vulgati, sed ele-
20 gantis in *l. cum quis ff. de solut in cap. suggestum extra de decim.* solemnis decisio *Andr. in cap. 1. §. mutus Episcopum, vel Abbatem*: nam videtur inesse, si in eadem habilitate, & statu cõcessionarius permanserit: dicit *idem Andr. in cap. 1. quæ sit prima causa benefic. amitt. num. 13 post verf audiui iudicatum, idem Andr in cap. 1. ex quib. cauf feud. amitt. post nu. 9. & in cap. 1. post nu. 9. verf. intelligebatur, quod duraret, de controu. inter vaf.*
21 *& al. de benef.* Hinc habuit ortum *Pragmatica edita tempore Præsidatus D. Petri de Toledo in anno 1544.* vt licentia impetrata alienãdi feudum non operetur si contractus sequutus non fuerit post tres menses immediatè sequentes expeditionem assensus, reddens rationem *Pragmatica* per infrascripta verba, videlicèt. *Sed differunt in tempus,*

in quo feuda in eorum non permanent ſtatu, & qualitate, in quibus erant tempore præſtationis Regiorum aſſenſuum, quod quidem cederet in damnum, & fraudem Regiæ Curiæ, &c. Si enim, vt ſupra, & infra dicemus Rex aſſentire non ſolet ei, qui de filijs eſt deſperatus, propterea reducitur res ad caſum, à quo incipere non poteſt, quia Rex non conceſſiſſet, nec in tali caſu concedendi intentionem habuit: meritò re in eodem ſtatu non permanente dicere debemus aſſenſum minimè tali caſu iuuare: iniquum enim fieret priuilegium in eum caſum, dùm Rex veniret priuandus ſua ſucceſſione, quod non cogitauit, dùm aſſenſum præſtitit tempore, quo conceſſionarius filios habere poterat, & aſſenſus dicit ſæpè ſæpius *Andr* ex
22 regul. *text. in l qui cum tutoribus §. final. ff. de tranſact.* non extenditur ad incogitata, de quo per *eum in d. capit. 1. qui ſucce. ten.*
23 & dùm priuilegium reducitur ad iniquitatem non poteſt quis ex eo ſe iuuare, iuxta regul. *text.* notab. *in l. ex facto de vulgar. & pupill. vbi Alex.* & communiter *Scribent.* ad idem *glo.* notab. *in cap. decet, de regul. iur. in verb. priuationem*, quando detegitur enorme præiudicium, *vbi Canon. eadem glo. in cap ſuggeſtum de decim glo. fin.* ibi, *ſi priuilegium ex poſt facto redit ad iniquum compẽdium, vbi Canoniſtæ* multa ad propoſitum & præſertim *Anchar.*

Et licet *Io. Vincent. de Ann. in alleg. 55.* dicat *Pragmaticam* prædictam non eſſe vſu ſeruatam, & deciſum pro validitate aſſenſus ſuper alienatione facta poſt lapſum trium menſium: tamen hoc nil ad quæſtio. noſtram, & reſpectiuè ad *Pragmaticæ* rationem declaratiuam mentis aſſentientis, vt intelligatur aſſentire re in eodem ſtatu permanente. Fuit enim deciſum in illa cauſa reſpectu limitationis temporis, vt valeat alienatio, etſi facta fuerit poſt tres menſes per *Pragmati-*
24 *cam* præſtitutos; ſed ſi nõ eſſet res in eodem ſtatu, tunc viget ratio declaratiua mentis, vt diximus, quod nec etiam per momentum temporis poſt impetrationem aſſenſus ille iuuaret, mutato rei ſtatu, quia Dominus non aſſentiiſſet, & ceſſante cauſa ceſſat aſſenſus, & quælibet conceſſio, vt eleganter ad propoſitum per *Iſern. in d. §. mutus*, & differt hæc quæſtio ab alia poſita per *Parid. de Put. in ſuo libr. de reintegrat. in cap. ſi fiat venditio poſt annum impetrati aſſenſus cart. mihi 55.* Aliud enim eſt ſi durat licentia per annum, vel perpetuo, & hæc eſt quæſtio *Parid.* & aliud ſi poſt licentiam impetratam intelligitur illa reuocata, ſi ante ipſius vſum res non permanet in eodem ſtatu; immò redacta ad ſtatum, ſecundum quem Rex non conceſſiſſet, nec tali caſu concedendi intentionem habuit, quæ eſt quæſtio noſtra, ob quod vt dixi, non procedit, & limitatur deciſio *Andr. in capit. primo, qui ſucce. tenea.*

Hæc quæſtione *Andr.* ſic declarata, dico in puncto, de quo tractamus, quod cum facultas conceſſa ſit generica, intellexit Rex de iure, quod habet feudatarius, quod etſi ſit extinguibile per mortem, hoc non conceſſit Rex, nec voluit ampliare, vt dicimus in terminis dictę *legis vxor patrui* de legante rem, vbi tantum vſumfructum habet extinguendum per illius mortem. Aliud enim eſt, quòd quis de ſuo diſponat, & aliud, quod de iure Domini, quod non eſt ſuum. Dominus enim dedit facultatem diſponendi de ſuo feudo feudatario, non de feudo Domino deuoluendo, vel de iure deuolutionis ad Dominum ſpectante, quod nihil commune habet cum iure reſidente pęnes feudatarium: vnde cum non ſit annexum, ſed omninò diuiſum, & ſeparatum, concludendum erit facultatem datam, intelligi, quatenus feudatarius habet ſucceſſorem: nam ſicut ſi conſentiret emptioni, ſeu venditioni Titio faciendæ, intelligeretur vt ſupra diximus, ex natura acquiſitionis pro Titio emptore, & eius hæredibus, ita concedendo tantum venditori, intelligitur pro venditore, & eius hæredibus legitimis in feudo, ſed illis deficiẽtibus, quòd poſſit alienare in extraneum in præiudicium iuris Domini, hoc minimè intelligitur conceſſum, quæ optimè declarat in ter-
25 minis *Camer. cart. 75. 4. col. in fin.* dixit, quod rarò Dominus conſentit alienationi, quam vult facere is, qui ſucceſſore caret, & alias
26 infeudatio de iure communi feudorum permiſſa non intelligitur, quando filijs caret, *glo.* notab. *in § ſed & res, per quos fiat inueſtit. in verb. in fraudem.*

Hæc non habent diſputationem, ſtante *Pragmatica*, quæ declarat voluntatem Domini, qui vt ſupra diximus, ex exceptione, vt licentia aſſentiendi generalis data Proregi, non intelligatur, quando alienans non habet ſucceſſorẽ, determinat noſtram quæſtio. in facultate teſtandi non includi caſũ, quando non habet ſucceſſorem, quod dixit *idem Andr.* in eadem quæſtione, quando conſtat de mente concedentis, ſicut è contra ſecundum *Andr.* quando Rex aſſentit ex certa ſciẽtia ei, qui non habet ſucceſſorem, intelligitur tunc diſpenſaſſe, & aſſenſus operaretur duo, cuius contrariũ eſt in quæſtione prępoſita vigore *Pragmaticarum*, quę non fuerunt põderata in cauſa prędicti *conſilij mei ſecundi*,

di, & ibi etiam aliud erat factum, & vt dixi, non obstantibus tot, & tantis discussis, feuda declarata fuerunt deuoluta ad Regem.

Ex his facilis erit determinatio tertij articuli, licet tam variè, & latè fuerit disputatus, confundendo terminos feudales cum terminis iuris communis, qui non tractant
27 de bonis habentibus particularem, & innatam naturam; sed existentibus ad liberam dispositionem cuiuscumque, siuè alienando in vita, siuè disponendo in morte purè, aut per fideicommissum, quorum contrarium est in feudalibus, in quibus certi sunt successores, & limitati, dispositio est restricta, vt fieri non possit alia lege, quàm possessor feudum acquisiuit, & hoc cum Domini consensu, cuius interesse principaliter consideratur, etiamsi placet, vel displicet, dicit *Andr. in d. cap imperialem* ex regul. *text. in l. fin ff. de vs. & hab.* & sic sunt extranea ab hoc articulo, quæ disputantur de regul. *text. in l. boues §. hoc sermone*, & tot aliæ regulæ, quæ à *Ciuilistis* sumuntur.

Si posito testamento necessario poneretur fideicommissum, aut alia substitutio, ar-
28 ticulus non haberet disputationem de iure communi feudorum; sed consequens est falsum, cum possit subsistere testamentũ absque fideicommisso, absque legatis, aut alia substitutione, & sic non inest de necessitate, iuxta dispositionem *text. in l. 1. §. quod neque de haered. instit.* quod est vltimum argumẽtum, & omnium optimum adductorum per *Frec. in dicta quæst. 35. in fin.* Ergo si non est expressum, non venit etiam, quòd sit solitum fideicommitti, ad quod est punctualis deci-
29 sio *Andr.* supra allegata *in d. §. huius autem generis*, qui omninò legatur *num. 9.* loquens de concessione feudi facta absque expressione seruitij, licet sit solitum, vt minimè veniat, quia potest subsistere infeudatio absque seruitio; & non inest de necessitate sicut fidelitas, quæ est eius substantia, sic in testamento, quòd potest subsistere absque substitutione, quia non est de substantia, sicut hæredis institutio: permissio enim disponendi est vna, fidei verò committendi est alia, & retorquetur dispositio *text in §. igitur, instit. de pupill. substit.* dùm adducitur ad probandum, quòd etsi fiat testamentum cum fideicommisso, quòd vnicum est testamentum. Dico enim, quòd est verùm per illum *text.* sed idem *text.* dicit, quod est vnum testamentum, sed continet duas dispositiones: ergo assensus, siuè licentia concessa, quæ potest comprehendere vnum, & neminem lædit, & non alterat naturam feudi, non extendetur, nec comprehendet duo, ex quibus alteratur natura feudi in præiudicium Domini, & successorum, vt arguit *Andr. in d. cap. 1. qui succeff. ten. & in d. §. sed nec est alia iustior*, etsi tenetur opinio supra firmata, quòd hæc licentia testandi intelligatur etiam in extraneas personas, tunc quæstio est de indubitabili, vt est punctualis decisio *Andr. in d. §. sed nec est alia iustior nu. 38. vers. si verò*, ibi, *si verò alienatio feudi nõ valeret aliter, quàm de consensu, videtur Dominus consentire tunc, vt alienatio teneat, & hoc operatur, &c.* Et ob id concludit non intelligi remissum seruitium, quia iniquum est, dicit *ipse* perimi, quod non est cogitatum, licet assenserit simpliciter absque reseruatione seruitij, sic hic facultas concessa deseruit ad validãdam dispositionem aliàs prohibitam: ergo non extenderetur ad aliud maius, quod esset non solum disponere in extraneum, sed fideicommittere omni iure prohibitũ, consentit enim testari Dominus, dũ postea volumus, vt possit fideicommittere; hoc est plus, vt sic fieret de stillicidio flumen, quod est vetitum *Andr. in d cap imperiale in addit. num. 5. vbi Modern. Addent in verb. partem, vers. hanc concessionem intelligas*, vbi voluit, quòd
30 assensus præstitus venditioni intelligatur, quando quis vendit eo modo, quo ipse habet, & si vult alterare, non intelligitur assensus præstitus super alteratione, ex regul. *text. in cap. 1. §. profectò de leg. Corrad.* vbi est casus, qui debet esse specificus super alteratione *Camerar. ibidem cart. 32. 3. col. in princ.* Consentijt enim Dominus, vt vasallus ius suum vendat eo modo, quo habet, non autem ius ipsius Domini, dixit *Ifern. in d. §. sed nec est alia iustior*, ius, quod habet est vtile dominium transitorium ad certas personas, & deuolubile ad Dominum ex defectu illarum; quomodo igitur volumus dicere, quòd vasallus possit alterare naturam feudi, tollere Domino spem proximam deuolutionis, & extendere successionem in personas prohibitas, & non vocatas à lege feudorum, nec secundum tenorem inuestituræ, quæ omnia cessant in ciuilibus, nulla data natura distincta, aut particulari, sed libera, & absoluta, & nullo Domini considerato interesse, duo actus diuersi concurrunt, & non annexi, & necessarij in vna, eademq. persona, si fiat vnus, non fit alius, & duo iura concurrentia in eadem persona habentur, ac si esset in diuersis personis, & propterea cum consensus possit operari confirmationem institutionis faciendæ in testamento, non extendetur ad aliud, quod importare potest remissionem iuris Domini, & concessionem nouæ facultatis, & alterationis feudi, quam feudatarius

non habebat: ita per hęc arguit, & concludit *Andr. in d. cap. 1 qui ſucc ten. nu. 5. 3. colum. verſ. conſenſus huius Titij*, & vt ſupra diximus alius eſt caſus quæſt. poſtea per ipſum propoſitæ, quando conſentit venditioni faciendæ Titio: nam tunc non ex perſona venditoris Titius habet pro ſe, & hæredibus, ſed ex conceſſione, qui dando intelligitur pro hæredibus ſecundum naturam acquiſitionis, cui hoc ineſt, eſt quid annexum, & intrinſecum, & non diuerſum; & ſi facultas, ſeu aſſen-
31 ſus debet intelligi ſecundum *Andr.* vt ius, intelligit ciuili modo, ex regul. *text. in l. ſi cui ff. de ſeruit* & ius intelligit, vt quis diſponat ſecundum naturam rei, ſecundum legem inueſtituræ, & de iure pęnes eum reſidente, non de alieno, & citra alterius iniuriam, igitur quomodo dicendum eſt poſſe ſubſtineri in præiudicium vocatorum ex lege inueſtituræ, & in contemptum, & præiudicium Domini.

Diximus ſupra authoritate *Andr. & Camer.* quòd ſemper Rex præſumitur concedere ſecundum formam primæ inueſtituręe, etiã quod cõcederet expreſsè, vt poſſit teſtari in extraneos: nam illi tenebunt, & acquirent, iuxta naturam feudi, eo modo, quo reperiebatur pęnes diſponentem, & nunquam primæua natura præſumitur alterata; ſed concedere, vt fideicommittat, eſt concedere alterationem inueſtituræ, quòd ſucceſſores nõ habeant ſub natura, qua prædeceſſor, à quo cauſam habent, iſtud lex non præſumit, immò intelligitur expreſsè non conceſſum: ergo, &c.

Hæc ſunt de iure communi feudorum: ſed in Regno ſecũdum prædictam *Pragmaticam nouem capitum*, hoc eſt de indubitabili: nam *Pragmatica* dat licẽtiam generalem Proregibus aſſentiendi, & demum primo excipit, dùm vult alienare, qui filijs caret. Secundo quòd non intelligatur, quando vult inſtitui in feudo alius non vocatus per *Reg. Conſtit.* quia mutatur natura feudi. Tertio quando teſtamentum continet ſubſtitutionem: ergo ſub licentia generali aſſentiendi, & ſic diſponendi, non venit ſubſtitutio ſic expreſsè declaratũ per *Pragmaticam* ſupra in alijs quęſtionibus ponderatam, quòd etſi videbatur implicitè prouiſum per *cap* prædictum, dùm prohibet aſſentire diſpoſitioni in perſonam extra *Regni Conſtitutionem*: tamen voluit diſtinctim, & clariùs prouidere, & declarare in ſpecie in ſubſtitutione ex quo demonſtratur enixa voluntas ad *text. in l. baliſta ff. ad trebell. cum ſuis concord.* & ſic teneo indubitanter per veros iuris terminos de iure communi feudorum nõ venire poteſtatem fidei-committendi, & in Regnõ teneo opinionem pro indubitata ex mente declarata per *Pragmaticã*, quo caſu, vt ſupra diximus, author. *Andr.* probato animo, qui ex cõiecturis colligitur, omnia ceſſant: etiam vbi aliàs ex interpretatione verborum conceſſionis aliud verba importarent, ſuper quibus poteſt cogitari.

Hæc erunt indubitata in poteſtate data diſponendi, ſeu alienandi inter viuos ex re-
32 gula eiuſdem *text in d. cap. 1. de feud non hab. propr. feud nat.* iunctis *ibi* dictis per *Andr.* nam ſi ideò *ibi* verbum illud, *& cui dederis*, intelligitur in allodium quia alias conceſſio non operaretur; & propterea in Regno, in quo prohibita eſt etiam ſubinfeudatio, dicitur, quod intelligetur in feudũ quod benè declarauit *Petr Gregor. de conceſſ feud. par. 6. quæſt. 8.* Ergo cum omnis diſpoſitio inter viuos non poſſit fieri ſine aſſenſu, operabitur conceſſio, vt diſponendo, fit diſpoſitio valida abſque nouo conſenſu, ſed eo iure, quo erat pęnes ipſum feudatarium, ex regula vulgata; quod nemo plus iuris, nec Rex voluit concedendo concedere quid de nouo reſpectu iuris ipſi competentis, aut concedere, vt poſſit alterare feudi naturam, ac dare nouos ſucceſſores extra ſtatutos per ius commune feudorum, aut legem inueſtituræ, ſiuè *Regni Conſtitutiones*, vt eſſet, vt quando non haberet ſucceſſorem alienaret in illos habentes, aut fideicõmittere, aut ſubſtituere alios ſucceſſores inſtituendo contra *Conſtit. Regn. & Pragmaticas*; operaretur enim tunc aſſenſus ad vnum cõceſſum duo, & plura, & operaretur nouam cõceſſionem nouorum iurium, & facultatum, dum aſſenſus fuit conceſſus ad tollendum obſtaculum prohibitionis alienationis rei feudalis exiſtentis pęnes feudatarium, vt demum ipſe poſſit feudum, quod habebat, alienare, vt ſupra fundatum eſt ex deciſionibus punctualibus *Andr.* igitur eo modo, quod habet, ex regul. *text. in d. §. profectiò de leg. Corrad.* & iuris, quod habet ad *text. in §. rurſus, de controu. inueſtit. & in §. rurſus, quib. mod. feud. amit.* Quæ ſunt vltra dicta, & conſiderata per *D. Frecc. in ſua quæſt. 35. & 37. qui* noſtram hanc tenuit opinionem in caſu fortiori, & pariter *Loffred. in ſuo conſ. 7.* loquendo in terminis *text. cap. Regn. incip. volentes, & Loffred.* opinionem tenuerunt *Siculi* præter *Cannet. cuius* opinionem in terminis prædicti *Capitul.* ſecutus eſt *Camerar. in d. cap. imperialem cart. 60 à terg.* ſed longè diſtant termini prędicti *capit. volentes*, à quęſtione per nos propoſita, licèt in caſu propoſito per *Frecc. in*
33 *37. quæſt.* valde dubitarem, quia *ibi* non ſo-

lum

lùm eſt data facultas diuidendi feuda inter filios, ſed etiam ad vtilitatem illorum diſponere poſſit, prout melius viſum fuerit & placebit ita quod vtilitas fuit cauſa finalis cõtemplata per Regem, & hoc conceſſum, vt melius ei viſum fuerit, & placebit: ex quibus verbis ceſſant omnes conſiderationes per eum factæ, & alteratio naturæ feudorũ non poteſt conſiderari, ſi talis poteſtas fuit conceſſa in prima inueſtitura, & in formatione feudi, quia ex prima inueſtitura feudum ſuam innatam aſſumit naturam; cum pęnes Regem nõ dentur feuda, quæ cogitentur. Nec cõcurro cum opinione *Frecc.* 34 *in ſua quæſt.* 10. *in fin. in* 2. *libr.* dùm tenuit aſſenſum conceſſum, ſeu licentiam teſtandi de feudo, vt etſi teſtamentum factum poſſit ex ſui natura reuocari contra id, quod tenuit *Afflict. in conſtitutione conſtitut. diuæ memor.* tamen *in fine* ſimpliciter tradit ex reg. *text. in l boues §. hoc ſermone*, quòd licentia prædicta per hoc primum teſtamentum reuocatum conſumitur, ita quod facto ſecundo, licentia, ſeu aſſenſus non operetur, & conſequenter vltimum teſtamentum remaneat nullum, licet confirmatum per mortem teſtatoris, cuius contrarium, & benè tenuit *Camerar. in loc. alleg. cart. 6. à terg. 2. col. in princip qui* eleganter diſputat articulum, ad *cuius* dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione prohibita, eſt prohibita pignoratio, & hypothecatio feudi, & ſic è contra permiſſa alienatione.*
2 *Aſſenſus extenditur ex mente comprehenſiua.*
3 *Aſſenſus datus per Capitulum Neapolis ſuper dotibus mulierum, extenditur ex mente comprehenſiua, & multos caſus amplectitur, qui notantur.*
4 *Aſſenſus ſuper venditione non extenditur ad pignorationem, nam differt hic caſus à caſu alienationis permiſſæ.*
5 *Argumentum à maioritate rationis non procedit in feudis.*
6 *In feudis conſideratur nudum factum.*
7 *Aſſenſus materia eſt rigoroſa.*
8 *Regula quòd ſub venditionis verbo omnis contractus comprehenditur, intelligitur largè, & impropriè, & non ſtrictè ſecundum propriam naturam verborum.*
9 *Iura feudalia, & conſuetudines propriè, & ſtrictè ſunt intelligenda.*
10 *Alienare dicitur, qui pignorat.*
11 *Diſpoſitio text. in l. fin C. de reb. alien. non alienandis declaratur.*
12 *Pignus eſt in bonis debitoris.*
13 *Alienatum non dicitur propriè, quòd in dominio venditoris permanet.*
14 *Beneficium Principis in expreſſo latè interpretatur.*
15 *Alienare verbum habet in ſe plus, quàm vendere & pignorare.*
16 *Doctrina Andr. in cap. Imperialem notatur, & ponderatur.*
17 *Alienationis verbo propriè & ſtrictè non venit pignoratio, quando profertur ab homine, ſecus quando à lege ſecundũ vnam opinionem ad intellectum text. in d. l. fin. quod infra latius declaratur.*
18 *Aſſenſus hominis differt ab aſſenſu legis.*
19 *Regula quòd vetita alienatione ſit etiam vetita pignoratio, declaratur.*
20 *Opinio Authoris, quòd permiſſa alienatione ſit permiſſa hypothecatio, ſeu pignoratio & ſic è contra in prohibitione.*
21 *Aſſenſus hominis differt ab aſſenſu legis, quia ſtrictius prouidet lex quàm homo, & ad plus ſe extendit aſſenſus hominis, quam legis.*
22 *Text. in l fin C de reb alien. non alienan. declaratur procedere in verbis prolatis tàm à lege quàm ab homine, tàm in vltima voluntate quàm inter viuos.*
23 *Rex inueſtiendo dicitur contrahere, & idẽ dum aſſenſum præſtat.*
24 *Contractus feudalis dicitur conſiſtere ex tribus perſonis, videlicèt venditore, emptore, & Domino.*
25 *Licentia data alienandi ſimpliciter, comprahendit tàm actum inter viuos, quàm vltimæ voluntatis.*

ARGVMENTVM.

An permiſſa alienatione intelligatur permiſſa pignoratio, & ſic è contra, latè diſſeritur, in quo exactè declarantur termini *text. in l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* Quid differat aſſenſus hominis ab aſſenſu legis, & quomodò Rex tàm inueſtiendo, quàm aſſentiendo dicatur contrahere cum feudatario.

§. VI.

1 SED videamus, an permiſſa alienatione dicamus permiſſam eſſe pignorationem, ſiquidem prohibita alienatione, eſt etiam prohibita pignoratio, ſeu hypothecatio, *text. eſt in l. final. C. de reb. alien. non alienand.* & hoc etiam in feudo ſecundum *Andr. in cap. imperia-*

perialem 1. col. de prohib. feud. alien. per Feder. & propterea dicendum erit, quod ex eadem regula permiſſa alienatione ſit permiſſa pignoratio, arguendo prout arguit *Andr.* à permiſſione, ſicut ipſe à prohibitione ex mente comprahenſiua aſſenſus ad *text.*
2 *in l. ſicut §. ſed ſi permiſerit ff. quib. mod. pign. vel hypoth ſolu.* ſecundum *Iſern. in d. capit. imperialem, vbi* latè *Camerar. cart. 52. verſ. octaua concluſio, Andr. in cap. 1. de feud. non hab. propr. natur. feud. Frecc.* latè *in quarta & quinta limitat. ad conſtit. conſtitut. di-*
3 *uæ memoriæ lib. 2.* Hinc iudicatum eſt, & ſic practicatur, quòd aſſenſus datus per *Capit. Neapol.* reſtitutionis dotis, habet locum in aſſecuratione, & non tantum in bonis viri, in quo *Capitul.* eſt expreſſum; ſed etiam in bonis ſoceri, & licet loquatur in contractu mutui facto eodem die habere locum etiam in diuerſo die, & loquitur in contractu facto intus Ciuitatem; & fuit deciſum etiam habere locum in contractu facto extra, ſic *Conſtitut. Regn. fratribus,* habet locum in patre, & ſimilibus, quia ſemper viget eadem cauſa dotationis, & conſeruationis dotis, quæ oĩa
4 latè congerit *Camerar. vbi ſupra.* Alia enim quæſtio eſt, ſi permiſſa venditione, erit permiſſa pignoratio ex reg. *gloſ. in l. 2. C. de patr. qui fil. diſtr.* & eſt verùm non venire pignorationem, licet ſit minus, qua vtrumque eſt prohibitum vendere, & pignorare, & in feudis ſeruatur rigor, conſideratur intereſſe voluntatis, ad *text. in l. final. ff. de vſu. &*
5 *habit.* & non procedit argumentum à maioritate rationis, ita *Iſern. in d. cap. imperialem prima addit. vbi Capyc. Camerar. & omnes,* latè *Frecc. in 2 lib. quæſt. 9.* conſideratur
6 in feudis nudum factum, ita declarat, & reſpondet *Camerar. vbi ſupra cart. 59. ad gloſ.*
7 *d. l. 2.* Eſt enim materia aſſenſus rigoroſa, *gloſ. in capit. 1. in verb. ſecundum quoſdam de natur. ſucceſſ. feud. Roman. in conſ. 1. cum aliis* latè congeſtis *per Modern. Addent. ad Iſern. in loco, vt ſupra,* & in proprio caſu videtur *text.* notab. *in l. ſi pupillorum §. ſi prætor ff. de rebus eorum,* vbi permiſſa venditione per Prætorem rei pupillaris non venit hypothecatio, quia aliud fecit, quàm quòd à Prætore decretum eſt, & propterea cum aliud ſit vendere, & aliud pignorare, & vtrũque eſt expreſsè per legem prohibitum, meritò conceſſa vẽditione non venit pignoratio, & licet alias dicatur, quod ſub verbo
8 venditionis omnis contractus comprahenditur ſecundum *gloſ. in l. 1. §. eam rem ff. quæ res pign. oblig. non poſſ.* quæ allegat *text. in l. ſtatu liber à cæteris §. quintus ff. de ſtatu liber. & tex. in d. §. eam* dicit, quòd rem, cuius commercium eſt prohibitum, ſicut non poteſt quis emere, ita nec pignori accipere, & tradit hæc ad propoſitum *Ardiz. in ſumm. in tit. vtrum etiam pign. in feud. oblig. prohib. & Petr. de Bellapert. in d. l. final.* Tamen aduertatur ſecundum *gloſ. in d. §. quintus,* quia hoc intelligitur largè, ſecus ſtrictè, & de propria vocabuli ſignificatione *Alber.* poſt *Cyn. & omnes in d. l. final.* vnde cum ſimus in materia rigoroſa, & ſtricta, & in vnoquoque contractu adeſt ſpecifica prouiſio, & lex inſimul expreſſit prohibitionem venditionis, & pignorationis, loquendo propriè, propterea allegata non militabunt aduerſus concluſionem *Iſern.* ad idem *gloſ. in cap. nulli in verb. alienat, de rebus eccleſ. non*
9 *alien.* Sunt enim iura feudalia, & conſuetudines, in quibus propriè, & ſtrictè verba ſunt intelligenda, dicit *Napodan. in conſuetud. ſi quis emit nu. 7.* ſed hoc non poteſt di-
10 ci, quando eſt conceſſa alienatio, quandoquidem qui pignorat, alienare dicitur, vt per *Aleiat. in l. alienatum ff. de verbor. ſignific.* quod non eſt in venditione dicit *Salycet. in d. l. final.* author. *Petr.* quia ſic per legem
11 particulariter prouiſum, & interpretatum eſt, vt in *d. l. final. C. de reb. alien. non alien. vbi gloſ.* in ſpecie hoc declarat in *verb. vel hypothecam,* ibi, *ſed ex interpretatione loquitur hæc lex:* Ex quo dicto tolluntur omnes diſputationes ſi dicitur propriè, vel impropriè alienatio, poſtquàm lex ſic interpretatur, *quam gloſ.* ad hoc ponderat *ibi Salycet.*
12 & reſpondet, vt ſupra alias dubia erat quæſtio: quia pignus in bonis debitoris permanet ad *text. in l. pignus C. de pignor. act.* &
13 alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, dicit *text. in d. l. alienatum*: ſed quia lex interpretauit contineri pignus in prohibitione alienationis, ideò venit incluſum in prohibitione, cumque ſimus in beneficio Principis, dicit
14 *idem Andr. in loco, vbi ſupra, ante primam additionem,* & in expreſſo larga eſt facienda interpretatio, ad *text. in l final. ff. de Conſtit. Princip.* & ſumus in fauorabilibus, & non in odioſis arguendo ex traditis per *Bald. & Salycet. in d. l. final. & text. in d. cap. imperialem* hoc probat, dùm dicit, vt nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocumque modo di-
15 ſtrahere, ſeu alienare, & ſic *text.* declarat, quòd verbum alienare habet ſe in pluſquàm vendere, & pignorare: quodq. omnia comprahenduntur ſub verbo diſtractionis, & alienationis, dùm finis fuit prohibere commercium, & vt comprahenderet omnia, dixit in fine quocumque modo diſtrahere, ſeù

aliena-

alienare, & propterea cum lex ſit expreſſa, quòd ſub verbo alienationis comprehendatur pignoratio: ſequitur quod ſiuè prædictum verbum ſtet prohibitiuè, ſiue permiſſiuè, ſemper idem verbum erit, & propterea eadem comprehenſio, & eadem interpretatio ab intellectu iuris, quod irrefragabiliter probat idem *text. in d. l. fin. in verb. ſimiliq; modo, vbi* limitat regulam factam, vt qui nõ poteſt alienare, non poſſit obligare, limitat inquam, quando lex, teſtator, vel contrahentes alienationem fieri permiſerint in aliquo caſu, vt tunc omnia ſupra prohibita facere poſſit, ibi, *niſi in his tantummodo caſibus; in quibus Conſtitutionum authoritas, vel teſtatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiſerit.*

Sed *Andr. in d. cap. imperialem nu.* 4. mouet quæſt. poſt *gloſ. ibi*, an ſicut vaſallus non
16 poteſt obligare feudũ, ſic etiam Dominus, qui ad paria iudicantur; & tandem concludit, quòd antiquitus poterat Dominus alienare, & obligare; & demùm alienare tantũ prohibitus fuit inſcio vaſallo, ex *tex. in cap.* 1. *§. ex eadem lege de l. Corrad.* & nihil eſt expreſſum de pignore, propterea dicit, quod poterit pignorare, cum propriè non ſit alienare, quæ opinio eſt ab *omnibus* communiter ſequuta, vt *ibi per Iacob. de Beluiſ. Bald. Aluar. Præpoſ. Aſflict. Capyc. & omnes*: ergo manifeſtè tenent, quod ſub verbo alienationis non continetur pignoratio, & conſequenter ex permiſſione alienationis non veniret permiſſa pignoratio, ſeu hypothecatio, quia vt dixi, verumque reperitur prohibitum de per ſe, nec poteſt ſaluari *Andr.* quin cõtrarietur in quæſtione per prius poſita reſpectu vaſalli, in qua tenuit per *text. in d. l. fin.* quòd ex prohibitione alienationis veniet prohibita pignoratio, propterea quid dicendum.

Propriè, & ſtrictè alienationis verbo non venit pignoratio, ſed quando hoc verbum
17 profertur à lege, tunc venit, & ita procedit *text. in d. l. fin* vbi *Cyn.* declarat, reſpondendo *ad text. in d. §. quintus, & omnes Doctor. in d. l. fin.* dicunt *legem* illam interpretaſſe verbum *alienare*, & voluiſſe comprehendi ſub eo pignorationem, quod verbum alias de propria, & ſtricta ſignificatione non comprehendit niſi contractum dominij tranſlatiuum. Si ergo habemus *legem* expreſſam hoc dicentem, quotieſcumque per *eam* fuerit alienatio prohibita, ergo ſi per *l. Corrad.* eſt prohibita Domino alienatio, & eſt prohibitio legis, quomodo poterit tergiuerſari, quòd non ſit etiam prohibita pignoratio, & ex hoc confunditur ratio communis, quòd ex eo, quia non reperitur prohibitum, cenſetur permiſſum: nam ſi verbum *alienationis* hoc comprehendit, dicimus ex prohibitione alienationis oriri prohibitionem, & cum non habeamus contrariam diſpoſitionem in feudis, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris communis ſecundum reg. *text. in cap.* 1. *de feud. cognit.*

Sed quid dicendum in quæſtione noſtra, an propterea permiſſa alienatione, dicamus permiſſa pignoratio ex ſupra fundatis, & videtur minimè eſſe pignorationem permiſſam, quia ſumus in permiſſione hominis, & non legis; cumque de propria ſignificatione pignoratio non comprehendatur ſub verbo *alienationis*, & verba debẽt intelligi propriè, & non impropriè, & prohibitio adeſt tam contractuum, ex quibus dominium transfertur, quàm illorum, ex quibus dominium minimè transfertur, ſeu illorum, ex quibus conſtituitur ius in re, & propriè in pignore, & hypotheca; propterea cum alienationis verbũ propriè importet contractuum dominij tranſlatiuum: hypotheca verò, ſeu pignus minimè, & ob id non comprehẽditur propriè ſub verbo *alienationis*; ſequitur quòd aſſenſus præſtitus alienationi non comprehendet pignorationem, vel hypothecam, & illa interpretatio, quæ fit per *legem* in caſum *text. in d. l. fin.* dum *lex* profert hoc verbum teſtator, vel à contrahentibus profertur, non eſt extendenda extra caſum eiuſdem *legis*, quę ſic voluit
18 interpretari. Sumus hic in aſſenſu hominis, qui differt ab aſſenſu legis, ſecundum *Iſern in cap.* 1. *qui ſucceſſ. ten.* & extra casũ illius *text. Doct. omnes* dixerunt ſub verbo *alienationis* non cõprehendi pignorationẽ; quodque lex voluit, & interpretauit ſic largè in caſu, in quo loquuta fuit: ergo nullo modo poteſt hoc habere locum extra casũ ſuum; non ſumus hic in lege, non in contractu, non in teſtamento; ſed quæſtio eſt poſita in aſſenſu per hominem conceſſo: igitur nullo modo poteſt extendi ad pignorationem non comprehenſam ex proprietate vocabuli ſecundum *omnes Scribent.* Ex quo ceſſat motiuum comprehenſionis, quod procedit, quatenus ex proprietate verborum hoc poteſt colligi, in quo cum habeamus *Doctor.* contrarium dicentes, remanet propterea omnibus contrarijs reſponſum: ſtante ſolido fundamento in propria materia, quod longè differt aſſenſus legis ab aſſenſu hominis, & non licet arguere de vno ad alium, ex *Andr. in d. cap.* 1. *qui ſucceſſ. tenea. nu.* 7. declarat *Camer. vbi ſupra fol.* 7. *col* 4. *in fin.*

19 *in fin.* Nec regula illa, quòd vetita alienatione, ſit etiam vetita pignoratio, ſeu obligatio eſt tuta; licet *Andr.* contrarium tenuerit, nam in multis fallit, immò regulariter niſi in caſibus à iure expreſſis, vt *ibidem* per *Camer.* authorit. *Ardiz. qui* deciſiones cumulat *cart. mihi* 12. *quem* tacito authore referunt *Moder. Add. ad Andr. ibidem num.* 2.

20 His non obſtantibus teneo indubitanter cõtrariam ſententiam ex *allegatis in princ.* ex diſpoſitione *text. in d. l. fin.* ac etiam ex ponderatione facta *text in d. cap. imperialẽ*, & illud, quod dicitur de differentia aſſenſus
21 legis, & hominis, retorquetur: Nam differentia conſiſtit, quòd ſtrictius prouidet lex, quàm homo, & plus cõpræhendit, & ad plus ſe extendit aſſenſus hominis, quàm legis, vt expreſsè dixit *Andr. in d. cap. 1. qui ſucceſſ. tenea num.* 11. & declarat *Camerar. in cap. imperialem cart.* 7. 4. *colum. lit. T*, quia dixit *Andr.* quod lex de alieno diſponit, & homo de ſuo, vt *ibi* latius per *eum:* cumque *Andr.* expreſsè dixerit, quòd etiamſi in *d. cap. imperialem*, non eſſet facta mentio pignorationis, quòd adhuc prohibita veniebat ex prohibitione alienationis ex vi, & potẽtia ipſius verbi ſic interpretati, & declarati per *text. in d. l fin.* tàm in caſum prohibitionis, quàm permiſſionis: igitur habemus caſum legis, quicquid dixerit *ibi Camer.* dubitatiuè dicto *Andreæ* & notetur fallacia: non enim
22 tractatur in *text. d. l. fin.* de aſſenſu legis, nec de interpretatione verbi à lege prolati tantũ, ſed expreſsè de declaratione verbi alienationis, ſiue proferatur à lege, ſiue ab homine, & hoc tam in vltima voluntate, quàm inter viuos: ibi *ſancimus, ſiue lex alienationem inhibuerit, ſiue teſtator hoc fecerit,*
23 *ſiue pactio contrahentium hoc admiſerit &c.* Et dùm Rex inueſtit aliquem de feudo, dicitur contrahere, & hic propriè eſt contractus feudalis ſecundum *Doctor.* communiter *in præludijs*, & idem pariter dùm aſſentit: nam dum per aſſenſum fit translatio de vno in alium, & ille in quem transfertur ſubrogatur in locum alienantis recognoſcens vti vaſallus, & ſubditus vel feudum, vel ius ſuper feudo à Domino, vt per *Frecc. in* 2. *lib. poſt* 38. *quæſt.* ibi: *An licentia, quam dat Rex num.* 5. & tunc dicitur cum Domino de nouo contrahere mediante aſſenſu, vt notanter declarat *Camerar. vbi ſupra cart. mihi* 8. *colum.* 3 *lit. M*, ob quod dixit *Bald. in cap. ſi facta ſi de feud. defun. milit.* quòd emptor feudi cum aſſenſu, ſuccedit in eo ex Domini perſona, *ibiq;* *Præpoſitus* tradidit, quòd videtur vtile dominium in manus Domini remitti, & ab eo peruenire in emptorem, & occultatur vnus actus iuxta termin. *text. in l. ſingularia ſi certum petatur, Andr. in cap.* 1. *colum.* 4. *verſ. alij dicunt, qui ſucceſſ. tenea.* cumulat deciſiones *Domi-*
24 *nus Regens Lanarius in conſ.* 8. *nu.* 12. Hinc dicimus, quòd dum ſuper feudo contrahitur, non ſufficit voluntas duorum, ſed opus eſt tertio, & ſic tres in contractu interueniunt, videlicet partes cõtrahentes, & Rex: ita declarat, & bene *idem Camer. in loco cit. car.* 29. *col fin lit. S*,

Ex quibus apparet non tractari de aſſenſu legis, ſed hominis; immò de hominis cõtractu, vnde cum *text in d. l. fin.* ſit expreſſus in contrahentibus, non oportet vagari in diſceptationibus, nec in proprietate verborum, ſi habemus caſum legis in propria quæſtione.

Et dum reperitur alicui data facultas alienandi ſimpliciter non reſtricta ad vitam,
25 ſed generaliter, poterit etiam diſponere in vltima voluntate: nam diſponendo in perſonam non ſucceſſibilem ex lege inueſtituræ dicetur alienare, & ſiue per hæredis inſtitutionem, ſiue per legatũ, ſiue quolibet alio modo alienando in morte, valida erit diſpoſitio, quia alienatio eſt, & illa permiſſa vigore aſſenſus dixit *text. in l. peto §. fratre vbi Bart & Scrib. de leg.* 2. ſic tradidit per illum *text. Andr. in cap.* 1. *§. filij autem de ſucceſſ. feud in princ.* ponit propriam quæſtionem *Frecc.* inferens ad officia cum hac facultate conceſſa *in* 2. *libr ſubfeud.* 38 *quæſt. nu.* 9. *verſ. ſed ſi Rex*, & vltra per *ipſum* adducta videatur *Iacob. Mandell. in conſil.* 61. *lib.* 1. *nu.* 7. *Roland. a Valle conſ.* 42. *num.* 2. 1. *vol. Burſat. conſ.* 49 *nu.* 23. *lib.* 1. *Rimin. Iun. conſ.* 9 *num.* 105. *lib.* 1. *&c.* Sed hoc vltimum intelligo iuxta notata ſupra in quæſtionibus præcedentibus.

SVMMARIVM.

1 *Offerens emere rem feudalem in iudicio, an poſſit reuocare oblationem, ſicut non poteſt debitor, cuius bona venduntur reuocationem facere, & concluditur idem eſſe in offerente quod in debitore.*

2 *Conſtitutio Reg. conſtit. diuæ memoriæ non habet locum pendente reſolutione aſſenſus pẽnes Regem, ſeu Proregem.*

3 *Conſtitutio conſtitut. diuæ memoriæ declaratur.*

4 *Dominus præueniens vaſallum in auocatione feudi alienati ſine aſſenſu tollit vaſallo reuocationem per Conſtitut. Regni permiſſam.*

§. VII.

VIDIMVS ſupra, & firmauimus reuocationem indu
1 ctam per *Reg.Conſtit.* procedere tam in venditore, quàm in emptore; & pariter vidimus communem eſſe limitationem, & ſecundum prædicta practicatum, non procedere hoc in venditione neceſſaria, quæ fit authoritate iudiciaria in exequutionem ſententiarum, & decretorum. Videamus inquam, id quod diximus reſpectu venditoris, qui repræſentatur per Iudicē nomine ipſius vendentem; An hoc locum habeat etiam in offerente in iudicio, & faciente oblationem velle emere bona in iudicio deducta, & venditioni parata: ita quòd ſicut debitor, cuius bona venduntur, non poteſt reuocare, ita nec etiam offerens illa emere pro certo pretio, non poſſit ab oblatione recedere, quanquàm bona ſint feudalia, & non ſit Regius aſſenſus impetratus:

Hæc quęſtio deciditur ex eiſdem rationibus, ex quibus eſt deciſa in venditore, de quo per *Frecc.in 2.libr.in 6. & 43.limit. ad conſtitutionem prædictam, vbi* dicit, quòd eſſet ludibrio, verteretur in opprobrium, & non debet deludi authoritas haſtæ Fiſcalis, & *idem Auth.in differentijs quas ponit inter feudum ex pacto, & hæreditarium*, dicit in *5.quæſt.* notabile verbum, ſcilicet, *quòd non datur reuocatio ob authoritatē Magni Prætoris* & ego addo, quia ſtatim, quòd partes ſunt in iudicio, in quo quaſi contrahitur cū Iudice, qui partium vice fungitur, non habent amplius partes facultatem liberam diſponendi, ſed illa eſt translata in Iudicem calore, & authoritate iudicij, & ſic deficiente poteſtate non poteſt dari reuocatio, quia Iudex partes repræſentans, & in quem omnis illorum facultas eſt translata, aliter non reuocat. Sacrum enim Conſilium propriam Regis perſonam repræſentat: hinc dicitur Sacr. Reg. Maieſtati, & vt tali ſupplicatur, & ſicut cum Rege contrahentes opus non habent aſſenſu iuxta diſpoſitionem *text.in cap. 1. extra de feud. Curt. in tract. feud. 4. part. verſ. 6. principaliter, cum vulg.* Ita cum S.C. dum iudicialiter venditiones, & emptiones tractantur, & licet aſſenſus poſtea expediantur per Collaterale Conſilium, non per hoc infertur non eſſe cum Domino contractum; ſed quia idem Dominus hanc dedit formā, & hanc voluit ſolemnitatem ſeruari, vt ſpecificus poſtea petatur, & præſtetur aſſenſus à Prorege, ſuoq; Collaterali Conſilio, quodque hoc ſit iuris indubitati, deciſū fuit per
2 Collaterale Conſilium in cauſa Marchionis Vallis Siculæ cum terra fluminis frigidi, & Caſale Longobardorum non eſſe locum reuocationi vigore *Conſtit. Reg.* dum habitus fuit recurſus ad Regem pro aſſenſu, & Rex manus impoſuit, petiſtq; informationem, vel præſtationem illius Proregi commiſit, per *text.in cap. bonæ lo 2. de poſtulat. prælat. vbi* rationem ponit *text.* per infraſcripta verba.

Si enim poſtquam poſtulatio ſubſcriptionibus poſtulantium roboretur, & præſentatur Romano Pontifici approbanda, poſſent ab ea recedere poſtulantes, nobis frequenter illuderent, & iudicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur &c. Et idem in renunciatione, vt poſtquam fuit obtenta licentia renunciandi, cogatur renunciationem facere ea ratione ne Papa illudatur, vt in *cap. quidam de renunc. vbi gloſ. & omnes*, & cæteris *Imol.* & idem ſi Papa commiſerit alteri, qui loco ſui renunciationem recipiat, ſi hoc expedierit, nam non poterit quid innouari, deciſ. eſt notab. *Innoc. in d. cap. quidam verſ. compellendos.*

Et ſi eleganter *idem Frecc.* ad intellectum prædictæ *Reg. Conſtitut. in 2 libr. in quæſt. incip. à Regnicolis num. 16. & 17.* tradidit,
3 quod dum *Conſtitutio* dat contrahentibus reuocationem iure proprio, quòd hæc verba important, vt exerceant ius reuocādi, quod Rex habebat, & funguntur vice, & authoritate Regis data per illam *Cōſtitutionem*, & concordat cum intellectu *Andr.* dicentis;
4 quòd reuocat iure ſpeciali: Hinc ſi Rex prę-uenit, & fuerit litem conteſtatus, feudatarius ampliùs non reuocat, ſecundum *eundem Andr. in cap. 1. §. poſt refutationem de vaſ. qui cont. Conſtitut. Lothar.* Ergo ſi hæc authoritas demandata in venditione iudiciali nō remanet in poſſe partium, ſed eiuſdem Regis repræſentati per Sac. Conſ. quòd vices partium ſubſtinet, & iudicium confertur in inuitum: ſequitur propterea quod deficit poteſtas reuocandi, & tractandi ſunt termini adimplementi venditionis iuxta oblationes in iudicio factas.

Ex his apparet vanam eſſe differentiam inter emptorem, & venditorem, vt is non poſſit reuocare, dùm venditio eſt neceſſaria, & emptor poſſit: nam poſt factam oblationem tanta neceſſitas conſideratur ratione iudicij in emptore, quanta in venditore, nam ſua oblatio fecit, quod id, quod à principio erat voluntarium ſit effectum ex poſt facto neceſſarium ex obligatione in iudicio contracta: hinc in oblationibus ſolet præ-

finiri

finiri,& ſtatui tempus certum, ne perpetuo remaneant offerentes obligati,quod non eſſet, ſi daretur pœnitentia, & admitteretur reuocatio.

Rurſus ſi *Conſtitutio* prædicta, per quam datur ius reuocandi,ex eo, quia loquitur de contrahentibus recepit interpretationem procedere tam in venditore, quàm in emptore; ergo cur diuerſum in limitatione illius, dum dicitur non habere locum in venditione neceſſaria, vt non comprehendat tã venditorem,quàm emptorem, ſi emptor eſt effectus neceſſarius ex ſua oblatione in iudicio facta, & contractus venditionis non poteſt dici talis ex ſolo venditore, ſed etiam ex emptore, aliàs non conſiſteret venditio, & claudicaret, & ad imparia iudicaretur venditor,& emptor, vt vnus non poſſet pœnitere, reuocare, & recedere, & alius eſſet aliter, & minimè ad aliquid obligatus. Eſt enim limitatio ad *conſtitutionem*, ergo de regula alias non eſſet bona limitatio,ſecundum latè tradita per *Andr.in cap. 1.qui ſucceſſ. ten.* regula enim eſt, vt *Conſtitutio* habeat locũ in venditore,& in emptore; ergo limitatio ad regulam intelligitur de vtroq;.

Præterea ratio contemptus, ratio quod eſſet ludibrio,ratio magni Prætoris, ratio opprobrij ſupra conſiderata nonne militat etiam reſpectu emptoris, & offerentis in iudicio velle emere, certè ſic; igitur,quòd diximus in venditore, vt poſtquàm Iudex apposuit manus, vt minimè poſsit exercere ius reuocandi, idem per omnia dicendum eſt in offerente velle emere, qui dum offert, reſpondit Iudici offerenti vendere,cuius authoritas non eſt parui facienda,nec contemnenda. Sicut enim quando ſuperior apponit manus in negotio, officium inferioris conquieſcit,ad *text.in cap.vt noſtrum,de appellat.* Ita & multo magis manus remanent ligatæ partium,quæ in iudicio contraxerunt, ſi admitteretur pœnitentia in offerentibus, eluſorię redderentur omnes exequutiones ſententiarum Sacr.Conſil. & colluſiones inter venditores, ſeu debitores, & offerentes poſſent eſſe maximæ, & Reipublicæ perniciosæ.

Nec facit ad caſum, quod non eſt deuentum ad ſubhaſtationem:nam illa ratio,quòd non debet eludi haſta fiſcalis, eſt vna de rationibus inter multas,qua ceſſante non propterea aliæ ceſſant ex regul. *text in §. affinitatis,inſtit.de nupt.*nec differt,aut eſt maior authoritas haſtæ fiſcalis ab authoritate Iudicis, & ſupremi tribunalis; immò propriæ Maieſtatis, quæ eſſet ludibrio,in opprobriũ, & contemneretur, &c.

Ex quibus recedo ab opinione,quam contra hæc tenui in *conſ.5. nu. 88. & ſeq. 1.vol.* in quo ſimpliciter firmaui contrarium,non conſideratis rationibus,de quibus ſupra pro indagatione veritatis,& poſt quam propter hunc finem me ipſum corrigo, & reprehendo, propter eandem cauſam, parcere mihi debent Lectores huius operis, quando contra alios, licet graues authores inſurrexerim; finis enim eſt veritas, pro qua certamur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Separatio bonorum, an habeat locum in feudis,latè diſcutitur & concluditur pro parte affirmatiua in quibus ſunt pro parte affirmatiua Io.Vinc de Ann.& pro negatiua Io.Andr.de Georg.*

2 *Rigor in feudis ſeruatur.*

3 *Aditio hæreditatis non tollitur per ſeparationem bonorum, nec tollit hypothecam contractam ſed tantum ex ea inducit prælationem, & habet locum etiam contra Fiſcum.*

4 *Deciſio Zaſii ponderatur.*

5 *Feudatarius non habens liberam ſuorum bonorum diſpoſitionem non poteſt quicquam de feudo facere.*

6 *Diſpoſitio feudatarij regulatur ab intellectu iuris.*

7 *Aſſenſus regulatur à contractu.*

8 *Dominus aſſentiendo nihil transfert, ſed tantum tollit obſtaculum.*

9 *Dominus vtilis,& ſic feudatarius eſt ille, qui ſuum vtile dominium transfert, & ab eo habet cauſam ſecum contrahens.*

10 *Regula text. in l.obuenire de verbor. ſignif. declaratur, & ſic alia regula, quod aliud ſit dare,& aliud danti conſentire.*

11 *Diſtinctio,& declaratio terminorum, ac deciſionum Iſern. & differentia inter feuda hæreditaria & feuda ex pacto in eo, quòd per aſſenſum retranſferatur dominium in Dominum, & ab eo demum ex cauſa alienationis facta intelligatur translatum in ſucceſſorem,qui à Rege & non ab alienante dicatur cauſam habere.*

12 *Inuentarium in feudo hæreditario deſeruit, vt vltra vires hæres non teneatur,vt tenetur,ſi illud non confecerit.*

13 *Feudum hæreditarium cenſetur res defuncti.*

14 *Feuda ex pacto acquiruntur ſucceſſione feuda hæreditaria tranſmiſſione à defuncto in hæredem.*

15 *Hæres in feudo tripliciter conſideratur.*

16 *Feudum hæreditarium nil differt ab allodio,*

dio, quando diſpoſitio illius eſt aſſenſu corroborata.

17 *In feudo hæreditario quomodo dicitur occultari vnum actum, & cenſetur emptor à Domino inueſtitus.*

18 *Deciſio Bal. in cap. ſi facta, ſi de feud. def. mil. impugnatur.*

19 *Lex feudalis nil diſponens ſuccedit diſpoſitio turis communis Romanorum.*

20 *Beneficium legis, & Inuentarij habet loctũ tam in feudo ex pacto, quam hæreditario.*

21 *Beneficium inuentarij inducit ſeparationem bonorum.*

22 *Creditores defuncti in actione perſonali vigore ſeparationis præferuntur creditoribus hypothecarijs hæredis.*

23 *Debitor poteſt non acquirere, & in acquirendo facere deteriorem conditionem ſui creditoris.*

§. VIII.

EVIT alias dubitatum, an poſſit practicari in feudis ſeparatio bonorum, iuxta terminos *text. in l. 1. per totum ff. de ſeparationibus, & in l. 2. C. eod. tit.* vtilis enim, & neceſſaria eſt quæſtio, cum contingat multoties, vt defuncto locupleti ſuccedat hæres debitis inuolutus, cuius bona proprijs creditoribus non ſufficiunt, & illi ſatisfieri velint ſuper bonis defuncti, cui ipſorum debitor ſucceſſit, & quia habẽt aſſenſũ ſuper obligatione bonorum feudalium, præferri volunt defuncti creditoribus aſſenſu carentibus, quia illius bona per ſucceſſionem, & aditionem, ſunt effecta hæredis, quam quæſtionem ex profeſſo duo noſtri *Regnicolæ* tractauerunt. Primus enim fuit *Doctor Io. Vinc. de Anna*, vt per *eum in alleg. ſua 30. qui* tenuit partẽ affirmatiuam, alter verò fuit *Conſiliarius Io. Andr. de Georg.* & hic in *alleg ſua 18* partem negatiuam tenuit contra *Annam*, in quorũ ſcriptis rationes videri poterunt, quę pro vtraq; opinione adducuntur, & quomodo hinc inde contraria diſſoluuntur.

1 Ego verò meam proferam ſententiam, non vnam, vel alteram opinionem damnando, ſed meam in medium ponendo, vt anſam præbeam peritioribus, & curioſis altius diſputandi, & veritatem indagandi, & ex his, quæ in diſcurſu dicam, demonſtrabo veritatem terminorum feudalium, quibus elucidatis, facilè ni fallor erit iudicium, ſi remedium ſeparationis bonorum habet locum in feudis.

Non concurro cum rationibus æquitatis, quas ſummoperè ponderat, & in his ſe fun-
2 dat *Anna*, cum materia feudorum ſit rigoroſa, & rigor in ea ſeruetur, dixit *Andr. in cap. imperialem ante num. 6. de probib. feud. alien per Feder. vbi Camer. car. 49. 1. col. idẽ Andr. in §. donare, qualiter olim feud. pot. alien.* nec concurro cum duobus præſuppoſitis *Conſiliarij de Georg.* primum eſt, quòd per remedium ſeparationis à lege proditũ
3 deſtruitur aditio facta per hæredem deducendo bona ad primam naturam, & reſoluendo hypothecam contractam per creditores hæredis; hoc enim eſt contra *text. in d. l. 1. de ſeparat. qui* expreſsè præſupponit præexiſtentiam aditionis, ſed vult, quòd per eam non fiat deterior conditio creditorum defuncti, ibi, *& qui adijt hæreditatem debitoris mei, non facit meam deteriorem conditionem*, & in *§. ſciendum* minimè tollit hypothecam contractam, ſed dat prælationem creditoribus defuncti etiam in actione perſonali, ibi *ſciendum eſt autem, etiam ſi res obligata eſſe proponatur ab hærede pignoris iure, vel hypothecæ, attamen ſi hæreditaria fuerit iure ſeparationis hypothecario creditore, potiorem eſſe eum qui ſeparationem impetrauerit, & ita Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt, ſed etiam aduerſus Fiſcum, & municipes impetratur ſeparatio.*

Ex quibus apparet, nec aditionem reuocari, nec hypothecam annullari, ſed firmis omnibus remanentibus in ſuo eſſe, prælationem tantum per ſeparationem induci, & ſi datur prælatio, ergo exiſtentia hypothecæ datur, ſuper qua prælatio fundatur, quia alias non entis nullæ eſſent partes, pro quo
4 legatur deciſ. punctualis *Zaſij in eodem §. ſciendum*, dicentis, quòd licèt hæres poterit impignorare rem hæreditariam, per ſeparationem tamen non ceſſat ius pignoris cõtracti per hæredem, ſed effectus iſtius iuris, quia creditor priuilegij realis non vtetur illo contra chirographarium creditorem defuncti, & propterea ſatisfactis creditoribus defuncti ex illius bonis, ſi aliud ſupererit dicit *Zaſ* quòd tunc incipiet ius pignoris iterum cõualeſcere, quæ deciſio videtur mihi ſollemnis in puncto de quo tractamus, ita quòd tranſit feudum in hæredem, & per aditionem ſit Dominus feudatarius, ſed non inconuenit, vt illi à lege limitata ſit poteſtas, ſiue diſpoſitio, quo caſu, quando aliun-
5 de feudatarius non habet liberam bonorum diſpoſitionem non poteſt quicquam de feudo diſponere, caſus eſt *in cap. 1. in princ. per quos fiat inueſtit.* ibi, *qui enim qualibet ratione, aliquid de ſuis rebus impeditur alienare,*

nare, is nec per feudum poterit inueſtituram facere, vbi Bald. dicit, quòd abuſiuè includitur contractus pignoris, quia conſtituitur ius in re, quod probat *text. in l. fin C. de reb. alien. non alien.* & quæ latius *Andr.* tradidit per illum *text. in d. cap. imperialem*, lex igitur ciuilis impediuit, ſeu limitauit poteſtatem hæredis circa diſpoſitionem bonorum defuncti, in quo lex feudorum non ſolum non eſt contraria, vel nil diſponit, ſed aſſiſtit, vt in *d. cap. 1. & in § ſed & res, per quos fiat inueſtitura.*

6 Et ſi diſpoſitio feudatarij regulatur ab intellectu iuris ex reg. *text. in l ſi cui ff. de ſeruit.* qui eſt *text.* peculiaris *Andr.* ad propoſitum, de quo per *eum in cap. 1. qui ſucc. ten. in d. cap. imperialē, & in alijs locis quam-*
7 *pluribus*, & aſſenſus regulatur à contractu, vt authoritate *Andr. in eod. cap. imperialem* declarat *Camer. cart. 44. 2. col. in princip.* & ratio eſt, quia Dominus aſſentiendo nihil
8 ipſe transfert, ſed tantum tollit obſtaculum prohibitiuum alienationis, ex vulgata, & cō-muni decis. *Io. Fabr. in § non ſolum inſtit. de*
9 *leg.* feudatarius eſt ille, qui ſuum vtile dominium in alium transfert aſſenſu impetrato, & emptor, & qui contrahit cum feudatario dicitur ab eo cauſam habere, ita *Iſern. in d. cap. imperialem num. 13. col. 5. vbi Moderni Addentes in verſ. quamuis* eleganter declarat *Camer. ibidem cart. 43. colum. 3.* vbi
10 exharat regul. *text. in l. obuenire de verb. ſignif.* quòd qui confirmat dat, & regulam illam aliam, quòd aliud ſit dare, & aliud ſit danti conſentire, de qua in *l. aliud de regul. iur.* dat enim vaſallus ſuum vtile dominium alienando, quòd non poteſt dare Dominus cum illud non habeat, & dat etiam Dominus, quòd haber, quòd conſiſtit in relaxatione iuris prohibitiui diſpoſitionis feudorum, quòd *idem Camer. cart. 52. in princ.* firmauit per deciſ. punctualem *Andr. in eodem loco num 11. verſ. ſed ſi venderetur, quem* refert, & ſequitur *cart. 78. 1. col. & cart. 79. 4. col. verſ. quinta concluſio, & idem Andr.* melius *omnibus* declarat *in cap. 1. § ſed nec eſt alia iuſtior num. 38. quæ ſit prima cauſ. benef. amittendi, vbi* quòd conſenſus Domini operatur, vt vaſallus quòd habet, poſſit alienare, ſcilicet ſuum vtile dominium, & qui acquirit, illud habeat pro ſe, & hæredibus, quia hoc eſt de natura acquiſitionis, & confirmationis, & hoc modo, qui confirmat dat, & ſimili modo loquitur *in § quid ergo nu. 5. in fin. de inueſt. de re alien. facta, in cap. 1, de eo, qui ſibi & hæredibus ſuis*, ex reg. *text. in cap. 1. de duobus fratribus, in l. ſi pactum ff. de probat.* quæ ſunt propria in caſu quæſtionis famoſæ poſitæ per *Andr. in cap. 1. qui ſucc. ten.* quę non eſt materia noſtra, ſed de ea latius ſupra verba fecimus, & *idē Andr. in c. 1. § hac edictali de prohib. feud. alien. per Lotharium* dixit, quod vaſallus poteſt vendere ius ſuum, Domino permittente, & idem tradidit in *d. cap. imperialem nu. 4.* ſecundum
11 quæ diſtinguuntur *Andr.* deciſiones, quid transferat feudatarius, & quid dat Dominus aſſentiendo. Ex quibus patet non procedere in feudo hæreditario id quod, dicitur ꝙ per aſſenſū in alienatione cenſeatur retranſlatum dominium feudatarij in Regem, ſeu Dominum directum, & ab eo demum tranſlatum in ſucceſſorem, ita quòd dicatur habere cauſam à Rege, & non à feudatario diſponente, quòdquè occultetur vnus actus, & fingatur retranſlatio facta ſecundum regul. *text. in l. 3. in § fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. in l ſingularia ff. ſi cert. pet.* Procedunt enim hæc in feudo ex pacto nō hæreditario, cuius dominium eſt temporale, vita feudatarij durante, & cēſentur tot donationes ad tempus factæ poſt vitam cuiuslibet, & dicitur feudum ſubiectum reſtitutioni, vt elegan ter per *Andr in cap. 1. nu. 30. de ſucc feud.* & tunc quia eſt extinctum dominium per mortem feudatarij, & ſucceſſor capit à primo cōcedente, meritò dicitur ab eo cauſam habere, & non à defuncto, & cenſetur tunc retranslatum feudum in Dominum, & iterum conceſſum ſecundo, declarat punctualiter *And. in d cap. imperialem in §. præterea ducatus poſt nu. 38. verſ. ſed dicatur, quem* ad propoſitum allegat *Camer. in repet. cap. an agnatus num. 54. verſ quæro primo*, cumulat deciſ. *Frecc. in 1. differ. inter feudum ex pacto, & feudum hæreditarium*, & hoc modo dicetur habere à Domino, ita *Andr. in §. quid ergo nu. 7. verſ videtur mirabile de inueſtit. de re alien facta*, cuius contrarium eſt in feudo hæreditario, cum illius dominium continuetur à defuncto in hæredem, & ob id non releuat inuentarium, quia eſt in hæreditate, & habet ſucceſſor, vt hæres in ipſo feudo, deſeruit enim tantum, vt vltra vires hæ-
12 reditarias non teneatur, ſecus ſi non confecit, nam tenebitur tunc etiam vltra vires, ita *Andr. in cap. 1. an agnatus col. 1. Camer. vbi ſupra cart. 20. & in cap. an agnatus prima oppoſit. nu. 84.* peroptimè *Loffred. in conſil. 46. poſt num. 17.* latius per *me in conſ. 34. nu. 2. conſ. 52. nu. 4. conſ 88. nu. 37. & 45.* Hinc
13 dixit *Frecc. in 7. differ. inter feudum hæreditarium, & ex pacto cart. 442* quod feudum hæreditarium cenſetur res defuncti, non hæredis, qui non venit ex perſona ſua, ſed de-
14 functi. Hinc dicimus feuda ex pacto non

hære-

hæreditaria acquiri ſucceſſione, feuda verò hæreditaria acquiri tranſmiſſione à defuncto in hæredem, ſecundum *Andr. in cap. 1. §. huius autem generis nu. 11. verſ. ſi ergo non probatur, quib. ex cau. feu. ammitt.* latius, & eleganter author. *Andr.* docuit *Camer. in repet. cap. 1. an agnatus quæſt. 9. num. 94.* & 15 ideò tripliciter conſideratur hæres in feudis, videlicet hæres ſanguinis, & hæc qualitas ſemper concurrere debet, hæres hæreditatis, & hoc in feudo ex pacto reſpectu filij, & hæres feudi, quod eſt in feudo hæreditario, de quibus latius in *meo conſ. 34. vbi* videri poterit, & *idem Frecc.* authoritate *Andr. in cap. 1. col. 5. de nat. ſucc. feud. & in alijs quampluribus locis* dixit feudum hæredita-16 rium nil differre ab allodio, quando adeſt aſſenſus in eius diſpoſitione, vt per *eum, vbi ſupra 3. col. propè num. 4. ac in ſecunda, ſexta, & 13. differentia inter feudum hæreditarium, & feudū ex pacto*, per aſſenſum enim dicitur Dominus dare, quòd erat ſuum, non autem feudatarij, & dicitur occultari vnum 17 actum etiam in feudo hæreditario, & eſt, vt feudatarius ſecundus vtili dominio acquiſito, mediante emptione, vel alio titulo à prædeceſſore recognoſcat taliter à Domino, ſicut ſi ab ipſo eſſet infeudatus, & cum ipſo contraxiſſet reſpectiuè ad fidelitatem, & ad concernentia dominium directū, quòd decidit formaliter *Andr. in cap. 1. §. ſi clientulus de alienatione feud.* dum dicit, quòd Rex conſentiendo alienationi erit ſtabilis alienatio etiam poſt mortem alienantis, ex dictis in *cap. 1. qui ſucceſſ. teneant* & ſubdit quod habetur, ſicut ſi principaliter feudum conceſſiſſet, ergo non eſt verè conceſſum, ſed operatur eius effectū reſpectu recognitionis dominij directi, & ſic loquitur *Andr. in cap. 1. §. ſed & res nu. 10. per quos fiat inueſtit. & idem in d. §. nec eſt alia iuſtior* ſecundum terminos *text. in d. l. obuenire*, ex quibus patet ſe decepiſſe *Bald. in cap. ſi facta* 18 *ſi de feu. defunct. milit. vbi* dixit, quod facta venditione cum conſenſu Domini, emptor dicitur in feudo ſuccedere ex perſona illius, nam hoc modo creditores hypothecarij venditoris non haberent actionem ſuper feudo, ſi dominiū debitoris reſolueretur, quod procedit in feudo ex pacto; cumque à venditore transferatur vtile dominium, ſuper quo nullum ius habet Rex, nec aſſenſus aliquid operabitur de per ſe, ſecundum *Andr.* & dum cum eo diſponitur, habetur, ac ſi eſſet res allodialis ſecundum *præallegata*, de quo etiam in *meo conſ. 3. num. 13.* propterea vel falſa erit opinio *Bald.* contra notiſſimos terminos feudorum, vel limitanda erit eius opinio in feudo ex pacto, non hæreditario, & ſic inſimul cum ipſo ſe decepit *ibidem Præpoſ.*

Ex his apparet, ſatis, ſuperq; demonſtratum, quomodo non procedat ſecundum aſſumptum, quod emens à feudatario dicatur habere cauſam à Rege, & diſtinctæ ſunt omnes deciſ. per *Conſiliarium de Georg.* allegatum, quomodo procedunt, quodq; aſſenſus nihil facit, niſi tollere obſtaculum, & à feudatario diſponente dicitur habere vtile dominium, de quo tantum tractatur, & hoc vtile, quòd habet ſucceſſor recognoſcit à Domino directo, quoad concernentia ſubiectionem dominij directi: ex quo ſequitur ex dictis in princ. quòd cum per legem ciuilem ſit impedita poteſtas hæredis circa alienationem bonorum defuncti, vt non poſſit illius creditoribus præiudicium inferre, & hoc non tangit feudum, ſed perſona inhabi-19 litatur, & lex feudorū, vel circa hoc hil diſponit, & ſtamus ſub reg. *text. in c. 1. de feud. cognit.* vt ſtādum ſit iuri ciuili. Aut dicimus per *text. in d. c. 1. per quos fiat inueſtitura*, quod lex feudorum aſſentit diſpoſitioni illorum, eatenus, quatenus feudatarius habet liberam diſpoſitionem, & per aſſenſum non intendit Dominus conferre poteſtatē, quam non habet feudatarius, nec dare dominium, ſi non habet, aut ius de nouo conferre, ſed tantum tollere obſtaculum alienati ni iuris præexiſtentis eo modo, quo habet, & quatenus habet, eo magis, quia vt ſupra pluries diximus aſſenſus eſt gratia, & nunquam intelligitur facta in præiudicium iuris tertij propterea ex his dicimus veriorem eſſe opinionem affirmatiuam per iuris terminos, vt ſeparatio, ſicut in allodialibus, habet etiam locum in feudalibus, quàm etiam, vt diximus lex contra Fiſcum dixit habere locum, quòd videtur firmare concluſionem.

Vlterius beneficiū legis, & inuentarij habet locum in feudo, tam in feudo ex pacto, 20 quam in feudo hæreditario, vt vltra vires hæres non teneatur, & in feudo ex pacto illud præcipuum teneat, & hoc ex diſpoſitione iuris ciuilis, de qua in *l. fin in §. licentiam, & in §. in computationem C. de iur. delib.* per 21 *qua iura* fit ſeparatio bonorum defuncti à bonis hæredis, ita *Iſern. in d. cap. 1. an agnatus nu. 2. & num. 7. in cap. 1. col. 1. de alien. feud. pat. in cap quid ergo in fin. verſ. item & quando filius de inueſtit. de re aliena. fact.* latiſſimè *Moderni Addentes ad Andr. in cap. 1. in fin. qui ſucceſſ. ten. in verbo inuentarij*; ex quibus hic concludit *Frecc. in 3. libr. tertia formula nu. 8.* quòd per confectionem inuentarij fit ſeparatio patrimonij, ſi ergo

datur ſeparatio bonorum in feudis in eo, qui facit inuentariũ, quare diuerſum dicendum erit in ſeparatione ex eadem lege in-
22 ducta ad inſtantiam creditorum defuncti, qui etiam in actione perſonali vigore ſeparationis præferuntur creditoribus hæredis hypothecarijs, ſecundum regul. *text. in d. §. ſciendum, quem* ad propoſitum allegat *D. de Franch. in deciſ.* 53.

Rurſus *Andr in d cap. 1. an agnatus 4. col. ante verſ. vbi verò*, loquens in debitis ſoluendis à feudatario dicit, quòd in feudo ex pacto nõ ſoluet feudatarius debitum, ſeu legatum non contractum propter feudum, licèt legatum dicatur debitum hæreditarium, niſi eſſet quæſtio inter creditores, & legatarios, & allegat *text. in l. creditoribus ff. de ſeparat. vbi text.* dicit fieri debere ſeparationem inter creditores hæreditarios, & legatarios, *vbi Modern. Addent.*

Igitur non videtur *Andr.* dubitare habere locum ſeparationem in feudis, dùm allegat *legem* illam de ſeparatione bonorum loquentem, & ſituatam *in tit. de ſeparat.* iuxta illud vulgatum *Bart. in l. non ſolum ff. de liber. leg.* quòd Doctor intelligi debet ſecundum legem, quam allegat.

Qui contraxit cũ hærede, habuit reſpectũ ad bona hæredis, & ſic non fraudatur ex ſe-
23 paratione, immò poteſt debitor non acquirere, & in acquirendo ſui creditoris facere conditionem deteriorem, vt propriè in hac materia ſeparationis tradit *text. in d. l. 1. de ſeparat.* E cõtrario creditores defuncti dum contraxerunt patrimonium illius, opulentum contemplati ſunt, quomodò ergo iniqua conditio illi inferri vult per creditores hæredis defuncti, ſeu per ipſum hæredem, vt fraudati remaneant bonis, quorum contemplatione ruèrè, & ſecurè cõtraxerunt ad *text. in regula non debet de reg. iur.* ſi hæres non adiret, eius creditores nullum ius haberent ex aditione, volunt lucrum quærere, & hæres faciendo inuentarium ſpernit omnes defuncti creditores, quare igitur creditores defuncti actionem non habebunt ſuper bonis hæredis cum beneficio legis, & è contra creditores hæredis actionem habebunt ſuper bonis defuncti, qui habent remedium ſeparationis à lege proditum, ſicuti habent creditores defuncti per inuentarium, & tam ſeparatio eſt iſta, quàm alia, & in vtroq; caſu intereſſe, & iactura creditorum conſideratur, & regula naturæ eſt, vt quis non locupletetur cum alterius iactura, *ad text. l. nam hoc natura ff. de cond. indeb.* quæ dixiſſe ſufficiant, remittendo me iudicio peritiorum.

SVMMARIVM.

1 *Nepos filij delinquentis ex cauſa parricidij paterni, an auo ſuccedat in feudo, vel ipſe ex delicto patris ſit ad ſucceſſionem auiti feudi inhabilitatus, & pro parte affirmatiua concluditur, & opiniones Authorum hinc inde ponuntur.*

2 *Doctr. Andr. in cap. praterea ſi vaſ. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. declaratur, & ſic etiam Afflict.*

3 *Delictum parricidij non ponitur inter delicta in Dominum commiſſa, & propterea feuda ad agnatos deuoluuntur.*

4 *Nepos auo ſuccedit ex propria perſona, patre ſublato de medio per delictum.*

5 *Text. in l. quiſquis C. ad leg. iul maieſt. procedit in delictis commiſſis in Dominum.*

6 *Iura feudalia diſtinguunt delicta commiſſa in Dominum, vel in alium.*

7 *Differentia de iure communi Romanorum magna inter incapacem, & indignum, quia incapax nunquam acquiſiuit: indignus verò ſecus, ſed Fiſcus aufert ab eo.*

8 *Incapacitas quando concurrit cum indignitate, ipſa præfertur.*

9 *Ius ſuccedendi, quòd in filium tranſmittitur, intelligitur in filio capace, & habili.*

10 *Filius parricida de iure feudorum facit ſe inhabilem, & incapacem feudi, & omnis delinquens, quia in Curia non poteſt ſtare ſine dedecore.*

11 *Vaſallus parricida feudum poſſidens priuatur feudo ex lege feudi.*

12 *Vaſallus parricida eſt feudi incapax.*

13 *Feudum vaſalli parricidæ, ſi fuerit antiquum deuoluitur ad agnatos, ſi verò nouum ad Dominum.*

14 *Iura feudalia ex cauſa parricidij priuant feudatarium delinquentem proprio feudo, ratione incapacitatis, quod non facit pœna indignitatis, ſecundum ius Romanorum per quod non tolluntur bona propria, ſed hæreditaria occiſi tantum.*

15 *Succeſſio nepotis in feudo auito ſtante delicto parricidij paterno non eſt ex cauſa tranſmiſſionis à patre in filium, ſed ex propria forma, & natura feudi.*

16 *Quis non poteſt venire per alium, quando illo medio tempore eſt inhabilitatus.*

17 *Filius delinquens in vita patris, non priuatur feudo, quia illud non habet, ſed inhabilitatur ad acquirendum, & habetur pro mortuo, ac ſi non eſſet in mundo.*

18 *Nepos exhæredatus à patre ſuo ſuccedit auo in feudo auito hæreditario, quando pater prædeceſſit, quia venit ex propria perſona, & tractatur de ſucceſſione aui.*

19 Fi-

19 *Filius primogenitus delinquens in vita patris nil transmittit in Fiscum, quia inhabilem se fecit ad successionem, & secundogenito post mortẽ patris successio defertur.*

20 *Feuda radicata in personam feudatarij deuoluuntur propter delictum ad fiscum, & feudatarius, omnesq; eius descendentes priuantur, tàm in feudo hæreditario, quàm ex pacto, & prouidentia, quodcumque sit delictum.*

21 *Consilium Fab. de Ann. impugnatur.*

22 *Macula patris filios non aspergit in hæreditate aui, quando delictum patris non fuit læsæ maiestatis:*

§. IX.

SED quæso discurramus ali qua super quæstione alias ventilata in Regia Camera, si filius occidit patrem
2 feudatarium priuetur, nõ solùm ipse successione in feudo paterno, sed etiam ipsius filius, idemq; aui nepos, quæ quæstio fuit valde dubitata propter decisionẽ *Andr. in cap. præterea si vasallus nu.* 10. 11. *vbi Aff. lict. quæ sit prima cauſ. benef. am. qui* videntur tenere opinionem contra nepotem, & è conuerso *Camer. in repet. cap. an agnatus in 6. q. princip nu.* 61. contrariam firmauit opinionem, respondendo, & confutando omnia per *Andr.* ponderata, & adducta, quibus non respõdet *oculatissimus Fab. de Ann* imò nec de *Camer.* mentionem fecit in *suo conſ.* 128. facto in proprio casu, qui tenet contra nepotem, præsupponendo, quod casus non sit decisus de iure communi feudorum, & propterea recurrendum esse ad ius commune Romanorum, iuxta reg. *text. in cap.* 1. *de feu. cognit.* secundum quod præsupponit ex tali delicto exploratum esse ex communi *Doct.* opin. filium, ac nepotem, tanquam indignos à patris, seu aui successione exclusos secundum relata per *Iul. Clar. in §. homicidium, & Boer. quem* ille allegat in *deciſ.* 25.

2 Posset quæstio hæc recipere determinationem paucis verbis, siquidem *And.* loquitur in felonia commissa in Dominũ, & *Affl.*
3 *ibi* loquitur in crimine lęsę maiestatis, & delictum parricidij non est de delictis in Dominum commissis, & propterea *iura* statuerunt feuda paterna ex tali delicto ad agnatos deuoluere, & non ad Dominum, ad *text. in c.* 1. *an ille, qui interf. frat. Dom. ſu. & in c. denique, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* in
4 quo casu communis est *Doctor.* schola, quòd nepos auo succedit, de medio propter delictum patre sublato, quia in vita filius non acquisiuit, & ex delicto se fecit inhabilem ad succedendum, ob quod nihil in eius filiũ potuit transmittere; ideòq; nepos ex propria persona auo succedit in feudo auito; ita *Bald.* post *gloſ. in l. emancipatum ff. de ſenat.* idemq; tradit in *cap.* 1. *ſi vaſall feu. priuetur nu.* 4. dans rationem, quia per delictũ habetur, ac si non esset in mundo, & nunquam feudum fuit radicatum in filij personam, quod per prius tradidit *Bart. in l.* 3. *ff de interd. & releg. Ardiz. in ſumm. cap.* 6. *in rubr. ſi filius repellitur, an nep. ex eo admitti poſſit, Iacob. de Beluiſ. in cap.* 3. *§. hoc quoque* 2. *col. in fin. verſ. tertio caſu, de ſucc. feud.* dicens, quod habetur, ac si pater nunquam fuisset in rerum natura, & *Ardiz.* dicit, quod patris persona tollitur de medio, *Aluar. in cap.* 1. *ſi vaſal feu. priuet. & in d. §. denique* 3. *col. verſ. quarta concluſio, Iacobin. in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt non committere nu.* 60. *qui* sequitur *Bart.* dicens per delictum patrem sublatum esse de medio, *Capyc. in verb feudatariorum delicta in ſua inueſtitura, Cumi. in cap. ſi aliquem in verſ. mortis nu.* 156. & 169. & eleganter, & latè per *Camer. in loco ſuo præallegato*, in crimi-
5 ne verò læsæ maiestatis, & delicti commissi in Dominum habet locum dispositio *text. in l. quiſquis C. ad legem iul. maieſtat. quæ* expresse priuat filios patris delinquentis à successione auita, & in hoc casu loquitur *Andr. & iura, quæ* allegat, hanc faciunt distin-
6 ctionem de delicto commisso in Dominum, vel in alium, vt est *text. in cap. ſi vaſallus culpam, ſi de feu. defunct mil. in d. cap. denique, in d. cap.* 1. *an ille, qui interf. frat. Dom. ſui, & in d. cap.* 1. *ſi vaſ. feu. priu.* & in delicto commisso in Dominum procedunt rationes *Andr.* quod lugubre esset Domino passo feloniam, videre filium, vel nepotem, eius, qui deliquit in eum, & cætera quæ *Andr.* considerat respectu culpæ in Dominũ commissæ, quòd *idem Andr.* punctualiter tradit in *Conſtitut. Reg. incip. ob filiorum culpas, vbi* dicit, quòd & si Fiscus succedat in bonis foriudicati post mortem patris, tamen si reliquerit filium patre viuente, iste succedit in feudo auito, Fisco excluso, non obstante illa *Conſtitutione, quæ in fin.* se limitat in delictis commissis in Dominum, vt est delictum lęsæ maiestatis, & quando vellemus extendere decisionem *Andr.* etiam ad delicta in Dominum non commissa, *idem Fab. de Anna* dicit decisionem non esse veram, & communem esse contra *Andr. qui* demum confunditur, & tenet in quæstione, de qua agimus.

contrariam opinionem nullo ſubſiſtente fundamento, vt infra dicemus, & poſtquam hęc eſt communis opinio, non eſt ab ea recedendum in iudicando.

Sed altius exordiendo ex diſtinctione terminorum veritas communis concluſionis apparebit indubitata per Sinodales deciſiones, & regulas, tàm iuris communis, quàm feudorum.

De iure enim communi Romanorum magna conſtituta eſt differentia inter incapa-
7 cem, ſeu inhabilem, & inter indignum, nam indignus ſuccedit, & non eſt incapax, ſed Fiſcus in pœnam delicti aufert ab eo, tanquàm ab indigno, ſecundum *Bald. Salycet. & cæteros in l hæreditas, C. de his, quibus vt indig.* latius *Peregr. de iure fiſci lib. 2. cap. 3.*

Et propterea non eſt mirum, quòd nepotes priuentur, nam non eſt hoc per viam extenſionis ad nepotes, ſed quia pater ipſorũ, qui eos præcedit, tanquam capax ſucceſſionis acquiſiuit, à quo cum Fiſcus auferat tanquam ab indigno, quid mirum quòd nepotes non ſuccedant, cum per prius ſucceſſio ablata fuit à patre ſucceſſore ſucceſſionis capaci, & in hoc caſu benè loquuti fuerunt *Boer. in d. deciſ. 25. & Clar. in d. §. homicidium verſ. ſed pone*, vt pater, & filius in delicto parricidij priuati intelligantur, & Fiſcus auferat ratione indignitatis, in primo verò caſu quando quis eſt incapax, & inhabilitatus ad ſucceſſionem, tunc Fiſcus minimè ſuccedit, ſed venientes ab inteſtato, & ratio eſt, quia incapax non acquirit, & ſic non eſt in quo ſuccedat Fiſcus, nec habet quid auferre, quia non entis nullæ ſunt partes, & hoc eſt quod tradidit *Bald. in l ſi quis inceſti in fin. C. de inceſt. nupt. Alexan. in addit. ad Bar. in l. cum ratio §. fin. ff. de bon. damn.* & in hoc caſu eleganter conſuluit *Corn. conſ. 222. 4. volum.* quam differentiam inter incapacem, & indignum declarat eleganter *Laſ. in d. l. hæreditas num. 10. C. de his quib. vt indig.* de quo facit regulam, & differentiam *Peregrin. in d. tractatu de iur. fiſ. libr. 3 tit. 1.* vt incapax non ſuccedat, & conſequenter Fiſcus ex eius perſona nihil acquirere poteſt, indignus verò ſecus, & ideò primo caſu quando fit incapax, nepos auo ſuccedit, & non fiſcus, quod idem firmauit *in lib. 2. cap. 3.* & ob id *Bart. Bald.* & communiter *Scribent. in l. 1. C. de hæred. inſtit.* tradiderunt, quod deportato hærede inſtituto, quia eſt incapax non ſuccedit fiſcus, ſed venientes ab inteſtato, quia eſt incapax ſucceſſionis, & ſic non acquiſiuit, quòd ſecus eſt in indigno, à quo fiſcus aufert, & dum ex delicto quis fit incapax, tunc omnis ſpes eſt perempta circa potentiam ſucceſſionis ſecundum tradita per *Bart. in l is poteſt in princ. ff. de acquir hær.* ex reg. *text in l. ſi in metallum ff. de his, quæ pro non ſcript habentur in l. in metallum ff. de iur fiſ.* quod in tantum eſt verum, vt *Doctor.* voluerint per
8 hæc *iura*, quòd quando cum indignitate cõcurrit incapacitas hæc prævalet, & admittitur ſequens in gradu, excluſo Fiſco, quia ſi ex incapacitate non datur acquiſitio, nullum ius fiſcus prætendere poteſt, eleganter *Rip. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. nu. 155.* cum *alijs* cumulatis per *Peregr. in d. tract. libr. 2. tit. 2. nu. 26.* & ſic limitatur, quod *idem Bar.*
9 dicit *in dict. l. is poteſt*, quod ius ſuccedendi tranſmittitur in filium, habet enim hoc locum ſecundum *eundem Bart.* quando filius ſe incapacem, & inhabilem non reddidit; eo enim caſu peremptum fuit ius ſuccedendi tranſmiſibile ex inhabilitate ſubſequuta, & penitus euanuit, nam etſi ſit ius diſtinctũ à filiatione, eſt tamen conditionatum, & extinguibile ex futuro euentu ratione delicti, ex quo redditur filius incapax, qui delinquendo eo ipſo illud reſoluit, quando ex delicto fit incapax, & inhabilis ad acquirendũ, & ſi denegatur actus ex natura actus, denegatur potentia ad actum ex eadem ratione reſiſtentiæ iuris tàm ad actum, quam ad potentiam, cuius ſpei liberorum in hæreditate patris illo viuente nulla eſt facienda conſideratio, nec æſtimatio, dixit *Bart. in l. poſt emancipationem §. 1. ff. lib. leg.*

Hac concluſione, & diſtinctione ſic indu-
10 bitata firma manente videamus, ſi de iure feudorum filius, ſeu feudatarius taliter delinquens efficitur indignus, vel inhabilis, & incapax, & nulli dubium quod ex omni delicto, ex quo quis non poteſt ſtare in Curia ſine dedecore, dicitur incapax feudi, intantũ quod feudo, quod tenet, & poſſidet priuatur, quia non poteſt ſtare in Curia ſine dedecore, in quo eſt *text.* form. in *d. c. 1. an ill. qui interf. fratr. Domini* ſui, & in *d. cap. denique, quæ iura* loquuntur in parricidij crimine, facit hanc regulam *Affl. in deciſ. vlt. nu. 24. & Aluar. in conſil. 59. inter conſilia Bruni,*
11 hinc *Bal. in d. cap.* dixit, quod vaſallus parricida priuatur ex lege feudi, & dicitur delinquere reſpectu feudi, in quo principaliter attenditur honor Domini, dixit *idem Bal. in d. cap. ſi vaſallus culpam*, & propterea, quia non poteſt ſtare in Curia ſine dedecore, feudum poſſidere non poteſt, & in ſpecie *Pra-*
12 *poſ. in d. cap. 1.* dixit, quòd proditor non eſt capax feudi, & ante *eum ibidem Beluiſ.* dixit, quòd propter feloniam, & proditionem perdit vaſallus feudum eadem ratione, de-

qua

qua ſupra, quia feudum dicitur à fide, & ex tali delicto præſumitur deinceps infidelis, vnde cum vas ex ſubſtantia feudi ſit fidelitas ſecundum notiſſimos terminos feudorum, propterea vaſallus taliter delinquens
13 feudi redditur incapax; hinc deuolutio feudorum ex cauſa parricidij, quia fit ex lege feudi inhabilitante illius poſſeſſorem ad illud tenendum, & inhabilem illum reddendo, propterea dum iura feudalia loquuta fuerunt de amiſſione feudi, excluderunt fiſcum, & ſtatuerunt feuda deuolui ex cauſa parricidij, vel ad Dominum directum feudi, vel ad agnatos, diſtinguendo inter feuda noua, & vetera, & etiam diſtinguendo delicta, an ſint contra Dominum, vel contra alios, de quo per *Bald. Andr. & omnes in d. cap. 1. d. §. denique*, quodque non conſideretur indignitas, ſed inhabilitatio, & incapacitas ex lege feudi apparet, quia ammiſſio feudi habet locum ex quocumque delicto, ex quo nō poteſt ſtare in Curia ſine dedecore, & etiam in delicto facto in extraneum, ſed proditorie, ergo non attenditur indignitas ratione ſucceſſionis in materia feudali, ſed ipſum delictum, ſeu factum, ex quo quis reddit ſe talem, vt coram Domino ſtare non poſſit,
14 & notetur vnū, quod claudit os, & eſt, quod omnia iura feudalia loquuntur in priuatione proprij feudi, quòd feudatarius parricida tenet, quo illum priuat ex incapacitate cauſata per delictum, quod non facit pęna indignitatis ſecundum ius commune Romanorum, per quod non tolluntur bona propria, vel aliunde ſibi obuenientia, ſed hæreditaria tantum occiſi ad *text. in l. indignum ff. quib. vt indig. in l. Lutius ff. de iur. fiſc. vbi gloſ. & Bart.* latius *Peregr. de iur. fiſc. libr. 2. nu. 3.* ergo inhabilitas eſt illa, quæ conſideratur in feudis cauſata ex ratione, quia non poteſt ſtare in Curia ſine dedecore, & ſi hæc eſt talis, quod inhabilitat ad poſſeſſionem proprij feudi, igitur quanto magis reddet eum incapacem à noui feudi acquiſitione, vt benè fundat *Ann. in allegat. conſ. 128. in fin.* ſed male applicat, confundens terminos inhabilitatis cum terminis indignitatis, prout ſimiliter confundit *Clar. & Boer. in loco prædallegato.*

Sublata igitur materia indignitatis, & perſiſtente cauſa incapacitatis de iure communi Romanorum nepos ſuccedit, & ſic retorquetur argumentum *Conſiliar. Fab. de*
15 *Ann.* quia ſucceſſio nepotis in feudo dicit *Bald.* non oritur ex cauſa tranſmiſſionis à patre in filium, ſed ex propria forma, & natura feudi, quæ nepotem principaliter vocat ad ſucceſſionem, vt per *eum in l. antiquioribus poſt nu. 18. verſ. 7. C. de iur. deliber.* ſubdens *nu. 19. verſ. 8.* quod non poteſt quis
16 venire per alium, quando ille medio tempore eſt extinctus, aut inhabilitatus, in quo eſt punctualis deciſio *eiuſdem Bald.* communiter ſequuta in *d. l. emancipatum §. 1. ff. de Senat.* dicens, quod quando filius delin-
17 quit in vita patris non priuatur feudo, quia illud nō habet, ſed inhabilitatur ad illud acquirendum, & ideò cum habeatur pro mortuo nepos ſuccedit in eius locum, quæ ſunt propria verba *ipſius*, & *in d. cap. 1. ſi vaſall. feud priu. num. 4.* dixit, quod filius habetur per delictum, ac ſi non eſſet in mūdo, & cum feudum nō ſit radicatum in eius perſonam, propterea nepos ex propria perſona auo
18 ſuccedit, ſublato patre de medio, hinc nepos exhæredatus à patre ſuo ſuccedit auo in feudo auito hæreditario, quando pater prædeceſſerit, quia nullum ius fuit patri radicatū in vita patris ſui, & conſequenter nullum tranſmiſit, & filius ſuccedit auo ex propria perſona, *Ardiz. in tit. de ſucceſſ. feud. verſ. ſed adhuc quæro*, cumulat deciſiones in *tract. de feud. Ioan. Thom. de Mar. lib. 1. tit. 6. in cap. incipiente, quia paulo ſuperius*, ſicut etiam filio exhæredato ſuccedit eius filius auo feudum habenti, quia non venit ex perſona patris, & agitur de ſucceſſione aui, *Aluar. in cap. 1. §. & quia vidimus, de his, qui feud. dar. poſſunt*, ſequitur & cumulat deciſiones *Petr. Gregor. Sicul. in tractat. de feud. par. 4. quæſt. 7. num. 45. & idem Andr. in*
19 *eodem cap. præterea ſi vaſallus num. 12.* in quæſtione illa de patre habente feudum, in quo viuitur iure frācorum, & habente duos filios, primogenitum, & ſecundogenitum, qui primogenitus viuo patre feloniam commiſit contra Dominum tradit, quod per delictum ſublatus eſt de medio primogenitus, & inhabilem ſe reddidit ad feudi ſucceſſionem, & habetur, ac ſi non fuiſſet in mundo, & propterea excluditur fiſcus ex perſona primogeniti, quia inhabilis fuit effectus per
20 delictum, & ſuccedit ſecundogenitus ex propria perſona; quando enim feuda ſunt radicata in perſonam feudatarij, tunc ſecūdum communem ſcholam *Doctor. feudiſtarum* priuatur, non ſolùm feudatarius, ſed omnes ab eo deſcendentes, ſiuè feudum ſit hæreditarium, ſiuè ex pacto, & prouidentia, ratione particulari conſiderata per leges feudales, quia non poſſunt ſtare in Curia ſine dedecore, de quo per *Andr. in d. §. denique in verſ. ſi verò non in Dominum*, vbi facit regulam, quòd ſemper filius, & deſcendentes feudatarij delinquentis priuantur feudo ex quocumque delicto, ex quo pater priua-

tur,

tur, ſiuè ſit feudum hæreditarium, ſiuè ex pacto ratione de qua ſupra, idemque tradit in *cap. 1. ſi vaſall. feud. priu. & in cap. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. milit.* quæ latius exharauit *Camerar. in d. repetit. cap. 1. an agnatus in princ. nu. 58. & idem Conſiliarius de Ann. in d. conſil. & idem Ann. ibidem nu. 8.* firmat concluſionem pro nepote, & *Camerar. vbi ſupra in d. quæſt. 6. num. 65. 2. colum.* firmat concluſionem pro nepote in delicto parricidij, in terminis *text. cap. 1. an ille, qui interfec. fratr. Domin. ſu.* qui quidem *Ann.* poſtea ſe confundit non diſtinguens terminos indignitatis, aut inhabilita-
21 tis, & dum dicit, quod de iure communi Romanorum filij priuantur ſucceſſione in hoc fallitur applicando ad materiam feudalem, quia ibi priuantur, quia pater acquiſierat, & ab eo, vti indigno fiſcus aufert, quòd non eſt in incapaci, cum qua diſtinctione omnia eius argumẽta corruunt, & exceptuato crimine læſæ maieſtatis, dico quod in his, quæ nepos, idemq. filius non habet à patre, ſed
22 ab auo, vel ſuis maioribus, quod macula patris filios non aſpergit *text.* eſt, *vbi gloſ.* ſolemnis in *l. Diuo Marco C. de quæſt.* hinc notabiliter *Andr. in d. cap. 1. ſi vaſall. feud. priu.* in proprio caſu priuationis filij ex delicto paterno, tradidit notabiliter *2. colum. poſt nu. 4.* quòd tunc filius priuabitur, & delictum patris ei præiudicabit, quando debet habere feudum filius poſt mortem patris ab ipſo patre, quæ deciſio terminat articulum, quia nepos non habet à patre, ſed ab auo, cui ex propria perſona ſuccedit, nec ad rem facit diſputare, ſi propter delictum parricidij inducitur priuatio feudi ipſo iure, vel requiratur ſententia: nam hæc benè procedũt inter fiſcum, & delinquentem, ſed reſpectu ſucceſſoris, vt eſt nepos, ſufficit delictum eſſe commiſſum, per quod factus fuit filius inhabilis ad ſuccedendum, & ſtatim dicit *Andr. in eodem §. præterea* eſt factus locus ſucceſſioni alteri, *vt ibidem poſt num. 13. 2. colum. in fin. verſ. dic, quod habent,* & ſi per delictum efficitur inhabilis, etiam quod requiritur ſententia eſſet illa declaratoria iuris nepoti acquiſiti, non autem ablatiua iuris filij parricidæ, qui ex regula feudorum nullum vnquam acquiſiuit: vnde cum communis opinio ſit validiſsimis rationibus fundata non eſt ab ea recedendũ, & conſequenter nepos omninò ad ſucceſsionem aui eſt admittendus, non obſtante delicto paterno, ſecundum quam opinionem audio fuiſſe iudicatum per Reg. Cam. Summ. contra Fiſcũ facta relatione in Collaterali Conſilio in cauſa illorum de Cenſis.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus donationi facta ſecundogenito præſtitus, nulla de primogenito facta mentione, an ſit validus latè diſcutitur, vel ex defectu poteſtatis feudatarij donantis, vel Proregis aſſentientis, vel tandem ex cauſa ſubreptionis, quia Prorex non conceſſiſſet, vel difficilius, & primo loco deſcribuntur Authores, & ſententia ſuper hac quæſtione interpoſita.*

2 *Pater non poteſt in præiudicium primogeniti dare feudum ſecundogenito, niſi primogenitus eſſet ingratus, nec etiam cum aſſenſu Domini, niſi primogeniti aſſenſus interueniret, quod vltimum latius infra declaratur.*

3 *Feudum conceſſum Titio, & primogenitis eſt feudum ex pacto, ſicut conceſſum Titio, & liberis.*

4 *Differentia notatur inter feuda conceſſa tibi, & hæredibus, tibi, & liberis deſcendentibus, & tibi, & primogenitis.*

5 *Aſſenſus eſt gratia, quæ nunquam intelligitur in præiudicium tertij.*

6 *Gratia eſt ſubreptitia, quando non eſt expreſſum Principi id propter, quod gratiam non conceſſiſſet, vel durius.*

7 *Subreptio quando conſiſtit in his, quæ à iure non ſunt expreſſa, remittitur arbitrio Iudicis.*

8 *Feuda in quibus viuitur iure francorum conceſſa pro ſe, & hæredibus ſunt feuda hæreditaria.*

9 *Feudum ſemper dicitur hæreditarium, quando in conceſſione adeſt verbum hæredibus.*

10 *Conceſſio facta pro ſe, & primogenitis importat feudum ex pacto, ſecus ſi adeſt verbum hæredibus, & clauſula iuris francorum non importat, niſi delationem ſucceſſionis, & prælationem, ſed cum qualitate hæreditaria.*

11 *Deciſio Andr. in capit. 1. de natur. ſucceſſ. feud. ponderatur ad deciſionem quæſtionis.*

12 *Feudum non poteſt vni ex filijs aſſignari abſque aſſenſu, ſed benè cum eo.*

13 *Feudum ex pacto in primo acquirente eſt hæreditarium, & poteſt ab eo alienari, ſecus ſi conceſſum eſt filijs nominatim, vel illorum contemplatione.*

14 *Regulæ duæ ſunt in feudo, & ſunt de natura feudorum, vna quod feuda abſque aſſenſu ſunt inalienabilia, & altera, quod cum aſſenſu ſunt alienabilia.*

15 *Pragmatica nouem capitum habet locum in vltima voluntate.*

16 *Alie-*

16 *Alienatio, ſeu diſpoſitio inter filios inæqualiter feudi diuidui, fieri poteſt cum aſſenſu.*
17 *Alienatio feudi in extraneum fieri poteſt cum aſſenſu.*
18 *Pater vt extraneus alienabit donando filio.*
19 *Subreptio non ex omni tacito inducitur, ſed ex eo quod iure eſt expreſſum.*
20 *Domini eſt onus ſcire qualitatem eius, in quem alienatur.*
21 *Dominus aſſentiendo dicitur inueſtire.*
22 *Contractus feudalis dicitur contractus innominatus.*
23 *Qui cum alio contrahit, ſcire debet eius conditionem.*
24 *Capitula Ciuitatis ponderantur.*
25 *Alienatio feudi in ſecũdogenitum valet abſque aſſenſu, cum conſenſu tamen primogeniti, quia reſoluitur in refutationem.*
26 *Conſenſus filij primogeniti, ſeu agnati immediatè ſucceſſuri, an ſufficiat tacitus, & quomodo inducatur.*
27 *Tria inducunt conſenſum alienationi factæ, ſcientia, annale ſilentium, & agnatio.*
28 *Dominus excluditur à prælatione, quando ſciuit alienationem, & elapſus fuerit annus à die ſcientiæ.*
29 *Lapſus anni importat expreſſum conſenſum agnati filij, ſeu Domini in alienatione.*
30 *Annale ſilentium habet vim refutationis.*
31 *Annale ſilentium currit agnato à die ſcientiæ contra Thom. de Marin.*
32 *Silentium anni in agnato, importat idem quod lapſus annorum triginta alienationis, quæ fit in extraneum, & ibi quomodo procedit.*
33 *Text. in cap. ſi quis per triginta, ſi de feud defunct. milit. non procedit in Regno.*
34 *Camerarij doctrina impugnatur.*
35 *Deciſio Theſaur. & opinio Bammacar limitantur.*
36 *Scientia ad finem decurſus anni quomodo probetur, remiſſiuè.*

§. X.

MAgna fuit controuerſia 1 priſcis temporibus, an poſſit feudatarius cum Regis, ſeu Proregis aſſenſu donare feudum filio ſecundogenito, dùm ad primogenitum alias deuenire deberet ſecundum morem, ſeu ius francorum, ſecundum quod in Regno ſucceſſio filijs primogenitis defertur, de quo in *Conſtitut. Regn. incipient. vt de ſucceſſionibus*; & ex varietate opinionum, diuerſæ latæ fuerunt ſententiæ, de quibus per *D Frecc. in 2 lib ſubfeud. quæſt. 1. & per Camerar. in repetit. cap. imperialem cart. 57.* & vltimo loco in cauſa illorum de Suſanna, in qua aliàs fuerat iudicatum pro validitate donationis, fuit hoc valde altercatum in cauſa reclamationis, fueruntq. Iudices in paritate votorum, & ex difficultate, & dubietate articuli, fuit prouiſum cauſam eſſe compromittendam in Sacrum Conſilium, per quod fuit determinatum, vt ſoluta certa quantitate parti reclamanti feudum relaxari deberet pęnes donatarium.

Aliqui dubitauerunt de poteſtate feudatarij, quaſi quod non poſſit in præiudicium filiorum vocatorum ad ſucceſſionem ex lege inueſtituræ facere diſpoſitionem diuerſam, per quam ſucceſſio alteratur, & defertur alijs non immediatè ſucceſſoribus, primogenitus enim eſt vocatus ſecundum ius francorum ſub hac lege feudum eſt conſtitutum, & acquiſitum, non poteſt pater in præ- 2 iudicium primogeniti præferre ſecundogenitum, in quo videtur punctualis deciſio *Andr. in cap. omnes filij verb. item ſi vaſallus, ſi de feud defuncti milit.* ibi, *vbi viuitur iure francorum, non poſſet pater ſecundogenito feudum dare, niſi eſſet ingratus primogenitus, &c* quod firmat in proprio caſu latius *Guglielmus Pern. in conſ. 7. & in conſ. 12.* nec aſſenſus Domini videtur deſeruire; qui interponitur ad tollendum obſtaculum prohibitiuum diſpoſitionis feudorum abſq; Domini directi aſſenſu, non autem ad tollendum ius filiorum, ſeu agnatorum acquiſitum per legẽ inueſtituræ, & ex cõtractu maiorum, & ideò horum etiam aſſenſus requiritur, aliàs nihil Domini aſſenſus operatur iuxta diſpoſitionem *text. in cap. 1. de alien. feud. patern. vbi Iſern. & Scribent. idem Iſern in cap. 1. §. hoc quoque ante num. 6. ibi circa ſecundum de ſucceſſ. feud.* Feudum enim 3 conceſſum Titio, & primogenitis erit feudum ex pacto, & prouidentia, ſicut feudum conceſſum Titio, & liberis, & propterea nimirum ſi feudatarius non poteſt ſucceſſoribus præiudicare ex rationibus, quæ conſiderantur communiter in feudis ex pacto aliàs ſupra latius declaratis, hinc *Andr. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 7. de ſucceſſ. feud.* diſtinguit 4 inter feuda conceſſa tibi, & hæredibus, tibi & liberis deſcendentibus, vel tibi & primogenitis, primo caſu valida eſt diſpoſitio loquendo quo ad facultatem feudatarij, cum aſſenſu tamen Domini, vt inferius dicemus, nam ille in omni feudali diſpoſitione requiritur,

ritur, præterquam in ea, quæ ſit in immediatè ſucceſſurum, vt ſupra latè declarauimus loco ſuo. Secundo caſu nullam habet poteſtatem feudatarius præiudicandi ſucceſſoribus, quia per mortem ius ipſius eſt reſolutum, & feudum defertur filijs, vel agnatis ex prouidentia legis per viam tranſmiſſionis de vno in alium, non autem per viam ſucceſſionis, ita quòd filius, ſeu agnatus non habet cauſam à defuncto, ſed à primo acquirente, qui ſunt termini noti *Feudiſtarum*. Tertio verò caſu dixit *Andr.* quãdo feudum eſt conceſſum iure francorum, quod eſt idem quod concedere tibi, & primogenitis, vt *ipſemet* declarat in *loco præallegato*, dùm *nu.* 8. ponit quæſtionem ſi viuens iure francorum vendit feudum cum conſenſu primogeniti, & moriatur primogenitus, an alius veniens poſt eum, qui non conſenſit reuocet, & concludit, quod ſi primogenitus ſuperuixit patri; licèt deinde moriatur, firma erit venditio cum conſenſu illius, qui primogeniti locum tenuit in patris mortem, & dùm cæteri tanquàm deſcendentes poſt mortem primogeniti ius prætendere volunt, dicit *Iſern.* quod nullum ius fouebunt, quia feudum per ius francorum non eſt datũ Titio, & deſcendentibus, ſed Titio, & primogenitis; & ideò quantum ad hoc alij, quàm primogeniti ſunt excluſi, nec continentur inter ſucceſſores, *vbi* benè declarant *Modern. Addent. in verb. concluduntur.*

In hoc inquam tertio caſu requiritur conſenſus primogeniti in diſpoſitione, & ob id in *d. cap. omnes filij*, dixit quod non poteſt pater dare ſecundogenito in præiudicium primogeniti, & ſi vera eſt opinio *Afflict. in d. cap* 1. *§. hoc quoque, & in d. conſtitut. vt de ſucceſſionibus in fin.* quod feudum in quo viuitur iure francorum eſt ex pacto, & prouidentia, & non aliter hereditarium, cum qua, vt dixi concordat *Gulielm. Pern.* tanto magis dubitatio augetur.

Alij dubitauerunt de poteſtate Proregis aſſentientis, quia cum ex hoc inducatur alteratio inueſtituræ, quia peruertitur ſucceſſio de primogenito in ſecundogenitum, quòd propterea minimè hoc facere poſſit, ſtante etiam *Pragmatica nouem capitum*, quæ vetat Proregibus aſſentire; dùm ſucceſſio defertur alijs, quàm ex ordine legis inueſtituræ vocatis, & mutatur etiam natura feudorum; in quibus ſecundum *Regni Conſtitutiones* videlicet, *vt de ſucceſſionibus, & conſtitut. in aliquibus* maior natu præfertur minori, de cuius mutatione non videtur dubitaſſe *Loffred. in ſuo conſ.* 1. *num.* 152. vt benè ponderat *Bammacar. in d. cap. omnes filij*, qui tenet opinionem; quod Prorex non poteſt conſentire diſpoſitioni faciendæ per feudatarium in ſecundogenitum, ponderando deciſionem *Loffred.* & prædictam *Pragmaticam*, vt *ibi per eum nu.* 60.

Dubitauerunt *alij* non in prædictis, ſed tenuerunt aſſenſum eſſe ſubrepticium, dum in eo non ſit facta mentio filij primogeniti, de cuius præiudicio tractatur, & venit ex
5 tali diſpoſitione priuandus, cumq. aſſenſus, vt diximus in præcedentibus ſit gratia, quæ nunquam intelligitur conceſſa in præiudicium tertij, cum hoc Rex facere non ſoleat, etſi poſſit ad *text. in l.* 2. *§. meritò, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. publ.* ex hoc dicitur Principi ſubreptum, quia vel non
6 conceſſiſſet, vel ſaltem durius, ex quibus ſubreptio cauſatur, & nullitas gratiæ impetratæ, de quo *in cap. ſuper literis*, vbi com-
7 muniter *Scribẽtes extra de reſcript.* quæ ſubreptio quando conſiſtit in his, quæ non reperiuntur à iure expreſſa, remittitur tunc Iudicis arbitrio, ſi Princeps conceſſiſſet, vel ſaltem durius, ſecundum latè cumulata per *Menoch. de arbitr. libr.* 2. *cent.* 3. & hoc eſt, quod explicitè tenuit *Camerar. vbi ſupra*, & in quo ſuam fundat opinionem, & fuit deciſum in illa cauſa per *eum* relata, quam deciſionem, vt *ipſemet* refert, fuit reuocata per *D. Regentem Reuerterium*, in *quem* partes cauſam poſtea reclamationis compromiſerunt, & iudicauit pro validitate donationis, & rationem de auditu ab illo refert *D. Marin. Freee. in dicta ſua* 1. *quæſt.* quia non reperitur de iure cautum, vt teneatur vaſallus exprimere hanc qualitatem, ſi libera eſt feudi hæreditarij diſpoſitio cum aſſenſu, & propterea dicendum, quod ſtandum erat legi, *ibique Marinus* refert deciſionem poſtea factam in cauſa Bartholomæi Carrafæ pariter pro validitate donationis, & ponderatio in illa cauſa, quod fuerit donatio aliquorum feudorum, non omnium, & facta contemplatione matrimonij, hæc inquam ponderatio nihil facit ad articulum ſubreptionis, ſi tenetur, aut non tenetur mẽtionem facere primogeniti, de cuius præiudicio videtur in omni caſu tractari, ſi eidem omnis feudorum ſucceſſio debetur, & donando ſecundogenito, ſiue omnia feuda, ſiue partem, ſemper illi aufertur, & præiudicium infertur ex quo, & in quo ſtat fundata ſubreptio, ſecundum opinionem tenentium hãc partem, & tandem *D. Marin. in artic.* principali, ſi aſſenſus eſt, vel non eſt ſubrepticius ſimpliciter tenuit opinionem *D. Regentis Reuerterij, & aliorum duorum Dominorum Conſiliariorum*, qui huius voti fuerunt in deci-

decisione facta tunc per Sacr. Consil. & dixit *Marin.* quod hæc opinio de iure erat tenenda.

Sacr. Consil. *Camerar. & Frecc.* nullam habuerunt rationem de primis dubitationibus, sed omnem vim constituerunt in subreptione, & reprehendit *Marin. Afflict.* cuius dicta dixit procedere posse in feudo ex pacto non hæreditario, & sic pariter dicta per *Pern.* vt ex eo est videre, aliàs in Regno
8 in quo viuitur iure francorum omnia feuda essent ex pacto, & prouidentia; cuius contrarium est indubitatum, in quo fecit *suum amplum primum consilium Loffred.* & in Regno opinio est indisputabilis; aliud enim est cõcessio facta Titio, & primogenitis, & aliud est concesio facta Titio, & hæredibus cum clausula iuris francorum. Primo enim casu erit feudum ex pacto. Secundo verò minimè, sed erit feudum cum qualitate hæreditaria restrictum ad certos, & non omnes hæredes, videlicet, vt solus primogenitus semper succedat, sed vt hæres, quia sic concessum, vt peroptimè declarat *Loffred. nu.* 147. dicens feudatarium non posse dare feudum vni ex filijs, quando est Lombardum, scilicet diuisibile in præiudicium aliorum, nec primogeniti, quando est francum, ideſt si viuitur iure francorum, & è contra cum assensu
9 in vtroque casu potest, si in cõcessione verbum *hæredibus* est appositum, & eleganter declarant *Moderni Addentes ad Andr. in cap. omnes filij in verb. secundogenito, si de feud. defunct. milit.* vbi idem firmat, & benè explicat *Bammacar. num.* 55. & tradita per
10 *Andr. in d. §. hoc quoque*, procedunt quando est facta concesio tibi, & primogenitis, & nullum verbum de hæredibus, & sic intelligitur *Andr. in dict. cap. omnes filij*, & ob id dùm *Andr. in d. §. hoc quoque num.* 7. voluit declarare feudum ex pacto, dixit esse illud, quod est datum alicui, & descendentibus ex eo, & non dixit hæredibus, &c. Ita quòd semper, quod adest verbum *hæredibus*, non opus est in Regno differere de qualitate hæreditaria, quod decidit *idem Andr. in cap. 1. §. quid ergo, de inuestit. de re alien. facti. in fine*; dùm loquutus fuit de concesione huius Regni, quæ tanquam de Regno est cum clausula iuris francorum, verùm quia est facta pro hæredibus, propterea dicit esse feudum hæreditarium, *vbi Modern. Addent.* latissimè fundantes hoc, etiam ex expresis nostri *Re-*
11 *gni Constitutionibus*, & ad propriam nostrã quæstionem est punctualis decisio *Andr. in cap. 1. in addit. verb. quid ergo de natur. succ. feud.* vbi tradit posse patrem cum assensu dare feudum vni ex filijs, & reddit rationem optimam, quia alienare potest, sicut extraneus cum consensu Domini, *vbi Modern. Addent.* reprehendunt *Pernum*, malè allegantem pro sua opinione *Andr.* & concludunt valere donationem factam secundogenito cum assensu, & idem dixit *Andr. in cap. 1. §. nec in filiam de alien. feud. pat.* & quod dixit in *d. cap. omnes filij verb. item si vasallus*, vt possit assignare feudum vni ex filijs, intelligitur cum assensu, vt dixit in *d. cap. 1. verb. quid ergo*, nam si omnes essent successores, & instituendo, aut disponẽdo in alium non immediatè successorem, dicitur alienatio vetita absque assensu, ex regulis communibus, quod non est in diuisione inter filios permissa ab eodem iure communi, & stamus sub regula *text in cap. 1. de succes. feud.* nulla dispositione defuncti manente, vel valente, igitur oportet intelligi *Andr. hoc in loco*, vt loquatur quando cum assensu disponit, & sic concordat cum dictis in *d. verb. quid er-*
12 *go* in quo facit regulam *Ardiz.* vt non possit feudum vni ex filijs assignari in *sua summa cap.* 125. *in tit. vtrum feud. poss. vni ex fil. assign. & Capyc in repetit. cap. imperialem cart.* 10. reddit se conformem cum *Ardiz.* vt non possit feudatarius assignare feudum vni ex filijs absque assensu, *ibi in 2. ampliat. vbi Camerar. cart.* 23. idem firmat, & disputat articulum ad partes, *vbi cart.* 24. *in fine, verb. non obstat tertium argumentum* reddit rationem ab *alijs* in hoc non consideratam, quare pater non possit absque assensu, licèt omnes filij sint de comprehensis in inuestitura, & simus in feudo hæreditario; illa enim est ratio, quia est alienatio in contemptum Domini, qui alia lege feudum concessit; & sic consideratur interesse voluntatis, si placet, vel displicet, secundum *Andr. ibidem* ex regul *text. in l. fin. ff. de vsu, & habit.* sed cum assensu *omnes* fatentur valere dispositionem inter filios, etiam ex partibus disparibus, & sic limitatur *text. in d. cap. 1. de succes. feud.* vt per *Frecc. lib. 3. in 3. form. inuestit. ante nu.* 12. cum qua distinctione, & cognitione terminorum sedantur opin. *Doctor.* qui tam confusè hunc articulum tractauerunt, quæstiones congerit *Tiraquell. de retract. lignag §. 11 glos 6. num.* 23. *& de iure primogen. quæst.* 77. quam etiam sententiam benè explicat, & firmat *Bammacar. in d. cap. omnes filij*, & si *Andr.* sic non intelligeretur esset *sibi* contrarius, & malè loqueretur, *quem* dixit errasse *Camerar. vbi supra*, sed defendendo *illũ*, quòd intelligatur, quando cum assensu disponit nulla adest contrarietas, & dùm postea in *eodem loco* subnectit, *nisi lex, & pactio dati feudi aliud dicatur*,

intel-

intelligitur in feudo ex pacto Titio, & filijs
13 nominatim, vel illorum contemplatione principaliter conceſſo, & dico nominatim, vel illorum contemplatione, nam cum loquatur *Andr.* in feudo acquiſito per patrẽ licet eſſet ex pacto, tamen in primo acquirente habet naturam hæreditarij, & poterit alienare, quia omnes recognoſcunt à primo acquirente; ſecus verò ſi filij ſunt principaliter contemplati ſecundum communem diſtinctionem *Iſern. in d. cap. 1. de alien. feud. patern in d. cap. 1. de ſucceſſ feud. in cap. Titius ſi de feud. defunct. milit. cum mille concord.* quæ videtur melior intelligentia ea, quàm dat *Bammacar.* vt hæc verba intelligantur de feudo ex pacto antiquo ſi quæſtio eſt poſita in feudo nouiter acquiſito, & hæc eſt exceptio, & limitatio, quæ dicitur eſſe de regula ſecundum *eundem Andr.* ad propoſitum *in cap. 1. qui ſucceſs ten.* vel ſecundum *Loffred.* intelligitur de alia quacumque pactione, & lege appoſita in inueſtitura, quæ etiam cum aſſenſu vetet feudi diſpoſitionem cum ex illa derogetur diſpoſitioni iuris cõmunis ad *text. in cap. 1. de duob fratr. in cap. 1. de feud. non hab propr. feud. nat.* cum *reliquis* per *Loffred.* adductis, & quod demum *ibidem Andr.* ſubdit, videlicet, vbi viuitur iure francorum, non poſſet ſecundogenito feudũ dare, intelligo cum *Bammacar.* quando feudum eſt datum Titio, & primogenitis, abſque verbo *hæredibus*, nam tunc eſt ex pacto, non hæreditarium, vt ſupra declarauimus, & hic eſt germanus, & verus *Andr.* intellectus, quem etiam tenuerunt *Moderni Addentes ibidem*, quanquam *Loffred.* voluerit *hic* loqui, quando diſponit abſque aſſenſu, vt ſicut in primo caſu abſque aſſenſu non valet diſpoſitio in feudo, in quo omnes filij ſuccedunt, ſic pariter non valeat, & ſi primogenitus tantum ſuccedat abſque aſſenſu, qui intellectus mihi non placet, & non conſonat verbis *Andr.*

Ex his iuſtiſſimè apparet, quare prædicti *Doctor.* ac Sacr. Conſil. nullam habuerint rationem de defectu poteſtatis feudatarij, quando cum aſſenſu diſponit, ſi feuda ſunt hęreditaria, & vt ſæpè diximus in præcedentibus reputantur, vt allodialia, & idem in feudis ex pacto nouiter acquiſitis, vt hæreditariorum naturam ſortiantur, quo caſu ex regul. *text. in l cum à matre*, tenentur ſucceſſores habere ratam diſpoſitionem cum aſſenſu validitatam, & intantum filius ius in feudo habebit, inquantum reperiet illud in hæreditate, ſed ſi per prius eſt alienatum, cum nullum ius ante mortem ſit delatum propterea nullum poterit poſt mortem prętendere, ſicut etiam dicimus in feudo ex pacto nouo, quod hæreditarium reputatur, vt hæc omnia eleganter docet *Andr. in d. cap. 1. de alien. feud pat. nu. 11. & in cap. 1. § hoc quoque de ſucceſſ feud. nu. 7. cum locis concordantibus*; omnia enim allegata in prima dubitatione procedunt in feudo ex pacto antiquo, in cuius conceſſione nulla eſt facta mentio hæredum, aliàs omnia ſunt hæreditaria, & de natura alienabilia cum Domini
14 directi aſſenſu, in quo notetur, quod duæ ſunt regulæ faciendæ in feudis, vt aliàs diximus in magna conſultatione, & ſunt de natura feudorum. Vna quod ſine aſſenſu non ſunt alienabilia. Altera è contrario, quod cum aſſenſu ſunt in libero commercio, illorumq; alienatio erit ſemper permiſſa, loquendo in feudo hæreditario, ſiuè nouo, ſiuè antiquo, & etiam in feudo ex pacto nouo, vt diximus ita *Iſern. in cap. 1. de feud. non hab. propr. feud. nat.* poſt *gloſ. in cap. 1. in verb. permiſſione*, per illum *text de prohibit feud. alienat. per Lothar. eadem gloſ. in cap. 1. de alien. feud. pat. Andr.* & latius *Moderni Addentes in d. cap. imperialem in verb. cum conſenſu*, reaſſumit concluſ. *Curt. in 4. part. tract. feud. nu. 82. in tit. quibus ex cauſis feud. ammitt.* Ex quo fit, quod hallucinati ſunt, qui in hac quæſtione dixerunt ex alienatione, quæ fit per patrem donando vni ex filijs, alterari naturam feudorum, ſi vt dixit miſteriosè *doctiſſimus Iſern.* alienabit pater, ſicut extraneus, in quo nulla conſideratur alteratio naturæ feudi, quòd alienatur, quia vt diximus eſt de natura alienare cum aſſenſu, & feuda, vt pluries ſupra dictum eſt, ſunt in commercio, & nõ ſunt de prohibitis perpetuò alienari, ſed perpetuò permiſſis cum Domini aſſenſu, & quando in alium transferuntur, illa tranſeunt cum eorum innata natura à lege inueſtituræ aſſumpta, ita quòd erunt eiuſdem naturæ pœnes donatarium, cuius erant pœnes donantem, nec alio modo transferri poſſunt, pro quo eſt factus *text. in cap. 1. §. profectò de leg. Corrad.* ob quod nec reſpectu alienantis, nec reſpectu aſſentientis intelligetur in aliquo natura alterata, quòd peroptime explicat *D. Frecc.* in proprio caſu in *dicta ſua prima quæſtio.* & etiam *Pern. in allegat. conſ. 7.* quòd non eſt
15 quando diſponitur in vltima voluntate inſtituendo alium, quàm vocatum ex lege inueſtituræ, tunc enim ſuccedit, qui ſuccedere non deberet ſecundum naturam feudi, & diſpoſitio confertur poſt mortem, & in hoc caſu loquitur *Pragmatica nouem capitum in tit. de feud.* per *quam* vetatur Proregibus aſſentire, & procedit opinio *Bammacar.* vt

non

non ſufficiat Proregis conſenſus in diſpoſitione,quæ fit in vltima voluntate in beneficium ſecũdogeniti,ex quibus apparet ſatisfactum dubitationibus concernentibus defectum poteſtatis feudatarij,Proregis,ac prę iudicium filij primogeniti.

Reliquum remanet ſatisfacere prætenſæ ſubreptioni,in quo ſunt opiniones,hinc inde *Frece.& Camer.*& adſunt determinationes, vt ſupra factæ.

16 Poſſum primo loco valdè allegare pro hac parte communem opinionem,quæ ſe habet, vt valida ſit donatio, & diſpoſitio cum aſſenſu inter filios etiam inęqualiter,vel vni tantum totum aſſignando, quando feuda ſunt diuidua,& diſputatio fuit, an etiam ſine aſſenſu ſecundum *Doctor.*cumulatos per *Tira quell.*ſed cum aſſenſu *omnes* fatentur,& hoc dixit *Andr.Loff. Frece. Moderni addentes ad Andr.* qui loquuti ſunt in donatione, quæ fit ſecundogenito, ſolus autem *Camer.*

17 diſſentit, & in alienatione, quæ fit extraneo nemo diſcrepauit, quando cum aſſenſu,& in feudo hęreditario,& *Camer.*fundat ſe in ſubreptione, *Guilel.*verò *Pern.*in defectu poteſtatis,quia tenet opinionem,feuda,in quibus viuitur iure francorum eſſe ex pacto, & prouidentia, quod ab *omnibus* in Regno eſt reprobatum, ſi igitur *Doct.*ſimpliciter dicũt, quod poteſt fieri alienatio cum aſſenſu Domini,qui aſſenſus requiritur ad tollendum obſtaculum prohibitiuum alienationis feudi Domino irrequiſito, ergo bene dixit *D. Reuert.*quod ſtandum eſt huic regulæ, nulla diſpoſitione iuris in contrarium exiſtente.

Arguo ſecundo loco fortius, & inconuincibiliter ex deciſione *Andr.in d. c. 1. verb.*

18 *quid ergo de nat.ſucceſ.feud.*dicit enim quod pater, vt extraneus alienabit donando filio cum conſenſu Domini, ſi igitur non alienat iure patrio, ſed vti extraneus,ſequitur quòd etiam extraneus erit ab hac quæſtione articulus ſubreptionis, quòd benè ponderauit *Loffr.*& voluit dicere ſubtilis *Andr.*ſi feudatarius poteſt in extraneum cum aſſenſu alienare,quare deterioris conditionis dicitur eſſe filius,& ſi poteſt primogenito pręiudicare alienando in extraneum, quare præiudiciũ, quod non conſideratur cum extraneo,conſiderari poteſt cum filio, eiuſdemq; fratre, & ob id dixit *Andr.* quod pater, vt extraneus alienabit,cui deciſioni non poteſt reſponderi,etſi nullum ius habet primogenitus, quia feudum eſt hæreditarium,ergo non datur illius præiudicium,& conſequenter Dominus aſſentiendo non dicitur lædere,ob quòd non poteſt inferri ad ſubreptionem, ſi conceſſiſſet, vel ſi durius: immò iniuria tunc fieret vaſallo denegando aſſenſum in re libera ſua.

Tertio ſi petitur aſſenſus donationi faciẽ dæ, vel factæ ſecundogenito,ergo nullo modo cadit ſubreptio, nam dicendo donare filio ſecundogenito,certificatur aſſentiens de primogenito,qui ſi non eſſet exiſtens, eſſet hic ſecundus primus, & non ſecundogenitus ſm̃ deciſ.*Andr. d. c. hoc quoq;* ex quo ceſſat difficultas conſiderata per *Camer.*quod non conceſſiſſet,vel difficilius, *ppea Doct.*præfati tractauerunt ſolummodo articulum,ſi poteſt dari ſecundogenito cum aſſenſu, & nihil de ſubreptione, quia dicendo dare ſecundogenito,præſupponitur præxiſtentia primogeniti.

Quarto ad idẽ vrget ratio *D. Frece.* nam donare immediato ſucceſſori, non requirit aſſenſum,vt eſt iuris notorij, ergo ſtatim, ꝙ petitur aſſenſus, cogitauit aſſentiens ſupplicantem indigere eo, quia filius cui donabatur, non erat immediatus ſucceſſor,& conſequenter,ꝙ alius ipſum prędecedebat,ex quo ſequitur,ꝙ ceſſat ſubreptio,quia ex parte ſupplicantis non reperitur de iure, quod hanc qualitatem exprimere debebat,& non omne

19 quòd tacetur inducit ſubreptionem, ſed illud tantum, quod iure eſt expreſſum, quod exprimi debeat *gloſ.in clem. 1. in verb. alterum de præb. Fel.* authoritate *Rotæ,Bellem. & aliorum in cap. poſtulaſti 3.col. verb. declara etiam de reſcrip.* latè *Menoch.in d. cẽt. 3.de arbitr.lib.2.nu.26.*ſi verò conſideramus partem concedentis,nulla cadit ſubreptio,ſi ex petitione aſſenſus datur ſcientia neceſſitatis ipſius,nam aliàs fruſtra impetraretur, quod aliàs communi iure cõpeteret ad *text. in l.1.C. de theſaur.lib.* 10. & ſi conſideratur neceſſitas,conſideratur in neceſſariam conſequentiam, quòd alius erat ſucceſſor immediatus,ob quod aſſenſu opus erat,quo nõ obſtante aſſenſijt,igitur non cadit articulus ſubreptionis, & ſi ex parte ſupplicantis non conſideratur ſubreptio, quia de iure hoc nõ eſt expreſſũ,nõ poterit dari ex parte aſſentiẽtis in præiudicium ſupplicantis, *& cĩa iura, & Doct.quę* vel loquuti ſũt de ſubreptione, vel obreptione,minimè illã tractauerunt reſpectu concedentis, ſed ſupplicantis;nam cũ ſubreptio conſiſtat in taciturnitate veri, & obreptio in expreſſione falſi,ſecundum *canoniſtas in d. c. ſuper literis* hæc in quam non conſiderantur in concedente, ſed in ſupplicãte, à quo demum dicitur regi ſubreptum, vel obreptum, aliàs deceptus remaneret ſupplicans ex conceſſione, quod incon-

cuſsè confirmatur ex argumento ſubſequ.

Quinto onus eſt aſſentientis ſe informare de expoſitis, & de qualitate eius, in quem
20 feudum vult transferri, nam ob hoc poteſtas aſſentiendi reſeruatur *Andr in cap. imperialem num 7. 3. col. vbi Camer. cart. 64.* hinc *Frecc. in 23. quæſt.* tenuit non eſſe gratiam ſubreptitiam, ſi non fuit in aſſenſu expreſsũ, quòd vendebatur extero, quanquã idemmet *Andr. ibidem* dicat, quòd natio prouocat, & deterret, & intereſt Regis ſcire, ſi in quem feudum eſt transferendum ſit fidelis, vel trahit originem à parum fidelibus, ſi eſt exteræ nationis, & ſimilia, vt per *eum nu. 7. 3. col. & nu 9.* ibi *vel odioſus Regi, vel extero ei;* ſed quia onus eſt Regis ſe informare, propterea aſſenſus reſpectu ſupplicantis non poteſt dici ſubreptitius, pro quo affero *tex.* in proprio caſu in *Capit. Reg. Caroli II. incipiente item ſtatuimus edito in planitie ſancti Martini*, de quo ſupra in materia aſſenſus dotiũ, latè loquutiſſimus, prouidetur enim in illo *tex.* quod matrimonia liberè contrahantur à feudatarijs abſque alia neceſſitate aſſenſus Regis, dummodò feuda non dentur in dotẽ, ſed ſi illa volunt dari, aſſenſus peti debeat adhoc, vt Curia ſe informet, & inquirat qualitatem eius, in quem feudum vult transferri, ergo onus eſt Regis ſe informare de veritate, & qualitate precum, & quando Rex, ſeu Prorex demum præſtat aſ-
21 ſenſum cenſetur inueſtire nouum acquirentem per donationem, quam intelligitur facere, aſſentiendo ex reg. *tex. in l. obuenire de verbor ſignificat* ita notab. *Frecc. in 2. lib. quæſt. 17. in cap incip hic quaro de noua quæſtio nu. 12.* & dixit *Andr.* q habetur, ac ſi Rex principaliter cõceſſiſſet in *cap. 1. § etſi client tulus de alie feud.* & inueſtitura feuda concedũtur ad *tex. in c. 1. vbi Andr. quib. mod. feud. conſt poteſt*, ex qua inducitur contractus vltro, citroq; obligatorius, & dicitur contra-
22 ctus de per ſe innominatus *Andr. in prælud. q. 5. vbi* latè *Moder. Add* vnde cum qui cum
23 alio contrahit, ſcire debet conditionem illius ad *rẽg. qui cum alio de reg. iur. vbi Dec. cum alijs* latius per *me* cumulatis ad proprium caſum *in conſ. 2. 1. vol n. 44. vbi* quod in caſu hoc non excuſat ignorãtia facti alieni, quia ſi tenebatur ſcire non eſt probabilis, ſequitur propterea ex his, quòd non procedunt termini ſubreptionis, & *ibi* latius habetur, quando perſonæ ſunt notæ in Curia, aſſentiens ex qualitate perſonarum habet illarum ſcientiam, quodq; ſi fuiſſet expreſſum, conceſſiſſet, hæc inquam omnia faciunt ſubreptionem omnem ceſſare.

Nam Collaterale Conſilium à quo aſſenſus expediuntur, & per quod Regnum regitur, & gubernatur notas habet perſonas omnes, maximè, quando ſunt principalis familiæ, & qualitatis, & ſic pariter Prorex, in quo quæſo, addantur ſupra latius diſcuſſa in articulo illo de alienante feudum, quando ſucceſſore legitimo carebat, an quia non fecit de hoc expreſſionẽ aſſenſus ſuper alienatione interpoſita, erit validus, cum communis ſit *Doct.* ſchola intereſſe Regis eſſe conſiderabile propter deuolutionem, vt dicit *Camer.* non ſolent ſimiles aſſenſus concedi, & tandem quia onus eſt Regis de hoc ſe informare, *Andr.* dixit validũ eſſe aſſenſum, ex quo inoleuit poſtea practica Reg. Cancell. vt in præſtatione aſſenſuum dicatur, fiat, dũmodo habeat ſucceſſores.

Sed ad concludendum articulum, & tollendam omnem pœnitus dubietatem tàm
24 circa poteſtatem Proregis, quàm circa motiuum ſubreptionis, dico omnia deciſa eſſe per *Capitula* particularia conceſſa noſtræ fidelisſimæ Ciuitati, in quo quæſo attendatur.

Per *Pragmaticam editam in anno 1531.* dicta *delli noui capi* prouiſum erat, quod Proreges minimè aſſentire poſſent alienationibus feudorum titulatorum, vel magni momenti, quæ erant feuda illa tranſcendentia introitus annuorum ducatorum mille, vt per *Capitulum quartum* conceſſum Ciuitati in *an. 1557. in lib. capitulorum fol. 160.* cumque ſupplicatum eſſet in *an. 1535.* vt non obſtante prædicta *Pragmat. anni 1531.* poſſent Proreges aſſenſus præſtare omnibus; & quibuſcumque alienationibus quorumcumque feudorum, maximè quia per *Pragmaticam* prædictam veniebãt impediti contractus matrimoniales, ppea Rex demum concedit poteſtatem Viceregibus, quod non obſtante prædicta *Pragmatica* poſſent aſſentire, quemadmodum ante dictam *Pragmaticam*, fieri ſolebat, quando pater, aut mater in caſu matrimonij filijs fecerint donationẽ ſuorum ſtatuum, & hæc ſunt propria verba gratiæ, & rurſus dicit placet item Regijs maieſtatibus, quod Vicereges prædicti poſſint interponere aſſenſus in caſu contractationis matrimoniorum, vbi donatio fiet per parentes filijs, non obſtante prædicta *Pragmatica*, quemadmodum ante eius publicationem fieri ſolebat.

Ex hoc inquàm *capitulo* declaratũ apparet ſolitũ eſſe donare filijs, & ſic ſecũdogenitis, nam loquitur *capitulũ* per verbũ filijs, & rurſus perneceſſe intelligendũ eſt de filijs ẽt ſecundogenitis, quia de primogenitis non erat dubitandum, quia non opus habebant aſſenſu,

aſſenſu, cum erant immediati ſucceſſores,& reſoluebatur in vim refutationis, nec dicatur, ꝙ aſſenſus neceſſarius erat, dùm donatio fieret cũ reſeruatione dominij, aut vſusfructus, nam propterea duæ ſunt decretationes, vna quãdo pater, aut mater donat ſuos ſtatus, altera generalis, quando parentes filijs donãt, & ſemper loquitur in plurali numero, ergo omninò compræhendit etiam donationes, quæ fieri ſolitæ erant filijs ſecundogenitis,& dicit Rex ꝙ poſſet aſſentire Prorex, vt aſſentire ſolebat ante *Pragmaticam*, & ſic Rex dando generalem licentiam aſſentiendi, non poteſt dici, quòd non aſſentijſſet, vel difficilius,& ſic pariter Prorex, ſi ſolitus erat aſſentire ante *Pragmaticam*, cumq; hoc ſupplicetur in ſpecie, & generaliter conceditur, intelligitur conceſſum in omnem caſum, vt arguit *Andr. in c. 1. qui fuer. ten.* ergo ſi adeſt ſpecifica licẽtia aſſentiendi, ſi dicitur ſolitum eſſe donandi filijs, ſiue primogenitis, ſiue ſecundogenitis, ſi dicitur ꝙ aſſentire ſolebant Proreges ante *Pragmaticã*, ergo de poteſtate non eſt dubitandum, nec de ſubreptione verba eſſe facienda, quæ non aduertit *Camerar.* nec *D. Freec.* & ni fallor reddunt articulum indubitatum, nec dicatur reſtringi gratiam quo ad donationes, quæ fiunt contemplatione matrimonij, nam hoc eſt reſpectu feudorum titulatorũ, & magni momenti, ſuper quibus vetatum erat Proregibus aſſentire per prædictã *Pragmaticam anni* 1531. antequam Proreges indiſtinctè ſuper omnibus aſſentiebant, ob ꝙ opus fuit edere *Progmaticam* reſtringendo poteſtatem reſpectiuè ad feuda titulata, & magni momenti tantum, ergo remanet ſolitum reſpectu aliorum feudorum, ſic declaratum per hoc *capitulum*, & conſequenter ceſſat motiuum ſubreptionis conſiſtentis in eo, quòd non aſſentijſſet, vel difficilius, caſus feudorum titulatorum, & magni momenti non facit ad articulum ſubreptionis, ſed ad poteſtatem Proregis,& hic etiam eſt ſublatus quo ad donationes contemplatione matrimonij; vnde omni iure de ſubreptione nõ eſt tractandum, & ſucceſſiuè pro validitate donationis erit iudicandum.

Hæc omnia locum habebunt, quando abſq; conſenſu primogeniti fit alienatio in
25 ſecundogenitũ, ſed ſi cum conſenſu, tunc neque aſſenſu Domini opus erit,& valida iudicabitur quælibet diſpoſitio, quia ſublato de medio primogenito, remanet ſecundus primus,& reſoluitur in vim veræ refutationis, pro quo eſt *text. in cap. præterea quib. mod. feud amitt. vbi gloſ. & Iſer.* diſputant, an ſufficiat tacitus conſenſus, nec aſſenſus Domini directi requiritur in hoc conſenſu primogeniti, tum quia non habet ius formatum in vita patris, ſed ſpem tantum, tum etiam quia pariter conſenſus iſte reſolueretur in vim refutationis in beneficium ſecundogeniti, & ideò *Doctor.* communiter tradiderunt ſufficere conſenſum, & omnis difficultas reſidet, ſi conſenſus expreſſus requiritur, vel tantum tacitus ſufficiat.

Sed notetur adhoc caſus, qui frequenter poterit in facto accidere, an ſi fuerit facta
26 diſpoſitio in ſecundogenitum, vel in vlterio rem agnatũ, de qua primogenitus, ſeu agnatus immediatè ſucceſſurus ſciẽtiam habuit, & tacuit per annum, an enim ex hac tacitur nitate, ſic per annum continuata ſtante conIunctione ſanguinis, videatur ſucceſſioni renunciatum in beneficium ſecundogeniti, ſeu agnati remotioris inueſtiti, prout videtur caſus in *cap. Titius in fin. ſi de feud. def. mil. vbi gloſ. notab.* dicit, quod ſcientia alienationis factæ in agnatum remotiorem, ſilentium
27 anni, & agnatio, hæc enim tria operantur excluſionem agnati proximioris, & confirmationem inueſtituræ in agnatum remotiorem, vbi idem ſequendo *Andr.* dicit, quòd idem operatur cõſenſus expreſſus agnati, ꝙ tacitus, qui inducitur à die ſcientiæ cum
28 lapſu temporis anni, *vbi* etiam *Aluar.* eodemq; modo excluditur Dominus à prælatione, quam habet, dùm feudum fuerit alienatum per vaſallum, ſi elapſus fuerit annus à die ſcientiæ ad *tex. in cap. 1. §. porrò qual. feud. pot. ol. alien.* & de hac annali pſcriptione habetur etiam in *cap. 1. §. fin. ſi de inueſt. int. Dom. & vaſſ. lis or.* vbi *gloſ. notab. quam*
29 *Andr.* multum commendat, hinc *Doctor.* dixerunt, quòd quando labitur annus, habetur, ac ſi alienatio eſſet facta de expreſſo conſenſu agnati, ſeu filij, *Bald. in cap. 1. in §. hoc quoque nu. 17. de ſucceſſ. feud & in d. cap. Titius* dicit, agnatos eſſe debere multum auiſatos, ne labatur annus, alias ſilentio contra
30 ctus confirmatur, & *idem Bald. in d. cap. porrò* dixit notabile verbum videlicet, ꝙ annale ſilentiũ habet vim refutationis, ad *ꝙ ipſum* allegat *Ioan. Vinc. de Anna in rubr. de vaſſ. decr. ætat. nu.* 331. eandemq; concluſionem firmat poſt *Affl. in d. cap. Titius Capyc. in inueſt. in verb. alienationes feudorum verb. limi*
31 *ta ſecundo, vbi* voluit procedere hoc etiam in vita feudatarij alienantis, vt annus currat à die ſcientiæ, licèt agnatus non poſſit reuocare, quia debet proteſtari, & reuocare verbo, ac oſtendere verbalem contradictionem, in quo videtur contradicere *Ioan. Thom. de Mar. in tit. 2. lib. 1. de feudo ex pact. pat. numer. 72. qui* eandem firmat

concluſionem *ſupra in verb. ſcilicet limitatur*, ſed vult, quòd hic annus currat à die mortis, quia tũc competit agnato ius reuocandi, nam alias non valenti agere non curritpræſcriptio, eandemq; declarationem firmat *Sonsbecius quem* refert *Piſtor. in ſecũda par. quæſtio. feud. quæſt. 5. num. 29.* Sed communis eſt cum *Capyc.* & *iura*, atque *Doctor. omnes* ſimpliciter tradunt, quod à die ſcientiæ currat annus, quam concluſionem latè exornat *Bammac. in repet. dicti cap. Titius*, cumulans *omnes*, quam ſequendo *Lanar. in ſuo conſ. 69. nu. 9.* dixit, quod idem operatur
32 lapſus anni in agnato, quando in agnatum vlteriorẽ fit alienatio, quòd operatur lapſus annorum 30. quando alienatio in extraneũ quo caſu *Doctor. omnes, vbi ſupra* dixerunt, data ſcientia alienationis factæ in extraneũ per annos 30. agnatum excludi à reuocãdo, quòd ego non ſequor per viã conſenſus præſumpti, cum in extraneo ceſſet præſumptio principaliter fundata in propinquitate, & agnatione ſecundum terminos *text. in l. procula de probat.* & rurſus dùm fit alienatio in extraneum, & intercedit mors alienantis, res non eſt integra, dominium eſt pœnes ſuceſſionem, non poteſt dari conſenſus, qui importaret nouam dominij tranſlationem, quę ſine Domini nouo aſſenſu fieri non poteſt, igitur oportet intelligere dictum hoc per viam præſcriptionis, ſecundũ terminos *text.*
33 *in cap. ſi quis per triginta ſi de feud. def. mil.* qui term. nõ practicãtur in Regno, ex rationibus aliàs diſcuſſis, & multo magis prædicta procedunt, ſi procedit opin. quod curſus anni intelligitur incipere poſt mortem alienantis tempore, quo dominium eſt iam in ſucceſſionem tranſlatum, quæ minime militant, quando ſumus in filio primogenito, vel agnato proximiori, qui ſicut poſſet expreſsè refutare immediato ſucceſſori abſq; alio Domini aſſenſu, ſic poteſt facere per lapſum anni ex quo temporis curſu data ſcientia, agnatio inducit validam conſenſus præſumptionem, qua ratione attenta apparet ma-
34 lè ſentijſſe *Camer. in d. c. imperialem car. 33. col. 3. verb. quinimo*, dum voluit hanc annalẽ præſcriptionem non procedere hodie, maxime in Regno, ſtante nullitate alienationis, cuius datur reuocatio à Domino, quãdo vaſallus non vult reuocare, & conſenſus ſuperueniens agnati non reperit rem integram, decepit enim ſe *Camer.* nam articulus procedit, quando cum conſenſu Domini fit alienatio, quæ ex reg. *text. in cap. 1. de alien. feud. pat. vbi Iſer.* valet quo ad Dominum, ſed non in præiudicium agnati, loquendo in feudo ex pacto antiquo, & conſequenter non poteſt tractari de reuocatione, nec de præuentione Domini, & rurſus, & fortius, vt ſæpius diximus, alienatio donec Dominus aſſentiat non dicitur nulla, ſed ſtat in ſuſpenſo propter ſpem reconualidationis ex ſuperuenientia aſſenſus quandocumque non data reuocatione, igitur exiſtente Domini aſſenſu, & ſuperueniente agnati conſenſu, de cuius tantum intereſſe agitur, qui conſenſus alium nõ requirit aſſenſum, quia in immediatè ſucceſſurum, ſequitur propterea, quòd non poteſt procedere dictum *Camerarij*.

Hæc omnia in feudo ex pacto non hæreditario, ſed in feudo hæreditario erunt cla-
35 riora, in quo, & ſi *Bammac.* dixerit authorit. *Theſaur. in ſua deciſ. 99.* quod non procedat id quod de conſenſu agnati dicitur, quia ſucceſſor habet, vt hæres, & tenetur habere ratum factum defuncti, de quo etiam per *Brun. in conſ. 80.* tamen aduerto benè termi nos ſilentij annalis applicati ad finem tollendi ſubreptionem, de qua ſupra diſputauimus, nam ſi ex hoc dicitur facta alienatione cum conſenſu agnati, ſeu primogeniti, vt ponit caſum *Afflict. in d. cap. Titius*, ſequitur quod nulla cadit ſubreptio, & rurſus ſi eſſet facta alienatio in vlteriorem agnatum, vel in ſecundogenitum abſque aſſenſu, quo caſu etiam in feudo hæreditario ſecundum communem ſcholam noſtrorum *Scribentium* procedit *Conſt. Reg. conſtitutionem diuæ memoriæ*, vt poſſit reuocare hæres alienationem nullam defuncti, quia non tenetur approbare factum nullum, dico, quòd ſi ante reuocationem, vel Domini præuentionem primogenitus, vel immediatus ſucceſſor conſentiret, alienatio reuiuiſceret, & conualidaretur, & cum reſoluatur in vim refutationis non opus eſt Domini aſſenſu, vt ſæpius diximus, ergo ſi conſenſus inducitur, non ſolum quando expreſsè conſentit, ſed per ſcientiã alienationis cum propinquitate ſanguinis, & temporis curſu, ſequitur quòd quæſtio procedit etiam in feudo hęreditario quo ad prędicta, non autem quo ad reuocationem quã do legitimus procederet aſſenſus, & in hoc caſu procedit dictum *Theſ. & Bammac.* pro quo videatur ſollemnis *deciſio Grammat. 133. & propriè ibi nu. 38. cum ſeq. vbi* quomo
36 do præſumatur ſcientia ad finem decurſus anni, & *ibi* etiam de iure adeundi, & alia notabilia propter caſus contingentes, quæ dixiſſe ſufficiant pro indagatione veritatis, & vt peritiores altiori ſtylo omnia poſſint determinare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Feudum eum aſſenſu poteſt alienari,& abſq; eo minimè.*
2 *Feudum eum poteſtate alienandi conceſſum dicitur contra naturam feudi.*
3 *Sicut prohibetur feudi alienatio, ſic etiam iurium feudalium.*
4 *Ex contractu feudali abſque aſſenſu, nec confeſſio oritur.*
5 *Idem iudicatur de feudo, quòd de actione ad feudum.*
6 *In ceſſione iuris hypothecæ feudalis requiritur aſſenſus, ſicut in ceſſione feudi.*
7 *Commutatio iuris feudalis de perſona ad perſonam fieri non poteſt, abſque aſſenſu,& ſignanter iuris hypothecæ.*
8 *Lex feudorum,& Conſtit. Regn. annullauerunt omne commercium, omnemq. contractationem rerum feudalium reſpiciẽdo facti ſeriem, non autem iuris effectum.*
9 *Prohibita alienatione, venit etiam prohibita poſſeſſionis translatio.*
10 *Lex feudorum prohibitiua alienationis, & Conſtit. Regn. habent locum etiam in contractu poſſeſſionis translatiuo.*
11 *Conſtitut. Regn. conſtitut. diu. memor. iudicatum eſt habere locum etiam in emptore, in promiſſione de vendendo, & in pacto de non petendo, & nu.* 12. & 13.
14 *Clauſulæ appoſitæ in conceſſione, ſeu in inſtrumentis venditionum cum poteſtate capiendi, vendendi, & alienandi quid importent, & Sacr. Conſ. deciſiones referuntur.*
15 *Feudi conceſſio facta cum facultate alienandi, vel cum clauſula cui dederis, an importet liberam feudi diſpoſitionem, vel in ipſius alienatione requiratur aſſenſus, in quo opiniones Scrib. hinc inde referuntur, & firmatur opinio pro parte affirmatiua.*
16 *Opinio tenentium partem negatiuam, videlicèt nõ requiri aſſenſum limitatur communiter, quãdo facultas non eſt data in principali diſpoſitione, ſed in exequutiuis.*
17 *Aſſenſus Domini nil aliud importat, niſi tollere obſtaculum impeditiuum translationis iuris feudatarij, ſi quod habet, & eo modo, quo habet, nec Dominus aſſentiendo aliquid concedit, nec iuri ſuo quomodocũque præiudicat.*
18 *Aſſenſus non iuuat abſque contractu feudatarij.*
19 *Dominus aſſentiendo non intelligitur remittere ius directi dominij.*
20 *Dominus ſciens feudum ſibi deuolutum aſſentiendo feudatario illud alienanti ſibi non præiudicat.*
21 *Aſſenſus non extenditur ad incogitata.*
22 *Intereſſe Domini in alienatione rei feudalis.*
23 *Aſſenſus, qui petitur ad obſtaculum tollendum non operatur ad alia, nec extenditur ad diſpenſationem.*
24 *Creditor niſi ex pacto ſpeciali non poteſt vendere bona debitoris illo irrequiſito.*
25 *Qui facit actum intelligitur facere, prout ei à iure permittitur.*
26 *Prorex non poteſt concedere, aut dare rem, aut ius Domini, nec præſtare aſſenſum, quando natura feudi alteratur.*
27 *Iudicium aſſiſtentiæ, an requirat probationem dominij.*

ARGVMENTVM.

Prohibitio alienationis rerum feudalium habet locum, tàm in ipſis feudis, quàm in quibuſcũque iuribus feudalibus, ob quod aſſenſus requiritur ſemper quomodocumque de feudo, aut de actione, ſeu iure feudali tractatur, & quid in poſſeſsione rei feudalis, an *Conſtitutio Regni conſtitutionem diuæ memoriæ* habeat locum. Dominus aſſentiendo quid facit, & an ſibi præiudicet. Conceſsio feudi cum facultate alienandi, an importet liberam diſpoſitionem abſque alio requiſito aſſenſu, & quid, quando clauſula prædicta non eſt poſita in principali diſpoſitione, ſed in exequutiuis. Prorex an poſsit præſtare aſſenſum, quando feudi natura alteratur, vel quando ius Domini venit ex aſſenſu concedendum. Iudicium aſsiſtentiæ an procedat ſuper re feudali abſque aſſenſu.

§. XI.

COmmunis eſt ſchola *Doctorum* fundata in notorijs iuris regulis, quod feuda non ſolũ vendi non poſſunt abſque aſſenſu, ſed nec obligari, aut commercium aliquod quomodocumque de ipſis fieri, & duæ ſunt regulæ, vna
1 negatiua, vt ſupra, & alia affirmatiua, vt cum aſſenſu libera ſit diſpoſitio, de quo in *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. in Conſtit. Regn. conſtit. diu. mem.* hinc
2 *Andr. & Doctor.* voluerũt, quod data facultate diſponendi, ſeu alienandi abſq; aſſenſu, dicitur impropriari feudum, ipſiusq. naturã alterari, de quo *Andr. & Scribent. in cap. 1. de feud. non hab. propr. nat feud.* & ſicut prohibetur alienatio rerum, ſic etiam prohibe-
3 tur alienatio iurium feudalium, dicit *Andr. in d. Conſtit. Regn. in verb. tranſactionis, quę Conſtitutio* annullat quoſcumque cõtractus

ſuper feudis, & rebus feudalibus, *vbi Afflict. in 4. notab. nu. 22.* tradidit, quòd contractus factus inter partes de re feudali, nullam habet firmitatem, nec quo ad partes, nec quo ad tertium, ita quod ex eo, nec inducitur confeſſio, ex qua reſultet certitudo aliqua, vel firmamentũ, & idem iudicatur de actione ad feudum, quòd de ipſo feudo, *Andr. in Conſtitut. Regn. honorem noſtri diadematis 3. col.* ſiuè actio ſit ad vendicandum feudum, ſiuè ſuper hypotheca ſuper ipſo, nam ſemper tangitur feudum, & dirigitur, vel ad venditionem ipſius, vel adiuuationem, & ob id in ceſſione iuris hypothecæ, ſicut in ceſſione feudi requiritur aſſenſus, quia cum ſit ius ſuper re feudali; nulli dubium eſt aſſenſum requiri, quæ latius exharat *D. de Franch. in ſua deciſ. 75.* vbi refert ſic deciſum abſque alia controuerſia, quia eſt commutatio, & tranſlatio iuris feudalis de perſona ad perſonam, quod ſecundum *Andr. in cap. imperialem* eſt omninò prohibitum, elegãter explicauit *D. Frecc. in quæſt. 32.* inſurgens cõtra *Parid.* aliter ſentientem in *tract. de reintegrat. in cap. incip. quia communiter fol. 139.* Immò dico plus, quòd cum lex feudorum prohibuerit cõmercium quodcumque de re feudali iuxta *text. in cap. 1. in verb. commercium de prohib. feud. alienat. per Lothar. & in Conſtit. Regn. conſtit. diu. memor.* quæ latè explicauimus in quæſtionibus præcedentibus, & contractationem ipſam annullauit, reſpiciendo contractus ſeriem, non iuris effectum, infertur quòd quomodocumque ſit contractus, ſiuè habilis ad tranſlationem dominij, aut iuris hypothecæ, ſiuè de facto tranſlatiuus tantum poſſeſſionis, vel ſit contractus de re aliena, ſed tamen ſit contractatio, tanquàm de re propria feudali, ſemper requiritur aſſenſus, quia eſt contractatio rei feudalis, & abſque eo eſt omninò nullus, & vt dixi etiam quod importet tranſlationem poſſeſſionis, deciſio eſt notab. *Bartol. in l. non ſolum*, per illum *text. ff. de alien. iud. mut. cauſa facti.* nam ſufficit, quòd alienans faciat in quantum in ſe eſt, immò traditio perficit annullationem actus, & feudi amiſſionem, ſecũdum eleganter tradita per *Andr. in cap. 1. de leg. Corrad. nu. 6. 4. col.* & in prohibitione alienationis venit & iam prohibita poſſeſſionis trãſlatio, notabiliter *Inno. in cap. Epiſcopus, de reb. eccl. non alien.* & hoc ex vi compræhenſionis, non extenſionis ſecundum *Abb. ibidem*, quod latè proſequitur *Felyn. in rubr. de reſcript. num. 5.* & ideò ex ſola alienatione poſſeſſionis feudum perditur, quia committit in legem *Ardiz. in ſumm. in cap. incip. vtrum vaſallus ommittendo tãtum poſſeſſionem feudi fol. 133. Blan. in ſua ſumm. 2. par. col. 2. verſ. itẽ nunquid ſi amittat*, ex quibus infertur, *conſtit. conſt. diu. memor.* procedere, etiam cũ quis non ſit Dominus, ſed vt talis poſſideat, & etiam quòd aliud non faciat, niſi trãſlationem poſſeſſionis, nam cum hoc faciat mediante cõtractu, & eſt contractus de poſſeſſione rei feudalis, cuius commercium omninò eſt prohibitum; propterea nimirum, ſi annullando *Conſtitutio* omnem contractum compręhenditur ſub annullatione, ſiuè contractus ſit dominij translatiuus, aut hypothecæ, ſiue poſſeſſionis, & propterea iuſtiſſimè eſt iudicatum habere locum *conſtitutionem*, & in emptore; licet nihil alienauerit, & nihil tranſtulerit, ſed quia lex annullat contractationem, prout de facto præceſſit, & contractus omnes ſunt annullati; merito quomodocumque ſit contractus, compræhenditur in regula annullatiua, hinc etiam deciſum eſt *conſtitutionem* habere locum in promiſſione de vẽdendo, quæ etſi feudum non tangat; verùm eſt eſſe contractationẽ rei feudalis, *D. Frecc. in 11. limit. D. de Frãch. in deciſ. 48.* ſic etiam in pacto de non petendo, vt per eundem *D. Frecc. in limit. 19.* quæ omnia in propria materia cumulata ſunt in *conſ. meo 5. 1. vol.* vbi poterit videri.

His ſic ſtantibus fundatis in iuris regulis indubitatis, videamus quomodo procedat quæſtio poſita per *D. Capyc. in ſua deciſ. 51. & in inueſtitura in verb. neceſſitas, verſ. quæro ſecundo*, qui tradidit author. *D. Ant. de Alex.* quod contracto credito cum aſſenſu, quo ad obligationem bonorum feudalium, & in inſtrumento adſunt clauſulæ cum poteſtate capiendi ad vendendum, alienãdum, &c. ac cum conſtituto, & præcario, vt ſi fuerit huius crediti facta alteri ceſſio, quòd deniquè in hac ceſſione non requiritur aſſenſus, & poterit ceſſionarius agere contra poſſeſſorem feudi, quia ſufficit aſſenſus generaliter præſtitus ſuper clauſulis prædictis, & rurſus ſecundo loco dicit, quòd etſi non adſint prædictæ clauſulæ, benè iuuabit ceſſio abſque aſſenſu, quo ad obtinendam aſſiſtentiam, non autem quo ad adiudicationem.

D. de Franch. in deciſ. 593. in 4. thom. refert per Sacr. Conſ. contrarium deciſum, & nullam habitam fuiſſe rationem authoritatis *Capycij*, *quem* tantum allegat *in ſua inueſtitura*, non autem in *d. deciſ. 51.* nec mentionem facit authoritatis *Ant. de Alex.* non reſpondet ad vim prædictarum clauſularum; ſed tantũ dicit, quòd idem iudicatur de feudo, quod de actione ad feudum, & cõmutatio de perſona ad perſonam fieri non poteſt

abſque

abſque aſſenſu, quæ bene procedunt quo ad ſecundam quæſtionem *Capyc.* dum loquutus eſt de ceſſione abſq; clauſulis prædictis, ſed quo ad primam, quando adſunt clauſulæ ad vendendum, alienandum, &c. in deciſione prædicta verbum nullum, ſed ſimpliciter refertur, Sac. Conſ. decidiſſe contra *Capyc.* nos verò altius exordiendo videamus de veritate deciſionis prædictæ, cum magna ſit authoritas *D. Ant. de Alex.* & magna pariter *D. Capyc.*

Primus articulus, quando ceſſio eſt facta cum clauſulis prædictis fundari videtur in
15 illa concluſione tam diſputata, an conceſſo feudo cum facultate alienandi, vel cum clauſula cui dederis, poterit ne quis alienare ſine nouo aſſenſu, & magis communis opinio videtur, quòd non requiratur nouus aſſenſus, ea ratione, quia alias inutilis eſſet hæc facultas conceſſa ſecundum reg. *text in d. cap. 1. de feud. non hab. propr. nat feud. ibique Andr. Aluar. cæterique Scribent. Bald. Alber. Salyc.* & latè *Iaſ. in l. fin. C. de iur. emphyt. Imol. in cap. potuit nu. 64.* vbi latiſſimè *Bero. extra de locat. Roman. ſing. 475. Iacobin. in verb ita etiam, quòd ipſi vaſalli, Dec. in conſ. 614. Afflict. in cap. feudum ea lege, ſi de feud. def. mil. Io. Thom. de Marin. in tract. feud. fol. 147. nu. 18. Frecc. in limit. 46. ad conſtit. conſtit. diu. memor. nu. 106. Camer. in cap. imperialem cart. 45. Curt.* omnia cumulans *in 4. par. prine. 2. reg. quaſt. 5. nu. 151. Cannet. in cap. volentes in verb. explicitis his num. 8. Schrad. par. 8. cap. 2. quaſt. 10. nu. 57.*

Contrariam opinionem tenuerunt antiqui, & multi moderni *Doctor.* præſupponendo, quòd licentia data alienandi intelligi debet, prout ius intelligit ex reg. *text. notab. in l. ſi quando C. de inoff. teſt. vbi* conceſſa poteſtate teſtandi, dicit *text.* nihil aliud Principem conceſſiſſe, niſi vt habeat conſuetam, & legitimam teſtamenti factionem, ſecundum iuris ſollemnitates, neque enim credendum, Romanum Principem, qui iura tuetur huiuſmodi verbo totam obſeruationem teſtamentorum multis vigilijs excogitatam, atq; inuentam velle euerti, vbi *gloſ.* dicit intelligi debere in eo, qui non poterat teſtari, vt dum permittitur intelligatur cum iuris ſollemnitate, concordat *tex. in l. ſi non ſpeciali C. de teſtamentis*, ita hic non poterat feudatarius alienare; ſicut ibi non poterat teſtari, permittitur alienatio, intelligitur cum ſuis ſollemnitatibus, ſicut ibi, permiſſio factionis teſtamenti, hæc fuit opinio *Iacob. Butrig. quem* refert, & ſequitur *Speul. in tit. de locat. §. nunc aliqua quaſt. 94. ibique Ioan. Andr. in addit. qui* refert eandem opinionem tenuiſſe *Rob. de Bob. Ioan. Fab. in d. l. fin. de iur. emphyt. Alex. in conſ. 106. 4. vol. Io. Raynald. in cap. imperialem in verb. habito, qui* diſtinguit, & reſpondet ad *text. in c. 1. de feud. non hab propr. fiu. nat. ſollemne conſilium Calcan. 51 quem* ſequitur latè articulum diſputando *D. Minad. conſ. 10. nu. 38.* concludentes operari licentiam; quia Dominus tenetur aſſentire, & ſic non eſt inutilis, cum quo reſpondetur ad omne fundamentum contrariæ opinionis, *idem Capyc. in repetit cap. imperialem col. 21. verſ. limita, niſi inueſtitura, & in ſua inueſtitura in verb. neceſſitas*, vt hæc clauſula operetur, vt Dominus aſſentire teneatur, & *in verbo feudorum alienationes* tenet opinionem *Speul. in octaua ampliat.* & cum hac eadem opinione reſidet *in verb. feudorum clauſula in verſ. ad vendendum, & ad alienandum, & Imol. in d. cap. potuit* dixit valdè dubitandũ eſſe tenere contra opinionem *Speul. & Io. Andr. & Iacobin.* idem in *loco allegato, omneſque* concludunt, quod ſi daretur caſus, quòd vtilis eſſet facultas conceſſa non recederent ab opinione *Speul.* vnde cum iam demonſtratum ſit ad quid deſeruiat, quia tenetur Dominus aſſentire, qui alias non teneretur, cum aſſenſus ſit gratia; propterea videtur, quod hæc ſecunda opinio debet prævalere.

Sed data pro vera opinione contra *Speul.* illa limitatur, quando clauſula eſt poſita
16 in principali diſpoſitione, non autem in exequutiuis; nam tunc nulla fit alteratio, & aſſenſus requiritur in alienatione ex regul. *text. in clem. 1. de præb.* ita in proprio caſu *Dec. in conſ. 192. col. fin. verſ. ſecundo reſpondetur*, ſicut dicimus in clauſula appoſita in donatione cauſa mortis, vt illa nõ poſſit reuocari, quod inquam ſi eſt in exequutiuis, non mutet illius naturam, ſecundum *eund. Dec. in conſil. 304.* hanc eandem limitationem tradidit, *Vldalric. Zaſ. in tit. de feud. degenerant. nu. 26.* & *hos* allegat, & ſequitur *Io. Thom. de Marin. in ſuo tract. feudorum in fin. fol 147. nu. 14.* latè *Nicol. Mozius in tit. ex quib. cauſis feud. amitt. num. 66. Petr. Greg. in 6. part. princ. quaſt. 8. num. 3. conſil. meum 57. nu. 54. 1. vol.* latè *Intrigl. cent. 2. art 6. nu. 56 cum ſequ. qui* allegat *Menoch. in conſ. 61. nu. 28. & 32. lib. 1. & in conſ. 545. nu. 3. lib. 6. Burſat. conſ. 4. nu. 9. pulchrũ conſ. Natt. 582. quod* allegat, & ſequitur *Schrad. in tract feud. cap. 1. par. 8. nu. 68.* & hic eſt articulus, de quo tractamus; nam in exequutiuis ſunt poſitæ clauſulæ, de quibus diſſerimus, & ſic procedit quæſtio poſita per *Capycium*.

Hæc

Hæc ſunt in caſu fortiori, cum loquantur *Doctor.* in inueſtituris, & conceſſionibus, ſed in aſſenſibus interpoſitis ſuper contractibus, in quibus hæ ſunt clauſulæ, quæſtio non habet dubitationem; cum Dominus per aſ-
17 ſenſum nihil intendit de nouo concedere, neq; ſibi in aliquo præiudicare, ſed tantum aſſentit alienationi, quæ fit per vaſallum iuris feudalis, pœnes ipſum vaſallum reſidentis eo modo, quo vaſallus illud habet, & tenet, & propterea ad maiorem claritatem ſolita eſt apponi clauſula illa, noſtris, & alienis iuribus ſemper ſaluis, deciſio eſt nota, & indiuidualis *Andr. in d. cap. imperialem ante num.* 12. *verſ. ſed ſi venderetur, idem Andr. in cap.* 1. *§. ſed nec eſt alia iuſtior num.* 38. *quæ ſit prima cauſa benef. amit.* latè *Camer. in eodem cap imperialem fol* 74. *à tergo verſ. nunc Iſernia*, & ad idem *Camer fol* 43. *à ter. lit. G*, dixit, quod nunquàm Dominum intelligitur velle aſſentiendo aliquid de nouo concedere, ſed tantum tollere legis prohibitionem, quæ feudi alienationem prohibebat, qui Dominus aſſentiendo nihil alienat, ſed vaſallus, qui ius ſuum transfert, & Dominus conſenſum præſtat, vt docet *idem Andr. in d. cap. imperialem nu.* 13. 5. *colum. verſ. conſenſus Domini*, hinc *ibi* dicit, quod
18 ſolus conſenſus Domini, ſi feudatarius non vendit, nihil operatur, *& ſupra num.* 11. declarat quid operetur Domini conſenſus, & concludit, quod videtur conſentire in hoc, vt venditor qui ſine ſuo conſenſu non poteſt vendere, nec alienare transferat in emptorem ius quod habeat, ſcilicet vtile dominiũ, *& ibi Add.* latius declarant, quod Dominus nihil transfert, & nihil concedit aſſentiendo poſt *Camer. quem* ipſi allegant *fol.* 44. *verſic. ſecunda concluſio, & fol.* 52. 2. *col. in princip.* ita quòd intendit Dominus aſſentire iuri, quod feudatarius habet, quatenus tamen habet eo modo, prout habet, & allegat *And. text. in l. qui tabernas ff. de contrab. empt.* quòd benè præ cæteris explicat *ibi Capyc. col.* 28. *verſ. tertium membrum, & ibi col ſeq. verſ. ſecunda concluſio* tradit, quod Domi-
19 nus ſimpliciter aſſentiendo, non videtur remittere ius directi dominij, & fortius *idem*
20 *Andr. ibidem num.* 15. tradidit, quod etiam ſi feudum eſſet deuolutũ, & Dominus ſciens aſſentiret alienationi factæ per vaſallum, nihilominus ſibi non præiudicat, quia per aſſenſum nunquam intelligit aliquid dare de ſuo, de quibus latè, & ad ſatietatem in *conſ. meo* 3. *in princ.* 1. *vol.* ergo cum quæſtio *Capycij* ſit poſita in aſſenſu interpoſito ſuper cõtractu inter partes facto, apparet ex prædictis, quod non habet iuris ſubſiſtentiam, & ideò *idem Capyc. in deciſ.* 64. & ſi oppoſuerit de prædictis clauſulis, tamen de illis nulla habita ratio fuit per Sacr. Conſil. pronuntiat enim hæ in contractibus de ſtylo Notariorum, & nec partes, nec Dominus ſuper eis
21 cogitauerunt, & aſſenſus ad incogitata non extenditur, dicit ſæpè ſæpius *Andr.* ex reg. *text. in l. qui cum tutoribus, ff. de tranſact.* alienare enim abſque Domini aſſenſu tangit illius directum dominium, & ius ſuum
22 dominicale ſuperioritatis, & habet in hoc intereſſe formatum, proſpiciẽdo perſonam alienantis, & eius inquã vult fieri alienatio, ſi eſt odioſa, ſi de genere fideli, ſi eſt extera, ſi habet ſucceſſorem, & tandem habet intereſſe voluntatis in feudis conſiderabile, quæ omnia ponit *Andr. in d. cap. imperialem*, & ſi per prædictas clauſulas natura feudi alteratur, ſequitur quod aſſenſus, qui petitur ad
23 tollendum obſtaculum alienationi iuris feudatarij operaretur duo, ſcilicet cõceſſionem iuris Domini, mutationem naturæ feudi, & quid importaret gratiam, nunc importaret diſpenſationem, & iuris feudorum correctionem, ad quæ nullo modo aſſenſus extenditur, ſecundum theor. *Andr. in c.* 1. *qui ſuec. ten.* non enim cogitauit Dominus aſſentiendo inſolita concedere, nec à lege inueſtiture recedere, à qua ſecundum notiſſimos terminos, nunquam niſi expreſsè receſſum præſumitur, immò vt aliàs diximus, omnes inueſtituræ erroneæ præſumuntur, quæ à prima deuiant, vnde non eſt dicendum, quòd ſub inuolucro clauſularum ſuper exequutiuis appoſitarũ inducta dicatur mutatio aliqua natura feudi, & alteratio inueſtituræ per ſimplicem aſſenſum, in quo eſt propriũ allegatum *conſilium Natt.* 582. & ſi hæ clauſulæ hoc modo appoſitæ præualerent, omnia feuda abſque aliquo aſſenſu alienarentur.

Præterea caſus quæſtionis *Capyc.* valde diſtat à quæſtione poſita *per Doctor.* non enim qui vendit, dicit vendere cum poteſtate alienandi, ſed contrahit creditum, vel vendit bona allodialia ſimpliciter, pro cuius ſolutione, aut euictione obligat ſua bona feudalia; & in clauſulis exequutiuis demum dicitur cum poteſtate capiendi propria authoritate alienandi, vendendi, &c. quæ verba reſpiciunt poteſtatem, & ius venditoris, aut debitoris contrahentis, nam non poteſt
24 creditor vendere bona, niſi creditore requiſito iuxt. *text. in l. fin. C. de iur. dom. impet.* benè tamen conuenire poteſt, vt abſque aliqua requiſitione vendere liceat, ſecundum regul. *text. in l ſi conuenerit, la prima ff de pign. act.* hoc partes facere voluerunt, & in hoc poteſtatem habebant, & ſic de iure præſumi-

25 ſumitur, nam qui facit actum intelligitur facere; prout de iure permittitur ad *text. in l. quæro §. inter locatorem ff. locat. cum alijs* in proprio caſu *per me* adductis *in d. conſ. 3. nu. 67.* igitur, vel hæ clauſulæ referuntur ad hanc facultatẽ, quam vaſallus habebat, vel ſi volumus, quòd referatur reſpectu alienationis feudi, intelligendum erit eo modo, vt vaſallus eam habet, ſi ipſe eſt, qui eam dat, & ſic ex reg. *text. in l. qui tabernas* cum vaſallus non habeat facultatem hanc, niſi cum aſſenſu Domini, ergo eo modo, quo habebat, illã conceſſit, & hæc eſt differentia inter inueſtituram, quę fit à Rege, qui omnia poteſt, & adhibetur diſtinctio, ſi verba ſunt in executiuis, vel in principali diſpoſitione, & aliud eſt, quando ſumus in contrahentibus, qui non habent feudorum liberam diſpoſitionem, non poſſunt feudorum naturã alterare, non poſſunt, niſi cum aſſenſu diſponere, igitur dum ipſi concedunt facultatem capiendi bona, propria authoritate vendendi, & alienandi, intelligendum eſt, prout ipſi poſſunt iuxta iuris formam.

Vlterius hæc in aſſenſu, qui interponitur per Proregẽ, vti Domini Vicarium ſunt extra omnem dubitationẽ, cum ſatis nota ſit
26 doctr. *Andr. poſt nu. 12. in d. c. imperialem*, q. Vicarius non poteſt donare, nec inſolita cõcedere, nec poteſt rem, aut ius Domini ab ipſo Domino abdicare, & in aliũ transferre, licèt poſſit aſſentire, quia aſſentiendo nihil transfert, & nihil concedit, immò inter cætera prouiſa per *Reg. Prag.* dictã *delli noui capi* ſpecialiter prohibitũ eſt Proregi aſſentire, quando natura feudi alteratur, ſi igitur ex poteſtate alienandi abſq; aſſenſu ſecundũ *omnes* natura feudi alteratur, ſi deniq; ex hoc veniret conceſſa poteſtas Domini, prærogatiua Domini, ius ſuperioritatis Domini, ſequitur vndiq; dicendum de *dec. Capyc.* nullam adhibendam eſſe rationem.

Quo verò ad ſecundum punctum, ſi abſq; clauſulis prædictis ceſſio valeat abſq; aſſenſu, ità q. vigore illius præſtari poſſit aſſiſtentia, videtur ex dictis in principio pũctus determinatus, ſi fundatũ eſt ius hypothecæ ſuper feudo, nec acquiri poſſe, nec cedi abſq; aſſenſu, idemq; iudicari de iuribus ſuper feudis, q. de ipſo feudo, ac *conſt. conſt. diu. mem.* locum habere in ipſis, & cõſequenter in iuribus prædictis, ſi vt feudalia reputantur, nõ poſſunt ſuccedere perſonæ aliæ, quàm quæ per eaſdem *Reg. conſtit.* ad feuda ipſa ſuccedere poſſunt, in quo eſt pũctualis *deciſio* prędicta *D. de Franch.* & licet ventilata ſit ſa-
27 tis concluſio illa, ſi in iudicio aſſiſtentiæ requiritur probatio dominij, q. non habet dubium, dum agitur iure hypothecario, ſecus verò per Saluianum interdictũ, vel remedio *text. in l. fin. C. de acquir. poſſ.* & quid quãdo agitur contra poſſeſſorẽ non habentẽ cauſam à debitore, tamen tenendo opinionem iam iudicatam, & pro lege obſeruatam, q. dum agit iure aſſiſtẽdi ſufficit probare rem fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris, quodq; nõ requiratur probatio dominij, nec admittatur ex aduerſo illius defectus, ſecundũ famoſam *deciſionẽ Affl.* 383. & quæ conſiderat ſubtiliter *eruditiſſimus Rouit. ſuper Pragm. Reg.* circa aſſiſtẽtiam ad intellectũ prædictę deciſ. Sac. Conſ. non procedunt, cum omnis diſputatio *Affl.* fuerit, ſi agens iure aſſiſtendi tenetur probare dominiũ, & titulum validum, & concludit non teneri, ſed ſufficit probatio rem fuiſſe in bonis, fundando omnem deciſionem in terminis Saluiani interdicti, & in *l. fin. C. de acquir. poſſ.* ſecundum quos terminos ſtante conſtituto, & præcario videtur poſſe defendi opinionẽ *Capycij*, vt dum iure aſſiſtendi agitur ſufficiat ex ceſſione tranſlatam eſſe poſſeſſionem, & conſequenter non curemus de aſſenſu, quia non tractatur de iure hypothecæ, nec de tituli validitate, in quo videtur, quod ſit fundata opinio *D. Ant. de Alex.* per illa verba appoſita per *Capyc. in ſua deciſ.* quod dicebat *D. Ant. de Alex.* vt ſine aſſenſu in ceſſione poſſit præſtari aſſiſtentia, tamen pariter ex latè fundatis, & diſcuſſis in principio huius quæſtionis omnia prædicta corruunt, ſi verũ eſt contractationem ipſam de iure feudali etiã reſpectu poſſeſſionis eſſe nullã, omniſq; contractus quomodocumq; ſit celebratus, ſiue reſpectu dominij, ſiue reſpectu iuris, ſiue reſpectu poſſeſſionis dicitur pœnitus nullus, quia ſemper committitur in legem, ſecundũ opinionem *Ardiz. & aliorum*, & conſequenter habet locũ *conſtit. conſt. diu. mem.* ex quibus ceſſat fundamentũ aſſiſtentiæ, dum tractamus de poſſeſſione iuris feudalis, quæ nõ conſiderauit *D. de Franch. in dict. ſua deciſ.* quare in vtroq; puncto mihi videtur, quod nullo pacto poſſit ſubſtineri opinio *Capyc.* & quod dicit de vtili, vel directa actione, datiua, vel natiua; omnia enim ſunt contra notiſſimos iuris terminos, cum quæcumq; ſit actio, quodcumque ſit ius, ſi eſt ſuper feudo, requirit aſſenſum, vt benè explicat *D. Frecc. in d. quæſt.* 32. & quomodocumq; ſit contractus directiuus ad feudum, vel de feudo quomodocumque tractans, licet perſonas, & non feudum tangat; demonſtratum eſt eſſe nullum, & incluſum ſub legis prohibitione, quæ dixiſſe ſufficiant pro indagatione veritatis.

DE

DE SVCCESSIONE MVLIERVM IN REGNO, & quomodo, & quando per dotationem, aut renunciationem ſunt excluſæ.

TITVLVS NONVS.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres exiſtentib. maſculis in Regno, & in hac noſtra Ciuitate ſunt à ſucceſſione excluſæ, ſed à maſculis de paragio dotari debent.*

2 *Paragium regulariter non poteſt eſſi minus legitima, ſed in muliere non maritata, vt nubat pari poteſt aſcendere vſque ad virilem, ſicut quando nubere poteſt pari eum dote à patre aſſignata, vel legata poteſt eſſe dos minus legitima, quòd maximè locum habet in magnis Dominis, vt ſufficiat congruenter dotari.*

3 *Mulier etiam à patre dotata cuiuſcumque conditionis pater ſit, ſi dotauerit filiam de proprijs filia bonis, parum aut nihil de ſuo patrimonio dando, tunc poteſt petere paragium competens in bonis paternis.*

4 *Mulier dotata excluditur à ſucceſſione, quando fuit dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, vnde ſoror dotata à fratre de bonis paternis, aut maternis, non excluditur à ſucceſſione eiuſdem fratris, quòd in Regno eſt declaratum per Pragmaticam particularem.*

5 *Frater, ſi in dotatione ſororis aliquid de ſuo poſuerit, non per hoc intelligetur ab eius ſucceſſione excluſa, quia debet intelligi de congruè dotata ab eo, de cuius ſucceſſione agitur, maximè quando voluntariè hoc fecit.*

6 *Conſuetudo Neapolitana excludit mulieres à ſucceſſione fratruum, ſi dotatæ fuerunt de paragio de bonis paternis, vel maternis, ita quod differt à iure communi. & à Conſtitutionibus Regni, & ita deciſum.*

7 *Conſuetudines Neapolitanæ loquentes de bonis habent locum in bonis tantum ſitis in diſtrictu, & territorio Ciuitatis; in cæteris verò extra diſtrictum procedunt Conſtitut. Regn. & ibi diſtinctio, quando conſuetudines loquuntur de bonis, vel de perſonis.*

8 *Conſuetudo loquens in dote, ſeu ſucceſſione in ea deciſum eſt habere locum, vbique ſint dotes etiam extra diſtrictum.*

9 *Conſuetudo extenditur ad iura, & actiones,*

10 *Mulieres ſolent facere renunciationes, dùm dotantur, & mariti obligantur ad obſeruantiam, & non excuſantur allegando feciſſe eorum poſſe.*

11 *Renunciationes fieri ſolent cum pacto, quòd quicquid mulier vltra dotem promiſſam à patre, vel à coniunctis conſequuta fuerit non obſtante renunciatione facta, aut promiſſa, maritus teneatur reſtituere de proprio, quòd pactum validum eſſe defenditur, & pro lege ſeruatur, & deciſio D. de Franch. refellitur, & nu. 13.*

12 *Renunciationes, quando intelligantur omninò, vel reſpectiuè ad maſculos, & quando filij venire poſſint ex propria perſona. remiſſiuè.*

13 *Mulieres aliter excluſæ per Conſuetudines Neapolitanas, & aliter per Conſtitut. Regn. primo enim caſu, ſi non fuerint dotatæ de paragio per totum decimumſextum annum, quando pro dotatione inſteterunt. ſuccedunt vt maſculi in virilem portionem, ſicut alij maſculi ſucceſſores, ſecundo verò caſu ſemper ſunt excluſæ cum onere dotationis de paragio.*

14 *Conſuetudo diſponens, quòd de bonis antiquis non poſſit diſponi vltra medietatem, & ſi fuerit fœmina filios habens de decima tantum parte, an inter bona antiqua reputentur fructus illorum in hæreditate exiſtentes, & concluditur comprehendi, & ita deciſum.*

15 *Vſura dicitur fructus extra rem, & pariter penſiones.*

16 *Bona empta ex pecunia antiqua, vel ex fructibus bonorum antiquorum non dicuntur antiqua, & ſic non erunt ſubiecta conſuetudini de bonis antiquis loquenti, vbi impugnatur deciſ. Paul. de Caſtr. in l. fin. ff. quando act. de pecul.*

17 *Bona acquiſita titulo oneroſo etiam à coniunctis peruenta, non comprahenduntur in conſuetudine prædicta.*

18 *Conſuetudines Ciuitatum habent tantum locum in vltima voluntate, non autem in diſpoſitione inter viuos.*

19 *Dicta per Gaſpar. de Leo refutantur.*

20 *Bona clericorum ex fructibus Eccleſiæ acquiſita ſunt Eccleſiæ ex ſpeciali prouiſione*

ſione Canonum.

22 *Deciſiones recenſentur alias factæ, quod bona empta ex pecunia antiqua, vel ex fructibus bonorum antiquorum non erunt antiqua, & propterea non ſubiecta conſuetudinibus de antiquis bonis loquentibus.*

23 *Conſuetudo Capuani, & Nidi differt à conſuetudine Ciuitatis.*

24 *Conſuetudo moris magnatum importat idem quod ius cõmune, & quæ ſit inter has conſuetudines differentia, remiſſiuè.*

25 *Deciſ. facta in cauſa Comitis Montiſcalui, cum Comite Montellæ recenſetur, in qua fuit deciſum in tertiaria, quarta, ſeu antefato conſtituto ſecundum morem magnatum filios ſuccedere, vt hæredes, & non vti filios ex propria perſona contra deciſ. Afflict. & contra text. in auth. hæres C. de ſecund. nupt. & contra conſilia Authoris, tunc Aduocati Comitis Montellæ.*

26 *Fœminæ intelliguntur excluſæ tàm per Cõſtit. Regn. quàm per conſuetudines Neapolitanas, non omninò per maſculos omnes, ſed per maſculos exiſtẽtes in eodem gradu, ſecus verò per remotiores.*

27 *Agnationis ratio non intelligitur habita, quando maſculi non ſunt indefinitè vocati, nec fœminæ perpetuò excluſæ, quo caſu excluſio non egreditur perſonas nominatas.*

28 *Statutum excludens fœminas propter maſculos eiuſdem lineæ, & gradus eſt fauorabile, ſicut eſt odioſum, quando ipſas excludit propter remotiores.*

29 *Conſtitut. Regn eſt expreſſa, vt fœminæ excludant maſculos, quando non ſunt in pari, ſed remotiori gradu.*

30 *Linea primo præfertur, ſecundo gradus, tertio ſexus inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ, & gradus, & quarto ætas inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ gradus, & ſexus.*

31 *Statutum excludens fœminas propter maſculos abſolutè, tunc intelliguntur excluſæ per remotiores, quia eſt habita ratio agnationis, quòd ſecus eſt, quando per maſculos eiuſdem lineæ & gradus, & eo caſu neptis excludit patruum.*

32 *Lineæ maſculinæ appellatione venit neptis ex filio.*

33 *Mulier dicitur de ſanguine, & eſt caput, & finis ſuæ familiæ.*

34 *Statutum vocans ad ſucceſſionem deſcendentes per lineam maſculinam, comprehendit fœminas à maſculo deſcendentes, & ideò filia excludit patruum.*

35 *Text. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis non procedit in Regno.*

36 *Filia ſuccedit in feudo excluſo patruo in Regno vigore Conſtitutionis, & hæc eſt communis omnium, quando filius decedit poſt mortem patris, etiam hæreditate non adhuc adita.*

37 *Filia ex filio præmortuo in uita patris, an excludatur tanquàm fœmina per patruos à ſucceſſione aui, vel ſubintret taliter in locum patris, vt ex eius perſona ſuccedat in virilem patri competentem in aui ſucceſſione, immò ſi pater alios excludebat, ita pariter ipſa, tanquam ſubintrans in locum, gradum, & ſexum, & pro filia concluditur varijs medijs, & ſecundum hanc opinionem refertur deciſum.*

38 *Opiniones, & doctrina Doctor. diſtinguuntur, vnus enim caſus eſt, ſi filia ſubintrãs excludit alios, & maxima pars Doctor. voluit non excludere, ſed eſſe caſum ommiſſum, ſed habere locum ius commune, & ſecundum hanc opinionem, fœmina, ſeu neptis haberet virilem patri competentem; quia de iure communi fœmina ſuccedit; alia autem maxima pars, Auctore Baldo, voluit quod fœmina non ſolum ſubintret locum patris, ſed ſicut pater excludebat alios, ita pariter ipſa, quæ Bald opinio eſt ſatis controuerſa, ſed ex his apparet communem eſſe opinionem fœminam ſubingredi in portionem patri competentem, ita quòd ſuccedit cum alijs.*

39 *Doctrina Corn. commendatur.*

40 *Statutum hoc quo ad excluſionem fœminarum odioſum.*

41 *Conſtit. Regn. non loquitur in nepte ex filio, ob quod non extenditur vltra caſum, de quo loquitur.*

42 *Lineæ tot ſunt, quot ſunt filij.*

43 *Deciſ. Neapod. quòd filia ex perſona & ſexu patris, eius locum ſubingreditur in ſucceſſione aui.*

44 *Fœmina ſecundum opinionem Neapod ſubintrat ſexum patris ex lege velleia & fundatur Neapod. deciſiones habere locum, tam in allodialibus, quam in feudalibus, & tam de iure conſuetudinario, & Regni, quàm de iure communi.*

45 *Opino Neapod. communiter recepta à noſtris Regnicolis, & ſecundum eam eſt iudicatum, & pro lege dicit Minad. eſſe ſeruandam, qui diſputat articulum ad partes, reſpondendo omnibus contrarijs, & dicit in Regno deciſum eſſe, fœminas ſubintrare locum, & ſexum patris, tàm in feudalibus, quàm in allodialibus.*

46 *Declarationes Regiæ referuntur, per quas in Regno eſt ſtatutum, fœminas in totum repræſentare perſonas, locum, & ſexum patris, & ſic deciſum.*

47 *Subin-*

47 *Subingreſſio ſexus excludit differentiam inter feudalia, & allodialia.*

48 *Refertur deciſio nouiſſimè facta ſecundum hanc opinionem.*

ARGVMENTVM.

Mulieres in Regno excluſæ à ſucceſſione propter maſculos in eodem gradu paragium illarum quantum eſſe debeat. Quid in dote à patre aſſignata, vel legata, & quid in magnis Dominis, Mulier excluſa tantum à bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, quod limitatur in *Conſuetudine Neapolitana*, & dotata, intelligitur quando congruenter eſt dotata. *Conſuetudines Neapolitanæ* non extenduntur extra diſtrictum, vbi limitatur. Mulieres per renũciationes quomodo excludũtur, & quid quando maritus promiſit reficere de ſuo. Fructus bonorum antiquorum includuntur ſub diſpoſitione bonorum antiquorum, quòd non eſt in bonis emptis ex eis, vel ex pecunia antiqua. *Conſuetudo* non habet locum in bonis peruentis titulo oneroſo, nec in contractu inter viuos. *Conſuetudines Capuani, & Nidi*, & mos magnatum quid. Quãdo intelligitur habita agnationis ratio. Statutum excludens fœminas propter maſculos, quando fauorabile, & quãdo odioſum. Lineæ maſculinę appellatione venit neptis ex maſculo. Filia ſuccedit in feudo excluſo patruo. Filia ſuccedit in locum patris etiam in ſexu, quod in Regno eſt de indubitabili deciſum neptem ex filio præmortuo ſubingredi in Regno, locum, & ſexum patris, eiuſque perſonam in totum repræſentare.

DIXIMVS multa circa dotes conſtitutas, ipſarumque conſeruationem, dicamus nunc aliqua, quomodo in Regno fœminæ propter dotationes à ſucceſſione excludũtur, & quid in Neapolitanis, & breuiter non diſputando articulos, ſed concluſiones, veras & iudicatas reaſſumendo, dico per *Regni Conſtitutiones* incipientes *vna in aliquibus*, *quæ* loquitur in feudalibus, & burgenſaticis, *altera, vt de ſucceſſionibus*, *quæ* habet locũ in feudalibus
1 tantum, per *has* inquam *conſtitutiones* fœminæ, maſculis exiſtentibus à ſucceſſione ſunt excluſæ, dummodo de paragio dotentur, & hoc pariter conſtitutum eſt per *Conſuetudines Neapolitanas*, vt in *conſuetudine* incipiente *ſi moriatur cum ſequent.* & in hac indubitata concluſione aliàs fuerunt multæ quæſtiones controuerſæ circa quantitatem paragij, quantum eſſe debeat, ſi minus legitima, vel vltra, quid in maritata, quæ paragium debitum petat, quid in maritata à patre, quid in dote ab eodem legata, & quid in magnis Dominis, & regula eſt, quod para-
2 gium non poteſt eſſe minus legitima, & in non maritata, vt nubat pari poteſt aſcendere vſque ad virilem, in quo eſt famoſa *deciſio Afflict.* 160. *Alex. conſ.* 83. 4. *vol. Socc. conſil.* 207. 2. *volum.* & quod dos non poſſit eſſe minus legitima, *Andr. in conſtit. in aliquibus* pluries, & *Neapod. in d. conſuetud. ſi moriatur, qui* dicit ita eſſe ſecundum interpretationem *Sapientum Regni nu.* 56. *plura conſilia Decij* 180. 181. *Grammat.* latiſſimè *in deciſ.* 57. & ad ſaturitatem in *meo conſil.* 65. 1. *volum. vbi* quid in dotata à patre, & quid in dote legata, & in magnis Dominis, qui ampliſſimum habent patrimoniũ, quòd ſufficiat dotari congruè pari, non habendo reſpectum, quòd dos ſit minus legitima, *Socin. in conſ.* 188. *nu.* 17. *Grammat in dec.* 101. *nu.* 67. *qui* deciſiones cumulat, & eſt magna deciſio illa in filia à patre dotata, vt contenta eſſe debeat eius, quòd à patre datum fuit, quæ latè diſcuſſa fuerũt in *allegato meo conſilio*, in cauſa Ducisſæ Andriæ, quæ habuit dotes legatas à patre ducatorum quinquaginta mille, & prætendens legitimam aſcendere ad ducatos pluſquam centum mille, quòd propterea ſupplementum ex bonis Principis Oſtiliani ſui patris fieri debebat, & ex aduerſo contrarium prætendente Principe eius fratre, dicente, dotem congruam, & vna de maioribus ſecundum morem Regionis, cum qua ſatis decenter nupſit pari, & ſecundũ hanc opinionem fuit deciſum, & ſic pariter deciſum fuit in cauſa Ducisſæ Nucerię, cum eodem Principe Oſtiliani; verùm quia in cauſa prædicta Ducisſæ Nuceriæ exceſſus erat perquàm maximus, quia in facto demonſtratum fuerat Ducisſam verè dotatam ex bonis maternis, & ex paternis parum aut nihil habuiſſe; propterea poſt ſententiam latam partes deuenerunt ad concordiam, & fuerunt auctæ dotes in alijs ducatis circiter triginta mille; ita quòd etiam in magnis Dominis, quando exceſſus eſt talis, quòd filia remanet quaſi exhæredata; tunc datur ſupplementum, conſiderando qualitatem filialem, & debitum naturæ; quando verò à patre de proprijs bonis congruenter dotatur pari ſecundum morem Regionis, tunc non attenditur, quod dos ſit minus legitima.

Verum quod dicitur in terminis *Conſtitutionis*, vt mulieres dotatæ excludantur à
4 ſucceſſione, intelligitur, quando ſunt dotatæ de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, ita quòd ſi frater dotaſſet de bonis patris, non eſſet ſoror excluſa à bonis fratris, de quo per *Afflict. in d. conſtit. in aliquibus* 10. *notab.* quod hodie non eſt controuertendum,

dum, nam adeſt in hoc *Pragmatica* facta, & lex generalis in Regno, quæ appellatur *la Filingeria*, & fortius, & in hoc aduertatur,
5 quòd ſi frater de ſuo proprio aliquid poſuiſſet, non intelligetur excluſa, quia intelligi debet decenter dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, ad finem, vt excluſa intelligatur, pulchrè *Curt.Sen.in conſil.27. nu.37.verſ.ergo ex his, cum alijs, quos* ad hoc allegat *Minad.in repetit.dictæ Conſtitutionis in aliquibus in princ in verb. textus conſtitutionis num.* 68. maximè quando mulier habebat congruum paragium in bonis paternis, & frater voluiſſet de ſuo voluntariè dotare, ad finem excludendi à ſua ſucceſſio-
6 ne, vt per *Minad.ibidem nu.73.* quæ limitantur in terminis *conſuetudinis Neapolitanæ*, per quam ſufficit filiam dotatam eſſe de bonis paternis, & maternis, ad finem, vt excludatur etiam à bonis fraternis, vt in *conſuetudine, ſed ſi morienti*, tradit *Capyc. in apoſtilla in conſuetudine ſi moriatur in fin. lit. E, qui* refert ita iudicatum, & idem refert iudicatum in cauſa Marchionis Siculæ, *D.de Franch. in apoſtill. ad d.conſuetudinẽ ſi moriatur inter apoſtillas Conſiliarij Fœlicis de Rubeis*, poſt *conſuetudines*, in qua cauſa eſt *allegatio Ioan.Vinc.de Ann.nu* 81. *qui* refert ſic deciſum ex deciſione *Neapod.in conſuetudine quod autem dictum eſt in verb. parentum* ibi, *ſed pone num.* 303. *qui Ann.* licet *in allegat.* 117. volerit diuerſificare caſum, ſi ſoror reperitur, vel non reperitur dotata tempore delatæ ſucceſſionis, pariter ſuccubuit, & tàm in illa cauſa D.Iſabellæ de Aragonia, quàm in quamplurimis alijs, deciſum fuit contra ſorores, vt refert *Conſiliarius de Bott.in conſuetud. ſed ſi morienti fol.* 151. *à terg.* quæ fundantur ex verbis particularibus *earumdem conſuetudinum*; nam *conſuetudo* incipiens *ſi moriatur*, dicit *quod decedente aliquo cum filijs, filiabus, nepotibus, &c. maſculi ſuccedunt tantum cum onere dotandi fœminas de paragio*; ſubſequitur demùm *conſuetudo ſed ſi morienti* loquens in ſucceſſione fraterna, & dicit, *quòd decedente fratre, ſuperſtibus fratre, & nepotibus & neptibus ex altero fratre ſuccedunt æqualiter, verùm ſi neptis non ſunt ſolæ, ſed adſunt fratres, illi ſuccedunt, cum ipſi habeant dotare ſorores, vt ſuperius dictum eſt, &c.* & ſuperius ſtatutum erat, quod filij dotarent ſorores ex bonis paternis, & maternis; verùm
7 hæc quæ diximus de *conſuetudine Neapolitana*, habent locum in bonis tantum ſitis in diſtrictu, & territorio Ciuitatis; in cæteris verò extra diſtrictum, procedunt *Conſtitutiones Regni*, quod expreſsè declaratur *in prohemio conſuetudinum, vbi Neapod. in verb. per quod, & in cõſuetudine ſi moriatur nu.83. in conſuetudine ſi quis, vel ſi qua, in verb. in bonis omnibus*, & latè in *conſuet. pupillus, de in integr. reſtit. vbi* diſtinguit, an *conſuetudo* loquatur de bonis, vel de perſonis, vt primo caſu non extendatur vltra bona ſita in diſtrictu, quia deficit iuriſdictio; ſecundo verò caſu extendatur, quia in perſonis iuriſdictio non deficit, latè *D.de Franch. in ſua dec.* 546. & ideò notetur, quod dum
8 tractatur ſimpliciter de dote, ſeu de ſucceſſione in ea, quia eſt ius vniuerſale, & eſt nomen iuris, fuit deciſum habere locum *conſuetudinem*, vbicumq; ſit dos, & ita iudicatum, vt refert *D.de Franch in loc. vbi ſupra, qui* refert *Conſiliar.de Bottis in conſuetud. ſi qua moriens in princ.* ſecundum quam *deciſionem* refert iudicatũ per ſuprema Italiæ tribunalia *Conſil.de Georg.in conſ.23.nu.10*
9 & ſi dos eſt nomen iuris, *conſuetudo* extenditur ad iura, & actiones, vt per *eundem D. de Franch. in apoſtilla ad conſuetudinem ſi quis, vel ſi qua, & in ſua deciſ.93.*

10 Eſt verùm, quod de communi conſuetudine, mulieres facere ſolent ampliſſimas renunciationes, & mariti obligantur particulariter, vt vxores illas facere habeant in valida forma; ob quod deciſum pluries fuit contra *Afflict.* vt mariti non excuſentur, allegando feciſſe eorum poſſe, de quo latius per *D.de Franch.in ſua deciſ.624.* & hodie
11 per pacta, quæ ordinariè apponũtur, vt maritus reficiat de proprio omne, & quicquid mulier vltra dotes habitas conſequi vellet, non obſtante renunciatione facta, dico inquam, quod ex hac cautela ſublatæ ſunt omnes difficultates, & quamquàm dicatur hoc nouiter introductum, vidi tamen capitula matrimonialia antiquitus facta, in quibus hoc pactum eſt appoſitum, multoties enim, & vt plurimum quantitas dotium eſt in cauſa, vt contrahatur magis cum vno, quàm cum alio, cũ quo non contraheretur, ſi tantam dotem dare voluiſſet, quia non iudicaui ea quantitate dotis dignum, & propterea nimirum ſi tenet obligatio mariti, & nihil nocet mulieri, quia ſi ipſa prætendit læſionẽ, nõ prohibetur agere, & ſemper ius ſuum eſt ſaluum, & ipſius patrimonium eſt indemne, quòd nihil commune habet cum patrimonio viri, qui non eſt, de quo conquæratur, ſi vltra habere non merebat, & certior factus ſic viſum fuit ſibi cõtrahere, ac promittere, quicquid *alij* dixerunt circa hoc de læſione mulieris, nam ex prædictis apparet hoc vanum, & alias maritus doloſè, & fraudulẽter in damnum patris, aut fratrum dotantium

lucraretur, cum maxima illorum iactura etiam reſpectũ habendo ad exiſtimationem, & honorẽ; & vt dixi hæ ſunt cautelæ, quæ à Proregibus hodie obſeruantur, & quando fi-
12 lia renunciauit, an poſſint filij venire ex propria perſona, videatur *Grammat. in d. deciſ.* 57. & quid ſi tempore renunciationis extabant maſculi, latius *Marant. in ſua diſput.* 10. & quando renunciauit omninò, vel reſpectiuè ad maſculos, & quomodo procedat *conſilium vigeſimumſecundum Ludouici Rom.* latè per *Piſanell. in additione ad conſuetudinem ſi quis, vel ſi qua num.* 130. *verſ. hic eſſent repetenda*, & de hac materia filiæ renunciantis, latiſſimè per *Addentes in conſuetudine ſi moriatur*, vbi poterit videri, nec
13 quæ refert deciſa *D. de Franch. in ſua deciſ.* 247. circa inualiditatẽ promiſſionis viri, vt ſupra ſunt in caſu, cum hic maritus non interuenit in contractu, vti fideiuſſor, vt ibi, ſed vt principalis, & ſicut ibi conſideratur dolus ex parte recipientis promiſſionem; ob quod illa annullatur, ſic hic erit totum oppoſitum, conſiderando dolum ex parte promittentis, cum qua promiſſione induxit ad matrimonium cõtrahendum, quod aliàs non eſſet contractum, nec lęſio mulieris habet quid commune cum promiſſione viri, aget enim mulier, & ſtante enormiſſima lęſione recuperabit omne, & totum, quod ei competere poteſt, & ſic ipſa erit in tuto, parentes verò eius agent contra virum ex proprio viri contractu, & promiſſione, cum quo aliàs non cõtraxiſſent, niſi prædicta promiſſione freti, & ſtabunt periculo, ſi maritus eſt, vel non eſt ſoluendo; quare enim abſonum hoc videri debet, ſi maritus ignobilis duxerit vxorem nobilem, maritus humili genere natus duxerit in vxorem genere illuſtrem, & aliæ poſſunt conſiderari cauſæ ſimiles, ex quibus ſatis condecenter pacta prædicta ſineerè, & bona fide ſunt appoſita, quę dederunt cauſam contractui, & aliàs innumera matrimonia impedirẽtur in damnum Reipublicæ, & *conſuetudinis* inueteratæ, & obſeruatæ, maximè inter nobiles, multã enim recepit dotem, ſibique, ipſiuſque poſteritati maritus acquiſiuit dignitatem, & honorem, dum cum muliere nobili, aut illuſtri contraxit, quare non poteſt dici vnquàm in damno, vt ſic iure merito adimplere teneatur promiſſa; propter quæ parentes ſe induxerunt ad contrahendum, alias maritus eſſet in dolo, & verſatus eſſet maxima fraude, quæ ſunt in oppoſitum conſideratorum in *d. deciſ. D. de Franch.*

Et notetur aliud in terminis *conſuetudinis* quoad mulieres Neapolitanas, dicitur enim in *d. conſuetudine ſi moriatur in verſ.*
14 *eas autem*, quod differentibus ſucceſſoribus maritare filias vſque ad annos ſexdecim completos ſecundum paragium, & facultates, quod tunc poſſunt petere portionem virilem, vt cæteri fratres, & alij ſucceſſores, & ſic vt notat *ibi Neapod. in verb. maternis*, aliter eſt excluſa filia per *Conſtit. Reg. in aliquibus*, & aliter ſecundum illud ius municipale, ſecundum quòd differendo ſucceſſores maritare, ſuccedunt, vt maſculi, ſecundum verò *Conſtit. Reg.* etiam quòd differunt maritare, amplius habere nõ poſſunt, quàm paragium, quæ procedunt tantum in allodialibus, ſecus verò in feudalibus, in quibus *conſuetudines* non habent locum, de quo latius in *meo conſ.* 74. 1. *vol.*

Sed fuit alias dubitatum, an fructus bonorum antiquorum remanſi in hæreditate
15 computentur inter bona antiqua, ita quòd ſint ſubiecti *conſuetudini* diſponenti, quòd de bonis antiquis non poſſit quis diſponere vltra medietatem, & ſi fuerit fęmina filios habens, non poſſit diſponere, niſi de decima parte, & quoad fructus deciſum eſt per *eaſdem conſuetudines* loquentes per verbum *obuenerunt*, vt in *conſuetudine ſi quis, vel ſi qua*; *vbi Neapod. in verbo obuenerunt* declarat *ibi* tertio in vim acceſſionis, & lucri, *vbi Piſanell. Aduocatus maximus* notat venire fructus eiuſdem rei, ad quod adducit *gloſſam* notabilem in *l. quod procurator ff. de procurat. quæ* tenet, quod fructus, & vſuræ dicuntur venire ex bonis, & non propter
16 bona, licet in vſura *gloſa* ſit reprobata, quia vſura dicitur venire propter pecuniam ex cauſa remota, vt *ibi per Bart. & Doctor.* cõmuniter, & *idem Bart. in l. Stipulatio iſta §. ſi ſtipuler ff. de verb. obligat. vbi Alex. n.* 13. author. *Io. Andr. in cap quanquam de vſur. in* 6. dixit idem eſſe in penſionibus, quia dicuntur eſſe extra rem, & non ex re, ſed propter rem; cuius opinionem dicunt eſſe veriorem *Addentes ad Bart. in d l. quod procurator.*

Ex his videtur determinata ſecunda quęſtio de bonis emptis ex pecunia antiqua, vel
17 ex fructibus bonorum antiquorum, vt minimè illa inter antiqua bona computentur, nec *conſuetudini* ſubiaceant, quicquid dixerit *Paul. de Caſtr. in l. fin ff. quando act. de pecul.* ex ratione, de qua ſupra, quia bona empta non dicuntur peruenta ex re, ſed extra, vel propter rem, vt dictum eſt de vſura, & penſionibus, pro quo eſt caſus *in l. venditor ex hæreditate ff. de hæredit. vel act. vendit.* ibi *pretium enim hominis venditi, non ex re, ſed propter negotium percipitur*, & tur-
18 ſus ſecundum *Neapod. in loc. de quo ſupra*

acqui-

acquiſita titulo oneroſo, minime comprænduntur in *conſuetudine* loquente de bonis antiquis, etiam quòd fuerint empta ab agnatis, ſeu cognatis, quia illa habentur titulo ſingulari acquiſita nouiter ex cauſa oneroſa, quod nõ poteſt negari in bonis nouiter emptis ab extraneis, ſiuè à coniunctis, nam verum eſt dicere titulo oneroſo acquiſita, ſi propria pecunia illa fuerunt empta, licet pecunia illa ſit peruenta ex fructibus, vel ex pretio bonorum antiquorum, & ſpeciale eſt, vt eſt notorij iuris in rebus pupillaribus, dotalibus, & ſimilibus res emptas ex illis pecunijs ſuccedere loco rei, vnde *conſuetudo* loquẽs de bonis antiquis, nullo modo poteſt compræhendere bona acquiſita ex fructibus, vel ex pretio bonorũ antiquorum; ſunt enim *conſuetudines* ſtricti iuris à iure communi exorbitantes, & propterea nullo modo extendendæ, ſed & rurſus *conſuetudines* ſe reſtringunt ad diſpoſitiones in vltima voluntate, non autem inter viuos; ita q; ſecundum *Neapod. & omnes* poſſidens bona antiqua habet liberam illorũ diſpoſitionẽ in vita, ergo ſi emendo diſpoſuit in vita, quæſtio eſt abſoluta, & conſequenter pecunia eſt conſumpta mediante emptione facta, & bona empta, tanquàm nouiter acquiſita nullo modo *conſuetudini* ſunt ſubiecta, & quanquàm *Gaſpar de Leo in addit. ad Neapod in d. verbo obuenerunt in verſ. tenet hic Neapodanus* moueat quæſtionem, tamen nihil firmat, doctr. *Innocentij, quam* allegat in *cap. in officijs de teſtam.* nihil facit ad caſum, ſiquidem regula iuris eſt, bona omnia clericorum quomodocumque ex fructibus, vel intuitu Eccleſiæ acquiſita ſpectare ad eandem Eccleſiam, vt *in cap. 1. in cap. relatũ lo ſecondo eod. tit. de teſtam.* & eleganter per *Andr. in cap. 1. §. his conſequenter hic finitur lex*, nec pariter facit ad caſum *conſilium Iaſonis 231. vol. 2.* per *ipſum* allegatum, cum loquatur expreſsè in permutatione facta bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & ſecundum hanc vltimam opinionem refert iudicatum eſſe *Stephanus de Gaeta*, & pariter idem refert *Ant. de Alex. in apoſtillis in d. conſuetudine, quas* tranſcribit *Conſiliarius Fœlix de Rubeis in ſuis apoſtillis poſitis in fine conſuetudinum fol. 3. à terg.* idemq; refert *Capyc. in ſua deciſ. 194 qui* refert cauſam illam non fuiſſe deciſam, quia partes ſe concordauerunt, verũ quod S.C. inclinabat in eãdem opinionẽ propter prædictam *apoſtillam Stephani de Gaeta*, & deciſio facta in cauſa Aſcanij Pignatelli, cum Marchione Montisfortis eſt in terminis *conſuetudinis Capuan. & Nidi, qua* nil commune habet cum *conſuetudine Ciuitatis*, nec tractatur *ibi* de bonis antiquis, ſed de ſucceſſione aſcendentium in bonis deſcendentium decedentium in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato, nec *ibi* tractatum aliter fuit de fructibus, aut de bonis ex fructibus emptis, cum nõ cadebat talis articulus, quia tractabatur de ſucceſſione in omnibus bonis, quomodocumque, & qualitercumque peruentis, ſiue fuerint acquiſita de nouo, ſiue de antiquo, vt videri poteſt ex *allegationibus* factis per *Aduocatos* vtriuſque partis, vnus enim fuit *Conſ. de Anna*, cuius *conſ. eſt in 2. lib. nu. 92.* & *Conſ. de Georg. in alleg. 23.* quare non erit diſcedendum à deciſis per noſtros antiquos patres, tàm eminentes, & verſatos in hac materia *conſuetudinum*.

Conſuetudinem verò *Capuan. & Nidi*, tàm differentẽ à *conſuetudine Ciuitatis* inſcriptis redacta ponit *Afflict. in deciſ. 237.* & *ibidem Addentes* ponunt *conſuetudinem moris magnatum ibi in fin. nu. 7. qui* dicunt continere idem, quod ius cõmune, ad quod allegant *Dec. in conſ. 402.* & referunt ita iudicatum, eaſdemq; *conſuetudines*, & differentias inter eas ponunt *Moderni Addentes in d. conſuetudine ſi quis, vel ſi qua cart. 143. vbi* adnotatur per *Conſiliarium de Bottis* deciſ. facta in cauſa Comitis Montiſcalui, cum Comite Montellæ, vt in tertiaria, quarta, ſeu antefato conſtituta, ſeu conſtituto in matrimonio cõtracto more magnatum ſuccedant filij, vt hæredes patris, ſecundum *conſuetudinem Neapolitanam*, & non vt filij, vt de iure communi ſi mos magnatũ importat iuris communis obſeruantiam contra *text. in auth. hæres C. de ſec. nupt.* cuius diſpoſitionem ſeruandam eſſe ego defendebam, tanquam Aduocatus Comitis Montellæ, de quo latius in *meis conſil. . . . . 2. vol* fuit cauſa illa valdè altercata, pluries ſcriptum, & *D. Regens Salernitanus, tunc Sac. Conſ. Præſidens, qui* tenebat contrariã opinionem veriorem, & ſecundum eam voluit facere deciſionem, elegit, & adiunxit Iudices in cauſa ſibi mælius viſos, & tandem ſecundum facta cauſarum fuit illa deciſa contra Comitem Montellæ cum maxima diſcuſſione, & diſparitate votorum, & contra *deciſ. Afflict. 34. vbi* latius *Moderni Addentes*, in *qua* per *text. in d. auth. hæres* apparet S.C. iudicare velle filios ſuccedere in tertiaria, ſeu antefato ex propria perſona, vti filios, & non vti hæredes, quæ deciſio fuit habita, & reputata tàm dura, & exorbitans, quòd ex eo tempore in omnibus contractationibus factis, & quæ in dies fiunt, ſpecificè

cificè conuenitur, vt filij ſuccedant, vti filij, & non vti hæredes, non obſtante deciſione ſupra facta, quæ ſufficiat attigiſſe, vt nihil antiquitatis ignoretur, quæ pro tyronibus non erunt inutilia.

Ex prædictis igitur, tàm attentis noſtris *conſtitutionibus*, quàm *conſuetudinibus* no-
26 ſtræ Ciuitatis apparet fœminas non omninò excluſas, ſed ſub conditione dotationis de paragio, & rurſus excluſas per maſculos in eodem gradu exiſtentes, non autē per remotiores, quod in ſpecie declarat *conſtitutio in aliquibus*, cuius verba ſunt infraſcripta, quæ miſeriosè deſcribuntur.

In aliquibus Regni noſtri partibus, conſuetudinem prauam audiuimus hactenus obtinuiſſe, quod in bonis Comitis, Baronis, vel militis, qui deceſſerit filijs maſculis non relictis, filiæ non ſuccedunt; ſed conſanguinei maſculini ſexus, &c. quod quidem naturæ dignoſcitur eſſe contrarium, quæ parentum votis, atque diſcretioni ſexus, tàm maſculos, quàm fœminas commendauit, & iuri tam communi, quàm noſtro derogatur, hac igitur lege &c. patre mortuo, tàm filios, quàm filias puberes, aut maiores, minoreſuè ad parentum ſucceſſionem abſque ſexus diſcretione vocari, ſi autem filij maſculi, vna cum filiabus fœminis, aut etiam ſororibus patri decedenti ſuperſint cuiuſcumque conditionis pater fuerit, francus videlicet, aut etiam longobardus miles, vel burgenſis in ſucceſſione bonorum præferri volumus maſculos fœminis; dummodo tamen ſorores, aut amitas, fratres, aut nepotes, pro modo facultatum ſuarum, & filiorū ſuperſtitum numero ſecundum paragium debent maritari, caterum ſi tantum fœminæ ſuperſtites fuerint, ipſas excluſis alijs conſanguineis volumus ad ſucceſſionem admitti, ob quod *Minad. poſt Afflict. in 3. notab. numer. 19.* dixit fœminam excluſam, quando concurrit cum maſculo in eodem gradu;
27 vnde cum non ſint maſculi indiffinitè vocati, nec fœminæ perpetuò excluſæ, ſed maſculi tantum eodem gradu prælati; tunc non eſt habita ratio agnationis, & ideò perſonas nominatas non egreditur, vt author. *Imol. & aliorum*, latius proſequitur *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 37.* & cenſetur ſolum tali caſu data prælatio maſculis, ita vt in eorum defectu fœminæ eiuſdem gradus ſuccedant, quia quando fœminæ non ſunt omninò excluſæ, imò vocatæ, ſed in certis caſibus excluſæ, non eſt conſiderata conſeruatio agnationis, ſed ratio prædilectionis, ac prælationis maſculorum, ita author. *Bar. Alex Socc. Dec. Curt. Aim. & aliorum*, eleganter tradit *Molin. vbi ſupra 3. lib. cap. 5. nu. 50. verſ ſeptima concluſio, & nu. 9. & ibi num. 27.* tradit, quod quando ex vocatione maſculorum ſimpliciter non dicitur eſſe habitam agnationis rationē; tunc nunquam erunt fœminæ excluſæ per maſculos remotiores, ſed erit caſus ommiſſus, rema-
28 nens in iuris cōmunis diſpoſitione, & quando ſtatutum excludit fœminas propter maſculos eiuſdem lineæ, & gradus, erit fauorabile, quòd ſecus eſt propter remotiores, vt per *eundem Molin. in d. lib. 3. cap. 4. num. 18.*
29 & vt ex verbis *conſtitutionis* apparet, illa ſunt expreſſa, vt maſculi in vlteriori gradu poſiti minimè fœminas excludant, ideoque *Minad. in verb. text. conſtitutionis num. 77. fol. 54. à terg.* notat, quod *conſtitutio* tollit abuſum, quod conſanguinei etiam in gradu remotiori excludebunt neptes, ſeu fœminas, & eleganter *Molin. in cap. 4. eiuſdem libri nu. 5.* quòd fœminæ excluduntur tantum per maſculos eiuſdem lineæ, & gradus, hinc regula eſt, quod primo præferatur linea, ſe-
30 cundo gradus, tertio ſexus, inter eos tamen, qui ſunt eiuſdem lineæ, & gradus, & quarto ætas, inter eos tamen, qui ſunt eiuſdem lineæ, gradus & ſexus, de quo per *Lanar. in ſuo conſ. 1. nu. 35.* poſt *Molin. in eod. lib. cap. 6. num. 38. & 47. cum ſeqq.* ob quod *idem Author in eod. lib. cap. 8. nu. 8. quæſt. 10.*
31 latè fundat, quod quando excluſio fœminarū eſt abſoluta propter maſculos, tunc quia conſiderata eſt ratio agnationis, ſemper fœmina venit excluſa per maſculos remotiores, quando verò excluſio eſt propter maſculos eiuſdem gradus, & lineæ, tunc minime, ſed neptis excludit patruum; quia ipſa eſt in linea patris, & non patruus, & linea sēper præfertur, *idem Molin. ibidem in c. 4. nu. 5.* & appellatione lineæ maſculinæ non eſt du-
32 bium venire neptem ex filio, *ex reg. text. in l. pronunciatio de verb. ſignif. vbi gloſ.* quòd
33 mulier eſt caput, & finis ſuæ familiæ, & *ibidem in §. penult.* quod de ſanguine dicuntur omnes deſcendentes ab vltimo genitore, & ob hoc appellatione lineæ maſculinæ venit neptis ex filio, vt latius per *Pariſ. in conſ. 40. 2. vol.* hinc vbicumque ad ſucceſſionem vo-
34 cantur deſcendentes per lineam maſculinam, cōpræhenditur fœmina, à maſculo deſcendens tanquàm de maſculina linea, *gloſ. ordinaria in l. gallus, §. nunc de lege velleia. vbi* communiter *Scrib. ff. de liber. & poſth.* pro *qua gloſ.* eſt caſus in *§. cæterum inſtit. de legit. agnat. ſucc. in l. lege 12. tabularum §. huiuſmodi* C. *de legit. hared.* de quo latius per *Molin. vbi ſupra cap. 6. nu. 37. & 38.* ob quod *Alex. in d. §. nunc de lege velleia.* dixit conſuluiſſe, quòd ſi teſtator inſtituit filios maſculos

ſculos adijciens, quòd hæreditas vadat de vno ad alium deſcendentem per lineam maſculinam, quòd ſi vnus ex filijs deceſſit, ſuperſtitibus alijs fratribus, & filia ex eo deſcendens, & filia excludat patruos, *quem* ſequendo *ibi Iaſ.* defendit *illum* ab impugna-
37 tione *Modernorum Senenſium, idem Andr. in cap. 1. de eo qui ſibi & hæred ſuis*, tradidit non procedere illum *text.* in terminis *conſtitutionis in aliquibus*, ſed fœminam filiam
36 primogeniti ſuccedere in feudo, & excludere patruum, quia habilitata per *conſtitutionem*, *quæ* excludit fœminam tantum per maſculos exiſtentes in eodem gradu, *vbi* latius *Moderni Aldentes*, & hæc eſt communis opinio *omnũ*, quando filius decedit poſt mortem patris, de quo per *Scrib. in l. 1. C. de adult.* videlicet *Cyn. Saly. Angel. & cæteros, Iaſ.* poſt *Fulg. Alex. & alios in l venia C de in ius voc. Marant. in diſput.* 10 *nu.* 17. *Afflict. in cap. 1. de nat ſucc feud. num.* 9. latè *Tiraq. in tract. de primog. q.* 40. *nu.* 50. & deciſum eſt per S. C. procedere concluſionem etiam ſi deceſſerit filius patris, hæreditate non adita, contra opinionem *Saly. in d. l.* 1. vt per *D. de Franch. in ſua deciſ.* 32. adeò quod ex prædictis infertur, fœminas excluſas in Regno propter maſculos in eodem gradu exiſtentes; ſi verò ſunt in gradu diſpari, & remotiori, tunc non tractatur cum illis de paragio, ſed de ſucceſſione, quæ longè ſunt clariora, & declarata per *conſuetudines Neapolitanas*, vt ex *eis* eſt videre.

Punctus alias dubitatus fuit, ſi præmortuus eſt filius patri, cum filia fœmina ab eo
37 deſcendens, ſuperuiuente patre, & alijs fratribus, an hæc filia ſubintret locum patris in gradum, & ſexum, & articulus habet duo membra; vnum eſt, ſi filia ſubintret in locum patris, excludendo perſonas, quas alias pater excluderet, ſi ſuperuiſſet, vt eſſent amitæ, vel aliæ filiæ fœminæ, vel eſſemus in feudalibus in filia primogeniti, qui cæteros maſculos excluſiſſet, & aliud membrum eſt, ſi ipſa ſubintret locum patris tantum in illius portionem, non autem ad excluſionem aliorum.

Hæc quæſtio in ſtatuto excludente fœminas ſtantibus filijs maſculis, an neptis filia maſculi præmortui in vita patris, ſubintret in patris locum, ſexum, & gradum, habuit de iure communi maximam *Doctorũ* contro-
38 uerſiam, *Cyn.* enim *in l. 1. C. de adult.* ponit caſum quando filia filij præmortui vult, excludere amitam vigore ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos, præſupponendo, quòd ipſa ſubingrediatur gradum, & ſexum patris, & ſicut ille tanquam maſculus patris filiam, ſeu eius ſororem excludebat, ita pariter ipſa filia ſuum patrem repreſentans, & concludit *Cyn.* ſtatutum non habere locum, quia qualitas maſculinitatis non tranſit in filiam, *Bart. in l. liberorum, de verbor. ſignific.* loquitur eodem modo, quòd *Cyn. Alber & Ang in eadem l* 1. loquũtur in quæſtione præpoſita per *Cynum* eodem modo *Aret. in conſ.* 140. & pariter quæſtio *Iacobi de Aretio*, relata per *Saly. in d. l.* 1. eſt in filia præmortui, vt non excludat amitam, ſic *Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. 2. col. Fulgoſ. in l. venia de in ius voc. & Paul. de Caſtr.* pariter idem tenet, dum ſe remittit ad dicta *Bart. in l. liberorum, & Lanar. in ſuo conſ.* 1. adeo quod ſi nõ habet locum ſtatutum, erit caſus ommiſſus, & decidendus ſecũdum ius commune, quod expreſsè tradidit *Afflict. in conſtit. in aliquibus nu.* 64. *&* 65. idem *Capyc. in deciſ.* 21. loquens in caſu fortiori, videlicet in terminis *conſuetudinis* huius Ciuitatis, tradens ſtatutum non habere locum ad excluſionem aliorum, ſed benè vt fœmina ſubintret in portionem patris *ibi nu.* 10. *& Gram. in deciſ.* 63. pariter idem tradit.

Bald. verò in *eadem l. venia* tenuit opinionem pro nepte, vt excludat patruum, & ratio *ipſius* eſt, quia ſtatutum ex parte fœminæ eſt odioſũ, & ideò ſuccedit neptis repræſentando patrem, cum ſtatutũ loquens de filia nõ extenditur ad neptem, quia odioſum, ſicut ex parte filij eſt fauorabile, & propterea extenditur ad nepotem, *quem* ſequitur *ibi Roman. & Ancharan. in repetit. cap. canonum ſtatuta verſ. his igitur quinque modis, Soccin. Sen. in conſ.* 122. *lib.* 3. *Ruin. conſil.* 19. *num.* 7. *in fin. volum.* 3. *Curt. Sen. in conſ.* 44. *num.* 20. *verſ. ſexto fortiter, conſ.* 63. *num.* 14. *verſ. ſeptimo, Silu. Aldobrand. in conſ.* 6. *per totum, Decian. conſil.* 2. *num.* 200. *vol.* 2. *Bologn. inter conſilia Alexan. conſ.* 13. *num.* 11. *lib.* 4.

Contra *Bald.* verò *in d. l. venia* tenuerunt *Alexan. Iaſ. Curt. Dec. & alij*, vt non ſolum neptis nõ excludat, ſed ipſa excludatur per patruum, & minimè in locum patris ſuccedat, & *omnes* ea ratione mouentur, quia qualitas maſculinitatis non poteſt ab ea repræſentari.

Ex omnibus iſtis, vt ſupra cumulatis apparent tres eſſe opiniones, prima & magis communis, quod ſtatutum non comprædit caſum, quando remanet neptis ex filio, & hæc eſt quæſtio *Cyni, Bart. & ſequacium*, á *Regnicolis noſtris* amplexa, videlicet *Afflict. Capyc. & Gramm.* etſi ſtatutum non cõprehendit hunc caſum, habebit locum ius com-

mune, per quod neptis ſubingreditur locum patris, & vna cũ patruis ſuccedit, nam etſi non acquirat ſexum patris, quoad exclu ſionem, acquirit tamen locum, & gradum quoad ſucceſſionẽ in illius portionem, quod
39 eleganter conſiderauit *Cyn. in ead. l. venia*, & ceſſat obiectum ex aduerſo, quod non debet habere plus neptis, quàm filia, ex regul. *text. in l. ſi viua matre C. de bon. mater.* ſi nõ habebit pluſquam patris portionẽ, & ſi non eſt caſus compræhenſus in ſtatuto, non eſt vera opinio tenentium contra *Baldũ*, & in hac parte ſtatutũ eſt odioſum, & propterea non extenditur, dicit enim *Curt. in d. l. ve-*
40 *nia* communem eſſe, quodq; in practica ſeruatur, ſicut Euangelium, quod ſtatutum hoc partim eſt fauorabile, & partim odioſum iuxta diſtinctionem *Bald.* contra *Dec. qui* tenuit contra *Bald.* quia ſtatutum eſt fauorabile contra communem, & *Aretin. qui ibidem* loquitur per verbum fortè demum cõcludit, quod quando effectus, qui reſultant ex aliquo ſtatuto ſunt ſeparabiles; tunc procedit, quod poteſt eſſe partim fauorabile, & partim odioſum, prout dicit ipſe in caſu *gloſſæ in d. l. venia*, & quæſtionis *Baldi*, ex quo apparet *Curt. & Aretin.* eſſe cum *Baldo*, & nullam habendam eſſe rationem opinionis *Decij* fundatæ in eo, quod ſtatutum ſit fauorabile; quare cum *conſtitutio* non loquatur de nepte ex filio, ſed tantum de filia-
41 bus, vt excludantur per maſculos exiſtentes in eodem gradu, ergo non extenditur vltra caſum, de quo loquitur, quòd notauit *Minad. in 2. notab. nu. 41.* vt *conſtitutio* eatenus diſponat, quatenus loquitur, aliàs ſtandum eſt iuri communi, quod ſupra demonſtrauimus eſſe indubitatum, quando ſtatutũ non reſpicit agnationem, ſed prælationem tantum inter exiſtentes in pari gradu, vt eſt in caſu de quo agimus.

Etſi quot ſunt filij tot ſunt lineæ, cum vnuſquiſq; ſuam conſtituat lineam, & deſcen-
42 dentiam, vt latius declarauit *Molin. in d. lib. 3. c. 6.* & fundauimus ſupra lineam eſſe illam, quæ primo loco præfertur, ſecundo loco gradus, tertio ſexus, & quarto ætas, igitur ſi neptis eſt de linea ſui patris, in cuius locum ſuccedit, ſequitur quod in ſucceſſione aui cæteris alterius lineæ præferri debet,
43 ſi patris locum, & gradum ſubintrat, in quo eſt deciſ. punctualis *Neapod. in d. conſuet. ſi moriatur nu. 111. in verb. ex maſculis, qui* legatur vſque *in fin.* nam declarat *Conſt. Reg.* dicens quod filia ex perſona, & ſexu patris eius locum ſubingreditur, & ſuccedit auo, & hoc ea ratione, quia *Conſt. Reg.* intelliguntur inter eos, qui ſunt de eadem linea, & in pari gradu, quare cum ſtatutum non compræhendat hunc caſum, remanet in diſpoſitione iuris communis, per quod neptis ſuccedit ſimul cum patruo in bonis auitis diuiſibilibus, alias ſi eſſent indiuiſibilia, ſuccederet ex perſona patris in omnibus, & nedicatur *Neapod.* loquutũ fuiſſe in terminis *conſuetudinis*, legatur *idẽ Neapod. in conſuet. ſed ſi morienti num. 273. in verb. alij deſcendentes, vbi* dicit, quòd in deſcendentibus ex linea deſcendente eſt regula, quòd vſq; in infinitum deſcendens ſubingreditur perſonam, & locum ſui parentis, *qui* allegat *text. in auth. de hared. ab inteſtat. in §. ſic tamen*, ibi *ſic tamen, vt ſi quem horum deſcendentiũ filios relinquentem mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios deſcendentes in proprij parentis locum ſuccedere*; vnde ſi propriam perſonam parentis repræſentãt, quid mirum, quòd ſecundum *Neapod.* ſubingrediatur locum, gradum, & ſexum; *idemque Neapod. ſupra nu. 102. vſque ad nu. 107.* declarat *conſuetudinem*, & fundat *eam* in iure communi, vt dùm *conſuetudo* vocat ad ſucceſſionem maſculos tantũ, vel fœminas deſcendentes ex maſculis, dicit quod dum fœ-
44 mina ſubintrat ſexum patris. hoc eſt ex *lege velleia*, & allegat *text in d. l. gallus, §. nunc de l. velleia*, iuncta *gloſ.* vbi ſi teſtator dicat, quod omnes virilis ſexus, qui ſuus hæres mihi venturus eſt, hæres eſto quod tunc etiã neptis ex filio videtur inſtituta, cum ſit per lineam virilem, & *ibi nu. 206.* dicit ex prædictis patet, quod ſubingrediens in locum alterius, aſſumit eius naturam, quoad ſexum virtute *legis velleiæ*, idem ſapit eius naturã quoad gradum, & hoc de iure cõmuni, quæ deciſiones ſunt punctuales ad caſum, ex quo fit quod non poteſt reſtringi deciſio *Neapod. in verb ex maſculis nu. 218.* vt locum habeat in feudis tantum, nam apparet loqui generaliter *ſupra nu. 102.* & *106.* & fundãt ſe in *lege velleia, & in d. conſuetud. ſed ſi morienti num. 273.* loquitur indefinitè, vt neptis ſubingrediatur perſonam, & locum ſui patris, & fundat dictum ſuum *in d. §. ſic tamen, de hared. ab inteſtat.* immò expreſsè ſe declarat *ibidem nu. 104.* conſtituens differentiam in bonis feudalibus de iure communi, vel de iure *Conſtit. Reg.* & demum concludit de iure Regni tam in feudalibus, quam in allodialibus ſubingreſſionem in ſexum, & in gradum; & cum *Conſtitutio in aliquibus* locum habeat tam in burgenſaticis, quam in feudalibus, vt per *Afflict. in rubr. & Minad. in 3. notab. num. 147.* dicens quòd per *Conſtitutionem* illam, eſt æquiparata ſucceſſio in feudalibus, ſicut in burgenſaticis

ſaticis in linea deſcendenti, tàm marium, quam fœminarum, ſicut in *Conſtitutione ſequent. vt de ſucceſſionibus, & Afflict. in rubrica cõſtitutionis, vt de ſucceſſionibus* ponit differentiam inter prædictam *conſtitutionẽ, & conſtitutionem in aliquibus* dicẽs, dictum fuit in *tit. præcedenti*, qualiter filij maſculi, & filiæ fęminę habeant ſuccedere eorum parentibus in bonis burgenſaticis, & feudalibus, erit videndum, qualiter deſcendentes viuentes iure frãcorum in comitatibus, & feudis quaternatis habeant ſuccedere in ipſis feudis, & qualiter ſit ſucceſſio inter Collaterales in dictis feudis quaternatis, ſiuè ſint feuda antiqua, ſiuè nouiter acquiſita, & quid agendum, quando ob lineam finitam redierunt ad fiſcum, vnde ex his ſequitur, quòd ſicut in feudalibus iuris explorati eſt neptẽ ſubingredi perſonam patris ad excluſionem patrui ſecundum *Neapodanum, vbi ſupra Lanar. in d. conſ.* 1. *Molin lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 47. & eſt hodie indubitatũ, vt infra dicetur, ita erit in allodialibus, ſi *Conſtitutio in aliquibus* habet locum tàm in allodialibus, quã in feudalibus, quia adæquato eſt ſucceſſio, ad *tex. in l.* 1. *de leg.* 1. & cum vna ſit determinatio reſpiciens tàm feudalia, quàm burgẽ ſatica, ſiue allodialia, ſequitur quod ſicut in feudalibus neptis excludit patruum, ita etiã in allodialibus ad *tex. in l. nam hoc iure ff. de vulgar. & pupill.* & pariformiter omnes *conſtitutiones* dant prælationem tantum maſculis in eadem linea, & gradu exiſtentibus; & cum in hoc caſu ius commune habet locum, & *conſtitutio in aliquibus* non extẽditur, meritò ceſſat ratio fundamentalis contrariæ opinionis fundata, quia non concurrit in fœmina qualitas maſculina; cum illa non requiratur excluſo ſtatuto, & ſubintrat in ea ex diſpoſitione iuris communis, vt per-
45 optimè conſiderat *Neapod.* & ideò ſubingreditur, non ſolum gradum, & locum, ſed etiã ſexum, cuius opinionem ſequutus fuit *Carol. de Tocch. Andr. de Bar. & Anton. de Rath, quorum* authoritas in Regno eſt attendenda, & prævalere omnibus alijs, & ſecundum eam eſt iudicatum, ea ratione, quia attenta *lege velleia* ſecundùm *Neapod.* ſubintrat etiam ſexum, quæ omnia notabiliter latè diſputando articulum, concludit, ponit, & ſequitur *Minad. in d. repetitione conſtitutionis in aliquibus tertio notab. num.* 48. *verſ. nunc videndum*, & reſpondet omnibus contrarijs, vbi quod ſecundùm hanc deciſionem *Neapodani* ſemper eſt deciſum in Regno, vt neptis ſubintret ſexum, & locum patris, & hoc procedat tàm in feudalibus, quàm
46 in allodialibus; & *Piſanell. in addit. ad Neapodan. num.* 110. *vbi ſupra* refert omnes deciſiones factas in Regno pro nepte in ſucceſſione aui contra patruum, ſeruata opinione *Neapodani, ibique* etiam latiſſimè *Camillus Salern.* & dicit *Piſanellus*, quod ex literis Regis, & Reginæ in Cancellaria exiſtẽtibus declaratum eſt, quod neptis induit ex toto locum patris, cuius locum ſubingreditur, & ex illius perſona admittitur ad ſucceſſionẽ aui ex ſexu, & ætate, ſeu primogenitura ſui patris, idemque per prius dixit *Afflict. in cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud. num.* 19. *verſ. ſed cõtrarium* referens deciſionem tunc factam per Regem Ferdinandum primum in fauorem neptis ſubintrantis locum, & ſexum patris in ſucceſſione aui contra patruum, ob quod dicit, quòd cum hæc ſit lex hodie in Regno, ceſſare propterea debent omnes diſputationes, & attẽdendum eſt, quòd eſt deciſum, & quòd in practica ſeruatur, quæ latius poſuit *Afflict. idem in c.* 1. *de nat. ſucc. feud.* & ſi declarationes Regiæ ſunt ſpecificę, vt neptis ſubingrediatur ſexum, & gradum, ſopita eſt omnis quæſtio in Regno, & dum
47 datur ſexus ſubingreſſio, ob id nulla poteſt conſtitui differentia inter allodialia, & feudalia, vt benè aduertit *Minad. in loco ſupra al-*
48 *legato*, & nouiſſime dum caſus occurrit, q̃ præmortuus fuit filius patri ſuperſtitibus fratribus, & filia ex eo deſcendente, fuit deciſum neptem perſonam patris in omnibus repræſentare, & propterea eidem competere virilem portionem in bonis aui, & ſuccedere æqualiter cum patruis, qui prætendebant illam tamquàm fœminam excluſam, & alias ad ſucceſſionem non eſſe admittendam, ſed paragium tantum eſſe ei præſtãdum, deciſum inquam fuit in cauſa quorundam de Mangia Ruua in anno 1593. per Saer. Conſ. referente Conſiliario Don Didaco de Vera, & poſtea facta liquidatione per Conſiliarium Carolum Tironem acta ſunt pænes Fœlicem Actuarium, ex quibus apparent abſolutæ omnes quæſtiones, videlicet quod in feudalibus datur repræſentatio gradus, & ſexus, & opinio eſt pro lege confirmata, & indiſputabilis, maxime in Regno, & ex hoc apparet deciſa quæſtio etiam in allodialibus in vtroque membro propoſita, nam ſi ſtatutum, aut *Conſtitutio Regni* non extenditur, nec comprehendit hunc caſum, ſuccedit neptis de iure communi in virilem portionem, & demonſtratum eſt hanc eſſe communem opinionem etiam *Regnicolarum*; ſi verò dicimus ex *lege velleia* authoritate *Neapodani* communiter ſequuti in Regno neptem ſubingredi locum, perſonam ſiue ſexum patris; pariter, vt maſculus excludet

omnes

omnes fœminas vigore ſtatuti ſeruata autho ritate *Baldi*, *& ſequacium*, quæ in Regno per prędicta non poteſt controuerti; & dùm in feudalibus per *Conſtitutiones* indubitatũ eſt, neptem ſubingredi gradum, & sexum, eademq; *Conſtitutio in aliquibus* loquens ge neraliter de ſucceſſione habilitauit fœminã in ea, & excluſit maſculos in gradu remotio res, ergo ſi repræsẽtat sexum in feudalibus, & ſuccedit vt maſculus, ſequitur perneceſ-se, quòd vt maſculus erit iudicanda in ſuc-ceſſione allodialium, cum eadem res eodem tempore non debeat diuerſo iure cenſeri ad *text. in l. eum qui ades ff. de vſucap.*

SVMMARIVM.

1 *Frater fratri ſuccedit in feudo nouo, niſi in-ueſtitura ſit pro hæredibus ex corpore, & ampliatum eſt etiam in fratre, & ſorore vterina & nu. 2 & 3.*
4 *Frater non ſuccedit fratri in feudo aliunde peruento, quàm à communi parente.*
5 *Natura feudi eſt reſpicere ſuum ſtipitem.*
6 *Opinio communis in Regno, quòd frater vterinus ſuccedat tàm in feudo nouo, quam in feudo antiquo ſuccedat etiam quod non ſit coniunctus ex latere, vnde feudum prouenit, & ſic deciſum.*
7 *Conſtitutio vt de ſucceſſionibus loquitur in feudo antiquo, & etiam in feudo nouo.*
8 *Frater non ſuccedit fratri in feudo nouo, quando inueſtitura eſt pro hæredibus ex corpore.*
9 *Opinio Authorum in medium affertur, ſi in feudo antiquo conceſſo pro hæredibus ex corpore, ſuccedat vterinus non coniunctus ex latere feudi.*
10 *Opinio communis, quod vterinus non ſuccedat in feudo conceſſo pro hæredibus ex corpore.*
11 *Opinio Authoris contra vterinum.*
12 *Conſtitutio Regni, vt de ſucceſſionibus non loquitur in conceſſione facta pro hæredibus ex corpore.*
13 *Inueſtitura pro hæredibus ex corpore non præſumitur in Regno.*
14 *Capitulum Regni conſiderantes, loquitur in feudo antiquo.*
15 *Qualitas quòd ſit deſcendens ex corpore, requiritur in omni ſucceſſore, ſed ſufficit, quod ſit ex corpore primi acquirentis, niſi in inueſtitura eſſet dictum pro ſe, vel ex eorum corpore deſcendentibus.*
16 *Expreſſio eius, quòd tacitè non ineſt de neceſſitate debet aliquid operari.*

ARGVMENTVM.

Frater ſuccedit in Regno in feudo nouo, etiã quòd ſit frater, vel ſoror vterina, & etiam ſuccedunt in feudo antiquo, quámquam non ſint coniuncti ex latere, vnde feudum prouenit ex interpretatione *Sapientum Regni*, & hoc quando feudum non eſt conceſſum pro hęredibus ex corpore, nam tunc minimè ſuccedunt, & diſputatur opinio *Piſanell. & Camerar.* ex vna parte, & *Loffred.* ex altera, ac declaratur *Conſtitutio Regni, vt de ſucceſſionibus*, & pariter *Capitulum Regni Conſiderantes*, & quid importet conceſſio pro hæredibus ex corpore.

§. I.

SED poſtquã vidimus, quomodo fœminæ ſucceed ant
1 in Regno, videamus veritatem articuli aliàs tàm ventilati in terminis *Conſtit. Reg.* ſi ſoror vterina ſuccedat fratri in feudo nouo conceſſo pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & dixi in terminis *Conſtitut. Regn.* quia hodie per *Capitul.* nouiſſimè Ciuitati, & Regno conceſſum hoc eſt expeditum, etiam & inueſtitura ſit prò hæred. ex corpore, & dubium oritur ex illa communi propoſitione, quòd vnuſquiſque acquirit feudum pro ſe, & hæredibus, quod à iure feudorum eſt interpretatum pro ſe, & filijs, ſeu deſcendentibus ex reg. *text. in cap. 1. §. etſi clientulus de alien feud.* vnde cum frater, & ſoror non ſint de deſcendentibus, videtur quod nõ debeat ſuccedere, tamen in Regno hoc eſt indubitatũ ex interpetratione *Sapiẽtum Regni* vt frater fratri ſuccedat interpretando *Conſtitutionem*, vt loquatur tàm in feudo antiquo, quàm in feudo nouo, vt per *Andr. in d. Conſtitutione, vt de ſucceſſionibus Loffred.* latè *in conſ* 38. & ſic eſt deciſum, & pro lege ſeruatur, de quo per *Afflict. in deciſio.* 291. quòd demum *Doctor.* ampliauerunt etiam
2 in fratre vterino per verba eius dem *Conſtitutionis* ibi, *ex collaterali linea venientes, vt fratres, ſiuè ex vtroque parente, ſiuè ex altero tantum, & ſorores in capillo excluſa etiã communi patre ſuperſtite omninò ſuccedunt Bald.* in terminis noſtræ *Conſtitutionis in ſuo conſ.* 110 *ſerenisſima noſtra Regina inter*
3 *conſilia Angel. Loffr. in d. conſ.* 38. *nu.* 8. qui idem firmat in ſorore vterina *in fine*, & latè *D. Frecc. in* 3. *lib de form. inueſtit. in cap. ſed poſtquám num.* 17. *cũ ſeqq. Conſtitutio* enim vocat generaliter, & indefinitè fratres, & ſorores ad ſucceſſionem *Periti Regni* interpretauerant *eam* vt generaliter intelligatur

aliter,

aliter, quàm de iure communi, quomodocũque ſit feudum, ſiue antiquum, ſiue nouum, & quomodocumque ſint fratres, & ſorores, ſiue ex vno, ſiue ex vtroque latere cõiuncti, quia verum eſt, fratres, & ſorores eſſe, & vt dixi hæc opinio non habet contradictorem in Regno, & hodie eſt indisputabilis per *Capitulum* prædictum de nouo conceſſum.

Ex hac interpretatione *Peritorum Regni* communiter recepta fuit dubitata *gloſſ. Marini Charamanici in eadem Conſtitutione*, quæ voluit in feudo antiquo, vt vterinus 4 non coniunctus ex latere vnde feudum prouenit, nullo modo ſuccedat, recipiendo interpretationem à iure communi ex reg. *tex in cap. 1 §. his deficientibus, de gradibus ſucceſſ. feud. vbi* frater non ſuccedit fratri in feudo aliunde peruento, quàm à communi parente, quia ſpecialis feudi natura eſt, vt ſuum 5 ſtipitem ſemper reſpiciat ſecundum *Bald. vbi ſupra & Luc. de Pen. l. 1. C. de imponend. lucrat. deſcript.* & hanc opinionem *gloſ.* confirmauit *Papa Honorius in ſuis Capitulis*, vt dicit *Andr. in cap. 1. de nat ſucc feud. vbi* diſputat articulum, & opinionem *gloſ.* ſequitur *Afflict in eadem Conſtitutione* poſt *Bal. in d. ſuo conſ.*

Contraria opinio ex interpretatione *Peritorum Regni* eſt communiter recepta in 6 feudis antiquis, quia non eſt diuerſa ratio à cõmuni interpretatione facta in feudis nouis, vt ſicut in illis ſuccedunt fratres, & ſorores etiam vterini non deſcendentes ex ſtipite acquiſitoris feudi, ita pariter in feudis antiquis, ita *Andr. in d. Conſtitutione qui* diſputat articulum ad partes, & in *Conſtitut. Reg. ſi quando aliquem* ex quibus *locis* recipit declarationem doctrina *eiuſdem Andr. in cap. 1. de nat ſucc. feud.* quod eandem tenuerit opinionem, licet obſcurè loquatur, prout ſic *ibi Moderni Addentes illam* intelligunt, & *vtrobique* dicit *Andr.* ſic fuiſſe diſcuſum per binas ſententias tempore Caroli Primi, latiſſimè *Loff.* ibi *in eod. cap. 1.* quã *in d. conſ. 38.* & reddit *Loffred.* rationem, quare etiam vterini ſuccedunt non coniuncti ex latere vnde feudum prouenit, quia *conſtitutio* reſtrinxit gradus ſucceſſionis in linea collaterali, vſque ad tertium gradum tantũ incluſiuè, quòd de iure cõmuni erat vſque ad ſeptimũ vnde nimirũ ſi intelligitur ampliaſſe circa plonas in eodẽ gradu contentas, quã opinionem tenuerunt *Cumia. & Cannet. in cap ſi aliquem, vbi Piſanell. & Camer. in eo-* 7 *rum reſponſis ibi* poſitis, & non dubitatur *Conſtitutionẽ* prædictam, *vt de ſucceſſionibus* loqui principaliter in feudo antiquo, vt declarat *ibi Andr.* ex verbis *eiuſdem Conſtitutionis* ibi *in his, quæ communis patris fuerũt, & in verbo acquiſitis* declarat habere locũ in feudo nouo per verba expreſſa *eiuſdem Conſtitutionis, quæ* excludit nepotes à nouiter acquiſitis, ergo frater erat incluſus, & ſic benè interpretarunt *Conſtitutionem Peritii Regni.*

Dubium oritur, quòd ſi eſt facta inueſtitura pro hæredibus ex corpore, an frater, vel ſoror vterina ſuccedat, de quo nihil dixerũt *Regni Periti*, nec quæſtio de qua ſupra eſt in hoc, nec deciſiones factæ tempore Caroli Primi, & in feudo nouo *Andr. in eadem Conſtitutione*, dum dixit illam interpretatam, 8 vt frater ſuccedat fratri, limitauit, quando inueſtitura feudi eſt pro hæredibus ex corpore, & idem tradidit *Afflict. in allegata deciſ.* 293. ita quòd videndum erit, an idem ſit in feudo antiquo conceſſo pro hæredibus ex corpore, vt ſuccedat vterinus, vel vterina ſoror, etiam, quod ſit coniunctus, vel coniuncta ex latere, quo feudum prouenit, quod hodie in feudo nouo, vt dixi eſt indiſputabile, etiam quod inueſtitura ſit pro hæredibus ex corpore, ita quod remanet quæſt. in feudo antiquo conceſſo pro hæred. ex corpore.

9 Opinionem affirmatiuam tenuerunt, *Piſanell. & Camer. in prædictis reſponſis* poſitis poſt *repetitionem Cannetij in d. cap. ſi aliquem*, & fundamentum principale eſt, quòd *conſtitutio vt de ſucceſſionibus* intelligitur in feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus ex corpore, quia ſic erat de iure communi, cum vnuſquiſque acquirat pro ſe, & filijs ergo ſi queſtio poſita eſt in terminis *Conſtitutionis*, & *Periti Regni* interpretauerunt, vt ſuccedat vterinus, etiam quòd non ſit coniunctus ex parte feudi contra opinionem *gloſ.* ſequitur propterea, quod vterinus ſuccedere debet, quomodocumque ſit inueſtitura.

Loffred. verò *in d. cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* contrariã tenuit opinionem author. *Andr.* ſecundum *eum* ſubdens ridiculum eſſe dicere *Andr.* tenuiſſe opinionem, vterinos non coniunctos ex parte feuda, ſuccedere in feudo antiquo conceſſo pro hæredibus ex corpore, & opinionem *Loffred.* ſequutus eſt *Can* 10 *netius* dicens hanc eſſe communem in *cap. ſi aliquem, in verb. præmittendum eſt etiam verſ. opinio ſupradicta in principio cart.* 249. & hoc dicit indubitatum in terminis noſtræ *Conſtitutionis*, ſecus verò in terminis *Capituli, ſi aliquem, & Regens Villanus ibidem in ſuo reſponſo nu.* 14. ſentiens difficultatem & dubitans de opinione fundauit *reſponſum ſuum* totum in *d. cap ſi aliquem*, & nihil in terminis noſtræ *Conſtitutionis.*

Nos verò maturè negotio penſato, ſequi-

mur

mur opinionem *Loffr.* communem *vt ſupra*,
11 quæ verè eſt opinio *Andr.* infallibilis, & indubitata, & antequam vlterius progrediamur, formemus concluſionem, longè aberraſſe, qui tenuerunt *Conſtitutionem*, *vt de ſucceſſionibus* habere locum, & intelligi, quando inueſtitura eſt facta pro hæredibus ex corpore, ea ratione, quia ſic eſt de iure communi, & quanquàm fiat illa poſtea expreſſis verbis, quod nihil operetur, ſi tacite inerat.
12 Hoc aſſumptum eſt vndique falſum, & contra communem *omnium noſtrorum Scri-*
13 *bent.* quia ſi inueſtitura pro hæredibus ex corpore in Regno non præſumitur, niſi probetur, vt dicit *idem Andr. in d. Conſtitutione, & in cap. huius autem generis, ex quibus cauſis feud. amitt. Capyc. in ſua inueſtit. in verb. & pro hæredibus ex corpore*, *Luc. de Pen. in l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. num. 12. in meo conſ. 30. num. 37. 1. volum.* ergo nullo modo eſt verum, quòd *conſtitutio* prædicta intelligatur cum prædicta clauſula, & ita arguit, & firmat ex communi *omnium* opinione *D. Frecc. in 3 lib ſubfeud. in tit. de formul. inueſt. in cap. ſed poſtquam nu. 17. & ſeq.* vbi latiſſimè.
14 Arguo fortius *Capitulum Regni conſiderantes* communiter intelligitur, & interpretatum eſt loqui in feudis antiquis, non autẽ in nouis, ſecundum *Afflict. in d. deciſ. 293. & in d. conſtitutio. vt de ſucceſſionibus nu. 14. Capyc. in loco ſupra allegato, Villan. in d. ſuo reſponſo nu. 19. 2. col. Moder. add. in conſuetudine ſi teſtator, verſ. dicit Neapodanus*, ibi *quinimo car. 177.* ſi igitur per *capitulum conſiderantes* ex gratia particulari conceditur, quòd eadem ſit ſucceſſio collateralium in feudis antiquis conceſſis pro hæredibus ex corpore, quod erat in conceſſis pro hæredibus, & ſucceſſoribus, ſequitur quod cum hæc ſit noua gratia, & noua conceſſio, quòd contrarium erat per *Conſtitutionem*, *quæ* non loquebatur pro hæredibus ex corpore, nam aliàs non erat hæc noua gratia facta p *Capitulum conſiderantes*, & inutilis erat prouiſio, ſi per prius conſtitutum erat per *Conſtitutionem*, & iuſta fuit prouiſio prædicti *Capituli*, quia dùm ſumus in feudo antiquo, licet qui ſuccedit in eo, non ſit ex corpore vltimi morientis, dicitur tamen deſcendere ex corpore primi acquirentis, loquendo in agnatis, vt ſunt fratres, & patrui, & filij fra-
15 trum, & hanc quæſtionem propoſuit *Andr. In eadem Conſtitutione* videlicet, an hęc qualitas ex corpore requiratur in quolibet ſucceſſore, & tenet quod requiratur in *verbo tres 4. col.* ibi *ſed ſi Sempronius*, tamen dixit non eſſe neceſſarium, vt ſit ex corpore vltimi morientis, ſed ſufficere hanc qualitatem adeſſe reſpectiuè ad primum acquirentem, qui fuerit parens agnationis cõmunis, quia dicetur deſcendere ex corpore, ſicut omnes cæteri deſcendentes intra gradus tamen per eandem *conſtitutionem* ſtatutos; ſecus verò ſecundum *eum* ſi inueſtitura diceret pro ſe, vel ex eorum corpore deſcendentibus, nam verbum illud *eorum* requireret, vt quilibet ſuccedens eſſet deſcendens ex vltimo moriẽte, & ob id dixerunt *Doctor. noſtri* quòd hodiè per *Capitulum conſiderantes* ſublata eſt hæc quæſtio *Andr.* ſi aſcendentes, vel collaterales ſuccedunt in feudo antiquo conceſſo pro hæredibus ex corpore; poſtquàm per prędictum *Capitulum* dicuntur omnes deſcendentes ex corpore primi acquirentis, ita *Capyc. in inueſtitura in d. c. & pro haredibus ex corpore*, *Afflict. in d. conſtit. nu. 14. Addentes ad Andr. in cap. 1. §. quin etiam Epiſcopum, vel Abbatem.*

Ex his inconcuſsè fundatur opinio *Loffr.* ex author. *Andr.* indubitata, nam ſi *Andr.* vult, quòd hæc qualitas ex corpore ſit in quolibet ſuccedere volente, ſed ſufficere, vt ſit de deſcendentibus ex corpore primi acquirentis, ergo ſi hæc qualitas requiritur, & hæc deficit in fratre vterino, ſequitur quod ex doctr. *Andr.* remanet fundatum, quod nullo modo poterit ſuccedere.

Præterea ſi *Andr.* dum loquutus eſt de ſucceſſione fratris in feudo nouo in terminis *conſtitutionis*, limitauit iudicium *Sapientum Regni*, quando conceſſio eſt pro hæredibus ex corpore, vt tunc minimè frater poſſit ſuccedere, & aſſignat rationem, quia reſiſtit pactum, cum quo feudum eſt conceſſum, ergo *conſtitutio* non loquebatur de conceſſione facta pro hæredibus ex corpore; ſiquidem ſi illa eſt interpetrata in beneficium fratrũ in feudo nouo, & ex ſui generalitate habet locum tàm in feudo nouo, quàm in feudo antiquo, & tamen limitatur per *Andr.* in conceſſione facta pro hæredibus ex corpore, ergo *conſtitutio* loquebatur tantum pro hæredibus, & ſucceſſoribus; & reſpiciens verbũ frater, & ſoror vnicam determinationem debet determinare in caſu ſuo pariformiter omnia iuxt. reg. *text. in l. nam hoc iure de vulg. & pup.* & ſic nimirum, quod tam in feudo antiquo quã in feudo nouo admittit ad ſucceſſionem fratrem & ſororem; aliàs ſi diceremus, quod in feudo nouo non admitteret, non determinaret pariter omnia vniformiter contra iuris diſpoſitionem.

Sed ſi ratio quare in inueſtitura facta ex corpore non ſuccedit frater, nec vtrique cõiunctus, nec vterinus eſt ratione pacti, & hoc indu-

indubitatũ eſt dixiſſe *Andr.* in feudo nouo,& *omnes* ſequuntur, & ſecundum hoc eſt deciſum, & eadem ratio pacti eſt in feudo antiquo cum vt ſupra contra deciſ. *Andr.* hæc qualitas,vt ſit de deſcendẽtibus ex corpore primi acquirentis,requiritur in omni ſucce dere volente,ergo ſi eadem eſt ratio, idem pactum reſiſtit,eadem iuris eſſe debet diſpoſitio, ex clauſula enim prædicta pro hæredibus ex corpore, limitata eſt ſucceſſio ad certos,& non omnes hæredes, ita quod qui non eſt deſcendens ex corpore, minimè ſuccedere poteſt, & hoc tenuit *Andr.* qui loquutus eſt de hac inueſtitura tàm in feudo nouo, quàm in feudo antiquo.

Vlterius retorquendo argumentum tenentium contrariam opinionem, & inſimul ipſis reſpondendo,dùm dicunt,quòd cum de iure communi feudorum feudum intelligatur datum pro ſe,& hæredibus ex corpore, & ſecundùm hoc pariter intelligatur *Regni Conſtitutio*,igitur inueſtitura poſtea facta his conformis nihil debet operari, quia eſt expreſſio eius,quod tacitè ineſt.

Reſpondeo,& retorqueo argumentum, nam quando id quod exprimitur non ineſt de neceſſitate,ita quod poteſt ſtare conceſ-
16 ſio abſque eo,tunc ſi fuerit expreſſum debet operari, doctrina eſt famoſa, & communis *Andr.in d.§.huius autem generis*, quæ eſt in proprio caſu,vt facta conceſſione feudi ſimpliciter, ſine expreſſione hæredum ſit feudum ex pacto;licèt ad hæredes tranſitorium ex iuris diſpoſitione, ſed ſi fuerit facta pro ſe,& hæredibus,feudum erit hæreditarium propter hæredis expreſſionem,quæ etſi inerat,non erat de neceſſitate, & propterea debet aliquid operari, de quo latè diſſeruimus *ſupra in tit.de refutatione feudor. §. 5. num.7.* ergo cum clauſula pro hæredibus ex corpore non ineſt de neceſſitate, ſi apponitur debet operari, & ſic reſtringere ſucceſſionẽ ad deſcendentes ex ſtipite primi acquiſitoris,alias inutilis redderetur,quæ ceſſant, quando conceſſio non habet clauſulam prædictam, & tunc cum non reſiſtat pactum, ex quo enixa voluntas concedẽtis apparet,tũc ſuccedent vterini non coniuncti ex latere feudi, quia ſic interpetrati fuerunt *Periti Regni conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, quæ* ſecundum *Andr. ibidem* non regulatur à iure communi feudorum, & vſus ille feudorum non attenditur, ſed ius *conſtitutionum* ſic interpretatarum, quod concludit quæſtionem, & apparet reſponſum omnibus conſideratis per *Piſanell. & Camerar. qui* ex capite ſuo nouos formans terminos vult *Andr.* dixiſſe, quòd nunquam ſomniauit contra expreſſam, & veram ipſius doctrinam, quam minimè ponderauit, vbi ponderare debebat,propter veram ipſius intelligentiã, vt ſupra ponderauimus, & apertè demonſtrauimus, & ſi *gloſ. Marin. Charamanici, Bald. Affl. Capitulũ Papę Honorij* excludebant fratrem vterinum non coniunctum ex latere feudi, quando feudum eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus, ergo quanto magis, quando eſt conceſſum pro hæredibus ex corpore, quibus addito *Loffred. & Cannet. qui* dicit hanc eſſe communem, & tandem veram *Andreæ* doctrinã in feudo tamen conceſſo pro hæredibus ex corpore, ſequitur quod nulla vis eſt facienda in opinione *Piſanelli, & Camerarij, quorum* authoritas, & ſi maxima ſit in Regno, tamen præualere debet opinio *Andreæ*, & per prius *gloſſæ* declaratio *Papæ Honorij*, & communis ſecta *Doctorum, qui* huic opinioni ſe ſubſcribunt, quæ cum fuerit fundata viuis, & digeſtis argumentis ab *alijs* non conſideratis,debet propterea opinio hæc præualere, & ſecundum eam iudicari.

Quæ opinio indubitata redditur hodie per noua *Capitula* Ciuitati, & Regno conceſſa, *quæ* tantum de feudis nouis loquuntur conceſſis cum clauſula pro hæredibus ex corpore ergo clareſcunt, contrarium eſſe in feudis antiquis, quæ dixiſſe ſufficiant ſaluo iudicio rectius ſentientis.

DE

DE DIVERSIS PROVISIONIBVS, LICENTIIS, & conceſſionibus fieri ſolitis per Proregem, ac Collaterale Conſilium in Titulos particulares diſtinctus.

TITVLVS DECIMVS.

De feudis inhabitatis.

MVLTI Barones poſſidentes feuda inhabitata, qui volunt illa habitatoribus replere, vel Caſtrum redificare non poſſunt abſque ſpeciali Principis licentia, de quo *in Conſtitut. Regn. incip. Caſtra, & Afflict. in ſua deciſ. 265. num. 70.* quod Proreges, dum Barones hoc petunt, committunt Regiæ Cameræ Summariæ; quæ ſe informet, & referat cum voto, & quando permittitur eſt cum clauſula, quòd poſſint feuda inhabitare ex perſonis exteris, vt eſſe ſolent Albanenſes, nõ autem Regnicolis, quia aliàs propter habitationem vnius, induceretur inhabitatio alterius terræ, ſeu feudi,

De Portu.

SVMMARIVM.

1 *Baro non poteſt ædificare portum in ſua Terra abſque Principis licentia.*
2 *Portum ædificare eſt de Regalibus.*
3 *Portus ſunt Regis, & propterea cuſtodiuntur per regios miniſtros.*
4 *Officium magni Admiratus in quo cõſiſtat.*
5 *Literis Admirati creditur, dum petit remiſſionem alicuius, tanquàm de ſua iurisdictione.*
6 *Literis magni Siniſchalchi credebatur eodẽ modo, prout literis Admirati, quod hodie nõ practicatur, cum ceſſauerit illius iurisdictio, ſed tantum nomen officij remanſit cũ ſalario, & dignitate.*
7 *Ementes commiſſiones officiorum ſubalternatorum à prædictis, & alijs, ſicut etiam ab arrendatoribus, vt fori exemptione gaudeant nullo fori priuilegio potiri poterũt, tanquam omnia facta in fraudem.*
8 *Officiales, ſeu Commiſſionati prædictorum officiorum, qui actu non ſeruiunt, gaudere non debent aliquo priuilegio.*
9 *Perſonæ de Collegio alicuius artis non gaudent ſi non exercent.*
10 *Matriculatus, qui non exercet, gaudere non debet.*
11 *Litera familiaritatis non deſeruiunt actu non ſeruientibus.*
12 *Perſona prolixa, & imbecillis ætatis non gaudent, quia non ſeruiunt.*
13 *Perſona, quæ perſonaliter ſeruire nõ poteſt, nec etiam ſeruire poteſt per ſubſtitutum.*
14 *Exceptio hoſtica non iuuat eum, qui ſeruit per ſubſtitutum.*

1 SIMILITER non poteſt Baro facere, ſeù ædificare, portum maris in ſua Terra abſque Principis licentia ſecundum *D. Frec. in 1. lib. in tit. de offic. Mag. Admir. nu. 28.* ſunt enim de regali-
2 bus, & inter regalia computantur in *cap. 1. quæ ſint regalia*, & ſunt Regis dicit *Capyc.*
3 *in ſua inueſtit. in verb. portubus:* hinc ſecundum *eum* portus, & littora cuſtodiuntur per Regios miniſtros, & eſt *text. in cap. Regni incip. ita quorundam cum in cap. ſeq. Loffred. in conſ. 24. Lanar. in conſ. 67. nu. 30.*

Et per *Frecc. vbi ſupra de offi. Mag. Ad-*
4 *mirat.* declaratur officium Admiratus, in quo conſiſtat, qualis ſit eius iuriſdictio in
5 uientes de arte maris, & quomodo illius tantum literis credatur, dùm ad remiſſiones petendas ſcribit Mag. Cur. Vicar. qualiter inquiſiti ſunt eius iurisdictioni ſuppoſiti
6 & idem dicit *Afflict. in Conſtit. Reg intentionis* practicatum fuiſſe cum magno Siniſcalco, qui ſcribebat Regenti Mag. Cur. Vicar. quod ille talis eſt Curialis, vel de familia Regis actu ſeruiens, & prædictis literis dabatur fides, quæ iuriſdictio Siniſcalchi hodie non exercetur, & quomodo per prius erat, ſi authoritate officij, vel ex delegatione, vt *Afflict.* tenuit in *Conſtitut. ſtatuimus* & in quas perſonas, & quid hodie latius per *D. Frecc. vbi ſupra in tit. de offic. mag. Siniſcal.* quod dùm temporibus noſtris attentaſſet Dux Bouini magnus Siniſcalcus, fuit prouiſum per Collaterale Conſilium, quod Regia Camera fiſco audito ſe informaret, & relationem faceret cum voto, cum *D. Frecc. vbi ſupra* dicat, quod iſtius officii, & ſimilium hodie nullus eſt vſus.

Benè

Benè in hoc aduertendum erit tàm in officio magni Admiratus, quàm pro cæteris, qui prætendunt exemptionem ex commiſ-
7 ſionibus, quas verè emunt ab Arrendatoribus, & alijs adhoc, vt fori exemptione gaudeant. Sunt enim hæc in fraudem, & propterea gaudere nõ debent in *l. 1. & 2. C qui*
8 *mil. poſſ. libr.* 12. Et cum actu non ſeruiunt, nullo modo gaudere debent, vt notat *Aſſl. in d. Conſt. intentionis nu.* 24. Sicut dicimus
9 in his, qui ſunt de Collegio alicuius artis, vt non gaudeant ſi non exerceant, authoritate *Bart. in l. prator ff. de vacat. mun.* & in ma-
10 triculato, vt gaudere non debeat, ſi nõ exerceat: videatur *text. in l. qui ſub prætextu C. de ſacroſ. eccleſ. vbi* notat *Bart.* in ſpecie, *idẽ text in l. 1. C de colleg. num. libr. 11. vbi Bart.* & eſt communis Theorica, de qua per *Cyn. Butrig. Roman. Alex. Dec. Iaſ. cæteroſq; omnes in l. ſcriniarios C. de teſtam. milit.* Hinc li-
11 teræ familiaritatis non deſeruiunt actu nõ ſeruientibus, & ſic deciſum refert *Anna alleg.* 44. & rationem ponit *text.* elegans in *l. ſemper § quibuſdam cum § ſeq. ff. de iur. immun.* quia artificij cauſa priuilegiũ conceſſum eſt: & ſic in prædictis, quia ſeruitij cauſa priuilegium cõceſſum eſt: Hinc quia non
12 ſeruiunt, non gaudent, qui ſunt prolixæ, vel imbecillis ætatis, quem *tex.* ponderat adhoc
13 *Bart. vbi ſupra.* Quæ in tantum ſunt vera, quod nec etiam per alium ſeruire poſſint ad finem gaudendi, ita *Aret. in d. l. ſcriniarios*, allegatur adhoc *text.* notab. *in l. fin. ff. de excuſ. tut. vbi Nicol. de Neap. & Iaſ.* idem tradens *ibidem in l. ſcriniarios* dixit ſpecificè, etſi velit ſeruire per ſubſtitutum, ſeu factores, quicquid dixerit *And. de Barul. in l. fin. C. de comit. rei milit. quem* ſimpliciter *ibi* refert *Io. de Plat.* nam etſi reſtringat dictum ſuũ, quoad legationem, & exercitum: tamen eſt in ſe falſiſſimum, dùm vult poſſe quem ſe
14 iuuare hoſtici exceptione, quãdo ſeruit per ſubſtitutum: quæ exceptio cum competat ratione impedimenti perſonalis, omninò ceſſat, dùm perſona libera permanet à ceſſante cauſa, & ratione: quod in indiuiduo decidit *Bart. in d. l. fin. de excuſ. tut.* & ob id *Dec. in d. l. ſcriniarios* dubitauit de dicto *Andr. de Barul.* & dixit poſſe procedere, quãdo adeſt iuxta cauſa, quæ notentur pro multis, qui faciunt ſe matriculare in arte ſerici, nullo modo eam exercentibus. Et etiam deſeruit pro illis, qui in fraudem ſe adſcribunt, vt locati Regiæ Dohanæ pecudũ cum paruo numero animalium propter exemptionẽ conſequendam: & quod dixi circa commiſſiones, quæ pecunia extorquentur, non intellexi reſpectu præſentis magni Admirati, qui eſt Princeps Conchæ Matthæus de Capua poſtquam officium exercet tanquam nobiliſſimus Eques de proſapia illa nobiliſſima, antiquiſſima, & memoranda.

De mercatis, ſeu nundinis.

SVMMARIVM.

1 *Baro non poteſt in ſuis Terris abſque ſpeciali Regis aſſenſu facere mercatum, ſeu nundinas francas: benè tamen poterit abſque alia immunitate, & priuilegio.*
2 *Practica, qua hodie vtimur in mercatis faciendis.*
3 *Princeps non ſolet gratiam facere in præiudicium tertij.*
4 *Intereſſe tertij ſecundarium non attenditur, dum Princeps ſuo iure vtitur.*
5 *Intereſſe damni emergentis attenditur, & non lucri ceſſantis, & ibi nu. 6. 7. & 8.*
9 *Liberi homines non poſſunt cogi inuiti ire ad molendina particularia, ad nundinas, ſeu mercatum.*
10 *Mercatum fieri non poteſt die feſto, quando conſuetudo non eſt in contrarium.*
11 *Parlamenta, & Congregationes laicorum fieri non debent in Eccleſijs.*
12 *Legere in publicis Gymnaſijs, publicas ponere ſcholas, conſtitui ſtudium generale in Ciuitate non poteſt fieri abſque Principis licentia.*
13 *Priuilegium Studij generalis, vel nundinarum, licet ammittatur per non vſum infra decennium, limitatur, quando priuilegium habet verba denotantia perpetuitatem.*
14 *Præſcriptio an intelligatur ſublata per verbum ſemper, & quandocumque remiſſiue.*

1 PARITER non poteſt Baro in ſuis Terris facere mercatum, ſeu nundinas francas abſq; ſpeciali Regis aſſenſu: benè tamen poterit mercatum facere abſq; alia immunitate, aut priuilegio; deciſio eſt ſollemnis *Bal. in l vnica* per illum *text. C. de nundin.* de quò latè per *Reſtaur. Caſſ. in tract. de Imper. quæſt.* 10. *priuileg.* 101 practica
2 enim eſt, quod datur memoriale Proregi, in quo petitur priuilegium faciendi mercatum, & hoc remittitur Regiæ Cameræ, quæ ſe informet, & referat cum voto, à qua

prouidetur, quòd capiatur informatio, ſi per conuicinia adeſt aliud mercatum, & quibus poteſt præiudicare; dùm enim ex gratia hoc petitur non ſolent Principes quicquam concedere, ex quo tertio præiudicium aliquod inferatur, ad *text. in l. 1. §. meritò, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. publ.* & hoc ex vrbanitate, quia intereſſe formatum non adeſt, etſi qualequale intereſſe poſſet prætendi, non attenditur, & ſic Regia Camera ſuam tranſmittit conſultationem, & per Proregem mandatur expediri priuilegium, quia Rex, ſeu Princeps concedendo ius ſuũ concedit, & non alienum, ſeu ex iure pęnes eum reſidente licentiam pręſtat, & alteri nihil tollit, ſi nihil habet, ad *tex. in l. nullus de reg iur. in l. 3. §. is tamen ff de lib. hom. exhib.* Et ſi ex hac cõceſſione ſecundario cauſatur tertio intereſſe non attenditur, nec erit in conſideratione, dùm Princeps ſuo vtitur iure, ad *text. in l fluminis §. fin. & in l. proculus ff de damn. inf.* melior *text. in l. in meo fundo ff de aqu. plu. arc.* & intereſſe debet eſſe damni emergentis, non lucri ceſſantis; & propterea *Doct.* faciunt quæſtionem, incipiendo à *Bart.* quod ſi ædificium, ſeu molendinum vicini per meum non deſtruitur, nec incommodatur, quamuis vicinus minus frumenti percipiat ex agro ſuo, & ſic minus lucrabitur, quod hoc non erit in conſideratione; & ſi ex molendino ędificando tollatur mihi cõcurſus molentium in meo, non attenditur: nam ſufficit non tolli commodum aquæ, ſed quoad molentes hoc remanet in poteſtate eorum, qui molunt: & ſic dicimus in hoſpitijs, ſeu tabernis, furnis, & ſimilibus, quando talia non poſſidentur cum iure prohibendi; immò adſunt in Regno *Regiæ Pragmaticæ, quæ* hoc diſponunt, propterea *Alber.* notabiliter *in l ſi manifeſtè in fi. C. de ſeruit. & aqu.* tradit in quæſtione de facto, quòd quo fratres habebant molendinum in commune, & vnus conceſſit alteri fratri aquam communem, vt poſſit eam cõducere ad prædia ſua, pacto expreſſo, quòd hoc fiet ſine damno molendini communis: frater vult facere molendinum aliud in ſuo prædio, per quod tamen non auferebatur aqua à molendino communi, ſed tantum concurſus molentium, cui reſiſtebat alter frater vigore pacti, dicens, quòd afferebatur ex hoc damnum communi molendino, refert tandem *Alber.* quod non obſtante tali pacto fuit determinatum non eſſe conſiderabile prædictum damnũ, & poſſe licitè nouum fieri molendinum, de quibus latius per *l aſ.* author, *Bart. Bald & aliorum in l. quominus ff. de flumin. nu. 33. cum ſeq.* Eſſet enim per indirectum cogere liberos homines ire ad molendinum particulare, vel ad nundinas, ſeu mercata inuitos, & non quo quiſque pro ſuo libero arbitrio voluerit, quod eſt omni iure prohibitum, pro quo videatur omninò *Luc. de Pen. in l. 1. C. ne ruſt. ad. vil. obſeq. reuoc. qui* latè, & eleganter totam materiam diſcurrit, & inter cætera tradit, non poſſe fieri mercatum die feſto, per *text. in cap. 1. extra de feriis*, æquiparando forum vęnale foro iudiciario, & ita fuit practicatum in noſtra Ciuitate in mercato, ſeu nundinis, quæ à certis annis introductæ erant in die feſto diuæ Annunciatæ ante eius Eccleſiam, ac in die Pentecoſtes ante Eccleſiam Spiritus ſancti, quæ fuerunt prohibitæ per Archiepiſcopum Ciuitatis tunc Illuſtriſſimum Cardinalem Ieſualdum, & confirmatum per Pontificẽ, dum ad eum de hoc querimoniæ fuerunt porrectæ, fuitq; maximè diſcuſſum; & demum viſum fuit non reuocare ſuam prohibitionem, licet damnum non afferebat publico, nec talia fiebant in contemptum Religionis, nec dirictus aliqui exigebantur; immò augebatur concurſus viſitationis talium templorum, & ſic pariter eleæmoſynarum. Sic igitur fuit determinatum, quia erant nundinæ de recenti, & nulla aderat legitima præſcriptio, aut conſuetudo, quæ in his attenditur. Sunt enim hæc ad honorem Dei, & ideò quanquam rigida ſeruanda, dum Pontifex omnium ſpiritualium Dominus ſic mandat. Hinc parlamenta, aut Congregationes laicorum fieri non debent in Eccleſijs, iuxt. *text. in cap. 2. de immu. Eccl. in 6. Domus enim mea domus orationis vocabitur, &c.* & Dominus Ieſus eiecit ementes, & vendentes à templo,

Et ſicut in erectione mercati, ſeu nundinarum requiritur Principis licentia, ſic pariter legendi in publicis Gymnaſijs, ita quòd ſtudium generale in Ciuitate abſque licentia Principis conſtitui non poteſt, nec publicas licet ponere ſcholas, in *l magiſtr. C. de prof. & med. libr. 10. Angel. in l. fin. vbi Senat. vel clariſ. num. 3.* latè *Reſt. Caſt. in d. tract. quæſt. 110. priuil. 180. qui* prædicta non allegat.

Cæterum priuilegium ſtudij Generalis, vel nundinarum, etiamſi amittatur per non vſum decennij, iuxt. *text. in l. 1. ff de nund.* Tamen non amittitur, ſi in eo fuerint apposita verba denotantia perpetuitatem, puta *ſemper, vel perpetuò*, vt authorit. *Rimin. in conſ. 388. nu. 20. volu. 1.* concludit *Io. Garz. de hiſpan. nobilit. gloſ. 1. num. 79.* & an præſcriptio triginta, vel quadraginta annorũ intelligatur ſublata per verbum *ſemper*, &

& quandocumque tractat *Tiraq. de retract. conuent. gloſ. 2. §. 1. Couarr. libr. 1. var. reſol. cap. 3.* & cumulatè *Surd. in deciſ. 2.*

De exteris habitantibus in Terris Baronum.

SVMMARIVM.

1 *Proreges cum Collaterali Conſilio prouiſiones expediunt ad inſtantiam Baronum, vt exteri in illorum Terris habitantes recedant, vbi quomodo procedat.*
2 *Mercatores ante ingreſſum prohiberi poſſunt, vel in ipſo ingreſſu, ſed poſtquã recepti fuerint minimè.*
3 *Bona exterorum in caſum legitimæ expulſionis non poſſunt occupari per Barones.*

1 FACIVNT etiam Proreges ordines ad inſtantiam Baronũ exteris habitantibus in ipſorum Terris, vt ab illis recedant, quando vtiles Domini illarum proponunt illos eſſe infeſtos, ipſiſq; odioſos, in quo aduertendum erit non eſſe tales ordines ſic indiſtinctè, & abſque cauſæ cognitione faciendos, cum de cauſa legitima cõſtare debeat, aliàs minimè eijci poſſunt, doctrina eſt ſingularis *Bald. in cap. 1. §. donare. de for fidel.* Inquit enim *venturis autẽ ad patriam alienam benè poteſt interdici ingreſſus, argumento ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. diuus de vſufr. l. hæres ff. ſi ſeru. vend. l. ſicut §. ariſto. poſtquam autem venerunt, & ingreſſi ſunt, ſicut reliquus populus ſunt, & eſt tam contra naturalem æquitatem, quàm contra publicum bonum, ſi expellantur*: hæc *Bald.*
2 *quem* refert, & ſequitur *Franc. Marc. in deciſ 355.* loquens propriè in Dominis Terrarum, an poſſint expellere mercatores forenſes à ſuis Terris, & communis eſt ante ingreſſum, vel in ipſo ingreſſu: ſed poſtquã recepti fuerint, & habitare incæperint, minimè licere ſine cauſa, de quo per *Ann.* deciſiones cumulantem in *ſingul. 54. vbi Add.*
3 *dit. Ann. filij*, quod etſi cum cauſa expellantur, non propterea poſſint per Barones illorum bona occupari.

De donis, & expenſis Vniuerſitatum.

SVMMARIVM.

1 *Prorex cum Collaterali conſilio diſpenſare ſolet donis Vniuerſitatum in ingreſſu noui Domini.*
2 *Donatio fieri ſolet Epiſcopo pro iucundo aduentu.*
3 *Condemnatus ad rei reſtitutionem, an veniat, quòd habuit pro iucundo aduentu.*
4 *Pecunia publica poteſt erogari in tripudijs.*
5 *Prorex poteſt donare ea, quæ ſolitus eſt Rex donare in honorem ſuæ Coronæ, & munificentiæ ſui Status.*
6 *Commiſſarij dicti de redemptione, alij pro extirpatione locuſtarum, alij ad capiendas informationes delictorum, & à quo ſalarium ſolui debeat, & quomodo deſtinantur, remiſſiuè.*
7 *Princeps ſolus concedit gentes armatas pro aſſociatione itinerantium, & quid illis ſolui debeat vltrà ſolita ſtipendia.*
8 *Licentia recipiendi equos, & alia animalia ſpectant ad Principem, vel ad perſonam ab eo adhoc deputatam.*
9 *Licentia incedendi cum armis, & cum hominibus armatis ex cauſa inimicitiæ, ad Principem ſpectat.*
10 *Viſitatio in qualibet hebdomada per vnum ex Regentibus Collateralis carceratorum Magnæ Curiæ vnde originem ſumpſit.*
11 *Prorex diſpenſat in ortu, vel in ingreſſu Principis, vt per Ciuitates fiant veſtes ſolemnes ipſarum Decurionibus ſicut etiam veſtes lugubres in morte Regum, quæ de iure debent reſtitui, ſed conſuetudo eſt in contrarium.*
12 *Donare poſſunt Terræ Baronibus pro ortu filij, vel nuptijs Domini de iure communi, non autem de iure Regni, ſed Proreges diſpenſant, limitando quantitatem donandam.*
13 *Baro non poteſt liberare vaſallos, & exemptos facere ab adiutorijs ſibi debitis per Cõſtit. Reg. quamplurium.*
14 *Baro dicitur, qui habet iuriſdictionem ciuilem.*
15 *Ius prælationis an competat vaſallis aduerſus Baronem ementem iuriſdictionem criminalem, & idem in ſecundis cauſis, Portulanijs, ponderibus & menſuris.*
16 *Demania multa mala pariunt.*
17 *Deciſio aliàs facta recenſetur, quòd prælatio nõ admittatur, ſed hodie conſuetudo eſt*

in contrarium, & ſic paſſim iudicatur, & ibi vide rationem.

18 *Practica, quòd tres ſententiæ latæ in Curia Baronali habeãtur pro vna, vnde ſumptá, & in quo fundatur, quando Baro in priuilegio habet primas, & ſecundas appellationes.*

19 *Ius ſuperioritatis nunquam intelligitur à Principe abdicatum.*

20 *Princeps poteſt reuocare ſententias in rem iudicatam tranſactas.*

21 *Princeps poteſt caſſare ſententias Iudicum ritè, & rectè latas.*

22 *Princeps res iudicatas reſcindit, & reſtituit ad appellandum aduerſus rem iudicatam.*

23 *Princeps poteſt tollere ſententiam, & mandare reuiſionem ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ.*

24 *Princeps eſt ſupra ius ciuile, illudque tollere poteſt cum omnibus ſuis effectibus.*

25 *Princeps reſtituit quem etiam ad ius alteri quæſitum, mediante ſententia, non autem ex facto hominis.*

ARGVMENTVM.

Diſpenſare quando ſolet Prorex in donatiuis Vniuerſitatum. Pecunia publica poteſt erogari in tripudijs. Licentia armorum, ac incedendi cum gentibus armatis ad Principem ſpectat; ſic pariter ſi Vniuerſitates donare volunt in ortu filiorum Baronis, vel ex cauſa nuptiarum. Ius prælationis, quando competat vaſallis in iuriſdictionalibus emptis à Barone. Tres ſententiæ cõformes Curiæ Baronalis iudicantur vti vna ſententia in Curia Regia. Princeps poteſt tollere ſententias, ac reuidere etiam tranſactas in rem iudicatam, illaſq; reuiderí facere.

1 DISPENSANT Proreges donis, quæ ſolitæ ſunt facere Vniuerſitates nouis eorum Dominis, dum prima vice accedunt ad Terras, quas emunt, ſicut eſt ſolitum pro iucundo
2 aduentu Epiſcopi, intantum quod *Doctor.* faciunt quæſtionem, ſi hoc eſt in fructu, taliter quòd facta condemnatione ad rei reſtitutionẽ, vna cum fructibus; an veniat, quod
3 datum eſt pro iucundo aduentu, de quo per *Oldr. in cõſ. 129. Iacob. in l. ſi proprietati col. fin nu. 6. ff. de iur. dot.* & concludunt minimè teneri. Sunt enim hæc permiſſa tanquàm in publicam lætitiam, iuxt. *rubr. & l. vnicam C. publicæ letitiæ lib. 12.* Sicut pro ludis
4 publicis non prohibitis poteſt publica pecunia erogari in tripudijs, aliiſque, quæ in die feſtiuitatis Corporis Chriſti fiunt in honorem tantæ feſtiuitatis, quæ fiunt in tranſitu Regis, ſeu illius aduentu pro ornatu Ciuium, qui illi læti obuiam occurrunt, de quibus latiùs per *Auend. de exeq. mand. Reg. p. 2. c. 10.* vbi multa bona circa publicas expenſas Vniuerſitatis, quotidiana, curioſa, & notatu digna. Bonum enim, & nouum, & fœlix nunciũ eſt, cum Princeps nunciat populis, quòd tenebit publicam curiam, & in publico ſe omnibus exhibebit *Io. de Plat. d. l. vnica publicæ lætitiæ, vbi Rebuff. ante nu. 1.* ibi, *vel quod volebat viſitare, & videre populum ſuum, &c.* Ex quibus, & ſimilibus iuſtificãtur diſpenſationes dandi pro iucundo Domini Aduentu, vel pro expenſis faciendis pro cauſa prædicta. Sunt enim hæc omnia publicæ lætitiæ, ſed hoc moderatè, tamen conſideratis viribus Vniuerſitatis, & qualitate Domini, ſed notate dictũ elegans *Lup in rubr. de donat. inter vir. & vxor. num. 12.* vbi quod ſicut tutor, vel curator Regis poteſt donare bona Regis, ſeu exercere liberalitatem, ſecundum quod conſueuit Regia Maieſtas cõmuniter non rarò,
5 ita dicit author. *Andr. Sicul.* quod ſi Regia Maieſtas conſueuit aliqua elargiri pro honore ſuæ Coronæ, quod hoc idem videtur tranſmiſſum in ſuos Vicereges.

Et vide *eumd. Auend in loco præalleg. nu. 30. qui* ponit Commiſſarios fieri ſolitos per Collaterale appellatos de redemptione, qui deſtinantur ad videndum computa Vniuer-
6 ſitatum; illarumq; Adminiſtratores ſignificandum, & exequendum, non obſtante appellatione ibi *nu. 37. & ibid. nu. 26.* de Commiſſarijs, qui deſtinantur pro extirpatione locuſtarum *nu. 26.* de Commiſſarijs qui deſtinantur pro capienda informatione delictorum, vt ſalarium non ſoluatur ab inquirendis, donec de delictis conſtiterit, ſed à partibus illos petentibus, vel à Regio Fiſco, ſaluo iure expenſas repetẽdi, terminato negotio per *eumdem Auend. vbi ſupra nu. 14. qui* allegat *Io. de Plat. in l. fin. C. de erog mil. ann lib. 12 qui* legatur, nam multa bona tra-
7 dit in materia cuſtodiæ perſonarũ pro itinere, & ſecuritate locorum: Quodq; non poſſint niſi authoritate Principis cõcedere, quia eſt quid iuris regalis, & quod ſolui debet talibus perſonis quicquid iuſtum videbitur vltra ſolita ſtipendia, quæ practicantur in dies, dùm ſimiles armigeri petuntur pro aſſociatione perſonarum de vna Prouincia ad aliam, & concedere ex cauſa inimicitiæ, vt poſſint ire armati, & cum cuſtodia armatorum: vide adhoc *tex. notab in l fin. vbi Bart. de erog. milit. ann. Reſt. Caſt. in d. tract. de imper. priuil. 110. verſ. 122.*

Et

Et ideò *Io.de Plat. in l.curſum nu.2. de curſ.pub.* tradit, quòd nulli licet facere literas licentiæ de recipiendo equos, & alia publica animalia, niſi officiali, cui ſpecialiter à Principe hoc cõceſſum fuerit, & ſic etiam nulli licere mittere, vel dare gentes publicas alicui pro eius cautela ſine licentia Principis, & ſimiliter quando ex cauſa inimiciciæ permittitur alicui ſecum habere homines armatos, vt per *eumdem Auend. vbi ſupra ante nu.15.verſ.ſicut & quando*, & de practica Mag.Cur. Vicariæ, vt in die Sabathi per ſingulas hebdomadas accedat vnus ex Regentibus Regiam Cancellariam, pro viſitatione carceratorum eiuſdem: vnde inquam ſumpſit originem: habetur per *eundem Auend.eod lib.cap.19.nu.8.*

Diſpenſant Proreges, vt in ortu, vel ingreſſu Principis ad publicam lætitiam in Principis honorem per Ciuitates fiant veſtes ſolemnes ipſarum Decurionibus, & ſic ex alijs cauſis publicis, & ſic pariter in morte Regum fiunt veſtes lugubres: ſed dubitatum fuit; an hæ veſtes debeant ad Rempublicam, ſeu Ciuitates reſtitui, poſtquàm in cauſam prædictam fuerunt paratæ, & videntur accomodatæ, vt ornatiores appareãt Rectores in publico: ſicut dicimus de veſtibus feſtiuis à marito vxori datis, & *Auend. in d.tit. de exequ.mand.Reg cap.10.libr.2. nu.13.verſ.& ex eadem ratione* tenuit debere reſtitui, qui allegat *gloſ.* elegantem, & omninò videndam *in l.id veſtimentum ff. de pecul.* quod notetur, nam eſt curioſum, licet conſuetudo contraria vigeat, vigore cuius ego tanquam Protector Ciuitatis Capuæ, vt Decanus Collateralis nolui aures præbere prætenſioni quorundam illius Ciuitatis aduerſus Decuriones, qui ſumptuoſas veſtes fecerunt in natiuitate filij Sereniſſimi noſtri Regis, prout etiam per prius fecit hæc noſtra ſplendidiſſima, ac nobiliſſima Ciuitas.

Sed quòd pro ortu filij Baronis, vel nuptijs Domini poſſit fieri donatiuum, videatur *gloſ.* ſolemnis *in l placet in verb. extraordinariam, in verb.ab hinc, & in verb. canonicam C.de ſacroſ. eccleſ. vbi* vide *Iaſ. nu.* 19. quod in Regno non procedit, cum ſubuentiones omnes intelligantur prohibitæ præter expreſſas in *Conſtitut. Regni quamplurib.* de quo eleganter per *Frecc.in 2.libr. ſubfeud. 2.authorit.Baron.* & ideo in his, & ſimilibus caſibus debet haberi recurſus ad Proregem, ſupplicando pro diſpenſatione, quæ ſecundum caſus occurrentes ſolet concedi, limitando tamen quantitatem donandam ſecundum qualitatem caſuum, Terrarum, & Baronum; & notetur dictum notabile *Frecc.in eodem loco colum.fin.* quòd ab adiutorijs Baroni debitis vigore prædictæ *Conſtitutionis* non poteſt Baro abſoluere vaſallos, ipſoſque facere exemptos abſque Regio aſſenſu, quia eſſet diminuere ius feudo debitum, benè poſſunt vaſalli hanc libertatem pręſcribere per immemorabilem poſſeſſionem.

Qui etiam aduertit ſubuentiones has deberi Baroni poſſidenti ciuilem iuriſdictionem, quia ipſe dicitur Dominus non habẽs criminalem tantum, cum nullum habeat dominium, ſed ſolum dicitur habere iuriſdictionem illam à Rege delegatam: hinc vult, non competere vaſallis ius prælationis aduerſus ementem iuriſdictionem criminalem, dum reperiuntur vaſalli habentis ciuilem, & ſic videtur, quod ceſſat ratio proclamandi ad libertatem, pro qua ſimiles prælationes admittuntur, quod facit contra prælationes practicatas aduerſus emptores ſecundarum cauſarum, portulaniarum, ponderum, & menſurarum, & *ibidem Frecc.* eleganter tractat, quàm pernicioſa ſint demania, quæ mala parturiant, & quomodo non conuenit illis aures præbere: pro quo vide etiam *D.Præſid.de Franc.deciſ.17. qui* latiſſimè diſcurrit articulum, & refert iudicatum contra Vniuerſitatem Seminariæ in fauorẽ Ducis: ſed poſt hæc paſſim, & indiſtinctè per Regiam Cameram fuerunt Vniuerſitates admiſſæ ad prælationẽ aduerſus emptores prædictarum iuriſdictionum: & ne tantum tribunal dicamus caſu hoc feciſſe, arbitror motum eſſe ea ratione, quia ſolet iudicari terras ipſas admittendas eſſe ad regium demanium, dum venduntur, conſiderando idem intereſſe in parte, quod in toto idem ius libertatis reſpectu earumdem iuriſdictionum diſtinctarum, & regalium, quæ non ſunt de iure Baronis, nec de natura feudorum, & quanto minor eſt iuriſdictio baronalis, tanto minor eſt ſubiectio vaſalli, & quanto maior eſt pœnes Regem, tanto maior erit eorum libertas, & inſpecta etiam qualitate Baronum, ſolita vexatione vaſallorum, & quomodo ab hac vnione totius iuriſdictionis pœnes Barones ſerui aſcriptitij fiunt vaſalli, & tædio affecti, maximè pauperes ammittunt recurſum ad Superiores, grauamina ſufferunt, non habent modum conquærendi, ex his & alijs iuſtiſſimis cauſis rectam Regni gubernationem tangentibus Tribunal illud tam ſupremũ, quòd curam regalis patrimonij, eiuſque vaſallorum tenet, ſic paſſim, & indiſtinctè iudicauit.

Et ex his conſiderationibus inoleuit pra-

&tica in Regno, quod tres ſententiæ latæ in
18 Curijs Baronum, qui vigore ſuorum priui-
legiorum habent primas cauſas, ac primas,
& ſecundas appellationes, vt inquam pro
vna reputẽtur, & licet ſoleat ponderari pro
hoc doctr. *Ioan. Fabr. in §. 1. num. 4. inſtit. de
vulg ſubſtit.* Tamen vt benè aduertit *eruditiſſimus Conſiliarius Fabius de Ann. in conſ.*
70. doctrina illa non ſolum non eſt in caſu;
ſed ex ea cõtrariũ concluditur, dum has iu-
riſdictiones diſtinctim, & vt ſeparatæ ſecun-
dum ipſarum propriam naturam ſunt con-
ceſſæ, maximè quando ex cauſa oneroſa, ſed
vt dixi practica eſt in contrarium ex præ-
ſumptis grauaminibus vaſallorum, & vt Ba-
rones frenum habeant in iuſtitiæ admini-
ſtratione, ſcientes quòd recurſus ad Supe-
riores non eſt ſublatus, & ſi hoc ius ſuperio-
ritatis non exerceretur, poſſet dici Regẽ in
Regno paruam, aut nullã habere iuriſdictio
nem: ſi verum eſt ex . . . . Ciuitatibus, &
Terris, in quibus Regnum conſiſtit, dema-
niales non aſcendere ad numerum . . . . .
cæteræque omnes ſunt Baronum: licet ex
innata fidelitate populorum, Baronum, &
omnium dici poſſunt ex ipſorum conſenſu
omnia eſſe Regis, vt in dies experientia do-
cuit, & docet. Tamen leges, ſtatuta, & con-
ſtitutiones, ac conſuetudines fiunt, & intro-
ducũtur pro caſibus, qui occurrere poſſunt,
& vt conuenit rectæ Regni gubernationi
præueniendo mala, quæ accidere poſſunt, &
præcauendo, ac remedia talia præbendo: ex
quibus cogitationes, humores, & alia, quæ
animum inficere ſolent ex abſoluto domi-
nio, & intereſſe dominandi pẽnitus purgen-
tur, & nullo modo ad ſimilia cogitatus aſpi-
ret, nec reſidentiam faciat, hinc etſi pacatũ
ſtet Regnum, cum omnimoda pace, & quie-
te, non propterea caſtra non tenentur mu-
nita tam maximis Regis expenſis, legiones
Hiſpanorum, Equites grauis, & leuis arma-
turæ, triremes, & alia, quæ videmus pro Re-
gni cuſtodia, & defenſione propter caſus, qui
accidere poſſunt, & cum quibus inimici ar-
centur ab inuaſionibus, cogitatumque ip-
ſorum aliò dirigunt, dum vident Regnum
munitum, & caliter cuſtoditum, pro quo eſt
illud vulgare dictum, *la commodità fà l'huo-
mo ladro*.

Et ne dicamus hoc pænitus carere iuris
fundamento, dicimus practicam hanc fun-
19 dari in iure ſuperioritatis, quod vt ſupra
latius diximus nunquam per quamcumque
cõceſſionem dicitur à Principe abdicatum,
quod ad ſaturitatem proſequitur *Reſt. Ca-
ſtal. in d. tract. de imper. quæſt. 110. priuileg.*
334. & inter cætera priuilegia, quæ Princeps
20 habet, eſt reuocare ſententias in rem iudi-
catã tranſactas, ex reg. *text. in l. diui fratres
ff. de pœn. gloſ. Bald. & Doctor. in l. fin. C.
ſent. reſc. non poſ. Roman. in l. imperium ff. de*
21 *iuriſd. omn. iud.* & vnico verbo poteſt caſſa-
re ſententias Iudicum ritè, & rectè latas, di-
cit *Angel. in d. l. 1. de ſent. paſſ. quem* ſequi-
tur *Afflict. in cap. 1. quæ ſint regal. num. 46.*
& *idem Reſtau. Caſtal. in loco allegat. priuil.*
141. & *ibidem in priuil* 300. quod res iudi-
22 catas reſcindit, & *Affli. num. 48. d. cap. 1.
quæ ſint regalia*, quòd Princeps reſtituit ad
appellandum aduerſus rem iudicatam, &
Luc. de Penn. in l. fin. de paſc. publ. num. 47.
23 quod poteſt Princeps tollere ſententiam;
idemque *Aym. de antiqu. temp. in princip.
num. 51.* quòd poteſt Princeps mandare re-
uiſionem ſententiæ in rem iudicatam tran-
ſactæ, quando ſibi videbitur. Sunt enim hęc
24 de iure ciuili, & Princeps, qui eſt ſupra ius
ciuile poteſt illud tollere cum omnibus ſuis
effectibus, de quo eleganter per *Iſern. in*
25 *cap. 1. de vaſall. decrep. ætat.* inferens ad ac-
quiſita alteri per damnationem, & condem-
nationem delinquentis, cui demum Prin-
ceps indulgendo crimen, reſtituit ad omnia:
voluit enim *Andr.* quòd etiam reſtituatur
ad alteri quæſita, mediante ſententia, non
autem ex facto, aut contractu hominis, de
quo etiam per *Alex. in l gallus, §. & quid
ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* multa bo-
na per *Felyn. in cap. inter quatuor de ma-
ior. & obed.*

SVMMARIVM.

1 *Demania conſueta in Regno fieri quo iure
fundantur.*
2 *Seruitia, & ſubuentiones eadem præſtantur
Regi, quæ Baroni.*
3 *Demania ſecundum opinionem Camer. ſunt
introducta contra ius.*
4 *Vaſallus demanialis, an poſſit vendi, ipſo
inuito, remiſſiuè.*
5 *Dominus directus habet prælationem, quan
do vaſallus vtilis Dominus vendit ſuum
feudum.*
6 *Agnatus in prælatione præfertur Domino
in feudo paterno.*
7 *Ius prælationis infra annum exerceri debet.*
8 *Demania introducta de conſuetudine ſe-
cundum opinionem regnicolarum, quam
Author non approbat.*
9 *Vtilis Dominus non habet prelationem cõ-
tra directum, dum vendit ſuum directum
dominium.*
10 *Ius congrui competit vicino, & non proce-
dit in feudalibus.*

11 *Ius*

11 *Ius prælationis, quando locum habeat ratione communionis.*
12 *Text.in l.vnica C.ſi liber.imper.ſoc. non habet locum in feudis.*
13 *Prælatio ratione conſanguinitatis datur etiam in feudis, & huius reſpectu dicitur in feudis habere locum ius prothomiſeos, & hæc eſt communis.*
14 *Vniuerſitates petẽtes admitti ad demanium exercent ex Regis voluntate ius prælationis Regi directo Domino competentes.*
15 *Si Dominus directus non vult demanium, Vniuerſitates excluduntur.*
16 *Vniuerſitas, ſeu Terra ſemel de demanio effecta, ſi iterum vendatur, an primus Baro habeat ius prælationis.*
17 *Emptor feudi acquirit dominium ſubiectum prælationi Domini, & ſucceſſiuè reuocabiliter, ita quòd ſuccedente caſu prælationis habetur, ac ſi nunquam emiſſet, quia omnia reſoluuntur.*
18 *Refutatio facta feudi per vaſallum Domino directo, reſoluit omnes intermedias hypothecas contractas, & ibi ratio.*
19 *Ius prælationis fundatum eſt in iure conſanguinitatis, reſpectu agnatorum, & ratio eſt, quia intereſt res maiorum in familia conſeruari.*
20 *Ius prælationis habet locum tantum in feudo antiquo, non autem in feudo nouo.*
21 *Prælatio non habet locum in venditione neceſſaria.*
22 *Sufficit cauſam exiſtere tempore actus geſti, & nihil intereſt, ſi poſtea deficiat.*
23 *Quando effectus eſt conſummatus, non attenditur poſtea ceſſatio cauſæ.*
24 *Sententia quando ceſſet, ex cauſæ ceſſatione.*
25 *Demanium præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

ARGVMENTVM.

Demania Terrarum, quo iure fundantur, & ſi Terrę iterum reuendantur, an detur prælatio primo Domino.

§. I.

TEtigimus ſupra aliqua de demanijs, conſequens eſt videre, quo iure illa fundentur, & an ſi Terra ſemel ad demanium admiſſa, ſi iterum ob ſui impotentiam vendatur, detur priori Domino prælatio, quod ire ſolet per ora Aduocatorũ, & Regia Camera ex profeſſo vltimo loco in cauſa Vultarini iudicauit non eſſe locum huiuſmodi prælationi.

Circa primum, in quo fundentur petitiones demaniorum, illa fundamẽtalis fuit ratio ſecundum *Authores*, qui ſuper hos ſcripſerunt, videlicèt proclamationis ad libertatem, in quo videtur punctualis *text. in Conſtitut. Regn. perſonas*, & alia, quæ cumulatè adducit *Regens de Curtis in 1. part. ſui Diuerſorij feudorum in cap. incipien. licet autem nu.* 38. & primus, qui hoc tradidit fuit *Ioan. Fab. in §. Dominus, inſtit. de noxal.* qui nec firmat, ſed loquitur per verbum *videtur*, inferendo per viam illationis, & argumenti non diſputando, nec firmando aliter opinionem; ſed fallax eſt ratio, & termini ſeruorum, & proclamationis ad libertatem nil commune habent, cum hoc ſiquidem vaſalli Baronum ſunt etiam Regis vaſalli, prout eſt Baro, qui tantum eſt vtilis Dominus, & dicitur Procurator directi Domini, vt ſupra in alia materia diximus, & circa ſeruitia, & ſubuentiones eadem, ſeu eaſdem præſtant Domino directo, quando permanent in eius immediato dominio, & habet locum in eo *Conſtitut. Regn. quamplurium*, vt *ibi per Iſern.* etiam vigore *Capit. Papæ Honorij* ſecundum *eum* latè *Afflict. in ſua deciſ.* 265. hinc diximus ſupra, quòd non eſt difformis aſſenſus à conceſſione facta à Barone cum clauſula, quod teneatur in capite ab eo, & eadem eſt in aſſenſu, quia etſi teneat à Barone, tenet etiam in capite à Rege, & ſemper vaſallus quoquo modo grauatus habet ad Regia tribunalia recurſum, ita quod permanet verè ſub Regis dominio, & protectione, & maximè hæc procedunt, dùm Terræ ſemper ſteterunt ſub Baronis dominio, & non fuerunt demaniales, vt poſſit dici nullam conſiderari læſionem, ſi ex vno Barone ad alium transferuntur nihil ammittere, ſed continuatè ipſorum ſolitum ſtatum, & conditionem, & ſi vaſalli verè libertis æquiparantur, vanum eſt tractare de ſeruitute, & de libertate, quæ latius exharauit prædictus *Regens de Curtis*, hanc eandem firmans opinionem poſt *Dominum Præſidentem de Franch. in ſua deciſ.* 17. vt ſic non immerito *Camerar. in fin. ſui operis in repet. cap. impe-*
3 *rialem*, dixerit, hanc prælationem eſſe contra ius, de qua minimè loquutus fuit *Andr. nec Loffred. in d. cap. imperialem §. nec Do-*
4 *minus*, neque *Afflict. vt Regens de Curt.* præſupponit; *prædicti* enim loquuntur in quæſtione illa, an Dominus poſſit vaſallos ſuos de demanio inuitos vendere, ſi valent illi reſiſtere, & ſi non ſe proteſtauerint, quomodo,

& per quantum tempus ius demanij ammiſerint, & vera, & communis eſt opinio, poſſe Dominum directum terras demaniales vendere per *Conſtitut. Regn. dignum, vt vniuerſis, & ſi dubitatio ſit*, de quo latè per *Loffred. in d. §. nec Dominus*, & hoc iure vtimur; ſed de prælatione verbum nullum, benè de
5 ea loquuta fuit *gloſ. in cap. 1. §. porrò, qual. olim pot. feud. alien.* vt vendente vtili Domino ſuum feudum Dominus directus habeat prælationem per illum *text.* qui dicit eandem habere agnatum, immò quod Domino
6 præferatur, dummodò feudum ſit paternum, non nouum, & infra annum ius prælationis
7 exerceatur, aliàs firma remanet venditio, ſic etiam habetur *in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, & in cap. Titius lo primo, ſi de feud. defunct. milit.*

Tandem tàm *D. de Franch.* quàm prædictus *Regens de Curtis*, & aliqua per *Ioan. Vincent. de Anna* relatum per prædictum
8 *Regentem, omnes* inquam concludunt hanc prælationem fundari ex inueterata conſuetudine, quam demum extenderunt, non ſolũ, quando venditur Terra, ſed quælibet illius iuriſdictio, vt ſupra diximus.

Ego autem non conſentio huic opinioni, ſed mea ſententia eſt etiam hodie nullum habere Vniuerſitates Terrarum ius prælationis, quàm ſolus de iure habet directus
9 Dominus; immò nec vtilis Dominus habet ius prælationis, dùm directus vendit ſuum directum dominium, vt per *Andr. in d. §. nec Dominus nu. 46.* & ita pluries deciſum, vt refert *Anna in ſuo ſingul. 150.* quod latius exharauit in noſtris terminis *D. de*
10 *Franch. in allegat. deciſ. 17.* Hæ enim prælationes, vel dantur iure congrui, ſecundum terminos *Conſtitut ſancimus de iur. prothomiſ.* & hoc vicino non competit, nec procedit in feudalibus, ſecundum *Bald. Afflict. Iacob. Nouellum, & omnes in d. Conſtitut.* aut ratione conuentionis, vt in re venditæ cum pacto redimendi, aut ratione commu-
11 nionis, quæ apud Hiſpanos indifferẽter admittitur, ex *legibus partitæ, & tauri*, de quo expreſsè *Gregor. Mattienſ. aliique relati à Io. Guttier. practic. quæſt. lib. 2. q. 165. Io. Caſtil. lib. 1. quotid. controu. iur. cap. 74. nu. 27. cum ſeq.* quod de iure communi quandoque locum habet in venditione rei communis cum fiſco, *Marſil ſingul 441.* & in locatione rei communis voluerũt *Bald. Soccin. Ruyn. alijque* cumulati per *Surd. in conſ. 43. nu. 12. vol. 1.* quod pariter minimè locum habebit in feudo, quia nullum ius acquiri poteſt abſque Domini conſenſu, niſi in caſibus ab
12 eadem lege feudorũ ſpecificè prouiſis, hinc *text. in l. vnica C. ſi liberal. imperialis ſoc.* non habet locum in feudis, dixit *Andr. in cap. 1. de duob. fratr. de nou. benefic. inueſti. & in cap. 1. de duob. fratr. à cap. inueſtit.* de quo latius per *Afflict. in cap. 1. §. & quia 4. colum. de his, qui feud. dar. poſſ.* aut verò
13 ratione conſanguinitatis concedi ſolet prælatio, de qua in *cap. conſtitutus, vbi Scribent. de reſtitut. in integr.* quæ prælatio etiam in feudis obtinet, vt ſupra diximus, non ratione iuris congrui, ſed quia conſanguineus, in quo ſunt expreſſa iura feudalia, & huius prælationis reſpectu dicitur in feudis habere locum ius prothomiſeos, ſecundum *Bald. Afflict.* & communiter *Scribentes*, de quo latè in *mea deciſ. 11.* vbi refertur ſic per Collaterale Conſiliũ deciſum, & fuit etiam addita doctrina *Conſiliarij de Anna*, qui dixit de hoc nullum doctum *feudiſtam* dubitaſſe, & poſt *eum* latè *doctiſſimus D. Garzia Maſtrillus in ſua deciſ. 8.* qui etiam validè fundauit, non dari ius hoc prælationis, niſi directo Domino.

Nullus iſtorum caſuum eſt applicabilis ad terras volentes prælationem, dum illæ venduntur, quia nec vicini, nec conuentionem habent, nec ius communitatis, aut cõſanguinitatis; conſuetudo autem præſuppoſita contra ius non eſſet attendenda, ſed
14 vera ratio, & practica eſt, quòd Vniuerſitates exercent ius prælationis Domino directo competens cum eius ſcientia, & conſenſu; hinc lites fiunt in Regia Camera, Fiſco aſſiſtente, coadiuuante, & defendente, hinc dum demanium obtinetur, iuriſdictio acquiritur Domino, & dominium vtile cum directo iuriſdict. vaſallorum vnitur, & conſolidatur, hinc vt dicit *Regens de Curtis*, & be-
15 nè, & dicebat etiam *Regens Fornarius* ſi Dominus directus non vult demanium, Vniuerſitates omnes repelluntur, quia exercent ius prælationis Domino competens, quod eo inuito exercere non valent, & ſic non eſt conſuetudo, non eſt quid de facto, ſed fundatur petitio in iuris terminis, modo quo ſupra.

Verum ſecundum hanc opinionem conſuetudo non procederet, quando Dominus directus ipſe venderet, & Vniuerſitates proclamant ad demanium: nam tunc ſi Dominus vendit, non poteſt tractari de prælatione Domini vendentis, qui contra proprium factum veniret, & hæc conſuetudo eſt contra ius, ſi Dominus directus habet vendendi poteſtatem non ſubmiſſam, nec alteri obligatam, maximè quando fit venditio in feudum, ita quod ſemper remanent vaſalli ſub directo Regis dominio, & reſpondetur ſic

ad

ad *d. Conſtit. Regn. perſonas*, & ad ea, quæ de libertate dicuntur.

Ex his quo ad ſecundum punctum, ſi Terra iterum vult redire ad Baronis dominium
16 ex cauſa neceſſaria imminentis impotentię an primo Domino competat ius prælationis, videtur caſus reſolutus, nam ſi vendit Dominus directus, fundatum eſt ſupra, nec vtili Domino dari prælationem aduerſus directum, ergo quanto magis, ſi qui hoc prætendit, nullum habet dominium, nam quod habebat reſolutum fuit ex Domini prælatione per Vniuerſitatem in iudicium deducta, vt ſupra; immò dico fortius, quod lex
17 reputat nunquam primum emptorem dominium aliquod habuiſſe, quia dominium, quod acquiſiuit, ſubiecit reſolutioni prælationis Domini, qua deducta in exercitium operauit reſolutionem vtilis dominij reuocabiliter acquiſiti, vt author *glo. Pariſienſ. damn. memor.* tradit *Regens de Curt. vbi ſupra num.* 71. & præ cæteris eleganter *Ioan. Raynald. in ſuo comprahenſ. feud. in cap. imperialem §. præterea ſi quis infeudatus num.* 38. *Guid. Pap. deciſ.* 575. *Boer. deciſ.* 181. *qui alios* cumulat, ad quod eſt notab. doctrin. *Bald. in cap. rurſus, quibus mod. feud. ammit.*
18 in terminis illius *text.* decidentis, quòd ex feudi refutatione, quam facit vaſallus Domino directo extinguitur pignus medio tẽpore contractum, dicit enim *Bald.* rationem eſſe, quia hæc facultas refutandi Domino inhærat à principio infeudationis ex natura rei, quæ prænenit cauſam pignoris, & qui emit, ſcire debebat ſuum dominium ſubiectum reſolubilitati ex refutatione Domino facienda, eandemquè rationem ſequuti ſunt *Præpoſ. Aluar. & alij*, ergo cum dominium vtile, quod quis acquirit ex emptione terrę, ſubiectum remaneat prælationi Domini per Vniuerſitatem, vel per Dominum exercendæ, ſequitur quod deducta in exercitium, & effectu conſumato ex admiſſione ad Regium demanium, atque ex ſolutione pretij primo emptori factæ nullum veſtigium remanebit primæ emptionis, & habetur, ac ſi nunquam emiſſet, vndè in quo vult fundari prælatio, hinc intantum contractus primæ emptionis omninò euaneſcit, & reſoluitur, vt ex tunc, non vt ex nunc pretium reſtituitur cum intereſſe, & terra vna cum fructibus, ergo contractus à principio reſolutus.

Præterea ius hoc prælationis fundatur in iure conſanguinitatis, dicit *Afflict. in § porrò*,
19 cuius ratio eſt, quia res maiorum, & intereſt conſeruari in familia ex regul. *text. in l. ſi in emptionem ff. de minor. glo. ſ. in d. §. ſed & res, in verb. proximiori la ſeconda*, & in hac ratione fundatur ius retractus propinquorum, vt latius exornat more ſuo *Tiraquell. de retract. lignag. in præfat. nu.* 33. *cum*
20 *ſeq.* Hinc ius hoc prælationis propinquorum in feudo, nec etiam filij habent in feudo nouo, dùm primus acquirens alienat, quia ceſſat ratio, quòd ſit res maiorum, vt author. *Iſern. & aliorum* communiter in *d. cap. Titius*, latè tradit *Ludou. Schrad. de feud. par. 8. cap. 7. nu.* 31. *& ſeq.* & ideò *text. in d. §. porrò, cum alijs* loquitur expreſsè in feudo anti-
21 quo, & rurſus, vt tradit *Schrader. ibidem nu.* 34. author. *Dec. Corn. Afflict. & aliorum*, hæc prælatio non habet locum in venditione neceſſaria.

Si igitur primus emptor eſt, qui coactus non vendit, ſed ab emptione iam facta recedit, & fingitur non emiſſe, & præſupponendo quod emiſſet eſſet primus acquirens, qui neceſſitate obſtrictus vendit cum reſolutione ſui dominij ex iure prælationis, quæ cauſam ſui dominij præuenit, nõ poteſt dici res maiorum, in quo prælatio agnatorum eſt fundata, eſt reſolutum dominium in vita primi acquirentis, & in feudo nouo ceſſat omnis cognatorum prælatio, ergo vanitas vanitatum eſt tractare de iure prælationis propinquorum, quod ſi non poterat competere, nec ex perſona propria, nec ex perſona primi acquirentis tempore admiſſionis ad demanium, ergo quo iure vult competere quãdo iterum terra prouocat ad venditionem: nam ex perſona primi emptoris minimè, quia ipſi non competebat, ex perſona nunc propinquorum minimè, quia nõ vendit. propinquus, aut agnatus, ſed Rex Dominus, & idem ſi volumus dicere, quod vendat Vniuerſitas cum qua nil commune agnati primi Domini, ſi fingitur illum nunquam fuiſſe Dominum, ſi acquiſiuit reuocabiliter, ſi omne illius dominium fuit extinctum, ſi illi aduerſus Dominum directum nulla competat prælatio, & ſi denique hæc eſt noua venditio ex noua cauſa annuente Domino directo, cuius dominium nunquam ſubiectum fuit iuri prælationis alterius, cum non reperiatur iure cautum, ſed benè, vt directo Domino prælatio detur aduerſus vtilem Dominum ſuum vtile dominium vendente, habuit enim ſuum effectum primum demanium
22 operauit ſuam reſolutionem, & ſufficit adfuiſſe cauſam ſubſiſtentem tempore admiſſionis ad demanium, quæ operauit effectum ſuum, quæ ſi poſtea defecerit nihil facit ad caſum, ad *text. in l. ſi quis hæredem C. de inſtit. & ſubſtit.* cumulat multa ad propoſitum *Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa in 4. limi-*
23 *tatione*, & ſic pariter in 12. *limitatione*, dùm

effectus

effectus eſſet conſumatus, vt minimè ex ceſſatione cauſæ dicatur ceſſare ſententia da-
24 ta, vel actus celebratus. Si enim eſſet in tempore reclamationis, & detegerentur vires Vniuerſitatis, nunquam adfuiſſe tales, vt deberet ad demanium admitti, tunc quia ſententia eſſet fundata in cauſa falſa, & non ſubſiſtente, poſſet forſan intentari non per viam prælationis, ſed reclamationis, & ex cauſa ceſſante, prætendi reuocationem demanij, ex regul. *text. in l ſi ante ff. de except.*
25 *rei iudic.* Sed quando ex noua cauſa, & maximè ſi Vniuerſitas ſteterit in demanio per longum temporis ſpatium, vt puta 30. annorum; per quod tempus ſecundum *Andr. in d. §. nec Dominus*, vaſalli demanij fiunt Baronis, & omne ius demanij ammittunt, & ob id vana eſt omnis prælationis prætenſio; quod eſſet in perquam maximum damnum Terrarum, ſiquidem nullum reperirent licitatorem.

De alienatione fieri ſolita bonorum Vniuerſitatis, & decretis, quæ interponi ſolent pro ipſius validitate.

SVMMARIVM.

1 *Practica ſolita capiẽdi pecuniam ad intereſſe pro neceſſitatibus Vniuerſitatum.*
2 *Doctrin. Bart. in l. 4. §. actor ff. de re iudic. limitatur.*
3 *Gabellæ per Vniuerſitates quomodo imponantur.*
4 *Vniuerſitates poſſunt vendere territoria, in quibus Ciues, vel Baro habent vſum, neceſſitatibus tamen vrgentibus.*
5 *Rex poteſt in modicis præiudicare.*

1 ITem per Collaterale Conſilium nomine Regio interponuntur decreta ſuper pecuniis capiendis ad intereſſe per Vniuerſitates Terrarum Regni, quãdo capta informatione conſtat de vtili, & neceſſaria cauſa, cumquè in inſtrumentis venditionum, quę celebrantur ordinariè pro ſecuritate emptorũ, promittitur, quod decem, aut viginti ex ditioribus Ciuibus Vniuerſitatis vendentis ſe obligent proprio nomine ad ſolutionem tertiarum; & etiam totalis pretij in caſum reſciſſionis, ſaut euictionis, & per Collaterale Conſilium expediuntur paſſim prouiſiones, quòd tales Ciues cogantur, & aliquando in eorum cõtumaciam, vt habeantur pro obligatis, quòd videtur eſſe contra doctr. *Bart.*
2 *in l. 4. §. actor ff. de re iud. nu. 9.* vbi ponendo propriam quęſtionem, determinat hoc poſſe procedere, quando Syndicus, ſeu Procurator habet poteſtatem ab Vniuerſitate tali, quæ poſſit facere legem, alias ſecus, tamen cum prædicta omnia fiant cum ſcientia, & volũtate Collateralis Conſilij, atque Proregis, videtur ex hoc ſuppleta poteſtas, vt in caſu *Bart.* & iuſta eſt prouiſio Collateralis, vt occurratur publicis Vniuerſitatum neceſſitatibus, quæ alias pecunias non reperirent in damnũ Fiſci ad functiones fiſcales ſoluẽdas, aliorumq; onerũ pro neceſſaria ſubſtentatione illarum; & rurſus ſi debitum eſt legitimè contractum, propter quod pecunia capitur ad intereſſe, & Vniuerſitas nõ haberet, vnde ſolueret: iuris explorati eſt illud exoluendum ab omnibus Ciuibus, qui ſunt ſoluendo: ergo nullum infertur grauamen ſubſtantialiter ex promiſſione Vniuerſitatum, & ex obligationibus faciendis per partes, qua ratione attenta *Bart.* opin. redditur dubitabilis; & iuſta eſt communis practica cõtractationum Vniuerſitatũ Regni; & ex ea-
3 dem ratione vrgẽtiæ, & neceſſitatum decreta interponuntur ſuper impoſitione gabellarum, & etiam liberæ venditionis aliquorum corporum earumdem vniuerſitatum.

Verùm multoties dubitatum fuit: An
4 poſſint Vniuerſitates cauſis vrgentibus vendere territoria, in quibus Ciues habent vſũ, & ſic Baro, vt primus Ciuis illis contradicentibus; & ad tempus fuit conceſſum, atque permiſſum ob publicam, & neceſſariam cauſam, quia modicum conſideratur eſſe præ-
5 iudicium, & poteſt Rex in modicis ex ordinaria poteſtate præiudicare, dicit *Andr. in rubr. quæ ſint reg. propè nu. 3.* argum. *text. in l. rebus §. poſſunt ff. commod.* Hinc dicimus, quòd modicitas præiudicij aliud ius inducit, de quo Prætor non curat; idem *Andr. in cap. 1. ex quib. cauſ. feud. ammitt. num. 15.* quod eleganter in proprio caſu diſcurrit, & ſic tradit *Auendan. de exequ. mand. cap. 11. nu. 25. quem* non allegat *D. de Franch. in ſua deciſ. 197.* vbi plenè diſputat articulum, & referendo deciſiones alias factas hanc tenet opinionem, & dicit maximè non habere dubitationem, quando ſolus Baro reſpectu vſus ſui contradicit. In quibus mihi non videtur faciendam eſſe dubitationem, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum ſit alienatio, cum omnia conſiſtant in neceſſitate vrgenti, & publico beneficio eiuſdẽ Vniuerſitatis, quæ

exiſten-

exiſtente, vt ſupra diximus, præfertur vtilitas publica priuatę: imò priuata ineſt in publica, & quod expedit Vniuerſitati eſt idem, quòd expedit priuatis Ciuibus, qui vt tales, vt dictum eſt ad omnia onera earumdem Vniuerſitatum tenentur.

De poteſtate ſubſtituendi in officijs.

SVMMARIVM.

1 *Proreges diſpenſant, vt quis poſſit ſeruire per ſubſtitutum.*
2 *Poteſtas ſubſtituendi non intelligitur conceſſa in priuilegijs, niſi verbis expreſſis.*
3 *Officium conceſſum perſonæ inhabili ad ſeruiendum, intelligitur, vt poſſit ſeruire per ſubſtitutum.*
4 *Officium conceſſum cum poteſtate nominandi pro ſe, & hæredibus non venit, quòd poſſit nominare fœminam, etiam quòd adſit verbum quibuſcumque.*
5 *Officia cuius ſunt naturæ, quid differant à feudis, an poſſint obligari ſine aſſenſu, an in ipſis habeat locum Regni Conſtitutio conſtitutionem diuæ memoriæ, & de ipſorum reſignatione remiſſiuè.*
6 *Officium ampliatum, an ſit idem officium.*
7 *Ampliatio officij à Rege conceſſa, an habeatur, ac ſi à principio conceſſionis officij illa eſſet data.*
8 *Officialis quomodo pendente Inquiſitione ab officio deponatur.*
9 *Officialis aliàs Sindicatus, & liberatus, poteſt iterum ſindicari ex ordine Proregis.*

1 SOlent etiam Proreges diſpenſare, quod Officiales, vt ſũt Magiſtri Actorum, & alij, qui non habẽt ſubſtituendi poteſtatẽ, quando ſunt impediti ex cauſa infirmitatis, vel ſenectutis, vt poſſint in officio ſubſtituere ad tempus idoneum, & habile, ſuorum tamen riſico, & periculo, quod fundatur ex *text.* elegãti *in l. 1 C. de præpoſ. ag in reb lib* 12. per quem *text.* ſic tradit *Ardiz. in ſumm. in tit. quib. ex cauſ vaſall. ſe excuſ §. ſed vbi propter infirmitatem, quem* ſequitur *Andr. in §. firmiter num. 39 de prohib. feud. alien. per*
2 *Freder.* & quando poteſtas ſubſtituendi non eſt expreſsè conceſſa in priuilegio, ſtatutum eſt ex particularibus ordinibus expeditis tempore Sereniſſimi Regis Philippi II. quòd minimè poſſit fieri ſubſtitutio, dato quòd priuilegium habeat cum clauſula, prout melius habuerunt, & tenuerunt ſui Prædeceſſores, qui habebant officia cum poteſtate ſubſtituendi, quod notetur, quia in dies occurrit, quod limito, quando ex certa ſcientia
3 conceditur feudum, vel officium ſeruitium perſonale continens alicui, qui non poteſt de perſona ſeruire, quia inhabilis, mancus, cæcus, aut ſurdus, vel fœmina; nam intelligitur tunc diſpẽſatum, quod ſeruiat per ſubſtitutum, deciſio eſt *Andr. in cap. qui clericus, ſi de feud. defunct. milit. in cap. ſi quis deceſſerit eodem titulo, in cap. 1. in fin. de benefic. fœmin.* cum *alijs* congeſtis per *Capyc. in deciſ. 31. nu. 3.* alleg. communiter *text. in l quiſquis. & in l. ad ſimilitudinem, C. de epiſc. & cler.*

Sed ſi ſit conceſſum officium cum poteſ-
4 tate nominandi, vel pro ſe, aut hæredibus, etiam quòd dicatur *quibuſcumque*, non poterit nominare fœminam, nec illam inſtituere, quia dicit *Andr.* quod fœmina virilibus officijs non fungitur *in cap. 1. in tit. Imperator Lotharius nu. 5.* allegat *text in l. fœminæ de regul. iur. & in l in multis ff. de ſtatu homin.* latiſſimè *per D Frece in quæſt. 50. 51. & 52.* vbi poterit videri, & ideò in priuilegijs hoc ſpecificè exprimitur, & de offi-
5 cijs, cuius ſint naturæ, ſi differant à feudis, quomodo poſſint alienari, ſi habet locum in ipſis *Conſtitut. Regn. incip. conſtit. diu. mem.* an detur ipſorum obligatio abſque aſſenſu, quod ſi locetur ad modicum, vel ad longum tempus, & de reſignatione in manus Domini, vide latè in *deciſ. mea 31.* facta in cauſa
6 officij Curſoris maioris; & an officium ampliatum, ſit idem officium, vide diſertiſſimã diſtinctionem *Bart. in l. dies cautioni ff. de damn. infect. vbi Bald. cum Alex. & cæteri Bald. qui* diſtinguit inter nouam electionẽ, & prorogationem in *l. Titius, de excuſat. tutor. in l. ſi à te C. de pact. inter empt. & vend. in l ſi conſtante C. de donat. ante nupt in cap. venerabilem nu. 27. de elect. Angel. in l ſed ſi manente ff. de præcar.* & de caſtellania loquitur *Corn conſ. 235. nu. 9. volum. 2. Dec. conſ. 497 nu. 1. in fine, & in cap. de cauſ. nu. 46. de offic. deleg. vbi Felyn. 1 mol. in cap vltim. nu. 6. de præcar. Anton. Gabr. commun opin. lib. 2.*
7 *tit. de dilat. concluſ. 2. num. 21.* & quando eſt conceſſa à Rege officij ampliatio, habetur ac ſi tempus ampliationis fuiſſet appoſitum à principio, ita *Paul de Caſtr.* notab. *in d. l. dies cautioni num. 2. verſ. & aduertendum.*
8 Quomodo autem, & ex qua cauſa Officialis inqui-

inquiſitus ab officio deponatur pendente inquiſitione, & an ab officio tantum, vel ab officio, & beneficio, vide in *deciſion. meis* 10. 9 19. & 28. Et quando Officialis aliàs Syndicatus, & liberatus, poterit iterum ſindicari ex ordine Proregis, vide in *mea deciſ.* 29.

De ſaluoconducto.

SVMMARIVM.

1 *Proreges ſaluumconductum, ſeu ſecuritatem ad tempus delinquentibus concedere ſolent, & ſic indultus, & generales abolitiones ex cauſis benè viſis, etiam ſine parti remiſſione.*

2 *Practica circa indultus promiſſos, quomodo dilatantur, vel quibus clauſulis medentur.*

3 *Princeps indulgere poteſt propter res proſperè geſtas, & etiam pœnas commutare de corporali in pecuniariam, etiam ſine partis remiſſione.*

4 *Pœna bullationis furium ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ vltimo loco editæ.*

1 MVltoties concedunt Proreges ſaluumconductum, & ſecuritatem delinquentibus ex cauſis ipſis benè viſis, iuxta *text. in l. relegati, ff. de pœn.* de quo per *Bart. ibidem*, & latè per *Reſtaur. Caſtald. vbi ſupra priuileg.* 339. & ſic fiunt etiam indultus, ſeu generales abolitiones, vigore Regiorum bannorum delinquentibus, qui per campaneam armauerũt, & in ea delicta commiſerunt, quando ab ijs conſimiles delinquentes, & facinoroſi occiſi, vel viui capti fuerunt, etiam quòd non adſit partium remiſſio, ob bonum publicum, cum illis nimium graſſantibus Regnum malefactoribus abundat, & populi continuis iacturis in bonis, & perſonis affliguntur, quę communiter tradiderunt *Doctor. in cap. quę in Eccleſiarum de Conſtitut.* de quo latius diximus ſupra in materia Commiſſariorum 2 Campaneæ. Sed tamen ſolent multoties ex cauſis, vel dilatari indultus, & concedi guidatica, ſeu aſſicurationes temporaliter, vel quando ſeruitia fuerunt talia, quòd indulgentia non videtur deneganda, mederi ſolet hoc multoties ex cauſis cum clauſula, vt non accedant tales ad loca delictorum, nec vbi partes offenſæ degunt, quæ practica ſeruatur in multis, & diuerſis dominijs, de quo per *Farinac. in tit. de inquiſit. lib.* 1. *q.* 6 *nu.* 5. & per *Theſaur. in deciſ. Pedemont.* 21. 3 & de Principe indulgente propter res proſperè geſtas, vel propter alias cauſas ſibi benè viſas, etiam ſine partis remiſſione, & de commutatione pœnarum corporalium in pecuniarias, latè per *Andr. in tit. quæ ſint regalia in verb. & bona committentium poſt nu.* 75. & de pœna delictorum, & ſignanter 4 furum, & quomodo bullentur ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ nouiter in Regno editæ per *eundem Andr. in cap. ſi quinque ſolidos de pace ten.*

Item ſolent mandare Proreges Præſidibus Prouinciarum, ac Regijs Audientijs, vt in cauſis aliquibus ſummariè procedant abſque figura Iudicij, & per Collaterale Conſilium prouiſiones expediuntur, quod ſolus Princeps mandare poteſt, de quo per *eundem Reſtaur. Caſtald. in eodem tract. q.* 110. *priuil.* 18. & 19.

De Capitaneis deſtinatis ad cuſtodiam Ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Capitanei dicti* de Guardia *deſtinati ad cuſtodiam Ciuitatis debent portare virgam in ſignum officij ipſorum, ad hoc, vt ab omnibus cognoſcantur.*

2 *Offendens vnum ex iſtis Capitaneis virgam iuſtitiæ non geſtantem, minimè tenetur de offenſa facta illi tanquam Officiali, ſi eum non cognoſcebat.*

3 *Pœna trahentis virgam iuſtitiæ, dùm non eſt de Officialibus ad hoc deputatis, remiſſiuè.*

4 *Capitanei prædicti immediatè ſunt ſubditi Regenti Magnæ Curiæ, qui Regens appellatur Præfectus vigilum.*

1 TAciunt etiam banna, & ordines, quod Capitanei dicti *de Guardia* Ciuitatis, qui ſunt hodie quatuordecim propter amplitudinem Ciuitatis, & multiplicitatẽ populi aſſignati omnes per quarteria cum domibus particularibus, quæ dantur expenſis Curiæ, fiunt inquam per Regia banna ordines, quòd trahant inſignia eorum officiorum, vt ab alijs diſcernantur, quod fundatur ex *text. in l. ſtigmata, vbi Andr. de Barul. C. de fabric. lib.* 11.

11. *Bart. in l. prohibitum C. de iur. fiſc. lib.* 10. vbi latè *Alex. in addit.* quod hodiè tam malè ſeruatur, & ideò non trahentes ſignum
2 iuſtitiæ, ideſt virgam, ſi aliquis eos percuſſerit, minimè tenetur, ſi ante non cognoſcebat, vt per *Alex. vbi ſupra, ibique Io. de Plat. Paris de ſyndic. in verb. familia cap.* 2. *nu.* 3. *Azeued. lib.* 4. *noua recopil. tit.* 23. *lib.* 8. *num.* 12. vbi plura notabilia tradit de his Officialibus iuſtitiæ poſt *Parid. & Rebuff. in Conſtit. Franc. tom.* 2. *in tit. de lit. requiſ. gloſ.* 3.
3 & de pœna geſtantis virgam iuſtitiæ, *Auendan. de exequ. mand. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. *& idem lib.* 3. *nou. recopil. tit.* 6. *lib.* 33. & diximus, quod ſunt hi Capitanei aſſignati per quarteria Ciuitatis, vt præſto ſint in captu-
4 ra delinquentium, qui immediatè ſubditi ſunt Regenti Magn. Cur. qui verè appellari poteſt Præfectus Vigilum, pro quo legatur *text.* elegans *in l.* 3. *ff. de offic. Præfect. vigil.* cuius infraſcripta ſunt verba.

Nam ſalutem Reipublicæ tueri nulli magis credidit conuenire, nec alium ſufficere ei rei, quam Cæſarem, itaque ſeptem cohortes oportunis locis conſtituit, vt binas Regiones Vrbis, vnaquaque cohors tueretur, Præpoſitis eis tribunis, & ſuper omnes ſpectabili viro Præpoſito, qui Præfectus Vigilum appellabatur.

Et in *§. ſciendum*, dixit *ſciendum eſt autem Præfectum Vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare, vbi gloſ. in verb. coerrare*, exponit ideſt *frequenter ire*, quaſi errando, vt teneat viam rectam, & ſic citius capiat aliquem malefactorem: ex quo *text.* punctualiter docetur electio horum Capitaneorum, cum ipſorum cohortibus, cui ſubſunt, & quodnam eſt ipſorum officium, qui ad benè illud adminiſtrandum per quarteria diſtribui debent: ita quod concludendum eſt omnia reperiri per iura diſtinctim prouiſa, & populus lætari debet, dùm omnia, quæ fiunt, ſunt à legibus ordinata, ac ſtatuta.

De legitimatione, ſeu reſtitutione natalium.

SVMMARIVM.

1 *Prorex legitimat naturales, & ſpurios ad ſucceſſionem.*

2 *Citari debent ſucceſſores ab inteſtato, quando quis petit ſe legitimari; ſecus ſi fit legitimatio ad inſtantiam patris, ſiue in vita, ſiue poſt mortem.*

3 *Stylus Regiæ Cancellariæ, quod in legitimatione facta in vita patris apponitur clauſula, citra præiudicium liberorum, quæ de iure fundatur, & poſt mortem citra præiudicium venientium ab inteſtato, ex quo ſtantibus prædictis clauſulis fiunt legitimationes abſque alia partium citatione.*

4 *Nouiſſimè ex ordine Regiæ maieſtatis in legitimatione naturalium de familijs ſedilium noſtræ Ciuitatis apponitur clauſula, citra illorum præiudicium.*

5 *Prorex abſque partis citatione ad inſtantiam patris poteſt legitimare non ſolum naturales, ſed etiam ſpurios, & hæc eſt communis.*

6 *Conſilia Anchar. declarantur, & ſic aliorum deciſiones contra communem opinionem.*

7 *Cauſa legitima ſemper præſumitur in patre, quod limitatur, ſi habet filios legitimos, alias facienda eſt mentio filiorum, & cauſa exprimenda, & probanda, quæ ceſſant in Regno ex clauſulis, vt ſupra.*

8 *Aſſenſus ſunt ſoliti denegari illis, qui de filijs deſperati volunt in præiudicium ſuæ ceſſorum illa extraneis alienare, etiam quod feuda ſint hæreditaria, quod procedit in feudis antiquis, non autem nouis, & caſus ſucceſſi recenſentur.*

9 *Laus quondam Doctoris Pyrr. Anton. Lanarij Authoris Auunculi.*

10 *Intereſſe ſingulorum, vt ſingulorum non conſideratur in materia admiſſionis ad ſedilia, ſed ſufficit maior pars, & ita iudicatum.*

1 ITEM legitimare ſolent Proreges naturales, & ſpurios, etiam ad ſucceſſionem, & expediuntur priuilegia firmata per Proregẽ, & per vnum ex Regentibus, & per Præſidentem Sac. Conſil. quod nemo alius facere poteſt in *auth. quib. mod. nat. effic ſui, & Roman. & Iacob. in d. l. imperium, & Affict. vbi ſupra in prine.*

In qua legitimatione non citãtur agnati, nec alij ſucceſſores ab inteſtato, dùm fit ad
2 inſtantiam patris in vita, vel poſt eius mortem, quia ſic in teſtamento diſpoſuiſſet, ſed ſi nulla procedit teſtatoris diſpoſitio, tunc citandi ſunt ſucceſſores ab inteſtato, & hæc eſt communis doctr. *Bartol in l. gallus §. & quid ſi tantum num.* 14. *ff. de liber. & poſth.* &
3 propterea ſtylus Regiæ Cancellariæ eſt, fieri legitimationes in vita patris citra præiudicium liberorum, ex regula *text. in auth. præterea C. de nat. lib. Bald. in l. nam ita Diuus*

ff de adopt. Curt. Sen. cõſ. 73. Dec. in conſ. 698. Deci. conſ. 91. nu. 21. volum. 2. & dùm fiunt poſt mortem patris, fiunt cum clauſula, citra pręiudicium ab inteſtato ſuccedentium: ſi pater aliter in teſtamento non diſpoſuiſſet, & ordinariè fiunt quoad honorem, & reſtitutionem natalium, & nouiſſimè reſpectu
4 Sedilium noſtræ Ciuitatis addita eſt clauſula, citra illorum præiudicium, & propterea nemo citatur, & licet omnia hęc poſſet Princeps, tamen non ſolet, nec debet concedere beneficium in tertij præiudicium ad *text. in l. nec auus C. de emancip. liber. cum vulg.*

Et licet *multi* teneant opinionem *Bart.* procedere in filijs naturalibus tantum, non autem ſpurijs, qui cum cauſa ſunt legitimãdi; &
5 propterea citatis intereſſe prętendentibus, quia tunc videtur diſpenſatio, de quo per *Soccin. in l. falſa demonſtratio §. ſed etſi cui de condit. & demonſtr. Dec. in conſ. 165. verſ. ſecundo reſpõdetur, in conſ. 263. & 287. Soccin. Iun. conſ. 120. 2. vol.* cum *alijs ſequacibus.* Tamen communis eſt opinio in contrarium, & *omnes* intelligunt *Bart.* etiam in ſpurio, cum ratio, ex qua mouetur, reguletur à libera poteſtate reſidente in patre diſpoſitionis bonorum, quam etiam tradidit *Bald. in d. l. nam ita diuus*, & in ſpurio *idem Bald.* loquutus eſt in *d. l. gallus §. inſtituens 4. notab. & idem Socc. Iun. in alleg. conſ. 120.* cumulat *Doctor. num. 13. & nu. 38.* fatetur hanc eſſe communem opinionem, & hoc iu-
6 re vtimur; & *conſ. Anchar. 241. & 427. in quibus* ſe fundat *Soccin.* principaliter cum *ſequacibus*, loquuntur vel quando pater non ſupplicauit, nec ordinauit legitimationem, ſed eo inſcio filius impetrauit, vel quando tractatur de bonis fideicommiſſo ſubiectis, nõ autem de bonis paternis, & liberis, & *alij* loquuntur, quando legitimatio non eſt facta per Principem ſupremum, vt tũc ſemper requiratur probatio cauſæ, ſecundum *Bald. in*
7 *l. ſi teſtamentum C. de teſtam.* & in patre ſemper cauſa legitima præſumitur, *Alex. in conſ. 188. 1. lib Menoch. conſ. 19. nu. 22. 1. vol.* quod ſublimitatur reſpectu filiorum, ſecundum *Decian. in conſ. 91. vol. 2.* quia pater tenetur illis relinquere ſaltem legitimam, & ſic ratio liberæ diſpoſitionis ceſſat conſiderata per *Bart.* quo caſu non ſolum eſt facienda mentio filiorum legitimorum; ſed cauſa eſt exprimenda, & probanda; aliàs eſſet legitimatio ſubreptitia ſecundum *Paul. de Caſtr. in d. §. & quid ſi tantum*, ſed vt dixi, ſtylus Cancellariæ eſt non concedere legitimationes in præiudicium filiorum.

Immò intantum per iuſtiſſimos Reges, eorumq́, prudentes miniſtros hæc cuſtodiũ-
8 tur, vt in feudis hæreditarijs, quæ ad libitum alienari poſſunt à patre, vel à fratre, ſi de illis vult fieri diſpoſitio, dum filijs carent aſſenſus denegant, & ſi dare poſſunt, cum ſit gratia, ne quoquomodo ſucceſſoribus præiudicetur.

Et in ſorore practicatum eſt, dum alios non habebat ſucceſſores, quàm nepotes ex ſorore, vt ſit denegandus aſſenſus alienationi feudorum, quam facere volebat, dum filijs carebat, & hoc contigit inter cæteros cum Beatrice de Ebulo feuda hæreditaria poſſidente, quæ habens in ſucceſſorem ſororem, eiuſquè filios voluit illa alienare, fuitquè denegatus aſſenſus, quia deſperata de filijs faciebat in ſucceſſorum præiudicium; & pariter ordinariè eſt denegatus aſſenſus alijs, qui feuda hæreditaria habentes pro ſucceſſoribus vtriuſque ſexus volebant maſculina facere, cum qualitate tamen hæreditaria in excluſionem fœminarum, licet non tractabatur de alteratione naturæ ſucceſſionis in reliquis, & erat in beneficium Fiſci, quia reſtringebatur ſucceſſio, quod tamen in feudis hæreditarijs de nouo acquiſitis fuit aliquando diſpenſatum, vt poſſit primus acquirens illa donare, quando filijs caret, cui melius viſum fuerit in præiudicium fratrum legitimorum ſucceſſorum, vt appareat ex aſſenſu impetrato in Regia Curia prędcedente conſultatione Collateralis Conſilij ad inſtantiam Marchionis Mottę Buualinę, qui filijs caret, fratres habẽtis ſucceſſores, & nepotes, cum quibus non benè ſe habebat, & tamen de prædicto feudo diſpoſuit in beneficium vxoris; poſſunt denique Principes omnia facere. Sed vt dixi non ſolent, niſi ex vrgentiſſimis cauſis; & multa cumulata in materia legitimationis, & propriè illegitimatis, qui prætendunt ſe admitti, ſeu reintegrari ad honorem platearum Nobilium, ſeu Sedilium noſtræ Ciuitatis, vide in
9 *conſ. . . . . 2. volum.* Quod *conſilium* eſt quondam *Pyrri Antonij Lanarij recol. memor. mei Auunculi, celeberrimi Iuriſconſulti, integerrimi viri, ac omni virtutum genere cumulati:* cuius virtutes, ac partes eximiæ fuerunt tales, & tantæ, vt quondam *Bernardinus Rota Eques nobiliſſimus, ac Poeta facundus* infraſcriptum poſuerit *Epitaphium* in eius ſepultura.

PYRRVS ANTONIVS LANARIVS, LEGVM VERITAS, AMICORVM TVTELA, REIPVBLICAE ORNAMENTVM VIVIT HIC MORTVVS.

Benè aduerto, quod etſi in illa cauſa fuerit deciſum ſecundum conſultationem factam: tamen arbitror non deciſam causã ex

vltimis

vltimis motiuis,& argumentis, conſiderando in materia ſedilium intereſſe ſingulorum, vt ſingulorum,& alia *ibi* circa intereſſe conſiderata,ſed benè ex alijs rationibus,& fundamentis ex facto orientibus reſpectu filiationis, ſubreptionis,ac obreptionis prætenſæ legitimationis licet ſubtiliter, & altiori ſtylo omnia *ibi* conſiderata doctè,& elegan-
10 ter cumulata fuerunt. Nam pluries deciſum fuit legitimatos admitti ad honorem ſedilium, & ſignanter in cauſa illorum de Muſcettulis,quando in priuilegijs legitimationum non apponebantur clauſulæ,quæ hodie apponuntur: ex quibus tanto magis cõprobatur iuſtitia rerum alias iudicatarum, & hæc omnia latè fuerunt diſcuſſa in cauſa Camilli Villani, qui fuit aggregatus ad honores Sedilis Montaniæ per maiorem partem,multis contradicentibus: fuitquè deciſum maiorem partem poſſe præiudicare minori, non conſiderari intereſſe ſingulorum, vt ſingulorum, fuitquè prædictus Camillus admiſſus ad honores Sedilis,vt in *deciſ. 2. D. de Franch* & reſpectu legitimationis in ſe conſideranda eſt vis illius ex potentia reſidente in Rege legitimante: nam ſi Rex poteſt facere de illegitimo legitimum, cum omnibus ſuis qualitatibus, videntur ceſſare rationes tàm ſubtiliter in prædicto *Conſilio* ponderatæ.

De Decretis Collateralis Conſilij ſuper obligatione, ſeu alienatione rerum dotalium.

SVMMARIVM.

1 *Decreta ſuper obligatione mulierum pro viris,quomodo & qualiter interponantur.*
2 *Maritus tenetur ex bonis dotalibus ſatisfacere debitum vxoris contractum ante matrimonium.*
3 *Pragmatica circa Velleianum recenſetur.*
4 *Decretationes fieri ſolita per Collaterale ſuper memorialibus, quę à mulieribus dantur pro validatione obligationis ipſarum ponuntur, & de ipſorum validitate validè tractatur.*
5 *Velleianum habet locum in omnibus mulieribus,tàm in capillo, quàm in maritatis, & viduis.*
6 *Pragmatica Velleiani habet locum in omnibus mulieribus.*
7 *Decretatio Collateralis dum dicitur, liceat, quia vidua,vel liceat,quia in capillo eſt erronea.*
8 *Cauſa expreſſa in decreto continet manifeſtum turis errorem, illum annullat ſicut in ſententia.*
9 *Diſpenſatio requirit cauſam. quę ſi fuerit falſa vitiat, & idem ſi ratio expreſſa eſt eadem cum dicto.*
10 *Diſpenſatio abſque cauſæ cognitione eſt nulla.*
11 *Collaterale Conſilium non poteſt declarare, vel limitare leges inconſulto Principe.*
12 *Declaratio, quæ importat reuocationem diſpoſitionis non præiudicat, & dicitur tunc Princeps circumuentus.*
13 *Deciſio D. de Franch. refellitur multis medijs.*
14 *Cauſa finalis vocatur cauſa fiendi, quæ ſi eſt falſa actum annullat.*
15 *Contractus, qui propter partium intereſſe annullatur non ſubſtinetur factus cum reſeruatione diſpenſationis impetrandæ, ita quòd non iuuat ſi fuerit poſtea impetrata.*
16 *Nullum eſſe vel non eſſe idem important.*
17 *Sponſalia à lege reprobata non valent facta cum reſeruatione diſpenſationis Põtificis.*
18 *Differentia inter intereſſe partium, propter quod lex annullat actum vel intereſſe conſentire debentis, vt in materia aſſenſus ſuper rebus feudalibus.*
19 *Confirmatio eſt nulla ſi confirmabile eſt nullum.*
20 *Confirmatio actus nulli non releuat.*
21 *Confirmatio eſt conualeſcentia, quæ non poteſt habere locum in re pęnitus nulla, quæ habetur pro perempta, & mortua.*
22 *Differentia inter iuſſum mandatum, authoritatem, licentiam, conſilium, & inter conſenſum.*
23 *Licentia ſemper præcedere debet.*
24 *Ratihabitio in quibus caſibus non operetur ſuum effectum.*
25 *Velleianum locum habet, quomodocumque mulier ſe obliget pro quocumque, etiam pro viro, filio, aut patre.*
26 *In velleiano nõ attenditur pietas perſona, ſed pietas cauſæ, & ibi cauſa latè recenſentur.*
27 *Dotis reſtitutio in quibus caſibus poteſt fieri conſtante matrimonio.*
28 *Filia, & ſi non cogatur poteſt dotem expendere, vt patrem liberet à carcere.*
29 *Mulier inter cætera poteſt pro excarceratione viri ſe obligare.*
30 *Mulier poteſt fideiubere in fauorẽ pia cauſa, ſed non cogitur.*
31 *Deciſio D. de Franch. 578 refellitur in qua dicitur deciſum fuiſſe obligationem matris pro filio carcerato eſſe annullatam.*
32 *Text. in cap. cauſas autem in auth vt cum de appell. cogn. declaratur.*

23 *Mulier de iure communi certiorata poteſt renunciare Velleiano, ſed non cogitur.*

ARGVMENTVM.

Mulieres quomodo intercedere poſſunt. Maritus quando teneatur ſatisfacere debita vxoris. Decretationes Collateralis Conſilij circa diſpoſitionem Velleiani impugnantur. Differentia inter diſpenſationes ſuper Velleiano, & aſſenſus ſuper rebus feudalibus. Mulier in quibus caſibus poteſt fideiubere.

1 MVltoties petunt mulieres aſsẽſum, vt liceat ipſis pro viris ſe obligare, non obſtantibus *Regijs Pragmaticis* vetantibus alienationem, ſeu obligationem bonorum dotalium conſtante matrimonio; dùm exponunt neceſſitates virorum, de quibus capta ſummaria informatione, & etiam de vera voluntate mulierum, quod illa non ſit ſubducta, vel coacta, quodque cauſa ſit præciſa, iuſta, & rationabilis, ne vir detrudatur in carcerem, vel alia ſimilis, tunc diſpenſatur, & decreta interponuntur, ſed pul-
2 chra deciſa fuit quæſtio in Collaterali. An maritus bona dotalia teneatur alienare ex debito vxoris in actione perſonali contracto ante matrimonium, & conſequenter ſi tenetur, tanto facilius eſſet diſpenſandum in eum caſum; & decidimus teneri virum, quia bona in dotem data cenſentur deducto ære alieno, in quo eſt elegans *deciſio. Guid. Pap.* 447. etiam quod non ſint bona data in dotem ſub nomine vniuerſali, aut collectiuo, *deciſ.* notab. *Capyc.* 128. vbi multa cumulantur, & vide *D. de Franch.* omnia cumulantem in *deciſ.* 636. *in* 4. *part.* vbi refert deciſum per Sacr. Conſil. procedere hoc in ſubſidium, &c.

Sed extra caſum, quando mulier exprimit velle ſe pro viro obligare, ſed ſimpliciter illæ petere ſolent diſpenſationem obligationibus per eas faciendis, vel iam factis non obſtante Velleiano, & *Regia Pragmatica edita in anno* 1543. per *quam* non ſolum renouatur diſpoſitio Velleiani, ſed ſtatuitur poſſe mulieres illo iuuari, etiam quod certioratæ renunciauerint cum iuramento declarando iuramentum eſſe contra bonos mores ciuiles, & naturales; & propterea non eſſe obligatorium, iuxta regulam iuris Canonici, immò imponitur pœna priuationis officij Notario ſtipulanti, & tollitur poteſtas Regentibus Regiam Cancellariam, cuiuſcumque declarationis faciendæ.

Decretationes fieri ſolitæ per Collate-
4 rale ſunt in maritatis, videlicet, liceat dummodo non remaneant indotatæ, nec defraudatæ ipſarũ dotibus. In cæteris verò liceat, quia vidua, vel liceat, quia in capillo, & hæ fiunt per Scribas à mãdatis, & firmantur ab vno ex Regẽtibus abſque alia cauſæ cognitione, quod mihi ſemper viſum fuit erroneũ, & contra manifeſtam iuris diſpoſitionem, & ex Diametro contra *Pragmaticam*, & Regẽtes, qui aliter talia memorialia non legunt, ſed tãtum vt dixi, firmant decretum factum per Scribas à mãdatis, ſunt circumuenti, & ab illis decepti, credẽdo mulieres principaliter in ipſorum proprium beneficium contrahere pro ipſorum proprijs negotijs, non aliter pro alijs intercedendo, nec alienam obligationem in ſe ipſas ſuſcipiendo. In maritatis cadit decretatio quoad dotes, quia conſtante matrimonio nõ poſſunt de eis diſponere, & rurſus ſemper præſumuntur à viris oppreſſæ, & ob id de dotibus fit tantum mẽtio, ſed reſpectu aliorum bonorum extra dotes permittitur ſecundum hanc decretationem, & in viduis, vel in capillo dicitur, liceat, & dant rationem, quia vidua, vel quia in capillo, & iuſtè abſque alia cauſæ cognitione, ſi non intercedunt, & habent liberam diſponendi facultatem; dicitur liceat, ideſt non indiget diſpenſatione, quia vidua, vel quia in capillo; hoc enim cogitant Regẽtes, & hæc eſt ipſorum intentio, & ſic paſſim, & indiſtinctè abſque cauſæ cognitione decretationes firmant; ſed quia memorialia continent interceſſiones, & cum his decretationibus præſupponitur *Pragmatica* diſpenſatum, dixi quod decepti ſunt Regentes, & erroneæ, & nullæ ſunt tales decretationes, & contra manifeſtam iuris diſpoſitionem, & contra propriam *Pragmaticam*.

Ante enim Senatuſconſultum Velleianũ annullatæ erant tantum obligationes, quas mulieres pro viris faciebant, demum ſuper-
5 uenit Senatuſcõſultum, & reſpiciendo ſexus fragilitatem, & imbecillitatem mulierum extẽdit hoc beneficium ad omnes mulieres, vt habetur in *l. 2. ff. ad velleian. vbi Salic.* declarat, & ſic *totius tit. ff. & C.* diſpoſitio eſt generalis reſpectu omnium mulierum, & de viduis loquitur *text in l. tutor ff. ad velleian. in l. ſi mater C. eod. in auth. vt matri, & auia C. quan. mul. tut. off. fung. pot.* & licet in multis *iuribus* ponantur caſus in maritatis, hoc eſt propter frequentiam dicit *gloſ.* notabil. in *d. l. 2.* & ideò de maritatis tantum loquebantur antiquæ leges, cumque plures cõcurrant rationes, videlicet ſexus fragilitas, & mulierum imbecillitas, & in maritatis additur, quia ſecũdum *gloſ.* prædictam lex præſumit, quòd amore captæ, ſemper etiam violentatæ

lentatæ pro viris intercedant: non enim, quia hæc ratio deficit in viduis, & in mulieribus in capillo non remanet alia æquè principalis, immò maior fragilitatis, & imbecillitatis ſexus, vt ſic deficiente vna, dicamus non deficere aliam ex regul. *text. in §. affinitatis, inſtit. de nupt.* & ideò *Modern. Addent. ſuper Pragmatica* dixerunt *illam* habere locum in omnibus mulieribus quomodocumque intercedentibus, & ſignanter in viduis, & inter *cæteros ibi per Scagl. nu. 52.* pro abſoluto habitum hoc fuit alias in Sac. Conſil. vt per *D. de Franch. in deciſ. 279.* & in proprio caſu eſt facta *Conſtit. Reg obſcuritatem*, per *quam* ſic tradidit ad intellectum prædictæ *Pragmaticæ*, *idem D. de Franch. in deciſ. 623. nu. 8.*

Pragmatica hoc in indiuiduo determinat: nam in *ſui principio* loquitur reſpectu mulierum omnium, quibus omnibus Senatuſconſultum ſuccurrit propter ipſarum mulierum fragilitatem, & ſexus imbecillitatem: narrat demum, quod eadem fragilitate inducebantur ad renunciationem Velleiani, & demum dicit, quod perſuaſionibus inductæ, & vt plurimum maritalibus, dotiũ, & aliorum bonorum priuatæ reperiebãtur, & ibi, *vt non contenti homines, & vt plurimum mariti, &c.* Ita quod *Pragmatica* non ſe reſtringit ad mulieres tantum maritatas, ſed generaliter de omnibus loquitur, bene tamen dicit, quòd vt plurimum perſuaſæ à maritis propter metum, & violẽtiam ad renunciationes faciendas inducebantur, vt ſic cauſa finalis, & principalis fuerit obſeruantia Velleiani, & omnibus mulieribus ſuccurrere, quæ ex prohemio ſemper talis præſumitur, de quo ad ſaturitatem per *Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa in princ. nu. 64. in prima limitat.*

Si igitur indubitati iuris eſt, Senatuſconſultum habere locum in omnibus mulieribus intercedentibus, & illud mandat *Pragmatica* inuiolabiliter fore ſeruandum: ergo dum dicitur, licet quia vidua, non poteſt hoc intelligi, quia viduæ licitum eſt intercedere, vel liceat, quia in capillo, quaſi ſit illi permiſſa intereſſio, nec mulieri maritatæ, dùm extra dotes intercedẽdo obligat ſua propria bona: nam eſſet contra caſus iurium, & directè contra diſpoſitionem Velleiani, & cauſa expreſſa contineret expreſſum iuris errorẽ, ob quod nulla redderetur decretatio, ad *tex. in l. cum verò §. ſubuẽtum ff. de fideic. libert. in l. 1. ff. ne vis fiat ei*, & idem voluerunt *Doctor.* in ſententia, quando in ea eſt expreſſus error iuris manifeſtus ad *text. in l. 2. quand. prou. non eſt neceſſ. in l. qui teſtamento ff. de excuſ. tut. Bart. & omnes*, & præcipuè *Alex. & Iaſ. in l. qui Romæ §. duo fratres de verb. obligat.* & eſſet eadem ratio cum dicto, quæ nullius eſt momenti, *Bart. in l. fin.* per illum *text. ff. de offic. Proc. Cæſar. in l. qui interrogatus in princ.* per illum *text ff. de petit. hæredit.* & ſi dicimus hoc importare diſpenſationem, illa requirit cauſam, quæ ſi eſt falſa annullatur, eleganter *Oldrad. in conſ. 256.* intantum quòd cauſa inſufficiens expreſſa vitiat *Gozzad. in conſ. 6. nu. 25.*

Et rurſus cum hæ decretationes fiãt abſq; cauſæ cognitione nulla præcedẽte informatione, ſic paſſim, & indiſtinctè, & tractatur de abrogatione legis; *iura*, & *Doctor.* voluerunt eſſe nullas ad *text. in l cum hi §. ſi prætor ff. de tranſact.*, *Scribent. in cap. 1. de reb. eccl. non alien.* ob quod quando non ſumus in antiquo, voluerunt communiter *Scribent.* cauſæ cognitionem non præſumi, niſi ſaltem fuerit illa enunciata in decreto, vt poſt *alios* latiſſimè *Felyn. in cap. quoniam contra de probat. nu. 37. verſ. ſeptima concluſio, qui Doctor.* cumulat, & in diſpenſatione quod irritetur, quando non præcedit cauſę cognitio, dicit *Innoc. in cap diuerſis de cler. coniug. in cap. veniens de filijs presbyt.*

Et ſi diceretur Collaterale declarare, & limitare *Pragmaticam* dicimus vnũ ex Regentibus, imò totum Collaterale hoc facere minimè poſſe inconſulto Principe, & cum hoc importaret, non declarationem, ſed reuocationem *Pragmaticæ*, quia omnes has mulieres Senatuſconſultum, & *Pragmatica* compræhendit, tunc declaratio nullo modo præiudicat, deciſio communis eſt *Paul. de Caſtr. in l. haredes palam §. quid tamen nu. 4. ff. de teſtam. Felyn. in cap. cum olim num. 5. de re iudic. latè Aym. de antiq temp. in princ. in cap. incip. non ommitto nu. 32.* & ideò voluerunt communiter *Scribent.* dùm declaratio importat reuocationem gratiæ, aut legis factæ, Papam, aut Principẽ intelligi circumuentum, vt per *Aym. vbi ſupra*, latè in *meo conſ. 1. num. 50. 1. vol.* prout ſic intelligi debet Regentes circumuentos in caſu, de quo tractamus.

Et ſi *Pragmatica* expreſsè mandat Regentibus, quòd ſecundum *eam* iudicare debeãt, & expreſsè tollit illis poteſtatem faciendi quamcumque declarationem, ergo decretatio eſt pẽnitus erronea, quatenus in ea vult induci declaratio, diſpenſatio, aut derogatio *Pragmaticæ*.

Ex quibus videtur nullo modo poſſe ſubſtineri id quod *D. de Franch.* dicit in *eadem deciſ. 623. num. 26. verſ. ſic dicebatur*, vt verba prædicta, quia vidua exprimant cauſam,

quare Vicerex mouetur ad diſpenſationem, ſcilicet, quia eſt vidua, & quaſi quòd ſit libera, & non ſubiaceat viro, cuius metu ſe obligaret, quæ fuit cauſa impulſiua *Pragmaticæ* ſecundum *eum*, aliàs dicit, quòd erronea eſſet decretatio, & non eſt præſumendũ, quod Regentes, qui fuerunt viri doctiſſimi à principio prędictæ *Pragmaticæ* hac forma vſi fuiſſent.

Si *Pragmatica* reſpicit fragilitatem ſexus, & nõ libertatem perſonæ, ob quod compræhendit omne genus mulierum, ergo falſa eſt prędicta ratio conſideratæ libertatis.

Secundo, ſi prohibitum eſt Regentibus nõ ſolum diſpenſare, ſed declarare, & hoc non ſolùm faciunt Regentes, ſed vnus tantum ex Regentibus: ergo nulla eſt decretatio.

Tertio, ſi hoc importet diſpenſationem, & hæc fieri debet cum cauſæ cognitione, & hæc, vt ſupra diximus, omninò deficit, ergo nulla eſt diſpenſatio.

Quarto, ſi demonſtratum eſt cauſam finalem fuiſſe obſeruantiam Velleiani, & ſuccurrere quibuſcumque mulieribus, ergo non eſt verum id quod dixit de cauſa impulſiua.

Quinto quis dixit, quòd ijdem Regentes, qui *Pragmaticam* conſuluerũt in *anno* 1543. quòd ijdem demum hanc ſpeciem decretationis fecerint.

Sexto, ſupra diximus Regentes circumuentos, & hanc ſpeciem decretationis benè procedere in viduis, & in mulieribus in capillo, quando non intercedunt, quia liberę, & in hoc benè procedit ratio *D. de Franch.* ad differentiam maritatarum, in quibus pręſumitur metus, & iuſtiſſimè vnus Regens firmat decretationem, quia non eſt tali caſu diſpenſare, aut declarare Regentibus iam per *Pragmaticam* vetitum; ſed eſt decernere non adeſſe interceſſionem, & conſequenter non procedere tali caſu diſpoſitionem *Pragmaticæ* ceſſante Velleiano.

Septimo, ſi *Pragmatica* compræhendit viduas, dicendo, liceat quia vidua, nonne eſt eadem ratio cum dicto, ergo nulla eſt *ex præallegatis*.

Octauo, ſi in diſpẽſatione requiritur cauſa, & cauſa ſufficiens, & tractatur de diſpenſatione in vidua, pro qua etiam eſt facta lex, ergo ſi vidua eſt prohibita, quomodo ratio prohibitionis ratione ſexus fragilitatis poteſt eſſe eadem ratio diſpenſationis deſtructiuæ legis ex eadem ratione conditæ, vt ſic vndique dicere debeamus non procedere dicta per *D. de Franch. in dicta ſua deciſione*, quæ eſt poſita in 4 *volum. ſuarum deciſionũ*, quæ fuerunt impreſſæ poſt ipſius mortem, & ſic non reuiſæ, nec digeſtæ per *eum*, qui verè ſuo tempore fuit laborioſus, & eminens miniſter, ſuoq; officio maximopere vacauit negotijs ſemper intentus, maxima cum vigilantia, & charitate.

Nono, & vltimo dictio, *quia* importat cauſam finalẽ, & cauſa finalis vocatur cauſa
14 fiendi, quæ eſt tantæ potentię, vt vitiet actũ, ſi ea eſt falſa, *Bald.* eleganter in *l. 1. C. de falſ. cauſ. adiect. num. 17.* Vnde cum eſſe viduam non tollat *Pragmaticam*, quia etiam pro vidua eſt illa facta, & eſſe talem non inducit cauſam diſpenſationis, & hęc fuit cauſa per verbum illud, *quia* ergo omni iure decretatio talis non poteſt defendi.

Hæc clariora erunt, ſi præcedit contractus, & poſtea ſubſequitur hæc decretatio, quatenus vt dicimus, vult ex illa inferri ad diſpenſationem *Pragmaticæ*, nam ſtante reprobatione, & expreſſa prohibitione ſimilium contractuum, taliter quod ſunt pœnitus à *lege*, & *Regia Pragmatica* aboleti, irritati, & pœnitus annullati, & hoc non ex defectu conſenſus Superioris, vt in re feudali, ſed propter intereſſe partium ſunt con-
15 tractus perpetuò prohibiti, propterea contractus factus cum reſeruatione diſpenſationis impetrandę erit nullus, deciſ. eſt communis *Innoc. in cap. ſuper eo, de cond. appoſ.* & diſpenſatio ſuperueniens, ſeu licentia nil iuuat, quia reperit contractum pœnitus annullatum, & extinctum, ſtatim quòd fuit ille celebratus, quæ eleganter diſcurrit *Imol. in l. eum vir col. 3. nu. 4 ff. de vſucap.* diſtinguẽs quando quid eſt perpetuò prohibitum, vel ſimpliciter quando eſt omninò nullum, vel ſimpliciter nullum, quando tractatur ſolum de præiudicio aſſentientis, & propter hoc eſt actus prohibitus, vel propter intereſſe partium, & publicum bonum: nam quando eſt quid omninò nullum ſemper prohibitum propter intereſſe partium, tunc aſſenſus ſubſequens non iuuat, nec poteſt confirmare, aut validare actum iam annullatum, & extinctum ſtatim in ipſius ortu, qui ex iuris diſpoſitione non eſt in mundo, nec datur ip-
16 ſius exiſtentia; nam idem eſt non eſſe, vel nulliter eſſe ad *text. in l. 3. §. non quauis ff. de cont. tab. in l. 4. §. condemnatum ff. de re-*
17 *iudic.* & ideò *Innocent. vbi ſupra*, tradit non valere ſponſalia contracta, ſalua diſpenſatione Pontificis, dùm illa ſunt à lege reprobata, & ſic eleganter diſtinguit *Camer. in*
18 *repetit. cap. imperialem cart. 87.* in quæſtione illa *Iſern.* an aſſenſus poſſit ſubſequi contractum feudalem, quem ſine aſſenſu lex annullat, ſed quia tractatur ibi de Regis intereſſe, actus non eſt omninò nullus, & excitatur

tur stare in pendenti propter spem reconualidationis, quod decidit *ibi* per prius *Andr. nu.*14.ibi *agitur enim hic de præiudicio assentientis, & sic potest præcedere, & subsequi, secus si ageretur de præiudicio alterius*, quo casu secundum *Andr.* non potest actus celebrari reseruato assensu Domini, & cum actus sit omnino prohibitus Domini assensus, & confirmatio nil operatur, cum confirmatio, seu assensus non est actus de per se stans, sed oportet, vt habeat, vbi figat pedes, & propterea si confirmabile est nullum,
19 pariter confirmatio erit nulla, quæ eleganter docet *Bald in l. falsus C. de furt. & idem Bald. in l. nominationes C. de appell.* di-
20 cit *ibi in princ.* quòd confirmatio actus nulli non releuat, quia præsupponitur aliquid esse, licet minus perfectum, ideò quod nullum est, confirmari non potest, & *vt ipse in fin.* dicit confirmatio est conualescentia,
21 quæ non potest dari in re perempta, & mortua, vt est hic dispensatio subsequens actũ pœnitus nullum, & à lege reprobatum, quę optimè declarat distinguẽdo *Luc de Penn. in l nulli C. de fund. patrim. col. 1. vers. consensus quoque Domini, & Imol. in d. l. cum vir*, ibi, *actus ab initio fuit omnino nullus, & non confirmatur, aut non fuit omnino nullus, & tunc secus*, de cuius nullitate hic non est ambigendum, vt supra diximus, ergo non potest iuuare hic dispensatio subsequens, sed præcedere debet, intantum, quod *Capyc. in repet cap. imperialem car. 37.* tenuit authoritate *Innoc.* etiam in quæstione *Andr.* quod sequuto assensu debet actus de nouo fieri, eandemq; opinionem tenuit per prius *ibidem Anton de Alex.* quòd etsi in materia feudali non procedat, quia non est actus omnino nullus, & tractatur de solo præiudicio assentientis; tamen in casu, de quo agimus, est decisio punctualis, cum non tractemus de actu permisso à lege cum consensu Domini, de cuius tantum interesse tractaretur, sed de actu simpliciter à lege pœnitus improbato, annullato, & declarato esse contra bonos mores ciuiles, & naturales, & nullum verbum, nec de iure communi, nec per *Pragmaticam*, vt ille valeat cũ consensu Domini: poterit enim ille fieri de licentia Domini, qui vt talis est supra leges, potest illas tollere, dispensare, & nouas condere, sed & hoc ponderetur, quando actus non potest fieri, nisi de licentia Domini, oportet quod licentia præcedat, & ratio viua est, quia alias ex expressa ipsius reprobatione, & nullitate, statim quòd est actus factus, venit ille à lege prohibitiua annullatus, & licentia subsequẽs actũ
22 non reperit. Hæc est communis theorica Bart. distinguentis inter iussum, mandatum, authoritatem, licentiam, & consilium, & inter consensum, vt licentia, & reliqua de-
23 beant præcedere, consensus verò requisitus possit subsequi in *l. si autem ff de aqu. plu. arc. in l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acquir. hared* per quæ sic distinguit, & tradit ad propositum latius *Afflict in d. cap. imperialẽ in 24. not. in fin. 1. col.* ibi *non obstat & decis. Bart.* est cõmunis, vt p *Alex. in d. §. iussum nu. 9. vers. cui adde & Ias. ibidem nu. 37. vers.* 3. in quantum dicit *Bart.* quòd licẽtia debet præcedere, allegatur communiter decisio *Ioan Andr. in cap. cum in veteri de elect. nu. 19 quem* allegat, & sequitur *Bald. in rubr. de exercit. nu. 3. vers. quid si verba*; quæ decisiones sunt particulares ad casum.
24 Quibus pro conclusione addatur decisio *Bald. in l fin. C. ad Maced.* in materia ratihabitionis, *qui* limitat *text.* illum, vt ratihabitio non seruiat, nec operetur suum effectum in infrascriptis casibus.

Primo, quando non reperit principium conseruabile, vt hic per annullationem, & extinctionem præcedentem actus à lege reprobati.

Secundo, quando peccat in alio, quam in consensu, quod vt diximus est in proprio casu, dum propter fragilitatem, & imbecillitatem mulierum, & propter illarum interesse, & non ex defectu consensus Domini actus annullatur, & reprobatur.

Tertio, quando actus expirauit tempore, vt hic reprobatione, annullatione, & extinctione ipsius, statim quòd fuit celebratus, intantùm quòd Notarij priuantur officijs, & alijs pœnis plectuntur, vltra annullationem iuramentorum.

Quarto, quando actus est talis, quòd non potest pendere, vt hic ex supradictis, quia declaratus est contra bonos mores ciuiles, & naturales.

Quinto, quando requiritur pro forma rei agendæ, de quo in causa, de qua agimus non potest dubitari.

Sexto, quando requiritur licentia, vel consilium, nam dixit *Bald.* ratihabitio, quæ potest subsequi, non æquiparatur licentiæ, vel consilio, quæ debent præcedere, & allegat *text. in d. cap. cum in veteri*, & sicut assensus superueniens in alienatione feudi non iuuat; si medio tempore præcedit reuocatio vigore *Constit. Reg.* quia tunc per reuocationem precedentem contractus annullatur, & amissa est omnis spes reconualidationis de quo per *Afflict. Capyc.* & latius *Camer. in d. cap. imperialem*, ita pariter in casu, de

quo

quo tractamus, ſtante reuocatione, & annullatione ipſo iure facta à *Pragmatica*, ſtatim quod contractus fuit celebratus, cum lex ſemper loquatur ad *text. in l. arriani C. de hæret.* Ita quod diſpenſatio ſubſequens non poteſt operari, cum negotium non ſit integrum, extrema non ſint habilia, & eſſet in præiudicium iuris parti acquiſiti, quo caſu nulla põt fieri retrotractio ad *text. in l. bonorũ ff. rem ratam haberi*, cum *alijs* latè cumulatis per *Bart. in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucap.* vbi eſt ſua materia, ſuper quibus cogitetur; nam ea ſufficit attigiſſe.

25 Ex his firmatur indubitata concluſio, mulieres iuuari velleiano, quomodocumque ſe obligent, ſiue pro viro, ſiue pro filio, ſiue pro patre, & quomodocumque alienam in ſe ſuſcipiant obligationem, de quo in *l. 3. in l ſi paternam, in auth. ſi qua mulier, & tot. tit. C. ad velleian* nam vt dixit *Salycet. poſt*
26 *Bald. in d. l. 3.* non attenditur pietas perſonæ, ſed pietas cauſæ, & ſic procedit *text. in l ſi dotare, in l pen. & fin. C. eod.* ſecundum *Salyc. qui* loquuntur in cauſa dotis, in manumiſſione, & *text. in l. quamuis cum l ſequ. ff ſol. matrim. qui* loquuntur in cauſa redemptionis ab hoſtibus, à latrõnibus, vel quando mulier aliquem de neceſſarijs ſuis à vinculis vendicaret, vel vt liberis, aut fratribus egentibus, ſeu parentibus conſuleret; & reddit rationem *tex. in d. l. quamuis*, quia iuſta, & honeſta cauſa eſt, & *Bald. ibi, & Alber.* dixerunt *iura* illa loqui exemplificatiuè: nam idem volunt eſſe, vbicumque eſſet cauſa honeſta, quod per prius tenuit *ibi Bart.* vt quando negotium iudicatur noſtrum naturali ratione, iudicatur vt proprium negotium re ipſa, vt ſi mulier dotem ſuam expenderit, vel interceſſerit, vt ſanguinem ſuum redimeret, vt latius *ibi per Alex.* Hinc *Imol.*
27 *ibidem* dixit, quòd ex tribus cauſis poteſt fieri dotis reſtitutio conſtante matrimonio, vel eam expendi, ſcilicet neceſſitatis, vtili-
28 tatis, & pietatis, ſiue honeſtatis: Ex quo infert, quòd etſi filia non cogatur expendere dotem, vt patrẽ liberet à carcere; ſi tamen hoc facit, piè facit, & lex ipſam cõmendat, quia opus pium facit, vt notat *ibidem Alex. nu.* 10. poſt *Bal. qui omnes* ponderant *text. in l ſed ſi ideò*, quæ eſt *lex* ſequens ad *text. in d. l. quamuis*, ibi, *vel vt mulier aliquem de neceſſarijs ſuis à vinculis vendicaret*: ob
29 quod conſuluit *Riminal. in ſuo conſil. 67. 1. vol.* poſſe mulierem intercedere pro excarceratione viri, & latius *Surd. in conſil. 367. 3. vol.* & ſic fallit *text. in d. authent. ſi qua mulier*, attendendo ſecundum *Salyc. & Bal.* non pietatem perſonæ, ſed cauſæ: ob quod communis eſt ſententia, & fallentia ad re-
30 gulam, poſſe mulierem fideiubere in fauorem piæ cauſę *Roman. in auth. ſimiliter nu.* 20. *C. ad leg falcid. Aret in §. item ſi nu.* 31. *inſtit. de except. Soccin. in fallent.* 310. *Calca. conſ.* 13. 2. *colum. verſ. prima quia*, *Tiraqu. in tract. piæ cauſæ priuil.* 113. poteſt enim non intercedere mulier ex cauſis prædictis, quia ſecundum *Imol.* vt diximus non cogitur, ſed ſi facit, piè facit, & hæc cauſa pia excludit Velleianum. Ob quod duriſſima mihi viſa fuit *deciſio* relata per *D. de Franch in 4. vol. ſuarum deciſionum num.* 578. vt
31 obligatio facta per matrem pro liberatione filij carcerati ex cauſa debiti, ſit annullata, ratione Velleiani, nam non ſolum, vt diximus, adeſt cauſa pietatis, quia mater, cuius viſcera ſunt filij; ſed adeſt cauſa pia, quia pro liberatione à carceribus, & vt diximus, eſt cauſa naturalis, quę iudicatur propria redimendo proprium ſanguinem, ita quòd *deciſio* eſt contra *iura*, & contra communem *omnium Doctor.* & dùm refert illam
32 deciſam per *text. quem* dicit expreſſum in *§. cauſas autem, auth. vt cum de appell. cognoſc.* & quæ per illum *text.* tradidit *Greg. Lop. in quinta partit. titu.* 12. *l.* 3. videtur mihi equidem *text.* illum pœnitus non facere ad caſum, loquitur enim in cauſis exhæredationũ, & inter cæteras ponit illam, quando filius requiſitus à patre carcerato, noluit pro ipſo fideiubere, vt poſſit ex hoc exhæredari, & ſubſequitur *textus*, vt hæc cauſa in maſculo tantum procedat, quid ergo commune hæc diſpoſitio noua, & pœnalis in caſu exhæredationis cum caſu de quo agitur, in quo habemus alia *iura* in caſu proprio loquentia, & communem concluſionem *Scribent.* vt in cauſa pia ceſſet Velleianũ, alias ex hoc caſu diuerſo induceremus correctionem *iurium*, & quòd erronea fuerit communis cõcluſio, vt ſupra relata, quòd in cauſa pia ceſſet Velleianum. Ratio enim *text. in §. cauſas*, vera fuit, ne mulieres remaneant indotatæ, dum nolunt exercere cauſam illa pietatis, & ideò *Conſtitutio* illa pœnalis eas excludit, & non ratio Velleiani, quicquid *ibi gloſſ.* dixerit.

Sed fortius, & hoc attendatur, Velleianum habet locum in muliere voluntariè ſe obligante reſpiciendo lex fragilitatem ſexus, ita quòd non data obligatione, non datur Velleianum, cum ſit exceptio ad regulam, qua non exiſtente non poteſt illa competere. Si ergo *text. in §. cauſas* loquitur, quando pater requirit filium, & ſic vult illum compellere ad obligandum, & in pœnam dat exhęredationẽ, à quo excludit filiã, ita quòd non

ſumus

ſumus in actu voluntario, nec in obligatione facta, ſed in facienda: quid igitur in hoc commune Velleianum nulla præcedente obligatione.

Rurſus loquitur *textus* vt dixi in actu debito, vt filius intercedere habeat pro Patre, à quo lex illa excludit fęminam, quia ſecundum *gloſ.* tuta eſt Velleiano, dùm illa non vult intercedere; ſed ſi propter cauſam piam vult hoc facere, hoc dicit *Imol.* quòd etſi non cogatur liberare patrem à carceribus, ſi tamen hoc facit, piè facit, & lex ipſam commendat, in quo demum ſuccedit concluſio communis, vt interceſſio in piam cauſam valeat, & ceſſet Velleianum: vnde aliud eſt tractare de caſu neceſſario, & pęnali, & procedit *text. in §. cauſas*, & aliud eſt tractare de actu voluntario, & cauſa pia, & non procedit ille *text.* ſed diſpoſitio *iurium allegatorum*, & cõcluſio communis, & quod
33 hoc ſit verum de iure communi mulier certiorata poteſt renũciare Velleiano, & etiam ſecundum *leges partitarum*, & *idem Gregor. Lop. in l. 4. tit. 7. part. 6.* dicit, quòd licet hoc mulier poſſit, noluit lex adſtringere ad talẽ renunciationem; ergo conſiderauit lex voluntatẽ mulieris in hoc caſu; nam alias debebat renunciare, ſi in eius voluntate erat, filius tenebatur, & non erat tutus, vt mulier, dum non vult exercere actum pium dependentem à ſua mera voluntate; & ſic mulier dum non vult intercedere, tuta eſt velleiano, & hoc modo intelliguntur *leges partitarum, quæ* ſunt in hoc expreſsè, in quibus principaliter fundatur *Gregor. Lop. qui* ponit rationes prò, & contra, & nihil determinat, nec contrarijs reſpondet; quando verò mulier vult ſe obligare, tunc eſt alius caſus, & in hoc generaliter reſiſtit Velleianũ, & hæc eſt regula, quæ demum fallit, dùm intercedit in cauſam piam, vt ſupra diximus, & hęc eſt vera, & iuridica concluſio fundata in puris iuris terminis: vnde cum illa diſpoſitio *text. in §. cauſas* ſit pœnalis, ac noua, & loquitur in caſu tam diuerſo, non poteſt ex illa argui ad caſum de quo agimus, quæ non conſiderauit *Gregor. Lop.* nec de his aliquid tactum fuit in *d. deciſ.* Sac. Conſ. ſuper quibus cogitent peritiores.

SVMMARIVM.

1 *Vxor quicquid emit conſtante matrimonio ſibi & non marito acquirit, quanquàm præſumatur emiſſe de pecunia viri, cuius tantum viro debitrix remanebit.*

2 *Vxor quod acquirit ſibi, & non viro acquirit.*

3 *Vxor quæ reperitur poſſidere, præſumitur, quòd ſint ſua in poſſeſſorio, & etiam in petitorio quoad extraneos, & idem reſpectu viri, ſi habet poſſeſſionem ante matrimonium.*

4 *Præſumptio text. in l. quintus de donat. inter vir. & vxor. non habet locum, quando probatur, vnde pecunia ad vxorem peruenit.*

5 *Vir tenetur probare vxorem, bona acquiſiuiſſe conſtante matrimonio.*

6 *Vxor emens conſtante matrimonio rem de pecunia à viro donata, ſibi rẽ acquirit contra Plat & Pyrr. remanente actione viro ad pecuniam, vbi limitatur in ſubſidium, quatenus vxor eſſet effecta locupletior.*

7 *Vxor emens præſente viro, & aſſerente emere de propria pecunia, non per hoc ei creditur contra Menoch aliter ſentientem.*

8 *Confeſſio facta inter perſonas contrahere prohibitas non iuuat.*

9 *Donata vxori contemplatione viri, erunt viri, & ſic è contra quod procedit etiam in dubio.*

10 *Factum contemplatione mea, directè in meam perſonam factum videtur, ſic legatum filio ſub commemoratione patris, & relictum monacho contemplatione Monaſterij, & donatum Ambaſciatoribus contemplatione Principis.*

11 *Mulier habere poteſt bona triplicis generis videlicet dotalia paraphernalia & alia extra dotem, & ibi quomodo maritus habet illorum bonorum adminiſtrationem.*

12 *Donatio facta marito contemplatione vxoris, & tanquàm illius marito ſemper vxori acquiritur, nulla habita diſtinctione, ſi quòd donatum eſt, vxori conuenit, & ſic è contra.*

13 *Priuilegia omnia intelligi debent ſecundum conditionem, & qualitatem conceſſionarij.*

14 *Limitatio Menoch. confutatur, dùm tradidit, quòd quando conſanguineus eſt Princeps non attenditur cuius contemplatione datur, ſed quòd acquiratur abſolutè donatario, & ibi declarantur termini text. in l. cum multa C. de bon. quæ lib.*

15 *Feudum ex pacto, & prouidentia reſpectu primi acquirentis ſẽper intelligitur hæreditarium, quia illius contemplatione ſucceſſoribus eſt conceſſum.*

16 *Dignitas mulieri acquiſita, vt puta ſi fuerit effecta Ducisſa, vel Principiſſa, an eius maritus eandem acquiret dignitatem.*

17 *Mulier regulariter corruſcat nobilitate, & dignitate viri, non autem è contra, vbi limitatur regula in muliere in maxima dignitate conſtituta.*

18 *Dignitas vxoris, & ſi nobilitet virum, non tamen in perſona vili erit eadem dignitas, quæ eſt in vxore.*

19 *Nobilitas viri propter mulierem nobilem eſt de facto non de iure.*

20 *Vir nobilitatur, quando vxor eſt domina Comitatus, aut Principatus, & ſic procedit conſuetudo.*

21 *Verba intelliguntur in potiori ſignificatu.*

22 *Verbum corruſcare ex radijs vxoris importat quòd vir non acquirat dignitatem propriam vxoris.*

23 *Aliud eſſe talem, & aliud haberi pro tali, quo caſu iura exorbitantia non habent locum in eo, qui habetur pro tali.*

24 *Proprietas, & poſſeſſio maximè differunt.*

25 *Poſſeſſio ad hæredes non tranſit.*

26 *Dominium inueſtitura, & ſucceſſione acquiritur, non autem poſſeſſio.*

27 *Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum.*

28 *Comes, vel alius Baro titulo decoratus refutando feudum filio vel Officialis deponendo officium cum Domini voluntate licet ratione priſtinæ dignitatis gaudere debeãt honorarijs priuilegijs, non tamen gaudebunt propria dignitate, maximè quando datur ſucceſſio in ea, & ibi quomodo practicatur.*

29 *Dignitatem habens cum adminiſtratione præfertur alijs eandem habentibus ſine adminiſtratione.*

30 *Priuilegium non competens iure proprio, ſed alteri conceſſum per medium cuius alij eodem priuilegio gaudent; tunc illo principali mortuo priuilegium ceſſat, & ibi deciſiones, & exempla.*

31 *Vxor corruſcat iure mariti illius dignitate, & participat paſſiuè, & non actiuè radijs viri. & ſic è contra.*

32 *Dignitas quæ perſonæ cohæret, nec cum patre communicatur.*

33 *Vxor vidua, quomodo gaudebit viri priuilegijs.*

34 *Vidua non gaudebit dignitate viri, quæ habebat annexam adminiſtrationem.*

35 *Cauſa inductiua, & productiua dignitatis habens tractum ſucceſſiuum ſi deficit, omnis dignitas ceſſat, quia requiritur tàm ad inducendum, quàm ad conſeruandum*

36 *Officium ceſſat, quãdo qualitas certa ceſſat, quæ fuit cauſa officij.*

37 *Cauſa duplex, fiendi, & eſſendi.*

38 *Cauſa infirmante ſuperueniente, omne priuilegium ceſſat.*

39 *Priuilegium ratione perſonæ conceſſum, ceſſat ea deficiente, quando perſona fuit immediata cauſa priuilegij.*

40 *Deciſio Boſſ. commendatur.*

41 *Priuilegium iure irregulari quæſitum ex cauſa tunc exiſtente etiam in his, quæ momento acquiruntur, eo denique iure ceſſante, ceſſabit ipſius cauſa acquiſitum.*

42 *Conceſſum alicui ratione dignitatis, ceſſabit dignitate ceſſante.*

43 *Dignitas eadem non poteſt eſſe pœnes duos in Regno, nec duo poſſidere in ſolidum, nec ſedere eodem loco poſſunt.*

ARGVMENTVM.

Vxor quicquid emit conſtante matrimonio, vel acquirit; ſibi, non viro acquirit, licet præſumatur ex pecunia viri, Donata vxori erunt viri, & ſic è cõtra. Feudum ex pacto, & prouidentia reſpectu primi acquirentis eſt hæreditarium. Mulier corruſcat radijs viri, & non è contra, niſi in Magna Comitiſſa, quando tamen habet dignitatem in proprietate Vir, & ſi corruſchet radijs vxoris Comitiſſæ non dicitur habere propriam illius dignitatem in eius perſonam. Vxore mortua omnis corruſcatio viri ceſſat. Refutans feudum titulatum filio, non remanet amplius pœnes ipſum dignitas eadem. Dignitas cum adminiſtratione præcedit omnes alias ſine adminiſtratione. Dignitas eadem nõ poteſt eſſe pœnes duos in Regno.

§. I.

1 CVM Q. loquuti ſumus de bonis proprijs mulierum, operæpretium duxi ponere hic, quæ ſcripſi *in l. etſi inſtrumenta C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſ. lib.* 10. ad declarationem quo modo mulier bona acquirat conſtante matrimonio, & quomodo de pecunia viri, & cui, an ſibi acquirat: nã eſt materia quotidiana, & nõ reperies alibi, ſic benè explicatã.

Notat *Bart.* ſeptimo, quod vxor emens conſtante matrimonio rem aliquam, illa erit ipſius vxoris, quamquam præſumatur empta de pecunia viri, ſecundum regulam *tex. in l. quintus ff. de donat. int vir. & vxor.* Erit enim debitrix in pretio, ſed res erit vxoris quæ emit, & ſibi acquiſiuit ad *text. in l. 1. & in l. multum intereſt C. ſi quis alt. vel ſib.*

2 *quem* ſequũtur *Plat. Rebuff. & Pyrr.* hinc & vxor acquirit, nõ acquirit viro, firmat *Bald.*

3 *in l. ſi vxorem tuam C. de cond. inſer.* & quæ reperitur poſſidere, præſumitur in poſſeſſorio, quod ſint ſua, & idem in petitorio, dicit *ibidem Bald.* quoad extraneos, quo verò ad virum, eiusque ſucceſſores ſi habet vetuſtiorem poſſeſſionem ante matrimonium, præſumentur ſua abſolutè, ſi verò poſteriorem dicit

dicit *Bald.* quod præſumuntur acquiſita de pecunia viri, itaque ſecundum *eum* nõ erunt hoc caſu viri, ſed benè acquiſita de ſuo patrimonio, ob quod ſecundum *Bar. cæteroſq; ſupra relatos* erit vxor debitrix pretij ad eui tandum turpem quæſtum *gloſ. in d.l. quin-*
4 *tus, Bart. in l. cum oportet C. de bon. qua lib.* niſi probarentur aliunde quæſita, ſecundum *eadem iura in l. quintus, & in l. etiam, Bald. in d.l. cum oportet, & omnes.*

Et notetur, quod aliud eſt ſi præſumitur emptũ de pecunia viri, & aliud ſi quicquid poſſidet vxor conſtante matrimonio præſumatur eſſe viri. Primo caſu facta emptione conſtante matrimonio, vt diximus dominiũ eſt vxoris, quia demonſtratur acquiſitio, ſed præſumitur de pecunia viri, niſi aliunde demõſtratur acquiſiuiſſe ratione euitandi tur-
5 pem quæſtum. Secundo caſu, quando reperitur conſtante matrimouio poſſidere rem aliquam, & non demonſtrat, quomodo acquiſiuit; an præſumatur viri, vel propria, quia mulier dicit legitimè poſſidere, & propterea præſumendo pro poſſeſſore dicitur præſumi fuiſſe acquiſita ante matrimonium, non demonſtrando vir, vel eius hæres, quomodo ſunt ipſorum: & *Salyc. in l. etiam C. de donat. int. vir. & vxor & in eadem l. quintus Bald. Alexan. Aim. Claud. Seiſell. & alij* relati per *Couar. in cap. 1. de teſtam. nu. 6.* & per *Menoch. de præſumpt. præſumpt. 51. lib. 3.* tenuerunt probare debere maritum, ſeu eius hæredem bona acquiſita conſtante matrimonio, cum ſint fundamentum intentionis, ſintque actores, & mulier poſſidens vincere debet, eo iure, quo poſſeſſores vincere ſolent ex cõmodo poſſeſſionis, actore ſuam intentionem non probante, quicquid dixerit *Menoch.* ex deciſ. *Alber. & Aret. in lolo alleg.* nec cõſideratio *Alciat. in præſumpt. 26. de præſumpt.* ſatisfacit, dùm voluit primam opinionem procedere, quando mulier verosimiliter potuit acquirere ante matrimonium: aliàs procedit ſecunda opinio: nihil enim hoc ad commodum poſſeſſionis, & ad id, quod lex præſumit pro poſſeſſore, & quis dicit, quòd etſi fuerit filiafamilias, aut in poteſtate fratrum, non poterit prædicta bona aſportare à domibus illorum, vel quòd ab illis fuerunt donata, nec tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis ad *text. in l. cogi ff. de pet. har.* & hoc teneo pro indubitato: vnde articulus vnus eſt, ſi demonſtrata acquiſitione conſtante matrimonio bona ſint vxoris, & communis eſt eſſe vxoris: aliud eſt ſi de pecunia viri præſumatur acquiſiuiſſe, & pariter communis eſt, quod de pecunia viri, & tertius, & vltimus eſt, ſi non demonſtrata acquiſitione, ſed reperitur vxorem poſſidere res conſtante matrimonio, an præſumatur bona viri, vel mulieris acquiſita ante matrimonium, & ſecundum *Bald.* obtineret in poſſeſſione mulier: ergo onus probandi contrarium transfertur in actorem, cum ſit fundamentum intentionis, & actore non probante reus abſoluitur.

Sed qnòd hic tradit *Plat.* ad limitationem prædictæ cõcluſionis, vt non procedat,
6 quando emerit vxor de pecunia ſibi à viro donata, vt tunc, quia donatio eſt prohibita, res efficiatur viri, quam limitationẽ etiam ponit hic *Pyrr qui* allegat *textũ in l. vxor marito ff. de donat. int. vir. & vxor.* aduerto non eſſe intelligendum ſic ſimpliciter, vt *ipſi* tradunt: nam eſſet contra eundem *text. quem* allegant, *qui* diſtinguit, quando donatur res, aut pecunia, ex qua res comparatur, vt primo caſu detur vendicatio, quia donatio prohibita, & dominium rei non tranſiuit. Secundo verò caſu minimè, ſed tantum marito, ſeu vxore exiſtente non ſoluendo datur ad rem vtilis actio in ſubſidium, quatenus maritus eſt effectus locuplecior, ſeu mulier, attendendo tempus litis cõteſtatæ; etſi res eſt magni valoris vltra pecuniam donatam non recuperabitur, niſi quantitas donata abſque vſuris, ita *text. in d.l. vxor mariti*, iuncto *text. in l. quod autem §. idem ait eo. tit gloſ in l. ſi filij, in verſ. ſi filij*, quæ eſt particularis *C. eod. tit. Addent. ad Bart. in d.l. quintus, vbi* latiſſimè de materia: ſed ſi eſt vxor, vel maritus ſoluendo, tunc licet de pecunia viri emerit, actio ſolùm datur ad pecuniam, quod ineuitabili argumento probatur, ſiquidem in caſu *text. in l. quintus, & in l. etiam C. eod tit.* concludunt communiter *Scrib.* rem emptam per vxorẽ præſumi ex bonis viri per *iura* prædicta, ſed hoc non obſtante rem effici vxoris, & tantũ illam remanere debitricem in pretio, quod præſumitur ex bonis viri peruentum: ergo quæ differentia erit inter iſtum caſum, ſuper quo lex præſumit pecuniam peruentam ex bonis viri, à caſu in quo hoc ſit certum: ergo cum nulla poſſit conſtitui differentia taciti, & expreſſi, eadem eſſe debet virtus, idemque effectus, & dominij acquiſitio non oritur, quòd pecunia ſit propria, vel aliena: ſed ex potentia, & vi acquiſitionis per propriam emptionem, & traditionem, & ſtipulationẽ, ita *gloſ hic in verb. tranſactum*: vbi ſunt *iura* particularia ſupra allegata per *Bart. in dict. l. 1. in l. 3.* & eſt caſus *in dict. l. multum intereſt, & in l. qui aliena C. ſi quis alteri, vel ſib.*

Nec teneo pro vera aliam limitationem

tra-

traditam hic per *Plat.* authoritate *Salycet. in l. cum propria C. ſi quis alt. vel fib.* quam
7 dicit eſſe communem *Menoch. qui Doctor.* cumulat in *d. præſumpt.* 51. 3. *libr. nu.* 27. *qui* etiam refert *tenentes* contra communem, vt ſunt *Bald. Salycet.* ſibi contrarius, *Aret. Alex. Fulgoſ. & Pariſ.* vt ſi mulier viro præſente cõtraxerit dicendo emere de propria pecunia, viro ipſo tacente, vel expreſsè hoc confitente, quòd eo caſu ceſſat præſumptio *l. quintus*, & dicatur emptũ de pecunia mulieris; dico quòd non eſt vera limitatio, cum non poſſit reſponderi illi communi concluſioni,
8 quòd confeſſio facta inter perſonas alias contrahere prohibitas nihil valet, ex reg. *text. in l. qui teſtamento ff. de probat. in l. ſi forte ff. de caſtr. pecul.* vbi notat *Bart.* & *idem Bart. in l. ſi donatione C. de collat.* vnde cum ex hoc induceretur per indirectum donatio inter virum, & vxorem; merito ſicut expreſsè non poſſunt donare, ſic nec tacitè confitendo contra legis præſumptionem, quòd pecunia ſit propria vxoris, nec conſideratio *Menoch. & aliorum* facit ad caſum, dùm dicit, quòd ex confeſſione mariti tollitur præſumptio turpis quæſtus, & quatenus inducitur donatio, dixit quòd hoc nihil ad caſum: nec ad *titulum donationis inter virum, & vxorem:* nam inſeparabilis eſt inductio donationis à confeſſione, & conſequenter ſi confitendo intelligitur donare, concluditur confeſſionem non præſumi veram, nec ei fidem adhibendam, quod conſideretur, nam hoc confundit contrariam opinionem, & *ipſemet Menoch.* fatetur non adhiberi fidẽ confeſſioni; ergo ſublata confeſſione remanet articulus, quòd contrahendo mulier conſtante matrimonio præſumitur de viri pecunia: hinc *idem Menoch.* cõcludit *in fine* per hæc verba.

Et propterea eſt dicendum, quòd niſi adſint aliqua præſumptiones, quibus colligatur confeſſionem mariti eſſe veram: dicendum eſt confeſſionem non valere. vnde *ipſemet* ſe confundit, & tenet contrariam opinionem, quæ dixiſſe ſufficiant in hac materia, de qua latè per *Alciat. de præſumpt. præſumpt.* 26. *Iac. Fort. in tract. comm. opin. concl.* 14. *Menoch. vbi ſupra præſumpt.* 51. *lib.* 3.

9 Sed quid in bonis donatis vxori contemplatione viri, propter merita viri; & aliter quis non donaſſet, & ſic è contra de bonis donatis viro contemplatione vxoris; concluſio communis eſt, vt donata contemplatione viri, ſint viri, & donata contemplatione vxoris, ſint vxoris; & quando hoc factũ eſt certum, quæſtio eſt indiſputabilis, quando verò eſt dubium, & aliud non adeſt, niſi præſumptio, quòd conſanguinei viri dederunt vxori illius, vel è contra, & pariter, ſic opinio fuit *Bart.* vt donatum à conſanguineis vxoris, ſit vxoris, & à conſanguineis viri, ſit viri; & vtrumque tradidit *Bart. in l. ſed ſi plures §. in arrogato, de vulg. & pup.* & communem dixerunt *Iaſ. & Dec. in l. vt liberis C. de collat. Lup.* eleganter omnes caſus diſtinguit in *rubr. de donat. inter vir. & vxor. quæſt.* 44. & 45. & quando eſt certum eſſe datum vxori contemplatione viri, vel è contra, quòd maximè probatur, quando donatio eſt facta viro, ſub commemoratione vxoris, vel vxori cõmemoratione viri, tunc dixit caſum eſſe indubitatum, vt ſemper datum vxori, ſub viri commemoratione ſit ipſius viri, & eodem modo datum viro, ſit ipſius vxoris, & latè per *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 26. Hinc *Bald. in l. filiofam.*
10 per illum *text. de condit. & demonſt.* tradidit, quòd id, quod mea contemplatione ſit videtur directè cõferri in meam perſonam; ex quo notat, quod legatum factum filio ſub commemoratione patris, videtur directè patri relictum, ſic relictum Monaco ſub cõmemoratione Monaſterij, vt videatur directè Monaſterio legatum, facit regula *text. in l. prætor ait ff. de edendo,* ibi *quod mei cauſa confectum eſt, meum quodammodo inſtrumentum mihi edi,* ſic donatum Legatis, ſeu Ambaſciatoribus contemplatione Principis, vt dicatur Principi donatum, *idem Menoch. præſumpt.* 27. *num.* 7. *eod. lib.* & quando eſt donatum patri, & filijs, qui ſunt donanti incogniti, vel adhuc non nati, aut præceſſerunt merita patris, vt intelligatur contemplatione patris datum, illeq; poſſit de omnibus diſponere tanquam Dominus *Andr.* cõmuniter ſequutus in *c. 1. de alien. feu. pat. idem Menoch. in præſumpt.* 28. vt ſic ex his dicamus, quòd dùm hæ donationes præceſſerint, mulier habet etiam iſta bona, tanquã bona extra dotem, licet marito ſint data, ſed ipſius contemplatione, poteſt enim ha-
11 bere bona triplicis generis, videlicet dotalia, paraphernalia, & alia extra dotem, quæ poſt contractum matrimonium ei obuenerunt. In quibus ſi ex vxoris voluntate marito tradita fuerunt, habet illorum adminiſtrationem, & cenſetur Procurator conſtitutus, iuxta tradita *in l. maritus, vbi Bart. & Scrib. C. de procur. in l. fin. C. de pact. conuent. in l. ſi ego §. dotis autem ff. de iur. dot.* & quando eſt certum, quod datum eſt viro,
12 tanquam marito vxoris, & eius contemplatione, tunc non attenditur, ſi quod donatum eſt, conuenit vxori, & ſic è contra, adeſt ſolemne adhoc *conſilium Bart.* 11. 2. *volum.*

com-

communiter ſequuti, vt puta, ſi eſt datum officium, vel feudum, in quo de iure communi feudorum, non poterãt fœminæ ſuccedere; nam conſtito de voluntate donantis intelligitur conceſſum, vt poſſit ſeruire per ſubſtitutum, vt ſupra diximus in *titulo* 13 *de ſubſtitutione in officijs*: & priuilegia omnia intelligi debent ſecundum conditionem, & qualitatem conceſſionariorum ad *text. in l ex militari ff. de teſt. mil. vbi Bald.* dicit eſſe notandũ, quod priuilegia ſunt interpretanda ſecundum conditionem priuilegiati, quòd latius exornat *Lup. de donat. int. vir. & vxor. §. 11. nu. 14.*

Et quanquam *Menoch. vbi ſupra in præſumpt. 26. num. 11.* voluerit, quod quando eſt 14 facta donatio à cõſanguineo Principe vxori, quòd ſemper intelligatur datum ipſius ſolius contemplatione, & ſic è contra ex regul. *text. in l. cum multa C. de bon. quæ liber. eius* dictum non eſt verum: nam *lex cum multa* venit ad limitationem *text. in l. cum oportet eodem tit.* vbi bonorum aduentitiorum, quæ ſunt propria filiorum, *lex* ſtatuit vſumfructum eſſe patris ratione patriæ poteſtatis iure ciuili inductæ, & *lex cum multa* voluit priuilegiare filiosfamilias dixit *ibi Bald.* & ſtatuere, quòd dum Princeps, qui eſt ſupra omnem poteſtatem, dicit *ibi Petr. de Bellap.* donari filiofamil. non ſolùm vult, quòd proprietas ſit illius, ſed etiam vſusfructus, dicitque *Bald. in l. vxor tua C. de cond. inſert. in fin.* quod voluit Rex facere ſuas donationes bona caſtrenſia, ſic priuilegiando filiosfamilias, & idem dixerunt *Fulgoſ. & Corn. in dict. l. cum multa, & in eodem text.* dicitur, quòd habeat filiusfamilias ad ſimilitudinem caſtrenſis peculij, ex quo fit, quòd nullo pacto tractatur *ibi* de donatione facta contemplatione alterius, nec dubitabatur de dominio filiorũ, ſed articulus tantum fuit circa poteſtatem paternam, cuius vigore in bonis aduentitijs proprijs filij pater habebat vſumfructum; & propterea *idem Menoch. ſibi* contrarius in *d. præſumpt. 28. num. 14.* vt ſupra diximus ponit casũ in donatione feudi facta à Principe filijs contemplatione patris, vt patri datum intelligatur, vel donatum patri, & filijs, quando tamen patris contemplatione 15 hinc feuda ex pacto, & prouidentia non hęreditaria, quæ præcipuè ſunt filiorum, & agnatorum, & in eis ſuccedunt ex proprijs perſonis, nullaque datur in eis diſpoſitio in præiudicium ſucceſſorum: hæc inquam regula communis, & indubitata limitatur reſpectu primi acquirentis, cui omnes ſucceſſores dicuntur hæredes, quia acquiſitum illius contemplatione, ob quod primus acquirens poteſt obligare, vendere, & diſponere, vt de re propria, ſecundum communẽ theoricam *Andr. in cap. 1. de alien. feu. pater. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. in cap. 1. an agnatus* reaſſumit, & eleganter declarat *Camer. in repet. cap. imperialem §. præterea Ducatus cart. 95. lit. C*, & latius *cart. 96. à terg. verſ. tertia ſpecies per totum*, & ob id non differt feudum ex pacto à feudo hæreditario, & inuentarium non releuat, ſecundum *D. Frecc. lib. 3. in 3. form. inueſt. nu. 16. & in 29. auth. Baron. ante nu. 11. Io. Thom. de Marin ſuper feud.* latiſſimè *tit. 3. de feud. ex pacto, & prouid. nou.* & quando conſtat induditatè, quòd eſt contemplata perſona alterius fine qua non fuiſſet donatum, *idem Menoch.* dicit hoc eſſe indubitatum in ſuo *conſil. 161. 2. volum.* vbi cumulat *innumeros*.

16 Sed videamus an bona hæc, quæ vxori acquirũtur, q̃ vel habuit ſucceſſione, vel quia donata, vt ſupra ipſius contemplatione: an inquam ſi hæc fuerint bona titulata, maritus ex hòc efficietur pariter titulatus, videlicet Comes, Marchio, Dux, aut Princeps, ſecundum dignitatis qualitatem vxori ac- 17 quiſitæ; Regula eſt, quòd mulier corruſcat nobilitate, & dignitate viri, ad *text. in l. fęmina ff. de ſenat.* non autem è contra *Bart. & cæteri in l fin. C. de verb. ſignif.* multa *Lup. in d. rubr. de don. int. vir. & vxor. q. 31.* & ad ſatietatem per *Tiraq. in tract. de nobil. c. 18.* verũ *idem Tiraq.* limitat regulam in Regina, au talia in maxima dignitate, vel nobilitate conſtituta, author. *Bal. in c ſignifi-* 18 *cauit col. 1. de reſcript.* Sed *Bal.* dixit q̃ licet vir corruſcabit nobilitate talis mulieris, nõ propterea erit ille Rex, & ponit caſum *Bal.* in Regina Apuliæ nubente cum ſimplici milite, vt non faciat eum Regem, licet corruſcat radijs vxoris, quia eius lateris Comitatus illuſtratur, & *Hoſt. in cap. Raynutius de* 19 *teſtam. col. 2. nu. 6. in verb. de clera*, dixit hoc procedere de facto, & de cõſuetudine, & rurſus miſteriosè addit aliud notabile verbum; 20 videlicet quãdo ſimplex miles duxit in vxorem aliquam Comitiſſam Dominam Comitatus: ita quod eſt hoc de conſuetudine, ſed requiritur, quod vxor ſit Domina Comitatus; & non ſufficit quod ſit in poſſeſſione illius, & verba intelligi debent in po- 21 tiori ſignificatu *l. 1. §. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphyt.* cum *alijs* congeſtis per *Surd. conſil. 90. nume. 24. volum. 1. & Tiraquell. vbi ſupra* ſe conformem reddit cum *Hoſtienſ.* vt ſit magis facti, & conſuetudinis 22 ſtante regula in contrarium, & cum dicatur corruſcare ex radijs vxoris, benè dicit

Bald. vbi ſupra, quòd nobilitabitur, ſed non erit propterea Rex, & idem refert, & ſequi-
23 tur *Tiraq.* cum aliud ſit eſſe talem, & aliud haberi pro tali, *l mercis la 2 ff. de verb. ſignif. l. maritus §. legis, vbi Bar. ff. de adult.* & cum hoc, vt diximus, ſit contra iuris regulam, & exorbitet à iure communi, quia fœmina coruſcat radijs viri, & non è contra, tunc iura exorbitantia non habent locum in eo, qui habetur pro tali, cumulat iura *Pariſ in con-* 22. 2. *vol num.* 19. ex quibus apparet ſe decepiſſe *Io Garz. authorem Moder. in tract. de hiſp. nobil. gloſ.* 1. §. 1. dùm ſimpliciter authoritate prædictorum *Doct.* dicit, quod ducens in vxorẽ Comitiſſam efficitur Comes: nam *Doctor.* prædicti minimè hoc dicunt, ſed bene ex plebeio effici nobilem, aliud eſt enim coruſcare radijs, & propterea effici nobilem, & aliud eſt habere propriam dignitatem.

Sed admiſſo hoc de facto, & de conſuetudine dixi author. *Hoſt.* quòd oportet vxorem eſſe Dominam Comitatus, & magna eſt differentia inter proprietatem, & poſſeſ-
24 ſionem ad *text. in l naturaliter §. nihil commune ff. de acqu. poſſ.* proprietas eſt quid iuris, & parit ſuos effectus iuris, quod non facit poſſeſſio, quæ eſt facti, quæ non egredi-
25 tur perſonam poſſidentis, & ideò *text. in l. cum hæredes de acqu. poſſ.* dicit *cum hæredes facti ſumus omnia iura ad nos tranſeunt, poſſeſſio autem minimè* per quem *text.* dicit *Andr. in cap ſancimus quo tempore mil.* quòd
26 etſi inueſtitura, & ſucceſſione dominium acquiratur, non tamen ex hoc quis habebit poſſeſſionem, licet ſit filius idem tradit *Iacob. de feud. in verſic. ita quòd ipſi inueſtiti nu.* 13. cumulat deciſiones *Couar. lib.* 3. *var. reſol cap.* 5. *verſ. huic Regiæ deciſioni*,
27 & cum hoc ſit cõſuetudinis, quæ relata per *Doct.* requirit dominium ex parte vxoris: ergo non extendetur de caſu ad caſum *Innoc. in cap. dilecto col.* 2. *de offic. Archid. Alex. in conſ* 110. *nu.* 4. 6. *col.* & caſus omnes practicati, & qui in dies practicantur, ſunt in vxore Domina indubitatè, & in caſu fortiori iura, & vſus hoc ſtatuerunt, videlicet in eo, qui in proprietate fuit Dominus, & feu-
28 dum filio refutauit titulo decoratum, vel aliter alienauit; vel in Officiali, qui officiũ cum voluntate Domini depoſuit, vt etſi ratione priſtinæ dignitatis gaudere debeat honorarijs priuilegijs, non tamen gaudebit propria dignitate; deciſio eſt notab. *Andr. de Barul. in l. iubemus C. de proxi. ſac ſcrin. & Rebuff in l* 1. *C. de præpoſ ſacr. cubic libr.* 12 addit notabile verbum, dicens quòd hoc eſt ex eo, quia datur ſucceſſor in dignitate, & adminiſtratione. Si ergo is, qui habuit dignitatem in proprietate, ea non gaudebit, ſed tantum illius honorarijs priuilegijs, & ob id erit Officialis, qui officium depoſuit, inferior omnibus alijs Officialibus etiam titulo inferioribus ſecundum *Io. de Plat. Rebuff.* & communiter *Scrib. in l.* 1. *C. de conſul. lib.* 12. & in titulatis ſic practicatur, vt vltimo loco ſedeant poſt omnes alios, & vti inferiores omniũ tractentur in omnibus actibus publicis: ergo quantò magis hæc locum habebunt in marito, qui nunquam habuit dignitatem in proprietate, & multo fortius,
29 ſi nec etiam vxor in proprietate illam habuerit, & regula eſt, quòd habens dignitatem cum adminiſtratione præfertur habẽti dignitatem ſine adminiſtratione ex regula *text. in l.* 2. *C. vt dig. ord ſeru. lib.* 12. vbi communiter *Scrib.* cumulat deciſiones *Lanar. in conſ.* 72. *nu.* 3.

Arguo fortiùs, & cõſtanter affirmo, quòd poſt mortẽ vxoris maritus nullo debet gaudere priuilegio, & nõ debet haberi pro tali, nam quotieſcumque priuilegium non com-
30 petit iure proprio, nec eſt radicatum in propria perſona, ſed conceſſum alteri, & exinde deriuatur ad alios, vt eſt in caſu de quo tractamus, quòd ratione dignitatis vxoris vir coruſchet ex ea, tunc illo principali mortuo finitur priuilegium reſpectu aliorũ, deciſio eſt elegans, & punctualis *Bald.* communiter ſequuta *in l.* 2. *C. de epiſc. & clerie.* ideoq; dicit, quòd vxores, & filij Clericorũ coniugatorum, qui vel quæ gaudent priuilegio Clericorum, vt illis demum mortuis aliter non gaudebunt, quia conceſſum eſt Clericis, quibus mortuis deſtructum eſt fundamentum priuilegij: ſic in priuilegijs famulorum, ſcholarium, atque Clericorum, vt durent, quamdiù ſint in ſeruitio, quia non habent priuilegium propter ſe, ſed fauore Dominorum, ſic in filijs, qui gaudent priuilegijs patri conceſſis, vt reuocato priuilegio patris, cenſeatur etiam filijs reuocatũ *Iaſ. in l. eum aliquis* C. *de iur. delib.* multa ad-hoc per *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa*
31 *nu.* 108. & cum *Doct.* dicant, quòd in vxore dignitas coruſcat iure mariti, de quo per *Butr. in c. quoniã Abb. de off. deleg. vbi Doct.* communiter tradunt, quòd participat vxor paſſiuè, & non actiuè radijs viri, ſic idem dicere debemus in viro, dùm coruſcat radijs vxoris ex natura correlatiuorũ, ad *tex. in l.* 1. *C. de cupreſſ. cum concord.* Cohæret enim
32 dignitas perſonę, & ideò nec etiam cum patre communicatur, *text.* eſt elegans in *l.* 3. *§. ſi quid minori verſic. ſed etſi ff. de minor.* & hæc eſt ratio dicit *Frece.* author. *Bald. in*

3. *lib.*

3. *lib. de form. inueſt. cap. 2. nu. 12.* quod in feudis pater non habet vſumfructum, quia feuda cohærent perſonæ: & quod dicitur,
33 quòd durante viduitate vxor gaudebit viri priuilegijs, procedit in priuilegijs honorarijs, vt dicatur de foro viri, & ſimilibus, ſed non propterea gaudebit eadem dignitate
34 ex ſupra diſcuſſis, & in ſpecie in honore, ſeu dignitate reſultante ex dignitate cum adminiſtratione, ſeu alicuius officij, de quo latius per *Barboſ. in l. quia tale num. 23. 24. & 25. ff ſolut. matrim.* & dignitas Principatus, Ducatus, Marchionatus; aut Comitatus, eſt dignitas cum adminiſtratione feudorũ, ſuper quibus illa radicatur: & rurſus in vidua habemus *legem* hoc dicentem, in viro habemus *legem* hoc negantem: in quo datur limitatio de conſuetudine, quam non habemus, nec vidimus practicatam, niſi conſtante matrimonio, non autem eo diſſoluto, maximè ſine filijs, & deuolutis bonis cum dignitate in alias perſonas: ergo nullo poterit gaudere maritus priuilegio in caſu prædicto.

Rurſus ſi maritus gaudet contemplatione vxoris, & ab ipſa recipit ſuos radios dignitatis, & nobilitatis, & ſic ratione adiuncti,
35 igitur ceſſante vxore, & ſic cauſa inductiua, & productiua dignitatis, quæ debet eſſe permanens, & ſubſiſtens, cum nil ſit radicatum in perſonam mariti iure proprio: vnde dicetur habere tractum ſucceſſiuum, ob quod donec vixerit mulier, effectus eſt conſumatus in præteritum, illa demum mortua, cauſa permanens requiſita deficit, & conſequenter effectus ſucceſſiuus; nam hæc eſt cauſa talis, quæ requiritur tàm ad inducendum, quàm ad conſeruandum; vt ſic merito ea ceſſante, omne ceſſabit priuilegium, declarat notanter *Rip. in l. ex facto nu. 17 ff de vulg. & pup.* ſicut dicimus in officijs, & in conceſſione iuriſdictionum, quæ habent effectum ſucceſſiuum, dicit eleganter *Bald. in l. tutelas ff de capit. dimin.* propterea *idem Bald.* communiter ſequutus *in l. generaliter la 2 C. de epiſc. & cler.* concludit *nu. 11.* quòd
36 quando qualitas certa eſt cauſa officij, tunc cum illud habeat tractum ſucceſſiuum, ceſſante qualitate, ob quam officium fuit conceſſum, ceſſabit etiam officium, quod latius proſequitur *Tiraq. vbi ſupra num. 193.* bona deciſ. *Abb. in cap ſuggeſtum nu. 5. verſ. & per hoc de decim. & idem Abb. in cap. 2. de cuſtod. euchar.* latiſſimè *idem Tiraqu. vbi ſupra*
37 *limit. 12. num. 14.* vbi ad ſatietatem, & alibi *Bald. in cap. etſi Chriſtus 3. col. extra de iureiur.* dicit author. *Io. Mon.* quod cauſa dicitur duplex fiendi, & eſſendi, & ceſſante cauſa fiendi, non tollitur iam factum, & perfectum, ſed ceſſabit fiendum in futurum, ſed ceſſante cauſa eſſendi, non ſolùm impeditur fiendum, ſed tollitur iam factum; ſi hic vxor eſt cauſa eſſendi, vt negari non poteſt, ſumus in deciſ. *Bald.* & ſi dicimus quòd ſumus in cauſa fiendi, pariter diſſoluto matrimonio omnia erunt aboleta, & addo quod per mortem vxoris dicitur ſuperueniſſe cauſam in-
38 firmantẽ, quo caſu dicit *idem Bald. in cap. quemadmodum col. 2. nu. 4. eod. tit. de iureiur.* quòd omnia priuilegia erunt extincta, & cauſas fiendi, & eſſendi benè declarat, & exemplificat *Soccin in l. 1. col 1. de leg. 1.* pro quo videtur punctualis reg. *text. in l. in omnibus la 2. de reg. iur.* ibi, *In omnibus cauſis*
39 *id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio ibi deficiente cauſa, beneficium quoque deficiet, vbi Dec.* benè declarat, & latius per *Barboſ. in d. l. quia tale num. 11.* pro quo quæſo legatur in caſu fortiori dec. *Boſſ.*
40 *in tit. de Prine.* communiter ſequuta *num.* 343. cuius infraſcripta ſunt verba.

Et quia clara eſt concluſio, quod quando priuilegium conceditur contemplatione perſonæ, ita vt perſona ſit cauſa immediata priuilegij, quòd tunc extinguitur extincta perſona; ideò amplius non ignoret, quod Indultum Apoſtolicum Leonis Pontif. cõceſſum Chriſtianiſſimo Francorum Regi Duci Mediolani, ex eo ſolùm, quòd eſſet Rex Franciæ pro ſubditis Mediolani non trahendis ad Curiam Romanam, vt plenius in eo, non militauit illo expulſo ſub Duce Franciſco Sfortia, nec militat ſub Cæſare Domino noſtro, quia conceſſio fuit, vt in prohemio indulti dicitur, quia ipſe Franciſcus eſſet Rex Galliarum: hæc *Boſſ.* quam deciſionem refert, & ſequitur *Surd. in conſ. 397. nu. 6. & in conſil. 495. nu 11. vol. 3. & Barboſ. illum* ſequitur in *loco ſupra allegato. & num. 18. verſ. vnde dictum illud Boſſ.* Marito enim conceſſa ſunt priuilegia, quia maritus, ergo vxore mortua ceſſare omninò debent, & inſuper conceſſa ſunt iure quodam irregulari, & extraordinario, quia vt maritus ſimpliciter gaudere non debebat, vt pluries diximus, &
41 gaudet iure ſpeciali alterius priuilegio; & tunc etiam in his, quæ momento acquiruntur ex cauſa exiſtente, ſi illud quæſitum fuit iure irregulari extraordinario, & ſpeciali, eo denique ceſſante, ceſſat quæſitum ipſius cauſa, *Bald. in l. ſi pro ea 8 quæſt. C. mandati,* quod dictum pro notabili refert *Philip. Franc. in cap. cum ceſſante colum. 1. verſ. ſecunda concluſio extra de appellat. Tiraquell. vbi ſupra in 11. limit.* & faciunt valde ad propoſitum tradita per *Abb. in cap. quoniam*

42 *Abbas de offic. deleg nnm. 9. verſ. ſcias autem* in alijs habentibus dignitatem, vt quotieſcumque datur ſucceſſio in honore, aut onere alicuius ſub cuius commemoratione aliquid fuit conceſſum; tunc ceſſante illo honore, & dignitate, ceſſat conceſſio, quia videtur illa contemplata, & eatenus conceſſum, quatenus illud ſit perpetuo ſubſiſtens; & ideò facta commiſſione cauſæ alicui tanquam Primicerio, Archidiacono, vel in alia dignitate ſingulari, & diſtincta conſtituto expirat, & omnis dubitatio fuit, ſi tranſit in ſucceſſorem in dignitate, cuius *Abb.* opinio eſt communiter ſequuta, vt *ibi per Fely. nu. 3. verſ. vbi requiritur qualitas*.

Ex quibus concludimus, quod cum hoc ſit conſuetudinis contra ius, quæ non poteſt extendi, imò reſtringi debet quo minus ius commune corrigat, & *DD.* loquuntur tantũ in marito vxoris Dominæ dignitatis, ergo non extendetur ad eam, quæ non fuit Domina, ſed detentrix tantum, ſeu nudam habebat tenutam.

Rurſus intelligetur regula, etiam quod ſit Domina illa viuente, non autem mortua ex rationibus ſupra deductis, cũ ceſſet cauſa propter quam dignitate gaudebat; ſiquidem dignitas non fundatur in perſona propria, nec de vxore tranſfertur in virum, ſed gaudet vir, tanquam illuſtratus radijs vxoris in cuius perſonam dignitas reſidet; qua defuncta, deficiunt radia, & cauſa efficiens, & non poteſt dari cõmunicatio, cum mors omnia ſoluat, eo maximè nõ remanſis filijs, in tantum quod diſſoluto matrimonio abſq; filijs, nec parentela, nec veſtigia matrimonij remanſerunt, & cum allegare conſuetudinem ſit quid facti, oporteret de ea docere, alias recedendũ non eſt à regulis iuris communis, & ratio eſt manifeſta quando filij nõ fuerint ſuperſtites, quia dignitas, ſeu titulus tranſiuit in ſucceſſorem vxoris, ad quem
43 de iure ſpectabat, & contra naturam eſt dicit *tex.* vt duo inſolidum poſſideant, & quod ego naturaliter teneo, tu quoque id tenere videaris, & in quo ego ſedeo, tu ſedere videaris, verba ſunt *text.* ad literam in *l. 3. §. è contrario ff. de acquir. poſſ.* vnius enim eſt titulus, & vnus debet præoccupare locũ quomodo igitur eodem tempore erunt duo, pro quo in proprio caſu eſt deciſ. *D. Frecc.* author. *Bald. in 2. libr. in tit. quis dicatur Comes nu. 26.* vbi loquendo in Comitibus tradit, quod eadem dignitas non poteſt eſſe pẽnes duos, & cæteri tituli dignitate decorati habent intereſſe formatum, quod vnus tantum, & non plures illos præcedant, nec in loco vbi illi ſedent alij æqualiter ſedeant, qui ſedere non debent; abſonum igitur eſſet, & monſtruoſum, & ſatis nouum in hoc Regno, vt exiſtente legitimo ſucceſſore in titulo velit eodem tempore gaudere illo, quondam maritus, qui nunquam dignitate tamquàm propria gauiſus fuit, ſed ratione dignitatis exiſtentis pœnes vxorem per cuius mortẽ tranſlata fuit in alium, & hæc dixiſſe ſufficiãt, propter caſus contingentes, cætera circa donationes, quæ fiunt ſponſis, vide notanter per *D. Præſid. de Franch. in ſua deciſ. 503.* vbi multa elegantia &c.

De Balijs dandis feudatarijs minoribus, ſecundum Conſtitutiones, & Capitula Regni.

SVMMARIVM.

1 *Prorex cum Collaterali Conſilio, & non alius prouidet de Balio feudatarijs minoribus, quando per patrem illis non fuerit prouiſum.*

2 *Pater in teſtamento, & ſic pariter auus poteſt prouidere de Balio filio, vel nepoti.*

3 *Prorex dum de Balio habet prouidere, tenetur præferre matrẽ, & auiam in baliatu.*

4 *Patre, vel auo ſuperſtitibus filio feudatario decedente cum filijs, ipſi erunt balij, & non eſt locus dationi balij per Proregem.*

5 *Prouiſio Balij non regulatur à ſucceſſione, ſed à poteſtate.*

6 *Cautio præſtanda à Balio de benè adminiſtrando non erit iuxta valorem bonorum, ſed temperanda eſt per Iudicem, maximè quando baliatus eſt alicuius magni Principis, & ſic practicatum.*

7 *Intellectus text. Capit. Reg. incipientis feudatarius de confidentia Regis perſonæ materna, tàm circa baliatum, quàm circa educationem, & an relictis in teſtamento exequutoribus fideicommiſſarijs, & adminiſtratoribus, intelligantur propter hoc Balij conſtituti, remiſſiuè.*

1 PROVIDET Rex, & Collaterale Conſilium feudatarijs minoribus de balio, quia per *Regni Conſtitut.* prouiſum eſt, quod ad Regis prouiſionem illi creari debent, vt in *Conſtitut. Reg. in aliquibus in fin. vbi Scribent.* debetq; balius habere expenſas, ſeu ſuum con-

conſtitutum ſalarium vt in *Conſt. minor. de iur. bal. vbi gloſ. & Iſern. qui* declarat non procedere diſpoſitionem *Conſtit. in aliquibus*, quando pater relinquit in teſtamento per *Cap. Reg. incip. feudatarius*, & quod dictum eſt in patre, idem in auo: verùm non facta diſpoſitione per patrem, vel mortuo ab inteſtato inter perſonas per Regem eligendas præfertur mater ſecundum prædictum *capitulum*, ac etiam auia: ſic interpretatum, & declaratum ſecundum *Andr. in d. Conſtit. Minor.* Sed hæc omnia intelligentur, decedente patre, vel filio ſui iuris, alias ſuperſtitibus patre, vel auo, in quorum poteſtate erant recaſuri filij, ſeu nepotes minores, tunc nõ tractatur de balio dando per Regem, ſeu Proregem ad inſtar tutelæ, quæ datur in cap. libero dicit *Iſern. in d. Conſtit. in aliquibus in ver. ſi verò minores*, & non regulatur hoc ſecundum *eum*, & benè à ſucceſſione, ſed à poteſtate, & propterea etſi aſcendentes in feudis non ſuccedant; non ideò minus non habebunt filios, ac nepotes in poteſtate, & multa per *Capyc.* notanda in *repet. cap. imperialem in §. præterea, ſi quis infeudatus*, & *ibi* vide vnum notabile, quod practicauimus, vt ſi baliatus ſit alicuius magni Principis, non tenebitur balius ſatiſdare iuxta valorem bonorum adminiſtrandorũ, ſed Iudex tẽperare debet eo modo, quo poteſt reperiri, & ſic practicatum in curatore Principis Biſiniani, & in balio Ducis Acheruntij, & alijs, & forma ſecurior fuit, vt quolibet ſemeſtri computa præſententur, & ita fecit Dux Veteris, qui fuit curator Principis Biſiniani Eques oculatiſſimus, ſagax, maximæ experientiæ, & ab ineunte ætate in arduis negotijs verſatus, qui in omnibus maxima cum laude taliter ſe geſſit, vt à Reg. Maieſt. fuerit aſſumptus ad officium Scribæ portionis, quod eſt vnum de officijs principalioribus Regni, quod alias ſolitum vendi erat in ducatis quadraginta mille, & nunc reperiebantur pluſquam ſexaginta mille, conceſſitque illud gratis, ſponte ſua ad nullius ſupplicationem prouidendo officium, prout ſemper fieri deberet; & pariter dùm alias idem Dux habebat officium Dohanerij Menepecudum Apuleæ propter ſeruitia perquàm maxima in eodem facta in augmẽtum Regij patrimonij conceſſit eidem Regia Maieſtas penſionem annuam ducat. 800. & demum, vt de illo diſponere potuiſſet in perſonam quondam Alphonſi Caraccioli, cui illud vendidit pro ducatis quadraginta mille.

7 Et de intellectu prædicti *Capituli Feudatarius*, atque multa de confidentia legis in perſonam matris, tam circa delationem tutelæ, & baliatus filiorum, quàm in educatione ipſorum, & quæ facere poteſt, & debet in his circumſpectus Iudex; & an ſi in teſtamento non ſit aliter facta ſpecifica prouiſio tutorum, ac baliorum: an ſi relicti fuerint aliqui exequutores Fideicommiſſarij, atque Adminiſtratores intelligantur ex hoc balij inſtituti, vide latiſſimè *in deciſione mea vigeſima* in cauſa Duciſſæ Acheruntij.

De Militibus, ipſorumquè Capitaneis.

SVMMARIVM.

1 *Proreges creant Milites, & deputant Capitaneos ad militum cohortes faciendas.*
2 *Milites non poſſunt mutari de vna cohorte in aliam ſine Principis iuſſu.*
3 *Milites ſtipendiati quid differant ab alijs, qui appellantur* Auuenturieri.
4 *Milites dicti* Auuenturieri, *an priuilegijs militum gaudeant.*
5 *Milites deſertores, qua pœna puniantur.*
6 *Iudices particulares deputantur pro militum exceſſibus.*
7 *Milites abſentes abſq. licentia caſſari debent à matricula.*
8 *Militibus ſtipendiatis licentia concedi non debet propter negotia propria in partibus longinquis, quodque interim ſtipendium currat: debetque hoc damno cedere licentiam concedentis.*
9 *Licentia data militibus ſtipendiatis non tenet de iure.*
10 *Stipendium non debetur poſt lapſum tempus licentiæ.*
11 *Licentia habita ex cauſa neceſſaria non iuuat, ſi miles abſens otioſè ſtat.*
12 *Subrogatus neceſſario in locum Capitanei abſentis, cui data fuit licentia cum ſtipendio, debet habere ſuum ſtipendium, quia non debet proprijs ſumptibus militare, quo caſu primo abſenti etiam cum licentia ſtipendium non debetur.*
13 *Rex nõ debet ſoluere duplicatum ſtipendiũ.*

1 SOLENT Proreges ordine Sacrę Maieſtatis propter diuerſas bellorum neceſſitates, & aliquando ipſi ex poteſtate, quam tenẽt occaſionibus vrgentibus creare milites, & deputare Capitaneos ad militum cohortes

faciendas, eaſque diminutas reficiendas; & multoties alios loco ipſorum ſubrogandos,
2 non permittendo, quòd de vna cohorte mutentur in aliam ſine Principis iuſſu, cum hęc omnia ſpectent ad Proreges, de quibus in *l. contra, & in l. neminem C. de re mil lib.* 12.
3 Differentia verò inter eos, qui ſunt ſtipendiati, vel abſq; ſtipendio ſeruiunt, vulgo dicti *Auuenturieri*, colligitur in *l. fin. C. de his, qui non imp. ſtip. lib.* 10. & ex his, quæ tradũt *Rip. in l centurio nu.* 11. *de vulg. & pupill. Odd. de comp. part.* 5. *pramiſſ.* 3 *nu.* 8. *qui* tradant. An Aduenturerijs militum priuilegia competant.
5 Hinc fiunt banna ſub pęna capitis contra milites deſertores militiæ, de quo in *l. fin. C. de deſert. lib.* 12. pro exceſſibus quorum militum ſolent Proreges deputare particulares Iudices, & ordinariũ eſt creare propter hoc vnum ex Cõſiliarijs Sacri Regij Conſilij, qui manu Regia leuato, velo procedat, facta tamen prius relatione Proregi tantũ
7 in ipſius aula, & de militibus abſentibus quomodo debent caſſari à numeratione, vel matricula, vulgo dicta *il rollo*, eſt *text. in l.* 2 *&* 3. *C. de commeat. lib.* 12. Et quam malè,
8 & improbatum ſit concedere licentiam ſtipendiatis, vt ad ſua vadant negotia in partibus longinquis, & militiam deſerant, maximè cum ſolutione ſtipendij, quod hodie frequenter fit; ob quod dixit *Frece.* quòd qui dat licentiam cum ſalario, debet ſoluere de ſuo in *libr.* 2. *in tit. quis dicatur Dux nu.* 29. allegat *text. in d. l fin. C. de Apparit.*
9 *Mag milit.* videatur *text. in l.* 1. *C. eod. tit. de commeat.* vbi licentia etiam data non tenet, quia dari nullo modo debet, ita *Luc. de Pen. in l hac lege C. de proxim. ſacr ſcrin* Et ſi ha-
10 buit licentiam ad tempus, & illud eſt elapſum, nullo modo debetur ſtipendium in *l. deſertorem §. ad diem ff. de re milit.* Et rurſus
11 ſi habuerit licentiam ex cauſa neceſſaria, & demum otioſè ſtat, tunc etſi licentia non habebat tempus præfinitum, ſtipendium nõ debetur, quia non intelligitur conceſſa in
12 eum caſum, vt per *Luc. vbi ſupra* Et rurſus notetur, quod ſi licentia data eſt alicui Capitaneo, in cuius locum fuerit neceſſarium poſtea deputare alium, ne Regis ſeruitium damnum patiatur, iuxt. *text. in cap. peruenit lo* 2. *de appell in l. illud ff. de offic. Præſid.* & huic debet dari ſtipendium, quia non debet proprijs ſumptibus militare *cap. ex eo, vbi gloſ de electione in* 6. tunc non debetur primo ſtipendium, quòd ratione ſeruitij præſtatur, quod ſeruitium alius explicauit. *gloſ.* notab. *in Can. clericus victum* 91. *diſtinct. Gemin. & Turrecr. in canon. contumaces.* 50. *diſtin. Ann. in repet. cap.* 1. *de vaſall. decrep.*
13 *ætat. nu.* 222. aliter cogeretur Rex ſoluere duplicatum ſtipendium contra tradita per *glo. in l. matriculam C. de agen. in reb. lib.* 12.

De Armis.

SVMMARIVM.

1 *Banna ſolita circa prohibitionem armorum, & quomodo fundantur tàm de iure communi, quam ſecundum Regn. Conſtitution.*
2 *Extractio armorum, equorum, & aliorum ad vſum belli deſeruientiũ, quomodo fundatur.*
3 *Extractio equorum in Regno immiſſorum fieri poteſt non obſtante prohibitione extractionis.*
4 *Exteros excuſat iuſta ignorantia Statutorum, & Conſuetudinum Regni.*
5 *Rex poteſt prohibere, ne multitudo gentiũ, aut exercitus ingrediatur per ſuam iuriſdictionem.*
6 *Rex poteſt prohibere exteros, ne intrent Regnum, vel in eo commorentur.*
7 *Rex poteſt prohibere, ne quis odioſus remaneat, vbi bona illatio, quæ ſeruatur in practica, & nu.* 8.
9 *Banna prohibentia aſportationem certa ſpeciei armorum nõ comprehendunt ſeruientes Curiæ Admiratus, ſicut non comprehendit ſeruientes Magn. Cur. Vic. & ita deciſum.*
10 *Tribunal Mag. Cur. cum Tribunali Mag. Cur. Admiratia inuicem.*

1 IVNT etiam banna de armis, vt nemo aſportet certam qualitatem armorum, nemo vendat, nemo extrahat, & nõ conficiat, quæ ſumpta ſunt ex *text. in l.* 1. *& rub. C. vt arm. vſ. inſ princ. libr.* 11. Eſtque ſpecialis *Regni Conſtitutio incip intentionis, & tex. in auth. de arm vbi gloſ in verb. minores & gloſ in rubr. C. de fabric. lib.* 11. ex quo etiam iuſtificantur banna contra confectores pulueris, & ſalnitri, ac illorum extractionem cum omnia deſeruiant ad inſtructionem, & vſum belli: vnde prohibito vno, cenſetur, & debet prohiberi omne id, per quod neceſſario adhoc peruenitur ex reg. *text. in l ad legatum, & in l. ad rem mobilem ff. de Procur.*

Et

Et de hac prohibitione extractionis armorum, ac etiam equorum, quæ iam eſt in
2 Regno, loquutus eſt *Andr. in rubr. quæ ſint regal. colum. final. & Luc. in l. ſaluberrima de lit. & itin. cuj. lib. 12.* inuehens contra magiſtros paſſuum hæc ad iniquitatis compendium pertrahentes, qui etiam minuta pecora immaniſſimè rapiunt, nedum in Regni finibus, ſed citra, vt *ibi* per *eum*: verùm
3 ſi hæc aliundè immiſſa fuerunt in Regnum, & ſignanter Equi, illi benè poterunt extrahi, non obſtante prohibitione, niſi aliter ſit prouiſum, vt *ibidem per eundem Andr. co-*
4 *lum penult. & ibi*, quomodo exterum excuſet iuſta ignorantia Statutorum, & Conſuetudinum Regni, & notetur prædicta deciſio *Andr in d. colum. final.* ad aliud in materia ſtatus ad rectam Regni gubernationem: nã
5 dicitur, quod poteſt Rex prohibere, ne multitudo gentiũ, aut exercitus ingrediatur per ſuam iuriſdictionem, & impedire commeatum, etiam per viam publicam, quæ non eſt Principis: nam poteſt timere inuaſiones, ra-
6 pinas, ſeditiones, & ſcandala. Item poteſt prohibere vnum, & plures ex cauſa, ne ſciant ſecreta Regni; & ſic propterea nolle alienigenas in Regno, ne animos ſubditorum inficiant, quæ recenſet *D. Frece. & alios* cumu-
7 lat *Authores*, & etiam quòd poteſt prohibere ne quis odioſus rem emat in *lib. 1. in tit. de offic. Magn. Admirat. nu. 25. & per Auendan. de exequend. mandat. lib. 2. cap. 6. verſ. ſeptimus caſus*: ex quo iuſtificantur ordines alias facti, & quę in dies fieri poſſunt; ne quis res in confinio poſitas alteri vendat, maximè extero, vel quod non concedantur aſſenſus venditioni feudorum aliquorum, maxi-
8 mè exteris; ſunt enim hæc tangentia gubernium, & ſtatum, & reſpicientia publicam vtilitatem.

Et aliàs fuit dubitatum in Collaterali Conſilio, an banna prohibentia aſportationem certæ ſpeciei armorum, comprehende-
9 rent etiam ſeruientes Curiæ Magn. Admir. ſicut non comprehendunt ſeruientes Magn. Cur. Vicar. & fuit deciſum per *dictam Conſtitutionem intentionis*, ac expeditæ prouiſiones, non comprehendi tales, ſed eſſe tractandos, vt tractantur ſeruientes Mag. Cur. Vicar. quia etiam illi inſeruiunt Regio Fiſco; ſiquidem talis iuriſdictio nomine Regio in certum genus hominum exercetur, & dicitur Magna Curia Admiratiæ, & in ea eſt Fiſci Aduocatus idem, qui eſt in Magn. Cur. Vicar. & à ſentẽtijs prædicti Tribunalis appellatur ad Sacr. Conſil. ſicut de ſententijs Magnæ Curiæ Vicariæ, & ob id Magna Cu-
10 ria Vicariæ non habet in eo iuriſdictionem, ſed vtrumque Tribunal procedit per viam litterarum hortatoriarum, de quo *in mea deciſ. 13.*

De inſignijs, & armis.

SVMMARIVM.

1 *Inſignia, & arma diſtingui deberi, etiam Iudicis officio prouideri debet, & ibi ratio.*
2 *Inſignia diſtinguuntur tripliciter.*
3 *Inſignia deferens dignitatis alterius, tenetur pœna falſi.*
4 *Inſignia deferens regalia, Regem ſe faciendo, tenetur pœna capitis, & ibi exempla, & caſus deciſi.*
5 *Inſignia, & arma, ac inſcriptiones in operibus publicis poni non poſſunt, quando de publica pecunia opus factum fuit, ſecus ſi de pecunia priuata, vbi limitatio, quòd poſſit fieri, quando præcedit nomen Principis, vel Ciuitatis, cuius expenſis opus factum fuit, & nu. 6.*
7 *Inſcriptio, & appoſitio armorum in publicis operibus, quando præcedit nomen Principis, vel dignitatis eſt de conſuetudine vniuerſali, quod fallit in Ciuitate noſtra Neapolis, ſecundum tradita per D. Præſid. de Franch. de cuius deciſione dubitatur.*
8 *Baro an poſſit ponere inſignia, & arma in Caſtro ſubinfeudato, & ſic pariter feudatarius in Caſtro conceſſo, remiſſiuè.*
9 *Inſignia, & arma, an plura poſſint apponi in Eccleſia de iurepatronatus, prout plures ſunt patroni.*
10 *Ius patronatus acquiritur fundatione, dotatione, & conſtructione.*
11 *Aedificia deſtruuntur ad noua facienda, vel ad vias ampliandas, & eius practica.*
12 *Moratoria, ſeu guidatica fieri ſolita pro debitis ciuilibus in beneficium colonorum, vbi fundantur.*
13 *Saluaguardiæ expediri ſolitæ in beneficium vaſallorum Baronum, ne contra illos de facto procedatur, nec pro delictis antiquis inconſulto Principe.*

1 IAm verò poſtquam loquuti ſumus de armis, attingamus aliquid de inſignijs, & armis, quibus nobiles vtũtur ſecundum nobilem ipſorum proſapiam, & multoties reperitur ijſdem vti plebeij, qui eodem

dem cognomento nobilium appellantur: ex quo in Ciuitatibus, & locis, in quibus non reperitur diſtinctus ordo, & numerus familiarum nobilium, & popularium: ſolent oriri multa præiudicia, & multa ſcandala, ad quæ vitanda, vt nobilitas non denigretur, & veritas non obumbretur, *Doctor.* dixerunt per Iudicis officium, & per Superiorem, ad quem ſpectat quies Reipublicæ prouideri debere, quod arma, & inſignia diſtinguantur, & non ſint eadem nobilium, & plebeiorum, ſeu popularium, ne nobiles iniurientur, & honor illorum aliquo modo lædatur, & tandem quocũque modo intereſt, & debet Superior prouidere: ita *Bart. in tract. de*
2 *inſign. & arm. num. 6. & 7.* diſtinguens ſatis
1 eleganter *nu. 1. cum ſequ.* inter inſignia dignitatis, vel officij, ac inſignia ſingularis dignitatis, vt in Rege, Principe, & ſimilibus; & inſignia priuatorum hominum tàm nobilium, quàm popularium: idemq; ſequutus eſt *Abb. vbi Butr. & cæteri Canoniſta in cap. dilecta de exceſſ. Prælat. Tiraquell. de*
3 *nobilit. cap. 6. nu. 12. & 13.* & qui defert arma, & inſignia dignitatis alterius ſecundum *Butr.* tenetur pœna falſi, non loquor de inſi-
4 gnijs Regalibus: erit enim pœna capitis, qui ſe Regem facit, vel dicit, vel facere curauit, licet falsò, & tranſcuratè, *Bart. in lege lex 12. tabul. ff. ad leg. iul. maieſt. Gig. in tractat. crimin. laſ. maieſt. quæſt. 22.* & ita aliàs practicatum, vt per *Tercagnot. lib. 1. part. 2. circa princip. de Rege Archilao*; & caſus contigit noſtris temporibus, exiſtente me tanquàm Regente Iudice delegato tempore Præſidatus Comitis de Lemos, dum fuit captus quidam Calaber, qui ſe Regem faciebat Portugalliæ, dicendo eſſe Regem Sebaſtianum in prælio contra Sarracænos tot annis retrò mortuum, tandem compilato proceſſu, detecta falſitate, & conuicto ex depoſitione, & recognitione propriæ vxoris, cæterorumquè coniunctorum, quos in partibus Calabriæ habebat, omnia ipſe ſpõtè confeſſus fuit, qui etſi vltimo ſupplicio damnandus erat, tamen vt falſitas omnibus patens eſſet, & hæc vanitas ab hominum mentibus deleretur, mandauit Catholica Maieſtas, ne morte damnaretur, ſed ad remigandum in Regijs triremibus Hiſpaniæ condemnaretur, vt ibi ab omnibus videretur.

Sed quid dicemus de inſcriptionibus in
5 operibus publicis, inſignijs, & armis eorum, qui publicis operibus conficiendis deputantur, quando de pecunia publica Ciuitatum Regni, aut Fiſci opus conſtruitur: videntur omnia decidi in *l. 2. 3. & 4. ff. de oper. publ.* Quando enim propria pecunia opus fit, cuilibet licet inſcriptionem propriam ponere, eiuſquè arma, & inſignia, ſi verò opus fit publica pecunia ſecus; ſed nomen tantum Principis, eiuſquè arma, & inſignia; & ſimul Ciuitatis, ſi eius pecunia opus factum fuerit.
6 Sed aduertatur, quòd *Doctor.* hoc intellexerunt, quando quis ad opus publicum conficiendum deputatus; ſolùm eius nomen, eiuſquè inſignia, & arma deſcribere curauit, nulla alia facta deſcriptione, vel inſcriptione Regis, vel Ciuitatis, ſed ſi poſt inſcriptionem Principis, vel Ciuitatis, cuius expenſis fit opus, eius nomen accommodauerit, benè licebit, ponderando ad hoc *text. in l. ſi qui Iudices C. de oper. publ.* ibi *ſi qui Iudices perfecto, publicis pecunijs, opere ſuum nomen ſine noſtri numinis mentione inſcripſerit, maieſtatis teneantur obnoxij*, ergo ſi
7 Principis nomen præcedit, ſecus erit; & ita de conſuetudine ſeruatur, *Caſſan. in cathal. glor. mund. part. 1. conſid. 16. Bouad. in ſua politica lib. 3. cap. 5. num. 56.* & hoc quod ſit conſuetudinis omnes affirmant, vt per *Alber. in d. l. 2. ff. de oper. publ.* cumulat deciſiones *Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap fin.* poſt *Bart. Veronenſem de ſeruit. vrban. prædior. cap. 71. nu. 8.* multa per *Reſtaur. Caſtal. in tractat. de Imper. queſt. 110. priuileg. 110.* Sed in Ciuitate noſtra in ipſius operibus, in quibus adſunt Deputati particulares, dicit *D. Præſid. de Franch. in deciſ. 443.* contrarium ſeruari, & antiquam conſuetudinem eſſe interruptam, quæ adnotare volui, nam in dies occurrunt; & ego de tali conſuetudine relata per *D. Præſid. de Franch.* valde dubitaui, cum in multis publicis operibus hodiè apparent arma eius, qui curam habuit confectionis illorum, & ſignanter nouiſſimè in Ianua Regiæ Dohanæ noſtræ Ciuitatis, apparent arma quondam Regentis Fornarij Locũtenentis Regiæ Cameræ, tanquam ille, qui præfuit conſtructioni prædictæ Dohanæ, & videmus in fontibus Ciuitatis, & alijs publicis operibus, in quibus vltra arma Regia, appoſita reperiuntur arma, & inſignia Proregum, qui conſtructionem
8 mandarunt, tanquam Regij Miniſtri; & an poſſit Baro ſua inſignia, & arma apponere in Caſtro ſubinfeudato, & an feudatarius, vel ſubfeudatarius in Caſtro conceſſo, & in quo loco, vide *D. Frecciam in lib. 2. 47. authoritate*, quid in armis in ſepultura appoſi-
9 tis, vel in Eccleſia de iurepatronatus per fundatorem, an aliæ poſſint poni per hæredes, latè per *Lambert. in tractat. de iurepatron. lib. 3. art. 4. 5. quæſt. princip.* & *ibi* de Religioſis, qui Cappellas vnius attribuunt

alteri

10 alteri poſt *Veronenſ.in loco allegato*,& cum iuſpatronatus acquiratur fundatione, dotatione, & conſtructione, & omnes ius habent æquale,vt per *Lambert.vbi ſupra quarta quæſtione princip.3.lib.& in art.2.q.2.libr.1.& eodem libro q.5.art.22.*ſequitur quod arma, & inſignia depingere poſſunt omnes, ſi in vna Eccleſia reperiuntur fundatores, conſtructores, & dotantes, vel duo inſimul, quæ ſufficit attigiſſe.

Et vt Ciuitas nobilitetur ædificijs,vel vię amplientur, aut aliæ de nouo fiant, ſolent
11 Proreges mandare Magiſtro Portulano noſtræ Ciuitatis, vt ſe informet, partibus intereſſe prætendentibus auditis,& in ſcriptis relationem faciat Collaterali Conſilio, qua viſa,& multoties etiam viſo loco per totum Collaterale Conſilium, & etiam per Proregem,vt pluries contigit tempore Præſidatus Comitis de Lemos, & eius filij D. Franciſci de Caſtro, domus priuatorum deſtruuntur, vel territoria occupantur, ſoluto tamen iuſto pretio, quod exoluunt Complatearij, & qui commodum ex via, & ædificio ſentiunt, de quo in *l. ædificia C de oper. publ.* & latè per *Auendan.de exequ.mand.par.1. cap.19. nu.39.* quia concernit hoc publicam vtilitatem; ſic pariter pro nouo porticu faciendo in noſtra Ciuitate, vbi mercatores cõfluunt pro ſuis negotijs peragendis,vt refert deciſum *D.Lanar.in ſuo conſ.4.*

Fiunt etiam per Proregem guidatica, & moratoriæ pro debitis ciuilibus in benefi-
12 cium Maſſariorum,ſeu Colonorum, vt vacare habeant culturæ, & meſſi, concernente hoc publicam vtilitatem taliter, quòd prædicto tempore perdurante à nemine inquietentur,de quo in *l.1.vbi Andr.de Barul. & in l.Coloni la ſeconda C.de agricol. & cenſit. lib.10.*

Solent pariter Proreges, ac Collaterale Conſilium expedire in beneficium vaſallorũ Baronum prouiſiones, quæ dicuntur ſalua-
13 guardiæ, vt contra illos de facto non procedatur, nec pro delictis antiquis,inconſulto Principe ad hoc, ne indebitè à Baronibus vexentur,vt per *Auend.vbi ſupra par.1.cap. 11.auth.Paul.de Caſtr. & aliorum.*

De limitatione expenſarum, modeſto,ac moderato viuendi more.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium excreſcit illorum, qui ordinatè,& regulatè viuunt, ſicut decreſcit, quãdo viuunt non ſeruato ordine, modo, & menſura.*

2 *Pragmatica fieri ſolita circa veſtes, ſuppellectilia domorum ornamenta,& alia,ne Ciuitas cum ſuis ciuibus annichiletur, & depauperetur.*

3 *Milites cruciferi, qui aliorum ſeruitijs adſcribuntur,militiæ cingulo priuari debent.*

4 *Dignitas titulorum in Regno ex abuſu vendi introducta.*

5 *Dignitas titulorum negotiatoribus, & ignobilibus concedi non debet.*

6 *Pragmaticæ veſtium, & aliorum, vt ſupra fundantur de iure communi.*

7 *Veſtimenta prodigalia modernus abuſus introduxit,dixit Baldus, qui de hoc ſtatuto loquutus fuit.*

8 *Epiſcopus an poſſit ratione peccati facere hoc ſtatutum.*

9 *Princeps poteſt facere ſtatutum ſuper omnibus, in quibus conſideratur exceſſus, & nu.12.*

10 *Clericorum numerus, qui in exceſſum deuenit in ciuitate debet per Superiorem Eccleſiaſticum moderari ratione fraudis euitandæ.*

11 *Salarium Laboratorum tempore Meſſis eſt taxandum,vt exceſſiua ſolutio vitetur.*

12 *Princeps, & qui locum eius repræſentat, manus apponere poteſt contra omnes, qui quomodocumque ſua ſubſtantia abutuntur,& num.13.*

14 *Princeps poteſt auaro dare curatorem, ſicut datur prodigo.*

15 *Auaritia eſt inhoneſta, & inſatiabilis rerum cupiditas, & nullum vitium ipſa deterius.*

16 *Deſcriptio prodigi,& auari.*

17 *Pater deportatus, ac reſtitutus recuperat adminiſtrationem bonorum filij, remoto tutore dato, niſi eſſet prodigus, vel auarus.*

18 *Mulieri luxuriosè viuenti bonis interdici poteſt,& idem in homine luxurioſo.*

19 *Homo maximo amore captus aquiperatur ebrio, & furioſo, & propterea in ipſius contractibus decretum requiritur.*

20 *Pragmatica prohibens aſportationem certarum veſtium,an habeat locum, quando aſportantur in propria domo, & ibi nu.21. quid de gemmis,auro, & ſimilibus.*

22 *Currus, ſeu Carrotiæ non competunt,niſi in dignitate, & honore conſtitutis, & nullo modo plebeis, & artem mechanicam exercentibus.*

23 *Carrotiæ, lettichæ, & ſediæ non ſunt quid nouum,ſed ab antiquiſſimis temporibus.*

24 *Pragmaticarum harum ratio ponitur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Pragmaticæ fieri ſolitæ circa moderatum viuẽdi modum, quę in iure fundantur. Dignitas titulorum ex abuſu in Regno introducta, quæ negotiatoribus, & ignobilibus concedi non debet. Princeps poteſt facere ſtatutum ſuper omnibus, in quibus conſideratur exceſſus, & propterea poteſt auaro, & luxurioſo bonis interdicere, & curatorem dare. Currus, & carrotiæ ab antiquo, quibus plebei, & artem mechanicam exercentes vti non debent.

1 SOlent Proreges pro recta Regni gubernatione limitare certo modo expenſas ſuperfluas populorum; nam vt dicit *Andr. de Barul. in l.* 1. *C. de frum. vrb. Cõſtantin.* reducitur cito ad inopiam, qui inordinatè viuit, non ſeruato ordine, modo, & menſura: ſic è contra excreſcit patrimonium ordinatè, & regulatè viuentium, *quem* ibi ad literam ſequitur *Io. de Plat.* & propterea ſunt factæ ordinariæ *Pragmaticæ* cauſa veſtituũ, quomodo, & cuius qualitatis eſſe debeãt; ſic etiam circa ſupellectilia, domorum ornamenta, & alia, ſimiliter circa numerum famulorum, & aliorum ſeruientium; ſic circa currus, & alia, quæ deuenerunt ad exceſſum. Videmus enim experientia omnes in egeſtate conſtitutos, multiplicitate debitorũ oneratos, fallitos, & decoctos, non adeſt in expendendo menſura, non ordo, non prudentia: omnes & nobiles, & ignobiles, Magnates, & priuati, & plebei, & artes mechanicas exercentes: volunt inquam omnes æqualiter ſe trãctare, eoſdem ſumptus facere cũ curribus, cum equis, cum veſtibus deauratis, domorum ornamentis, famulis, gemmis, & alijs, in quibus poteſt dici Ciuitatem hanc ſplendidiſſimam, & præcipuã inter cæteras vniuerſi orbis redactam ad infimum ſtatũ ex inordinato ſuorum Ciuium progreſſu. Sunt enim hę *Pragmaticę* hiq; ordines à iure cogniti, & ſtatuti. Hinc videmus multos ex nobilibus ſeruitijs priuatorum adſcriptos, imò
3 milites cruciferos, quos *lex* ex hac cauſa mãdauit priuari cingulo militię: pro quo eſt *text.* notab. in *l. nemo miles C. de re milit. lib.* 12. Hinc ẽt videmus multos, qui emunt titulos non habentes quomodo ſplendorẽ dignitatis ſubſtinere, quia maiorem partem fortunarum in emptionem erogarunt, decoctos
4 ex hac mala introductione, & abuſu vendendi titulos, cum ſolitum fuerit concedi gratis propter ſeruitia perſonis dignis, in quibus tituli dignitas ſplenderet, & non denigraretur. Non autem negotiatoribus, atque ſimi-
5 libus, contra quos loquitur *text.* expreſſus in *l. vnica C. n egotiatores ne militent lib.* 12. *& in l. ne quis C. de dignit. eodem lib.* & circa
6 veſtes, & paramenta vide *text. in l.* 1. *cum ſequ. C. de veſt. olob. & aur. lib.* 11. Dicit enim *Bald. in cap. iurauit in fin. de probat.* Quod
7 prodigalia veſtimenta modernus abuſus introduxit, & de tali ſtatuto loquutus eſt *Bald. in prohem. decret. in verb. Rex pacificus nu.* 34. & de his ſtatutis latè per *Barbat. in*
8 *conſ.* 29. *volum.* 2. Et diſputatio fuit, ſi etiam ratione peccati euitãdi poſſit fieri per Epiſcopum, de quo latè per *Alber. in l. factum ff. de reg. iur.* Sed quod à ſupremo Gubernatore fieri poſſit, non dubitatur, quæ latius cumulat, & exornat *Petr. Nunnez de Auend.*
9 *de exequ. mand. reg. cap.* 14. Et *ibi* notanter per *eum* de moderatione, quæ poteſt fieri per Superiorem ſuper omnibus, in quibus conſideratur exceſſus, & inter cætera dum
10 in Ciuitate adeſt numerus abundans Clericorum, qui verè fiunt ad fraudandas publicas functiones, ob quod pauperes Ciuitates Regni maximum ſentiunt damnum, *ibi nu.* 12. quod tamen prouidendum eſt per Superiorem Eccleſiaſticum, ideoquè hoc aduertens Chriſtianiſſimus, ac prudẽtiſſimus Cardinalis Arigonius Archiepiſcopus Beneuentanus vir omni virtutum genere cumulatiſſimus mandauit in hoc ſuperſederi, quodque minimè aliquis poſſit ordinari abſque ſua expreſſa licentia: *ibiquè* etiam prædictus *Author verſic.* 16. Dicit taxandum eſſe ſala-
11 rium laboratorum, vt exceſſiua ſolutio euitetur, vt ſuccedit in Prouincia Apuleæ, & in toto Regno, ad quod aduertere debent, qui curam abundantiæ habent: ex quo quid mirum ſi poſtea carò vendunt, dùm exceſſiuum ſalarium meſſoribus exoluunt, velint, nolint, cum alias recollectionem frugum facere non poſſent, & contra tales non reperitur iuſtitia, nec fit aliqua prouiſio, & generali-
12 ter Rex poteſt, & debet manus ponere, atque prouidere ſuper omnibus exceſſibus: nam dicitur quem malè vti ſubſtantia, poteſtate, vel iuriſdictione ſibi conceſſa, ad *text. in l.* 2. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.*
13 Hinc habet ortum diſpoſitio *text. in l. is cui bonis, de verbor. obligat.* & in omnibus ſimilem cauſam habentibus, qui ſubſtantia, ſeu rebus malè vtantur, *text.* eſt notab. in *l. & mulieri, & ibi in verb. prodigus ff. de curat. furioſ. vbi* dicit *text. prodigus & omnes omninò, etiamſi in edicto non fiat illorum mentio in bonis curatoris decreto priuilegiũ con-*
14 *ſequuntur*; & ex hoc infero poſſe Regem prouidere auaro; immò ei dare curatorem, quia ſic ille, ſicut prodigus, vel alius male vtitur ſubſtãtia ſua, & ita eſt oculis omnium

infe-

infestus, quod euitari debet, pro quo ponderо *text. in d. l.2. supra allegatum, qui* inter cæteros casus, ponit casum famis: nam secundum *August. de liber. arbit. lib.* 3. Auari-
15 tia est quarumlibet rerum insatiabilis, & inhonesta cupiditas. & idē *D. Thom. in* 2. *sentent.* 22. *distinct.* nullumquè vitium ipsa deterius secundum *Tullium lib.* 2. *offic.* & sic benè dicitur, quod est Idolorum seruitus, & *glos.* notabil. in *cap. ex parte de consuetud.* dicit quod prodigus est, qui dat danda, & non
16 danda. Auarus, qui tenet tenenda, & non tenenda, *eadem glos. in §. item prodigus infit. quib. non est permiss. facer. testamentum in verb. prodigus*; ita quòd tam excedit vnus, quàm alius, & sic parificantur in excessu, igitur sic vni, sicut alteri prouideri debet, vt eorum substantia benè vtantur; pro quo affero decisionem notabilem *Bald. in l fin. C. de sentent. pass. colum. final. num.* 16. *vers.*
17 *quid si pater*, dicebatur enim in *text.* quod patre deportato restituto recuperat ius patriæ potestatis circa administrationem omnium bonorum filij remoto tutore dato, nisi esset prodigus: quærit *ibi Bald.* An si non sit prodigus, sed ita tenax, quod non expendit, vbi oportet, an per hoc interdicitur administratio, & tenet, quòd interdicatur, quia non potest negari: quin committat vi-
18 tium in administratione. Hinc dicimus, quod mulieri luxuriosè viuenti bonis interdici potest tanquàm sui ipsius prodigæ *l. & mulieri*, iuncta *glos. ff de curator. furios.* & in homine luxurioso dixit idem *Bald. in l. ea lege in fine, C. de condict. ob causam.* Et
19 ex hoc etiam infertur requiri decretum in contractu illius, qui maximo amore captus est, quia amans æquiparatur ebrio, *glos. in § final verb bacchata. infit. de succes. ff. honor. sublat.* & æquiparatur etiam furioso, vt ex *Tiraqu. & alijs* refert *Simonc. de decret. in præfat. nu.* 75.

Et notetur vnum, quod tradidit *Gomes.*
20 *in l tauri* 45. *num.* 50. videlicet, quod *Pragmatica* prohibens vestes aureas, & similes, non procedat, quando in domo propria quis portet, quod non reputo verum simpliciter; siquidem ratio est refrænandi expensas inordinatas, & dandi regulam, & mensuram iustam viuendi, sed limito dictum tantum in vestibus, quæ factæ reperirentur tempore editionis *Pragmaticæ*, & non aliter, & sic solet practicari; nam datur tempus, seù iusta dilatio asportandi, seu consu-
21 mendi; & circa gemmas, aurum, & similia, &c. videndus est *text. in l. vnica* C. *null. lic. in fren & eques. eodem libro*, de quo statuto loquutus est *Bartol. in l.* 1. *§. hoc interdicto*
22 *ff. de sont.* & circa currus, & propriè carrotias videndus est *text. in l. vnica C. de honor. vehic. lib.* 12. vbi mandatur licere tantum illis, qui in dignitate, & honore constituti erunt, & non plebeis, seu artem mechanicam exercentibus, vt hodie indifferenter vi-
23 demus; & notetur pro curiosis, quod carrettæ, & carrotiæ non sunt quid nouum, & sic pariter lecticæ cum mulis, & sediæ, quæ ad manus portantur, habetur in *l. item legato de legat.* 3. *vbi glos. in verb. iumenta*, & bonus etiam *text. in l. vxori ff. de aur. & argent. legat. vbi glos. in verb. cum mulis*, & carrotiæ cum quatuor equis, siue quadrigæ antiquitus etiam erant in vsu, vt probat *text. in l. peculium* § 1. *de legat.* 2. *& in lib.* 1. *Reg. cap.* 8. Dùm prædixit Samuel populo, quid facturus erat Rex, quem eligi petierūt: dixit enim Dei ordinatione, *hoc erit ius Regis, qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet. & ponet in curribus suis, facietquè sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, &c.* Quàm verò sint Reipublicæ damnosæ, & quæ mala pariant, legatur *Io. Garz. de hispan. nobilit glos.* 48. *§.* 2. vbi eleganter, & reddit ratione *Pragmaticæ* in Hispanijs editæ per illum memorandum *Regem Philippum Secundum* in hac materia: ex hoc enim inordinato viuendi modo, ex tàm ingenti luxu, & effrenata expendendi libertate supra vires, vltra quam qualitati, & decentiæ personæ conueniat ex otiositate ex hoc causata, & destitutione vacationis omni virtutum generi, quid boni euenire possit pro Dei, & Regis seruitio, quid mali pro reuolutione Regnorum, cogitet vnusquisque prudens; & propriè in nostra Ciuitate loquitur *Cassan. in cathal. glor. mund. part.* 8. *consid.* 48.

De reformatione inuestiturarum.

SVMMARIVM.

1 *Inuestituræ confirmatoriæ, seu assensus, qui conceduntur super alienationibus feudorum debent expediri secundum tenorem primæ inuestituræ, aliter reformantur, & reducuntur ad primæ inuestituræ tenorem.*

2 *Feudum suam innatam assumit naturam à lege primæ inuestituræ.*

3 *Rex per inuestituram feudi dicitur assignare spiritum, & vitam viuendi.*

4 *Inue-*

Inueſtitura prima dicitur lapis angularis totius fundamenti.

5 *Inueſtitura prima taliter eſt attendenda, vt nulla ratio ſit habenda aliarum inueſtiturarum diſformium.*

6 *Inueſtituræ prima alteratio nunquàm intelligitur facta, niſi expreſsè.*

7 *Dominus non poteſt immutare formam primæ inueſtituræ in præiudicium ſucceſſorum.*

8 *Solitum Regiæ Cancellariæ circa reformationem aſſenſuum & inueſtiturarum, iuxta formam primæ conceſſionis.*

1 SAepè ſæpius cõtingit, quod fiunt inueſtituræ cõfirmatorię per mortem, vel prę-ſtãtur aſſenſus ſuper alienationibus feudorum, & illi, aut illę expediri ſolent iuxta cõmunem formam priuilegiorum in Regno, videlicet pro ſe, & hæredibus ex corpore, quando prima inueſtitura talium feudorum erat alterius naturæ, videlicet pro hęredibus, & ſucceſſoribus, vel alio modo; ob quod partes recurrunt ad Collaterale Conſilium, & petunt inueſtituras, ſeu aſſenſus reformari, & accommodari, iuxta naturam innatam, & aſſumptam à lege primæ inueſtituræ, quæ attendi debet ſecundum communem theoricam *Bald. in prælud feudor. in 4. deciſ. & in cap. 1. de duobus fratribus.* Hinc notanter dicit *Gulielm. de Pern. in ſuis notulis feud.* quòd Rex per inueſtituram feudi dicitur illi aſſignare ſpiritum, & vitam viuendi; & ſicut corpus hominis regitur à ſpiritu, ſic feudum regitur ab ipſa forma inueſtituræ, quæ latius exornat *D. Frecc. in princ. 3. lib ſubfeud vbi* appellat primam inueſtituram lapidem angularem totius fundamenti; ex ea enim feuda dicuntur naſci cum eius natura aſſumpta, dicuntur viuere, & cum ea inquam dicuntur mori per deuolutionem ad Dominum, per reſolutionem eiuſdem inueſtituræ ob lineam finitam, delictum, vel aliam ipſius legem.

3 Hinc *Afflict. in deciſ. 195.* tradidit primã inueſtituram eſſe attendendam, & nullam rationem habendam eſſe inueſtiturarum, poſtea alio modo expeditarum, quia præſumuntur erroneæ, & alteratio primæ inueſtituræ nunquam intelligitur facta, niſi expreſsè, vt ex *Curt. & alijs* tradit *Camerar. in cap. imperialem cart. mihi 66. in liter. C*, poſt *Bald. in cap. 1. verſ. ſed ſtatim oppono, de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, & in cap. 1. §. his verbis circa finem, verſ. & nota de ſucceſſione fratr. & graduum ſucceſſionis in feudis, idem Bald in cap. 1. §. final. num. 2. de feud. guard. Dec in conſ. 184. incip. in cauſa iſtorum nu. 3.* 7 *propè finem verſ. non obſtat.* Hinc concluſio eſt indubitata non poſſe Dominum immutare formam primæ inueſtituræ in præiudicium ſucceſſorum, dùm petitur illius confirmatio, vt latè per *Tiraquell. de retract. conſangu. §. 32. glo. vnica num. 39.* & aliàs præſumitur per errorem facta, *Alexand. conſ. 9. num. 12. volum. 5. Dec. conſ. 93. poſt num. 6. Crauett conſ. 291. lib. 4. nu. 23. Menoch præſumpt. 92. lib. 3. Theſaur. deciſ. 227. num. 7. cum ſequ. Cephal. conſ. 27. num. 2. volum. 1. Surd conſ. 410. num. 49. volum. 3. Petr. Gregor. de feud. part. 3. quæſt. 10. Bald. conſ. 215. volum. 2. Aldobrand. conſ. 151. 1 dub.* & ob id 8 idem *D. Frecc in lib. 2. ſubfeud. q. 12. num. 15.* dicit obtinuiſſe pluries, quod per Dominos Regentes Regiam Cancellariam mandaretur, quod inueſtituræ, ſeu aſſenſus reformarentur, & accommodarentur, iuxta formam primæ inueſtituræ, & hoc iure vtimur paſſim, & indiſtinctè.

De Theſauris.

SVMMARIVM.

1 *Practica circa eos, qui theſauros manifeſtare proponunt, petendo illorum partem.*

2 *Theſaurus, qui in rebus fiſci vult perquiri, totus erit Domini.*

3 *Theſauri, ſiuè in locis publicis, ſiuè in priuatis de vniuerſali conſuetudine hodie ſpectant ad Principes, & in Regno noſtro adſunt de hoc leges particulares.*

4 *Theſaurus inuentus in loco religioſo, vel ad Eccleſiam ſpectante, erit inuentoris pro medietate, ſi caſu inuenerit, ſi verò data opera totus erit Eccleſiæ, ſeu Fiſci Eccleſiaſtici, & nihil ſpectat ad Fiſcum temporalem.*

5 *Conſuetudo circa theſauros, quod ſint omnes Principis non extenditur ad theſauros inuentos in bonis Eccleſiaſticis.*

6 *Leges Principum de Eccleſijs loquentes, ſtatuta, & conſuetudines ſunt nulla.*

7 *Lex, vel conſuetudo generalis, vel non comprahendit Eccleſiam, vel ipſius reſpectu iudicatur nulla.*

8 *Verba generalia non includunt caſum contra libertatem Eccleſiæ.*

9 *Conſtitutiones Regni, & Capitula Caroli Primi circa theſauros ſunt omnia correcta per Capitula Caroli Secundi, & Pa-*

pa

pæ Honorij per quæ mandatur ſeruari ius commune.

10 *Caſus recenſetur de theſauro, qui præſupponebatur, quòd eſſet in loco Eccleſiaſtico, & ſe conuenerunt fiſcales, tàm temporales, quàm Eccleſiaſtici, quòd theſaurus inueniendus diuideretur inter Cameram Apoſtolicam, Regiam, & inuentores.*

1 PARITER multi porrigunt memorialia incerta dicentes velle reuelare theſauros abſconditos, & petunt dimidiam partẽ, ſuper quibus fiunt prouiſiones, vel remittendo negotium Reg. Cam. quòd prouideat, vel quod referat in Collaterali, & aliquando ſunt factæ prouiſiones per Collaterale, dando inuentoribus certam partem: nam cum data
2 opera, & non caſu, & fortuna in rebus fiſci vult theſaurus perquiri, quo caſu ſecundum iura communia totus theſaurus eſt Domini, iuxta tradita in *§. theſaurus, inſtit. de rer. diuiſion. in l. 3. § penult. ff. de iur. fiſc. in l. 1. C. de theſ. lib. 10. in cap. 1. §. & dimidium theſauri, quæ ſint regalia:* meritò oportet conueniri cum Fiſco pro quota parte inuentor participare habet, ſi aliàs totum ad Fiſcum pertinet.

Sed quid in locis priuatis non ſpectanti-
3 bus ad Fiſcum, neque ad Regium patrimonium, & non eſt dubium de iure communi Fiſcum nullam habere partem; ſed *Doctor.* dicunt hodie de generali conſuetudine, quaſi vniuerſalis orbis theſauros omnes ſpectare ad Principes, de quo per *Couarr. in regul. peccatum relect. 3. §. 2. quem* ſequitur *Molin. de iuſtit. & iur. 1. tom. tract. 2. diſput. 56.* author. *Paludani, & D. Ant. Salo. ſuper eodem tract. in 2. 2. quæſt. 66. art. 5. & in eodem tract. Arag. eadem quæſt. & artic. Summa Sylueſtr. in verb. inuenta, & Sot. de iuſtit. libr. 5. quæſt. 3. artic. 3.* & idem *Armill. in eodem verb. inuenta*, ſed pro opinion. *Couarru. & aliorum*, videntur *leges* particulares in Regno, vt in *Conſtit. Reg. Dohan. Secr. & in Conſtit. Pecuniam*, & etiam adeſt *Capitul. Caroli Primi incip. prædicti magiſtri Procuratores.*

Sed quid dicendum, ſi reperitur theſau-
4 rus in Eccleſia, in loco religioſo, vel ad Eccleſiam ſpectante, quod etiamſi antiquitus per leges ciuiles loca religioſa eſſe dicebantur in nullius bonis, & ſic fiebant theſauri occupantis; & quando data opera, diuidebantur inter Fiſcum, & inuentorem, & in hoc etiam fuerunt opiniones. Tamen poſt quam fuerunt ſublatæ omnes iuriſdictiones Imperatorum ſuper rebus Eccleſiaſticis, & illæ in proprietatem iam ſunt factæ Romanæ Eccleſiæ, eiuſquè Vicarij, *Doctores* communiter tradiderunt eſſe faciendam diſtinctionem, vt in rebus priuatorum: vt ſi caſu quis inuenerit in rebus Eccleſiæ diuidatur; ſi verò data opera, totus ſit Eccleſiæ, ſeu Fiſci Eccleſiaſtici, & nihil commune habeat Fiſcus temporalis: ita *Ioan. Fab. Angel. & Plat. in d. §. theſaurus idem Plat. in d. l. 1. C. de theſaur. libr. 10. Nauarr. in ſuo manual. cap. 17. num. 115. Gomeſ. in l. tauri 45. nu. 51. verſ. quarta concluſio, Summ. Sylueſt. vbi ſupra num. 11. Summ. Angel. in verb. inuenta, Couarr. in loco allegato, idemque Molin, Farinac. latè de var. & diuerſ. quæſt. in q. 104. num. 12.*

Verùm *Doctor.* prædicti nihil dicunt de
5 conſuetudine, quatenus theſaurus inueniatur in rebus Eccleſiaſticis, & cum reguletur illa à poteſtate reſidente in Principe leges condendi pro vtilitate Reipublicę, & ſic tollendo theſauros priuatis Dominis locorum & inuentoribus, ſuper quibus habet ſuam iuriſdictionem, non videtur hoc procedere
6 reſpectu Eccleſiarum, ſi ex defectu iuriſdictionis omnes leges expreſsè de Eccleſijs loquentes eſſent nullæ, & ſic ſtatuta, iuxta diſpoſitionem *text. in cap. Eccleſia S. Mariæ, de Conſtit. vbi* communiter *Scribent.* & ſi non valent leges, & ſtatuta, nec etiam conſuetudo per *Felyn. in cap. cognoſcentes de cõſtit. eſt text. in cap. clerici, vbi gloſ. & Doctor. de iudic. in cap. nouerunt, de ſentent. excommunic. in cap. fin. de reb. eccleſ. non alien. in authent. caſſa, & irrita C. de ſacroſanct. eccl. Dec. poſt alios in d. cap. Eccleſia S. Mariæ.* Eſſet enim talis conſuetudo, non ſolum præiudicialis, ſed ablatiua iurium, & bonorum ad Eccleſiam de iure communi ſpectãtium:
7 quo caſu etiam quòd lex, vel conſuetudo ſit generalis, de Eccleſia non faciens mentionem; tamen illius reſpectu erit pęnitus nulla, in quo ſunt concordes *Bartol. in l. cunctos populos C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. cum Abb. in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*; & nullus diſcrepat, quòd lex generalis, vel conſuetudo, aut erit nulla, aut non compræhendit Eccleſiam; hinc notabiliter *Bartol. in l. iubemus nullam*, quæ eſt decima *C. de ſacroſanct. eccleſ.* dixit, quod verba generalia
8 non includant caſum, qui eſſet contra libertatem Eccleſiæ, cum illa æquiparetur publicæ vtilitati, & pariter *Iaſon in leg. final. de ſacroſanct. eccleſ.* dicit ſtatutum generale valere, ſed non comprahendere Eccleſiam, quia eſſet nullum, & contra illius liber-

tatem, & immunitatem, quod per prius dicit *ibi Bald.num.19.& in l.final.C.ſin.cenſ. & reliqu. Ioan.Andr.Anchoran.Geminian. Franch.& omnes in cap.final. de immunit. eccleſiaſt.in ſexto:* vnde cum *Doctor.*in quæſtione de qua tractamus,loquantur in rebus laicalibus ad priuatos ſpectantibus, dùmodemum ſimpliciter dicunt Theſauros hodie eſſe Principum nullam facientes mentionem de theſauris ſpectantibus ad Eccleſiam, ſequitur quod non comprehendit Conſtitutio generalis ſimplex theſauros Eccleſiæ, quatenus illa ſit valida: nam ſecundum *omnes* eſſet nulla, & rurſus aduerto, quod dum allegatur conſuetudo vniuerſalis, oporteret, vt reſpectu Eccleſiæ demonſtraretur: Aliàs ſimpliciter hoc allegare,non datis caſibus conſuetudinem reſpectu Eccleſiæ inducentibus,eſſet durus ſermo, nec video legem, aut rationem aliquam concomitantem,& cenſuræ, quæ incurruntur ex vſurpatione, & occupatione rerum Eccleſiæ, ſatis ſuperquè ſunt notoriæ, quod fiſcales ægrè ferre non debent, quia de anima tractatur, & de æternitate contra ſanctiſſimam,& pijſſimam noſtri catholicorum catholiciſſimi Regis mentem,&contra ipſius expreſſos ordines, per quos mandatur cuſtodia, obſeruantia, & defenſio rerum Eccleſiarum, quæ in noſtro Regno ſunt indiſputabilia: nam etſi per *Conſtitutiones*, vt ſupra allegatas, & per *Capitulum Caroli Primi* videbatur theſauros ad Fiſcum ſpectare: tamen ſubſtulit omnia chriſtianiſſimus *Carolus Secundus* voluitq; ſeruari iura communia per *Capitulum incip. quia non decet:* idem mandatum eſt per *Capitula Papæ Honorij*, quod tradidit *Andr. in d.§.& dimidium theſauri in fin.vbi Modern.Add.Capyc.in ſua inueſtit. in verb.cum inuentionibus*, licet etiam prædictæ *Regni Conſtitutiones,& Capitula* erãt generalia, & nullam faciebant mentionem de Eccleſijs, quo caſu ex prælegatis *iuribus* Eccleſiæ nullo modo videbatur per eas derogatum; & in Regno eſt deciſum iuxta diſpoſitionem prædicti *Capituli Caroli Secundi:*ita quod de conſuetudine non eſt tractandum.

Sed occurrit caſus tempore Pontificatus ſanctiſſimi Pauli V.de theſauro,qui præſupponebatur eſſe in quadã Eccleſia noſtri Regni,& propriè propè Monaſterium D.Mariæ Montis Virginum;& ſe cõcordarunt Fiſcales tam Eccleſiaſtici,quàm temporales,mediante etiam decreto Collateralis Conſilij, quod theſaurus fortè inueniendus diuideretur inter Camer.Apoſt.Regiam,& Inuentores,ſic petentibus reuelantibus: immò quòd ante omnia deduceretur decima pars in beneficium alterius, pro quo reperiendo fuerunt deſtinati Fiſcales Reg. Cur. & Nuncij Apoſt.& tandẽ iuxta ſolitũ nihil inuenerunt.

DE TRIREMIBVS, COETERISQVE NAVIBVS, aut Nauigijs, quæ in curſu deſtinantur.

TITVLVS VNDECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Proreges, ſicut purgatam tenere debent Prouinciam ab incurſu latronum, & delinquentium, ſic etiam maria, vt ſicura ſit vnicuique nauigatio, & Prouincia à piratis damno non afficiantur.*

2 *Proreges concedunt licentiam armandi vaſcella,qua maria diſcurrant, & ſine illius licentia eſt prohibitum, in quo etiam ſunt edita Pragmatica particulares.*

3 *Bona, & perſona infidelium fiunt capientiũ cõtra quos eſt indictum bellum perpetuum.*

4 *Bella ſunt de iure gentium.*

5 *Hoſtes vbicumque capi poſſunt, licet non in acie belli.*

6 *Diffidatio eſt initium belli.*

7 *Bellum cum infidelibus indictum operatur, quod omnes ſint diffidati, & hoſtes publici, & propterea ipſi,ipſorumque bona efficiuntur capientium.*

8 *Bona capta propter bellum dicuntur in ipſo bello capta.*

9 *Licitum eſt ab hoſtibus prædari, aut furari.*

10 *Concluſio communis, & iudicata, quod ſiuè in acie belli, ſiuè extra bona inimicorum capiantur, vel infidelium perſonæ, ſemper efficiuntur capientium.*

11 *Subditi hoſtium, illorumq; adiutores eadem pœna afficiuntur, qua hoſtes, & ibi declaratur doctrin. Innocent. de reſtit. ſpoliat. num.12.*

13 *Recenſentur practicata, & iudicata ſecundum præfata.*

14 *Triremes noſtra, aliaque nauigia an poſſint in Gulfu,ſeu in mari Adriatico, quod Veneti prætendunt eſſe proprium,an inquam*

ibi

ibi poſſint inimicos, hoſteſque publicos, & infideles capere, illorumque bona, & perſona efficiantur capientium.

15 Bona capta, & ſic etiam perſona in aliena iuriſdictione, & territoria non videntur effici capientium, & ſic limitatur regula, quod bona in bello capta efficiuntur capientium, quia territorium dat ſecuritatem, quod demùm improbatur.

16 Territorium confœderatorum cum inimicis iudicatur, vt territorium inimicorum, niſi eſſet aqualiter confœderatus.

17 Opinio cõtra Soccin. defenditur tanquam verior, vt nulla habita diſtinctione territorij, aut iuriſdictionis bona, & perſona hoſtium fiant capientium. quia hoc eſt de iure gentium, & non conſideratur ratio iuriſdictionis, ſed libera facultatis.

18 Dominus territorij poteſt prohibere ingreſſum, & reſiſtere, ſed hoc nihil ad capturam bonorum, & hoſtium; quia illa non ſunt Domini territorij, ſed iure gentium ſunt capientium.

19 Veneti tenent vſurpatam proprietatem maris Adriatici, ſecundum vnam opinionem, & ſecundum aliam, quod habeant ex conſuetudine cum certa Domini ſcientia, ex qua videtur Dominum conceſſiſſe.

20 Conſuetudo à lege improbata comprahendit etiam immemorabilem, niſi adſit Domini ſcientia, ad quem ſpectat conceſſio, quia ex hoc illa præſumitur.

21 Lex quando reſiſtit præſcriptioni, aut conſuetudini, tunc quod eſt conceſſibile, non eſt præſcriptibile.

22 Priuilegium allegari debet, & probari poſſe poteſt per poſſeſſionem immemorabilem, vbi deciſio Angel. ipſiuſque Conſilium valdè commendatur, loquentis in proprio Gulfu Venetorum, & dicitur eſſe communiter ſequuta.

23 Veneti poſſunt prohibere nauigationem in eorum Gulfu, donec fuerint in poſſeſſione.

24 Veneti poſſeſſionem marium pretendunt, ex pretenſa conceſſione Imperatorum.

25 Reges Hiſpaniæ non recognoſcunt Imperatorem. ſed ſunt abſoluti Domini neminem recognoſcentes.

26 Imperator quomodo ſit Dominus omnium.

27 Mare eſt omnibus commune naturali iure.

28 Maris reſpectu tria conſiderantur proprietas, vſus, iuriſdictio, ſeu protectio; primum eſt in nullius bonis, ſecundum omnium commune, & tertium eſt Populi Romani, ſeù Imperatoris.

29 Ædificare in mari licet, dummodo vſus publicus non impediatur.

30 Ciuitas Venetiarũ in mari ædificata dicitur libera quoad dominium, non autem quoad iuriſdictionem Imperij.

31 Inſulæ in mari adificatæ erunt de iuriſdictione Prouinciæ propinquioris per centum milliaria, vel ſi in mari alto erunt de iuriſdictione Imperatoris.

32 Iuriſdictio in iſtis Inſulis non poteſt exerceri, niſi ab Imperatore, vel eius conceſſionario, aliàs incideretur in crimine læſæ maieſtatis, ſecundum iura ciuilia.

33 Occupantes Inſulas de iure gentium faciunt ſibi Regem, quod procedit in illis, qui nec iure Romano, nec iure communi vtuntur.

34 Veneti ſunt de Populo Romano, ſed exemptionem habent ex priuilegio Imperatorum; aliàs nullo modo iuriſdictionem exercere poſſent.

35 Deciſio Alberic. affirmantis vidiſſe ipſum priuilegium aurea bulla bullatum intantum quod Bart. & Bald. dixerunt poſſe Imperatorem ex cauſa reuocare priuilegium, & reducere in ſeruitutem nu. 36.

37 Duces Venetiarum ſecundum Bald. & alios non ſunt propriè Duces, ſed habent potius quãdam præeminentiam dignitatis, quàm dominium.

38 Conceſſiones Imperatorum intelliguntur omnes reſpectu iuris, quod habent.

39 Proprietas riparum, & ſi ſint Domini fundorum, quibus illæ adhærent, non per hoc tollitur illarum vſus nauigantibus, cum ſit ille de iure gentium.

40 Conceſſiones ab Imperatore, vel à Papa factæ in derogatione iuris alterius, intelliguntur quando ex eis non infertur magnum præiudicium.

41 Deciſ. Lue. de Penn. in l. vſum aquæ C. de aquæduct. commendatur, tanquam decidens proprium caſum.

42 Littora, & maria adiacentia terris particularibus ſunt de iuriſdictione illarum, ſeù illorum, qui ibi præſunt.

43 Rex vbicumque irruit in hoſtes, ibi eſt territorium ſuum.

44 Conductores nauium, equorum, & aliorum amiſſorum in bello, an teneantur ad reſectionem damnorum, & communis eſt non teneri, quando voluntariè Domini locauerunt, aliàs ſi contra volũtatem debet damnum refici à mandante.

45 Rex non tenetur ad ſolutionem talearum militum in bello captorum, quando voluntariè acceſſerunt; ſecus ſi neceſſariò, & vocati, dummodò culpa illis imputari non poſſit.

46 Deciſio Pellegrin. ſubditi Venetorum annotatur.

ARGVMENTVM.

Triremes, & nauigia non poſſunt ſine expreſſa Principis licentia in curſu deſtinari. Bonaſ, & perſonæ infidelium fiunt capientium. Bellum cum Infidelibus ſemper indictum, & propterea fiunt omnia capientium, ſiuè in bello, ſiuè extra bellum. Hoſtes ipſorumquè bona capi poſſunt vbicumque, & quomodocumque, etiam in territorio alieno, quia captura eſt de iure gentium. Veneti quomodo Domini maris Adriatici, ſuntquè liberi, & exempti ex priuilegijs Imperatorum. Ciuitatis in mari ædificatę, cuius erit iuriſdictio. Conceſſiones omnes intelliguntur iuris, quod concedens habet, & numquam in præiudicium iuris alterius. Taleæ militum in bello captorum, quando à Rege ſoluuntur.

DIximus, quod Proreges deputant Commiſſarios dictos *de campagna* ad purgandam Prouinciam malis hominibus; ſic etiam tenētur purgare maria Prouincijs adiacentia ab incurſu piratarum, & prædonum, vt libera ſit vnicuique, & ſecura nauigatio, & ab illis Prouinciæ non damnificentur, dicit *Luc. de Penn. in l. vnica* per illum *textum C. de claſ. libr.* 11. Ob quod concedere ſolent licentias armandi vaſcella, quæ maria diſcurrant, & pariter mandant, vt Regiæ triremes aptentur, & in curſum vadant contra Turcas, & chriſtianæ fidei inimicos, illoſquè capiant captiuos, & ſeruos faciant, vna cum omnibus ipſorum bonis, de quo in *dicta lege vnica, vbi* communiter *Scribent. C. de claſſic. libr.* 11. Et ſine licentia Proregis hoc eſſet prohibitum, cum hoc ſolùm ad Principem ſpectat, de quo etiam in *lege vnica C. vt arm. vſ. inſ. princ. interd. ſit. lib. vndecimo*, & ſuper hoc ſunt editæ particulares *Pragmaticæ*.

Dixi, quòd capiuntur perſonæ infidelium, fiuntquè capientium vna cum ipſorum bonis, quia hoſtes ſunt, & contra eos eſt indi-
3 ctum perpetuum bellum, iuxta diſpoſitionem *text. in l. hoſtes ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ.* ibi, *hoſtes ſunt quibus bellum publicè Populus Romanus decreuit, vel ipſi Populo Romano*, & ibi *in fine, ab hoſtibus autem captis, puta à Germanis, ſeu Parthis, & ſeruus eſt hoſtium, & poſtliminio ſtatum recuperat priſtinum, & in l hoſtes ff. de verbor ſignificat.* ibi, *hoſtes ij ſunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus*; & quia contra Turcas, tanquam hoſtes eſt indictum publicum bellum, ſecundum *Bartol. in d. l. hoſtes ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. in l. chriſtianos C. de pag. Innocent. & Scribent. in cap. quod ſuper de vot.* propterea efficiuntur capientium, & ſic pariter res eorum ad *text. in l. naturalem § final. ff. de acquirend. rerum dominio*, ibi, *item ea, quæ ex hoſtibus capiunt, iure gentium ſtatim capientis fiunt in l. trāſfuga eodē titulo*, ibi, *& quæ res hoſtiles apud nos ſunt, non publicæ, ſed occupantium fiunt in § item ea inſtitut. de rerum diuiſ.* ibi: *item ea, quæ ex hoſtibus capimus, iure gentium ſtatim noſtra ſunt*; & benè dicit, *iure gentium*,
4 quia bella ſunt de iure gentium, ad *text. in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iur.* Ex quo *Doctor.* communiter tradiderunt, & firmauerunt, bona, & res hoſtium effici capientium, de quo per *Bartol. in d. l. hoſtes, Salycet. in l. ab hoſtibus C. eodem titulo*, & hæc eſt communis ſecundum *Felyn. in cap. excommunicamus num. 3. de hæretic.* & punctus eſt, quòd ſit indictum bellum ſecundum *Bartol vbi ſupra num.* 14. Nam ex hoc efficiuntur hoſtes,
5 & vbicumque capi poſtea poſſunt, licet non in acie belli *text.* eſt elegans, qui hoc decidit in *l. in bello §. item in pace ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ.* ibi, *item in pace, qui peruenerunt ad alteros, ſi bellum ſubito exarſiſſet, eorum ſerui efficiuntur, apud quos iam ſuo facto deprehenduntur, gloſ. ibi in verb. exarſiſſet*, ideſt inceptum eſſet, & in *verb. ſuo facto*, quia iuerunt: vnde ex indictione belli hoſtes efficiuntur, & conſequenter poſſunt vbicum-
6 que capi, & ſerui erunt capientium. Nam diffidatio eſt initium belli dicit *Bald. in authent. item nulla communitas C. de Epiſc. &*
7 *cler.* & cum bellum ſit publicè indictum cum infidelibus, intelligūtur ipſo iure omnes diffidati, & tanquam hoſtes ipſi, eorumq; bona effici capientium, *Bald.* nor. per illum *text. in auth. nauigia C. de furt. vbi* eſt de hoc caſus, nam *text.* prohibens nauigia, quę naufragium patiuntur, nullo modo inquietari, tàm reſpectu perſonarū, quàm bonorum dicit *in fin.* niſi talia fuerint nauigia, quæ pyraticam exerceant prauitatē, aut ſint nobis, aut chriſtiano nomini inimica; & ſic ſufficit eſſe hoſtes, quales vt diximus, verè ſunt illi, contra quos publicè bellum eſt indictum, *ibiq.* poſt *Salyc. Aret.* notat, quod infideles vidētur eſſe hoſtes publici, & diffidati: itaq; poſſunt impunè capi ipſi, & res eorū, idemq; *ibi Paul. de Caſtr.* & licet non capiātur in bello, ſeù in acie belli: tamen quia bellum eſt indictum, & publicè ſunt tanquam hoſtes diffidati, dicūtur capi in bello, quia bellum vndiq; cum
8 ipſis eſt. Hinc *iura*, quæ diſponunt capta in bello fieri occupantium: exponuntur, ſiuè in bello, ſiuè propter bellū: nam ſemper in bello capta eſſe dicentur, *gloſ. in l. ſi quid in bello ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. in verb.*

in bello, dicit enim *ibi text. ſi quid in bello captum eſt, in præda eſt*, dicit *ibi gloſ.* ſcilicet propter bellum, *text.* ad hoc elegans in *l.* 1. *verſ. in bello ff de incend. ruin. naufrag. quem gloſ.* prædicta nō allegat, dicit enim *ibi text. Quemadmodum ſolemus dicere in bello ammiſſum, quod propter cauſam belli ammittitur*, ſecundum quę intelliguntur *iura*, & tradita per *Doctor.* vt in bello capta efficiantur capientium, de quo *in l. 1. ff. de acquirend poſſeſſion. per Ciuiliſt. & in cap. ſicut de iureiurand. per Canoniſtas.* Hinc in *l. 2. C. de commerc. & mercat.* dicit *ibi text. non ſolum barbaris aurum minimè præbeatur, ſed etiamſi apud hoſtes inuentum fuerit, ſubtili auferatur ingenio, vbi gloſ.* dicit, quod bonus eſt dolus, & reddit rationem, quia erant hi hoſtes Populi Romani, ita quod hoſtilitas eſt in conſideratione cauſata ex
9 iuſto bello, ob quod *Bald.* ibi tradidit, quod licitum eſt ab hoſtibus prædari, & furari, & ſic firmant per illum *textum:* vnde alluci-
10 nantur *aliqui*, *qui* voluerunt oportere bona, & perſonas capi in ipſa belli acie, & ſecundum prædicta millies eſt deciſum, & ſic practicatum; de quo etiam per *Grammat. in deciſ.* 71 Immò intantum hæc ſunt vera, & notoria, vt non ſolùm hoſtes, ipſorumquè
11 bona capi liceat: verùm etiam adiuuantes, atque ſubditos, ſecundum doctrinam *Innoc. in cap. olim cauſam de reſtitut. ſpoliat. num.*
12 *9. colum. final.* & licet dicat *ibi, alij dicunt hoc in bello, &c.* Tamen primum dictum eſt, quod ipſe tenet, & ſic intelligit illum *Ioan. Fab. qui* ſui authoritate hoc idem tradit in *d. §. item de rerum diuiſ.* quod latius fundat *Loffred. qui Ioan. Fabr.* non allegat in *conſ.* 45. eandemquè opinionem contra ſubditos, & auxiliantes firmat *Bald. in l. 2. num. 76. C. de ſeruitut. & aqu. quem* ſequitur *Iacob. in verb. de adhærent. & confœder. Alexand.* cumulat in *addit. ad Bartol. in d. l. quod in bello in liter. C, latè in meo conſ. 93. 1. volum.*
13 ſecundum quæ fuit iudicatum in facto Iudæorum vaſallorum Solimani, qui naufragium fecerunt in maritimis Ciuitatis Hoſtuni, & vltimo loco in cauſa perſonarum, & bonorum Turcarum, qui vi ventorum applicuerunt in portu Brunduſij, & in alijs quampluribus caſibus, ſemper eſt hoc indubitatè practicatum.

Qua concluſione indubitata exiſtente, communi, & deciſa per caſus *iurium*, & ſic indifferenter practicata; videamus quomo-
14 do procedat id, quod alias prætenſum fuit per Venetos, vt naues Turcarum, ſeu ipſorū perſonæ, & bona capta à noſtris triremibus in Gulfu, quem dicunt eſſe ipſorum, ſeu in mari Adriatico, vbi eandem habent prętenſionem, quòd inquam illa non efficiantur ca-
15 pientium, tanquam capta in alieno territorio, & in aliena iuriſdictione, ꝙ tenuit *Bart. Soce. in d. l. 1. ff de acquir poſſeſſ.* dicens ſic limitari regulam, quod in bello capta fiant capientium, quia territorium dat ſecuritatem, author. *Angel in ſua quæſt. incip. renouata guerra, quem* ſimpliciter *ibi* ſequitur *Rip. & Crot. vbi Alciat.* limitat, niſi is, cuius eſt ter-
16 ritorium eſſet confœderatus cum hoſtibus, quod ſublimitat, quando æqualiter eſſet cōfœderatus cum hoſtibus: ita quòd ſic prohibet inimicos ex vna parte, ſicut ex alia, vt in illius territorio nullo modo pugnēr, & vtrique parti ſe medium præſtat.

Cōtrariam ſententiam tenuit *Io. de Riuis*
17 *Florēt. quem* refert, & ſequitur *Hormanet. Det. in repet. eiuſdem legis nu. 21. verſ. quinta declaratio*, authoritate *iurium* prędictorum, quæ indifferenter ex indictione belli, ex diffidatione, & ex vi perpetuæ hoſtilitatis, generaliter permittit capturam iure gentium, ꝙ ius dat liberam facultatem vbicūque, & non reſtringitur territorio, & contra *Soce.* tenuit *ibid. Socc. Iun. & Bolog. qui* etſi tenuerint illam opinionem, quòd id, quod dicitur perſonas, & bona fieri capientium, intelligatur in bello: tamen in hoc vel malè dicitur ex præallegatis, vel intelligātur, vt ſupra ideſt propter bellum, ſeu quando non erat publicè bellum indictum; ſed tandem ipſi reprobant *Soccin.* in caſu, de quo loquitur circa diſtinctionem territorij, & *Bolog.* benè confutat omnia ipſius argumenta, qui legi poterit, quorum opinionem & nos ſequimur, quæ eſt deciſa per caſus *iurium*; dicit enim *text. in l. 1. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* quod de iure gentium capiēcium fiunt animalia, quę terra, mari, cœloq; capiuntur: ſubſequitur *text. in l. 3.* ibi, *nec intereſt, quò ad feras, beſtias, & volucres vtrum in ſuo fundo quiſque capiat, an in alieno, vbi gloſ. in verb. alieno*, dicit: nā vtroque caſu efficiuntur capientium, quod videtur decidere articulum, & hoc eſt ex ratione, quia eſt de iure gentium, & conſiſtit in libera facultate, & nō ratione iuriſdictionis, & lex præſtat capienti dominium eius, ꝙ non erat, nec eſt Domini territorij: itaq;
18 reſpectu capturæ, & acquiſitionis dominij, nihil ad Dominum territorij, qui poteſt prohibere intrare in eius territorium, vt dicit *text. in eadem l. 3. in §. planè*, & poteſt reſiſtere ne intret ſecūdum *gloſ. ibi*; ſed hoc nihil ad acquiſitionem bonorum, & capturam inimicorum, & hoſtium, ſi intrauerit, quia illa nō ſunt Domini territorij; ſed de iure gentiū ſunt capientiū: & propterea *gloſ. ibi in verb.*

prohibere in fin. quęrit: an ſi intrauerit cõtra prohibitionem, & capiat; efficiãtur ne capta capientium, & ſe remittit ad dicta in *lege diuus ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. vbi text.* dicit: *non eſt rationabile nolentibus Dominis vos in alienis agris aucupari*, dicit *ibi gloſ.* idem in venatione; ſed ſi hoc non obſtante aucupauerit, venatuſuè fuerit, erit capientium per *text. in §. feræ inſtitut. de rerum diuiſ.* qui *text.* cum *§ ſequ.* dicit idem quòd *text. in d. l. 3. & 5.* & licet *gloſ. in §. planè inſtitut. vbi ſupra* dixerit non fieri capientium, quando adeſt prohibitio, *quæ* allegat *text. in l. ſi fundum, & in l. certum C. de rei vendic.* Tamen *iura* illa nihil faciunt: loquuntur enim reſpectu fructuũ fundi alieni, qui ſunt de dominio Domini fundi, quod nullam habet difficultatem, & non poteſt applicari ad perſonas, & bona hoſtium, quæ nõ ſunt fructus, nec de dominio Domini territorij, & propterea *Flor. in d. l. diuus*, dicit ſaluando *gloſ in d. §. plane*, vt habeat locum, quando fructus fundi conſiſtebant in venatione, *quem* allegat, & ſequitur *Angel. Aretin. in d. § fera, gloſ verò in l. diuus*, quando non erant fructus territorij, ſed *Bald. in d. §. fera, inſtitut. de rerum diuiſione*, dicit tenendam eſſe *gloſ. in d. l. diuus*, quodque *leges* allegatæ per *gloſ. in d. §. fera* non faciunt ad quæſtionem, *qui* videatur, nam ſic elegãter loquitur, & declarat terminos. Quam opinionem tenuit *Bartol. in l. 1. §. omnia ff. de acquiren. rerum dominio, qui* dicit opinionem *gloſ. in l. diuus* eſſe veram, *quam* ſequitur *Dyn.* & ſecundum *eam* refert deciſum *Angel. in d. l. diuus*, & opinio prædictæ *gloſ.* eſt communiter approbata, vt refert, & ſequitur *Iacob in tractat. de feud. in verb. & cum venationibus nu. 3. qui* dicit hanc eſſe communem.

Sed hoc expreſsè decidunt *iura* allegata, & benè allegat *gloſ. in l. diuus, text. inſtitut. de rer. diuiſ. in §. fera, qui* legendus eſt cum *§. ſequ.* & per eadem etiam verba loquitur *text. in d. l. 3. cum legibus ſequentibus de acquir rer. domin.*

Dicunt enim, quod licet aucupari, atque venari in territorio alieno, & quod capitur fit occupantis: verùm à Domino poteſt prohiberi, ne ingrediatur; & ſic poteſt prohiberi ingreſſus, non aucupatio, aut venatio, quæ eſt de iure gentium, vbi *Gloſſ. in verbo prohiberi*, dicit: licet principaliter prohiberi non poſſit aucupari, quod nullius ſit; tamen per conſequentiam, cum prohibet ſcilicet intrare, prohibetur, & capere: quia ſi non intrat, capere non poteſt. Hinc *text.* poſtquã dixit, quòd poteſt prohiberi tantum ingreſſus, ſubſequitur immediatè: *quicquid autem eorum caperimus, eo vſque noſtrum eſſe intelligitur, donec noſtra cuſtodia coercetur*; ergo cum vtrumque caſum propoſuerat, aucupationis, & venationis, tàm in fundo proprio, quàm alieno, & dixerit eſſe capientium, & etiam propoſuerit poſſe prohiberi ingreſſum in alieno fundo, & demum *in fine* reſpondendo capturæ, dicit: quod *quicquid capitur, erit capientium, donec cuſtodierint*: ergo in omnem caſum, ſiuè fuerit facta prohibitio, ſiuè non fuerit facta, & hoc cum ratione: nam ſi eſſe fundum alienum, non deſeruit ad ius capturæ, quia id, quod capitur, non eſt de dominio territorij, & propterea *iura* dicunt, quòd etiam in fundo alieno poſſum capere, ergo iuſtè nihil facit reſpectu huius prohibitio ingreſſus: nam aliud eſt poſſe prohibere ingreſſum mei territorij, & aliud eſt prohibere capturã eius, quod non eſt de territorio, nec in dominio Domini illius, ſed commune de iure gentium in facultate capiendi, quod in indiuiduo dicit *text. in l. iniuriarum §. ſi quem tamen ff. de iniur.* vt aliud ſit prohibere ingreſſum agri alieni, & aliud ſit prohibere piſcationem, aut aucupationem: vnde quod ſint Veneti Domini Gulfi, quòd poſſint prohibere ingreſſum, quòd poſſint reſiſtere, quòd detur illis interdictum, vti poſſidetis, ſi prohibeantur ius ſuum exercere ſecundum diſpoſitionem *text. in l ſanè ff. de iniur.* Tamen omnia hæc deſeruient reſpectu licitæ prohibitionis, licitæ reſiſtentiæ, & ſi ingrediendo caperetur, quod eſt ipſorum; ſed quid hoc ad hoſtes, ipſorumquè bona, quæ non ſunt de ipſorum territorio, nec in ipſorum bonis, fructu, aut dominio, ſed in capientium libera facultate de iure gentium; & ideò quando quis intrauit contra prohibitionem, *lex* non dicit, quod capta reſtituantur; ſed quod poteſt agere Dominus territorij actione iniuriarum *gloſ. in d. l. diuus, text. in d. l. iniuriarum §. ſi quis.*

Sed ſi eſt verum, quod dicit *Luc de Penn.* vt eſt veriſſimum in *d. l. vnica C. de claſſic.*
19 *lib. 11.* Quòd Veneti hanc prætenſam proprietatem maris Adriatici vſurparunt, vt vſurpatum dicit *text.* expreſsè præſumi debere in allegata *l. iniuriarum §. ſi quem tamen, verſ. & quidem*, cuius infraſcripta ſunt verba.

Et quidem ſæpiſſimè reſcriptum eſt non poſſe quem piſcari prohiberi, ſed nec aucupari, niſi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi poteſt, vſurpatum tamen, & hoc eſt tametſi nullo iure quis prohiberi poſſit antes meas, vel prætorium meum piſcari: quare

re ſi quis prohibeatur, adhuc iniuriarum agi poteſt, vbi gloſ. in verb. vſurpatum, dicit ideſt conſuetudine obtentum, ſed tenetur iniuriarum, quia nulla eſt conſuetudo, & propterea etſi ſit vſurpatum, dicit *gloſ. ibi in verb. agi poteſt*, quòd poterit agi actione iniuriarum: ſi igitur erit vſurpatum, deficit factũ territorij alieni, & conſequenter quæſtio non habet diſputationem; ſed ſi admittimus ipſos habere hoc ex conſuetudine, ex certa Domini ſcientia, vt dixit eadem *gloſ.* ibi, *niſi conſuetudo ex certa ſcientia inducta ſit*; nam tunc videtur Dominum ſcientem, & patientem, ad quem ſpectabat conceſſiſſe, vt in ſpecie poſt *Ioan de Plat.* reſpectu Venetorum dixit *Aretinus in §. flumina* 20 *inſtit. de rer. diuiſ.* Nam quotieſcumque lex improbat etiam conſuetudinem, tunc quantumcumque allegetur immemorabilis, non deſeruit, niſi data ſcientia, & patientia Domini, ad quem ſpectat conceſſio, quia ex hoc oritur præſumpta conceſſio, *Abb.* poſt *Butr.* & latius *Felyn. in cap. accedẽtes de præſcript.* 21 quia dùm lex reſiſtit præſcriptioni, & conſuetudini, vt in caſu de quo agitur, tũc quod eſt conceſſibile, non eſt præſcriptibile, nec cõſuetudo etiam immemorabilis, quicquid proficit, ſi lex dicit eſſe vſurpationem, vt per *Felyn. vbi ſupra*, licet *Angel. in d. l ſanè* 22 *ff. de iniur.* & melius *in conſ.* 289. *alias* 290. tenuerit nullo modo, nec præſcriptione immemorabili, nec conſuetudine aliqua poſſe acquiri, niſi priuilegio vero, vel præſumpto, quod allegari debet, & illud probari per poſſeſſionem immemorabilem, *qui* loquitur in ſpecie in Gulfu Venetorum, & eſt communiter ſequutus, vt per *Cœpoll. in tract. de ſeruitut. in tit. de mari num. 7. Anan. in cap. 2. de Cleric. Venat. Benuent. Strach. de Mercat. in tit. de nauig. num.* 8. & ſic multi, qui dicunt Venetos præſcripſiſſe Gulfum per tempus immemorabile, vel per immemorabilem conſuetudinem, & principaliter ſe fundant in deciſione *Angel. vbi ſupra*, oportet intelligi, ſecundum deciſionem quam allegant, videlicet quando allegant titulum, vel ſecundo ſaltem intelligendi erunt in conſuetudine ex certa ſcientia, & patientia Domini, qui potuit concedere, ex qua arguitur titulus, & ſic videtur reincidere in idem, quod *Angelus* tenuit, *qui* omninò legatur, maximè in allegato *conſilio*; nam eleganter loquitur, & licet *gloſ. in d. l ſane* videatur tenere, quod poſſit acquiri proprietas maris, vel conceſſione, vel conſuetudine, tamen improbat *eam Angel.* & *eadem gloſ. in l. diligenter C. de aquæduct. lib.* 11. tenuit contrarium, *qua* tamen poſſunt concordari, vt ſupra, quando cum ſcientia, vel ſine ſcientia Domini, & videatur omninò *Luc. de Pen. in l. vſum aquę C. de aquæduct. lib.* 11. *col.* 3 *vbi* intelligit illam *gloſ.* cõiunctiuè, videlicet requiri priuilegium conſuetudine comprobatum, vt *ibi per eum.*

Cum igitur hæc ſcientia, & patientia requiſita non adſit reſpectu noſtri Regis, vt neceſſe erat, ſi mare eſt omnibus commune de iure gentium: immò eſt notoria contraria poſſeſſio, ſeù quaſi vſus iſtius maris, & omnium marium Regiarum triremium, quę per omnes partes nauigant, præliantur, & 23 prædas faciunt, vt in dies videmus; & *Angelus* in ſpecie in allegato *cõſilio* dicit, quòd Veneti prohibere poſſunt nauigationem in eorum Gulfu, donec in poſſeſſione ſunt. At *Cœpoll. vbi ſupra*, dùm tractat de impoſitione gabellarum in prædicto Gulfu, dixit, quatenus adſit conſuetudo probata; igitur poſſeſſione deficiente reſpectu noſtrarum triremium, deficit factum, & quæſtio euaneſcit.

Vlterius *Angelus in loco allegato, Cœpoll.* & *alij* dicunt proprietatem maris acquiri poſſe conceſſione Cæſarea, ſeu Imperato- 24 ris; & licet non appareat, & ſufficiat probare, & allegare poſſeſſionem immemorabilem; & hoc modo Venetos poſſe poſſidere, & illorum poſſeſſionem defendere, ſed ſi 25 hoc reſpectu noſtri Regis non deſeruit, qui eſt Rex abſolutus, & non recognoſcit imperium, cum Reges Hiſpaniæ Regna ab hoſtiũ faucibus eruerint vi armorum, & propria virtute, ſecundum *gloſ.* notabil. *in Canon. Adrianus lo ſecondo in verſ. per ſingulas in fine* 63 *diſtinct. vbi Turrecremat. quem* allegat, & ſequitur *Iaſon. in l. cunctos populos num.* 11. *C de ſumm. Trinit. & fid. catholic.* poſt *Alberic. ibidem*, & hanc rationem reddit *Oldrad. in ſuo conſ.* 69. *num.* 9. *Abb. in cap. per venerabilem num.* 8. *qui filij ſint legitimi*, idem dicit *Bald. in l. ex hoc iure num.* 9. *ff. de iuſtit. & iur.* & licet latis ſit diſpu- 26 tata quæſtio illa. An Imperatori omnia ſubſint, vt latiſſimè per *Felyn. in cap. cum non liceat de præſcript. Reſtaur. Caſtald. in tract. de Imperat quæſt.* 52. *&* 53. Tamen eſt de conſuetudine contrarium, vt dicit *Bald. in cap. 1. de pac. iur. firm.* & de facto videmus contrarium ſecundum *gloſ. Cyn. Petr. de Bellap. & alios in d. l. cunctos populos, Bart. in l. omnibus ff. ad trebel.* & dicit vnum verbũ ſatis notabile *Bald in cap. 1. de pac. iura. firm.* quod poteſt eſſe vera concluſio, q̃ ſit Dominus in vniuerſo, ſed non omniũ, & propterea dicit, q̃d aliud eſt dicere vniuerſale, & aliud integrum: verùm prædicta nullam habent

diſputationem in poſſeſſis per Eccleſiam, & donatis illi per Conſtantinum, *Bart.* elegãter in *d. l. omnibus*, quæ cum contulerit Regnum in Imperatores Germanos, non illis ſe ſubiecit, & alia, quæ diſcurrit latius prædictus *Reſtaur. Caſtald. vbi ſupra q. 52. num. 8. qui* ſic concludit ad limitationem opinionis, quod Imperator ſit Dominus totius orbis, & propter hoc infert in *q. 53. nu.* 18. quòd cum Rex noſter Regnum Siciliæ teneat in feudum ab Eccleſia, quod nullo modo ſubeſt imperio.

Ex quibus infertur, quòd cum Veneti priuilegium habere prætendant ab Imperatore, cui Rex noſter nullo modo ſubeſt, nec illum recognoſcit, ſequitur quòd conceſſio prætenſa nullum potuit præbere titulum, nec ex ea ius aliquod acquirere Veneti aduerſus noſtrum Regem, dùm ex conceſſione Cæſarea vult illi prohiberi vſus maris, quod de iure gentium eſt omnibus commune na-
27 turali iure ad *text. in l. 2. ff. de rer. diuiſ. in §. & quidem inſtit. eod. tit.* & ſicut prohibere non potuiſſet Imperator, pariter nec ipſi, qui in illius priuilegio ſe fundant, cum non plus iuris, &c. Immò ex hoc detegitur titulus infectus, & conſequenter per tẽpus quantumcumque immemorabile, vt ſupra in alia materia latius diximus, nulla poteſt prętendi præſcriptio.

Sed vlterius, & fortius quæſo aduertatur *iura, gloſ. & Doctor.* dicunt, quòd tria
28 conſiderantur reſpectu maris, proprietas, vſus, iuriſdictio, ſeu protectio; proprietas eſt in nullius bonis, vſus eſt omnium communis, iuriſdictio Populi Romani, ſeù Imperatoris. *gloſ.* notab. *in l. littora ff. ne quid in loc. publ.* & id voluit dicere *gloſ. in eadem l 2. de rer. diuiſ* quod *ibi* eleganter declarauit
29 *Alberic.* poſt *Bald.* Hinc etſi liceat in mari ædificare, ad *text. in l riparum in fin. & l ſequ ff de rer. diuiſ in l. 1. §. quod ſi quis in mari ff. de oper. nou. nunc.* Hoc tamen procedit, dummodo vſus publicus non impediatur, *l. in littore ff. ne quid in loc. publ. gloſ* notab. in *d. §. quod ſi quis in mari in verſ. nullo iure*, & ſic procedit *text. in l. 1. §. in mari ff. de flumin.* vbi, *ſi in mari aliquid fiat, Labeo ait cõpetere tale interdictum, ne quid in mari littoreue fiat, quo portus, ſtatio, iterue, & nauigatio deterior fiat*; ex quo *Bald. in eodem §.*
30 *quod ſi quis in mari*, infert ad caſum, dicendo, quod etſi Ciuitas Venetiarum, quia ædificata in mari, dicatur libera, hoc intelliget quoad dominium, non autem quo ad iuriſdictionem Imperij; quæ deciſio eſt pun-
31 ctualis, & indubitata, quia Inſulæ in mari ædificatæ, vel erunt de iuriſdictione Prouinciæ propinquioris per centum miliaria, vel ſi in mari alto, erunt de iuriſdictione Imperij. *Bart.* communiter ſequutus in *tract. de Inſul. circa princip. Angel. & Paul. de Caſtr. in l. inſula Italiæ ff. de iudic. qui* loquuntur de Inſulis Corſicæ, & Sardiniæ tantum
32 quod dixit *Bart.* quod ſi exerceretur iuriſdictio in iſtis Inſulis, abſque iuſſu Imperatoris, incurreretur in crimen legis Iuliæ ma-
33 ieſtatis ſecundum iura ciuilia: ſecundum verò ius gentium, qui Inſulas occuparent, facerent ſibi Regem ex regul. *text. in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iur.* quod dicit ipſe obſeruandum eſſe inter illas gẽtes, quæ nec iure Romano, nec alio iure communi vtuntur; & ideò idem *Bart. in d. l. hoſtes de capt.*
34 *& poſtlim. reuerſ.* dixit, Venetos eſſe de Populo Romano, ſed exemptionem prætendere vigore priuilegiorum Imperatorum; alias nullo modo iuriſdictionem exercere poſſent; & hæc eſt veritas infallibilis, rationibus, de quibus ſupra, quod firmauit etiam
35 *Bald. in cap. ſicut de iureiurand. Alber. in d. l. cunctos populos, de ſumm. Trinit. & fid. cathol. qui* affirmat ipſum vidiſſe priuilegiũ aurea bulla bullatum, *Reſtaur. Caſtald.* latius *in d. tract. de imperat. q. 54. qui alios* cumulat, & ratio illa, quod eſt Ciuitas fundata in mari, vt demonſtratum eſt, nihil facit quo ad iuriſdictionem, & propterea opus fuit priuilegio, & ſic intelligenda eſt deciſio *Bald. in rubr ff. de rer. diuiſ. & Scribent. qui* in ea ſe fundant, alias eſſet ſibi ipſi contrarius, & ſi rectè ponderentur verba *Bald.* non firmat aliquid, ſed dixit, quod hac ratione, quia fundati in mari prætendunt Veneti exemptionem, ſed *alibi* firmauit, vt diximus, quod habent vigore priuilegij, & *Aluar. in cap. 1. quis dicatur Dux*, pariter non firmat, ſed
36 loquitur modo quo ſupra. Intantum, quod idem *Bart. & Bald. vbi ſupra* dixerunt poſſe Imperatorem reuocare priuilegium, & reducere in ſeruitutem. Hinc videns quæſtionem dubiam, & rationes ſtringere *Iaſ. in d. l. 1. §. videamus de oper. nou. nunc.* reſidet in hac opinione, quod ſunt exempti vigore priuilegij Cæſarei.

Nec dicuntur propriè Domini iſti Duces, dixit notanter *Bald. in l. decernimus C. de*
37 *ſacroſanct. eccleſ.* Sed habent Conſilium populi, & maiorum, & habent quandam præeminentiam dignitatis potiùs, quam dominium, *quem* allegat, & ſequitur *Aluar. vbi ſupra, & Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. in princ verſ. quoniam in primis.*

Infero ex prædictis plura: Primum, quod ædificatio in mari eatenus eſt permiſſa, quatenus vſus publicus non impeditur. Secun-

dum,

dum, quod vſus maris eſt publicus de iure gentium, omnibus eſt permiſſus, prohiberi non poteſt, & quælibet conſuetudo contraria videtur vſurpatio. Tertium, quod Imperator in mari proprium quod habet, eſt iuriſdictio; & ſic *iura* dicentia, quòd Imperator poteſt concedere proprietatem maris
38 intelligitur reſpectu iuris, quod habet ad *text. in l. qui tabernas ff. de contrab. empt. vbi* eſt caſus, ibi, *qui tabernas, argentarias, vel cæteras, quæ in ſolo publico ſunt vendidit, nõ ſolum, ſed ius vendidit, cum iſtæ taberna publica ſint, quarum vſus ad priuatos pertinet*, ex quo notanter ad caſum dicit *Bald. in l. monumenta C. de legat.* Quod ſi Rex Vngheriæ, vel Rex Francorum legaret quandam Ciuitatem, in qua haberet iuriſdictionem limitatam, puta baſſam, illam ſolum donare videtur, quia præſertim in Principe ſemper intelligitur clauſula ſaluo iure alieno, & *Bald. in cap. 1. de Capit. qui cur. vend.* Dicit ſemper intelligi concedentem concedere ius, quod habet. Congerit multa *Affict. in deciſ. 334. Io. de Plat.* declarat latiùs in *l. final. C. de locat. prædior. ciuil. 2. col. poſt Bart. vbi* bona *Additio Alex. Doctor.* cumulantis, & hæ ſunt regulæ ſumptæ ex *text. in l. prima §. merito, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. public.* vt omnes conceſſiones factæ intelligantur ſine iniuria alterius, & ſine tertij præiudicio. Ex quibus quarto infertur, quod etſi Imperator proprietatẽ maris haberet, & non tantum iuriſdictionem, quod cum hæc ſit à iure declarata citra vſum cõmunem gentium, quod inquam dum hanc proprietatem concederet, non intelligeretur in derogationem vſus publici, ſicut dici-
39 mus, quod datur proprietas Riparum Dominis fundorum; quibus illæ adhærent, ſed non per hoc tollitur illarum vſus, qui eſt cõmunis de iure gentium nauigãtibus ad *textum in l. riparum ff. de rer. diuiſ. § riparum*
40 *inſtitut. eod. tit.* Hinc *Angel. in d. §. ſi quis à Principe*, tradidit, quod conceſſio facta ab Imperatore, vel Papa in derogationem iurium alterius, intelligitur alio non dicto, quando per derogationem non infertur magnum præiudicium, ſed propiùs ad caſum, quod conceſſiones ſimiles intelligãtur dempto vſu, qui de iure communi, & gentium
41 competit; eſt deciſio indiuidualis *Luc. de Penn. in l. vſum aquæ C. de aquæduct. libr.* 11. *num.* 4. *verſ ſecundo quæro, vbi* latiſſimè, *quem* allegat, & ſecundum hanc deciſionem refert deciſum *D. Frecc. in* 46. *authoritate Baron.* circa vſum vaſallorum in territorio demaniali Baronum, quibus à Regibus Caſtra, & Terræ, cum omnibus territorijs, fluminibus, aquis, aquarumquè decurſibus ſunt conceſſa, ſeu conceſſæ. Ex his omnibus infertur, quod cum omnia hæc intelligantur citra præiudicium iurium tertij, & quod Imperator intelligitur concedere ius, quod habet, & eo modo, quo habet: maximè quando alias tertio ius tolleretur, quòd inquam data pro vera præſumpta conceſſione; erit tamen iuris reſidentis pœnes Cæſarem, & non alterius, quod lex abhorret, & nullo modo præſumit.

Ex quo fit, quod data prætenſa proprietate Gulfi, ſeu maris Adriatici, illa intelligatur, prout ius intelligit ciuili modo, iuxta *text. in l. ſi cui ff. de ſeruitut.* citra alterius iniuriam, & ſic dempto vſu competenti de iure gentium Regi noſtro ab imperio pœnitus libero, & exempto, & nunquam illi ſubiecto; & ſicut Imperator non poteſt concedere ius Regis, nec illi derogare, quia iuriſdictione omni carebat, ſic dicendum eſt minimè conceſſiſſe, quod alienum erat, quòd ſi etiam in ſubdito fundatum eſt procedere, quanto magis in perſona pœnitus exempta.

Quæ multo clariora erunt, quando triremes inimicorum naues, & prædas faciunt in mari propè Terras, vel Inſulas inimicorum, licet prætendantur conſiſtere in eodem mari Adriatico. Nam etſi generaliter mare
42 eſſet Venetorum, tamen littora, & maria adiacentia Terris particularibus ſunt illarum, ſeù de iuriſdictione illarum, qui ibi præſunt, *Bald. in l. ſi plures C. de condit. inſert. Angel in d. l. ſanè ff. de iniur. Ioan. de Anani. in d. cap. 2. de Cleric. Venat. Bertacch. in tractat. de gabell. 1. part. 12. part. volum. tractat.*

Non ommittam ponderare, quod dixit *Alciat.* ſupra relatus *in d. l. 1. de acquir. poſſeſſ.* Quod ſi quis prætendit, quod in ſuo territorio non poſſit prædari, nec capi inimicos, non ſe demonſtret omnibus partibus medium, & æquale, quod tunc nullo modo eſt attendendum, quod fiat hoc in alieno territorio, & ſolemniter verificatum eſt pleniſſime, & ego fui Commiſſarius ex ſpeciali delegatione, quod in iſtis prætenſis maribus Venetorum indifferenter Turcæ, & Infideles inimici Chriſtiani nominis noſtras naues, & quæcumque vaſcella capiunt, Chriſtianos captiuos faciunt, nec contra illos Veneti, nec minimum quidem verbum proferre præſumunt; ſicut è contrario eſt verificata immemorabilis conſuetudo capiendi ex parte noſtra, quia ſunt hoſtes diffidati, & cum illis habemus perpetuum bellum; & dùm ratione belli indicti capimus, non conſideratur

terri-

territorium aliquod, quia vt notanter dicit
43 *Bald. ſupra* in alio propoſito citatus: vbicumque eſt Rex irruens in hoſtes, ibi eſt territorium, vt per *eum in cap. 1. quibus mod. feud. ammitt.*

Non loquor de quadam noua, & verè ridiculoſa prætenſione, quod vbicumque naues Venetorum Turcis, atque ipſorum bonis oneratæ reperiantur in quocumque territorio, quod ex eo, quia ſunt naues Venetorum Turcis locatæ pro certa mercede, quòd ex hoc inimici erunt tuti, & ſecuri; & ſic naues iſtæ erunt tot Caſtra, & Terræ in mari, & poterunt, ſi velint gentes aſportare inimicas in numero, & quantitate, qua melius ipſis videbitur vſq; ad propria littora, maria, & Ciuitates noſtri Regis dicendo: Non licet vobis nos tangere; demum poſteà facere, & patrare inſidias omnes, & Ciuitates, Regnaq; perturbare. Quid enim commune locatio nauis, ſimplex nolizatio, & conductio, quæ fit indifferenter cum qualibet ſpecie perſonarum cum priuilegio quorumcumque Principum, & quam poteſtatem habent particulares Domini nauiũ aſſicurandi, & dandi ſaluumconductum omnibus ho-
44 ſtibus, ex eo quia ſunt nationis Venetæ. Benè *Doctores* tractauerunt de ammiſſione illarum, & ſic equorum in bello; an teneantur conductores ad refectionem damnorũ: ità quòd præſuppoſuerunt certam illorum, ſeu illarum ammiſſionem, de quo per *Innoc. & Scribent. in cap. ſicut de iureiur.* & communis eſt, quòd non teneantur Domini mercium ad refectionem aliquam, quia voluntariè Domini nauium, ſeu equorum locauerunt, & nulla eſt culpa conductoribus attribuenda, & locatores ſciebant pericula, & incurſus inimicorum, & ideò qui cautè negotiantur, ſoliti ſunt facere vel nauium, vel mercium aſſicurationes. Hinc fit quæſtio de Ambaſciatoribus captis ab inimicis,
45 & de militibus captis in bello; an Rex teneatur ſoluere taleas, de quo per *Innoc. vbi ſupra*, & communis diſtinctio eſt. An voluntariè quis acceſſit, an verò neceſſario, & vocatus *Bart. in l. ſi ſeruus cõmunis, §. quod verò ff. de furt. Bald. in cap. 1. an agnat. in fin. Alber. in l. inter cauſas, §. non omnia ff. mandat. ibi in addit. Qui* etiam dicit omnia debere intelligi, quando non poteſt imputari culpa aliqua, idemque dixit *Ioan. de Plat. in l. 1. in fin. C. de re milit. lib. 12. Luc. de Pen. in l. fin. in fin. C. de nau. non excuſ. vbi* de nauibus captis contra voluntatem Dominorũ à Republica, vt teneantur ad damna; quod nota pro nauibus, quæ in dies capiuntur à Regia Curia, & etiam aliquando à noſtra Ciuitate, & cum hac diſtinctione neceſſitatis, & voluntatis decidit Sacr. Conſil. vt per *D. de Franch. in deciſ. 146.*

Concludo igitur ex prædictis, quòd hæc prætenſio, quòd ſint naues Venetæ iuſta mercede conductæ, quòd ex hoc hoſtes habeant ſecuritatem, eſt prætenſio vndequaque vaniſſima, & ex prædicta informatione capta eſt hoc ampliſſimè verificatum per innumeros teſtes fide digniſſimos: videlicet quòd perpetuò fuerunt capti hoſtes, & bona ex parte noſtra: ſicut è contra ex parte inimicorum indifferenter tàm in nauibus Venetorum, quàm Rauſeorum ipſis confœderatorum, & aliorum quorumcumque, quę notentur: nam in dies poterunt deſeruire, & perpendant qui Regiam iuriſdictionem defendunt, quæ fieri conueniunt, & multum inuigilare, ne abuſus ſimiles introducantur, tam præiudiciales, tam exemplares; & ex quibus multa ſcandala, & mala irreparabilia oriri poſſent, omniaq, repræſentare Regiæ Maieſtati, illamque conſulere de qualitate, & arduitate caſus, & quas conſequentias ſecum trahere poteſt; & replicare pluries, ac expectare primam, ſecundam, & tertiam iuſtitiam, iuxta iuris diſpoſitionem, in quod dixit *glof not in §. ſi quis autem de mandatis Princip.* quod miniſtri maximè Regi inſeruiunt non exequendo, ſed replicando, & conſulendo.

Poſt quæ concluſa legi obiter ad alium propoſitum *Peregr. maximum Iureconſultum ſubditum Venetorum, & Fiſci Aduo-*
46 *catum Camera Patauinæ in tract. de iur. fiſc. lib. 1. cap. 1. num. 17 & 18 Quem librum dedicauit Sereniſſimo Duci Venetorum, qui* tandem dixit maria eſſe Principum reſpectiuè ad iuriſdictionem, & protectionem: vſus verò eorum eſt publicus, proprietas verò eorum in uullius bonis, & demùm ſubdit hæc verba.

Ideircò verum eſt dicere proprietatem maris in nullius bonis conſiſtere, ſed reſpectu iuriſdictionis, & protectionis ad Principem ſpectare; ideò illuſtriſſimi Domini Veneti, quia Domini ſunt, vt ſupra reſpectu maris Adriatici imponere poſſunt nauigantibus vectigalia &c. Ergo concludit iſte *Author* marium proprietatem non eſſe Dominorũ Venetorum, ſed tantum iuriſdictionem, & proprietatem, ac vſum publicum ad omnes de iure gentium competere.

Sed rurſus *nu. 22.* tractans de prohibitione nauigationis per flumina publica ſubnectit infraſcripta.

Porrò quod Princeps prohibere abſolutè poſſit nauigationes per flumina publica, pi-

ſcationes

ſcationes in ipſis fluminibus, ac itinerationes per vias publicas, dura videtur hæc propoſitio, iuri, & vſui gentium repugnans, ac legibus, & Conſtitutionibus ipſorum Cæſarum, & Principum contraria, quibus expreſiè cauetur vſum viæ publicę, & fluminis publici publicum eſſe de iure gentium, ac ideò interdici non poſſe, liberumque eſſe vnicuique per publica flumina nauigare, & omnibus ius piſcandi commune eſſe in fluminibus publicis, & portubus; ſic text. in l. nemo, & in l. riparum ff. de rer. diuiſ. in § flumina, & in §. riparum. inſtit. eodem, quo circa Principum prohibitiones aduerſus licentiam hanc communem iure, & vſu gentium vniuerſali probatam, & deinde per leges Principum confirmatam, non videntur iuris authoritate ſubnixæ, ſed de facto, & contra iura, ideò tĕperandæ ex cauſa, veluti vt prohiberi poſſint non ſoluendo vectigal indictum, vel aliqua alia honeſta cauſa.

DE DELEGATIONIBVS CAVSARVM.

TITVLVS DVODECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Delegationes particulares quibus caſibus, & in quibus cauſis fieri debeant.*
2 *Delegatio facta in cauſis Sedilium iuſtificatur.*
3 *Sediles liti cedere non poſſunt, & Rex citra eorum voluntatem poteſt mandare, vt cauſa per iuris tramites decidatur.*
4 *Delegationes maxima cauſa non vrgente fieri non debent.*
5 *Appellatio tollitur, dum nomine Regio proceditur.*
6 *Appellatio non datur in cauſis criminalibus, quæ decidiuntur in Collaterali Conſilio.*
7 *Electio aut iudicium à pluribus faciendum non poteſt fieri ſine interuentu ad minus duarum partium eligere, vel iudicare debentium.*
8 *Bona bannitorum non poſſunt à quolibet deuaſtari.*
9 *Princeps non debet occupare miniſtrum in alienis officijs, & illum pluribus curis grauare.*
10 *Capitula Ciuitatis prohibent delegationes.*
11 *Capit. Ciuitatis, in quibus apparet Collaterale Conſilium in concernentibus iuſtitiã habere omnimodam iuriſdictionem, vltra alia ibi adnotata.*
12 *Collaterale Conſilium eſt Tribunal ſupremum erectum cum certo Regentium numero, cuius Tribunalis Prorex eſt caput.*
13 *Negotia omnia in Tribunali Collateralis terminantur per maiorem partem votorum.*
14 *Regentes interueniunt in omnibus negotijs, tam tangentibus iuſtitiam, gabernationẽ, & patrimonium, quàm ſtatum, & bellum, cateri verò Collaterales non poſſunt, nec debent interuenire, niſi in concernentibus bellum, & ſtatum.*
15 *Prorex quando in concernentibus ſtatum non tenetur exequi votum maioris partis, quod non eſt in concernentibus iuſtitiam.*
16 *Regentes in concernentibus iuſtitiam habent votum deciſiuum, qui verò ad gubernium vota conſultiua.*
17 *Regentes non ſunt Aſſeſſores Proregis, ſed ſunt Miniſtri de ſupremo Conſilio, vt cæteri omnes aliorum Tribunalium, & Prorex tantum eſt caput, omniſq; eius iuriſdictio eſt cum eis communicata.*
18 *Cancellariæ plenitudo quanta ſit.*
19 *Princeps non debet eſſe ſuſpectus, nec facilis ad credendum.*
20 *Conſiliarij Collaterales ſunt pars corporis Principis.*
21 *Exceſſus præcipuus Principis eſt, quando maiora negotia ſuo ſenſu, vel cum paucis prouidet.*
22 *Leges abſque maturo conſilio factæ contentibiles.*
23 *Iuſtitia fieri debet ſecundum rectam prouidentiæ adminiſtrationem, aliàs mortale peccatum committitur.*
24 *Iudices iniuria afficiuntur, quando de ſpectantibus ad eorum officium alij conſuluntur.*
25 *Prorex nulliter procedit, quando ommiſſo conſilio Iudicum, à quibus Rex ſtatuit illud capere debere alios conſuluit, & negotia terminauit, nec conſuetudo in contrarium tenet, & nu. 27. & 28.*
26 *Differentia maxima inter eos, qui habent officium in adminiſtrationem, & alios, qui habent in dominium.*

AR-

ARGVMENTVM.

Delegationes prohibitæ, niſi in certis,& vrgentibus caſibus. Delegatio facta in cauſa ſedilium iuſtificata. In cauſis criminalibus, quæ in Collaterali Conſilio votantur nõ datur appellatio. Collaterale Conſilium Tribunal omnium ſupremũ, & ſupremam iuriſdictionem ſuper omnes tenet. Regentes non ſunt Prorcgis Aſſeſſores, ſed vnicum eſt Tribunal,cuius Prorex eſt caput. Vota Regentium in concernentibus iuſtitiam ſunt deciſiua; in cæteris verò conſultiua. Prorex nulliter procedit, quando ommiſſo conſilio Iudicum, ſibi aſſignatorum cum alijs ſe conſulit.

1 DELEGANT Proreges cauſas auferendo eas ab ordinarijs Iudicibus inſpecta qualitate cauſarũ, & perſonarum: quæ delegationes cum magno tẽperamento circumſpectè fieri debent in cauſis exemplaribus, in quibus exemplaris debet fieri prouiſio ob publicum bonum, & procedi quaſi per horas, vt per *Gramm.vot.28.in fin.* & per *Auend. in d.cap.19. de exequ.mand.Reg lib.1.* & etiã in cauſis ciuilibus, quando qualitas cauſæ hoc expoſcit, vel certos deputare Iudices, qui loco ordinariorum procedant: ſicut factum, & ordinatum fuit in cauſis Sedilium, in quibus ordine Regiæ,& Catholicæ Maieſtatis Philippi Secundi quinque Iudices fuerunt deputati,qui cum interuentu Fiſci patroni cauſas omnes Sedilium tractare deberent abdicatiuè, & priuatiuè, quòd iuſtiſſime fuit factum: ne nobilitas Ciuitatis denigraretur ex facilitate, cum qua iudicabatur, & nobiles Sedilium declarabantur perſonæ infimæ,& quaſi plebeiæ,& cum hoc nõ ſolùm Sedilium intereſſe conſideratur, ſed Regis propter multa; ideò iuſtus fuit interuentus Regij Fiſci patroni. Hinc non poſ-
3 ſunt Sediles cedere liti, quia poſſet eſſe in colluſionem, & fraudem: immò ſolus Rex citra voluntatem Sedilium poteſt mandare, vt cauſa per iuris tramites decidatur; pro quo legatur *Auend. qui* proprium caſum ponit,*vbi ſupra lib.2.cap.10.nu.19. verſ.20.*
4 Sed cauſa non vrgente,nec maxima,minimè licebit,vt iuſtitia, quæ à pluribus cognoſci, & iudicari debet, ab vno,vel paucis tantum iudicetur; ait enim *text.in cap.prudentiam de offic. deleg.* ad propoſitum quod integrum ſit iudicium, quod plurimorum ſententia confirmatur, & propterea dicit *ibi text.* quod conſueuit Sedes Apoſtolica committere duobus,& non vni,& magis tribus,quã duobus ratione de qua ſupra; & procedendo nomine Regio tollitur appellatio,ac omnis defenſio anguſtatur, ſicut moris eſt; vt
6 non detur reclamatio, nec appellatio cauſarum criminalium,quæ deciduntur in Collaterali Conſilio. Quare prudenter,& quaſi coactus ob neceſſariam,rectamq; Regni gubernationem ad delegationes ſimiles Prin-
7 ceps procedere debet; & ſi lex ſtatuit, vt quando plures debent interuenire in eligendo, vel iudicando duæ eorum partes ad minus adeſſe debent,ad finem faciendi iuſtam electionem,& iuſtum iudicium ex reg. *text. in l.nulli ff.quod cuiuſque vniuerſ. nomin.in l.3.ff.de decr.ab ordin. fac. in l.nominationẽ C.de decur. lib.*10. quanto magis debet circumſpectè procedi, & rarò ad faciendas ſimiles delegationes; ex quibus iudicium plurium cõuertitur in vnum: nam alias eſſet ſubuertere totam machinam, decipere ſubditos,Regnum, hanc Ciuitatem, & proprium Regem, qui ad iuſtitiæ adminiſtrationem tot deputauit Tribunalia, totq; Iudices,vt ab omnibus omnium iuſtitia adminiſtraretur, diligenter examinaretur, & ab illis nõ ab vno,ſeu aliquibus deputatis perſonis iudicium redderetur: triſtitia maxima ex hoc afficiuntur populi, Tribunalia exauthorantur,& in deriſum veniunt; cum ab illis quaſi inconfidentibus,& nullius exiſtimationis iuriſdictio abdicatur,omniaquè tandem confunduntur,& ſubuertuntur, non adeſt ordo, non regula,non defenſio,tollitur omninò recurſus, & in quærimonias, dolores,& mœrorem omnia cõuertuntur, iuſtiſſimi Reges Tribunalia ſtatuerũt, cauſas diſtinxerunt, quæ tractandæ erunt in quolibet Tribunali, & per quos Iudices, & non per alios. Si Iudices ſunt inconfidentes, ſi iuris ignari, ſi mali puniantur, eijciantur, & de alijs prouideatur; ſed donec hæc non fiunt, vel non adeſt in Iudicibus cauſa, quare talia fieri debent? Si Tribunalia non peccauerunt, quæ ex tali modo procedendi pœnitùs annihilantur, & in ludibrium reducuntur: ſicut alias diximus in quæſtione illa.
8 An bona bannitorum poſſint à quolibet deuaſtari,quod *Bald.* denegauit in *cap.1.hic finitur lex 3. colum.* ea ratione, quia bona non deliquerunt, ſic Tribunalia non peccauerunt; & quis reuelauit, quod faciendo delegatum, ſeu delegatos ab vno, ſeu à paucis iuſtitia, ſi iuſtitia deſideratur, rectius à talibus facienda ſit, quàm à tot, & tantis ſimul iunctis, & dùm vnus videtur à Principe in culmine poſitus, & illi commiſſa omnia negotia,quis eum in conſcientia tutum reddat, quod ex communi adoratione,& metu iuſto, quem ſubditi concipiunt,

quòd

quòd inquam ex hoc ille ſiue iure, ſiue iniu-
ria non procedat, & prout voluerit liberis habenis, & ſubditi, & populi omnes non audent, nec verbum quidem proferre, quia talis gratus intimus eſt ſuperioris, & dùm vnus debet eſſe Prorex, cui expreſſis Regnũ ordinibus mandatum eſt; cum quibus ſe debet conſulere, & à quibus cauſæ iudicari debent, reperiuntur populi cum pluribus Proregibus, & reducuntur ob eorum calamitates ad idolatrandum, cum perpetua ipſorũ deſtructione, quia cum iuſtitia ſit conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens: ex hoc non adeſt conſtantia, nihil non ſolum non perpetuum; ſed momentaneum, & volubile, ac vnicuique non ius, ſed iniuſtitia ſubminiſtratur, & ex hoc *iura* ſtatuerunt vnumquemq; Conſiliarium, ſeu Iudicem ſuo tantum munere contentum eſſe
9 debere, nec per Principem illum in alienis officijs, & muneribus occupandum, quia tali caſu dixit *text. publica vacillat vtilitas* in *l. humilioribus C. de ſuſcept. lib.* 10. *& in d. l. has parte C. de proxim. ſacr. ſcrin. Luc. de Pen. in rubr. in fin. C. de diuerſ. offic.* & ante Dei iudicium quomodo poterit ſe excuſare, qui habens in commiſſis, per quos iuſtitia eſt adminiſtranda, per quos iudicanda, cum quibus ſe cõfidere debet, alios adhibuit, extraneos vocauit, ordines non ſeruauit; vt ſic de omnibus per tales malè geſtis ipſe rationem reddere teneatur, cum omnia prædicta vltra iuris communis diſpoſitionem
10 ſint contra *Capitula* huius fideliſſimæ Ciuitatis, & Regni, & ſignanter legatur *cap.* 17. conceſſum *per Cæſaream Maieſtatem in anno* 1554. cuius tenor talis eſt.

Si ſupplica ancora voſtra Maeſtà per l'oſſeruanza d'vn'altro Capitolo, che ſi degni cõmandar per la buona adminiſtratione della giuſtitia, che tutte le cauſe tanto ciuili, come criminali ſi trattino, e decidano nelli loro Tribunali antichi, & ordinarij; non ſi poſſino creare noui Tribunali in caſi particolari come alcune volte s'è fatto non ſenza gran ſoſpetto di coloro, le cauſe de' quali ſi trattauano. Placet Cæſareæ, & Catholicæ Maieſtati cauſas ciuiles, & criminales tractari deinceps in ſuis Tribunalibus ordinarijs, & huic *Capitulo* conformia adſunt multa alia vetantia cauſarum delegationes, & licèt tẽpore Præſidatus D. Franciſci de Caſtro ſub die 29. Decẽbris anni 1602. certomodo fuerunt expeditæ prouiſiones per Regiam Maieſtatem reſponſiuæ literis eiuſdem Don Franciſci, in quibus prohibendo protectiones, redemptiones, ac delegationes ab his exceptuat cauſas criminales, quæ neceſſario requirunt procedi per viam delegationis, tamen aduertatur, quòd nulla in eis eſt facta mentio *Capitulorum* conceſſorum Ciuitati, & Regno, quibus oportebat ſpecialiter derogari, vt eſt iuris notiſſimi, & audiui, quòd nouiſſimè per Sacram Maieſtatem expeditæ fuerunt prouiſiones obſeruatoriæ *Capitulorum* prædictorũ, vt decebat, & conueniebat propter abuſum tot delegationũ, ſic indifferenter, & pro quolibet delicto etiã contra Neapolitanos, quòd nunquàm fieri ſolitum fuit, niſi in criminibus læſæ maieſtatis, & in delictis campaneæ, & in alijs, in quibus leuato velo nullo iuris ordine ſeruato procedi conuenit, & debet, propter publicam Regni pacem, & quietem, Deus faxit, vt illis exequutio detur ſecundum ſanctam Regis intentionem.

Et quid dicemus, quando multoties deciſa per Collaterale ſuſpenduntur, & exequutioni non demandantur cauſa conſulendi cũ aliquo Iudice Collateralis inferiore, & ſic vnus erit Collateralis appellationis Iudex, contra etiam expreſſa *Capitula* conceſſa per inuictiſſimum *Imperatorem Carolum Quintum* huic fideliſſimæ Ciuitati in par-
11 lamento generali celebrato *in anno* 1554. ſignanter *in cap.* 7. 8 *quæſt. &* 10. in quibus in negotijs iuſtitiam concernentibus datur Collaterali, eiuſque Regentibus omnimoda, & abſoluta poteſtas, etiam abdicatiua ad Illuſtriſſimos Proreges; in tantùm quòd nec etiam poſſint Proreges impedire publicationem prouiſionum, quæ à Regia Curia tranſmittuntur, ſed illa debent legi in Collaterali, & publicari ſtatim, immò mandatur pro recta iuſtitiæ adminiſtratione, quòd electiones Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditorum Prouinciarum Regni, & Aſſeſſorum terrarum eiuſdem Regni minimè fieri poſſint per ſolos Proreges, ſed cum interuentu, & communicatione Regentium Re-
12 giam Cancellariam. Eſt enim Collaterale Conſilium ſupremum, & Tribunal formaliter erectum cum certo Regentium numero, cuius Conſilij, & Tribunalis caput eſt Prorex, ſic ſpecialiter declaratum per particulares prouiſiones *Maieſtatis Regis Philippi Secundi* expeditas in Ciuitate Bruſcelli, 10. *menſis Ianuarij anni* 1559. & in illis ſtatui-
13 tur, quomodo negotia ad ſtatum pertinentia, reliquaq; ad gubernium, iuſtitiam, & ad patrimonium expediri debeant, ſecundum maiorem partem votorũ. & antea per pro-
14 uiſiones expeditas per *Maieſtatem Imperatoris* Barchinonæ, *ſub die* 30. *Octobris anni* 1541. prouiſum erat, quòd Regentes in Collaterali Conſilio ſingulis diebus congre

gari

gari deberent inſimul cum Prorege pro negotijs iuſtitiam, gubernium, & patrimoniũ tangentibus, pro his verò, quæ ſtatum, & bellum concernebant; tunc ad vocationem Proregis, & non aliter in prædictum Conſilium interuenire poſſent alij Conſiliarij adhoc electi, & deputati, vltra Regentes; expreſsèq; mandatur, quòd extra negotia tangentia ſtatum, & bellũ nullo modo prædictos alios Conſiliarios Prorex, ad Collaterale Conſilium vocare poſſit, & rurſus aduertatur ad vnum notabile contentum in prædictis prouiſionibus *anni* 1558. mandatur enim quòd votato negotio exequatur concluſum per maiorem partem; verùm ſi Proregi videbitur ex potiſſima cauſa aliud eſſe exequendum, quòd tunc ſi periculum non eſt in mora, Rex certioretur, aliàs in concernentibus ſtatum ipſe prouideat, quò verò ad concernentia gubernium, iuſtitiam, & patrimonium Regis debeat ſecundum ſcientiam, experientiam, & practicam illorum, qui de his rationem reddere debent, & ſic in tangentibus iuſtitiam, gubernium, & patrimonium Regentes ſunt, qui habent vota deciſiua; verùm hodie vſque ad tempora, in quibus ego in Collaterali Conſilio interfui in materia iuſtitiam concernente vota Regentium ſemper fuerunt deciſiua, quo verò ad concernentia gubernium fuerunt conſultiua, ex quibus apparet longè aberraſſe, & malè informatos eſſe dicentes Regentes eſſe Proregis Aſſeſſores, & nullã habere iuriſdictionem, ſi Collaterale Conſilium eſt Tribunal formatum, vt cætera Tribunalia omnia, & ſicut in illis adeſt particularis Præſidens, qui eſt caput, ſic in Tribunali Collaterali Rex deputauit Proregem Præſidentem illius, & caput, quod manifeſtant *Pragmaticæ* æditæ ſuper ſuſpitionibus Iudicum, vt debeant proponi, & probari; & ante omnia diſcuti, ſi ſunt releuantes, & demum fieri depoſitum pecuniæ pœnæ inferendæ, ſi ſuſpitio non fuerit probata, inter quos præcipui ſunt Regentes; & quæ maior iuriſdictio, & authoritas abſoluta illa, qua Regentes vtuntur, & exercent in viſitatione carceratorum Magnæ Curiæ, qui demum, & iunctim, & ſoli excarcerant, carcerant, componunt, & ad triremes tranſmittunt, & ſic quotidiè videmus ſecundum negotiorũ qualitatem prouiſiones per eos expediri: in quibus apparet omnimodam exercere iuriſdictionem, & ſi Collaterale mandat cætera omnia Tribunalia, & cum ipſorum tantum decretationibus omnia decernuntur, & ad ipſorum nutum Tribunalia vno, vel alio modo procedunt, ergo quomodo de Regentium iuriſdictione dubitari poteſt, & eodem modo, quo in Sacro Conſilio proceditur, & in Regia Camera, vt cauſæ committantur ab ipſorum capitibus Regijs Conſiliarijs, & Præſidentibus, ſic pariter fit à Prorege, tanquàm capite ſui Tribunalis, cum quo ſuam ſupremam iuriſdictionem cum illis communicat, & hoc ordine iuriſdictionem ordinariam poſtea tenent, illamq; exercent, vt ordinarij, & ſupremi Iudices ſeruatis ordinibus ſuæ Maieſtatis, & *ſupra in titulo de aſſenſibus Regijs ſuper alienationibus feudor. §. 5.* demonſtratum fuit, Collaterale Conſilium mortuo Prorege eandem habere authoritatem, eandemque perſonam repræſentare, ex quibus apparet fatuum vndiq; eſſe dicere Regentes eſſe Aſſeſſores, & nullam habere iuriſdictionem, & ad Regni ſupplicationem *Cæſarea Maieſtas in anno* 1536. conceſſit, vt in Regia Curia aſſiſteret vnus ex Regentibus Neapolitanis pœnes ipſum Regem, vt in *Capitulo* 24. parlamenti generalis, quòd fuit demùm confirmatum per aliud *Capitulum* 25. in parlamento generali *anni* 1554. tanta erat Regentis Collateralis extimatio, præſtantia, & authoritas, quæ omnia denigrantur, annichilantur, & in collapſum cadunt ex aſſiduitate delegationum, à quibus vt plurimum vota Regentium excluduntur, quid dicent populi, quomodo paruifaciunt hoc Tribunal, quę obedientia erit illi præſtanda, aut quam reuerentiam alij Iudices inferiores tali Tribunali exhibebunt, & quis dicet, quod iudicatum per hoc Tribunal ſupremum, & tantæ qualitatis erit erroneum, & iniuſtum, quia vnus extraneus poſtea in contrariam veniat ſententiam, ad quid ergo Tribunalia? ad quid Senatus, & Conſilia? vbi authoritas Collateralis? vbi grauitas? vbi reuerentia, atque præſtantia? Quæ eſt tanta, vt affirment *Doctor.* plenitudinem poteſtatis Cancellariæ adeò latam eſſe, quòd æqualis cum ipſo Rege videatur, & alia maiora dixit *Caſſan.* eum *alijs* relatis in hoc proprio particulari per *Auend. in ſuo Diction. verſ. hic nota*, cuius infraſcripta ſunt verba.

Hic nota, quòd plenitudo poteſtatis Cancellariæ eſt adeò lata, quòd æqualis cum ipſo Rege videatur, adeò quod Rex non poteſt de plenitudine poteſtatis tollere, qua iuſſit Cancellaria, & hinc videmus per omnes Regis Prouiſiones Proregibus directas ſemper in ipſis mandari omnia fieri, conſuli, & explicari cum voto Regentium Regiam Cancellariam; quomodo populus ſatisfactus remanet videns ſe iudicari, & prouideri ab

vno.

vno, & quod in vnum omnia reducantur habens labia clauſa, & manus ligatas ſine ſpe recurſus. Miniſtri ſi peccauerint, puniantur, ſed Tribunalia, quæ ex hoc ad nihilum reducuntur, nec aliquid mali faciunt, conſeruentur in eorum iuriſdictione, & authoritate; & ſi Iudices illa repræſentantes mali ſint, certioretur Rex omnium Dominus; qui ad hoc ſolet Viſitatores tranſmittere, ſe informare, & vnuſquiſque reddit rationem ſuæ villicationis, quòd ſi iuſtitia ſubditis eſt facienda, illorumq; decor, honor, atque exiſtimatio conſeruanda; quare hæc benemeritis Miniſtris erunt deneganda, qui portant pondus diei, & æſtus, maximiſque vigiliis, ſudoribus, & laboribus pro Regis ſeruitio diù, noctuq; inuigilant; & quando hæc à populis videntur, & conſiderantur, quæ nam erunt eorum cogitationes? In hoc equidem dicendum eſt deceptos eſſe Proreges, qui ſanctam præſupponendum eſt habere intentionem, & omnia ad rectum iuſtitiæ finem dirigere; ſed qui volunt in negotijs ſubintrare, manus imponere, dominari, omniaq; vendicari, alloquuntur Proreges ſub ſpecie recti, ſub colore iuſtitiæ, & ſub velamine ſancti zeli procurant, vt per alias intermedias perſonas ad eorum aures perueniant murmurationes, & vt plurimum vtuntur perſonis ſpiritualibus, qui facillimè omnia credunt, & ſancto moti ſpiritu Proreges certiorantur; ex quibus illi ſuſpecti redduntur, & inconfidentes, & ſic omnia confunduntur.

19 Princeps enim non debet eſſe ſuſpectus, nec facilis ad credendum; ſemper enim fuerunt boni, & mali, inſidiatores, inuidi, detractores. Hinc *Quintilianus* dixit non ſolùm reum eſſe, qui falſum de aliquo profert, ſed etiam, qui aurem citò criminibus præbet, quæ latè, & eleganter diſcurrit *Luc. de*
20 *Pen. in l. tribuni C. de re milit. libr.* 10. Sunt enim Conſiliarij Collaterales pars corporis Regis, dicit *Imperator in l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt. & alibi in l. humanum in tit. C. de legib.* dicit: Benè enim cognoſcimus, quòd cum veſtro conſilio fuerit ordinatum ad beatitudinem noſtri Imperij, & ad noſtram gloriam redundare; & inter cæteros
21 exceſſus Imperatorum, Regum, atque Principum, quos ponit *Paris de Put. in tract. ſindic. cap.* 1. *nu.* 18. Ille eſt principalis, quando maiora negotia expediunt ſuo ſenſu, vel cum paucis, quæ cum pluribus communi-
22 cari ſtatutum erant, & nihil reddit Principum leges tam contemptibiles, mandataq; eius minùs reuerenda, & timenda; quàm ſi populus aduertat nullo conſilio, nullaquè tantorum virorum regula eſſe ſtabilita, de quo per *Paleot. in ſuo opere, de Sacr. Conſ.* 1. *par. qu.* 2. *Reui. de Neir. lib.* 2. *de iur. Chriſt.*
23 *Princ. cap.* 24. & iuſtitia principaliter conſiſtit, vt ea fiat ſecundum rectam adminiſtrationem prudentiæ, cuius defectus inducit mortale peccatum ſecundū *Petr. de Arag. de iuſtit. quæſt.* 60. *in explic. art. ſecundi verſ. dico ſecundo*, qui defectus ſecundum rectam exiſtimationem prudentiæ ſi adſit, vel abſit à Principe conſilium nō capiente ab ijs, quibus hoc eſt iniunctum, & qui adhoc ſunt deputati, & maxime hoc in Miniſtro ſupremo, cui Rex certos dedit, ac deputauit Conſiliarios, ac certa deputauit Tribunalia pro iuſtitia adminiſtranda, & Regno gubernando: ſi inquam in hoc peccent, iudicent pru-
24 dentes. Iniuria enim Iudices afficiuntur, quando de ſpectantibus ad eorum officium alij conſuluntur, ex dictis per *Paleot. vbi ſupra quæſt.* 3. *art.* 5. *&* 6. Nam læditur ipſorum fama, honor, & dignitas, & verè quod ipſorum eſt, aufertur de facto, & alteri datur, quod ad iuſtitiam commutatiuam pertinere dixit *Suarez in opuſc. de auxil. diſpoſ.*
25 *de iuſt. Dei ſect.* 3. *nu.* 10. *&* 21. Quæ in tantum ſunt vera, vt *iura*, & *Doctor.* dixerint, quòd Præſes, qui omiſſo conſilio perſonarum à Rege ſibi ſtatutarum, & capiens alienum conſilium nulliter procedit, omneſq; prouiſiones irritæ, & nullæ declarari debēt; pro quo legatur *text.* notab. in *cap. nouit de his, quæ fiunt à prælat. conſ.* Capit. Cuius verba notabilia ſunt infraſcripta.

Nouit tua diſcretionis prudentia, qualiter tu, & fratres tui vnum corpus ſitis: ita quòd tu caput, & illi membra eſſe probātur: vnde non decet te omniſſis membris aliorum conſilio in Eccleſia tua negotijs vti, cum id non ſit dubium, & honeſtati tuæ, & ſanctorū Patrum Conſtitutionibus contraire.

Per quem *text. Luc. de Pen. in l. omnes Iudices C. de Decur. lib.* 10. dixit in proprio ca-
26 ſu omnia eſſe nulla, ibi *poſt num.* 40. & hæc eſt differentia inter eos, qui habent officium in adminiſtrationem, & eos, qui habent in dominium. Hinc Roboan filius Salomonis priuatus fuit adminiſtratione, quia conſiliū ſuorum Conſiliariorum non curabat, de quo meminit *And. in cap.* 1. 5. *col. hic finitur lex*, vbi multa notanda de conſilio, & quomodo Principes omnia cum conſilio facere debēt, & non ſequentes bona conſilia dignitate priuantur: quæ latè pertractat *Petra de*
27 *poteſt. Princ f* 169. *nu.* 239. Hinc nec etiam conſuetudo aliqua valebit, quia contra honeſtatem *Abb. poſt Hoſtienſ. ibiq; Io. And. & Anchar. in d. cap. nouit*, & aliud eſt, quod ſolus poſſit Præſes, vel Epiſcopus prouidere,

quo

quo caſu procedit diſpoſitio *text. in cap. ea noſcitur eod. tit.* & aliud, quod ſpreto conſilio Officialium aſſignatorum alij extranei conſulantur, & tunc quia infamatur conſilium, conſideratur inhoneſtas, propterea conſuetudo non valet, & procedunt tradita per *Doctor. in d. cap. nouit*, & quod dicitur,
38 quod cum cauſa aliquando hoc fieri poſſit ſecundum *Hoſt. & Io. Andr. ibidem* intelligitur ſecundum illos de cauſa ſubſiſtenti, iuſta & legitima, & non de qualibet imaginaria ſuſpitione, & cauſa ſatis ſuperq; ardua, & manifeſta eſſe debet ad remouendũ vnum Tribunal ordinarium, & tantę authoritatis, ac præeminentiæ, &c.

Sed de his hactenus ſatis, ſuperq; dictum Deus Opt. Max. ſecundum ſuam pietatem, atque miſericordiam, & non ſecundum peccata noſtra faciat nobis. Amen.

Reliquum remanet tractare de his, quæ practicantur cum Eccleſiaſticis, & de caſibus, qui frequenter occurrunt, & quomodo abſque incurſu in cenſuras Regia iuriſdictio defendi poteſt, ac debet: verùm quia materia eſt ſatis ampla, & lata, & oportet omnia fundari ſub ſolidis, & Eccleſiaſticis concluſionibus concordando practicam cum Apoſtolicis Bullis, ac particularibus Pontificum prouiſionibus: propterea viſum fuit tractarum facere ſeparatum cum maxima claritate, & diſtinctione omnium terminorum, & proinde in præſenti tractatu nihil ponitur, ſed in ſuo tractatu particulari omnia pleniſſimè, & diſtinctim collocabuntur, vbi curioſus Lector videre poterit.

FINIS.

NEAPOLI, Apud Hæredes Tarquinij Longi. M.DC.XXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

ADDITIONES SEV ANNOTATIONES VTILISSIMAE

Ad insignem, celleberrimumq.

TRACTATVM DE POTESTATE PROREGIS EIVSQ. COLLATERALIS CONSILII,

ILLVSTRISSIMI MARCHIONIS MVRCONI

IO. FRANCISCI DE PONTE

PATRITII NEAPOLITANI,

Summi Feudistæ, olim Regentis supremi Italiæ Consilij, ac Decani Collateralis Regni Neapolitani.

A

IO. BAPTISTA DE THORO

V. I. D: NEAPOLITANO,

Summo studio congestæ, atque elaboratæ.

IN QVIBVS PERBELLE OMNES MATERIAE ab eodem Auctore pertractatæ, præsertim Feudales, necnon Regiminis, ac aliarum ad vsum frequentem pertinentium nouissimis Decisionibus, ac recentiorum Regnicolarum, & Exterum Auctorum doctrinis locupletatæ videntur.

NEAPOLI, Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi MDCXXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

ADDITIONES
IO. BAPTISTAE DE THORO
I. C. NEAPOLITANI
Ad Tractatum de Poteſtate Proregis
IO. FRANCISCI DE PONTE
I. C. PATRITII NEAPOLITANI,
MARCHIONIS OLIM MVRCONI,
Ac Regentis Regiam Cancellariam, &c.

De Prouiſionib. fieri ſolit. &c.
Tit. I.

NVm. 1. verùm eſt, quòd Prorex in hoc Regno poteſt omnia, quæ poteſt Rex, ſtante illius poteſtate, Præſ. de Franch. deciſ. 165. nu. 2. eò quia tenet locum Præfecti Prætorio, Carauit. in pragm. 1. §. 2. nu. 8. de Senatuſc. Macedon. & ſubdit Auctor: *Tum quia Vicarius de poteſtate Vicarij Regis præſente, vel abſente Rege*, loquuntur Paris in tract. de recogn. feud. cap. an Vicarius Generalis nu. 2. & in l. imperialem col. 6. verſ. an Vicarius, vbi Affict. in 6. notab. nu. 3. de alien. feudor. proh. per Federic. & melius ibi Camerar. fol. 78. à terg. lit. V, & ſeq. vbi caſus enarrantur per eos ſpectantes ad Vicarium Regis, & nouiſſimè Capiblanc. in pragm. 1. ſub nu. 23. de Baron. vbi allegat Surgent. de Neapol. illuſtr. & Locumtenens ait Auctor: *Ideo dicitur Locumtenens Regis Hiſpaniæ Prorex ob res bellicas ab eo gerendas*, vltra Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de offic. magn. Comeſt. nu. 23. Scacc. de Iudic. cauſ. ciuil. & crimin. cap 13. nu. 10. tùm demum ait Auctor: *vigore ampliſſimorum titulorum, ſeu commiſſionum, quas tenet* eorumuè tenores referuntur ab eodem Surgent. in d. tract. de Neapol. illuſtrat.

Num. 2. an Prorex habeat abſolutam poteſtatem, vide Capiblanc. vbi ſupra num 23. hinc dixit Affict. in conſtit. ſi damna ſub nu. 174. quod Vicerex iudicium liberum exercere non poteſt, nam etſi Rex plenitudinem habeat, poteſtatem illam exercere nequit ſine iuſta cauſa, Anna allegat. 67. nu. 35. allegat. 69. nu. 46. & idem importat plena poteſtas, quàm libera, idem allegat. 52. nu. 71. & in allegat. 48. nu. 52. refert, quod plenè, & liberè idem eſt, nec pro hoc videtur hoc ius ſibi competens plenum, & ſupremum alteri con-

cedere, idem in conſtit. conſtitutionem nu. 13. nec præſumitur abſoluta poteſtate vti velle, Andr. Gail lib. 2. obſeruat. 56. num. 13. & 16.

Num. 3. ſi enim hoc præcipuum ad Regem ſpectat ſtudere pacem inter ſubditos ſui Regni procurare, ſic pariter pacem publicam tueri, Andr. Gail in tract. de pace publ. lib. 1 cap. 3. nu. 11. quanto fortius eius Vicarij hoc procurare debent, vt hic Auctor dixit: *Similiter Principes, Duces, & Marchiones ſunt ad pacem obſeruandam inferioribus obligatiores*, Afflict. in conſtit. pacis cultum nu. 72.

Num. 4. de dictis iſtis ratiocinatur in titulis ſequentibus, & §§.

Num. 5. hoc etiam ſpectare videtur ad Syndicos Ciuitatum, & Rectores Prouinciarum, de quibus per Montan. in pragm. 2. nu. 48. de admin. vniuerſ. ſimiliter ad Capitaneos videas Intrigl. in ſingul. 45.

Num. 6. idem Montan. in d. pragm. 2. nu. 49.

Regis Ferdinandi Primi, ſituatum inter Capit. Neapol.

Num. 7. hic nota, quod per appoſitionem manus Superioris eſt abdicata iuriſdictio ab inferiore, Alber. Oliua in ritu 36. Cur. Archiepiſcop. Neapol. ſub nu. 2. & 26. ſic appoſitio manus Papæ facit, quod inferior ſe intromittere non poſſit, Verall. deciſ. 283. nu. 5. par. 3. Mohedan. deciſ. 12. de ſentent. & re iudic. ſicuti Iudex ſuperior cum manus apponat inferior non poteſt procedere, Anna allegat. 99. nu. 4.

Statu illius, Montan. vbi ſupra nu. 48.

Num. 8. adde Hercul. in tractat. de caution. de non offendend. cap. 9. præſertim num. 13. verſus finem, vbi cenſet poſſe Iudicem cogere etiam inuitum, vt caueatur de non offendendo, ac pro Reipublicæ intereſſe, & ne detur occaſio delinquendi prouidere poſſe, ne tollatur hæc cautio, licet vtraque pars contentetur, quod tollatur; etenim iſta cautio concernit vtilitatem publicam, quatenus pax, & quies publica priuatorum concordia conſeruatur, idem in d. tract. cap. 1. num 6.

Num. 9. vide Angel. de malefic. verbo, & Andr. Mar. bannific. num. 22. & ſequ. Tiraquell. in tract. de pœnis cap. 27. & iuxta opinionem Auctoris, in ſpecie loquitur Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. num. 26. Menoch. optimè de arbitr. iudic. caſu 598. num. 40. vide etiam Andr. Gail libr. 2. de pace publ. cap. 9. num. 33. & ſequent. vbi ſatis materiam iſtam examinat; nam id ex iuris diſpoſitione comprobatum eſt vltra allegatos Doctores, vide Martin. Laud. in tractat. de milite §. 55. caporales.

Num. 10. hoc ſingulariter refert Afflict. in deciſ. 149. ſub num. 7. ibi item fallit, niſi eſſet Papa, vel Rex, vbi dat plures limitationes ad regulam illam, ſi Iudex cogere poſſit ad compromittendum, vbi Vrſill. nu. 8. 9. & 10. nonnulla ad corroborationem tradit, adeò quod de iure communi nemo compromittere cogi poteſt, Anna allegat. 72. nu. 9. & ibi præſertim notat ſi eſſet lis inter magnates, & licet nu. 6. in d. deciſ. Afflict. mouetur quæſtio, ſi hoc liceat Sacr. Conſil. cogere partes ad compromittendum, demum per multas rationes concludit affirmatiuè, & ſic pluries obſeruatum, & practicatum fuit, vt in caſu tradito per Capyc. deciſ. 176. dixi in meo Compend. verbo ſtylus, vbi plures citaui, & Carrab. in ſingul. 98. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. libr. 1. part. 7. gloſ. condemnando num. 49.

Num. 11. nota, quod iſti factioſi, & partiales poſſunt expelli de Ciuitate, ne perturbetur communis quies, de quo per Io. Grand. de bello exul. in ſpec. 95. & melius in prædic. pati q. 2. nu. 5. vbi pariter connumerat omnes perſonas, quæ poſſunt expelli de ciuitate, & maximè iſti rixoſi, & ſcandaloſi, vt dixi in meo Compend. deciſ. Regni verbo rixoſus, vbi noua deciſio traditur, & in eodem Compend. verbo Princeps, hæc deciſio Auctoris habetur, quam ſequitur Molfeſ. in prohem. conſuet. q. 5. nu. 14.

Nu. 12. huic conueniunt tradita in præcedenti num. 11. vt factioſi expelli debeant de ciuitate, quod ſatis receptum eſt in omnibus conſimilibus, nempè contra tumultuantes in publicis concionibus, vel conſilijs, Ioan. Arnon. ſingul. 57. ante eum Roman. ſingul. 680. vbi loquitur de ſcholare tumultuãte in ſcholis, ad quod vltra eos vide dicta per Luc. de Pen. in l. vnica C. de ſtud. lib. Vrb. Rom. lib. 11. col. 6. verſ. ita vt nota, quanto magis rebelles, paciſque perturbatores eijciendi ſunt, Præſ. de Franch. deciſ. 691. nu. 5. & hoc non ſolum verificatur in cętu aliquorum perturbantium, aut ſcandaloſorum, & inſolentium perſonarum, malum proximis irrogantium: nam etſi nulla pęna contra iſtos ſcandaloſos ſtatuta reperiatur, adhuc Iudicis arbitrio relicta eſt, ita Menoch. de arbitr. iudic. caſu 516. num 9. ſed pariter in ſingularibus perſonis procedit iuxta opinionem noſtri Auctoris, ſic etiam EPiſcopus poteſt monachos peruerſos, & improbos expellere, alioſquè in eorum loco ſubſtituere eiuſdem generis, quod ſi defuerint poteſt aſſumere alterius Religionis, Dyn. conſ. 21. nu. 1. vbi quærit, & quid ſi etiam ij deſinant,

Num.

Num.13.ad hoc vide Vrsill.decis.149. num.11. Ricc. in praxi variar. resolution. in resolut. 395.in fine,Hercul.in tract.de caut.de non offendend.cap.5.nu.14.& cap.22. in fin. præterea Iudex ad populi quietem alicui certum locum interdicere potest,Afflict.in constit.cultus iustitiæ num.5. & ad materiam istam satis conferunt relata per Par. de syndic.in verbo si sunt.

Num. 14. hæc omnia procedere videntur quoties plenitudine potestatis Princeps vti vellet: nam licet in dubio non præsumatur, quod Princeps vti vellet plenitudine potestatis, Andr.Gail practic.observat.lib.2.observat.56.nu.13. attamen existente actu requirente vsum plenitudinis potestatis,secus esset,vt ibi sub num.16.subnectit,vel causa maxima subesset, quo circa plenitudo potestatis non debet exerceri sine iusta causa, Anna allegat.67.nu.35. aliàs peccaret, Boss. in tit.de Princip.nu.192.

Num. 15. Princeps enim in consiliarijs habendis parcus esse non debet, inquit Afflict.in constitut. vt vniuersis sub num.47. nam omnia cum consilio peragere debet; & proinde eorum consiliarij multas qualitates habere debent, relatas per Afflict vbi supra à num. 48. & sequ. & multifariam excedunt Paris de syndicat.in princ.vers.excedunt consiliarij per totum. An autem exemplis, vel rationibus iudicandum sit, vide Anton. Mariam Corrat.in tract.de commun. opinion. libr.2.casu 15. num.83. vbi negatiuam partem assequitur,non exemplis iudicandum esse: nam iudicans per tramites iuris, non potest dici non benè iudicasse,Franch.decis. 521. nu.21.

Num. 16. meretrices quamuis de vicinio honestarum mulierum expelli possunt, Afflict. in constitut. quæ passim num. 1. Ioan.de Arnon.in singul.67.num.2. Anna in singul.338. etiam si haberent domos proprias, Consil. Rouit.in pragmat.4.num.2.de meretric.vbi num.1. ampliat id non solum procedere in hac Ciuitate Neapolis ex priuilegio ei concesso, sed etiam in toto Regno, iure constitutionis,& vbique locorum ex iure communi. De ciuitate autem nequaquam expelli possunt, nam ipsæ tolerantur, vt euitentur maiora crimina, subdit Afflict. loco citato num. 3. quod limitari cernitur in casu hic citato ab Auctore in meretrice deperdente iuuenem fortè diuitem, quemadmodum meretrix rapiendo adolescentem puniri debeat, & si non pœna iuris ordinarij, iuxta communem sententiam relatam per Iulium Clar. in §. raptus num.6. vbi refert Florentiæ fuisse quandam meretricem combustam ob raptum adolescentuli, quod vltra eum retulit Boer. decis. 317. num. 11. à pœna autem extraordinaria illæsa non erit,Ricc.decis.Archiepiscop.214.num.6. Ex hac enim causa oriuntur iuuenum infortunia, nempè bonorum iactura, & multoties matrimonia indecentia inter eos, vel ob amoris excæcationem, de quibus loquitur Ricc. in praxi variar.resolution.in resolut.135.vbi concludere videtur talia matrimonia esse valida, nam mensibus retrò elapsis. Accidit contractum fuisse matrimonium inter iuuenem bonæ conditionis cum sua amasia citra patris assensum,& cum compertum fuisset tale matrimonium, non aliter solemnizatum fuisse per proprium Parochũ, sed per alium alterius Parochiæ, & sic clandestinè audiui fuisse dissolutum per Cur. Archiepisc.Neap. & hoc iure optimo cum ipsa à proprio Parocho solemnizari debeãt ipsa matrimonia, & non ab alieno, iuxta declarationem Illustriss.Cardin. de qua per Ricc.in d.praxi resolut.452.nu.3 & hoc contingit non solum cum prębeant amandi occasionem,& materiam, Campag.in cap.vt sine mortalis num. 76. ob quod iuuenes ad amandum adstringuntur, cum difficilè sit iuueniles calores temperare,ideò coarctare melius est l.fin. §. filij C.de bon.quæ liber. Sed quod peius aliquando sortilegijs incautos iuuenes ad se amandum inducunt, non sine maxima bonorum iactura, vt legitur de filio prodigo; sed etiam ad matrimonia ipsa contrahenda ex iuuenilibus desiderijs cõiuncta, exemplo demonstrat Felyn.cons.26.

Num. 17. ad hoc vide Hercul. in tractat. de caut. de non offendend.cap.31.per totum, Iul.Clar.§.final.quæst 47. num.3. at si fuerit præstita cautio ab vno petente sibi consimilem cautionem de non offendendo præstari, & renueret alter præstare cassabitur illa prima cautio, Franch. decis. 259. & melius in decis. 418. vbi refert decisum fuisse per Sacrum Consilium esse reciprocè cautionem præstandam, & maximè instante altero cautionem præstante ad eam præstando condemnato, & pro quibus personis sit talis cautio præstanda, iuxta mentem Auctoris, idem Hercul. in d.tractat. cap.7. per totum, ad materiam istam Carrab. in singul.188.

Num.18.vide Campag. in cap.subditorum nu. 127. & seq. vltra Foller.in praxi crimin.rubr. capiat de person. Boss.in titul.de captura.

Num.19. latè Menoch. de arbit.iudic. libr.1.q. 88. & Molfes. in Consuetud. Neapol. par.2. q.4.nu.7.

Num. 20. hoc eſt enim veriſſimum cum omnes pęnę ſint Principi arbitrariæ, Gramm. voto 10. nu. 41. Boer. deciſ. 254. nu. 22. Si enim pęnas corporales infligere poſſit, quæ ſunt maiores pecuniarijs: nam quęlibet pęna corporalis, etiam minima grauior eſt pecuniaria, Blanc. in praxi crim. §. verùm, quia nu. 105. multo magis, & minores auth. multo magis C. de ſacroſ. eccleſ. potiſſimùm in mandatis Principum ordinariè fiunt, ſub pęna certa pecuniaria, & alia reſeruata arbitrio Principis, quid autem ſi non fuerit expreſſa pęna in mandatis Principis, qua nam pęna plecti debeat contemptor mandati, ſeù contrauentor illius, vide Grammat. deciſ. 40. & melius exornat Capiblanc. in pragmat. 9. num. 39. & 40. de Baronib. & ſi fuiſſet adiectum nomen pęnę, non expreſſa eius qualitate in dubio de corporali intelligi debet, Cauenſ. in ritu 79. numer. 4. pœnæ appellatio corporalem continet, Carauit. in ritu prædicto num. 8. non mirum ſi mandata ipſa fieri poſſint per Principes, ſub pęna magna pecuniaria, adeò quod pro contemptu iuriſdictionis pariter impoſita eſt pęna publicationis bonorum, vt in conſtitut. cum iuſtitię, & ibi Afflict. nu. 5.

Num. 21. ſimiliter & tales magiſtratus ſummi pęnam confiſcationis bonorum imponere poſſunt, Iul. Clar. in §. final. quæſt. 78. num. 5. vltra Sebaſt. Guazzinum in tract. de confiſcat. bonor. concluſion. 12. per totam. In quibus caſibus pęna pecuniaria impoſita ſit, idem Iul. Clar. in d. §. fin. q. 80. in princip. quid autem in ciuilibus an Iudex pręcipiens aliquid ſub pœna, poſſit illam pœnam infligere illi contumaci, vide Afflict. in conſtitut. pœnam nouem nu. 3 & nu. 9. refert, quæ dixit hic Auctor, ſed melius in conſtitut. poſt mundi machinam nu. 44.

Num. 22. Similiter pro contemptu iuriſdictionis eadem pœna publicationis omnium bonorum impoſita eſt, vt in conſtitut. cum iuſtitiæ, vbi Afflict. ſed pro contumacia tàm ciuili, quàm criminali, quæ nam pęna ſit impoſita vltra Cauenſ. in ritu 220. num. 2. vide Carauit. in ritu 135. nu. 1. vbi de pœna contumaciæ criminalis loquitur, & in ritu 133. nu. 1. de pœna contumaciæ ciuili, vbi addita per me conferunt; & in omnibus alijs caſibus à iure expreſſis, de quibus per eundem Sebaſt. Guazzin. in eod. tract. de confiſc. bonor. concl. 13. per totam.

Num. 23. vide addita per me infra eodem num. 28.

Num. 25. adde Petr. Girard. ſingul. 79. Thomaſet. in flor. legum regul. 308.

Num. 26. Princeps ex plenitudine poteſtatis poteſt rem alicuius auferre ſine cauſa, etiam pretio non ſoluto, Boſſ. in tit. de Principe num. 190. & hoc via legis generalis ſubdit ibi num. 201. iuxta mentem Auctoris, cæterum autem ceſſante generali lege, nequit de plenitudine poteſtatis rem alicui auferre, quia non præſumitur alteri præiudicare, alias contrarium faciendo peccaret, latiſſimè Anna in allegat. 67. & in allegat. 69. vbi cenſet teneri ad extimationem nu. 49. & nu. 51. limitat iuxta Auctoris opinionem, & ſi pro bono publico auferret rem tertij debet ei ſoluere pretium, Maur. Sen. allegat. 16. num. 33.

Num. 27. ad hoc videas Maur. Sen. in allegat. 16. per totam, & quid in priuilegio conceſſo pretio accepto, idem in allegation. 78. quid in conceſſionibus per eum factis, Anna in capit. 1. num. 207. de vaſall. decrepit. ætat.

Num. 28. De eodemmet dubio loquuntur Marcus Anton. Surgens in tract. de Neapol. illuſtr. cap. 15. nu. 10. & ſeq. Io. Paul. Balzar. in cap. 1. §. bona committentium, ſub num. 15. quæ ſint regal. dixi in meo Compend. deciſ. Regni verbo pœna ſpreti.

Num. 29. Nam Princeps ſolutus eſt omnibus iuris ſolemnitatibus, Boſſ. in tit. de Princip. num. 71. nec ſua lege ligatur Afflict. in conſtitut. monarchiam num. 8. nam Princeps tantum legibus adſtringitur quantum ipſe vult, Loffred. conſ. 40. n. 35. attamen ſecundùm eas viuere debet, idem in conſtitut. non ſine num. 3. quinimo ob terribiles caſus, licet ei leges tranſgredire, idem in d. conſtitut. poſt mundi nu. 44. & ſic mandare Officialibus, vt procedant, vt in cap. iuris cenſura, vbi Campag. Io. Grand. de bello exul. in prædic. quantitatis q. 1. nu. 8.

Num. 31. quæ ad iuſtitiam pertinent, eiuſque exercitium, & in Rege potiſſimum, refert Afflict. in prohem. conſtitut. §. nos itaque, ſub nu. 8. & 9. ex multorum auctoritate, & iuxta mentem Auctoris, idem in conſtit. iuſti cultores, ſub nu. 1. vbi allegat S. Greg. hic citatum.

Num. 32. vide Par. de Put. in tract. de ſyndic. in verbo crudelitas Officialis per totum, & in verbo tortura ſub nu. 3. non enim eſſe debet nimis iuſtus, nam iuſtus perit in iuſtitia ſua, vide Fuſc. ſingul. 117.

Num. 33. vide Afflict. in conſtit. diſputare nu. 3. Iul. Clar. lib. 5. q. 97. nu. 3. Grammat. vot. 23. num. 14.

Num. 34. ad hoc dixit Boſſ. in titul. de Principe num. 33. proprium eſſe Principis facere iuſtitiam, & iudicium cum dulcedine temperatam, hinc Ambroſius relatus à Gloſſa in

in cap. si enim verbo peccatum, dixit vèh iusto si remota misericordia à Deo iudicetur, de pœn. dist. 1.

Num. 35. dixi in meo Compend. decis. Regni verbo domus, vbi allegaui Marc. Anton. Surgent. in tract. de Neapol. illustr. cap. 11. sub nu. 37. vers. & nostra etiam, vbi refert contigisse in domo cuiusdam pharmacopolæ tempore tumultus habiti in morte Tribuni plebis in anno 1584. cuius domus diruta fuit cum Auctor tumultus existerat, & ad materiam istam vide Ioan. Grand. de bello exul. in spec. 34. & 35. Campag. in cap. nuper ad vindictam nu. 82. & in cap. item marinarij num. 9. Paris de syndicat. verbo an Iudex propter contumaciam nu. 1. Carrab. in sing. 186. nouissimè Regens Valenz. in opuscul. discurs. stat. & belli consider. 2. nu. 38. & sequ. per plura exempla demonstrat id seruatum contra Ciuitates.

Num. 36. vide Parid. de syndicat. in verbo an Iudex propter contumaciam nu. 2. quid in domo communi, an ex delicto socij destrui possit, idem Camp. d. cap. nuper ad vindictã nu. 83. alias verò de hac materia quæstiones vltra memoratam examinat Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. final. q. 82. in statuto 8. vers. plerumque.

§. I.

NVm. 1. adde Afflict. in constitut. dilationes num. 40. imò Baro dicitur perpetuus Iudex vasallorum, vt ex mente Frecc. testatur Capiblanc. in pragm. 5. nu. 81. de Baron. licet non sit legitimus Iudex in causis, quas habet cum vasallis, idem in pragm. 16. num. 56. nec in cognoscendo, nec in delegando, Maurus Iun. in allegat. 87. num. 3. & sic decisum fuit per Magn. Cur. & confirmatum per Sac. Consil. vt refert Iacob. Anell. de Bottis ad Bart. in repet. l. qui iurisdictioni incip. contra Comites ff. de iurisd. omn. iudic. dixi in meo Compend. verbo Baro an possit, an autem Iudex suorum vasallorum sit eo ipso, quod sunt de Castro, seu Terra sua, & si non ostendat priuilegium de sua iurisdictione sit bi concessa, Consil. Rouit. in rubr. vbi de delict. quis conu. deb. nu. 15.

Num. 2. vide Foller. in praxi crimin. rubr. annot. bon. contum. nu. 2.

Num. 3. ex nouella pragmatica prima de contumac. cautum est, vt contumaces non accedant ad Curiam Regiæ Maiestatis, & non mirum si contumacibus, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam præueniendo audientia denegatur, Franch. in decis. 271. Caranit. in ritu 220. nu. 2. & ritu 269. num. 5. nam contumacia est delictum, idem in ritu 65. nu. 4. & propterea non est iussũ, vt delinquentes, & inobedientes, imò inimici compareant ante conspectum Principis. Similiter nec proditor debet stare coram Principe, Campag. in cap. nuper apud Thranum num. 34. immò nec aliqua persona ignominiosa, Chassan. in cathal. glor. mund. part. 5. consid. 24. in priuil. 101.

Num. 4. quamplures citati vna cum Auctore in meo Compend. in verbo iurisdictio Baronis, quid in Barone foriudicato non habente successorem in feudo, an Dominus succedat in eo, vide Franch. decis. 213. nu. 31.

Num. 5. quid in Officiale cõtumace comparente, vide Afflict. in constitut. clementiæ num. 14. & quid circa hoc decisum fuit in Continuo suæ Maiestatis contumace comparente infra annum, & Actuario Magn. Cur. refert Iordan. in addit. ad constit. dubitationem in fine incip. quid in Officiali, dixi in meo Compend. decis. Regni verb. contumax. Sic bannitus cancellatus à banno, intelligitur restitutus etiam ad bona, vide Franch. decis. 213. num. 51. sed plenius de hoc, & alijs habetur per Andr. Gail in lib. 2. de pace publ. cap. 19. per totum.

Num. 6. Barone contumace suspenditur iurisdictio, vide Io. Grand. de bello exulum in spec. 96. num. 2.

Num. 7. vide Molfes. in comment. ad Consuet. Neapol. par. 4. q. 47. nu. 29.

Num. 8. memini de ista decis. in meo Compẽd. decis. Regni verbo nominandi potestas.

Num. 9. sicuti aliud est nominare, aliud est eligere, latè Capiblanc. in pragmat. 10. de Baron. num. 50.

Num. 10. deportatus eligere potest, Alex. cons. 21. in princ. lib. 1 & Eman. Xuar. inter commun. opin. lib. 1. tit. de elect. nu. 30.

Num. 11. nota, quod dignitati, vel alicui officio dari potest ius, & potestas conferendi certum beneficium, Rebuff. in praxi benef. par. 2. rubr. de Vicar. Episc. nu. 27.

Num. 12. deportati ammittunt, quæ sunt iuris ciuilis, Capiblanc. in pragm. 7. num. 7. de Baron. Menoch. de arbitr. casu 530. nu. 7. non autem ea, quæ sunt iuris gentium, Rubeus in tract. de potest. Procur. & defens. in caus. crimin. num. 226. æquiparantur mortuis, vide Iodoch. in enchirid. par. aut simil. iur. versic. deportatus, Andreas Gail, vbi supra num. 18.

§. II.

NVm. 1. regulariter nobilis suspendi non debet, Gigans in tract. de crimin. læsæ ma-

ieſt.lib.2. tit.de pœnis q.1. nu. 12. ſubnectit tamen num.16. non procedere ſi eſſet proditor;tunc enim altioribus furcis ſuſpendi deberet,& hoc fuit practicatum annis elapſis, vt dixi in Compend.deciſ. Regni verb.nobilitas: immò ſeruari vidi ijs temporibus ſub regimine Ducis Oſſunę de anno 1618.quandam comitiuam militum aufugiętium captam ob rebellionem, & eorum auctores furcis ſuſpenſos inter cęteros primarium à quo originem habuit per pedes furcis ſuſpenſum vti proditorem:nec enim furi nobilitas prodeſt,Afflict.in conſtit.proſequentes num.31. Campag.in cap. ad hoc num.70. qui in cap. placuit nu.2. & 8. etiam hoc in rapina procedere cenſuit, ſimiliter ob periurium, falſum teſtimonium, vel aliud delictum ammittitur, vt per Affict. in conſtit.multæ leges nu. 16. ſimiliter in crimine falſi, Ricc.deciſ. 232.par.2.nu.8.vbi nu.9 ſubdit in cauſis ſcilicet fidei non militare nobilitatem, & ita deciſum,videndus eſt etiam Paſchal. in tract.de vir.patr.poteſtat.par.3.cap.2.nu.64. vbi citat hic Auctorem.

Num.2.vide Ricc.in d.deciſ.232.nu.7.par.2.& plenius in deciſ.19. ead.part. vbi ſic iudicatum cenſet in Curia Archiepiſcop.

Num.3.vide eundem Auctorem noſtrum in deciſ.24.& de hoc ſatis dictum eſt in Compẽd. deciſ. Regni verb.nobilis an pro delicto.

Num.4. eſt text. de hoc cum gloſ.in cap. infamibus de regul. iur. in ſexto, & ibi Dyn. & Io.Andr.in nouella,vbi plura recenſet, præſertim ſignificationem portarum, videas etiam Ricc.deciſ.133.par.1.

Num.5. vltra Afflict. in conſtit. proſequentes nu.26. vide Gigant.in tract.de crim.læſ.maieſt.lib.2. cap.3. quod teſtes infames admittuntur in iſto caſu,& melius Campagn. in cap.creſcit nu. 26.

Num. 6. & quæ ſint iſtæ perſonæ priuilegiatæ, vide Boſſ.in tit. de indit.& confid.ante tort. nu.104.cum ſeq. Iul.Clar. in §.fin. q.64. nu. 16.& ſeq. Similiter Princeps poteſt mandare torqueri liberum hominem abſque inditijs,Campag.in cap.ſubditorum ſub nu. 19. & in cap.tormenta nu.144.licet contrarium teneat Grammat.in conſ.crim.45.num.3.& voto 32.num.6.ſed hoc intelligitur de poteſtate ordinaria,idem in voto 30.nu.13.

Num.7.idem Author in conſ.7. nu.1.vol.2.ſimiliter & iuriſdictiones Capiblãc.in pragm. 5.nu.34. de Baron. Maur.Iun. allegat.43.nu. 2. habet enim Rex theſauros dignitatum, Anna allegat. 57. nu.2.

Nu.8.idem Auctor in d.conſ.7.vol.2. hoc proſequitur, & quod dignior ratione ſubiecti debet habere vocem primò in electione, licet ſit poſterior tempore, tradit Maur. Iun. in allegat.50.num.6.non mirum ſi dignioribus dignior locus debetur,Reg Valenz.conſil.1.nu.18.& conſ.34. nu.206. & de iſtis deciſionibus hic adnotatis per Auctorem,memini in meo Compend. deciſ. Regni verbo prælatio.

Num.9. de tranſlatione Metropolitana facta ab Imperatore in aliam,& ſi retineat priuilegia alterius, habetur in l.1. C. de metrop. Berit. lib. 11. vbi Doctor. & Rebuff. in praxi benefic. par. 1. Rub. de erect. eccleſ. in cathred. nu.5. & ibi loquitur de erectione Eccleſiæ in metropolitanam per Summ. Pont. faciendam, vbi num.7. cenſet ad Papam, & Principem ſpectare creationem vniuerſitatum, & priuilegia conferre, & quando fieri poſſit tranſlatio metropolitanæ de vno loco in alium, ex quibus caſibus idem in ſequ. Rub.de tranſlat. Epiſcop.&c. vbi num.11.loquitur ſi perdant priuilegia aliàs conceſſa ex cauſa tranſlationis; cætera verò pertinẽtia ad feuda titulata, tradit Reg de Curt. in diuerſ.feud.§.ſed vnde,vbi num.17. & 18. loquitur de caſtro titulo decorato vendito, ſi in emptorem pariter titulus trãsferatur.

Num. 10. adde Conſil. de Georg. in allegat.4. nu.8.Molfeſ.in conſuetud.Neapol.par.2.tit. de bonis q.5.nu.15.

Num.11.adde Annam in repet. cap.1.de vaſal. decrepit.ætat.nu.193. & ſeq. vbi articulum iſtum plenè examinat,quod ſecus eſſet ſi feudum Regi deuolutum concederetur alteri; tunc enim nouum diceretur,idem Conſil.de Georg. in allegat.8. nu.23. quamquam Rex concedi poſſit feudum nouum iure antiqui, Anna ſingul.205.& allegat.62.nu.24.

Num.12. ingratus facit ſe indignum beneficio recepto,Afflict.in cap.vnico §.item,qui Dominum nu.1. quæ ſit prima cauſ.benefic. ammitt.& ob id pactum adiectum in feudo, vt propter aliquam cauſam reuocari non poſſit non impedit, quin reuocetur propter ingratitudinem, idem in cap.quia ſupra dictum nu.7.quibus mod.feud.ammitt.ad quęſitum Auctoris, vide Maſtrill.de Magiſt. libr.4.cap.2.num.20. citantem Auctorem noſtrum hic.

Num.13.vide Iul.Clar.in §.fin.q.83.nu.11.

Num. 14. omnis pœna in Principe eſt arbitraria,Caſſan.in cathal.glor.mundi par.5. conſider.24.in 34.priuil. Grammat.voto 10. nu. 41.Boſſ.in tit.de Principe nu.82.

Num. 16. vide in meo Compend. deciſ. Regni verb. tortura de iure communi col.2.

Num.17.ad materiam iſtam percutiendi alapa aliquem, qua pœna ſit puniendus, vide in meo Compend. deciſ.Regni verbo alapam,

&

& in addit. ad Compend. decis. Cur. Archiep. Neapol. in verbo alapa percussio, vbi plura ex hac percussione facta in palatio, videtur offensa persona Principis, & propterea Proreges videntur offendi ex delictis commissis in Ciuitate Neapol. inde Mag. Cur. Vic. non consueuit remittere vasallos Baroni delinquentes Neapol. vel in Casalib. vt per Præs. de Franch. decis. 129. nu. 2.

Num. 18. dixi in eodem meo Compend. decis. Regni verbo alapam.

Num. 19. vide in meo Compend. decis. Regni verbo pœna mortis, vltra Menoch. de arbit. q. 86. nu. 4.

Num. 20. vide congesta per me de hoc in eodem Compend. decis. Regni verbo incidens.

§. III.

NVm. 1. ad ornatum istius quæsiti satis conferunt hic collecta per Io. Grand. de bello exul. in prædic. ficus in 2. quæst. vbi id etiã ad Præsides Prouinciarum spectare censet, & eis salaria constituere; in Prouincijs enim sunt constituti Barricelli Campaneç, & omnes Vniuersitates contribuunt pro eorum salario, vt in pragm. 1. de dãn. clandest. quod est salarium prædictum quatuor caballium æneorum pro quolibet mense soluendorum pro quolibet foculari Regio Perceptori pro salario Barricelli, seù Capitaneo campaneç, & comitiua pro malefactorum persecutione, vt per Campag. in cap. præsertim in addit. sub num. 14. idemque confirmat ibidem sub nu. 32. in addit. & in cap. pridem tibi sub nu. 20. ad quod Carauit. in pragm. 2. de exul. nu. 31. dixit Regem tenere etiam homines stipendiatos pro ordinaria persecutione malefactorum, hoc est in Prouincijs.

Num. 2. adde Iodoch. in praxi crimin. cap. 134. nu. 3. Menoch. de arbit. iudic. casu 348. nu. 1.

Num. 3. ad hoc videas August. ad Angel. de malef. verb. dicto maleficio semper sub nu. 23. Iul. Clar. §. fin. q. 90. nu. 9. Boss. in tit. de rapinis nu. 15. & tit. bann. quid ammitt. nu. 21. Menoch. de arbit. iudic. casu 348. nouissime Muscat. in praxi crimin. rubr. de recept. malefact. per totum, & an, & quando receptator eadem pœna puniatur sicuti delinquentes, Consil. Rouit. in pragm. 1. de recept. malefactor.

Num. 4. adde Angel. de malefic. vers. dicto malef. semper num. 23. Bonifac. in titul. de recept. fut. &c. nu. 3. & 8. vbi limitat num. 10. non procedere in ignorantibus, Andr. Gail de pace publ. lib. 2. cap. 10. nu. 6. & 7. etiam si esset receptatus hæreticus, Ludou. Carrer. in tract. de hæret. nu. 170. & 171. ad quæsitum Auctoris, vide Boss. tit. de rapin. nu. 21. & 16. Campag. in cap. licet nu. 10. quid in sciente receptante, vide Auctorem decis. 22. per totam.

Num. 5. vltra Bonifac. loco citato nu. 4. 5. & 6. Iodoch. in loco allegato n. 4. & cap. 116. Gail vbi supra nu. 19. & seq. & 25. Nell. de bannit. 3. par. 2. temp. nu. 21. Campag. in cap. licet num. 8. Menoch. vbi supra, copiosè Ricc. collectan. 544.

Num. 6. adde eundem Andr. Gail d. lib. 2. de pace publ. cap. 2. nu. 35. Menoch. vbi supra nu. 17. Marcell. Calà vbi supra num. 870. Intrigl. in singul. 240.

Num. 7. vide Campag. in cap. licet nu. 6. & in addit. si per vnicam vicem dicatur receptator, in simili de blasfematore loquitur Alexand. Roman. in pragm. 1. de blasfem. nu. 84. & 85. & de furibus, & similibus loquitur Carroc. in tractat. de re furt. repert. pœn. tert. quæst. 10.

Num. 8. idem Iodoch. in d. praxi cap. 116. nu. 2. Bonifac. vbi supra nu. 1. vltra Afflict. in constit. patarenorum nu. 10.

Num. 9. ad hoc vide Præs. de Franch. decis. 570. sub nu. 1. & circa fractores carcerum, vltra Pegueram decis. 1. Cathal. dixi alios citando in meo Compend. decis. Regni verbo pœna capitis, & in Compend. decis. Cur. Archiep. verb. Frangere, Ricc. collect. 543.

Num. 10. idem Auctor in decis. 22. nu. 1. 2. & 15. Consil. Rouit. in rubr. de recept. malef. nu. 3. Gigant. in tract. de crim. læs. maiest. lib. 3. q. 10. Ricc. collect. 1528.

Num. 11. adde Carrer. in tract. de hæret. nu. 166. Ricc. vbi supra.

Num. 12. vide in meo Compend. decis. Regni verbo receptator.

Num. 14. vide Muscatell. in praxi crimin. rubr. de recept. malefact. nu. 38. & seq. vbi omnia pertinentia ad pœnas statutas contra receptatores de iure Regni potissimum pragmaticarum, recensct vltra Foller. in praxi crimin. rubr. banniantur nu. 10.

Num. 15. quomodo probetur scientia in receptante furem, vel latronem, latè Boss. in tit. de rapinis nu. 17. & ad hoc, vt receptans bannitos, & foriudicatos, non puniatur pœna statuta contra ipsos, quid probandum, Marcell. Calà de modo articul. §. 2. glos. vnica nu. 867. ad 872.

Num. 16. adde Campag. in prælud. capitul. num. 33. ad illud, quod dicit, quod seruat Magn. Cur. ab omnibus alijs Curijs seruandum est adde Carau. in ritu 1. nu. 3. vbi id amplat. & limitat multifariam, ad illud, quod in præscriptione acquirenda præsentia in Regno exquiratur, vide Annam in repet. rubr. de vasall.

vaſall. decrepit. ætat. num. 448. & ſeq.

Num. 17. ad hoc videas Balb. in tract. de præſcript. par. 1. partis 4. quæſt. 2. num. 2. & per totam.

Num. 18 adde Foller. in praxi crim. rubr. banniantur nu. 3.

Num. 19. idem in publicatione banni concludit Franch. deciſ. 360. ſub nu. 6. & pragmatica ſufficit publicari in Terris famoſis, Campag. in cap. cum ad obuiandum nu. 8. & de hoc ſatis loquitur Alex. Roman. in pragm. 1. de blasfem. nu. 59.

Num. 20. ad hoc adde Marcell. Calà de modo articul. §. 2. gloſ. vnica nu. 868. Ricc. d. collectan. 544.

Num. 22. vide Anto. Gabriel. in lib. 6. commun. opin. tit. de regul. iur. concl. 5. nu. 9. 10. 12. & 14. exemplificat in terminis noſtris Præſ. de Franch. d. deciſ. 360. & ad hoc, vt lex liget Prouinciales debet publicari in Prouincia, Io. Andr. in cap. datum Romæ in nouell. ſub nu. 3. verſ. in vltima gloſ. & ſic in locis ſolitis alias non valeret, Grammat. deciſ. 47. nu. 9.

Num. 23. cum iſta opinione concordat deciſ. D. de Franch. 360. nam fuit deciſum inquiſitum debere gaudere indultu, non obſtante, quod pragmatica fuerat publicata in Ciuitate Neapol. & in Ciuitate Salerni, non tamen in Terra delicti, de qua in meo Compend. deciſ. Regni verbo indulgentia, & iuxta relata per Auctorem, vide Grammat. deciſ. 36. nu. 20.

Num. 24. Menoch. vbi ſupra nu. 16. Ricc. collectan. 544. in fine, Marcell. Calà vbi ſupra nu. 872. Garſia in dicto 501.

Num. 25. iuſtus metus quando dicatur, vide Ricc. collect. 943. an autem dando cibum, & potum forafcitis dicatur receptare, vide Muſcatell. in praxi crimin. rubr. de recept. malef. nu. 30. vbi nu. 31. quærit, ſi receptare dicatur, qui animalia, lignamina, vel alia quæcunque neceſſaria ſubminiſtrauerit, iuxta Auctoris opinionem hic relatam, & quid in illis, qui incolatum faciunt in Caſalibus, & locis apertis, vide quæ dixi in meo Compend. deciſ. Regni verb. receptatores.

Num. 26. vide Muſcatell. in d. praxi eadem rubr. de recept. malef. nu. 39. cum ſequ. & quod ita practicatum refert hic Auctor, dixi in d. Compend. eodem verbo receptatores.

Num. 27. ad hoc vide in meo Compend. deciſ. Regni verbo vaſalli, vbi citaui Conſil. Rouit. in pragmat. 1. in fine de recept. malef. & pragmat. 5. num. 3. vbi de delict. agi oport. Capiblanc. in pragmat. 8. num. 115. de Baron. & alios additos in noua impreſſione vltra allegatos per Viſcont. & Amend. ad Franch. d. deciſ. 479.

Num. 29. vide Conſil. Rouit. in pragmat. 9 de empt. & vendit. Capiblanc. in pragm. 8. num. 114. de Baron. dixi in meo Compend. deciſ. Regni verbo vaſallus.

Num. 30. adde Maſtrill. in tract. de magiſt. lib. 4 cap. 18. nu. 4.

Num. 31. vide Capiblanc. in pragm. 14. de Baron. nu. 36.

Num. 32. inferiores à Principe nequeunt ſtatuta condere contra ius commune, Petr. Rauen. in ſuo Alphab. verb. magiſtratus, quem citat Bonac. inter commun. opin. lib. 1. tit. de legibus nu. 161.

Num. 33. hinc eſt, quod omnes poſſunt condere ſtatuta, nempè Vniuerſitates, Collegia, Epiſcopi, Legati, & cæteri relati per Anchar. in repet. cap. canonum ſtatuta de conſtit. in 9. quæſt. principali: imò quilibet populus, & quælibet Ciuitas, Graſſ. & Bonac. inter commun. opin. lib. 1. tit. de legib. num. 162. & 163. ſed hoc circa negotia ad eos pertinentia in ſuis locis, vt per Viuium in ſylua commun. opinion. in opin. 743. ſtatuta, cæterum ſi vniuerſalem reſpiceret vtilitatem, aut incommodum ſolum ad Principem ſpectaret, Caſſan. in cathal. glor. mundi par. 5. conſid. 24. in priuil. 27.

Num. 34. an ſit de mero, vel mixti imperij, vel iuriſdictionis condere ſtatuta, tangit Anch. in d. cap. canonum ſtatuta in d. quæſt. 9. in princ. & ad ornatum iſtius text. ſatis conferunt collecta per Ricc. collect. 140.

Num. 35. non ſolum Barones de hoc nouo delicto cognoſcere poſſunt, reprobata Foller. opinione, refert Conſil. Rouit. in pragmat. 5. de adminiſtr. vniuerſit. nu. 2. ſed etiam illos componere pro nouo delicto ſic declarato, Capiblanc. in pragm. 6. nu. 102. de Baron.

Nu. 36. an non delictum declaratum delictum liget forenſes, vide Bart. in l. cunctos populos in 2. quæſt. citatum per Anchar. in d. cap. canonum ſtatuta de conſtit. vlt. quæſt. verſ. ſed de ignorantia.

Num. 37. hoc tamen regulariter intelligendum eſſe, teſtatur Io. Andr. in cap. in generali de reg. iur. in nouella ſub nu. 2. verſ. decimuſtertius, &c. Quod generalitas arctatur ad præſentia tantum, niſi ſint talia, quæ reſpiciant futura, vt lex, conſtitutio, priuilegium, &c. vel veniant ex rei natura, vt ſunt acceſſiones, fructus, & vſuræ l. 2. ff. de in diem adiect. l. Imperator ff. ad trebell. l. ſi ſeruus ff. de fortis §. ijs, hinc etiam iuriſdictione conceſſa cenſentur conceſſa ea, ſine quibus explicari non poteſt, Carauit. in ritu 295. nu. 28. ſecus ſi eſſent aliqua pęnitus ſeparata, inde conceſſo Caſtro cum toto territorio, non venit locus ſterilis, nec vſus fluminum, Roman.

ſingul.

singul. 64. & concesso castro per Episcopum, & omnibus, quæ ibi habet non veniunt spiritualia, idem singul. 56. an & quæ veniant in generali concessione, vide collecta per Ricc. collect. 594.

Num. 38. vide Alph. in collect. 1298.

Num. 39. de hoc extant decisiones traditæ per Annam in cap. 1. de vasall. decrepit. ætat. nu. 265. & sequ. & in allegat. 36. de quibus in meo Compend. decis. Regni verbo functiones, latè Consiliar. de Geor. in allegat. 43. & Consiliar. Rouit. in comment. ad pragm. 1. de iur. & exact. fiscal. num. 8. & 40. Regens de Curte in diuers. iuris feud. §. declarata igitur num. 121. an autem ius futurum superueniens veniat in generali concessione feudi, dixi in d. Compend. verbo ius superueniens.

Num. 40. pariformiter Barones conqueri non possunt de pragmatica facta contra disrobatores stratarum, per rationem traditam à Præsid. de Franch. decis. 722. num. 15. & Princeps potest per modum legis condendę alijs prejudicium inferre, vt exemplificando censet Io. Grand. de bello exul. tit. de qualit. q. 2. nu. 3.

Num. 41. dixi aliqua supra eod. nu. 33.

Num. 42. nam eius est proprium leges vniuersales condere, vt dixit Chassan in d. cathal. par. 5. consid. 24. in 27. priuil. similiter & Cõstitutiones, Capitula, & Pragmaticas, quæ omnia nomine Regio publicantur, inquit Auctor: *Eo quod Reges, Principes, & Prælati nomina sua legibus, & constitutionibus inserere possunt*, Afflict. in constit. ad laudem nu. 1. Alex. Roman. in pragm. 1. de blasfem. nu. 49. Adeò verùm est, vt allegans legem non habentem auctorem pęna falsi puniretur, Glos. in cap. Regni apud Foggiam, & cum publicantur, tunc instituuntur, Andr. in constit. pœnam eorum col. 6. vers. lex erit, & modum publicationis examinat, Troys. in prohem. pragmat. nu. 21. & sequ. Etenim si non fuerit publicata non valeret, Alexan. Roman. vbi supra nu. 57. quapropter dum Auctor prosequitur: *Quòd si verùm esset, quod ex contrauentione ipse afficeretur iniuria, & consequenter haberet vltionem, inde Barones nunquam cognoscerent de delicto, sed cum ipsi exerceant iurisdictionem vti Regis ministri, &c.* Considerandũ censui, quod lex nil aliud est, quàm Rex, vnde nouus Rex noua lex dicitur, Glos. in prohem. cõstit. col. 1. propterea Princeps dicitur lex animata §. fin. auth. de consul. vbi glos. verbo legem, Gail lib. 1. obseruat. 42. nu. 3. non tamen principaliter per contrauentionem iniuria infertur, sed per consequentiam sicuti Princeps offendi dicitur, quando suis subditis, vel particularibus iniuria, vel offensa fit, Alex. in addit. ad Bart. in l. hostes ff. de capt. & postlim. reuers. verb. quæro quid, vers. item secũdum Bald. col. 2. & potissimùm si esset inscriptis redacta, tunc etsi ei competeret vindicta, quia à Rege constituti sunt Iudices, qui legis ministri appellantur. Exequũtur enim quæ à lege imposita sunt contra transgressores, vel contemptores mãdatorum Regiorum, siuè pęna esset expressa, siuè non, iuxta tradita per Gramm. decis. 40. nu. 20. quem sequitur Campag. in cap. item, quod prędicti Iustitiarij num. 18. Similiter & Barones, qui sunt regij officiales, Franch. in decis. 211. nu. 7. & sic mandatur in omnibus pragmaticis ordinariè ex stylo Cancellariæ obseruari ab omnibus, & præcipitur obseruãtia omnibus officialibus, &c. & prę sertim Baronibus, Cõsil. Rouit. in pragm. 5. nu. 40. de administ. vniuers. hinc omnia nostra facimus, quibus nostra impartimur auctoritas l. 2. C. de vet. iur. enucl.

Nu. 43. ostenditur hoc in multis casibus legum à Regibus, siuè Proregibus factarum, ne in aliquo Barones se intromittere possint, quos refert Capibl. in pragm. 8. par. 1. de Baron. à nu. 109. cum seqq. & nu. 220. cum seq.

Num. 44. vide Capibl. in pragm. 1. nu. 219. de Baronib. & quando hoc procedat faciunt collecta per Ricc. collect. 391. & in collect. 1227. loquitur de concessione iurisdictionis cumulatiuè, & non abdicatiuè, qui in collectan. 2020. tradit omnes Baronum iurisdictiones.

Num. 45. hic adde eundem Capibl. in pragm. 8. par. 1. nu. 223. de Baronib.

Num. 46. Barones quamuis ex iuris dispositione possint facere prohibitiones tempore caristiæ, & alia remedia adhibere, vt per Consil. Rouit. in pragm 1. de Annon. nu. 6. similiter & vniuersitates, vt latè per Muscatell. in praxi crimin. tit. de extract. extra Regnum, &c. nu. 98. vbi prosequitur materiam istam, contra bannorum tamen ex communi obseruantia destinantur Commissarij contrabannorum, nec in talibus Barones se immiscere possint, vt sunt in materia frumentaria, salis, sterici, & similium, an autem Officiales Regij Terrarum demanialium, præter Regias Audientias super contrauentionibus pragmaticarum procedere possint, vide Foller. in pragmat. final. de administrat. vniuersit. in princ. nu. 8. vbi etiam loquitur de Baronibus.

Num. 48. delicta atrocia, seù atrocissima, vel enormissima, quæ dicantur, vide Muscatell. in dicta praxi crimin. rubric. de recept. malefact.

lefact.nu.10. & ſeq. & videtur eſſe iſtud delictum receptationis cum eadem pœna ſicut principale plectatur, Bonifac.in tit.de rapt. nu.1. Andr.Gail de pace publ.lib.2.cap.10. num.1.quamquam Auctor ex mente Foller. referat caſus conſimiles remiſſos Baronibus, de quibus etiam memini in meo Compend. deciſ. Regni verbo remiſſio, non tamen refert ſi in prædicto receptationis delicto remiſſio locum vendicet,& ob id refert Conſil. Rouit.in pragm.2.nu.15. vbi de delict. quis conuen.deb. quod denegatur Baroni cognitio ſui vaſalli de receptatione contumacis Regij Tribunalis, de conuerſatione cum ſimilibus,aut de ope præſtita eiſdem,vel ſi eſſet inquiſitus ratione alicuius fractæ ſaluaguardiæ Regiæ.

Num.49 vide Conſil.Rouit. in d.pragm. 2.nu. 15. vbi de delict. quis conuen. licet contrarium poſtea deciſum per Mag. Cur. vt infra num.52.

Num.51.adde Rocch.de Curte in cap.final. de conſuet.fol.31.à terg.in paruis,verſ.tertium requiſitum.

Num.52.hic adde,quod iuxta concluſa per Auctorem, vt ſit locus remiſſioni in caſu prædicto,iuxta deciſa per Follerium bis iudicatum fuit per Mag.Cur. Vic. remittendo vaſallos inquiſitos de receptatione contumacium Mag.Cur. & Regiarum Audiẽtiarum, vt tradit Viſcont. ad Franch. d. deciſ. 470. verſ.eſt verùm,quod per Mag.Cur.

Num.53.vide Iul.Clar.§.fin.q.90.vbi copiosè, & Menoch.de arbitr.caſu 349.plenius.

Num.54.vltra Doctor.relatos in præcedẽti nu. 52. adde Boſſ.in tit.de homicid.nu.33.34. & 35. Iodoch.in praxi crimin.cap.133. Blanc. in praxi crimin.§.poſtquam fol.117. Iacob. Nouell.in praxi crimin. in §.1.nu.67. & ſeq. Battand.in regul.107. & copiosè Io.Grand. de bello exulum tit.de relat.quæſt.1.per totam, & in ſpet. 2. vbi materiam iſtam ſatis declarat,quomodo verſetur in materia exulum, vt locum habere poſſit poteſtas extraordinaria,vltra alios Doctores eandem materiam plenius pertractãtes inter commun. opin.lib.9 tit.de malefic.nu.13. & ſeq.

Nu. 55. non eſt dubium quin ſtatutum loquens de committentibus delicta extendatur ad auxiliantes, ſicuti ſtatutum loquens de turbatoribus pacis extenditur ad eorum auxiliatores, Io.Grand.in loco citato nu.6. an autem ſuppoſita diſtinctione dicta in præcedenti numero exiſtente ſtatuto, vide Boſſ.in d.tit.de homicid.ſub nu.33.& 34.qui loquitur in terminis ſtatuti Mediolani,vbi allegat Socc.& Cępol hic ab Auctore citatos.

Num.56. quot modis auxilium præſtari cenſetur vltra Battand.vbi ſupra nu.10. Io.Grãd. ibidem num.3.vide Muſcatell.in d.tit.de recept.malef.nu.27.cum ſeq. qui loquitur in materia iſta receptationis malefactorum.

§. IV.

NVm. 1. Si enim Præſidibus Prouinciarum, quorum permiſſum ſit deſtinare Commiſſarios ad capturam informationum contra exules,Ioan.Grand.de bello exul.in ſpet.73. nu.1.multo magis,& Proregi,nõ tamen cum poteſtate ipſa extraordinaria,cum nõ ſit delegabilis, idem in ſpet. 42. ſicuti ipſe Princeps,& Collaterale Conſilium concedit,Cãpag. in cap. ſi cum ſceleratis ſub nu.24. in fine. Similiter & Regijs Audientijs, vnde hodie iſta præeminentia dilata eſt ad ipſas Regias Audientias, idem Io.Grand. tit.de quãtitate q.1.ſub nu.13.quamquam poteſtas militaris ſit conceſſa Præſidibus Prouinciarum à Prorege, vt ipſe fatetur in prædicamento agere q.1.nu.1.& ſucceſſiuè à Præſidibus eadem poteſtas delegari poteſt eiſdemmet Auditoribus, idem eod.tit. q.3. per totam, & ſic in dies videmus obſeruari in caſibus exemplaribus per Proreges mandari vt procedatur ad modum belli cum poteſtate extraordinaria, vt vidi reſcriptum Regiæ Audientiæ Calabriæ citra à Prorege tunc Lemenſium Comite, vt contra matricidam ſic procederetur.

Num.2.Reges enim in ſuis Regnis locum tenẽt Imperatoris, Affict.in prælud.conſtit.q.13. nu.9.& num.7.cenſet,quod Reges liberi in ſuis Regnis exercere poſſunt iura Imperij, & ſicut in Imperio Imperatoris poteſtas ſe habet Regis in Regno ſuo ęqua poteſtas, & multa ad ornatum iſtius text.collexit Ricc. collect.135.

Num.3.adde Minſinger.ſingul.obſeruat.cent.1. obſeru.3.nu.4. & 5.vbi quando inferiori hoc permiſſum eſſe,refert Vital.in tract.clauſul. in clauſul.appell.rem. Hugo Celſ. in eodem tract.in clauſ.reſcript. verſ.clauſ.appel.rem. vbi etiam loquitur ſi id cõceſſum ſit inferioribus à Principe,Boſſ.in tit.de Princ.nu.377.

Num. 4. vide Io. Grand. de bello exulum in ſpet.21.& videas Parid.de ſyndicat.in verbo latro, quem ſequitur Campag. in cap. iuris cenſura nu.5.qui loquitur de quodam Commiſſario, qui de facto ſuſpendit latrones, & igne cremauit villam:ego autem vidi obſeruatum tempore Comitis Beneuenti, vt eius ordine præcedente caperetur viuus,aut mortuus quidam Moruillus bannitus, & ſic exequutum,nam fuit captus,& interfectus ſe defendẽdo,& poſitus ſuper columna Mag.Cur.

& in alio bannito occiso prævio ordine Ducis Ossunæ.

Num. 5. leges pariter trāsgredi possunt ex causa, Campag. in cap. in Kalendis nu. 15. & in cap. si cum sceleratis nu. 13.

Num. 6. vide Io. Grand. de bello exulum in spec. 38. & pariter vidimus hoc practicatum in militibus delinquentibus, qui fuerunt indultati, vt seruirent Regi in bello citra remissiones partium, habetur in pragm. 9. de abolit. eò quod publica vtilitas præfertur priuatę l. 3. C. de primipil. lib. 12. l. actione §. labeo ff. pro soc. cap. bonæ de elect. vide Consil. Rouit. in pragm. 2. de compos. nu. 3. qui citat hic Auctorem, ad quod etiam videndus est Tartagl. in pragm. final. cap. 1. nu. 13. de compos. idem Rouit. in pragmat. 12. de abolit. nu. 16.

Num. 7. adde Mastrill. in tract. de magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 148. Rouit. vbi supra, regulariter gratiam facere ad Dominos solum pertinet, non ad ministros, Nicol. Moron. in tract. de fide, treug. & pace par. 1. q. 13. nu. 19. nisi facultatem haberet à Domino, vt sunt Proreges nostri.

Num. 8. vide in meo Compend. decis. verb. compositio facta.

Num. 9. de hoc videas Par. de Puteo in tract. de syndic. verbo compositio sub num. 6. vers. tamen istę compositiones, Fab. Montel. in praxi arbitr. in 3. quæst. vltimæ part. num. 28. Campagn. in capit. ne peruersorum num. 7. Afflict. in constit. mulier, quæ dotarium num. 28. nouissimè Sesse decis. Aragon. 178.

Num. 10. idem dixit Fab. Montel. vbi supra, ad quod subdit Grammat. in d. ritu incip. quod curia ipsa, namque post nu. 4. quod fuit per Sac. Cons. reuocata quædam compositio sic facta, saluo iure partis, de qua in meo Compend. decision. Regni verbo compositio, vbi alios Doctores citaui, inter cæteros Tartagl. in pragmat. final. de compos. cap. 1. numer. 13.

Num. 11. non solum vetitum est Proregi componere absque partis remissione, nisi ex causa publica, vt dixit Consil. Rouit. d. pragm. 2. nu. 5. de compos. sed etiam Regi, qui non consueuit remittere, & indulgentiam facere nisi parte concordata, vel facta pace, ita Paris d. verbo compositio sub nu. 6. vers. nam etiam est, tamen verùm, quod in generalibus indultis expressum reperitur, quod si infra sex menses inquisiti obtinuerint remissiones à partibus offensis, gaudere debeant generali indultu, vt demonstratur in pragm. 11. & 12. de abolit. ita & taliter, quod indultus iste eatenus sortitur effectum, quatenus à parte offensa fuerit facta remissio in tempore, sedhoc factum apparet a Rege legitima subsistente causa; & ante omnia, vt de delicto constet Camill. Larata consil. 109. num. 49.

Num. 12. quæ nam requirantur in compositione facienda, vt valeat, vide Fab. Montel. in praxi arbit. quæst. 2. quintæ part. per totam.

Num. 13. idem Fab. Montel. in d. praxi 3. q. vlt. part. nu. 4. multo fortius si sæpius concederetur, vt prolixius hanc eandem materiam, prosequitur idem in 3. quæst. vlt. part. in regula an compositio admittatur, Grammat. voto 35.

Num. 14. vide vltra Carauit. hic corruptè citatum in d. ritu 272. num. 9. Campag. in cap. exercere nu. 17. & 41. nouissimè Capiblanc. in pragm. 6. de Baron. nu. 24. quid in Curia Archiepiscop. Neapol. an fieri possit reseruatio in sententia per Vicarium, salua moderatione, vel commutatione Illustrissimi Archiepiscopi, Ricc. in praxi eccles. decis. 354. sub nu. 4. tenet affirmatiuè.

Num. 15. ita pariter in terminis concludit Muscatell. in praxi crimin. tit. de priuil. vuln. læthal. &c. nu. 23. & seq. & sic vidi seruari in quamplurib⁹ Terris Baronalibus, immò & Regijs, vt audiui, quamuis id expressè vetitum sit Mag. Cur. Vicar. in decretis per eam faciendis, ne dicat exuler, vel soluat, vt in pragm. 45. de offic. magn. Iustit. & ita pariter audiui in Regijs Audientijs indistinctè seruari.

Num. 16. de hoc extat pragm. 4. de compos. per quam mandatur, quod delinquentes non admittantur ad compositiones, nisi habita remissione omnium, quorum interest, vltra Doctor. ibi, vide Viu. in sylua comm. opin. in opin. 607. Luc. Foller. in pragm fin. de compos. nu. 30. Tartagl. ibidem cap. 1. num. 14. Molfes. cons. 10 num. 18. & seq. Similiter per aliam pragm. 8. eod. tit. cautum est illis competere actionem querulandi, & remittendi, quibus successio debetur, de qua per Franch. decis. 611. faciunt collecta per Ricc. collect. 776. idem Foller. vbi supra nu. 39. & sic pragmatica ista duo requirit copulatiuè, sanguinem, & successionis delationem, vt notat Consil. Rouit. in d. pragm. nu. 55. Mastrill. in tract. de indultu cap. 24. nu. 56. citat hic Auctorem.

Num. 17. vide Philipp. Paschal. in tractat. de vir. patr. potest. par. 2. cap. 1. sub nu. 9. cum sequ. vbi etiam citat Auctorem nostrum hic.

Num. 18. vt memini in meo Compend. decis. Regni verbo remissio, ad quod addo Molfes. in

in conſ.10.num.7.& ſeq.hic allegantem Auctorem noſtrum,& nouiſſimè Anell.de Amato in conſil. 18. qui ita cenſet iudicatum fuiſſe per Collater.Conſil.contra filiam,quæ renunciauerat,vel ſit excluſa per ſtatutum, vt non habeat ius remittendi.

Num.19.& ſic in terminis concludit Affli&.in conſtit. Iuſtitiarij non per Kalendas ſub nu. 15. verſ. & per iſtam gloſ. quem ſequuntur Foller. in praxi crimin.rubr.aud.excuſ. nu. 22.Præſ.de Franch.deciſ.101.num.10.& Maſtrill.in tra&.de indultu cap.24. nu.84. verſ. quæro duodecimo.

Num.20.Molfeſ.d.conſ.10.num.13. & quando hoc ius remittendi cenſeatur hæreditarium, vel competere iure ſanguinis, vide Phanuc. de inuent.par.6.nu.56. & 57.

Num.21.de filio renunciante hæreditatem patri,ſi poſſit vendicare eius mortem,loquitur Foller.in d.pragm.fin.num.46. de compoſit. Molfeſ.vbi ſupra nu.7.& 14. De filio emancipato loquitur Tartagl. in d. pragmat. fin. cap. 1. num.22. & 25. & Paſchal. vbi ſupra num.3.

Num.22. vide Conſil.Rouit. in d.pragm.8. de compoſit.in fine,alios citat Paſchal. vbi ſupra nu.4.

Num.23.idem Paſchal. loco allegato nu.7. vbi plures allegat.

Num.24.Paſchal. in memorato loco ſub nu. 9. verſ. ſed hæc opinio.

Num.25.Molfeſ.vbi ſupra nu.11.

Num.26.Molfeſ. vbi ſupra nu.17.& ſeq.

Num.27.verſ.apparet, idem ponderat Molfeſ. vbi ſupra num.19.& 23.vbi citat hic Auctorem, & melius nu. 17.

Num.28.idem confirmat Molfeſ. vbi ſupra nu. 17.18.19.& 20.

Num.29.faciunt addita ſuper eodem num.19. hic.

Num.30. hic nota, quod geminata verba cenſentur prolata cum maiori deliberatione,& faciunt comprahendi in conceſſione, quæ alias non comprænderentur, Anna alleg. 127.nu.8.& 9.

Num.31. vide in meo Compend. deciſ. Regni, verbo ius querulandi,vbi nonnullos Doctores citaui.

Num. 32. videas eundem Paſchal. vbi ſupra nu.76.vbi pariter citat hic Auctorem,vltra addita per me ad Carauit.in ritu 272. num. 29. & 30. & Conſil.Rouit.in d.pragm.8.nu. 7. Maſtrill. in tractat. de indultu cap. 24. num. 18.

Num.33.idem Paſchal.in loco allegato nu.77. vbi pariter mentionem facit de noſtro Auctore, ad quod addo ad corroborationem dictorum, quemadmodum etiam in accuſatione ſit determinatum, vt accuſatoribus præfigatur terminus à Iudicibus, ad accuſationem proſequendam priuſquam non audiantur, Luc.in l.ſi apparitor verſ. vnde videmus C.de cohort.lib.11. ſicuti hodie communiter practicatur præuio termino præfixo in decreto,vt citetur pars ad comparendũ ſi intẽdit facere partem in iudicio,vt per Foller.in praxi crimin.rubr.audiant. excuſ. num.2.quia per ſolam querelam, inſtigationem, & ſollicitationem nõ intelligitur querulans facere partem in iudicio,ſed oportet declarari,Marant.in ſpecul.par.6. vult par. 1.nu.12.Carauit.in ritu 202.nu.7.concludere videtur; ad inſtantiam inquiſiti poſſe mandari offenſo ſi intendit facere partem in iudicio, & licet dicat, quod non niſi præcedat diffamatio facta per offenſum, adeò quod ſi taceat in accuſando, & querulando, ratione tamen diffamationis poteſt ſibi præfigi terminus talis,& eo non veniẽte decerni, quod alias non audiatur, quæ conferunt, iuxta opinionem Auctoris noſtri in compoſitione facienda,quod antea dixit Foller. d.pragm. final.num.101. de compoſit.vide etiam Maſtrill.in d.tra&.de indultu cap.24.nu.23. in fine,citantem Auctorem noſtrum hic.

Num.34.faciunt collecta per Ricc. colle&.69. Alph.colle&.228.

Num.35.ad ornatum text.in l.1.C.vt nemo inuit. faciunt collecta per Ricc. colle&.936.

Num.36.videas de hoc Luc.Foller.in d.pragm. fin.nu.77. Tartagl.ibidem cap.1.num.7.Carauit.in ritu 274.nu.2. Carraba ſing.207.

Num. 37. dixi in meo Compend. deciſ. Regni, verbo remiſſio,vbi allegaui Ioſeph.Seſſe deciſ.Aragon.101. id ſingulariter referentem, & quando tacita remiſſio iniuriæ reſultare videatur, vide ipſum Foller. vbi ſupra, numer.79.

Num.38.de hoc patet exemplum in conſtitut. pœnam eorum,vbi Affli&.& in nouellis pragmaticis ſituatis in tit.de exulibus,& Carauit.in pragm.1.de exul.prolixius materiam iſtam examinat,& hoc remedium ortum habuit ab Inquiſitoribus hæreticorum, quando hæreticus hæreticum capit, vt dixit Andr. in d. conſtit. pœnam eorum, ſuper verbo hoſtis publicus verſ. ſic conſueuerunt, & ſic communiter obſeruatur in Regno,quod peculialiter obſeruãtiæ reſtitutum fuit ab Excellentiſſimo quondam Comite Oliuariæ, tunc Prorege, quando in Regno maxima graſſabatur multitudo foraſcitorum, & tali remedio extincta, & conſimiles indultus expediuntur in Mag. Cur. Vicar. ac Regijs Audientijs,non in alijs Tribunalibus, vt per Carauit.in d.pragm.num.50.51.& 52.videas

etiam

eriam Boſſ.in tit.de remed.iuſtit.cõtra ſent. ex conceſſ.Princip.nu.32.

Num.39. Similiter ſecuritas per officiales non poteſt dari Exploratoribus ſine licentia Regis in cap.multorum,vbi Campag.ſed hic principaliter notandum eſt, quod præmium cõſtitutum detegenti malefactorem, ſeù reuelanti non debetur ſocio reuelanti, Auguſt.ad Angel.de malef. rubr.necnon ad denunciationem nu.31.Bertach.in repert.verbo prẽmium il 14.Iul.Clar.in §.fin.q.27.nu. 5.Afflict.in conſtit.ſi damna ſub nu.50.Campag.in cap.frequens nu.105. quod limitatur niſi expreſsè dictum eſſet de ſocio, ſecũdum Angel. in l. ſi quis in graui §. ſi ex ſtipulatu ff.ad ſyllan. quem ſequitur idem Bertach.in eodem repert. verb.reuelans ſocium, & ſucceſſiuè infertur, quod ſicuti denunciatores conſtitui poſſunt à quolibet Iudice, vel Vniuerſitate habente merum imperium,& mixtum,l.. §.quies ff. de offic. Præf. Vrb.l.diuus ff. de cuſtod.reor. non tamen à minimis Iudicibus,nec à delegatis, ſecundum Bart. d.l. diuus,Salyc.l ea quidem C. de accuſat.quos citat Bertach.in d.repert. verb.denunciatores, ſed an præmium conſtituere illis, & videtur quoque affirmandum,per ea,quæ Bertach in ſeq.verſ.denunciatori ſubſequitur,vt eis debeatur præmium. Primò,ex bonis malefactoris denunciati: ſecundò,ex bonis eius ad cuius vindictam fit denunciatio,tertiò,ex bonis fiſci,Bart.in l.lege cornelia in princ.ff. ad ſyllan. nam etſi præmium ſtatui permittatur capientibus malefactores, & transfugas,vt alios adducat prẽmiari, Vrſill. deciſ. 265.nu.6.multo fortius ad detegẽdum, non autem quoad indulgentiam concedendam ſocijs delinquentibus pro detectione delinquentium,cum ſit proprium Principis indulgere,& reſtituere aduerſus crimina, Affli.in cap.1.quæ ſint regal.nu.15.& propterea ſolus Princeps remittit pœnam merenti, Chaſſan. in cathal.glor.mundi par.5.conſid.24. in 46. priuil. & ſucceſſiuè ipſe ſolus concedit gratiam bannitis,deportatis,&aliter damnatis, Boſſ.in tit.de Principe nu.227.imò detegenti complices, ſeù ſocios criminis parcit, & quando,ad hoc multa iura concordantia,citat idem Boſſ.in tit.de remed. ex ſola clem. Princip.&c. nu.32. hinc inoleuit communis praxis circa hoc, vt in delictis occultis aliquis ſocius ex poſtulat impunitatem à Principe,vt reuelet delictum, & aliquando conceditur, aliquando denegatur, iuxta tradita per Boſſ. loco proximè citato; aliquando enim Princeps ad detegẽdum crimen occultum, impunitatem, ſeù indultum promittit complici pro reuelatione delinquentium, cum clauſula aliquando dummodo non ſint principales, & ita cõmuniter practicatur,an autem Epiſcopus,vel Archiepiſcopus indultum concedere poſſit ſocio criminis, vt detegat crimen,vide Ricc.deciſ.Archiep.271. par.1. tenentem affirmatiuè deciſum, quid autem in Baronibus,vide Capiblanc.in pragmat.6.de Baron.nu.74.

Num.40.ad hoc,vt puniri ea poſsint inde ſicuti intereſt Reipublicæ delicta puniri, l. ita vulneratus ff.ad l.aquil. Nouell.in prax.crimin.§.intereſt nu.1. ita delicta ne impunita remaneant Reipublicæ intereſt,Gramm.deciſ.94.nu.5.eo quod delicta cum non puniantur publica lętitia turbatur,& ira Dei in nos prouocatur, à quo per delictorum punitionem venia ſperatur, ac populi incolumitas procuratur,idem in deciſ.36.nu.1.

Num.41.eſt conſ.188.nu.14.Decij,ſed adde Iul. Clar. qui Decium, & alios citat in §.falſum nu.14.

Num.42.ſed melius videas Aufrer.in tract.de reprob.teſt.lit.C,verſ.corrupti pretio.

Num.43.de hoc plenius per Kircou.inter communi.opin.lib.4. tit. de teſtib. ſub num.207. verſ. ſocius criminis in criminalibus, Battand.in regul.30.

Num.44.videas Præſ.de Franch.in deciſ.570.in quo caſu cõfeſſio trium latronum ſociorum de iure Regni ſufficiat ad faciẽdam plenam probationem,Conſil.Rouit.in pragm.5.de recept.malef. nu.8.ad quod adde,quod non ſufficit confeſſio eorum in tortura facta niſi fuerint reperiti,citato eo, contra quem fuit facta confeſsio, idem in pragm.1. de perſeq. malefact.nu.9.& 11.

Num.45. an vaſalli Baronum comprehendantur in indulgentia generali,vide Conſil.Rouit.in pragm.5.de abolit.nu.47. & in quibus caſuis non includuntur, extat pragm.8. de abolit.ad quod vide Catal.in tract.de indultu cap.46.nu.3.32.37.54.& 79. Carauit.in pragm.1.de exul.nu.6.

Num.46.vide Præſ.de Franch.in deciſ.213.nu. 36. & ſic verificatur in omnibus quaſi pragmaticis ſituatis in tit.de exulibus,& in pragmat.48. de armis, & in multis alijs caſibus relatis per Conſil.Rouit.in rubr.pragm.nu. 6.de ſentent.foriudic. Foller.in pragm.1.de exulib. nu.5.

Num.47.intantum hoc verùm eſt, quod ſi fuerit facta foriudicatio pro aliquo delicto non merente pœnam mortis, poterit retractari dicta foriudicatio, & ſic in occurrenti caſu dixit Afflic.in conſtit.pœnam eorum ſub nu. 48.quoſdam iuuenes Iudices Mag.Cur. foriudicaſſe quẽdam iuuenem,qui fecerat percuſsionem cum enſe a leri,pro qua percuſ-

ſione veniebat imponëda pœna manus,& declarauerunt,quod non poſſet occidi,ſed percuti: imò nec ſententia foriudicationis ſtatim exequi, ſi non mereatur pœnam mortis delictum, & propterea merita cauſæ prius ventilari ſi pro dicto delicto pœnam mortis mereatur, & ita fuit reformata ſententia Mag.Cur.foriudicationis ad pœnam tẽporalem exilij,ob cauſas minuentes pœnam delicti,& ita exequutum,Viu.in deciſ.439.nu.36 quem allegaui in meo Compend. verb. foriudicatus,quare concluditur pro minoribus delictis nequaquam foriudicari deberi, vt per Campag.in cap.ſiuè quis nu.15. & iuxta quæſitum Auctoris,in quibus delictis locum habeat, vide Carau. in ritu 270 nu.1.

Num.48.adde Molfeſ.in Conſuet.Neapol.par. 4. q.47. & ſeq.dixi in meo Compend. verbo foriudicatio.

Num.49. vide Conſil.Rouit. in d.rubr. de ſent. foriudic. nu.6. ſicut & Princeps, cuius vices gerit,ſolus enim Princeps concedit ſaluumconductum, Nicol.Moron.in tract.de fide, treug.& pac. par.2. q.4.nu.3. vbi nu.2.dixit id quoque ſpectare ad Ducem belli.

Num.50. vide Io.Grand. de bello exul. in prædicam.quantitatis q.2.nu.4.Boſſ.in tit.de remed.ex ſola clement.nu.58. & ſeq. Iul.Clar. §.fin.q.32.nu.13. & Chaſſan.in cathal.glor. mund.par.5.conſid.24. in 195.priuil. Menoch. de arbit.iudic. caſ.338.nu.3. Conſil.Rouit.in pragm.1.de guidat.nu.5.

Num.51.vide Iul.Clar.vbi ſupra,Blanc.in praxi crimin.§.datis defenſionibus nu.15.& 24. Campag. in cap.multorum num.4. & quando Vrſill. deciſ.4. num. 3. & quid in fiſci patrono, Campag. vbi ſupra num. 4. dixi in meo Compendio deciſion. Regni verbo Aduocatus.

Num.52. vide Io.Grand. in d.tract. in ſpec.11. num.2.

Num.53.adde Maſtrill.de magiſtr.lib.4.cap.16 num.223.

Num.54.idem Conſil.Rouit in pragm.1.de guidat.num.4.

Num.57. videtur ad hoc facere deciſ.Pegueræ 36.per totam.

Num.58.vide Capiblanc.in pragm.8. num.77. de Baronib.

Num.60 dicam infra eodem nu.63.

Num.61.vide Carauit.in ritu 17.num.13.& ibi addita per me,Maſtril.de magiſtr.lib.2. cap. 10.num.3.

Num.62.Carauit.vbi ſupra.

Nu.63.Carau.ibidem,& Capiblanc.in pragm. 8.nu.124.de Baron.

Num.64.Carau.& Capibl.locis allegatis.

Num.66.vide Affli&.in prælud.feud.§.pro noſtris nu.109. facit, quod dixit Maur.Iun. allegat.50.ſub nu.11.

Num.68. Barones dicuntur Regij Officiales, Franch.deciſ.211.nu.7

Num.69.Carauit.vbi ſupra.

§. V.

NVm.1. vt habetur in pragm. 1. cum alijs ſeqq.de exul.& latè Carau.in d.pragm.1. nu.81.Io.Grand.de bello exul.in prædic.pati q.1.per totam,Molfeſ.in prohem.conſuet. q.6.num.3.

Num.2.idem Carauit.vbi ſupra nu.79.quem etiam citat ibi Io. Grand. ſub nu.2. in fine, Molfeſ.in Conſuetud.Neapol.q.6.nu.2. & 3. ex mẽte noſtri Auctoris; ſimiliter exfractus poteſt dari perſonæ potenti, & ſuis familiaribus,ac conſanguineis pro capienda informatione, Capiblanc.in pragm.5.nu.43. de Baronibus.

Num. 4. potiſſimum in criminibus atrocibus hoc procedere videtur, latè Boer.in tractat. de ſedit. quæſt.7. nu. 20. vtputa in crimine læſæ maieſtatis, Affli&. in conſtitut. patres pro filijs num.3 quò ad intereſſe ſoluendum per conſanguineos loquitur Conſiliar. Rouit.in pragmat.12.nu.2.de exul. citando hic Auctorem.

Num.5. idem tradit Ioan.Grand.vbi ſupra ſub num.2.

Num.6.adde Campag. in cap. clandeſtinis numer. 10.

Num. 8. Et hoc caſu debet ſoluere pretium, Maur. Iunior in allegat. 16. num. 33. licet contrarium teneat Boſſ. in tit. de Principe num.190.

Num.9. Boſſ.vbi ſupra nu.201.

Num. 10. nam ex multitudine conſanguineorum potentia ſuboritur, Affli&. in conſtitut. iuris gentium, & Paris in tract. de ſyndicat.verſ. an Iudex, vel Officialis ſub nu.4. ſed melius habetur in clement.cauſam §.verùm de elect.

Num. 12. Boſſ.in tit. de homicidio nu.22. Angel. de malefic. in verbo, & dictus Andreas num.4.

Num.14.ad hoc vide Carau. in d pragm.1. de exul. nu.80. & ſeq. Io.Grand.in d.tract.de bello exul.in prædic.pati q.2.nu.4.& ſeq.

Num. 15. circa conſuetudinem rationabilem, & irrationabilem, multa congerit Curt.in cap.final.de conſuetud. in gloſ.in verbo rationabilis.

Num.16. vt dixi ſupra eodem nu.2.

Num. 17. vide Minſinger. ſingular. obſeruation. centur.1. obſeruat.1.vbi loquitur de repreſalijs conceſſis contra perſonas,& de repreſalijs

prę̃alijs rebus concessis abundè loquitur vltra Bart.in tract.repræs. Iacob.à Canibus in eodem tractatu.

Num. 18. de hoc abundè loquitur Iodoch. in praxi crimin.cap.16. Bald.in tractat.de carcer.

Num.19.idem Iodoch. vbi supra nu. 3.

Num. 20 Iodoch.vbi supra nu. 1. Foller.in praxi crim.rubr.vel carcerentur nu.10.

Num. 21. vide Carauit.in d.pragmat.1.de exul. num.83. vbi casum in terminis recenset de hoc, & Ioan. Grand. in d. tract. loco citato num.7.

§. VI.

NVm.1. sic etiam inhibitum est Præsidibus Prouinciarum.vt per Io.Grand.in tract. de bello exul.in spec.73.& melius in prædic. habitus quæst.2.num.1.& per totam,vbi regulam ipsam ampliat, & limitat multifariam.

Num.2. de hoc habetur in decis.102. Gramm. num. 109. & sic in facto contingente seruatum fuisse iubente Prorege, vt refert Mut. Surgens de Neapol illustr. in addit. cap.22. in 42. priuileg.fol.389.vers.cæterum, quæ de Neapol. dixi in meo Compend.decis.Regni verb.contribuere,& successiuè tales terrę signatę pro hospitijs ordinarijs, non subeunt onus extraordinariorum, & per transitum, vt in pragm.8.de milit. §.10.

Num. 3 & hoc tangit Bald.in d.l.neminem in princ & sic communiter hodie seruatur per Regnum,vt multoties vidi seruatum.

Num.4.adde Bart.in l.qui immunitatem nu.2. C.de muner.patrim. lib.10. hospites enim recipere in domo est onus domus,idem in l. rescripto §.sciendum ff. de muner.& honor. nu.3.ad munerum materiam, eorumquè diuisionem, vide Andr.Gail lib.2. practic.obseruat.in obseru.52.

Num.5 dixi in d.Compend.decis.Regni verbo immunitatis.

Num.6.& ob id expressè inhibitum est, vt nullus appropriet sibi hospitium, in quo hospitatus fuit, nec ingrediatur illud inuito patrono in cap. ad Audientiam, quod confirmari dixit ibi Campag.cum cap.item, quod stipendiarij.

Num.7 habetur in cap.quod stipẽdiarij,& alij, vbi Campag.Io.Grand.vbi supra nu.3. cætera verò pertinentia ad Auctoris mentem, tradit Capyc. in inuestit. feud. verb. hospitiorum.

Num.9.ad hoc facit text. in cap.Regni item stipendiarij,cum iustitiarijs,vbi Campag.& cæteri.

Num.10.est pragm.6.de Commissarijs.

Num.11.hoc inquam officium Prouiditoris, & Conseruatoris generalis præsidiorum fissorum Regni institutum fuit tempore Comitis Beneuenti,& sic exequutum per Regiam maiestatem in personam Io.Hieronymi Salinas maioris Prouiditoris,cui singulis annis constitutum fuit salarium duc.400. prò eius soldo,& alij duc.18500.pro victu, & manutentione præsidiorum,vt constat ex nouella situatione facta per Comitem Lemensium Iuniorem anni 1612.in rubr.præsidij fissi in princ. & ob id constituta fuerunt nonnulla hospitia per Regni partes pro militibus ipsis,vt patet euidenter.

Num.14. est cap. item statuimus, quod domus Prælatorum, vbi Campag. & in cap.ad audientiam sub nu. 6. in noua addit. an autem ad eorum parentes extendatur ista immunitas, & quid si cum eis consanguinei habitarent,quid nam decisum fuit,vide in d.Compend.verb.immunitas.

Num.19.vide Consil.Rouit.in pragm.3. de milit.nu.12.& seqq. de quo etiam memini in meo Compend. decis.Regni in verb.donatio in noua compilatione, vbi concordantiam ambarum opinionum retuli.

Num.21. Consil.Rouit. vbi supra nu.13.& in pragm.5.§.19.de admin.vniuers.latè in eod. Comped.meo verb.Cameræ.

Num.22. extat de hoc prouisio Collat. Consil. anni 1540.inter Capitul.Neapol.fol.132.

Num.23. ostenditur ex cap. 31. magni Capitanei, ex cap. 15. Regis Catholici, ex cap. 2. Principis Oranciæ,& demùm ex cap.5. Cæsar.maiest.Ista immunitas ampliatur,vt etiã locum habeat in villis Neapol.domibus, & castris sitis extra districtum,ex cap.31.dicti magni Capitanei,& cap. 16. eiusdem Regis Catholici,& cap.16. Cæsar.maiest.

Num.24. demonstratur hoc in d.cap.5. Cæsar. maiest.& in cap.70.anni 1550. fol.149.

Num. 25. dixi in meo Compend. decis. Regni verb.Cameræ.

Num. 28. de hac eadem militiæ institutione plenius legitur in pragm.6.& 8.de milit.vbi pariter in §.1.& 3. traditur modus hospitia recipiendi in ęstate per Terras maritimas, &c. & in pragm. 12.

Num.30.ad hoc videas d.pragm.8. §.4 5. & 7. & in §.18.aliàs 4. loquitur de stantia, & supellectilibus ab vniuersitatibus militibus erogandis, & quid pro eorum equis, ibidem in §.20. aliàs 6.cum sequen.& hoc sine onere gabellæ subnectit Auctor, quod concordat cum d.pragm §.6.& 5. nam sunt immunes in pragm.9.§.18.eod.tit.& pragm.10.§. 55.aliàs 16.

Num. 31. vide eundem Auctorem in ſeq. rubr. de annon. num. 10. eſt verùm, quod Dominus cogi poteſt ad vendendum res comeſtibiles, & vſui neceſſaria, Afflict. in prælud. conſtit. q. 3 nu. 10. & in ſpecie de frumento loquitur Marant. in ſpecul. par. 7. nu. 181. maximè tpe neceſſitatis, etiam ſi clerici fuiſſent domini, Franch. deciſ. 9. præuio ordine ſuorum ſuperiorum, Muſcatell. in prax. crim. tit. de extract extra Regnum nu. 100. imò viliori pretio, Montan. in pragm. 2. nu. 59 de admin. ciuit. & hoc, vt omnibus ſuccurratur, potiſſimum militibus, quibus etiam ſubueniri mandatur in neceſſitatibus, ſi pecuniam non haberent, vt in d. pragm. 8.

Num. 33. de hac eadem taxa mentio habetur in pragmat. 12. de milit. vbi ſolui mandatur ſingulis officialibus, & militibus certa ſumma taxata ſingulis, peracto hoſpitio.

Num. 34. dixi ſupra nu. 11.

Num. 38. alias ſupplicatum extitit, vt repartitio militum fieret per Prouincias, citra tamen territorium Neapol. exceptiſquè Cameris reſeruatis Baronibus, vt in cap. 8. Comitis Ripę Curſię fol. 66. & licet deindè ſupplicatum fuiſſet, vt in decem, vel duodecim Terris tantum fieri deberet, non tamen expreſsè fuit ordinatum, vt in cap. Cæſar. maieſt. anni 1535. in vlt. cap. fol. 95. à terg. attamen talis repartitio conceditur per Dominum Petrum de Toleto anno 1540. in cap. 2. fol. 132.

De Abundantia Ciuitatis, &c. Titul. II.

AD huius rubricę intelligentiam ſcias, quid ſit annona, vide Luc. in rubric. de erogat. milit. ann. lib. 12. & in l. iubemus eodem titulo, vbi eiuſque appellatione vinum, & caſeum contineri dixit, ſed melius Fulgoſ. conſ. 115. iſtud nomen, vbi explicando nomen graſſiæ, tradit nonnulla contineri, an etiam lana, vide Minad. in deciſ. 23. vltra relata per Conſiliar. Rouit. in rubric. de annon. & in pragm. 1. nu. 1. & ob id cenſeo principaliter annonam contineri, ſub ſignificatu frumenti, & non mirum ſi iſtæ annonę Neapol. vocantur prouiſiones, vt idem Conſiliar. Rouit. aduertit, quæ vulgo *il partito* nuncupatur, & talis partita frumenti, maximè neceſſaria eſt in ciuitatibus numeroſis l. 1. C. de frument. vrb. conſtantin. lib. 11. Montan. in pragm. 1. nu. 71. de adminiſtr. vniuerſ.

Num. 1. principaliter enim cura annonæ ſpectat ad Principem, idem Montanar. in pragmat. 2. num. 75. de adminiſtrat. vniuerſit. ſubſequenter ad Syndicos Ciuitatum, quibus incumbit onus omnia faciendi, pro quibus abundantia cauſatur in ciuitate, idem ibi numer. 50. & ſuper eos præeſt Neapoli Graſſerius ſic nuncupatus nomine Proregis, ex tali enim abundantia pax in Ciuitate manutenetur, ſicuti per contrarium ex penuria, cum eo tempore plus comedunt homines, quàm alio, Gloſſ. in l. ideò ff. de compenſat. verſ. edulitatis, propterea multa ex hoc mala oriuntur, vt Auctor aduertit, de quibus per Luc. in l. 1. in fine C. de quib. muner. vel præſtat. libr. 10. propterea magis expedit Reipublicæ annonam conſeruari, quàm pacem, ſeù amiſſas Prouincias recuperare, Muſcatell. in praxi crimin. tit. de extract. &c. nu. 95.

Num. 2. copiosè Franciſcus Viuius in ſyſua commun. opinion. in opinion. 1026. Muſcatell. in praxi crimin. rubric. de extraction. num. 99. Carraba ſingul. 138. Officialis hinc etiam notandum eſt, quod Iudex ipſe, tanquam prædeceſſor debet ſucceſſori gubernium committere, vt populum alat, Amend. ad Franch. deciſ. 9. nu. 32. & procedere etiam contrà vendentes carius, quàm eſt taxatum, vbi etiam plura notabilia ad ornatum huius materiæ cariſtiæ cumulat, quæ breuitatis cauſa ommitto.

Num. 4. verumtamen quando ſunt in hoſpitijs aſſignatis milites ipſi, Vniuerſitates vbi hoſpitantur tenentur omnia victualia, & alia neceſſaria pro alimonijs à conuicinis Terris emere, vt inter ciues, ſicut diſpoſitum eſt in pragmatica 8. §. 5. & 6. de militibus.

Num. 5. vide Muſcatell. in d. tit. de extraction. num. 100.

Num. 6. adde Montan. in pragm. 2. de adminiſt. vniuerſ. nu. 53.

Num. 7. vide Capiblanc. in pragm. 1. de Baron. ſub nu. 213.

Num. 9. idem Montanar. loco citato. hinc data poteſtate Officialibus Ciuitatis prouidendi, ſuper abundantia ipſius, poſſunt illi recipere pecuniam mutuo, & obligare ciuitatem, vt emant frumentum pro abundantia, Felyn. conſ. 16. nu. 8.

Num. 12. Muſcatell. vbi ſupra numer. 102. & 103. ſimiliter ſi eſſet frumentum Ciuitatis ſuperfluum Ciues compelluntur emere, Anton. Burgos in cap. 1. de empt. & vendit. num. 19.

Nu. 13. Montan. vbi ſupra n. 85. & Muſcat. ibid.

Num. 14. vide Anton. Corſet. in ſingul. verbo fiſcus.

Num.

Num. 15. idem Montan. loco citato ſub nu. 70. de quo memini in d. meo Compendio, verbo Ciues.

Num. 16. Auctor infra eod. tit. 4. §. 2. num. 50. & quod Syndici pro conducendo frumẽto poſſint inuitis Dominis nauem, vel plauſtra ſumere tetigit Montan. loco proximè citato, licet de hoc ſit text. expreſſus in l. 1. C. de naut. Tyber. lib. 11. vbi Luc. & ſic pro ſeruitio Principis, ad quem ſpecialiter hoc pertinet aliorum naues, & animalia, currus, & plauſtra capere, Capyc. in inueſt. feudor. rubr. feud. clauſ. verb iumentorum.

Num. 17. vide Affict. in cap. ſi duo fratres nu. 192. de fratr. de nouo benefic. inueſti. Anton. Burgos in cap. 1. nu. 32. de empt. & vendit.

Num. 21. vide Menoch. de arbitr. caſu 382. vbi loquitur de vendentibus annonam corruptam, & Marant. in ſpecul. par. 4. diſtinct. 11. num. 34. & ſequent. & quot modis dicatur corrumpi annona, Muſcatell. vbi ſupra num. 47.

Num. 22. Muſcatell. vbi ſupra nu. 92.

Num. 23. dixi in dicto meo Compendio verbo electio.

Num. 24. dixi ſupra eodem nu. 1.

Num. 25. iſtę pragmaticæ ſunt ſituatæ in tit. de annona, de quibus etiam meminit Muſcatell. vbi ſupra nu. 49. vbi nu. 48. loquitur de impoſturam faciente, ideſt pretia cariora imponente.

Num. 27. idem ſtatutum eſt conducentibus ſal Neapol. vt in pragmat. 2. §. 15. de ſale vend. ſimiliter & maſſarij Apuleæ ex cauſa culturæ ſolent impetrare moratorias, vt refert etiam Muſcatell. in praxi fideiuſſ. par. 2. q. 9. nu. 15. & ibi quærit ſi ad fideiuſſores extendatur.

Num. 30. hoc idem practicatum fuit ijs diebus præteritis, & propriè in quatrageſima huius anni 1620. Nam fuerunt ordine Ducis Oſſunæ omnia bona particularia potiſſimũ certę quãtitates caſei ex Inſula Sicilię Neapol. tranſductæ cum regijs galeis ſequeſtratæ, & in vſum militum erogatæ, vt audiui.

§. I.

NVm. 1. Montan. in pragm. 2. nu. 75. de adminiſtr. ciuit.

Num. 2. Anna in allegat. 130. nu. 10. Capiblanc. in pragm. 10. nu. 70. de Baron.

Num. 3. nota, quod excuſatio ſi non fuerit iuſta non admitteretur officialis electus, ideò electi excuſatio, quia reperitur alius melior non erit admittenda, Montan. in pragmat. 4. nu. 5. de adminiſtr. vniuerſ. & ob id ceſſante legitima cauſa erit cogendus electus iuris remedijs oportunis, Capiblanc. in d. pragm. 10 ſub num. 79. in fin. at ſi vellet electus renunciare, in cuius manus hoc facere debet, Montan. in d. pragm. 1. nu. 380.

Num. 4. dixi in meo Compend. deciſ. Regni verbo nobilis.

Num. 5. vide Montan. in pragm. 2. nu. 357. de adminiſtr. vniuerſ. & in meo Compend. deciſ. verb. electio 1. & 2.

Num. 6. idem Conſil. Rouit. in pragm. 2. de adminiſtr. vniuerſ. nu. 25. in noua impreſſione ſe defendit ab iſta impugnatione.

Num. 7. aliud enim eſt nominare, & aliud eligere, Montanar. in d. pragm. 2. nu. 358. de adminiſtrat. vniuerſitat. Franch. deciſ. 210. num. 5.

Num. 8. idem Conſil. Rouit. vbi ſupra, & vide infra num. 10.

Num 9. Conſil. Rouit. vbi ſupra à nu. 25. cum ſeq. ab Auctoris impugnatione ſe ſtrenue defendit iuris, & deciſionis auctoritate, cum ſua opinione reſidet.

Num. 10. vltra Conſil. Rouit. loco allegato, vide Maur. Iun. in allegat. 93. per totam in materia iſta.

Num. 11. vide Annam in allegat. 15. & ibi addita per me.

Num. 12. vide Montan. in pragm. 5. §. 16. nu. 8. vbi in ſpecie loquitur de Electo populi Neapol. quare continuat eius officium ſæpè ſæpius, & ſi Princeps id facere poſſit, vt illud continuat.

Num. 13. de hoc extat pragm. 5. §. 17. & 18. de adminiſtr. vniuerſ. & ibi Montan. & Zappull. in §. 16.

Num. 14. hinc eſt, quod deferens comeſtibilia Neapol. pro graſſia ciuitatis ſunt immunes à gabellis ſi habeant literas electorum, in pragmat. 1. de annon. & ſimile ſtatutum fieri poſſe, affirmat Montan. d. pragm. 2. nu. 54.

Num. 15. hic nota, quod Electi huius Ciuitatis iuriſdictionem habent à Rege Ladiſlao in annonam, non mirum ſi prohibere poterant hominibus S. Antami ne aſportarent panem Neapol. niſi frumento partiti accepto, idem Montan. in d. pragm. 2. num. 75. & 76. & ſucceſſiuè iuriſdictio quam ciuitas aliqua habet, dicitur eſſe Principis, & non Ciuitatis illam exercentis, Xuarez alleg. 7. nu 9.

Num. 16. nam poteſtas Regi reſeruata nunquã intelligitur conceſſa, cum non poſſit dare tantam iuriſdictionem, quin ſibi plus remaneat, Affict. in cap. 1. §. item ſi quis num. 7 quib. mod. feud. ammit. de quo in meo Compend. verb. remiſſio cauſæ, & cum hoc ſit ius ſupremum nunquam tranſlatum eſſe videtur, Anna in allegat. 130. nu. 24. & ſucceſſiuè

hoc ius ſuperioritatis nunquam præſcribitur, idem allegat. 52. num. 50. ad quod ſubdit Regens de Curte in diuerſ. feud. §. licet autem nu. 24. & ſeq. quod Rex nullo modo poteſt alienare ſupremam poteſtatem, ſeu dignitatem, eo quod iuriſdictio ſuprema eſt de iuribus coronæ, & inſeparabilis ab eo, inde Princeps non poteſt facere ſibi parem, vel maiorem, non mirum ſi præſcriptio ceſſat, & ad Auctoris quæſitum adde Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 4. nu. 252.

Num. 17. ſic iuriſdictio officialibus mercantiæ, licet ſpecialiter tribuatur, per hoc non derogatur Iudici ordinario, Dec. conſ. 3. nu. 3. ſic pariter licet Prælati inferiores iuriſdictionem in iſtos de collegio habeant; non tamen excluditur Epiſcopus, ſed accumulatiuè ad ipſum habet, Minſinger. ſingul. obſeruat. cent. 6. obſeru. 99. num. 6. vbi in terminis loquitur de Principe concedente iuriſdictionem alicui eam cumulatiuè, non priuatiuè concedere videtur, & in ſpecie in materia iſta annonaria cenſeo, quod ſi fuerit ſpecialis iuriſdictio alicui conceſſa in concernentibus annonam, quæ datur Præfecto annonæ, nihilominus circa eandem non intelligitur adempta iuriſdictio Præfecti Vrbis, quæ generalior eſt, ita Roman. conſ. 393. nu. 2. vbi à nu. 3. ad 11. alios conſimiles caſus retulit, & nouiſſimè Marta in voto 171.

Num. 18. Anna in d. allegat. 130. nu. 4. Franch. deciſ. 275. nu. 8.

Num. 19. vide Ioſeph. Ludou. in ſuis commun. concluſ. titul. de iuriſdict. concluſ. vnica in princip. vbi vltra Bart. hic ab Auctore citatum, alios allegat vltra Maſtrill. loc. cit.

Num. 20. Anna in ſingul. 631. & allegat. 52. nu. 83. Carauit. in ritu 295. nu. 17. idem Ioſeph Ludouic. vbi ſupra, & Marta in d. voto 171. Ricc. deciſ. 213. nu. 13. par. 1.

Num. 21. idem Regens de Curte loco citato num. 26.

Num. 22. adde Affli&. in conſtit. ea, quæ ad decus nu. 9. Iuriſdictio ordinaria alicui à Principe conceſſa per eundem reuocari poteſt, Affli&. in d. cõſtit. ea, quę ad decus nu. 3. inde Princeps per quamlibet conceſſionem iuriſdictionis non videtur à ſe abdicare poteſtatem ſupprimendi, vel moderandi ad libitum, Maur. Iun. alleg. 72. nu. 1.

Num. 23. adde Verall. deciſ. 409. par. 2. nu. 3. ſic etiam Papa licet magnam poteſtatem det acceptantibus, non tamen manus ſuas ligat, vt poſſit prouidere, idem deciſ. 61. nu. 4. ead. par. 2. hinc eſt, quod ſi aliquid concedat, vel mandet, maior tamen poteſtas ad ipſum ſemper remanet, Mohedan. deciſ. 21. de præſumpt. num. 2.

Num. 24. ex hoc notandum eſt, quod delegata cauſa per ſuperiorem cenſetur auocata ab Ordinario, Marant. in ſpecul. par. 4. diſtinct. 16. nu. 58. vbi in ſpecie loquitur de Principe delegante cauſam ſpectantem ad Ordinarium.

Num. 25. hic nota pro declaratione finalium verborum, quando iuriſdictio dicatur conceſſa in officium, vel in feudum, ſeù in adminiſtrationem, ad quod vltra Franch. deciſ. 370. nu. 5. vide Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. §. poteſt quoque nu. 8.

Num. 26. ſimiliter & omnes Regni vniuerſitates nequeunt accipere nummos ſuper cambijs, etiam ex cauſa vrgentiſſima, vt habetur in pragm. 11. de adminiſtr. vniuerſ. nec accipere pecunias ſecundum vocem frumenti, olei, ſerici, & ſimilium, ſicut in ſeq. ptagmat. 12. eiuſdem tituli demonſtratur, vbi etiam in fine vetantur fieri venditiones annuorum introituum per adminiſtrationes vniuerſitatum, cum obligatione particularium ſine aſſenſu Regio; an autem poſſint accipere pecuniam mutuo pro emendo frumento, & pro expeditione publicę annonæ, vide Montan. in d. pragm. 2. nu. 53. eod. tit.

Num. 27. hic nota, quod vaſalli exempti à iuriſdictione Baronum, ratione alicuius priuilegij non ſunt exempti à reuerentia, Capiblanc. in pragm. 8. nu. 24. de Baron. ſicuti feudatarius licet ſit exemptus, ratione iuriſdictionis, tamẽ eſt ſubditus ratione feudi, Curte in diuerſ. feud. §. abſoluta nu. 24.

Num. 28. idem tradit Roch. de Curt. in cap. fin. de conſuet. verſ. quarto amplia in princ. fol. 13. à terg. Curtil. de nobil. par. 2. nu. 41. adde, quod licet choreæ, ſiuè tripudia non ſint expreſsè prohibita, quamquam permiſſæ ex communi obſeruantia, concurrentibus tamen requiſitis traditis per Angel. Clau. in ſumma verbo chorea; quia verò, vt plurimum de nocte celebrantur potiſsimum in domibus Principum, vt experientia docet, propterea cum in talibus conuiuijs, & choreis nocturnis plures petant inhoneſta, & ſic improbos ſe demonſtrat, inquit Silu. Nupt. lib. 4. nu. 63. Ideò non parendum, ſicuti vaſalli non debent obedire iniuſtis ordinationibus Baronum, Capiblanc. in pragmat. 14. de Baron. nu. 47.

§. II.

NVm. 3. vide Affli&. in cap. i. quæ ſint reg. nu. 37. Auend. de exequ. mandat. par. 62. cap. 6.

Num. 4. ante eum idem retulit Luc. in rubr. C. de delict. & itin. cuſt. lib. 12. verſ. an autem Rex

Rex poſſit, Afflict. in cap 1. §. viç publicę, quę ſint regal. nu. 3. & hoc iure cõmuniter vtuntur Principes, vt in dies videmus, & tanto fortius denegari debet tranſitus exercitui, non obſtante pacto ſi pretium pro victualibus non offerat, Angel. in l. venditor §. ſi cõſtat ff. commun. prædior. & quatenus tranſire debeat per territorium, trãſire debet per locum minus damnoſum, latè Cępoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 23. nu. 2. & ſic de facto Bononię accidit, dùm inciuiliter exercitus ſe haberet impunè offendi poterat, Flor. in l. ſi cui de ſeruit. & in l. ſi mihi ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. ad illud autem, quod Auctor tradit ibi: *Et exteros in Regno ſuo conuerſari, &c.* Hac ratione olim inhibita fuerunt matrimonia contrahi per Regnicolas cum exteris, ne mores ipſorum corrumperentur, vt in conſtit. cum hęreditarium, vbi Afflict.

Num. 5. ſolent etiam Principes concedere ſalumconductum, ſeù moratorias euntibus ad habitandum in aliqua ciuitate, prout eſt priuilegium Brunduſij ſic conceſſum à Regibus, de quo per Grammat. in conſ. ciuil. 16. quem citat Vrſill. deciſ. 5. nu. 1. an autem Ciuitas, quæ conceſſit immunitatem venientibus de nouo in ciuitate ad habitandum poſſit per contrarium ſtatutum illam reuocare, vide Iaſ. in conſ. 1. vol. 1. col. 7. in fin. & immunitas conceſſa aliquibus venientibus de nouo ad habitandum in aliquam Ciuitatem, non poteſt amplius reuocari, quia tranſiuit in ſpeciem contractus, Abb. in cap. peruenit, de immunit. eccleſ. num. 24. nouiſsimè hoc practicatum fuit de hoc præſenti anno 1620. de menſe Auguſti in caſu Ciuitatis Manfredoniæ, nam vt reſtauraretur fuit à Proregę, vltra hæc certum quid habitare volentibus elargitum.

Num. 7. plenius de hoc habetur per Præſ. de Franch. deciſ. 56. præſertim nu. 26. vbi cenſet collectas in Ciuitate Neapol. olim ſolui loco, quorum fuiſſe datam Curię gabellam boni denarij, per Regnum verò ſoluuntur functiones fiſcales, ſeù focularia, de quibus latè per Regent. de Curt. in diuerſ. iur. feud. §. redeundo igitur nu. 22. & ſeq. vbi ſatis materiam iſtam examinat.

Num 8. & maximè ſtante prohibitione, vt eſt Ferrariæ, de quo per Anchar. q. 48. par. 2. & pariter in Regno in conſtitut. quiſquis, imò ciuitas poteſt vendicare ciuem ſuum, vel comitatiuum exiſtentem in alia ciuitate, gloſ. in §. oportet auth. de mandat. Princip. verb. agricolas, & ideò Bartol. in l. 1. §. per hanc il primo in fin. ff. de rei vendic. annuit, quod villa poteſt maſſarius ſuos obligatos ad onera vendicare adiecta cauſa, de quo per Bertach. in repert. verb. ciuitas poteſt vendicare; alleg. Bald. in cap. 1. de maior. & obed. idem dicentem, quando ſunt ruſtici obligati ad perpetua ſeruitia, vel ſi ſunt ciues adſtricti recedere non poſſunt, vbi Bertach. ſubdit, & facit pro hominibus talliabilibus, & ligijs obligatis ad certa ſeruitia, qui vadunt moraturi extra, quid in vaſallis angarijs, & perangarijs inſtante Barone deciſum fuerit, vide Capyc. deciſ. 168. & in meo Compend. verb. vaſalli, quid in Epiſcopo an poſſit inhiberi Parocho, vt habitet in Parochia, vide Riec. deciſ. 145. par. 1. vltra Afflict. in conſtit. quiſquis ſub nu. 10. de vaſallis à Terra recedentibus loquens, vt poſſint à Domino reuocari.

Num. 9. ciuis expulſus à ciuitate, non dicitur amplius ciuis, Fely in cap. ex literis de conſtit. col. 4. ſimiliter ſi ciuitatem periclitantem deſeruerit perderet priuilegium ciuitatis, & deſineret eſſe ciuis, Petr. Girard. ſingul. 2. nu. 10. Boer. deciſ. 260. nu. 34.

Num. 10. Bannitus vbique ſtare poteſt niſi in ciuitate, ex qua bannitus eſt, Iacob. de Aren. in tract. de bannit. nu. 2. an definat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis, Nellus in eodem tract par. 1. 2. temp. nu. 45. & bannitus dicitur eſſe extra protectionem ciuitatis, ſeparatuſque à beneficijs alijs ciuibus competentibus, Caraſſ. in ritu 220. nu. 4.

Num. 11. quando duo concurrunt domicilia naturale, & accidentale, tunc potius naturale, quàm accidentale attendi debet, Socc. conſ. 288. circa primam vol. 2. verſ. primo quia, hinc alias me degente in ciuitate Cuſentina audiui altercationem excitatam inter vniuerſitatem Malleorum, & Antonium Cauarectam petentem ipſum cogi ad ſolutionem onerum perſonalium, & patrimonialium, non obſtante aſſerta eius habitatione peracta in territorio Donnici, iuxta Coſentinam Vrbem, ac prouiſionibus Regiæ Cameræ mandantibus non moleſtari ex cauſa dictæ habitationis, nam Turrim locaſſe conſtabat, vt territoria ibi coleret, licet ipſius animum erat redeundi ad patriam, qui verificabatur ex emptione ſtabilium in dicta Terra ex parentela ibi reſidente, & quotidiano acceſſu, & emendi, & vendendi cauſa dies feſtus ibi celebrando, ad quod fuit allegatus text. in l. eius §. ſi quis negotia ff. ad municip. quare ex ijs facta relatione in Audientia per tunc Auditorem Salinas die 23. Martij 1613. fuit iudicatum in beneficium Vniuerſitatis, vide Martam in voto 37.

Num. 13. facit ſolemne conſ. Soccin. Sen. 79. volum. 4. num. 21. an & quando attendi debeat domicilium originis data pluralitate domiciliorum

ciliorum,nouiſſimè Maur. Sen. in allegat.4. nu.3. & iſtud eſt potentius, Aſcia determin. 189 nu.8 latè per Anchar.in q.48.par.2.vbi quærit ſi euocatus fuerit ciuis à Domino domicilij ob munera, & alibi habitauerit, cui parendum erit, Marta d.voto 37.

Num.14.vide Andr. Gail lib.2. practic.obſeru. in 36. obſeruat. nu.2. nouiſſimè Ioſeph Ludou.deciſ.Perufin.76.nu.11. & ſeq.

Num. 15. de hac eadem materia extat conſtit. Regni quiſquis de burgenſibus, vbi Afflict. & hic nota ſtatutũ, quod quis ciuis habitet ciuitatem ſuam eſt Reipublicæ ſummè fauorabile,Rub.Alex.conſ.9. nu.7.

Num.16 hęc eſt optima cautela,& potiſſimum obſeruari conſuetum eſt in omnibus Terris, & Ciuitatibus, vbi ſuſpitio aliqua immineret belli,vel cum effectu bellum eſſet in actu, tunc iſti exploratores præſunt in portibus ciuitatũ pro cuſtodia illius,colligitur ex l.3. §.is,qui in exploratione emanet,&c.ff.de re milit.& in l. omne delictum §.exploratores eiuſdem tituli,& ſic vidi obſeruari in caſtris huius ciuitatis, adeò quod cuſtodes illorum explorant ſemper tranſeuntes in ea, an autem forenſis teneatur ad cuſtodiam ciuitatis,tangit Luc.in l.4.C.de incol.lib.10. multa autem pertinentia ad cuſtodiam ciuitatis, congerit Montan. in pragm.2.nu.89. & ſeq. de adminiſtr. vniuerſ. & ad cuſtodiam clauium illius portarum,nouiſſimè Marta voto 62.& de officio cuſtodis ciuitatis multa recollexit idem Luc.in rubr.de lit.& itin. cuſt lib.12.vbi in fine allegando S. Bernard. concordat cum dicto Auctoris.

Num.17. hoc contingere poteſt in ciuitate noſtra Neapol. quæ inter ciuitates populoſas non tenet vltimum locum,inquit Amat.deciſ.Ancon.60. nu.4. & ob id hæc ciuitas repræſentatur per quinque ſedilia, & plateam populi,Franch.deciſ.207.nu.8. Montan.in pragm.2.de admin.vniuerſ. nu.317.

Num.18.de hoc extant pragm.1.& 2.de ędific. prohib.& de eadem cauſa Ducis Seminariæ loquitur idem Auctor ſupra eod.§.4.nu.6.

Num.19.in ſpecie tradit Boer.deciſ.44.num.4. Felyn. in cap. conſuluit de iudic. & in cap. cum acceſſiſſent in 15.col.de conſtit.ad quod allego text.in l.fin. §. illud C. de iudic. & l. non contra hic ff.ad l. iul.maieſt. de hoc vide Lancell.de attent.par.2.cap.4. limitat.1. num.42.

Num.20.facit ad hoc optima deciſ.Afflict.392 hinc eſt, quod ad hoc, vt acquiratur iuſpatronatus Eccleſiæ dirutæ, exquiritur non tantum neceſſaria refectio, ſed quod Eccleſia ſit totaliter diruta,nam videtur de nouo facere, vel ędificare, & ſic deciſum refert Ricc.colle&.deciſ.1559. & ad quæſitum Auctoris vide Lancell.de attent.par.2.cap.4.limit.1. nu.43.

Num. 22. hic nota, quod quando ędificia ſunt de genere prohibitorum, vt puta ędificare caſtra,vt in conſtit.caſtra, quæ ſine licentia Regis nequeunt ędificari, ſimiliter & Turres,vt in caſu Afflict. d.deciſ.392. tunc cenſetur etiam prohibita refectio, quæ videtur prohibita ſicut conſtructio caſtelli,Bald.in l.ſi vt proponis la ſeconda in fin.C.de nupt. plenius per Alex.in l.1. §.ſi is ędificium ff.de oper.nou.nunc.licet contrarium teneat Anchar.in cap.conſuluit de iudeis.

Num.23. reficere quid ſit, latè Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.7.num.7.ſed melius in remed.3.nu.104.cum ſeq. iſtam materiam refectionis explicat, & quomodo diſtet à facere ibi per eum.

§. III.

NVm.1.patent prohibitiones iſtæ in pragmat.1.& 2. de ędif prohib.

Num.2. nota, quod ędificans poſtquam eſt ſibi nouum opus nunciatum,dicitur attentare, & illius reuocatio, & demolitio fit per viam attentati,vltra Grammat.conſ.ciuil.83.nu. 4.vide Lancell.de attent.par.3.cap.28.num. 78.an autem prohibitio legis inducat nullitatem actus contra eam facti,idem in 2.par. cap.20.in præfat.num.16. quod actus factus contra legem,vel ſtatutum ſit nullum, vide Gail de pac.publ.lib.2.cap.12.nu.7.

Num. 3.volenti enim non fit iniuria l.1. §. vſque adeò ff. de iniur. ſucceſſiuè nec præiudicium, vt in l. meuiana C.de ędific.priuat. ad quod vide Io.de Amic.conſ.76. nu.2.

Num.4.verùm eſt, quod contrauenies incurrit pœnas in prohibitione contentas, vide Lancell.de attent.d par.2.cap.20.in præfat. num.18. vbi id declarat, & ad quæſitum Auctoris allegantis Bart.in l.prætor §.1.ff. de nou.oper.nunc.vide Aym.Crauett.conſ.93. nu.7. tom.1. & quod annullatio actus ratione prohibitionis ſit pœna,tradit Alex. conſ. 36.nu.4 & conſ.90.nu.3.vol.7. & Carauit.in pragm.1.§.17.nu.1.de Senatuſc.Macedon.an autem per talem contrauentionem factam ab ędificantibus inferatur præiudicium Dominis cenſuum territoriorum pro annullatione contractuum fuit varijs modis deciſum,de quo per Camill.de Laratha cõſ.6.vt in meo Compend.verb.fabricæ.

Num.6.Crauett.d.conſ.93.nu.7.vol.1.

Num. 8. extant de hoc in Regno pragmaticæ ſituatæ in rubr.de veſt. & calig.moder. prohibentes mulieribus vti talibus veſtibus, & concor-

concordare videntur cum dispositione iuris communis in l. 1. & 2. C. de vest. & olob. lib. 11. vbi Luc. latè Tiraqu. de leg. connub. l. 3. nu. 16. & seq. de hac eadem materia loquitur Chassan. abundè in cathal. glor. mundi par. 2. consider. 37. an autem mulieres huic statuto obedire teneantur, vide Io. Andr. in regul. ea, quæ à Iudice de regul. iur. in nouella nu. 11. & seq.

Num. 10. nam est dictio vniuersalis, Carauit. in pragm. 2. de fals. nu. 172. latè Bertach. in verbo quicumque.

Num. 11. vide Ant. Gabriel. lib. 6, commun. opinion. tit. de regul. iur. conclus. 3. nu. 61. & seq. Rebuff. in praxi benefic. par. 1. rubr. de non toll. ius quæsit. glos. 5. in fin.

Num. 12. vide Rebuff. loco citato vers. imò quãdo, nam quando tertio præiudicaret non admitteretur talis declaratio, Anton. Gabriel, vbi supra nu. 65.

Num. 13. hic nota, quod quando Iudex verè dubitat iudicare, siuè interloquendo, siuè diffiniendo, Rex erit consulendus sicut inter cæteros casus in quibus Rex consulendus est, tradit Afflict. in constit. hac lege nu. 11. exemplũ colligitur ex casu isto, eo quod regula est, vbi repugnantia inter se in eodem testamento inueniuntur neutrum ratum est l. vbi repugnantia ff. de regul. iur. & ob id Principem adeundum esse in quæstionibus perplexis, censet Menoch. de retin. possess. remed. 3. nu. 775. & in resp. 3. causæ Finar. in art 7. & 8 nu. 5.

Num. 14. rescriptum contra ius commune non valet, nec ei obediendum quousque secunda iussio fiat à Principe, Gulielm. de Ludo singul. 52. & de hoc extat solemnis decis. Auctoris 23. & maximè si tertio præiudicaret, nam rescripta ita intelligenda sunt, vt saluo iure tertij, iustitia fiat Andr. Gail lib. 2. obseruat. 76. nu. 10. & lib. 1. in obseruat. 33. nu. 6. Minsinger. cent. 4. obseruat. 8. nu. 6. Afflict. in constit. probationum sub nu. 14. & sic interpretari debent, vt non lædant ius partis, Alex. cons. 108. nu. 4. lib. 6. non mirum si rescriptum in aliquo esset ambiguum, non debet aliquid procedi, donec declaratum sit per Scribentem, idem cons. 136. nu. 21. lib. 2. & sic expectanda erit secunda iussio, cui omninò parendum erit, Andr. Gail lib. 1. obseru. 35. nu. 6. & 7.

Num. 16. adde Annam in allegat. 52. nu. 58. vbi nu. 62. subnectit, quod Princeps declarando verba in præiudicium tertij, dicitur de nouo concedere, & requiritur citatio.

Num. 17. adde Afflict. in prælud. constitut. q. 4. nu. 1. 2. 3. & 6. vbi plura de hoc.

Num. 18. vide Muscatell. in praxi Sac. Cons. libr. 2. par. 3. glos. prouocare num. 57.

Num. 19. adde hic iuxta mentem Auctoris, quę tradit singulariter Roder. Xuares in allegat. 15. num. 7. quod pragmatica quadam, & lege ab Alphonso Rege Madrid facta expressè cauetur plantatum in alieno termino destruendum esse, & ad pastum reducendum, & subdit nu. 8. quod ædificium quando non nocet vsui publico ne ciuitas deformetur fuisse iudicatum, vt tales ædificantes tenerentur ad certum censum, seù salarium, quod videtur concordare cum dispositione iuris communis, quo cautum est, vt qui in solo publico ædificauerit ad præstationem pensionis cogendus sit, Luc. in l. 1. C. de diuers. præd. lib. 11. & ita cum Excellentissimus Comes Lemensium Iunior tunc Prorex, voluisset istos ædificantes compellere ad exsolutionem censuum, seù concordiam cum Curia, ob causam ædificiorum iussit demoliri quædam ædificia, & sic cęptum fuit domum cuiusdam demoliri, licet aliqui se concordauerint cum Curia huius timore, nec vlterius processum, & quod non debeat deuastari ædificium factum in loco publico, sed annua pensione grauari retulit, Bart. in l. 2. §. si quis nemine ff. ne quid in loco publico, licet possit destrui ædificium super alieno solo factum propria auctoritate Domini soli, vt ex mente multorum Doctorum, concludit Bertach. in repert. verb. ędificium, sed in casu de quo agebatur non erat ædificatum in solo publico, sed proprio ipsorum Dominorum, vel censui suppositorum, & tãto magis destructio non procedere poterat, sed per viam exactionis pœnæ ex contrauentione, quæ adhuc exigi non poterat ex communi errore ædificandi, quæ facit ius, l. barbarius ff. de offic. Præs. nec est nouum in Regno, vt omnes leges Regni sint in communi obseruantia, nam multæ ipsarum non seruantur: imò oportet aliquando illas iterum seruari facere, præuijs alijs edictis per successores Proreges, vt multis exemplis patet in tit. de annon. in tit. de vest. moder. de armis, &c. & in nostri facti serie ostenditur multiplicatio pragmaticarum prohibẽtium ædificia in tit. de ædific. prohib. & in summa concludit Cępoll. in tract. de seruit. vrban. præd. cap. 30. nu. 13. quod quando ædificatur in loco publico, & vsui publico noceret, tunc facilè destrui debet ædificium, ita Afflict. in constit. Iustitiarius num. 8. de domo propè mœnia loquens, ne sit defensio inimicorum; secus si non noceret, nam eo casu annua præstatio imponi debet, Loseus in tractat. de iure vniuers. par. 3. cap. 1. nu. 2.

Num. 22. vide Minsinger. cent. 6. obseru. 4. nu. 5.

Berta-

Bertach. latè in ſuo repertor. verb. incontinenti.

Num. 23. adde Franc. Cremenſ. ſingul. 83. & Tiraquell. de legib. connub. l. 3. nu. 20.

Num. 25. aduerſatur iſta ratio fiſcalium diſpoſitioni iuris cõmunis, adeò quod dixit text. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Nam & Reipublicæ intereſt dotes mulierum conſeruari, cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, maximè neceſſarium, cum autem hæc noſtra ciuitas Deo duce multiplicata ſit, & in dies multiplicatur, condecens eſt, vt ædificia pariter multiplicentur, ſine enim habitatione quis viuere non poteſt, Gloſ. in l. legatum in fine ff. de capit. dimin. Ideò oportet prius domũ compaginari, & ſic habitatorem induci cap. Moyſes 32. q. 2. qua de re ſicuti impiũ eſt ciui relicta ciuitate habitare in rure, Gloſ. in l. 1. C. ſi curial. relict. ciuit. lib. 10. Patriæ enim, & parentibus obedire cõpellimur l. veluti ff. de inſtit. & iur. quibus liberum eſt, non tantum in ruribus, ſed per loca vniuerſa Regni, abſque metu habitare, vt in conſtitut. quiſquis, vbi Affl. ſed impijſſimum eſſet permittere eos habitare extra propriam patriam occaſione habitationis, quæ non eſſet omnibus ſufficiens ex multiplicatione ciuiũ, quod nil aliud eſſet niſi ciues expellere de ciuitate, quæ ſiquidem expulſio eſt pœna, vt dixi in Compend. verb. rixoſus, & ſic citra delictum pœnam ſubſtinerent, aduerſatur etiam diſpoſitioni iuris municipalis, hoc eſt pragm 1. de immunit. Neapol. qua cautum eſt, vt vxores Neapol. ducentes domicilium ementes, aut ædificantes, vt Ciues Neapol. oriundi reputentur, ad quod ponderentur verba illius text. ibi, eamque magis inde repleri liberis hominibus, ac fieri populoſam turbis diuerſorum hominum ſuas Prouincias, & Ciuitates relinquentium ad habitandam hanc noſtram inde concurrentium, &c. Hinc Ciuitas Neapolitana inter ciuitates populoſas non tenet vltimum locum, Amat. deciſ. Ancon. 60. nu. 4. & gloria Regis eſt inlata gente, Sylu. Nupt. lib. 4. nu. 153. vnde ex iſta populoſitate magnum Regi commodum reſultat ex gabellarum, & arrendamentorum multiplicatione, ex gentium multiplicatione, quæ ſi non haberent ædificia facilius alibi ſe conferrent, & ſucceſſiuè iura regalia minuerentur, & propterea non obſtat, quod id actum eſt ne Baronum vaſalli derelictis eorum Terris ad habitãdum Neapol. facilius ſe conferrent, nam ſi vni hoc expediret, non tamen omnibus expedit, vltra quod repugnat naturali rationi, cum ſit dulcis amor patriæ, alterum eſt, quod Baronibus licitum eſt reuocare ſuos vaſallos ad habitandum in eorum Terris, vt in d. conſtitut. quiſquis, de quo in meo Compend. verb. vaſalli. Similiter nec Vniuerſitates, nec Rex fraudari videntur eorum iuribus, etenim pro focularibus etiam ſi Neapolim habitarent compellerentur, vt fuit deciſum in Regia Camera, in d. Cõpend. verb. focularia ſatis habetur, ſed multitudo populi, non tantum ex hominibus Regni, ſed extra Regnum in dies augetur, vt experientia docet, quibus nullum datur impedimentum habitandi, & commorandi, ſicut in alijs partibus Orbis, nec opitulari videtur ratio illa aſſerta, vt propter multitudinem populi difficilè prouiſiones fieri poſſunt, ita vt improuidibilis efficeretur, eo quia cum ciuitas iſta propè litus maris ædificata ſit ex nauigatione facilius prouideri poteſt ob facilitatem itineris maritimi, ſicut experientia docet, hinc adagium illud in ore vulgi ſæpè ſæpius enunciatur *Terra de marina, quello che non ci è la ſera vi è la mattina*. Nec ſecundo obſtat illud de regimine, eo quod, vt dixit Auctor ſupra eodem §. 2. nu. 17. quod ciuitas nimiæ magnitudinis cuſtodiri facile non poteſt, hoc tamen procedit propter humanam fragilitatem, niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam Pſalm. 126. Hæc dixi ad corroborationem opinionis Auctoris noſtri, non aliter motus aliqua paſſione, cum domos in dictis locis non poſſideam, ſed vt veritati locus ſit reſpectu ædificiorum iam factorum, nam multa iam facta tenent, quæ impediunt facienda l. patre furioſo ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, ſaluo ſaniori iudicio.

Num. 26. notandum eſt ad propoſitum, quod peccatum in tantum eſt, quod à lege prohibitum eſt, ſic dictante Apoſtolo ad Roman. 7. peccatum non cognoui niſi per legem, nam concupiſcentiã neſciebam, niſi lex diceret non concupiſces cap. nam concupiſcẽtiam, vbi Gloſ. de conſtitut. potiſſimum in verſ. nota, quod licet aliquid non noceat, ſi tamen nocere poſſit prohiberi debet, & licet delictum differat à peccato, vt dixit Gloſſ. in cap. ſi peccatum verſ. ſi peccatum de pœnit. diſtinct. 1. tamen ibi Gloſſ. dixit ſecundum Gregorium idem eſſe, vnde reſultare videtur, quod aliqua ſunt prohibita, cum ſint de per ſe mala, & nociua, vt ſunt peccata per legem Euangelicam, & veteris Teſtamenti prohibita, eo quod non fuerunt à Deo creata, Gloſ. in cap. ad hinc verſ. ſoluatur de pœnit. diſtinct. 3. peccator inde peccando per pœnitentiam obtinet remiſſionem à Deo, iuxta illud Luc. 7. dimittite, & dimittetur

cap.

cap.dixit ead.diſtinct. vbi Gloſ.notat, quod peccati dimiſſio eiuſdem dimiſſio fit ſimul, & non tantum ſemel bis ter,&c. Sed ſeptuaties ſepties, Gloſ. in cap. ſepties de pœnit. diſtinct.3 non per hoc cenſetur eſſe permiſſum, nam ſaperet hæreſim,eo quod ne homo impediatur ab accipiendo vitam æternam peccatum dimittitur,Gloſ.in cap.quem pœnitet de pœnit. diſtinct.1. verſ.Sacerdotis, & regula illa, quod res facilè reddit ad ſuam naturam, non procedit in remiſſione peccati, vt cenſeatur permiſſum, eo quia non ſunt ex inſtinctu naturæ, & ſic naturalia, ſed voluntaria, & ſic præter naturam, quinimo nos ducunt ad non eſſe, eadem Gloſ. in cap. conuertimini verſ. velut ead. diſtinct. & per pœnitentiam ad priſtinam naturam homo reddit, cum ipſa nouum parturiet hominem, ead.gloſ.in cap. tres ead.diſt. verſ.parturit, ſed ea, quæ de per ſe non ſunt mala, nec nociua,quamuis prohibita ob aliquem finem obtenta reuocatione prohibitionis facillimè redeunt ad priſtinam naturam ex regula illa vulgata, res facilè reddit ad primæuam naturam, de qua per Annam allegat. 70. num.54.

Num.27.exemplum aliud de hoc habetur in d. deciſ.392.Afflict.vbi nu.14.notat,quod Turres in demanio fabricatæ, & collapſæ non poſſunt reparari ſine noua licentia, ædificare in littore maris, an cuique liceat, vide Cępoll.de ſeruit.ruſtic.præd. cap.26 ſub nu. 3. & Afflict. in cap.1. verſ.armadię, quæ ſint regal.nu. 3. an ædificium iuxta plateam auctoritate publica,ſi deſtruatur an platea ampliatur,& vtrum via iuxta illud ædificium deſtructum deſinat eſſe, & incipiat eſſe platea,an via remaneat ſicut erat primo, Cœpoll.de ſeruit.ruſtic.præd.cap. 3. nu. 11. quid ſi ciuitas domum priuati caperet pro ampliatione murorum,an iterum facta ampliatione illorum, domus redire debeat Domino,vide Annam ſingul.84.ciuitas.

§. IV.

NVm.3. adde Boer.deciſ.320. num.17. vbi ędificare in loco publico permittit conſuetudo.

Num.4.adde eundem Boer.loco citato,Afflic. in cap. 1. §. viæ publicæ,quę ſint regal.nu.17. ſimiliter & ciuitas,eo quod ædificari nõ poteſt in riuo ſine licentia vniuerſitatis, Aym. conſ. 204. num.1. & an licentiam concedere poſſit faciendi molendinum in flumine,Gomeſ.in l.46. tauri nu.11.

Num.5.Boer.vbi ſupra.

Num.6,idem Auctor ſupra eodem §.2.nu.18.

Num.8.adde Staphil.in tract.de liter.grat. expect.in princ.nu.11. vbi cenſet in ſpecie in materia ædificandi,quod ſi quis à Principe impetrauerit gratiam ædificandi in loco publico,non videtur cõceſſum cum incommodo alterius,ſeù præiudicio, per text.in cap. ſuper eo de offic.delegat.& in l.1.§.ſi quis à Principe hic allegat. ab Auctore, ad quod videas Pinell.in rubr.de reſcind.vend.cap.2. nu.8.Gramm.deciſ.103. nu.235. Afflict.deciſ.334. Soccin.in regul.19. beneficium, vbi additio Bened.de Vad. Princeps enim non poteſt tollere iura alterius, nec valet lex contrarium diſponens,Afflic.in conſtit.violentias nu.10.& conſtit.inſtrumentorum nu. 15.in conſtit. pœnam parum nu.10.in conſtit. probationum nu.7. & faciunt ad ornatum d. §. ſi quis à Principe, collecta per Ricc. collect.1010.

Num.9.adde Afflict.in conſtit.dignum nu.4.& ſeq. & in conſtit. mulier dotarium num. 25. & 26.

Num.10. verùm eſt, quod ſtatuta quantumuis generalia non ligant,neque comprehendunt eccleſias,&eccleſiaſticas perſonas,niſi ab eis approbata fuerunt, Socc.conſ.241.nu.2.vol. 2.nec eos ligare dixit idem conſ.46. nu.3.& 8.vol.4.quapropter infertur ad ſtatutum,ſiuè prohibitionem,vel ordinationem in præiudicium Eccleſiæ,aut laicorum, etiam ſubditorum molendina habentium, ſeù de nouo conſtruentium facta, vel factum, etiam per indirectum nõ valet,Kircou.inter commun. opin.lib.3.tit.de ſeruit & aqu.nu.54.

Num.11.verùm eſt,quod ſtatutum cõtra libertatem eccleſiaſticam,vel eccleſiaſticarum perſonarum inductum eſt ipſo iure nullum, Scruff.conſ.12.nu.23.& ſeq.

Num.12.quando ſtatutum reſpiceret publicam vtilitatem, ſecùs eſſet,exemplo demonſtratur pęnes, Franch.deciſ.9. vel quando non tanquam priuilegiati, ſed vt cuilibet de populo,vel quò ad patrimonialia, tunc etiam comprehenderentur exempti, Tiraqu.de retract §.1.gloſ.13.nu.4.

Num.13.hic adde Roman.in ſingul.827.tu ſcis, vbi Pignol. Tiraquell. de retract.§.32. gloſ. vnica nu.54. Corſet.in ſingul.verbo emptio num.1.

Num.14. de hoc latè per Viuium in ſylua commun.opin. opin.252. Bellac. & Vezin.inter commun.opin.lib.4.tit.ſi quis alteri,vel ſibi ſub alter.nom.vel alien.pec.emer.

Num.15. Minſing.ſingul.obſeru. cent 5.obſer. 47. adde Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum nu.44. de conſtit. & Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. videndum eſt modo num. 53. cenſet quod Prælatus poſſit res Eccleſiæ conſangui-

neis

neis infeudare,non ſine ſcrupulo procedere, ideò tutius abſtinere,vide Iul.Clar.in §.feudum q.13. n.4.vide Villalob.& Phicard.inter commun.opinion. tit. de natur.feud. nu.17. & 18.

Num.17.articulum iſtum examinat Iaſ.in cap. 1.col.5. verſ.quinto, vltra eos, qui feud.dar. poſſ. Bald.in cap.1. in princ. col.vlt. ſi de inueſt.inter Domin. & agnat. lis oriat. Felyn. in cap.ad audientiam de præſcript.& prę cęteris Iul.Clar.in §.feudum q.13.nu.4.Reg.de Curt.vbi ſupra.

Num.18.vicinus an teneatur vendere domum, vel agrum pro ampliatione Eccleſiæ,Grammat.deciſ.75. & pro ampliatione cappellæ, Rice.deciſ.Archiep.147.par.1. Reg.Valenz. conſ.18. nonnullos citaui in meo Compend. verb. vicinus, an pro ampliatione hoſpitij, idem Riec.deciſ.138. par.1. de quo in Compend.deciſ.Cur.Archiepiſc. verb.vicinus,& pro ampliatione viæ, vide infra tit.4.in principio.num.66.

Num.19.dixi in dicto Compend.deciſ.Regni,& Cur.Archiepiſc.eod.verb.vicinus.

Num.20.quemadmodum ſi operarius meus, ſi cum præſtet mihi operas, infert damnum tibi, ego tibi teneor, ſed poſt recuperare poſſum ab ipſo Specul.in tit.de iniur. & damn. dat.§.2.verſ.in ſumma,& licet operarij conducti ad opus illicitum agant contra conductorem actione iniuriarum pro damno, quò paſſi ſunt ex eo,Bald.in l.qui ſepulchra C.de ſepul.viol.Alex.in l.de pupillo §.nunciationem ff.de nou.oper.nunc.& in l.in rem §.ſignum ff. de rei vend. attamen exiſtente nouella pragmat.3. de ędific. proh. contra eos mandans illis ſub pęna triremium ne fabricare audeant in locis per aliqua banna prohibita,conductores excluſi ſunt,ſed eorum periculo cedere debet,& propterea vidi eos aliquando carcerari,ſed non aliter pęnam iſtam exequi.

§. V.

NVm.1. certum eſt, quod tempore cariſtiæ plus comedunt homines,quàm alio tempore,vt dixit Gloſ.l.ideò ff.de compenſ.verſ. edulitatis,& eo tempore nō ſolum cogi poſſunt habentes frumentum illud vendere,Paris de ſyndic.verb.Iudicis ſupremi nu.8. Luc. in l.1.C.de quib.mun.vel præſt.lib.10.in princip. Cappell. Tholoſ. deciſ.447. Marant.in ſpecul par.6.nu.181. Couarr.var.reſol.lib.3. cap.14.num.3. Surd.deciſ.275.nu.4.etiam ſi eſſent clerici, Franch.deciſ.9. præuio ordine ſuperiorum ſuorum,& ſucceſſiuè tenere magazena aperta,vt in pragm.21.cum ſeq.de annon.& hoc iuſto pretio mediante, idem Paris in verbo Officiales non poſſunt col. 2. imò minus iuſto pretio,Boſſ.in tit.de extraord.crim.nu.7.Afflict.in prælud.conſtit.q.3. nu.9.& multo fortius pretio viliori, idem Franch.d.deciſ.9.Montan.in pragm.2.nu.59 de adminiſtr.vniu. quod procedere videtur, quando eſſent requiſiti vendere, tunc pęna locum habebit quò ad contrauentionem, Aſcia determ.113.ſed quia tales frumenta habentes eo tempore ea occultant,vt cariori pretio vendant, ſicut experientia docet, eo tamen caſu ſi contingerit frumenta in dictis locis emi,vel alibi,ſuccedente tempore prædicto,tunc frumentum partiti ciuitas debet diſtribuere inter ciues, idem Montan. vbi ſupra nu.89.pro eo tamen pretio quo illud emit,quia non debet eſſe in lucro, nec in damno,vt iuſtiſſimè prouiſum eſſe refert hic Auctor: nam tempus venditionis erit attendendum,in tantum,quod ſi venditor frumēti acceperit pecuniam, & frumentum non ſtatim tradidit,ſed per menſem,& ita ſi mēſura aucta fuerit, vel diminuta, quod nam tempus attendi debeat, & determinatum fuit tempus venditionis eſſe attendendū, Io. Becc.inter ſingularia Capuę ſing. 40. & propterea dixit notabiliter Montan.vbi ſupra ſub nu. 71. quod ſi ciuitas tempore penuriæ emerit frumentum carius,ſi inde ex vbertate ſuperueniente pretium diminutum eſſet, & exteri pro abundantia ciuitatis frumentum,vel panem aſportarent vtique prohiberi poſſet ne illud adducant,dum granum, panem,& farinam partiti habent,quod nunquam comederetur, & eſſet damnum notabile.

Num.2.hoc etiam tangit Bonifac.in tract.malefic.rubr.ad l.Iul.de annon.nu.4. Loſeus in tract.de iure vniuerſ.par.1.cap.3.nu.64.

Num.3.exemplis hoc demonſtrat Nicol. Boer. in tract.de ſedit.in 1.quæſt.per totam, & ibi nu.13 ſuadet nonnullos fugere ſeditiones ex malarum occaſionum delinquendi cauſa.

Num.4. ad iſta vide Reg.Valenzu. in ſuo diſc. ſtat.& belli par.1. conſid.4. nu.4. vbi plura notatu digna hic conferentia dixit.

Num.6.dixi in meo Compend.deciſ.Regni verbo ſeditioſi,& verbo ſaccomani, licet extet pragm.10.de abolit.

Num.7.vide Molfeſ.in prohem.conſuetud. q.4. num.25.

Num.8. vita hominis eſt res ineſtimabilis, Afflict.in conſtit.ſi damna nu.11.

Num.9.nota,quod maſſariæ,quæ fiunt per maſſarios Curiæ, fieri debent in Terris Curiæ, Campag. in cap. item, quod prædicti maſſarij.

Num.

Num. 10. verùm est, quod frumentum quãti valet inspicitur, quanti vendi potest in loco fori publici, non alibi, Ant. Corset. in sing. verbo venditio il 2. & ob id præter notata supra eodem nu. 1. ad conualidationem huius dicti censeo, tempore caristiæ potissimum cogi posse ciues ad collectam pro modo substantiæ, vt frumentum, & cæteræ species emantur, Luc. in l. 1. C. vt nem. liceat in empt. lib. 10. in 1. glos. sequitur Montan. in d. pragm. 2. nu. 53. inde quocumque pretio, aut vile, aut magno emptum fuerit frumentum erit populo erogandum, multo fortius si citra collectam eadem ciuitas suo sumptu emerit, & illud erogauerit populo, eodemque pretio, quo emerit alias esset satis iniquum, & videretur quodammodo locupletari cum aliena iactura, quod non est ferendum l. cum de indebito ff. de condit. indeb. & in specie id tangit Muscatell. in praxi crimin. rubr. de extract. extra Regnum, &c. nu. 106.

Num. 11. facit text. in capit. Regni nouis, & ibi Campag.

Num. 15. & si regulariter populus clementer tractandus sit, & sic seruit, duris autem exasperatur, & rebellat, Luc. in l. 2. C. de exact. tribut. lib 10. colum. 4. in medio, attamen, vt hic Auctor ex mente eiusdem Lucæ seueritati locus esset, quoties ad reparandam Rempublicam ageretur, quemadmodum bellorum metu populi reprimantur, de quo per Domin. Regent. Valenz. in d. tract. par. 2. cap. 17. num. 27. & per totum, hinc Sicilia, Sardinia, & Corsica semper habuerunt Tirannos, propter eorum prauos mores, Capyc. decis. 130. nu. 39. quapropter seueritas ordinariè contra rebelles exercetur, & eis securitatem solus Princeps largitur, Afflict. decis. 4. nu. 4.

Num. 17. ad materiam istam extractionis prohibitæ frumenti, vltra Montanar. in dicta pragmat. 2. num. 66. de administrat. vniuersit. copiosè Muscatell. prosequitur in praxi crimin. rubr. de extraction. extra Regnum contra bann. &c. Ad quod ibi Montanar. num. 63. censet Syndicos posse facere statuta, seù banna, quod nemo extrahat victualia de ciuitate, an propter necessitatem licitum sit, Girard. singul. 100.

Num. 18. ad hoc vide Muscatell. vbi supra nu. 99. & seq.

Num. 19. Chassan. in cathal. glor. mundi part. 5. consid. 24. in priuil. 166.

§. VII.

NVm. 1. Muscatell. in praxi crimin. rubr. de extract. extra Regnum nu. 92.

Num. 3. de pertinentibus ad officium illud Paglieminutæ extant pragmat. 1. & 2. de salub. aeris.

Num. 5. hic facit, quod dixit Boss. in tit. de aqu. & fluminibus nu. 2. quod aqua non potest extrahi è flumine regali sine licentia Regis, vel Principis, quamuis è publico tantum, & non regali possit, nisi Princeps vetet, vel extractio sit contra vsum publicum, &c.

Num. 6. aquæ publicæ, vt sunt flumina ad Principem spectant, cum sint de regalibus cap. 1. §. flumina, quæ sint regal. Capyc. in sua inuestitur. rubr. feud. clausul. vers. aquis, & aquarum decursibus in principio, latè Marta voto 174. num. 3. & successiuè ad ipsum spectat earum concessio, sicut ibidem notat Capyc. in specie loquens de hac nostra aqua Neapol. ibi, quod nota contra illos, qui impetrant à curia fontes ab aqua Neapol. eo quod cum talis aqua sit publico vsui deputata, non potest à Principe impetrari, nec valeret impetratio secundum Andream ibi §. flumina, & si concederetur, vtique sine præiudicio alterius intelligeretur, sicuti aqua solo Principis priuilegio per viam publicam ducitur, absque tamen alicuius præiudicio, Xuarez in allegat. 15. num. 5. & ipsemet Princeps illas Baronibus in priuilegiis concedit, vt tradit ibi Capyc hinc aquæ, & flumina non videntur concessa in generali concessione, Capibl. in pragmat. 8. par. 1. nu. 202. de Baron.

Num. 7. hic nota, quod dixit Andr. in constitut. cum per partes in princip. quod si Dominus pascuorum vellet ea pro suo vsu, & vicinorum, poterit alijs denegare si non sufficerent, quia omnis charitas incipit à seipso, ad quod facit cap. licet de suppl. negl. præl. in glos. in verb. spiritualibus, & in cap. petitio de iureiuran. vbi etiam allegat illud Matth. 22. ne fortè non sufficiant nobis, & vobis, &c.

Num. 8. concessio à Principe facta interpetrari debet sine alterius præiudicio, Xuarez allegat. 7. nu. 3.

Num 9 hic etiam vltra notata supra eodem nu. 7. pro conualidatione quæstionis, adnotandum est, quod licet Dominus cogi possit ad vendendum res comestibiles, & vsui necessaria ad alimenta, tamen deducto vsu pro se, & suis, Afflict. in prælud. constit. q. 3. num. 10. similiter & in venditione frumenti procedere dixit Marant. in specul. part. 6. numer. 181.

Num. 10. hic dici poterat, quod cum sint Officiales ipsi delegati in negotijs ciuitatis benè salariũ consequi poterins, ex traditis per Azon. in summa C. de sportul. & per Guid.

Pap. deciſ. 68. in fine, & ita aliàs in perſonam Io. Andr. de Curte, & Regentis Marthos iudicatum fuiſſe, retuli in meo Compend. verbo ſalarium, vt duplicatum ſalarium conſequatur Officialis duplex officium gerens, licet autem dici poſſet, hoc benè procedere in delegato, qui ſalarium non habet, & pariter in eo, qui officium duplicatum exercet compatibile, ſed in hac delegatione cauſarum, & deputationum ciuitatum aliter dicendum erit, eo quod ſi Syndici, & Electi ipſarum ciuitatum nil pro ſalario conſequuntur, vt ex mente Guid. Pap. vbi ſupra concluditur quem ſequuntur Franch. deciſ. 122. Ricc. deciſ. 85. par. 1. Montanar. in pragm. 1. nu. 48. & pragm. 3. de adminiſtrat. vniuerſ. Ergo nec tales delegati ſalaria conſequi debent, præterea ex lectura capitulorum Regis Ferdinandi Secundi hic citatorum ab Auctore oſtenditur dictos Officiales fuiſſe ordine dicti Regis conſtitutos in dictis negotijs, non tamen ad poſtulationem ciuitatis, quia tunc fortius eſſet aſſerendum ea illis deberi ſalaria, ego autem vidi aliquando obſeruari in ciuitatibus Regni aliqua munuſcula pro laboribus Syndicis, & Electis erogari, potiſſimũ in ciuitate Ariani, & Theani, quapropter non erit indecens ijs Officialibus aliquid pro laboribus donari: nam omnis labor optat præmium, cum ita permiſſum ſit ob defectum ſalarij §. ſcriptum authent. vt iudic. fine quoqu. ſuffrag. ſed quia lex reſiſtit, nam expreſsè hoc eſt vetitum in pragm. 7. de offic & quę eis.

Num. 11. adde Maſtrill. de magiſtr. libr. 1. cap. 21. nu. 74.

Num. 12. ad hoc allego Roman. conſ. 25. viſo facto, vbi Mandoſ. vltra alios per me citatos in d. Compend. eod. verb. ſalarium.

Num. 14. quod Decanus Sac. Conſ. ob abſentiã, ſeù mortem Præſidis ſupplicationes audit, & decretat colligi cernitur ex pragm. 8. de offic. Sac. Conſ. §. 1. vbi mandatur non licere alijs Conſiliarijs niſi Præſidi, vel in eius abſentia capiti de rota proponere, vel reſpondere, ſed melius demonſtratur expreſsè de hoc ſtylo in pragm. 73. eiuſdem tituli, & ſic dixit obſeruatum in eius perſonam, Præſ. de Franch. deciſ. 472. nu. 2. ſed quando ſuſpitio adeſſet in perſonam Præſidis, licet poſſit ſupplicationes decretare, & diſtribuere inter Conſiliarios in cauſis ſuſpectorum, non tamen quando ſuſpitio immineret ex cauſa inimicitiæ, vel ex eo, quia ageretur de ſuo intereſſe proprio, & ſic deciſum refert Camill. de Laratha conſ. 32. ſub n. 11. vt in meo Compend. verb. Præſidens, & hoc caſu, quando per Decanum aulæ, vel alia capita Rotæ legendæ, & decretandæ ſint ſupplicationes oſtenditur in d. pragm. 73. quo verò ad ordinem ſeruandum in Reg. Camer. abſente Locumtenente, habetur in pragm. 9. §. 1. de offic. Procur. Cæſar.

Num. 16. ſalaria inconſulto Principe non conſtituuntur, Montan. in pragm. 1. nu. 2. de adminiſtr. vniuerſ. & ſucceſſiuè Decuriones nequeunt conſtituere ſalaria, vt ibi ſubnectit, Montan. num. 11. & ſeq. ponendo regulam cum limitation.

Num. 17. eſt conforme decretum diſpoſitioni Reg. pragm. aliàs ſuper hoc editæ in pragm. 7. de official. & quæ eis prohib.

Nu. 18. qualiter Decuriones repreſentent ciuitatem, Montan. in pragm 2. nu. 153. eiuſd. tit. Similiter & Barones poſſunt arctare commiſſionem ſuis officialibus minuendo eis iuriſdictionem, Capibl. in pragm. 6. nu. 94. de Baron. & de poteſtate Decurionum latis loquitur Loſeus in tract. de iure vniuerſ. par. 1. cap. 3. nu. 46.

Num. 19. Capibl. in d. pragm. 6. num. 95. de Baron. alia conſimilia tradit.

Num. 20. videtur ad hoc facere text. in l. 2. §. 1. ff. ne quid in loc. publ. fiat, ibi, loca enim publica vtique priuatorum vſibus deſeruiunt, iure ſ. ciuitatis non quaſi propria cuiuſque, & tantum iuris habemus ad obtinendum, & ibi Gloſ. ſuper d. verb. obtinendum, reſidet in fine cum ſua vltima opinione ad noſtrũ propoſitum, ibi, vel dic quarto, tantum ius habet vnus ad vtendum loco publico, vel obtinendum ſcilicet ædificãdo; non enim dubitatur, quin bona vniuerſitatis poſſideãtur per Syndicos, Regentes, & Electos, vt ex mente Socin. conſ. 95. nu. 18. & conſ. 134. nu. 53. vol. 3. tradit Montan. in pragm. 2. nu 101. de admin. vniuerſ. quò fit, vt dum ciuitas ipſa ſic per Syndicos, & Electos repreſentata, Frãch. deciſ. 253. nu. 8. poſſit bona publica, quæ publico vſui ſunt deſtinata liberè alienare, ita Cępoll. in tract. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 3. ſub num. 22. multo fortius, & illa concedere, per quę aliàs mihi contingit decidere in querela facta contra Angelillum de Sciacca in curia Rochæ Monfinæ de occupatione viæ publicę inſtituta à quadã muliere de vicinio, cui ius prohibendi competebat ex d. l. 2. §. 3. cum ſit populare tale interdictũ d. l. 2. §. hoc interdictum il 4. oſtenſa inde conceſſione facta per Syndicos illius caſalis de dicta via per dictũ inquiſitum iuſſi ciuiliter procedi, tanto fortius cum per talem viam nõ dabatur exitus ad aliud publicum opus, ſed ad priuatas eius domos, propterea claudi omni iure poterat, vt ſingulariter ibi Cępoll. nu. 27. concludit, nec dubitatur eas concedi poſſe à ciuitate, pul-

pulchrè Cap. in inuest. feud. rubr. feud. clauſ. verſ. vijs publicis, vbi loquitur etiam de muris, & foſſatis ciuitatis adnoſtrum propoſitum Auctoris, Rendell. de iure prothom. in gloſ. via publica nu. 10. & vltra eum Luc. in l. 1. verſ. quarto quæritur C. de diuerſ. præd. lib. 11. vbi plura Conſiliar. Rouit. in pragm. ne quid in loc. publ. in rubr. nu. 16.

Num. 21. & Cępoll. in d. tract. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 3. num. 3. cenſet ſtratam appellari viam matonatam lapidibus viuis, vel coppis, Affli. in cap. 1. §. viæ publicæ, quæ ſint regal. nu. 14.

Num. 22. regulariter enim via conſtitui, & deſtrui poteſt per ciuitatem, ſicuti etiam per Principem l. prætor §. viam, vbi Bart. ff. ne quid in loc. public. Luc. in d. l. 1. C. de diuerſ. præd. lib. 11. verſ. quarto quæritur, & ſimiliter per Dños domorum ex diſpoſitione l. ędiles §. conſtruat ff. de via publ. imò eas reficere debent Domini domorum, non ſolùm ex iuris communis diſpoſitione, Roman. ſingul. 817. Bertach. in repert. verb. via, Cępoll. de ſeru. ruſt. præd. cap. 3. ſub nu. 45. verſ. quæro 25. Affli. in d. cap. 1. §. viæ publicæ nu. 10. quæ ſint regal. ſed etiam de iure Regni, vt in pragm. 1. de ſalub. aer. §. *item, che ciaſcheduna perſona*, tamen iſtæ viæ, quæ conficiuntur à ciuibus, dicuntur etiam publicę, cum illas ex eorum agris cõferant, vel agrum emant, vt eas conſtruant, gloſ. in l. 3. ff. de loc. & itin. publ. non tamen dicuntur de regalibus, in tantum, quod ſi talis via fuerit à Curia mattonata efficeretur de regalibus, hinc ciues cautelati non ſolent eas mattonibus confici facere, ſed ſigna quædam in eis apponi, vt propria iudicentur.

Num. 23. eſt verùm quò ad refectionem, vt teneantur ciues Domini domorum ex diſpoſitione iuris, non tamen illas infilicare, vel mattonare: nam alia eſt via, alia eſt ſtrata, ſecundum Cępoll. vbi ſupra num. 2. & 3. licet huic obſtet d. pragm. 1. de ſalub. aer. §. *item, che ciaſcheduna perſona*, vbi loquitur in ſpecie, vt Domini teneantur infilicari facere viam ante eorum domos, quamquam hodie id ſpectat ad ciuitatem Neapol. eo quod fuit eidem conceſſa gabella boni denarij quò ad proprietatem, & de ea percipit annuos ducatos mille pro reparatione murorũ, & ſtratarum, vt in cap. 7. & 8. Regis Ferdinandi, & cap. 11. Regis Federici, hinc dixit Affli. in d. §. viæ publicæ nu. 14. quod ſtatutũ loquens de ſtrata, non verificatur in via publica: nam ſtrata dicitur mattonis facta, &c. & per contrarium argumentum facit pro ciuibus.

Nu. 24. facit text. in l. 2. §. hoc interdictum il 3. ff. ne quid in loc. publ. vbi gloſ. in verſ. exemptus, notat arctata via in parte, propterea alicuius ædificium, ita quod ire non poteſt, vbi præcipitur magiſtratus adiri, quanquam id aliquando permiſſum ſit ſine iniuria conuicinorum accedente Principis licentia d. l. 2. §. merito hoc eſt Portulani in Regno, de cuius officio diffusè loquitur Conſil. Rouit. in pragm. 3. ne quid in loc. publ. fiat.

Num. 25. adde Conſil. Rouit. in d. pragm. 3. nu. 18. ne quid in loc. publ. fiat.

Num. 26. de hoc extant nonnullæ pragmaticæ in Regno ſitũatæ in tit. ne quid in loc. publ. fiat per totum, & ibi Conſil. Rouit. ſuper 1. & 3. pragmat. copioſius.

Num. 28. vide Conſil. Rouit. in d. pragm. 3. ne quid in loc. publ. fiat, vbi plura de hoc, & in pragm. 11. nu. 7. de ſuſpit. Offic. meminit de eodem Magiſtro Portulano.

§. VII.

NVm. 1. verùm eſt ad Decuriones ſpectare legatos mittere, Montan. in pragm. 4. nu. 13. de admin. vniuerſ. & Loſeus in tract. de iure vniuerſ. par. 1. cap. 3. nu. 57. & ſucceſſiuè ad ciuitatem per eos repreſentatam, imò ſine auctoritate conſilij ambaſciatores mitti non poſſunt à prioribus, Bart. in l. quoties C. de legat. lib. 10. idem quod tradit Montan. loco citato nu. 17. quando legatio eſt mittẽda ad Principem cõſilium magnum, & generale requiritur, & conſenſus ſuperioris, vbi in ſpecie tradit, quod nullus poteſt ire ad Regem niſi obtenta licentia à Prorege, pari modo Decuriones ciuitatis ſubditi Principi non poſſunt mittere legatum ad alium Principẽ, ſine licentia ſui Principis, Martin. Laud. in tractat. de legat. max. Princip. §. 25. ad illud, quod Auctor tradit multos captos fuiſſe, & carceratos legatos miſſos à ciuitate abſque licentia hoc memini contigiſſe tempore Comitis Oliuariæ, licet illico excarceratos ordine ſuæ maieſtatis, & benè cum aduerſus Proregem illum mittebantur, & ne ſua detegerentur ſecreta noluit licentiam impartiri, qua de re prudentiſſimus Rex noſter, qui tenetur clamores populi audire, & facta, ac geſta perpendere ex debito iuſtitię, omnibus rectè ruminatis decernere ſolet, ſi locus pęnę ſit eis, de quo per Auctorem infra eodem nu. 9.

Num. 2. veluti contemptor mandati Regis, Gramm. deciſ. 40. nu. 20. & ſeq. & quod nemo Regem adire poteſt ſine licentia Proregis, Capibl. in pragm. 3. nu. 128. de Baron.

Num. 3. & ob id dixit Luc. in l. vnica C. de piſtor. libr. 11. verſ. item nota, quod is, qui ex Prouincijs venit ad Principem iuſtitiam petiturus

citurus debet in ſua petitione adijcere, ſæpius Præſidem adijſſe,& ab eo iuſtitiam non impetraſſe, alias niſi hoc exprimat non meretur reſponſum à Principe obtinere.

Num.5. indignationis Principis effectus quis, Menoch.de arbit.iudic.caſ.365.nu.4. & quid ſit indignationem Principis incurrere, idem caſu 320.nu.5. Maſtrill.in tract. de magiſtr. lib.3.cap.1.nu.443. citat Auctorem, hic vltra eos adde Intrigl. in ſing.114.

Num 6.vide Rebuff.in praxi benefic par.1. rubr. form. prouiſ. verſ. nulli hominum, Staphil.in tract.de liter.grat. rubr. de vi, & effect.clauſul.nu.28. Hugo Celſ.in tract.clauſul. rubr. clauſ. reſcript. in verſ.indignationem apoſtolorum, Chaſſan. in cathal. glor. mundi par.5.conſid.24. in 41.priuil.

Num. 7. licentia petita, & non obtenta apponi ſolet in prouiſionibus Vniuerſitatum ſe congregantium ex cauſis relatis per Frãch. deciſ. 446. num. 2. ſimiliter ad transferendum monachum licentia petita, & non obtenta ſufficiat, Rebuff.in d.praxi benefic. part.1.rubr.de translat.monach.nu 6.

Num.8. cogi enim poteſt quis ambaſciatam ſuſcipere, Ant.Corſet. in ſingul. verbo Ambaſciator il primo, & ſucceſſiuè legationis munus quis cogitur acceptare, cum ſit munus neceſſarium, Loſeus in d.tract.d.part.1, cap.3.nu.59.

Num.9 dixi in meo Compend.deciſ.Regni verbo ſalarium.

Num. 10. quemadmodum etiam nec licentia exquiritur in congregatione vniuerſitatis facienda,quoties ageretur de cauſis tractandis contra Baronem, vel eius Officiales, vt per Franch. deciſ.446. vbi Addent. & Capibianc. in pragm.10. nu.57. de Baron. vt dixi in eodem Compend.verb.vniuerſitas.

Num.12. an gabella ſolui debeat pro cadauere, vel homine oſſibus diſſoluto, Ferret. in tract.de mun.& hon.nu.96. tenet,quod non.

Nu.13. Ciuitas Neap. repreſentatur per quinque ſedilia nobilium,& plateã populi, Franch.deciſ.207.nu.8. Montan.in pragm.2 de admin.vniuerſ.nu.317. vbi nu.288. loquitur de maioris partis conſenſu Electorum in negotijs pertractandis exigendo,ſicut vltra capitula hic ab Auctore citata adeſt prouiſio Collater.Conſil.de anno 1534.inter capitula,& priuileg. Neapol.fol.97.à terg. & 98, vbi expreſsè loquitur in materia graſſiæ, vt exequatur id, quod à maiori parte Electorum ſtatutum ſit.

Num. 14. appellari poteſt à decretis Decurionum ciuitatis ad Officialem ipſiuſmet ciuitatis habẽtem merum,& mixtum imperium, Loſeus de iure vniuerſ.par.1.cap.3.nu.97.

Num.16.Capibl.in d.pragm.10.n.59.de Baron.

Nu.17.ex iuris debito patriæ tenemur l. veluti ff. de iuſtit.& iur. vbi gloſ. citat illud Catonis,*pugna pro patria*, & ille dicitur populus liber, qui habet liberam linguam, & poteſt liberè abſque metu loqui Vrſill. deciſ. 282. num.13.

Num.19.adde Maſtrill.in tract. de magiſtr.lib. 2.cap.2.num.39.Auguſt.Caput.in nouiſſimo tract.de regim.Reipubl. cap.4.nu.28.

Num.20.Caputus vbi ſupra nu. 30.

Num. 21. nobiliores regere debent ciuitates, Anna in alleg.21.nu.8.& aſſumendi ad honores,& magiſtratus,Ricc. in praxi variar.reſol.in reſol.446.nu.9.vbi nu.10. loquitur de iſto more Venetorum.

Num. 22. nota, quod Chriſtus noſter paucos nobiles,S.Paulum,& Bartholomeum elexit, ſed plures ignobiles ſcientiæ,& vitæ ſufficiẽtes in regimine Eccleſiæ, Abb.in cap. venerabilis nu.7.de præbend.

Num.23.vltra eum Bon.de Curtil. in tract.de nobil.par.5.num.33.in 10.priuil. & hic animaduertendum eſt ad id quod Auctor concludit,cum Doctor. ab eo citati, nobiles ſolos gubernare ſatis Reipubl.intereſſe, quod verum eſſe exiſtimo, duobus tamen concurrentibus requiſitis,hoc eſt ſcientia gubernãdi,ſeù aptitudine: tunc enim nobiles literatæ,& ſublimę perſonæ magis honorantur ab Eccleſia,& Prælatis,quàm aliæ,Abb.in cap. de multa nu.5.& 7. de præb. ſi tamen citra ſcientiam nobiles eligerentur tantum, nõne Reſpublica periclitaretur,& ob id, & ſi non ſãguinis nobilitate præditus eſſet homo, ſed ſcientia adhuc nobilis diceretur ex ſentẽcia Senecæ,relata per Napod.in prohem.Caroli nu.275. nemo enim altero nobilior eſt niſi cui rectius ingeniũ eſt,& actibus bonis abundat,vbi exemplo Ciceronis demonſtrat, qui cum eſſet filius fabri ex Arpino oppido natus ob meritum prudentię,& ſcientię ſuę conſulatum obtinuit,& ſic intelligit omnia iura loquentia de nobilibus admittendis ad regimina vrbium,alterum eſt,vt euitetur diſtinctio inter homines,ac cauſa malignandi, & occaſio diſcordiæ inter ciues, poſtquam nobiles regulariter ſunt ſuperbi,& popularium inimici,ita Carau.ex mente Luc.de Pen.in rit.160.nu.2.Si enim nobiles tantum gubernarẽt facilius oriretur inter ciues diſcordia, & bella ciuilia orirentur inter eos; pręterea hoc iuſtum non eſt cum nobilitas pariat acceptationem perſonarum,Bart.in l.1.C.de dignit. num. 88. lib. 12. ſi nobiles tantum regimen haberent acceptatio oriretur, eo quia ciuitas repreſentatur per ciues, Loſeus in d.tract.de iure vniuerſ.par.5. cap.1. nu.

nu. 16. hinc populi appellatione vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patricijs, & senatoribus §. plebiscitum, instit. de iure nat. gent. & ciuil. hinc nobiles sunt de corpore ciuitatis sicut alij, Franch. decis. 253. nu. 9. & ciuitas, quæ vacat pauperibus non dicitur perfecta ciuitas, Montan. in pragmat. 5. §. 13. nu. 22. de admin. vniuers. Iustitiæ decet, & onera, & honores communia esse, & tanto fortius hoc militare debet in ciuitatibus famosis, magnis, & præclaris, vt est Neapol. vbi degunt populares diuites, literati in omni scientia præclari, & honesti, virtutibusquè omnibus præditi ex præterito in præsenti, & Deo dante in futurum, quinimò ex his nobilibus comparantur; id enim, quod pro nobilibus præsumitur locum vendicat in honestis viris, Glos. in cap. illud 40. dist. quo fit, vt ciuis supremæ ciuitatis præferatur ciui primario mediocris ciuitatis ex mente aliorum Doctorum, tradit Fusc. in singul. 68. ciuis, vbi infert ad Neapolitanos, qui de hoc dicto se gloriant, quod dixit procedere in ista Ciuitate Neapol. nec possunt de hoc nobiles conqueri, cum etiam Populares Neapol. titulis Comitatus, Baronalis, & alijs decorati, similiter in omnibus Regijs Tribunalibus vti officiales benemeriti præfuerunt, & præsunt, sed ad decisionis ornamentum censeo id, quod dictum est, quod omnis Christi actio est nostra instructio, & à boue maiore discit arare minor, non ne Christus noster Redemptor in electione regiminis Ecclesiæ, alios nobiles, & alios ignobiles elexit, quamuis scientiæ, & honestæ vitæ sufficientes, vt dixit Abb. in cap. venerabilis nu. 7. de præbēd. ad cuius similitudinem vniuersalis, & particularis Respublica gubernari debet, & sic communiter vsu receptum est, non tantum Neapol. sed per totum Regnum regimina vniuersitatum, & nobilibus, & ignobilibus committi, quod bonum esse, & laudabile arbitror, nec obstat nostri Auctoris conclusio de popularibus loquentis, cum Doctores ab eo citati, loquantur de plebeis non de honestioribus personis, scilicet mediocribus, qui pro tēpore etiam Tribunatus officium populi in ciuitate gesserūt, & inde ad maiora officia ascendi præmerue-runt; de dicto Anacarsij hic ab Auctore memorato, & Platonis sententia, loquitur Montan. in pragm. 4. nu. 14. & 15. de administrat. vniuersit.

Num. 14. nota, quod actus an fiant ab vniuersitate, seù ab hominibus, vt vniuersis, an verò à pluribus, vt à singulis maxima est differentia, Losæus in tract. de iure vniuers. par. 1. cap. 1. nu. 11. & propterea maior pars vniuersitatis præfertur in iis, quæ sunt communia pluribus, vt vniuersis, & quādo statuit, quod est vtile, & necessarium, Capyc. decis. 148. num. 6.

De election. Official. Tit. III.

VM. i. Officiales debent esse annales, refert Franch. decis. 409. nu. 2. Anna allegat. 15. Molfes. in Consuet. Neapol. par. 1. cap. 5. nu. 15. Carauit. in rit. 295. nu. 6. & ibi addita per me, Capiblan. in pragm. 5. nu. 2. de Baron. Anna singul. 360. Capyc. decis. 121. nu. 5. & quod olim ingrediebantur officia Kalend. Ianuar. & stabāt in officio per annum, refert idem Franch. decis. 211. num. 12. hodie verò quocūque tempore ingrediuntur, & sic obseruatur, ad quod vide Capibl. in pragm. 5. nu. 10. de Baron. vbi etiam loquitur de Officialibus Vniuersitatum, quando ingrediantur de mense Septembris, similiter & Regij Officiales olim creabantur, Afflic. in constit. clerici num. 3.

Num. 2. adde Capiblan. in pragm. 5. nu. 7. de Baron. Mastrill. de magistr. lib. 1. cap. 23. nu. 50.

Num. 3. vide in meo Compēd. decis. Regni verbo magistri Actorum, verb. delicta, & verb. remissio, de quo etiam per eundem Capibl. in d. pragm. 5. nu. 39.

Num. 4. adde Carau. in rit. 2. nu. 25. & ob id officium perpetuum iudicatur ex forma inuestituræ, item si datum esset ad arbitrium, vel beneplacitum dicitur perpetuum, quousque non reuocatur, Maur. Sen. in allegat. 19. nu. 1. conferunt hic collecta per Ricc. collect. decis. 201. & vide Afflict. in cap. item illud de feudo guardiæ nu. 17. Capyc. decis. 116. nu. 6. Amanell. singul. 119.

Num. 5. similiter nec ab officio erit remouēdus Officialis durante officio, ob querelas Principi porrectas, Afflict. in constit. statuimus nu. 45. Item nec deponi debet Officialis perpetuus, nisi depositionem culpa inducat, vt quia deliquit in officio, Capyc. decis. 121. nu. 20. quod etiam ad Barones extenditur, vt nequeant eorum Officiales expellere sine causa, Capibl. in pragm. 5. sub num. 40. de Baron. & nō solum Princeps, & Barones Officiales sine causa expellere non possunt, sed etiam mercatores, vt per Annam in singul. 54. Barones & ibi addita per me.

Num. 6. vide Parid. de syndic. verb. & primo videndum est, sub nu. 5. vers. hodie autem.

Num. 7. Campag. in cap. grauamina nu. 76.

Num. 8. vide Consil. Rouit. in pragm. 2. nu. 1. de

Officiał. & quæ ijs prohib. & noſtrum Auctorem in deciſ. 16. nu. 26. & deciſ. 37. nu. 13. & 14. Boſſ. vbi ſupra nu. 3.

Num. 9. idem Paris loco citato nu. 2. & 3. Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 1. cap. 6. nu. 6.

Num. 10. Paris vbi ſupra ſub num. 6. in fin. Principi non decet officia vendere, Affict. in conſtit. volumus ſub nu 5.

Num. 11. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 20 num. 12. citat Auctorem hic, & Campag. in cap. item recipiant nu. 15. & cap. item, quod prædicti nu. 2. Molfeſ. in conſuet. Neapol par. 1. cap. 6. nu. 8. extat de hoc pragm. 1. de Official. & quæ ijs prohib. vbi Conſil. Rouit. ſimiliter in Baronibus officia vendentibus locum habet ex particulari pragm. 5. eod. tit. & pragm. 4 de Baron. vbi Capiblan. nu. 10. & melius nu. 40. Campag in cap. grauamina nu. 76. & præter eos Affict. in conſtit. Iudices, vbiq. ſub nu. 3. vide Boſſ. in tit. de ambit. in princ. dicentem officia, & dignitates conferri debere ob virtutes, & merita, non autem cauſa pecuniarum, & memini id feciſſe Comitem Lemenſium Iuniorem huius Regni Proregẽ officia benemerentibus contuliſſe, ſicut Dux ille Franciſcus Sfortia faciebat, vt memor eſt, Boſſ. vbi ſupra numer. 1.

Num. 12. Capibl. loco citato, quid de Officiali emente officia contra formam pragmat. an perdat pretium, vide Rouit. in pragmat. 11. nu. 4. de empt. & vend. vltra Boſſ vbi ſupra nu. 8. aſſerentem triplici pœna affici. & Menoch. de arbit. iudic. caſ. 401. nu. 12.

Num. 13. idem Boſſ. loco citato nu. 1. & Menoch. de arbit. iudic. caſ. 401. nu. 15. allegat præceptum Theodoſij de eligendo magiſtratu, aſſerentis ob oculos habere deberent, qui viros non ambitione, vel pretio, ſed probatæ vitæ, & diſciplinarum teſtimonio ad honoris inſignia debere promoueri, reliqua refert Campag. in cap. item, quod prædicti nu. 8. & 11.

Num. 14. ad hoc facit illud Alexandri præceptũ de non vendendis magiſtratibus, relatum per Menoch. loco citato nu. 16. quod nimirum redundat in oppreſſione ſubditorum, Campag. in cap grauamina num. 76. Molfeſ. vbi ſupra nu. 9. citat hic Auctorem.

§. I.

NVm. 1. vide Maſtrill. in tract. de magiſtr. lib. 2. cap. 2. nu. 94. verùm quò ad Officialem vendere compulſum, loquitur idem Regens deciſ. 16. & conſ. 36. nu. 50. vol. 1. de Baronibus malè tractantibus vaſallos, extat deciſ. Grammat. 104. Andr. Gail lib. 1. obſeruat. 17. nu. 4. Capibl. in pragm. 3. num. 51. de Baron. dixi in meo Compend. verb. Baro, & quid hoc Iudex ex officio agere poſſit, idem Auctor meminit in d. deciſ. 16. nu 35. Campag. in cap grauamina nu. 33. Curt. in diuerſ. feud. §. licet autem num. 45. & in alio §. licet autem 2 nu. 8. Molfeſ. in Conſuetud. part. 1. cap. 6. nu 13.

Num. 2. vide Par. de ſyndicat. verb crudelitas Officialis num. 1. & iuriſdictio poteſt auferri propter nimiam crudelitatem, Auctor d. deciſ. 16 nu. 34. & nu. 33. loquitur de Officiali crudeli, idem in Barone concludit Campag. d. cap. grauamina nu. 33. Carrab. ſing. 140.

Num. 4. idem Auctor in d. deciſ. 16. & conſ. 36. nu. 50. volum. 1. de quo in eodem meo Compend. deciſ. verb. Officialis, Carrab. d. ſingular. 140.

Num. 5. vide Campag. d. cap grauamina nu. 16.

Num 7 nota, quod officium licet pecunia emptum ſit, adhuc tamen dicitur ex gratia, Maur. Iun. in allegat. 72. nu. 5. & ſucceſſiue officium, quod Princeps confert accepta pecunia dicitur perpetuum, nec poteſt reuocari niſi ex culpa, Maur. Sen. in allegat. 19. num. 2 quo verò ad feudum emptum ſi dicatur verè feudum, latè Curt. in d. diuerſ. feud. §. tenor ergo nu. 42. & 43. & §. reliquum eſt nu 4. an verò allodium, idem in §. licet autem multi nu. 3.

Num. 8. adde Vrſill. deciſ. 265. nu. 15. & 16. vltra alios citatos ſupra eodem nu. 1. vide Regẽt. Valenz. in conſ. 41. vbi num. 28. dicit iudicatum fuiſſe per Sac. Conſ. contra Dominum ob iniurias vaſallo illatas, vt priuetur pro pietate, imò aliquos in Inſulam relegatos. vt dixi in eodem Compend. verb Baro, at ſi cõtingerit adulterium committi in vaſallam priuabitur iuriſdictione reſpectu illius, & ſic iudicatum dixi ex mente Io. Thom. de Marin. in d. Compend. verb. Baro.

Num. 9. adde Annam ſingul. 458. Rex, vbi additio eius filij, quod ſecus eſt in Baronibus, Foller. in pragm. final. de compoſit. num. 97. Fuſcus ſingul. 14. Baro, & Præſ. de Franch deciſ. 370. de quo in meo Compend. in verbo Barones, vbi plures alios citaui, niſi in ſpecie id conceſſum eſſet à Rege in inueſtitura, Capyc. in inueſtit. feud. rubr. feud. clauſ. verſ. facultate commutandi, &c. etiam poſt ſententiam, &c.

Num 10. quod abolitio generalis dumtaxat ad Principem ſpectet, multos allegat Conſil. Rouit. in rubr. de abolit. nu. 10. & ſucceſſiue ad Proreges, qui ſolent cum aſſiſtentia Collateralis Conſilij, aliquando in diebus Paſcalibus, aut Natiuitatis Domini noſtri generaliter viſitando carceratos abolitiones facere

ceræ, Molfes.in prohem.conſuetud.q.7. nu.8. quamuis reſpectu viſitæ carceratorum faciendæ per Officiales ſtatuta ſit pragmatica vnica de viſit.faciend.quæ concordat cum pragm.39. §.3. de offic.magn. Iuſtic. quæ ſiquidem deſumptæ ſunt ex iuris communis diſpoſitione, vt ponderat idem Conſil. Rouit.in §.8.§.3.de offic.magn.Iuſtic. per quas mandatur ſingulis diebus Saturnis fieri per Iudices Mag.Cur.Vic.cum interuentu vnius ex Regentibus Regiam Cancellariam, hoc eſt menſatim ab vno ipſorum celebrari, & de hac viſitatione memor eſt Muſcatell.in praxi Sac.Conſ.lib.2.par.3.gloſ.detinebitur n.77. ſimiliter ex iuris diſpoſitione mãdatur cuilibet Iudici in diebus feſtiuis videre carceratos, & exquirere,an eis aliquid deſit, & prouidere, vt eis alimẽta non deſint,& Iudices negligentes puniuntur, Paris de ſyndic. verb.Iudex,qui ibi condemnatio ſub num.3. qui in verb.an carcererius, loquitur de pane carceratis dando ex iuris diſpoſitione,ſicuti etiam patet confirmatum ex pragm. 3. de carcerat. & pragm.3. de offic. Iuſtic. vt vnicuique carcerato dẽtur per Regiam Curiam duæ libræ panis quotidie,ſiuè panis creſcat, ſiuè decreſcat, ſicuti per aliam pragm.6. de carcer.ſtatutum eſt, & hoc quo ad carceratos criminales, vt ſubdit ibi Paris, cæterum pro debitis ciuilibus non habentibus in ære tenentur creditores eos alere, Scagl.in pragmat.3.de ceſſ.bonor.nu.24. & ſic deciſum, Affli&.deciſ.71.ibi Vrſill. quem ſequitur idẽ Scagl in rit.163.nu.34. vbi refert alimenta ipſis debitoribus ciuilibus eſſe ad rationem denariorum 20.pro quolibet die, ſed ſi eſſet nobilis ſtabitur arbitrio Mag.Cur.Vic.ſicut in Doctore paupere,aliàs liquidauit alimẽta ad rationem carolenorum duorum ſingulis diebus,& in hoc verſatur arbitrium Iudicãtis,attẽta qualitate carcerati nobilis,ſimiliter Barones tenẽtur alere carceratos pauperes,Capibl.in pragm.19.nu.26. de Baron.

Num.11. vide Fab.Ann. in addit.ad d.ſing.458. eius patris,vt in d.meo Compend. verb.Barones,vbi nonnullos allegaui.

Num.12.Molfeſ.vbi ſupra nu.18.

Num.13. Barones dicuntur habere feudum in dominium,Officiales verò in adminiſtrationem,Capibl.in pragm.6. nu.75. de Baron. & quod iuriſdictio, aut in feudum, vel in officium cõcedatur,vide Annam alleg.44.nu.6. Capibl.in pragm.8.par.1.de Baron. num.93. poſuit differentiam de hoc, & num.19. quod iuriſdictio tripliciter conferri poteſt, Curte in diuerſ.feud. §.poteſt quoque nu.8.

Num.14.& ſic remiſſio rancoris, & odij differt à remiſſione vindictæ ſanguinis, quæ tendit ad ſatisfactionem iniuriæ, Rouit. in pragm. 8.de compoſic.nu 12. & 14.

Num. 15. an valeat gratia à Principe facta ſine partis remiſſione, vide Nunt.Tartagl.in pragmat.fin.cap.1.de compoſit.nu.7.Carauit.in ritu 173.nu.2.& ibi addita per me.

Num.16. Tartagl. vbi ſupra.

Num.17.Tartagl.& Carauit. in locis citatis,& quid fuerit deciſum circa compoſitiones factas à Proregibus ſine partium remiſſionibus,retuli in meo Compend.verb.remiſſio.

Num.19.vide Capibl.in pragm.8.par.1.de Baron.nu.232.dixi in meo Compend.deciſ.Regni verb.remiſſio cauſæ, Reg. de Curte vbi ſupra nu.12.

Num.20.idem Capibl.d pragm.8.par.1.nu.92.

Num.21. Anna Iunior in addit. ad ſingul. 631. eius patris,& proinde prohibere poſſunt vaſallis eorum ne adeant Regia Tribunalia, vt per Annam ſingul.62.Capibl.in pragm.3. de Baron.nu.127.vt dixi in d.Compend.verb. Baro, Reg.de Curte vbi ſupra nu 8.

Num.22.vide Annam in ſingul.120. contumax, & ibi addita per me,Capibl.in pragm.8.par. 1.de Baron. nu.227.

Num.23. conferunt addita ſupra eodem nu.13.

Num. 24 licet iuriſdictio conceſſa Baroni non poſſit de iure ab ipſo auocari,ex cauſa tamẽ ſecus eſt, vt pluries ſeruari vidiſſe refert Curte, vbi ſupra nu. 11. & in multis caſibus enarratis per d. Capibl.in d.pragm.8.par.1. nu.232. cum ſeq. auocatio fit non obſtante petita remiſſione,potiſſimum,quando publica immineret vtilitas,vt ibi exemplificando demonſtrat.

Num. 25. de cuſtodia ciuitatis tempore belli extat deciſ.Capyc.27.per totã, & quod poſſit Dominus feudi, etiam inuito vaſallo ponere cuſtodes in caſtro feudali,refert Affli&. in cap.1.§.quid ergo nu.24. de inueſt.de re alien.fac. Boer.deciſ.212. num.11. Capyc. vbi ſupra nu.6. Andr.Gail in tract. de Arreſtis Imper.cap.10. ſub nu.6.Guid.Pap. ſingul. 266. Imò pro defenſione ſui ſtatus Princeps tempore belli ponere poteſt cuſtodes ſuper campanile Eccleſiæ,ſi illud habeat fortilitiũ, Mart.Laud.in tract.de caſtell.& caſt.q.30.& in tract.de bello q.36.Affli&.vbi ſupra num. 25.& hoc eius impenſis,Girard.in ſingul.37. nu.3.& quod Dominus directus tẽpore guerræ poteſt cuſtodire caſtrum ſui vaſalli,Anna alleg.94.nu.9.& alleg.130. nu.14.

Num.26.adde Martin. Laud. in d.tract. de caſtell.& caſtr.q.6. Princeps multo fortius in ſolo priuati poterit fortilitium conſtruere, & ponere gentes tempore guerræ,& in pace locus ille erit Dominus ſine ſolutione pretij illius fabricæ,vt voluit Affli&.vbi ſupra, ſub

nu.

nu. 25. ſicuti etiam Dominus caſtri non tenetur reddere Principi expenſas factas pro fortificatione caſtri, quod cęperat ad manus ſuas tempore guerræ, Bald. in l. ſi aliquam ff. de offic. Proconſ & leg. Quid ſi Princeps finita guerra vellet expenſas factas ab eo ex fortificatione facta in re particulari, Cępoll. de ſeruit. vrb. præd. tit. de ſolo, vel area cap. 39. in fine.

Num. 27. adde Io. Grand. de bello exul. in ſpec. 35. nu. 2. vbi allegat ad hoc Capyc. deciſ. 27. nu. 7. ſic pariter domus, quæ ſint propè murum ciuitatis, vel caſtri debet dirui, quia ex ea poſſet dari aditus inimicis l. ædificia, quæ vulgo ff. de oper. publ. Bart. in l. fin. ff. eodem, quem citat Bertach. in verb. domus, vbi dicit non eſſe in vſu; pariformiter ſubur bia ciuitatis tępore belli dirui poſſunt, Andr. Gail pract. quæſt. lib. 2. obſeru. 56. nu. 18. pari modo, & vineę, ſeù ſegetes comburi ſolent, Io. Andr. & cæteri in cap. commiſſum de decimis, vbi quærunt, ſi in conſcientia deſtruentes illas teneantur ad decimas, Bertach. in verb bellũ ſi iuſtum, Martin. Laud. in d. tract. de bello q. 46. ad quod ſingulariter Petr. Iacob. in ſua praxi tit. de refect. mur. ſub nu. 6. verſ. item eadem ratione imminente neceſſitate propter guerram poterit de proximis nemoribus ſcindere arbores, & de domibus capere ligna, & locum palis munire, & palinas facere, vide etiam Carrab. ſingul. 175.

Num. 28 vide copioſius Campag. in cap. Caſtellanos num. 48. & ſeq. vbi plures quæſtiones iſtam materiam complectentes adduxit.

Num. 29. etiam ſi eſſet campanile Eccleſiæ, vt dixi ſupra eodem nu. 25. Capyc. d. deciſ. 27. ſub num. 6.

Num. 30. adde Campag. loco citato nu. 50. cum addit.

Num. 31. quemadmodum caſtrum ædificatum in fundo feudali per vaſallum eſt vaſalli durante feudo, Bald. in cap. 1. §. ſi quis demanſo col. 1. verſ. ſecundo oppono de controu. inueſt. eo quod caſtellum factum in ſolo alieno cedit Domino ſoli, Specul. in tit. de relig. domib. verſ. quid ſi petatur, Innoc. in cap. piſanis in gloſ. 1. verſ. non poterat, de reſt. ſpol. Paul. Caſtr. in l. 2. C. de ſeruit. Cępoll. de ſeru. vrb præd. cap. 139. infertur ex hoc ad quæſtionem illam, an caſtro diruto ob guerram, ſi aliud in alio loco per Dominum ædificetur habebitur in omnibus pro primo, vide Iacob de S. Georg. in tract. feud. tit. de roijdis num. 50.

Num. 32. adde Montan. in pragm. 2. de admin. vniuerſ. nu 97. Campag. in cap. grauamina nu. 73. & Capibl in pragm. 19. nu. 18. de Baron. vbi cenſet id ſpectare ad Barones, verſ & pro inſigni, &c. quod reſeruata Regi non cenſentur conceſſa, vide optimam deciſ. de Franch. 275. nu. 5. vbi addentes, Capiblanc. in pragm. 8. par. 1. de Baron. nu. 104.

Num. 34. vide in meo Compend. deciſ. Regni verb. vniuerſitates, Maſtrill. de magiſtr. par. 2. lib. 4. cap. 16. nu. 38.

Num. 35. de hoc plenius per Petr. Iacob. in d. ſua praxi tit. de refect. mur. alios citat Montan. in d. pragm. 2. nu. 95. Fab. de Anna latè conſ. 72. Capiblanc. vbi ſupra nu. 18. dixi in meo Compend. verb. mœnia.

Num. 36. Petr. Iacob. vbi ſupra nu. 2. Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 5. conſid. 24. in 190. priuil.

Num. 37. memini in eodem Compend. eodem verb. mœnia.

Num. 38. alias in confectione murorum huius ciuitatis Neapol. ex ſpeciali gratia ſuæ maieſtatis mandatum fuit, vt datium per totum Regnum imponeretur, vt patet in duabus literis Regis Catholici inter Capit. Neapol. fol. 55. à terg. & hoc iure optimo cum ſit caput Regni, vt in pragmat. 1. de immunit. Neapol.

Num. 39. adde Petr. Iacob. vbi ſupra nu. 7. alias per ſuam Maieſtatem Cæſareã fuerunt dati duc. 20000. pro fortificatione murorum Ciuitatis Neapol. vt legitur in cap. 6. expedito in anno 1533. fol. 124. à terg.

Num. 40. adde Mõtan. vbi ſupra nu. 96. Vezzin. inter commun. opin. tit. de ſacroſ. eccl. num. 10. vbi loquitur de Eccleſia, ſi teneatur ad contributionem, & Viu. in opin. 102. Eman. Xuar. inter comm. opin. tit. de epiſc. & cler. nu. 54. loquuntur de clericis, ſi teneantur ad reparationem murorum, de quo infra tit. 4. in princ. nu. 62.

Num. 41. ad hoc vide Montan. vbi ſupra nu 95.

Num. 42. an Baro poſſit augere pœnam, vide Conſil. Rouit. in pragm. 1. nu. 11. de Baronib. cum alijs ab eo relatis, quod limitatur ratione publicæ vtilitatis, vt Auctor cenſet, ad quod vide Capibl. in pragm. 14. de Baronib. ſub nu. 40.

Num. 43. hic nota, quod Iudices non habentes imperium merum nequeũt mulctare principaliter, ſed ad defenſionẽ ſuæ iuriſdictionis, & ſic minores Iudices minorem imponunt mulctã, maiores verò maiorem, vt exemplis demonſtrat Aſſi. in cap. 1. §. mulctarum nu. 7. quæ ſint regalia, & ſucceſſiuè ad Barones quoque ſpectare bannorum emanationes, cum habeant merum, & mixtum imperium, latè Capibl. in pragm. 14. ſub nu. 35. de Baron. vbi iſtam materiam pœnarum bãnorum ſatis exornat in ſeq. ẽribus numeris, & quomodo practicetur, an autem Baro poſſit in banno

banno maiorem pœnam imponere, quam augustalis, vide eundem Auctorem in conſ. 53. nu. 1. 3. & 7. vol. 2. licet pro contumacia vaſalli non poſſit ipſum punire niſi vſque ad Auguſtalem tantum, Affli&. in capit. 1. §. ſi quis aliquem nu. 13. de pac. ten.

Num. 44. idem Capibl. vbi ſupra nu. 37. cum ſequent.

Num. 45. Capibl. in pragm. 16. nu. 54. de Baron. vide in meo Compend. verb. pœna ſpreti.

Num. 46. vſurpantes iuriſdictionem qualiter teneantur, vide Campag. in cap. cõtra effrænatas num. 3. 27. 71. & 72. & in cap. electionem num. 18. & qualiter puniantur, idem in in cap. quia de Vicarijs nu. 6.

Num. 47. idem ſi eſſet vnum grauamen ex pluribus propoſitis verificatum, & ſic deciſum retuli in meo Compend. verb. appellatio, Iudex enim appellationis efficitur Iudex totius cauſæ, Carauit. in rit. 297. num. 17. Iudex enim, qui grauat non erit amplius Iudex, & proinde ſuperior cauſam tollit à Iudice grauante, Franch. deciſ. 88. ſub num. 7. vbi cenſet id non procedere in Sacr. Conſil. in decretis grauaminum Mag. Cur. nam ſolet eidem Mag. Cur. remittere prouidendo circa grauamina per rationem ab eo traditam, & per aliam relatam à Conſil. Rouit. in pragm. 18. nu. 4. de offic. Sac. Conſ.

Num. 48. hic adde Capibl. in d. pragm. 8. par. 1. nu. 89. & 90. de Baron. vbi alios Doctor. allegat, ſecus ſi ſecundas haberet cauſas, vt ibidem num. 89. refert, ſed hodie etiam ſi illas non haberet ad eos appellatur, Conſil. Rouit. in pragm. 1. de offic. Baiuli nu. 26.

Num. 48. adde eundem Capibl. loco citato nu. 88. vltra Affli&. in conſtit. officiorum nu. 11. in terris verò demanialibus licet ordinariè ad Officialem Regium appelletur à ſententijs Baiulorum olim ad Iuſtitiarium, vel Camerarium, Affli&. in d. conſtit. officiorum nu. 1. in aliquibus partibus appellatur ad Regias Audientias, vt eſt Ariani, vt fundatur per Affli&. in conſtit. Iuſtitiarij num. 11. aliquando ad Mag. Cur. Vic. vt & Auerſę, Neapoli verò à ſententijs eorum appellatur ad magiſtros Rationales Regiæ Sicl æ, & ab eis ad R. C. S. Cãpag. in cap. ad quietem ſub nu. 13. in fin. quid in ſententijs Catapanorum, & Syndicatorum, idem Capibl. in pragm. 5. nu. 97. eod. tit. & in d. pragm. 8. nu. 98.

Num. 49. adde Capibl. & Conſil. Rouit. in citatis locis numeri præcedentis.

Num. 50. ſic etiam appellatio emittitur à ſuffraganeis Epiſcopis ad Archiepiſcopum, Alber. Oliua in ritu Cur. Archiep. 36. nu. 2.

Num. 51. adde Carauit. in ritu 258. nu. 5. & ibi addita per me, de quo etiam habetur in meo Compend. verbo fiſcus, idem Franch. deciſ. 722. nu. 19.

Num. 52. eſt pragm. 8. de appellat. dixi in eodem Compend. deciſ. verb. appellatio.

Num. 53. adde Conſil. Rouit. in pragm. 8. de appell. nu 1. vbi citat Auctorem noſtrum.

Num. 54. Barones antiquitus viſitabantur per Regem, qui inquirebat, quomodo vaſalli tractabantur, Capibl. in pragm. 3. de Baron. nu. 41. & vide Maſtrill. in tract. de magiſtr. lib. 4. cap. 16. num. 47. citantem Auctorem hic, ad quod cenſet Piſanell. in pragm. 1. de ſalar. vaſall. num. 1. quod in die S. Catharinæ in anno 1525. fuerũt deputati Iudices per Cęſaream Maieſtatem circa grauamina vaſallorum.

Num. 55. an Rex poſſit conſtituere Regias Audientias in Terris Baronum, vide eundem Capibl. in d. pragm. 3. nu. 145. de Baron. quod ſecus eſt in præſidibus procedentibus ad modum belli, quoniam ipſi poſſunt perambulare, ſtare, & commorare per Terras Comitũ, Baronum, & aliorum Magnatum ad iuſtitiã miniſtrandam, Io. Grand. de bello exulum in prædic. vbi q. 1. ſub nu. 3. Imò etſi eis conceſſum ſit commorari in Terris Baronũ ad adminiſtrandam iuſtitiam, & ibi officia eorum exercere, non tamen ſe intromittere in cauſis ſpectantibus ad Barones, Campag. in cap. item quia num. 2.

Num. 56. hic nota, quod dixit Affli&. in conſtit. capitaneorum ſub nu. 7. quod antiquitus ſolemne curiæ bis in anno per ſingulas Prouincias Regni indicebãtur per diuerſas partes Regni pro iuſtitię adminiſtratione, nempè in Sicilia apud Placiam, in Calabria Terræ Giordanis, & Vallis Cratis apud Coſentiam, in Apulea Capitinata, Baſilicata apud Grauinam, in Principatu Terræ Laboris à Comitatu Moliſij vſque ad Soræ apud Salernum, in iuſtitiatu Aprutij apud Sulmonam, ad præſens verò diſtinctè ſunt huiuſmodi, nempè in Principatu citra, & Baſilicata Regia Audientia reſidet in Salerno, in Calabria citra in ciuitate Coſentię, in Calabria vltra in ciuitate Catanzarij, in Principatu vltra in Terra Montis Fuſculi, in Capitinata, & Comitatu Moliſij in ciuitate Luceriæ, in Terra Bari in ciuitate Thrani, in Terra Hydruntina in ciuitate Licij, in Aprutio in ciuitate Theatina, adeò quod antiquitus eorum arbitrio conceſſum erat, vt in pinguioribus, & melioribus ciuitatibus, ſeù locis Prouinciarum nidum eorum ſtationum firmare poterant, vt in cap. hac ędi&ali, quid autem in Terris Baronum non ſibi ſubiectis, vide Campag. in cap. vt exercitium nu. 12. & quid in Prouincia Terræ Laboris ſtatutũ ſit, quia Neapol. eſt caput Regni, & Prouincię

ciæ Terræ Laboris, vt dixit Frãch. deciſ. 360. nu. 4. ideò Regens Mag. Cur. Neap. moram trahit ordinariè, ſed an teneatur diſcurrere Prouinciam, vel commorari Neapol. vide Campag. in cap. inſuper nu. 6.

Num 57. ex diſpoſitione d. capitul. non poterant moram trahere magis duorum, aut triũ dierũ, quod eſt conforme diſpoſitioni d. cap. Regni hac ædictali in fin. ibi vltra tres dies, aut quatuor ad plus, quod hodie ceſſat ex ſtabilita eorum habitatione, ſed benè diſcurrere per Prouincias, ſi neceſſitas haberetur.

Num. 58. hic nota, quod Barones tenentur conſtituere Auditores pro ſecundis cauſis, & ſic iudicatum, Campag. in cap. grauamina nu. 102. & ſucceſſiuè parum extra locum iuriſdictionis, & ita deciſum, Anna in ſingul. 560. cum alijs à me allegatis in Compend. verb. Auditores, qui debent eſſe biennales, prout ita deciſum refert Capibl. in pragm. 5. num. 82. de Baron. vt in d. Compend. verb. Auditores, & iterum in verb. Baro.

Num 59. antiquitus Barones viſitabantur, vt dixi ſupra nu. 54. hodie verò contra eos deſtinantur Cõmiſſarij per Proregem, eo quod vaſalli grauati ad Principem accedere debent, Campag. in cap. grauamina nu. 7. & officium Iudicis pariter implorare, vt releuẽtur Paris de ſyndic. verb. excedunt autem Barones nu. 2. & ibi Campag. nu. 26. Maſtrill. vbi ſupra nu. 263. Carraba ſingul. 140.

Num. 60. adde Campag. d. cap. grauamina, ſub num. 33.

Num. 61. meminit etiam Campag. vbi ſupra, Paris de ſyndic. rubr. de exceſſ. imper. verb. poſt Imperatorum nu. 59.

Num. 62. adde Maſtrill. de magiſtr. lib. 6. cap. 4. nu. 12. & lib. 4. cap. 16. nu. 265. [& videbatur eſſe totum oppoſitum, cùm etiam Barones dicantur Regij Officiales, Franch. in deciſ. 211. num. 7. & Barones in eorum Terris ſunt Iuſticiarij, idemq. poſſunt, quod Imperator in ſuo Regno, Carauit. in ritu 49 num. 9. verùm quia ipſi nequeunt exercere iuſtitiam, ſed tenentur eam demandare, Capiblanc. in pragm. 3. de Baron. num. 106. & Viſitatores potiſſimum conſtituti ſunt, & conſtituuntur contra Officiales iuſtitiam miniſtrantes, vt legitur in Regia decretatione capitulorum, alias expeditorum de anno 1532. Cæſar. maieſt. inter capit. Neapol. fol. 92. à terg. in cap. 36. ibi placet Reg. maieſt. vt huiuſmodi officia nonniſi ad Regium beneplacitum, deinceps concedantur, quodq. tàm Regentes regiam cancellariam, quã Conſiliarij, Officiales, & Miniſtri aliorum omnium Tribunalium, ſingulo quoque triennio viſitentur, &c. & ſic benè proceſſit hæc Regia declaratio, vt Barones non comprehendantur, eo quia non ſunt Officiales Tribunalium, nec iuſtitiam miniſtrant. Barones enim non ſunt eorum Locumtenentes, ſed opera Comitum, & Baronum exercentes, Affict. in cap. 1. §. ſimiliter nu. 115. de capit. qui cur. vend.

§. II.

NVm. 1. ad hoc videas Præſ. de Franch. deciſ. 197. nu. 1. 3. & 20. vbi cenſet, quomodo id intelligatur, Capibl. in pragm. 11. de Baron. nu. 75. & pragm. 12. nu. 25. vbi nu. 30. explicat illud, quomodo intelligatur, quod Baro ſit primus ciuis.

Num. 2. vide Capibl. in pragm. 12. de Baron. Lanar. conſ. 98. nu. 9. dixi in meo Compend. verbo vaſalli.

Num. 3. Capibl. vbi ſupra nu. 23.

Num. 4. vide Franch d. deciſ. 197. nu. 1. ad quod nota, quod licet Baro habeat, vti primus ciuis, vſum in bonis demanialibus vniuerſitatis, non tamen, vt abſorbeat commoditatem aliorum ciuium, & licet ſecundum vnam opinionem tantum quantitates percipiat, quantum duo ex ditioribus, contraria eſt tamen ſententia, vt ſit arbitrio Iudicis conſiderantis quantitates paſcui, & qualitatem, & ſic inter ciues repartiri, prout ita iudicauit Sac. Conſ. Anna ſingul. 80. Capibl. vbi ſupra nu. 21.

Num. 5. adde quod deciſum fuit per Sac. Conſ. in cauſa Marchionis del Ziro poſt ſecatas ſegetes poſſe Baronẽ depaſci facere animalia, & ſucceſſiuè fidare exteros, ſi poteſtatem id faciendi haberet, Capibl. in pragm. 11. nu. 19. de Baron. dixi in Cõp. verb. Baro, an habeat, aliàs ſecus eſſet, & ſic deciſum lite pendente reſpectu fidę faciendæ, Amend. ad Frãch. deciſ. 86. nu. 13. & deciſ. 301. nu. 11. & in eodem Compend. in alio verb. Baro an poſſit, ad quod etiam vide Conſil. Rouit. in pragmat. 1. de offic. Baiuli nu. 13.

Num. 7. hic ſingulariter nota, quod non ſemper ciuis habebit vſum in bonis vniuerſitatis, adeò quod ſi vniuerſitas ſimpliciter emeret paſcua, & nemora, nõ adiecto, neque expreſſo, vt particulares perſonæ de illa vniuerſitate ius paſcendi, & nemora incidendi habeant; tunc enim illa paſcua, & nemora eſſent propria vniuerſitatis, nec ſingulares perſonæ eiuſdem ius paſcendi, & ligna incidendi haberent, vt ex mente Bart. refert Loſeus in tract. de iure vniuerſitatis par. 3. cap. 1. nu. 6. vbi n. 7. ſubnectit: cæterùm ſi paſcua, & nemora eſſent communia ſingularibus perſonis, ad eorumq. vſum deſtinata, tunc vnuſquiſque vti eis poſſit moderatè, vbi cõcludit,

cludit, quod singulares ipsæ personæ, nec vsum, nec vsumfructum habere dicuntur in eis, sed tantum quandam facultatem.

Num.8. adde Capiblanc.in pragm.11.num.18. de Baronib.

Nu.9. est iuris determinata conclusio, vt vsuarius non possit vsum alteri locare §. in eodem quoque, instit.de vsu, & habit. Alex.in l. more maiorum ff. de iurisd. omn. iudic. l. locare, & ibi Paul.Castr. ff.locati, latè Carocc.in tract.de locat.par.2.gradu 3.de vsu, & habit.nu.1.

Num.10. conductor enim ad longum tempus, dicitur Dominus, Anna in alleg.104. nu.13.

Num.11. ita in terminis tradit Capibl. in pragmat.12.nu.25.de Baron. & sicuti ciues nequeunt præiudicare vsui capiendo animalia ad socidam, ita & Barones, Capibl.vbi supra nu. 23. quamuis enim ex generali consuetudine vasalli pascua, terras incultas, & heremos feudales in emphyteosim dare possint, Iul.Clar. in §.feudum q.33. num.4. quoties enim præiudicium alicui afferret, qui ius haberet in eis facere non possent, & sic vniuersitas non potest pascua vendere, vel locare in præiudicium ciuium, idem Capibl. in pragm.11.cod.tit. nu.4. sic è contra.

Num.12.vide Pract.Papiens.in forma libel. pro leg.rei sing.glos.1. nu.57.

Num.13. & sic absens non perdit dominium, Bald.in l.1.num.1. C.de rei vendic.sed verius hic aduertendum est, quod vniuersitatum pascua, nemora, & alia bona, quando sunt communia singularibus personis, tunc nec vsum, nec vsumfructum dicuntur propriè habere ciues, sed quandam dumtaxat facultatem, Loseus in tract.de iure vniuers. par. 3.cap.1. nu.8. quæ quidem facultas dum in libera sit potestate, & in facto consistet nullo vnquam tempore præscribitur, Balb.in tract.de præscript.in 4.part.q.1.nu.3.& 4. nisi longissimo tempore, Bald.in l.eum qui in fin.C.si quis ommiss.caus.test.tanto fortius, quia vsus importat tantum victum, Anna allegat.48. num.46.quo fit, vt vsus pascendi, aut aquam accipere, vel ligna ex nemore vniuersitatis, nullo iure denegari potest, idē Anna vbi supranum.17.& idem si fuerit præsens, vel absens.

Num.14.vide supra nu.11.

Num.15.multos Doctores allegat Alphan.collect. 1462.

Num.17.adde Villalob.inter commun. opin.libr.3.tit.de vsufructu nu.40.& ibi Vezzin.nu. 27. ex cons.Bell.49.nu.11.

Num.19.quando esset sylua de longinquo, vide Bellon.in d.cons.49. nu.11.

Num. 21. Imò vsuarius licet fructus vendere non possit, tamen si locus esset remotus, vt vti non possit nisi vendat, vtique vendere illos posset, Florian.in l.arboribus in fin.princip. ff. de vsufruct. præterea si vsufructuarius non possit ire ad prædia, debet hæres redimere, & facere, quod possit vti, & frui suo vsufructu, Cauale.in tract.de vsufr.mul.rel. num.46.

Num.22.quemadmodum Baro in bonis demanialibus vniuersitatis habet vsum, Capiblan. d.pragm.11. num.18.sic vasalli vsum habent in demanialibus feudi, subdit ibidem nu.75. inde alienatione rerum demanialiū per eos facta subsequuta non potest inferri prejudicium alteri, hinc cōcessa Terra Baroni cum montibus, non per hoc ciues excluduntur ab vsu montium, Anna alleg.48.nu.28 eo quod habens aliquid iure seruitutis potest illud locare, secus si iure victus, & necessitatis, idem ibi nu.8. hinc Baro non debet fidare, ita vt impediatur vsus, Franch. decis. 301. num.9.sic & vniuersitas non potest pascua vendere, & locare in prejudicium ciuium, Capibl.in d.pragm.11.nu.4. an autem vsum quem habent Barones in bonis vniuersitatis possint alteri cedere, vel vendere, idem in pragm.8.nu.25.

§. III.

NVm.1.istam quæstionem examinat Capibl.in pragm.11.nu.66.de Baron.ex mente Luc.in l.fin. C.de locat.prædior.ciuil.lib. 10 Mormil.in constit.consuetudinem.

Num 2.innumeros Doctores ad hoc citat Viu. in sylua commun.opin.in opin.244. emphyteosi, vltra Afflict.in l.imperialem in 12.notab. nu.55.de prohib.feud.alien.per Feder.

Num.3. eum sequitur Batius ad Afflict.in constit.constitutionē lit.B, la 2.certum est enim esse Baronibus concessum excadentias locare, Anna in repet.rubr.de vasal.decrep.ætat. n.62.Franc.Amic.in c.1. de his, qui feud.dar. poss. §.ex istis n.56.similiter & terras etiam demaniales parum vtiles, vt subdit ibi n.64. easq. cōcedere alijs, Reg.de Curt.in diuers. feud.§.sed vnde digressi n.28. q̄ est in libera eius facultate, adeò quod si finita concessione vellet renouare concessionem excadentialium nullo iure prohibetur, sed ad hoc cogi nō debet: sicuti enim fisci procurator excadentialia locare potest ad postulationem petentium, vel citra postulationem, vt instit. si quando, vbi Afflict.nu.3. quod est in libera eius voluntate, si vtile esset Domino, quemadmodum Prelatus, quando bona solita concedi per Ecclesiam semel deuenerint ad Ecclesiam, nequit illa sine legitima

causa

cauſa, & ſolēnitatibus à iure requiſitis concedere, Maur. Sen. in alleg. 31. nu. 9. ſic & Baro, qui dicitur Regis Procurator ſicut Auctor teſtificatur ſupra eod. tit. 1. §. 4. num. 67. hinc eſt, quod ſi ſemel ea incorporaſſet Baro non poſſent amplius concedi, quia eſſent effecta de demanio feudi, Anna vbi ſupra nu. 63. accedente ipſius expreſſa declaratione velle tenere in demanium, vel per curſum 30. annorum non conceſſis, ita Affict. in capit. 1. in 3. not. nu. 71. de prohib. alien. feud. per Feder. ſicut in rebus Eccleſię ſolitis concedi, concludit idem Reg. de Curt. in d. diuerſ. feud. §. videndum eſt modo nu. 55. & 56. vbi nu. 58. dixit vnum verbum ad noſtrum propoſitum, quod etſi Baronibus conceſſa ſit facultas concedendi ſterilia feudi ad partem fructuum, ſi is, qui hæc accipit moriatur ſine hærede, & bona per ipſum tenta ſunt meliorata, & ſic deuoluta feudo, non poſſit illa feudatarius alteri concedere, quāquam ipſemet de hoc dubitet, quia res illa effecta fuit ſemel alienabilis, & propterea ſemper durat alienabilis, colligo eſſe in poteſtate Baronis, velle iterum eā concedere, notat etiam id Capyc. in inueſt. feud. rubr. infeudant etiam verſ. limita ſexto.

Num. 4. & Bart. ſequitur Pariſ. conſ. 22. vol. 1. nu. 36. & infra num. 34. Velaſc. in tract. de iure emphyt. cap. 38. nu. 17.

Num. 6. vide Iacob. de Franch. in tit. ſi de inueſtit. feud. controu. fuer. §. rurſus nu. 3. Capyc. in inueſtit. feud. rubr. feud. dant. verſ. infeudant etiam in 3 limit.

Num. 7. in alienatione feudi ſubinfeudati, requiritur etiam conſenſus prioris, & directi Domini, nec ſufficit conſenſus Domini poſterioris, qui ſubinfeudauit, Matth. Cherian. inter commun. opinion. in tract. feud. tit. de feud. alien. prohib. nu. 131. ex mente Iacob. in tract. de feud. §. & cum pacto, verſ. quæro de quæſtione quotidiana.

Num. 8. idem Auctor in repet. feud. lect. 16. nu. 14. & 15.

Num. 9. quomodo, & quo ordine, & actione agnatus renouationem petere debeat à Domino inueſtiente, proſequitur Iacob. in tract. feud verſ. qui quidem per totum, & Capyc. in inueſt. feud. rubr. feud. inueſt. ad quod aduertendum eſt, quod agnatus debet honorificè adire Dominum, & petere renouationem, Iacob. vbi ſupra nu. 75. quod ſi recuſauerit ad intereſſe teneretur, vt ibidem firmat nu. 54. Affict. in cap. inueſtitura de noua forma fidel. num. 1. vbi loquitur, quando Dominus promiſerit inueſtire, & noluerit inueſtire, eo enim caſu pariter ad intereſſe teneretur.

Num. 10. Iacobut. de Franch. in tit. de iis, qui feud. dar. poſſ. nu. 28. Reg. de Curte §. ſed vnde digreſſi nu. 28 cum alijs citatis ſupra nu. 3. & vltra eos vide eundem Auctorem in repet. feud. lect. 6. nu. 31. & 33. 39. & 43.

Num. 11. an autem poſſit Baro excadentialia ſub conſueto ſeruitio vendere, vel permutare, aut aliter alienare, vide Affict. in conſtit. conſtitutionem nu. 63. vbi in ſeq. num. plura dixit concernentia materiam excadentialium, ex quibus reſultat ea potius aſſimilari burgenſaticis, quàm feudalibus ob liberam diſponendi facultatem, quam Baro de illis habet.

Num. 12. Reg. de Curt. in d. diuerſor. §. ſemper autem nu. 2. & ante eum Capyc. deciſ. 1. nu. 8. inde Baro repreſentat feudum, quod neſcitur loqui Affict. deciſ. 324. nu. 16.

Num. 13. & Auctor noſter in repet. feud. de ſucceſſ. feud. lect. 7. alias 16. nu. 19. 20. & 22.

Num. 16. eſt certum, quod de iure communi feudatarius ſubinfeudare poſſit, vt quoque tradit Reg. de Curt. in d. diuerſor. §. datur etiam nu. 1. vbi proſequitur iſtam materiam quomodo, & quando procedat, & nu. 12. tangit hoc reſoluto iure infeudantis reſolui ius infeudati, qua nam alia ratione procedat in Eccleſia, & ad propoſitum Auctoris, vide Gozzad. conſ. 11. nu. 9.

Num. 17. idem Reg. de Curt. vbi ſupra nu. 15.

Num. 18. idem Regens Auctor noſter in repet. feud. lect. 9. nu. 32.

Num. 19. noſter Auctor in lect. 3. nu. 7 num. 39 lect. 4. nu. 14. & Regens de Curte loco citato num. 1. quod ſecus eſt de iure Regni, niſi in certis bonis feudalibus ſolitis ſubinfeudari, idem Auctor noſter lect. 1. nu. 55. & 81. Afflic. in cap. natura feudi, de nat. feud. nu. 47. Anna alleg. 124. nu. 4.

Num. 20. intantum eſt verùm, quod facta ſubinfeudatione non nocebit Domino directo, & propterea ſi moriatur primo inueſtitus, & feudatarius ſine hærede maſculo, vel quomodolibet aperiatur feudum Domino, etiā adhuc ſuperſtite ſecundo feudatario feudum prædictum, cum omni incremento ad directum primum concedentem Dominum reuertitur, ita Reg. de Curt. in d. diuerſ. §. datur etiam nu. 2.

Num. 22. adde Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. nu. 3. & 4.

Num. 23. hinc eſt, quod Dominus nequit auferre feudum ſubinfeudato, ſi ſibi fidelitatis iuramentum, & ſeruitia præſtentur, Reg. de Curt. d. §. datur etiam nu. 3.

Num. 24. Dominus enim non tenetur in vaſallum alium recipere quem ipſe nolit, idem Auctor noſter lect. 9. nu. 50.

Num.

Num. 26. sic concessio feudi simpliciter facta intelligitur, prout ius intelligit, Maur. Iun. in allegat. 6. nu. 5.

Num. 27. multas limitationes ad doctrinam Bart. posuit Gozzad. in cons. 39. col. pen. & final.

Num. 29. vltra adducta supra nu. 1. vide Paris. d. cons. 22. nu. 27. lib. 1. vbi allegat Bald. hic citatum, & quid in Ecclesia an possit pro se retinere feudum denolutum, nec alteri infeudare, vide Villalob. inter commun. opinion. in tractat. de feud. rubr. de natur. feud. nu. 17. & 19. Dec. cons. 131. in princ.

Num. 30. nota, quod feudum finita linea reddit ad fiscum ex lege concessionis, vna cum dominio, & possessione, Maur. Iun. in allegat. 1. num. 20. & successiuè ad Dominum ex lege contractus, Auctor in cons. 42. nu. 18. vol. 2. eritque arbitrio suo reseruatum feudum ad se reuersum alteri concedere, Paris. dicto cons. 22. nu. 29.

Num. 31. vide Roman. cons. 70. visis themate num. 3. cum addition. Paris. dicto cons. 22. num. 36.

Num. 32. confirmatur hæc nostri Auctoris opinio ex traditis per Paris. cons. 23. num. 244. & seq. volum. 1. nam etsi verùm sit, vt Dominus feudi denoluti, & ad se reuersi teneatur illud concedere agnato, alias iniuriam faceret illi, ex doctrina Bartol. allegata, hoc ipse putat procedere, quando de defeendentia agnationis constaret, & pariter de adition. hæreditatis, vt sit hæres illius prædefuncti, aliter cessaret talis doctrina, & non mirum cum feudum mortuo feudatario videatur apertum Domino, & ab eo retrodonatum successori, Georg. allegat. 19. nu. 19. vbi num. 17. censet feudum deberi successori ex quadam necessaria restitutione, & propterea subnectit ex mente Andr. idem Georg. allegat. 4. num. 10. quod feudum denolutum ob rebellionem, si de nouo concederetur eidem, & si noua concessio sit, ita vt maius seruitium debeatur, quod non debebatur vti antiquum, adhuc concessum videtur, vt antiquum seruiet, vt prius licet minus seruiebat, secus tamen esset si alteri agnato fortè concederetur de nouo, qui non fuisset hæres, nec constaret de agnatione, tunc noua indigeret inuestitura, cum feudum denolutum Curiæ, si alteri reconcedatur nouam assumeret naturam, idem in allegat. 8. nu. 23.

Num. 33. hinc benè dixit Paris. d. cons. 22. num. 79. quod infeudatio confirmatiua non est noua, sed potius executio primæ, & in specie, quod renouatio non facit feudum nouum, sed conseruat antiquum, refert Alexand. cons. 30. num. 6. lib. 1.

Num. 34. quod opinio Bart. sit valde dubia, affirmat Paris. d. cons. 23. nu. 247. vbi alios citat.

Num. 35. quod Princeps facit iniuriam non concedendo quæ solita sunt concedi, vide Pet. Bellug. in specul. fol. 88. §. restat nu. 12.

Num. 36. videas Euerard. in Topica iuris loco à feudo ad emphyt. nu. 9. Ant. Corset. in addit. ad Abb. in d. cap. bonæ el 2. lit. B, incip. renouationem.

Num. 37. idem Corset. vbi supra.

Num. 38. vide Gozzad. d cons. 39. nu. 21. & Viu. in d. sylua commun. opin. in opin. 244. vbi omnia congerit.

Num. 39. consuetudo infeudandi spatio triginta annorum, de iure ciuili præscribitur, de iure canonico verò spatio quadraginta annorum, Reg. de Curte in diuers. iur. feud. §. videndum est modo nu. 44. vbi nu. 56. loquitur, quando res solita infeudari præscribatur spatio triginta annorum, vt sit de mensa.

Num. 40. vide Iacob. de Franch. in rubr. de ijs, qui feud. dar. poss. nu. 28. & seq.

Num. 42. sicuti dispositio loquens in patre habet locum in eo, qui loco patris est, Anna in allegat. 33. num. 19. & sicuti Rex pater patriæ appellatur, Afflict. in constitut. pessimam sub num. 12. ita & Baro, eo quia Baro tenetur commoda vasallorum inuestigare, vti pater, & protector eorum, Capiblanc. in pragm. 12. n. 13. de Baron. Imò Baro tenetur tractare vasallos vti filios, alias nomen Domini non meretur, idem in pragmat. 3. num. 30. eodem titulo. Idcircò pater dicitur Baro, quia erga suos subditos gerere se debet, sicut pater erga filium, Franch. decis. 197. num. 17.

Num. 43. vide Campag. in cap. III. Viceregi, &c. grauiter, &c. sub num. 9. vbi loquitur de lege particulari facta in beneficium alicuius, si ex ea, attenta ratione vniuersali ad alios porrigatur, & licet aliquando lex promulgatur in beneficium, vel in odium alicuius loci particularis, adhuc diceretur generalis, ex eo, quia locus est causa impulsiua, ita Afflict. in constitut. cum per partes nu. 1. sic pariter lex generalis dicitur, & si alicui particulari dirigatur, Franch. decis. 43. num. 3.

Nu. 44. extensio in correctorijs fit ex legis scriptæ ratione, Franch. de cis. 11. nu. 8. latè Euerard. in sua topica iuris, loco à ratione legis lar.

Num. 46. faciunt addita supra eod. nu. 3.

Num. 47. noster Auctor in repet. feud. lectur. 7. nu. 11. & 12.

§. IV.

NVm.1. adde Iul.Clar. in §. feudum q.33. nu.4. vbi præter Doctor. hic ab Auctore allegatos, citat Curt.in tract.feud.& vltra eos Capyc.in inueſt.feud.rubr.feud.alienat. verſ.limita quinto.

Num.2. vide Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. videndum eſt modo nu.58. vltra Petr.Iacob. in ſua praxi tit. de condit. ex l.imperialem, &c. nu.5.

Num.3.dixi in meo Compẽd.deciſ.Regni verbo conceſſiones.

Num.4.videas Capibl.in pragm.11. de Baron. nu.53. vbi alios allegat.

Num.5. Capibl.vbi ſupra alios congerit nouiſſimè Molfeſ.in conſuet.Neapol.par.2. tit.de bonis q.10. nu.2. vbi etiam allegat hic Auctorem.

Num.7.vide Foller.in prax.cenſual.rubr.huiuſmodi cenſus nu.3. Velaſc. in tract. de iure emphyt. q.32.

Num.8.de deciſione Capyc. memini in eodem Compend. verb.cenſualis, vbi alios Doctor. allegaui.

Num.12. videas de hoc deciſiones relatas per me in eodem Compend. verb.res conſiſtens, & in verb. res redditicia, vbi alios Doctores citaui.

Num.13.vide Capibl.in pragm.11.de Baron.nu. 48.Molfeſ.in conſuet. Neapol.par.2. tit.de bonis q 9.nu. 3.& q.10.nu.2.

Num.14. Capiblanc.in d.pragm.11. nu.39. vbi eam declarat,& vide vltra alios Doctor.per me citatos in dicto Compend. verb.territorium, Hieronym.de Monte in tractat.de fin. regen.cap.96.quid in fundis priuatis, quod eſt intra fines præſumitur illius, cuius ſunt fines, & quomodo intelligatur, Maur. Sen. allegat.16.num.7.allegat.35.num.5. allegat. 62. num.4. An autem res feudalis præſumatur, eo quia eſt redditicia feudo, idem allegat.14. num.11. & allegat.19. num.4. & ſeq. Capiblanc. vbi ſupra nu.42. Sic an feudum, quod eſt in tenimento feudi quaternati, præſumatur quaternatum, Maur.Sen. alleg.35. num.4.

Num.16.Capiblanc.vbi ſupra num.46. Boccat. in tractat. de cenſibus part.2. num.21. & 153.

Num.17.idem Capiblan.vbi ſupra.

Num.19.dixi in dicto Compend. verb.cenſualis res, vbi plures citaui cum Auctore hic, alioſuè citat Maſull. ad Capyc. in d. deciſ. 103.

Num.20. quod feudum ſit vniuerſitas facti, Conſiliat Georg. allegat.6. num.17 & allegat.30. num.2. & vniuerſitas rerum, idem allegat.4. num.6. de quo latè relatis opinionibus hinc inde examinatis, concludit Reg. de Curte in dicto diuerſ. §. reliquum eſt nu. 36. & ſucceſſiuè feudum continere poteſt ſub ſe bona burgenſatica, & aliarum ſpecierum, idem d.allegat.30.nu.5.& 6. Capibl.ibi nu.71.& ſeq.

Num.21.faciunt addita ſupra eodem nu.2.circa principium huius dicti Auctoris, & quò ad reliqua ſi feudalia concedi poſſint ſub annuo redditu, quæ ſi ita conceſſæ fuerint quis contractus erit, Capiblanc. vbi ſupra nu.62. & ſeq.

Num.23. An & quando conceſſio feudi facta cum alteratione eius naturæ valeat, vel non vide Annam in allegat.41.à num.23. cum ſeq.

Num.24.vide Capyc.in inueſtit.feud.rubrica feud.dant. in verſ.infeudant etiam in ſexta limit. vbi tradit quæ nam bona poſſint concedi cum aſſenſu, & quæ nam citra aſſenſum Domini, & Auctorem noſtrum in lect. 6.nu.31.ad 39.in repet.feud.

Num.25.dixi ſupra eodem nu.2.

Num.26. quod ſit prohibita alienatio rerum emphyteoticarum Domino irrequiſito, tradit Iulius Clarus in §. emphyteoſis quæſt. 13. & ſequent. In rebus verò feudalibus potiſſimum in Regno abſque aſſenſu non tenet, etiam per viam ſubinfeudationis, Maur.Iun. in allegation.4. num. 1. Similiter de iure communi feudorum, de vtriſque loquitur Conſil.Georg.allegat.10.num.1. cenſualia verò alienantur irrequiſito Domino, Foller. in praxi cenſual. rubric.huiuſmodi cenſ. numer.49.

Num.27. nota, quod ex iuris diſpoſitione caducitas, deuolutio, aut laudemia non cadunt in contractu cenſuali, Manent. in tractat. de contract. liuell. quæſt. 1. num.39. & de laudemijs etiam non debitis, loquitur Boccat. in tractat. de cenſ. part.1. num.59. & ſi in commiſſum incidatur ob non ſolutionem factam per triennium, vide Foller. dicta rubric. huiuſmodi cenſ. &c. num. 88. & 89.

Num.28.idem Foller.vbi ſupra nu.93.& Capibl.ibi nu.46. Marcell.Calà de modo artic.§. 2.gloſ.vnic.nu.847.

Num.29 Foller. ibidem nu.89.

Num.30. idem Capiblanc. vbi ſupra num. 46. & ſeq.

Num.31. conſuetudo, quod res ſolita ſit infeudari quando dicatur, Regens de Curte in diuerſ. feud. §. videndum eſt modo num.37. & ſequent. & quæ nam dicatur res ſolita concedi, Maur. Sen. in allegation. 31. num. 5. & ſequent. res vt dicatur ſolita infeudari

quin-

quinque cõsiderantur, nempè tempus, actus, consensus, consuetudo, & bona fides, idem Reg. de Curte nu. 36. loco citato, an autem credendum sit Baroni asserenti bona esse excadentialia, & solita concedi, Maur. Iun. in alleg. 4. nu. 19.

Num. 32. vltra alios citatos supra nu. 14. vide Vrsill. decis. 129.

§. V.

NVm. 1. Officialis delinquens in officio nũquam ad illud redibit, Paris de syndicat. verb. delinquens in officio, Carrab. in singul. de syndic. 143. Officialis, vbi allegat hic Auctorem. Similiter nec ad aliud Afflict. in constitut. eos tantum num. 7. Carrab. vbi supra.

Num. 2. vide Afflict. d. constit. eos tantum nu. 7. qui tenet contrarium.

Num. 3 de hoc satis habetur in cap. omnipotẽs, vbi Doctor. de accusat. Viuius in sylua opin. opin. 25. sed an pendente inquisitione suspẽdatur ab officio, vide Annam singul. 370. & dixi in Compend. verb. Officialis, & in quibus casibus veniet suspendendus, Auctor noster in decis. 7.

Num. 4. malum nomen semper facit oriri sinistram suspitionem, Fuscus singul. 14. lit. N, non mirum si nominari non debeat, cum malè meritus debeat publica egestate laborare, idem in singul. 6. lit. M.

Num. 5. adde, quæ dixit Paris de syndicat. verbo excedunt Consiliarij num. 12. quod Consiliarij debent esse viri optimi, ad quod subdit Afflict. in constit. peruenit nu. 4. eos debere esse fideles, bonos, & sapientes, & in constitut. vt vniuersis num. 48. dixit, quod Consiliarius Regius debet esse vir timens Deum, & veritatis amator, & num. 51. subiunxit, quod debet esse iuris peritus, & non ignarus, similiter grauis, sapiens, prudens, & fidelis, vbi alia dixit, quæ omnia sunt in consideratione habenda in electione ipsorum, idem in constitut. magistri Camerarij sub num. 7. sic enim fecit Franciscus Sfortia Secundus Dux Mediolani, qui viros in Senatu suo Mediolanensi elegit, tàm sapientes, quàm doctos, & celebres, Bosi. in titulo de Princip. num. 207. vbi in præcedenti num. 206. admonet Principes ad eligendum Consiliarios sapientes, peritissimos, & Deo deditos, & de hoc extat particularis pragmat. 2. de offic. Sac. Cons. in Regno, vbi ita fieri mandatur, quod etiam ad omnes alios Officiales extenditur, vt sint habiles, & idonei, conuenientes, & apti, vt in cap. 34. Item quod prædicti Officiales, & ibi Campag. & præsertim, quod non sint infames, attenta eorum præterita vita, iuxta mentem Auctoris, refert Afflict. in constitut. vt vniuersis num. 50.

Num. 6. hoc exemplo Regis Ferdinandi Primi demonstratur, qui habebat libellum cum nominibus, & cognominibus virorum bonæ opinionis aptorum ad diuersa officia, Afflict. in constitut. cordi num. 3. quem citat Campag. in d. cap. 34. num. 10. annuens num. 8. quod officia virtuosis committi debeant, & qualiter Officialis esse debeat, ibi etiam habetur.

Num. 7. adde Angel. Clauas. in summa verbo electio sub num. 21. & Luc. de Pen. notabiliter in l. Exactores C. de suscept. Præpos. & Archia. libr. 10. censet Episcopum mortaliter peccare eligẽdo indignum, & subnectit hæc verba ad propositum nostrum, hæc attendite plurimi Officialium Electores, qui nec iustitiæ zelo promoti, nec eligendorum virtutes, vitam, vel merita comparantes, quod caro, & sanguis vobis reuelat exagitis, & reliqua, & hoc iure optimo, quia electio mala est in culpa, Specul. in tit. de exequut. vers. est autem tit. de salar. §. 4. vers. quid si reus, Bart. in l. si soluturus de solut. Glos. ordinaria in l. videamus in princ. ff. locat.

Num. 8. adde Mastrill. in tract. de magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 190. Ex quo adnotari cernitur, non solum in electionibus Officialium faciendis per Proregem adhiberi debeat concursus, & discussio Collateralis Consilij, vtputa in electionibus Iudicum Magnæ Curiæ, Auditorum Prouincialium, Assessorum Terrarum Regni, vt antiquitus consuetum erat, & sic nouissimè concessum ad supplicationem huius Regni, sicuti demonstratur in capit. 9. Cæsar. Maiestat. anni 1554. fol. 153. à terg. inter capitula huius Ciuitatis, sed multo fortius in electionibus, seù nominationibus Officialium perpetuorum, adeò quod ex dispositione iuris nominationes, quæ sine tractatu fiunt non valent, Specul. in tit. de elect. §. 2. sub nu. 6. in fine.

Num. 9. vide Paschal. in tract. de vir. patr. potestat. par. 4. cap. 2. num. 83. qui vltra Auctorem hic alios citat Doctores, sic pariter inter Doctores data paritate ipsorum præfertur nobilior, Carauit. in ritu 101. sub num. 6. vbi alia consimilia recenset, nobilibus personis debetur præstatio honoris, Afflict. in constitut. vt vniuersis num. 6. vide etiam Mastrill. de magistr. lib. 2. cap. 8. num. 24. hic citantem Auctorem, Apicell. in suo Tutam. pauper. tit. 3. nu. 661.

Num. 10. certum eſt enim ſcientiam mundum illuminare, obedientiamquè Deo, & Superioribus inducere, authent. habita C. ne fil. pro patr. Quapropter Iuſtinianus Imperator cernēs Rempublicam nullatenus tempore pacis abſque legibus, & tempore belli abſque armis gubernari poſſe in prohem. Inſtit. initium proponendo dixit Imperatoriam maieſtatem, non ſolum armis decoratam, ſed legibus oportet eſſe armatam, vt vtrumque tempus bellorum, & pacis rectè gubernari poſſit tuitio Reipublicæ conſiſtit in armis,& armorum miniſtris, Signorol. conſ.82. nu.6. vnde bene ad corroborationem præmiſſorum, dixit ex mente aliorum, Reg. Valenzuel. in tractat. de ſtat. ac belli rat.ſeru.par.2.introduct num.14.quod Reſpublica ſalua ſit, cum vigent conſilia ſenum, & arma iuuenum, infert etiam in dicta part. 2. cap. 20. num. 17. Reſpublicæ tunc feliciter gubernari ſi Principis peritis vtitur Conſiliarijs,nec abſque ratione Principes,ſicut Papa dicuntur habere omnia iura in ſcrinio pectoris, & hoc propter aſſiſtentes Conſiliarios, Afflict.in conſtitut. vt vniuerſis ſub num.46. vbi plura ad hoc, & in conſtitut. ſtatuimus num. 12. Eo quia ipſi Conſiliarij multas bonas conditiones habere debent,quas refert Afflict. in d.conſtitut. vt vniuerſis à num.48.& ſequent. & præſertim, vt ſit ſapiens, & iuris peritus, idem ibidem num. 48. & 51. vbi ſub num. 58. in fine dicit, quod Rex Conſiliarios eligere præſumitur, prout facere debet, quapropter Rex omnia faciens cum Conſilio,ſapientia regitur, idem in conſtitut. diſputare nu. 6. ſic è contra Rex illiteratus dicitur aſinus coronatus, idem in conſtitut.non ſine grandi ſub num. 8. & potiſſimum ſi malos eligeret Conſiliarios potiſſimum ignaros, vt ſuæ voluntatis arbitrio pareret facillime ex ipſa ignorantia Reipublicæ iactura oriretur. adeò quod ex ignorantia iniuſtitia deriuatur, inde Regna nil aliud ſunt quam latrocinia, remota iuſtitia, idem in conſtit.ſuper inciſionibus ſub nu.2. & ob id cum iniuſtitia faciat vacillare corda hominum, Afflict.in conſtit. magiſter Iuſtitiarius ſub nu.5. non mirum ſi Regnū aliquando de gente in gentem transfertur ob Regis iniquitatem,idem in prælud.conſtit.q.26. ſub nu.22.

Num.11. vide Afflict.in d.conſtit. vt vniuerſis num.51.

Num. 12. & quas pœnas incurrit de vtriuſque iuris diſpoſitione,vide Parid.de ſyndic.verb. contra magiſtratum per totum.

Num.13. adde Luc.de Pen.in rubr.C.de dignit. lib.11.in medio.

Num.14. vide Luc.de Penna in l.omnes C. de decurion. lib.10. in princip. vbi quandam iudicum inſtructionem notabilem commendat, & in modo iudicandi quomodo verſari debeat Iudex, latè Paris de ſyndicat. verbo iudicare, & verbo an ſi Iudex, & in arbitrarijs potiſſimum iudicijs, quomodo ſe habere debeat, latius Menoch. de arbitr. iudic. libr. 1. quæſt. 11. quibus autem modis Iudex ſuperiorem agnoſcens peccare cernitur, copiosè Nauarr. in manual. cap.25.nu. 12. & ſeq.

Num.17. ad hoc videtur facere text. in l.2.C. de pericul. nomin. libr.11. vt nominator teneatur pro nominato Officiali, in quantum ipſe conuenitur ex perſona ſua, quem text. commendat Gloſ.vltima in l.4. C.quo quiſque ordin.conuen.eod.lib.11.

Num. 18. an nominans Miniſtros, & Officiales, ſeù ſubofficiales teneatur ex facto ipſorum, & an illos exhibendo liberetur, vide Maur.Iun.alleg.93.nu.14.

Num.19. latè Afflict. in prælud. conſtit.quæſt. 26. ſub num. 22. & iuſtitiæ violatio eſt ciuitatum deſtructio, Luc. in l.vnica C. vt null. ex vic.pro alien.&c. lib.11. in medio.

Num. 20. vide Afflict. in prohem. conſtit. poſt mundi num. 35. Item, quod Rex debet Regnum in ſtatu pacifico retinere,refert Campag. in cap.poſt corruptionis num. 4. & inuigilare pro commoditatibus populorum, idem in cap. regimina num. 6. & cogitare circa opportunitatem, & commoditatem ſubditorum, idem in cap. inter belli num. 1. & ſubdit in cap.ſcire nu.1.& 2. quod Rex debet cogitare pro bono ſtatu fidelium, & pro conſeruanda iuſtitia.

Num.21. Hic pariter notandum eſt, quod Rex debet querulantibus audientiam præbere, Campag. in dicto capit. poſt corruptionis num. 11. & inde diligens eſſe debet ad remouendum grauamina, idem in cap.regimina num.5. cum ex debito Rex tàm viuis, quàm mortuis oppreſſis pro poſſe debeat ſubuenire, Afflict.in conſtit. ſi quis aliquem num.3.

Num.24. vide Afflict. in d. conſtit. vt vniuerſis ſub num.53.

Num. 25. & ſi verum eſſe conſpiciatur, quod potentioribus pares eſſe non poſſimus,Gloſ. in leg. 1. §. potentiori, ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. & in l. quia, ff. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. & ſucceſsiuè potentes non eſſe, ſecundum Iuſtitię rigorem puniendos, Luc. in leg. miſsi in fine, C. de exaction. tribut. libr. 10. Nam in pleriſque ciuitatibus potentiores regnant, qui iuſtitiam euertunt, & opprimunt,ea propter magis potentibus,

quam

quam iustitiam postulantibus Iudices deferunt, Paris de syndic. verb. iustitia nu. 1. quia enim iustum non est, vt potentiores in iuris afficiant humiliores l. illicitas §. 2. ff. de offic. Præsid. Ideò constituti sunt Iudices ne potentiores imbecilles opprimant curare debeant l. nec quicquam §. obseruare ff. de offic. Proconsul. & in specie Afflict. in d. constit. vt vniuersis sub nu. 60. loquitur de Consiliarijs agitatis à potentibus, quomodo se gerere debeant.

Num. 26. idem Paris loco citato.

Num. 27. vide Carauit. in rit. 49. nu. 22. & seq. Consil. Rouit. in rubr. de official. & quæ eis prohib. nu. 4.

Num. 28. de historia huius Pontificis, vide Afflict. in cap. 1. de nat. feud. sub nu. 12.

Num. 29. quod iustitia vtilior est subiectis, quã sertilitas temporis, Afflict. in constit. pacis cultum nu. 5. quapropter cum Rex dictus sit à regendo, idem in prælud. constitut. q. 1. sub nu. 6. nam alios regit, & à nemine regitur, Paris de syndic. verb. Rex autem nu. 16. & 21. peculiare tamen eius officium est facere iustitiam, vt dixit ibidem Paris nu. 13. & 14. & specialiter Reges ex iustitia commendantur, & laudantur per varia exempla à Chassan. in cathal. glor. mund. par. 5. consider. 5. à quo remota iustitia non aliter Rex diceretur, qui iustitiam non facit, Afflict. in constit. magister Iustitiarius sub nu. 5. & successiuè Regna semota iustitia nonnisi latrocinia sunt, vt dixi supra nu. 10.

§. VI.

NVm. 1. vide Mastrill. de magistr. lib. 6. cap. 10. nu. 110. & Foller. in praxi crimin. in princ. rubr. stud. se orn. bene viuen. mor. sub nu. 50. vbi hęc omnia tradit.

Num. 2. & ratio illa esse conspicitur eo, quod ex reuerẽtia, & honore, quę eis tribuitur eidem Regi videtur redundare, nam qui honorat subditum meum me honorare videtur, vt dicit Iacob. Beluis. in prax. crim. rubr. de iniurijs col. 9. vers. sed nunquid poterit, sicuti qui honorat Sanctos Deum honorat, Alex. Roman. in pragm. 1. de blasfem. nu. 76. & iure merito Officiales honorari debent à priuatis in assurgendo, & salutando aliàs puniretur, Carau. in rit. 5. nu. 12.

Num. 3. adde Gigant. in tract. de crim. læs. maiest. lib. 1. q. 14 nu. 2. & ideò dicuntur Consiliarij militare ad latus Principis, Paris de syndic. verb. excedunt Consiliarij nu. 9.

Num. 4. nota, quod Officialium copia in Regno esse debet pro administranda iustitia, Afflict. in constit. cum iustitiæ nu. 1.

Num. 5. vide Io. Montai gn. in tract. de auctorit. magni Consil. sub nu. 146. post decis. Boerij, vbi auctoritate Domini nostri id comprobare videtur in vers. nam apostoli, & singulariter Afflict. in constit. capitaneorum nu. 24. dixit, quod Rex bonis, & iustis Officialibus, non solum debet tradere salarium, sed debet eos præmijs decorare.

Num. 6. suadentur esse patientes Officiales in ijs Afflict. in constit. vt vniuersis nu. 64.

Num. 7. adde Campag. in cap. castellanos numer. 11.

Num. 8. est pragm. 7. §. 7. de offic. magn. Iustit. vltra quod antea sic dispositum erat per Rit. Magn. Cur. 7. vbi Carauit. de hoc prolixius verba facit.

Num. 9. confert pragmat. 4. §. 3. 4. & 5. de offic. magn. Iustit. vbi per certas horas mandatum fuit Iudicibus de mane, & sero semper adesse in palatio Mag. Cur. licet de mane tàm quò ad Iudices ciuiles, quàm criminales obseruetur, & quò ad criminales tantum de sero in palatio adesse mandatum fuit, attamẽ ordinariè vnus ex Iudicibus criminalibus ipsius Magn. Cur. in palatio eiusdem Magn. Cur. continuò inhabitat pro faciliori expeditione eorum, quæ noctis tempore occurrunt.

Num. 10. quamuis Luc. de Pen. in l. 1. C. de palat. & domib. Domin. lib. 11. dicat Iudices deberet habitare in palatijs consuetis, & publicis, nec domus priuatorum veluti publicas vendicare, hoc est verùm quando domus publicę adessent in ciuitate, & essent capaces pro omnibus Officialibus, adeò quod licet sint constituta tribunalia in hac Ciuitate Neapol. in Castro Capuano, vbi residẽt S. C. R. C. S. M. C. V. & Curia Siclæ, & Bailli pro iustitiæ administratione, vbi omnes Officiales diebus non feriatis conueniunt, non tamen omnes ibi habitare possunt, sed solus Regens Mag. Cur. cum vno ex Iudicibus ipsius Mag. Cur. cæteri autem Officiales conducũt sibi domos ipsis melius visas, sed quid in Terris demanialibus Regni, in omnibus quasi cõstitutæ sunt domus Prætoriæ, & passim in alijs Terris Baronalibus, quas dare Barones tenentur, Capibl. in pragm. 19. de Baron. nu. 24. Similiter Officiales, qui eligũtur ad regimen ciuitatis debent habitare in palatijs publicis, Paris de syndic. verb. Officialis num. 1.

Num. 11. prohibitio ista accipiendi munera ab Officialibus multis iuribus comprobatur, nouissimè à Camill. de Laratha cõs. 114. circa rogatam nu. 89. ad 95. vltra Consil. Rouit. in pragm. de mun. offic. & Boss. in tit. de offic. corrupt. pecun. Muscat. in prax. crim. rubr. de

ia ſic.corrup.Campag.in cap.hac edictali in in princ. Io.Grand.de bello exulum in prædic.habitus q.3. Officialis tenetur gratis iuſtitiam facere, nec aliquid petere, vel donatum accipere,Maur.Sen.alleg.33.nu.4 allegat.32.nu.2.

Num.12.ergo ſecus in Officiali non habente ſalarium à publico, ita Paris de ſyndic. verbo an ſi tempore nu.3.etenim ſi ſalarium haberet prohibitio militaret vtique Conſil. Rouit.in pragm.1.nu.3.de muner.offic.& nu.8. quid ſi haberet tenue ſalarium,Capiblanc.in pragm.4.nu.14. de Baron.

Num.13. vltra Carrab,in ſingul.162. Officialis, videas Camill. de Laratha d. conſ.114. nu.97. & ſeq. ad quæ omnia reſtituenda in foro conſcientiæ compelluntur,vt tradit idē Conſil.Rouit.in d.pragm.1.nu.12.vbi nu.16. ſubnectit, quando Officiales contrauenendo ijs pragmaticis incurrāt peccatum mortale, vel veniale, & reſtituere teneantur,excuſarentur aliquando ex tolerantia Principis, vel Viceregis, Maur.Iun.alleg.22.nu.9. alias limitationes ponit Ricc.collect.1150.

Num.14.extat pragm.2.de muner.official. vbi per interpoſitas perſonas munera accipere prohibentur, de qua meminit idem Laratha vbi ſupra, antea Afflict.in conſtit. apud Iuſtitiarios num.4. in medio, Campag.in cap. item nullus iuſtitiarius num.7.niſi in comeſtibilibus ſubnectit Auctor hic, pro quo extat pragmat.4. §.veluti volatilia eod.tit. ad quod vide Boſſ.in tit.de corrup.offic.ſub n.3. quāquàm Iudicis arbitrio relictum ſit, quæ nam dicantur eſculenta modico duratura, Menoch.de arbit.iudic.lib.2.caſ.347. nu.38. Afflict.in conſtit.capitaneum nu.30. & conſtit.apud Iuſtitiarios num.1.& 14. Tiraq.in tract. de Iudic. in reb. exig. verſ. octuageſimoſecundo licet fol.46.& vide Viu.in opin. 667.nu.2. plenè Muſcat.in prax.crim. rubr. de Iudic.corrupt.nu.7.

Num.15. Campag. in cap. ſubditorum ſub nu. 13. & facit cap. Regni ad audientiam, vbi Campag.ſub nu.6. in additione notat, quod Officiales nequeunt hoſpitari in domibus priuatorum, vbi extant ſacra palatia, vel prætoria,& an inuitis Dominis,vide in cap. quod ſtipendiarij,& iſtam materiam plenius examinat Io.Grand.de bello exul.in prædic. habitus q.2 per totam,vbi ponit ampliationes, & limitationes,inter alias non procedere in Principe, iuxta Auctoris dictum.

Num.16.de hoc extat pragm.6.ſub tit.de Commiſſar.vbi ad tollendam vexationem hoſpitiorum vniuerſitatum ſtatutum fuit ſalariū omnibus miniſtris Regijs,iuxta eorum qualitatem, & vbi hoſpitari debent Auditores, Io.Grand.in d.prædic.habitus q.2. ſub nu.4. in fin.cenſet in domo Regis, vel in monaſterijs, non autem in domibus priuatis; an autem Auditores ducentes equos,birruarios,& caualcatas,ac Notarios vicefiſcales,& alios Officiales in commiſſionibus præſumantur de mandato Gubernatorum egiſſe, vide Ioſeph.Ludou.deciſ.Perufin.104.nu.11.& 12.ſic affirmantes, an autem per tranſitum accipere poſſint eſculenta,& poculenta,habetur in pragm.1.de offic.Iuſtit.

Num.17.circa cautionem præſtandam ab Officialibus de bene adminiſtrando,ſic paſſim in Regno ſeruari,refert Paris in tractat.de ſyndic.in verb.fideiuſſor Officialium ſub nu. 5.verſ.tamen in Regno, vbi ſimiliter ſubnectit,& ſtando ad ſyndicatum, quem ſequitur Campag. in cap. item ſtatuimus ſub nu. 53. in additione,quæ ſiquidem cautiones in Regia Curia olim præſtabantur,vt dixit ibi Paris nu.6.hodie tamen in Reg.Cam.Summ.vt in pragm.42. de offic. Procur. Cæſar. & hoc quò ad Officiales,& miniſtros Regios, cæterum reſpectu Officialium Baronalium præſtantur in loco adminiſtrationis, & in ſubſidium in Tribunali Regio,Capibl.in pragm. 5.de Baron.ſub nu.93. in fin. Similiter iuramentum præſtabant antiquitus in manibus Principis,latè Paris verb.iuramentum Officialis, ſed hodie præſtant iuramentum, non aliter officium prece, vel pretio conſequutū fuiſſe,vt in pragm.2.de offic. & quæ eis prohib. quod ſimiliter procedit in Officialibus Regijs,quoniam iurant in manibus alicuius ex Regentibus,vt aduertit Rouit.in pragm. 4.de Official.& quæ eis proh. ſecùs reſpectu Officialium Baronalium,nam hoc iuramentum non præſtant, nec exigitur ab vniuerſitatibus,ſed tantum iuramentum obſeruandi leges,capitula, & conſuetudines vniuerſitatum, vt idem Capibl. refert in pragm.4. de Baron nu.2. & 3. & tale iuramentum etiam præſtant omnes Officiales Regij in Terris deſtinatis, & vltra prædicta videas Viu. in ſylua commun.opinion.in opin.298. num.2. vbi plenè.

Num.18.nota,quod ſicut Regij Conſiliarij ſatisdare non coguntur, quia animi virtus pro ſatisdatione habetur, Afflict.in conſtitut. vt vniuerſis ſub num.58.ſic pariter,& alij Officiales perpetui,& publici,Paris de ſyndic.in verb. ſubijcio ſubtilem nu.10.

§. VII.

NVm.1.vide Maſtrill.de magiſtr.lib.6.cap. 2.nu.19.& cap.13.nu.13.non eſt dubium Vicereges in Regno poſſe omnia,quæ poteſt Rex ſtante eorū poteſtate,Franch.deciſ.165. nu.2.

n. 2 & successiuè visitare Officiales, eo quod cui competit administratio, competit visitatio, ita Mõtan. in pragm. 5. §. 9. nu. 10. de administ. vniuers. ex mente Bald. cõs. 157. lib. 3. & latius Aym. cons. 238. & nos experientia vidimus nonnullos Proreges aliquos officiales visitasse, & contra eos informationes cæpi fecisse, attamen quia hoc particulare onus videtur iniunctum Visitatori, pro quo supplicatum fuit suæ Maiestati pro parte huius Regni, vt quolibet triennio fieret visitatio contra Officiales, vt in cap. 36. Cæs. Maiest. videtur quodãmodo sic diuisum imperium.

Num. 2. adde Phicar. inter commun. opin. lib. 4. tit. de probat. & præsumpt. nu. 329. Bonac. inter commun. opinion. in tit. de crim. pecul. Viu. in sylua commun. opinion. in opin. 1058. nu. 6. Capyc. in inuest. feud. rubr. feud. offic. verb. Officialis Regius, Paris de syndic. verbo præsumptio Officialis sub nu. 2. Mangrel. ad Bartol. in l. si defunctus C. arb. tutel. in princ.

Num. 3. hic adde, quod cum fuisset sequestrata certa quantitas olei, eo quod erat mercatura cuiusdam Officialis perpetui fuit tandem dissequestrata per Collateral. Consil. Lanar. cons. 43. nu. 32. quem refert Molfes. cons. 16. nu. 18. dixi in meo Compend. verb. mercaturam, quod de iure communi sit permissum, vide Consil. Rouit. in pragmat. 1. de mercat. num. 6. & Afflict. in constit. communiter sub nu. 1. in fin. exceptuat Consiliarios, & Præsides cum sint perpetui, vt possint mercaturam exercere, ergo secus officiales temporales, vt voluit Stracca in tract. de mercat. in 3 part. rubr. de ijs, qui mercat. exerc. non possunt nu. 17. Osasc. decis. 144. nu. 13.

Num. 4. idem Osasc. vbi supra nu. 14. an & quando liceat Officialibus mercaturam exercere, idem Stracca vbi supra nu. 16. & 17. Afflict. in d. constit. communiter, Paris in verb. Officiales non possunt, ad dictum Auctoris, vide Afflict. in cap. 1. §. si verò de feud. castal. nu. 22. & 11.

Num. 5 negotiatio Officialibus est prohibita non solum de iure communi l. 1. C. de contract. iudic. vbi Doctor. sed de iure Regni, Paris vbi supra, & in verb. contrahere, de quo habemus specialem pragm. 1. de mercat. vbi Rouit. & Molfes. d. cons. 16. nu. 17.

Num. 6. videas Doctor. citatos supra nu. 2.

Num. 7. vide Molfes. cons. 16. nu. 1.

Num. 8. vide Cottam in memor. verb. concubina vers. nunquid autem, & qualiter etiam articulando probetur Officialem non quæsiuisse ex bonis fisci, vide Marcell. Calà de modo articul. §. 2. glos. vnic. num. 1388. vbi etiam allegat Mascard. secus tamen si in officio emerit fortè prædium officialis, quod non habebat ante officium, vide Bos. in tit. de fisco nu. 50.

Num. 9. licet autem regula sit in iure veriss. ma, vt pauper hodie retro fuisse pauper præsumatur, Alciat. in tract. præsumpt. in præsumpt. 26. regul. 2. num. 5. & similiter pauper olim hodie præsumitur, idem in regul. 2. sub præsumpt. 27. nu. 3. attamen vt ipsemet concludit, refert contrarium esse verum, nam præsumitur ditari in futurum, sic intelligitur illud Petri Apostoli, quod omnia dimisit propter Christum, ecce nos relinquimus omnia, &c. & nonnisi nauiculam habebat, nam non ob quæ habebat, sed propter quęrenda dixit, ita Glos. in l. pen. vers. & si nihil C. qui bon. ceder. poss. inde pauper in dubio nemo præsumitur, nam quilibet præsumitur industrioſus, ita Afflict. in constit. intentionis nu. 39. accedat ijs occasio officiorum, & vera redditur præsumptio, sicuti bona quæsita per Prælatum præsumuntur quæsita ex bonis Ecclesiæ, Marcell. Calà de modo artic. §. 2. glos. vnic. num. 805. & 806. ita & bona Officialium, præmissa distinctione relata.

Num. 10. emens officium tenetur in syndicatu, quia commisit delictum, quia contra legem Iuliam de ambitu, Afflic. in constit. volumus nu. 5. Paris de syndic. in verb. & primo videndum est, & propterea officium, vt quis habeat si pecuniam dat habet animum malefaciendi, & indebitè lucrandi, Consil. Rouit. in pragm. 2. nu. 3. de offic. & quæ ijs prohib. ementes officia præsumuntur omnia male agere, Paris de syndic. verb. præsumptio Officialis nu. 4. Similiter Officialis si officium habere procurat præsumitur habere animũ malè se gerendi, Alex. ad Bart. in l. vniuersi C. de legat. lib. 10. verb. adde etiam in fine col. 2. Accedat etiam, quod expendens pecuniam, cum ante esset pauper homo, nec reperitur, vnde habeat, indicium habet contra se, Blanc. in tract. de indit. nu. 421.

Num. 11. Si enim Officialis antea esset homo industrioſus, diligens, & dives, ex illis præsumeretur acquisiuisse, aliàs si esset negligens, & pauper secus esset, vide Marcell. Calà de modo articul. §. 2. glos. vnic. n. 1388. vbi alios citat, & cum ista diligentia Visitator procedere possit audiui aliquos Officiales cautos ante officij susceptionem inuentarium fecisse omnium eorum bonorum, nam officialunculi quidam per phas & nephas quærunt superlucrari, Ludou. decis. Peruf. 80 nu. 23. hinc est, quod Officialis præsumitur ex bonis Reipublicæ quæsiuisse quando tẽpore promotionis nõ appareret aliquod habuisse patrimonium, Roman. cons. 415. nu. 3.

Num.

Num. 12. teſtibus credere, vel non, quando ſit in arbitrio Iudicis, Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 90 num. 8. & ad ornatum huius dicti Auctoris, multa ſcripſit Carrab. in ſing. 174. de ſyndicatu incip. Officiales Regij.

Num. 13. antiquitus enim in Regno conſtitutus erat magnus Cancellarius Archiepiſcopus Capuanus, qui Scolares doctoratos extra Regnum iterum examinabat, quos ſi idoneos non reperiebat eos reprobabat, ſecundum Nicol. de Neapol. & Parid. quos refert Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. magni Cancell. nu. 9. Affict. in conſit. in locis demanij ſub nu. 21. Similiter & Prothonotarius Regni examinabat Iudices, & aſſeſſores, quando promouebantur ad officia, ſi ſtuduerant conſtitutionibus, & capitulis Regni, licet hodie non ſeruetur, idem Frecc. in d. tract. eod. lib. 1. tit. de offic. Logot. & Prothon. num. 8. vtinam hæc omnia obſeruarentur, non enim eſſet hoc Regnum tot litibus expoſitum; de officio verò Viſitatoris gerẽdo contra Officiales, loquitur Carrab. d. ſingul. 174. Officiales in principio, allegans hic Auctorem.

Num. 14. emere officia iuriſdictionalia eſt grauiſſimum delictũ, vt dixi ſupra eod. nu. 10. & condigna pœna plectendum, de quo per Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. caſ. 401. & patitur triplicem pœnam, vide Boſſ. in tit. de ambitioſis nu. 8.

Num. 15. de iſto Scipione Aretio deinde clerico regulari effecto, inde Cardinale, & Archiepiſc. Neapol. meminit etiam Anna ſing. 82. ciues, & quod abſque licentia Regis non poſſit clericari officialis Regis, eo quia nequit exercere officia iuriſdictionalia, vt iam in Regno extat ſancitum, de quo per Frãch. deciſ. 479. dixi in Compẽd. in verb. clericus, fuit etiam obſeruatum in perſonã Franciſci Aluarez de Ribera tunc Regentis Regiam Cancellariam, de quo meminit etiam Regens Carolus Tapia.

§. VIII.

NVm. 1. videas Reg. Valenz. conſ. 44. nu. 50. hinc Doctor factus Notarius, aut Comes non perdit priuilegia Notarij, ſeù Comitis, ſic de Comite effecto Abbate, & Colono effecto ciue, refert Anchar. in q. 48. nu. 8. par. 2. Capiblanc. in rubr. de Baron. ſub nu. 19. & ſeq.

Num. 2. & hoc ideò, quia ſunt officia incompatibilia, nam non poteſt Conſiliarius officium aliud Præſidis, vel è contra gerere, & licet habeat vtriuſque dignitatem, non tamen adminiſtrationem vtriuſque, ſed vnius tantum, vt iuris eſſe demonſtrat Bald. in l. vnica §. ideò C. de nou. cod. facien. ſed melius Carau. in rit. 2. nu 30. cum ſeq. vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus, retinebit dignitatem quò ad honorem, non quò ad onera, Mart. Laud. in tract. de dignit. §. 19.

Num. 3. hoc dictum Auctoris licet in ſe veriſſimum ſit, limitatur tamen quoties Conſiliarius Regius, vel Præſidens Regiæ Cameræ crearetur Regius Præſidens, vel Locumtenens, tunc non perderet iuriſdictionem cauſarum fabricæ, gabellarum, redemptionum, & ſimilium, per Illuſtr. Proregem per prius ei conceſſam, ita Præſ. de Franch. deciſ. 445. num. 1.

Num. 4. dixi in meo Compend. deciſ. Regni verbo Officialis, ſic pariter practicatum in perſonam olim D. Bernardini de Barrionouo Secretario Regni, deinde ad Regentis Cancellariam officium euecti, eo quod tale officium Secretarij eſt vendibile.

Num. 5. vide in meo Compend. deciſ. Regni in 2. impreſ. verb. ſalarium, vbi retuli contrarium deciſum in terminis, ad quod vltra ibi adducta, vide Bald. in l binos C. de aduoc. diuerſ. iudic. nu. 4. & 5.

Num. 6. idem refert Frecc. de ſubfeud. lib. 2. rubr. quis dicatur Dux nu. 56.

Num. 7. colligitur ex hoc regula illa, quod gerens magiſtratum, cæteris præfertur Chaſſan. in cathal glor. mund par. 7. conſid. 24. & ſucceſſiuè omnia priuilegia conſequitur honoribus, ac prærogatiuis potitur, & tanto fortius ſi ad maiorem dignitatem aſcenderit, & priuilegia, prærogatiuas, omniaq; alia ſibi condecentia conſequetur, etiam contenta in minori dignitate, Viu. in opin. 754. nu. 4. cum maius dignum trahat ad ſe minus dignum Gloſ. in cap quod in dubijs de conſec. eccleſ. vel altar. & ſucceſſiuè dignitas adhibita dignitati auget dignitatem, Socc. conſ. 128. præſtantiſſimi verſ. primo quia par. 1. & conſ. 288. circa primum, verſ. ſed ad præmiſſa par. 2. & ſucceſſiuè auget commodum l. ſi longius in fin. ff. de iudic. non enim dignitas maior facit ceſſare minorem, Gloſ. in cap. honoratus 74. diſtinct. totum enim oppoſitum operatur ex contrario, vtputa ſi magiſtratus officio finem impoſuerit, vel ad minus officium deuentus dignitas pariter diminueretur, & ſucceſſiuè commodum, priuilegia, & prærogatiuas, dumtaxat quædam honorificentia ratione priſtinæ dignitatis remaneret, nam Officialis non dicitur, qui non habet iuriſdictionem, Maur. Iun. alleg. 77. nu. 13. etenim in proprio ſignificatu Officialis dicitur, & intelligitur de habente merum,

rum, & mixtum imperium, Ascia determin. 107. num. 8. & ob id si officium absque administratione haberet Officialis esset Titularis tantum, & sic honorarius, & hoc casu habens administrationem præfertur honorario, idem Chassan. in d. cathal. par. 6. considerat. 5. Ideircò maior honor administrantibus eis debetur, quam honorarijs tantum, idem in consid. 3. tales enim honorarij habent nomen officij, & dignitatis, non tamen administrationem, nec salaria assueta, vt idem Chassan. in d. part. 6. consider. 5. vers. honorarij verò, vbi subnectit eos præcedere alios inferiores magistratus, sed respectu eorum, qui fuerunt Officiales, licet vacantes ab eodemmet Chassan. nuncupentur in 4. consid. quos dicit præferri inter vacantes, qui priori tempore vacauerunt, quo fit, vt dum de electione Officialium creandorum ageretur coram Rege, vt ipsi præponi possint, attenta eorum experientia, & illis potius, quàm alijs Rex assentire deber, vidimus hoc multoties practicatum in electionibus officialium huius Regni Neapolitani, infertur secũdo, quod facta electione officialium, data æqualitate inter eos, præfertur ille qui prius aliàs officium exercuerit, vt in terminis decidit Præs. de Franch. in decis. 144. vt dixi in Compend. verb. præcedere, vbi alias decisiones citaui, prœterea respectu offensionis, adeò quod intuitu pristinæ dignitatis, non solum actiuè ei pœna mitigatur, sed passiuè à contrario erit magna inquisito, seù offensori: ex ijs clarificatur, quod Officialis maior ad minus officium deuentus, hæc tantum præcarrata consequetur, sed si minus officium esset temporale, & maius perpetuũ secuti exemplo demonstratur, vt duo Consiliarij debeant præesse in Mag. Cur. Vicar. sic dictante Regia pragmat. 2. §. 5. de offic. Sac. Cons. & isto casu dixit Consil. Rouit. in pragmat. 6 de commiss. non destin. num. 8. quod Consiliarij existentes in causis criminalibus in Mag. Cur. in accessibus habent salarium vti Consiliarij non vti Iudices Mag. Cur. licet tempore relationum faciendarum in Sac. Cons. sedeant vti Iudices, non vti Consiliarij, & ibi rationem assignat, quid autem in Regente effecto Præside Sac. Cons. vt quotidie videmus, vt in facto proprio refert Franch. decis. 475. nu. 2. & 3. & successiuè de alijs subsequentibus Præsidibus Sacr. Consil. prius ad Regentis officium electis, vt fuit Camillus de Curte, & nunc Marcus Antonius de Ponte Marchio S. Angeli, videbatur dicendum nullam esse differentiam, quia Præses Sac. Cons. representat personam Regis, & ei in supplicationibus inscribitur Sac. Reg. Maiest. vt dixi in præfat. Compend. ex mẽte Reg. Tappiæ, sed est eorum oppositum Regẽtes Collateralis Consilij tanquam coruscantes Principis radijs vti pars corporis illius sunt maiores dignitatis cæteris omnibus, Consil. Rouit. in pragm. 11. nu. 2. de offic. & quæ eis prohib. & sic militabit eadem ratio, nouissimè autem quid decisum fuit de Consiliario Regio effecto Gubernatore alicuius Terræ, sic ex Regali priuilegio sancitum, retuli in eodem Compend. verbo appellatio.

Num. 8. ex relatis superius numeri antecedentis rei veritas elucescit, adeò sic nouissimè practicatum est in personam D. Bernardini Montalui Locumtenentis Regiæ Cam. Sum. qui similiter officium Regentis consecutus fuit ex speciali priuilegio suæ Maiestatis, & titulum Marchionis S. Iuliani, cum omnibus prærogatiuis, & emolumentis.

Num. 9. Isti dicuntur officiales vacantes, qui renũciauerunt officium, de quibus per Chassan. in d. par. 6. consid. 4. sed videndus est ad materiam istam Consiliar. Rouit. in pragm. 1. de titul. abusu, &c. nu. 42. cum seq. vbi alia iura concordantia ad hoc ponderat.

Num. 10. idem Chassan. in d. cathal. eadem par. 6. consid. 5.

Num. 11. vide Consil. Rouit. in d. pragm. 1. nu. 33. cum seq. de titul. abusu, &c. sed copiosius de hac eadem materia habetur per Tiraqu. in tract. cess. causa cess. eff. par. 2. in 15. limit. per totam, vbi consimiles quæstiones examinat præter memoratam, & sic decisum refert Guid. Pap. decis. 377. in fortioribus terminis, nempè in officiali officio priuato, vbi Additio subnectit, dummodo non sit priuatus pro aliqua enormi causa, quæ omnia dixit procedere ibi Tiraqu. num. 11. in officio habente annexam dignitatem, secus in mero officio, potissimum credo procedere in officio perpetuo, non autem in temporali, quo fit, vt dignitas ex eo non remanet, eo finito si officium esset temporale, ita Bart. in l. vnica nu. 14. C. de mul. & in quo loc. lib. 10. quod etiam in militibus potissimum in dignitate positis, vulgo veteranis, procedere arbitror l. 1. C. de veteran. lib. 12. ibi quiete post labores suos perenniter perfruantur, sicuti etiam Notarij Cancellariæ post depositionem officij propter senectutem, vel aliam causam honestam immunitatem ab exactione census, & non debẽt eis iniungi discutiones, aut perçquationes, nec aliud onerosum, quæ ipsorum non deceant dignitati, Paris de syndic. verb. iuramentum num. 3.

Num. 12. adde, quod etiam officiales cum licẽtia

tia diſcedentes debent percipere ſtipendia ſua, vt poſt Luc. in hac citata l. hac lege C. de præpoſ. ſacr. ſcrin. col. vlt. verſ. quid ergo ſi ſtipendiarij, tradit Paris de ſyndic. in verbo Rex conceſſit ſub nu. 3. verſ. & ſi cum licentia, & in verbo ſi Officialis decedat ſub nu. 10. verſ. vbi autem, quod quomodo cum actu practico procedat, reſpectu omnium Officialium, copioſius refert Carau. in rit. 7. vltra Boer. deciſ. 7. maximè nu. 8. vltra Capyc. deciſ. 125. nu. 9. ad propoſitum noſtrum.

Num. 13. ſatis confert deciſ. Boer. 7. & deciſ. Mayn. Tholoſ. 8.

Num. 14. de hoc patet etiam exemplum in perſonam Marcelli de Mauro olim Præſidis Regiæ Cam. Summ. pro quo ſua Maieſtas literas directas Proregi tranſmiſit, quò ad immunitates ſibi debitas poſt officij depoſitionem, ob malam valetudinem, vt in volumine eius allegat. in princ.

Num. 15. hic etiam notandum duxi principaliter, quod non ſolum Regentes abſentes, & pœnes conſilium ſuæ Maieſtatis exiſtentes gaudere debent honoribus, emolumentis, & lucris, ſicut gaudent omnes de collegio præſentes, ſicut fuit mandatum ſeruari in perſonam Regentis Annibalis Moles, vt patet in litera Regis inſerta in volumine Iuris Regni Regētis Tappiæ tit. de offic. magn. Cancell. fol. 419. incipit Philippus, &c. Ill. & magnifici viri, el Rey, Ill. Duque, ex rationibus illis non videntur præſentes abſentes ex cauſa Reipublicæ, vt multis auctoritatibus cōprobaui in meo Compend. deciſ. Regni verbo alimentā, ſed pariter poſt depoſitum officium, vt hic Auctor dixit deciſum in almo Collegio, & non mirum, nam emolumenta collegij ei competebant vti Doctori Neapolitano de collegio, non vti Regenti.

Num. 16. Officiales in hoc Regno Neapol. de mane ordinariè cauſas agunt in Tribunalibus vnāmiter, & collegialiter. & ſic iūctim de ſero pariter hoc eſt in Iudicibus criminalibus tantum, vt in pragm. 4. §. 3. de offic. magn. Iuſtit. & per Carau. in rit. 12. in fin. in alijs verò de ſero audientiam præſtare debent partibus in incidentibus cauſarum, vt conſuetum eſt ſeruari Neapol. quapropter dum tales Officiales electi ſint ob bonum publicum ad iuſtitiæ adminiſtrationem, non poſſunt alijs vacare ne ſubtrahatur debitum Regis ſolūtis eis ſalaria, quæ non aliter deberentur, ſi non adimplerēt, vt per Parid. de ſyndic. verb. ſi Officialis decedat ſub nu. 9. verſ. an officialis, & quia in doctorando aliquem requiritur præſentia Doctoris de collegio, & hæc omnia eſſent incompatibilia ne tandem damno afficiantur officiales Rex mandauit eis deberi emolumenta, etiam ſi perſonaliter non adeſſent in doctorando eo, quia præſentes cenſentur, dum cauſa Reipublicæ ſint impediti; vtilitas enim publica præferri debet priuatæ.

Num. 17. eſt enim certiſſimum in Orbe collegia Doctorum doctores creare; quod potiſſimū Neapol. ab antiquo tempore inſtitutum eſſe fertur à Ioanna Regni huius Regina almum collegium Neapolitanum, de quo latè per Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. magn. cācell. num. 17. & 18. Rouit. in rubr. de ſcholar. doctor. nu. 8. regiturq; per quattuordecim Doctores, Affli&. in conſtit. Aduocatorum in fin. vltra Vicecancellarium, & melius in rubr. cōſtit. vt iuſt. hab. cert. aduoc. & in cap. 1. §. conuenticulas de pac. iur. firm. nu. 17. vbi etiam eorum nomina deſcribit, vbi ſubdit aliquos eſſe ordinarios, & alios ſupernumerarios, quod ſequitur Franch. deciſ. 234. qui licet adhibiti eſſe videantur etiam loco teſtium, & teſtimonium perhibeant de peritia iuuenis ad doctoratum promouendi, & tanquam periti ad hoc adhibiti iurare debeant, licet non ſeruetur, vt per Frecc. loc. cit. nu. 8. quod etiam confirmat Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. caſ. 192. nu. 5. vbi num. 6. obſeruantias Patàuij, & Piſis refert, promouentes nō iurare, ſed bene idonei teſtes promouentes ſcholarem exiſtimantur, Abb. in cap. nemo de ſimonia nu. 3. ſed verius omnes Doctores iudicant, & votum præbent ſi mereatur doctoralibus inſignis decorari, vel nō, exceptis tamen compromotoribus, qui non aliter iudicant, ſed exequantur ordinem Vicecancellarij conferendo inſignia doctoralia, vt aduertit ibi Frecc. & Muſcat. de doctor. auct. & dec. par. 2. nu. 47. & quia tales Promotores ſunt ordinariè quatuor, & eliguntur per doctorandum, non obſtante ſtatuto aliàs facto per dictum almum collegium reſtrictiuum, vt non valeret eligere Promotorem niſi numerarium, & ſeniorem, nam fuit reprobatū tale ſtatutum, vt aduertit Affli&. in d. §. conuenticulas nu. 16. & hoc iure vtimur, prout expertus fui in meo doctoratu, nā tres Promotores ſunt voluntarij, & vnus neceſſarius, qui erit ille, qui licentiam doctorandi dedit auditis punctis ab eo ſcholari traditis; verumtamen quoties aliquis Regens Regiam cancellariam cōtingerit eſſe de collegio ob eius præeminentiam, & ex ſpeciali gratia erit ſemper compromotor, prout vidi etiam temporibus meis obſeruatum in perſonam Annibalis Moles Regentis Regiam Cancellariam.

Num. 18. nam etſi regula ſit, quod qui noluit concedere id, quod eſt minus credēdum non

eſt

eſt, quod voluit concedere, quod eſt maius, Franch. deciſ.192. num.12. Sic è contra cui conceditur quod eſt maius cenſetur conceſſum etiam, quod eſt minus. Ideò cui licet maius vtique, quod eſt minus, Io.Andr.in regul.qui licet de regul.iur.nu.2.in nouella.

Num.19.eſt verùm, quod Comes titularis dicitur, quando Rex aliquem creat Comitem, Marchionem, Ducem, aut Principem vti cõceſſionarium honoret, nullam concedens ei adminiſtrationem, aut quando fuit à Rege creatus cum Terra, ſed ex aliqua cauſa Terram amiſit remanet Comes titularis, quia hæc dignitas ſemel à Rege collata remanet ſemper affixa oſſibus, ita quod eueli nõ poteſt, vt ex mente Affict. dixit Curte in diuerſ.iur.feud.§.ſed vnde digreſſi nu.6.& poni etiam poteſt exemplum in refutatario, vt hic per Auctorem, qui quidẽ titulares amiſſa Terra ſedent cum alijs proceribus in aula titulatorum, ſubnectit ibidem Curte, ſed an præcedant alios habentes Terram, iuxta Auctoris opinionem, cenſeo, quod cum ſint honorarij tantum titulati, & abuſiui, non aliter præcedere, quemadmodum ſemper habens adminiſtrationem prafertur honorario, vt per Chaſſan.in cathal.glor.mund.par.6.conſid.5. prout etiam hic decidit aliàs Sacr.Conſ.in Comite Palatino, teſte Frãch.deciſ.115.& de hac eadem Auctoris deciſione memini in Compẽd.verb.titulatus, ad quod addo Conſil. Rouit. immemorem de noſtro Auctore in pragm.1.nu.28.de titul.abuſ. &c. vbi de hoc rationes aſſignat, & num. 32. loquitur de Comite priuato dignitate, vt vita eius durante retinere valeat nomen dignitatis, & habere prærogatiuas in ſeq.num. & non mirum ſi omnibus, iuxta eorum merita locus ab Vſcerio in aula aſſignatur, Carrab. in ſingul 125.vbi allegat hic Auctorem.

Num. 20. quia virtutes, & merita regulariter nobilitant homines, vt per Rebuff. in praxi benef.par.3.rubr.de reſcript.legitim. mixto nu.3. Chaſſan.in cathal. glor.mund. part.8. conſid.9.& 17.quò fit, vt digniores,& idonei cenſeantur ad conſequenda beneficia, officia,& dignitates,& hoc ex iuris debito, nam boni præmiorum exhortatione efficiuntur l.1.ff.de iuſtit.& iur.cuius effectus eſt, vt ius vnicuique tribuatur l.iuſtitia ff. eodem, facit ad hoc auth. habita C.ne fil.pro patre ibi, vt cum omnes bona facientes noſtram laudem & protectionem omninò mereantur, &c. Quemadmodum enim prẽmia virtutum merentibus ſint tribuenda, Affict.in conſtit.nihil veterum nu.3.& hoc per officiorum elargitiones, atque dignitatum, etenim officia, & dignitates conferri debent, propter virtutes, & merita, non autem cauſa pecuniarum, Boſſ.in tit.de ambit. in princ. ante eum Luc.in l.vnic.in fin.C.de comit.& tribun. libr. 12. hinc hodie, & communiter videmus Doctores ad Regentis, vel Præſidentis Sacr. Conſil.aut Locumtenentis Reg.Cam.officia promoti, titulati etiam dignitate fulciri ex virtutum meritis, ſicuti etiam ex cauſa bellorum, ob ſeruitia nonnulli nobiles ad nobilitatis gradum aſcenderunt, & nobiles ad titulorum dignitatis promoueri ex regali benignitate, hinc Reges ſubditorum debnet ſeruitia ponderare, & eos digne remunerare, quia obligatio naturalis, & vt benefactẽtibus benè faciamus, Affict.in conſtit.ſient accepimus nu.1.vbi ſubnectit, non tantum eſſe iſtam obligationem quandam aſtrictionem, eo quia præmio incitantur homines ad ſeruitia regia, Carau.in pragm.2.nu.16.de exul. hinc feudorum conceſſiones originem habuerunt, quæ à publico proceſſerunt, & à munificentia Regum, & Imperatorum, Affict.in prælud.feud.§.pro noſtris nu.50. non ſolum, vt feudatarij Dominum defendant, idem in cap.ſiquis miles nu.28. Imperat.Lothar. & hac ratione inuenta cenſet Curt. in diuerſ.feud.§.cum igitur nu.30.ſed etiam in remunerationem ſeruitiorum præſtitorũ pro publica vtilitate à ſtrenuis militibus, Anna alleg.69.nu.32.ex quibus nobilitas reſultat Chaſſan.d.par.8. conſid.15. quibus ex regali munificentia adijci ſolent reliquæ dignitates, ſcilicet Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & Principatus, Bald.in rubr.quis dicatur Dux, & talia feuda nuncupantur titulata, quorum priuilegia multa recenſentur à D.Curte in d.§. ſed vnde per totum, quo circa etſi feuda ipſa eſſe poſſint venalia, Affict.in cap.quia de feud.§.notandum nu. 1. de ijs, qui feud.dar. poſſ. de quo latius habetur per D. Reg. de Curt. in §. tenor ergo nu.48.& ſeq. vbi multa notabilia collexit ad materiam feudi empti, non tamen per hoc titulus in feudo permanens trãſit in emptorem, Conſil.Rouit.in pragm.14.nu.111.& 121. de feud. quia dignitas eadem non poteſt eſſe pẽnes duos, Affict.in cap.de Marchia nu.11. de feud.March. niſi Dominus expreſsè ſic voluerit, etenim ex communi abuſu hodie tituli iſti venduntur à Rege, & feudatarij facillimè emunt, quia non recipiunt aliam iuriſdictionem, ſeù adminiſtrationem officij, ſed tantum quandam dignitatem quodammodo permiſſum eſſe videtur, quemadmodũ etiam diuitijs conſequatur nobilitas, Chaſſan.d.p.8.conſid.12.ita & dignitas ſuprema, nouiſſimè Auguſt.Caput. in tract.de regim. Reipubl.cap.1.§.1.nu.4.

Num.

Num.21. videas ibidem P[illegible]. [illegible]n. in addit. ad ſingul. eius patris [illegible]6. [illegible]i alia ſimilia tradit vltra[illegible]as adnotationes eodem loco.

Num.22. c[illegible] ſe[illegible]unt hic notata ſuperius nu.20.

Num.23. ad hoc Tuntul. allegat in iudicio 14. nu.3. gloſ. nor. in l. ſi quis in b[illegible]o ff. de c[illegible] & po[illegible]m. referſ. omn[illegible]s virtu[illegible]s penè nobilitati ſ[illegible]mulantur, Cha[illegible]an. in [illegible] cathal. d. p. 8. conſid. 32. idcò præfe[illegible]r nobi[illegible]s ſcientia no[illegible] bili[illegible]ati generis, Rom[illegible]n, ſing. 150.

Num.24. Chaſſan. in cathal. par. 8. conſider. 38. & 39.

Num.25. eſt verùm, quod qualitas perſonæ auget probationem in qualitate, Afflict. in cõſtit. quæſtione nu. 1. ſed inter æquales ſemper qui vitæ, merito, nobilitate, aut ſcientia antecellit cæteris præferendus erit, Chaſſan. in d. cathal. par. 7. in conſid. 47. Carau. in titu 101. nu. 6. & 7.

Nu.26. hic nota, quod Baro titulatus ſi intraret aliquam Audientiam, ſiue Rotã Officialium Regni debet ſedere cum illis licet inferius, Carauit. in tit. 101. ſub nu. 5. verſ. ſeruatur tamen, & Franch. deciſ. 118. num. 6. quod eſt ſatis notandum, quia vidi id pluries ſeruatum in Regijs Tribunalibus, nobiles enim perhonorantur, Girard. ſingul. 33. nobilibus viris debetur præſtatio honoris, Afflict. in conſtit. vt vniuerſis num. 6. & maximè viris iſtis titulo decoratis, quorum effectus honoris, ibidem Afflict. nu. 1. recenſet, & in ſpecie Chaſſan. in cathal. par. 8. conſid 38. l. quitur quando nobilitati deferendum ſit quõ ad honores, ſalutationem, & ſedis inter Iudices aſſignationem.

Num.27. verùm eſt, quod plebei non debent honore nobilium decurionum fungi, Afflict. in conſtit. conſtitutione præſenti nu. 6. vſq; nu. 7. infert ad officium iudicaturæ, quod vilibus perſonis non ſit committẽdum, & viles perſonæ ſunt pauperes, gloſ. §. ſi tibi authent. de mand. Princip. ſed aliter in popularibus dicendum, eſt honeſtioribus, & benemerentibus, & diuitibus, præſertim ciuibus popularibus Neapolitanis, eo quia ciuis ſupremæ ciuitatis, præfertur ciui primario mediocris ciuitatis, vt ex mente Decij refert Fuſc. ſingul. 68. lit C, vbi infert in ſpecie ad Neapolitanos, qui de hoc ſatis gloriantur, vltra Chaſſan. in cathal. par. 10. conſid. 14. vbi in ſeqq. conſiderationibus ipſorum ciuium, cæteris paribus prælationes intuetur, & propterea non mirandum, ſi nonnullis popularibus Neapolitanis, & Regni, titulorum dignitates conferuntur à Rege, attentis eorum meritis, nam ſi ſecus eſſet ligarentur manus Regis, cui ex ſuprema eius poteſtate dici nõ poſſit, cur ita facis, Chaſſan. in cathal. glor. mund. par. 5. conſid. 24. in 62. priuil.

Num.28. iſta petitio in ſe bona cernitur, ſed nõ fuit interpoſita decretatio, vt video, nam videretur quodammodo auferri poteſtas à Rege, qui inter cætera poteſt de inhabili facere habilem, & de indigno facere dignum, Chaſſan. in cathal. glor. mund. par. 5. conſid. 24. in 33. priuil. & in 51. priuil. ſubnectit, quod ſolus Princeps cum dignitatis donatione omnem maculam abſtergit, & in priuil. 91. cenſet ſolo verbo creare doctorem; ſimiliter & nobilem creare, Anna Iun. conſ. . . . . & in priuil. 168. Chaſſan. loc. cit. ad noſtrum propoſitum concludit ad ſolum Principem ſpectare honorem conferre, & licet honor ſit præmium virtutis, tamen in arbitrio Principis eſt cui, & quando conferre placuerit ex mente Luc. in l. nemini C. de conſul. libr. 12. ſicuti enim apud Deum nulla eſt differentia inter homines, Gloſ. in §. illud auth. de monach. verſ. non eſt, ita apud Imperatores, & Reges eſſe debet, & ita ibi Imperator facere profitetur, aſſerendo omnes enim in Chriſto vnã mercedem percipere, idcircò Princeps à quo omnes deſcendunt dignitates, inquit Bald. in cap. 1. nu. 1. quis dicatur Dux, &c. remota generis differentia, & perpenſis meritis ſubiectorũ debet dignitates elargiri gratiosè, & gratis conferre, alias omnia mala ſequerentur, cum à radice procedant auaritiæ, vt inquit text. in §. 1. auth. vt Iudic. ſine quoq. ſuffrag. alias ſi non omnibus dignitates indifferenter à Rege elargirentur, ſubſequeretur magnum abſurdum, eo quia nobiles nunquam efficerentur, & nobiles extantes, paulatim deficientes extingueretur nobilitas, at ſi origo humanæ cõditionis intuatur, quæ citra generis differentiam proceſſit æqualitatem omnibus hominibus dedit, ſed differentia ipſorum, merita, & virtutes initium dederunt, quemadmodũ vitijs per contrarium homines minorantur, ita per virtutes, & merita exaltantur, iuxta illud vulgatum Poeticum, relatum ab Afflict. in conſtit. poſt mundi ſub nu. 15.

Si pater eſt Adam, ſi mater cunctis, & Eua,
Cur non omnes ſumus nobilitate pares,
Degenerant homines vitijs, fiuntq. minores,
Exaltat virtus, nobilitatq. genus.

& aliud Iodoch. de nobilit. cap. 5. relatum à Chaſſan. d. par. 8. conſid. 6.

Omne hominum genus in terris ſimili ſurgit ab ortu,
Vnus enim rerum pater, eſt vnus cuncta miniſtrans,
Ille dedit Phœbo radios, dedit & cornua Lunæ,
Ille homines & terris dedit, & ſydera Cœlo,

Hic

Hic clausit membris animos celsa sede peritos,
Mortales igitur cunctos edit nobile germen.

Num. 30. de hac eadem Aula titulatorum loquitur etiam Reg. de Curt. in d. §. sed vnde digressi nu. 7. & quomodo sedeant titulati in Regno, vide Præs. de Franch. decis. 365. numer. 2.

Num. 31. vide vltra Boss. in tit. de ambit. Menoch. de arbit iudic. cas. 401. sed melius Martin. Laud. in tract. de dignit. §. 8.

Num. 32. Menoch. vbi supra num. 12. plures penas eis irrogatas refert, sed melius Iodoch. in praxi crimin. cap. 131. nu. 11. vbi conuenit cum opinione Auctoris nostri; non enim licet pecuniam dare pro dignitate cum administratione, idem Martin. Laud. in d. tract. §. 68.

Num. 33. ista dignitas Principatus de iure communi non erat cognita, sed bene de iure Regni, Afflict. in constitut. scire volumus num. 1. quem sequitur Curt. in diuers. feud. §. sed vnde nu. 10. & de hac eadem dignitate loquitur Chassan. in cathal. glor. mund. par. 5. consid. 54. vbi censet esse dignitatem post Regiam dignitatem, non mirum si ex prosapijs magnatum eligendi sunt, honor enim maior, & dignitas non dantur nisi prius habuerit minorem, Martin. Laudens. in tract. de dignit. §. 61.

Num. 34. Princeps honorare debet Episcopum, Chassan. in cathal. glor. mund. par. 5. consid. 28. & alias dū fuisset Episcopus creatus Regius Consiliarius, fuit ei concessus locus immediatè post Præsidē Sac. Cons. refert Franch. decis. 138. num. 4. de quo in meo Compend. verb. Episcopus, vbi alios citaui Doctores.

Num. 35 de hoc memini in meo Compend. decis. Regni verb. Præsidens, & de vtriusque officijs, scilicet Præsidis Sac. Cons. ac Locumtenētis Mag. Cam. loquitur specificè Muscatell. in tract. de doctor. dec. & author. nu. 54. & 57. & ego in præfatione Compend. decis. Regni, quo verò ad vnionem tribunalium Sac. Cons. Reg. Cam. & Magn. Cur. quando contingerint vniri, quodnam eorum præcedere debeat, videas in eodem meo Compēd. verb. tribunal, vbi citaui Marc. Anton. Surgent. in tract. de Neapol. illustrat. cap. 27. sub num. 24.

Nu. 36. memini de ista decisione in meo Compend. verb. Aduocatus, vbi etiam retuli ex mente Carauit. in rit. 2. num. 15. antiquitus vnum fisci patronum fuisse in ijs Tribunalibus, deinde duo electi, vnum in Mag. Cur. & alter in Reg. Cam. & non est dubium, quin magna sit eius auctoritas, vocatur enim clarissimus Aduocatus fiscalis, Carauit. in rit. 142. nu. 8. & sedebat in salutatione Principis inter Comites, filij illustrabantur in foliis clarissimorum, Scagl. in rit. 18. nu. 9. & præfertur cæteris Aduocatis, idem ibi nu. 9. sed melius Chassan. in cathal. glor mūd. par. 7. consider. 33. & debet præcedere omnes Iudices eiusdem dignitatis, quando agit causas Regis, non quando suas, vel priuatorum, Franch. decis. 138. nu. 5.

De Regal. imposit. Tit. IV.

NVm. 1 adde Chassan. in cathal. glo. mundi par. 5. consid. 24. in 14. & 48. priuil. Boss. in tit. vectig. qui posi. impon. num. 1. vbi ad alios Dominos Terrarum, an procedere examinat, potissimum ex antiquata consuetudine, Signorol. cons. 108. nu. 8. & de alijs habentibus potestatem imponendi noua vectigalia, Ferret. de publ. & vectig. nu. 203. & seq.

Num. 2. Boss. vbi supra nu. 12. & super quibus rebus imponenda sit, idem Ferret. loco citato nu. 204. An autem citra legitimam causam imponi possint istæ tallię, impositiones, & reliqua, & concluſiuè tenendum est minimè fieri posse l. 1. C. noua vectig. vbi Doctor. alias mortaliter Princeps peccaret, & ad restitutionem teneretur, Nauarr. in manual. cap 25. in princip. num. 6. Ex hoc enim populi grauarentur, & ipse excederet, Paris de synaicat. verbo post Imperatorum num. 27. vide etiam Mastrill. hic citantem Auctorem in tractat. de magistr. libr. 5. cap. 6. numer. 94.

Num. 3. hoc idem in specie tangit Luc. de Pen. in l. 1. C. de superindicto lib. 10. colum. pen. vers. contingit inde aliquando, & Iacob. de Gello in tract. de iure adhoę nu. 40. 45. & 46. posuit de hoc alia exempla notanda, nouissimè Mastrill. vbi supra.

Num. 4. quò ad primum caput respectu, quod redditus Regni non sufficiant, vide Iacob. Ayell. in dicto tractatu de iure adhoæ num. 40. & num. 46. sicuti etiam Rex capit bona aliena quando fiscalia non sufficiunt, Anna in allegat. 69. nu. 23. & respectu secundi capitis tempore guerræ, vltra ipsum Iacobum Ayellum nu. 16. & Afflict. in constitut. si vasallus nu. 15. vide Annam allegat. 86. num. 3. Campagn. in cap. item statuimus, quod Comites, & Barones num. 5. vbi etiam tradunt, si in hoc casu requiratur submonitio, & hoc intelligit Curte in diuers. feud. §. cum igitur num. 45, quando guerra esset in Regno, secus

ſi eſſet extra Regnum niſi neceſſitas aliud ſuaderet, idem Gell. vbi ſupra nu. 21. & Curt. ibi ſubnectit nu. 43. quod Baroni pro ſeruitio debetur adiutoriam à ſubfeudatario, ad quod ſiquidem ſeruitium, ſeù taxam ob cauſam belli etiam Eccleſiaſticę perſonę tenentur pro eorum ratis, vltra Iacob. Ayell. loco citato nu. 46. vide Martin. Laudenſ. in tract. de Princip. §. 433. vbi cenſet Prælatum debere ſubuenire Principi ſuo laico, puta Regi, vel Duci, tempore neceſſitatis ad vtilitatem publicam.

Num. 5. Semel enim ſeruitium taxatum non debet alterari, Conſiliar. Georg. allegat. 4. num. 1. ſingulariter Reg. de Curt. d. §. cum igitur nu. 59.

Num. 6. adde quod taxa duplex facta fuit in omnibus feudis Regni, altera in anno 1504. & altera in anno 1564. & qua ratione videas Regent. de Curte vbi ſupra num. 55. vbi num. 62. ſubnectit, quod taxa in feudis, licet adſit noua, & vetus, ſemper fuit vnica, quanquam ſeruitium debeatur ex reconceſſione feudi deuoluti, prout per prius cenſet ibi Conſiliar. de Georg. dicta allegat. 4. num. 14. hoc procederet quando eidemmet feudatario reconcederetur, vt ipſe proſequitur, ſecus quando alteri concederetur, tunc auctis fructibus fiat noua taxa maior, ſed ad eandem rationem, vt hic Auctor tradit, hinc idē Reg. de Curt. loco citato nu. 57. dixit, quod feuda debent taxari vt valeat tempore conceſſionis, & proinde iſtud ſeruitium perſonale in Regno fuit redactum in pecunia, & vocatum adhoa, idem Curte vbi ſupra num. 46. vbi num. 47. & ſequent. taxationem adhoarum cuiuſlibet feudi poſuit vltra Iacob. de Gello in dicto tractat. num. 53. Anna in repetit. cap. 1. de vaſall. decrepit. ætat. num. 150. & Regens de Ponte in repet. feud. lectur. 2. num. 46. & ſeq. & deciſ. 3. num. 11. idem dixit, quod loco ſeruitij perſonalis ſit ſubrogata, & originem ipſius intuetur, & ex quibus feudis debetur.

Num. 7. videas Reg. de Curte in d. §. cum igitur num. 61. vbi hoc ſingulariter declarat, vbi nu. 39. quid de iure communi ſtatutum refert.

Num. 8. idem Reg. de Curte loco citato num. 57. & 58. Anna in repet. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. nu. 151.

Num. 9. Tenor enim inueſtituræ ſemper attendendus, quia demonſtrat qualitatem, & eſſentiam feudi, Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. vt igitur num. 35. ex mente Bald. in cap. 1. de duob. fratr. Nam ipſa alterat naturam feudorum, ſicut ibidem ſubnectit num. 36. & inueſtituræ tenor cuilibet feudorum naturę derogat, Affli&. deciſ. 245. num. 103.

Num. 10. nam ſeruitium eſt onus reale, & comitatur feudi poſſeſſorem, Reg. de Curte d. §. cum igitur num. 68. vbi num. ſeq. ſubdit ſeruitium integrum poſſe Dominum petere à poſſeſſore partis feudi, & ſic deciſum refert, & in conductore aliam deciſionem refert Ayell. in d. tract. nu. 59.

Num. 11. ad corroborationem præmiſſorum inquit Iacob. de Gello in d. tract. nu. 63. quod feudatarius, qui habuit feudum à Rege poſt impoſitionem adhoæ non teneretur ſoluere adhoam, vel ei Rex remiſerit adhoam, idem nu. 60.

Num. 12. taxationem adhoarum etiam tradit Regens de Curte, vbi ſupra num. 59. & 62. ad quod facit illud, quod tradit Affli&. in cap. 1. §. ſimiliter num. 86. de cap. qui cur. vendid. Si adhoa ſolui debeat à feudatario Baroni, & non Regi, pro feudo quaternato exiſtente in Baronia, & adhoa, quæ ſoluitur Baroni fuit in minori quantitate, quam ſit adhoa, demum illud feudum Regi iuſte deuolutum eſt, & alteri ſub conſueto ſeruitio conceſſit dictum feudum, quod eſt augmentatum, an ſit pariter adhoa augmentata, & ſolueretur, prout in præteritum, & concludere videtur affirmatiuè, ex quibus adnotari debet, quod adhoa taxatur de nouo per Regiam Curiam, iuxta redditus in feudis nouis, Conſiliar. Rouit. in pragmat. 19. de offic. Proc. Cæſar. num. 5. & in pragmat. 1. num. 51. de fide memor. dixit adhoarum onus in omnibus introitibus, & bonis feudalibus ineſſe, & cum hoc onere æſtimari ad rationem quatuor pro centenario, & vltra cum vide Annam in d. cap. 1. nu. 150. de vaſall. decrep. ætat.

Num. 13. quantum ſpectat ad materiam releuiorum, quæ nam ſit, quando, & quomodo ſoluatur, & quantum ſolui debeat ſunt loca topica penes Iacob. Ayell. de iure adhoæ num. 70. & ſeq. Franch. deciſ. 121. Conſiliar. Rouit. in pragmatic. 2. de offic. Proc. Cæſar. verùm circa hypothecam tacitam fiſco cōpetentem, dico ei competere in bonis ſui debitoris, tàm ex contractu, quàm ex maleficio, Affli&. in cap. ſi duo de fratr. de nou. benef. inueſtit. nu. 45. Boſſ. in tit. de fiſco, & eius priuil. num. 29. Fiſcus enim habet bona eius cum quo contrahit tacitè obligata, Nicol. Moron. in tract. de fid. treug. & pac. par. 1. q. 21. num. 6.

Num. 14. adde Capyc. in ſua inueſt. feud. rubr. feud. iuram. col. 5. verſ. item non currit, Conſil. Rouit. in pragm. 26. num. 33. de feud. vbi multos allegat.

Nu. 15. eſt pragm. 19. de feud. Maſtrill. vbi ſupra eadem

ead. par. 8. nu. 265. citat Auctorem hic.

Num. 16. idem Consil. Rouit. in d. pragmat. 26. num. 27. de feud. & per totam, memini de ista decisione in meo Compend. decis. Regni verb. assensus.

Num. 17. ista donatiua, quæ fiunt Regi inter extraordinaria munera computantur, Capiblanc. in pragmat. 10. de Baronib. num. 15. vbi num. sequent. dixit, Regnum non esse obligatum donare in necessitatibus Regi, sed fit ex liberalitate, & qui sint conuocandi in talibus parlamentis ibidem recensentur, vbi plures allegat Doctor. sed præter eos vide Iacob. de Gello de iure adhoæ num. 38. fit autem donatiuum ad taxam adhoæ singulis duobus annis, & eius exactione durante adhoa non debetur, Curte vbi supra num. 54.

Num. 18. articulum istum plenè discutit in terminis nostris Iacob. de Gello in d. tract. de iure adhoæ, & sic concludit, iuxta hic decisa, vltra Auctorem infra eodem titulo §. 8. num. 37.

Num. 19. idem Iacob. Ayell. vbi supra allegat ad hoc eundem Innocent. & alios.

Num. 20. ad id allegat Iacob. de Ayell. ibidem, quia factum maioris partis maiorum Regni censetur factum ab omnibus de Regno.

Num. 21. ad hoc videas Couarr. in tract. veter. collat. numism. cap. 7. versus finem vers. mutatio verò pecuniæ, vbi allegat Innoc. & Doctor. citatos ad hoc per Auctorem.

Num. 22. An Rex possit monetam mutare, cum consensu totius populi, vide Afflict. in prælud. constitution. quæst. 16. sub num. 4. vltra Boer. decis. 327. num. 6. & 7. copiosè Vinius in sylua commun. opinion. in opinion. 518. vbi in contrarium dixit se habere communem opinionem, vt citra consensum populi id facere posse, & sic practicatur, Consiliar. Rouit. in pragmat. 1. de monetis num. 9. & 23. vbi allegat Luc. in rubr. C. de veter. numism. potest. libr. 11. in fine, satis ad propositum Auctoris notandum, quod Rex non potest mutare monetam sine consensu populi, licet ad hoc sufficiat consensus maioris partis maiorum Regni, quod non seruatur, vt dixi in praxi, vt est videre in pragm. 2. 4. & seq. de monet. eo quod augetur, & minuitur valor monetæ ad libitum Proregis adhibito voto collateralis consilij.

Num. 23. vide Marcag. Azeg. lib. 3. de commun. opinion. cap. 6. num. 3. & adde, quod maior pars aliquando dicitur vnus, qui contradicit, vt exemplis demonstrat Bonac. inter cõmun. opinion. tit. si contra ius, vel vtil. publ. num. 41. & 42. vt in confirmatione Officialium, de quo etiam per Franch. decis. 2. num. 21. Montan. in pragm. 2. de administ. vniuers. nu. 288. vbi de hoc rationem assignat, & facit, quod dixit Abb. in cap. 2. nu. 2. de ijs, quæ fiunt à maior. par. quod vox vnius ex collegiatis potest esse potentior, vel ponderosior ratione maioris scientiæ, vel dignitatis, vel tempore receptionis.

Num. 24. adde Mastrill. de magist. lib. 5. cap. 15. nu. 50. est verùm, quod parlamentum regale vniuersaliter, vt consuetum est fieri per Regni Barones, & personas magnates, Capiblanc. in pragmat. 10. de Baronib. num. 16. vt vulgo nuncupatur *il baronaggio*, vt fuit seruatum tempore Regis Alphonsi Primi, & sic de singulis quoties tractatur de negotijs pertinentibus ad Regni regimen, ipsi enim sunt capita singularum terrarum Regni, sicuti quoties capitula generalia celebrantur per monachos, ac clericos regulares fiunt conuocatis capitibus Ecclesiarum Orbis, hoc est Abbatibus, vel Prioribus, aut Præpositis; similiter, & concilia generalia, vt in dies videmus inter Prælatos, & hoc principaliter ad euitandam confusionem gentium, nam frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora l. generaliter, C. de instit. sub condit. §. 1. Institut. quod cum eo, &c. Similiter aliquando per deputatos platearum, vt demonstratur in cap. Regni, vt sine mortalis in fine. Similiter, quia non tantum Barones dicuntur Regij Officiales, Franch. decision. 211. num. 7. & decis. 274. num. 3. sed fungun tur Vicedefensoris, & Præsidis in eorum Terris, Campag. in cap. ad quietem num. 8. & 11. Anna allegat. 52. num. 74. & propterea non tantum Baro poterit comparere pro suo interesse, quando vasalli molestarentur, idem in singul. 61. sed etiam quando interesse, ipsorum versaretur, vt multis exemplis comprobat Capiblanc. in pragmatic. 3. num. 80. de Baronib. & sicuti Baro representat feudum, quod nescitur loqui Afflict. decis. 324. nu. 16. ita pariter omnes eius vasallos cum dicatur primus ciuis, Franch. decis. 197. num. 18. quemadmodum, & Syndicus, qui totam vniuersitatem representat, Montanar. in pragmat. 2. num. 7. de administrat. vniuersit. dicitur pariter ciuitatis defensor, Anna allegat. 130. num. 9. & primus omnium, cum sit caput ciuitatis omnia nomine vniuersitatis gerit, administrat, & comparet pro ipsius defensione, latè Loseus in tractat. de iure vniuersit. par. 2. cap. 1. per totum, non mirum si possint comparere, sed an donare bona ipsorum, quia cum non sit prohibitum donare Principi vasallis, nec vniuersitatibus, idem Capiblanc. dict. pragmat. 10. num. 26. & maximè in casu isto

ſic ſolito in Regno verſari, ſicuti tutor conſueta munera mittendo excuſatur, Franch. deciſ. 178. num. 8. Sic & Barones, qui ad hoc conſentur habere tacitum mandatum ex cõſenſu tacito vaſallorum ad ſimilia agendum & hoc iure vtimur, nam conſenſus tacitus idem operatur ſicut expreſſus, Maur. Iun. allegat. 30. nu. 9.

Num. 25. Hinc ſingulariter dixit Loſeus in dicto tract. de iure vniuerſit. part. 1. cap. 3. num. 68. quod concilium vniuerſitatis quando non extat Magiſtratus, cuius præſentia requiritur, vel alius ſuperior poteſt conuocari, & congregari de auctoritate antiquioris Decurionis, vbi num. 75. & ſequent. materiam ipſam proſequitur, quando cenſeatur geſtum à maiori parte conuocatorum, vt cenſeatur maior pars Conſiliariorum, ſeu Decurionum Vniuerſitatis, quod limitat num 83. quoties conſenſus populi vnanimiter ineſſet ſufficeret, licet primates reluctentur, & diſſentiant.

Num. 26. Hic nota, quod magna eſt differentia inter Barones, & Syndicos, ſeù Officiales Vniuerſitatum, adeò quod Barones habent iuriſdictionem ſine adminiſtratione, Syndici è contra adminiſtrationem ſine iuriſdictione, Montanar. in pragmatic. 2. ſub num. 64. de adminiſtrat. vniuerſit. Ideò inſpecta iuriſdictione ipſorum Baronum, cum ſint Patres, & Protectores vaſallorum tenentur inueſtigare commoda ipſorum, Capiblanc. in pragmat. duodecima num. 13. de Baronib. eo quia, vt ipſe ſubnectit vti boni paſtores eorum, etiam curam habere, potiſſimum, vt introitus vniuerſitatis iuſtè erogentur, idem ibi nu. 14. & computa reddantur, ac reuideantur, idem Montanar. in dicta pragmatica §. 9. ſub num. 5. cæterum in bonis prædictis aliud ius habere non præſumuntur niſi iuriſdictionis, & protectionis, Capiblanc. in pragmat. 11. de Baronib. quo verò ad perſonas eorum vaſallorum, nequeunt ipſi Barones ſe interponere in pertinentibus ad regimina Ciuitatis, & Terræ, Capiblanc. dicta pragmatic. 12. num. 12. vbi num. 15. ſubdit, nec ſe intromittere in officijs ſpectantibus ad Vniuerſitates, nec alia facere, tàm bonis, quàm perſonis, ex quibus reſultarent grauamina, vt in cap. grauamina, ibi Campag. prolixius, quo verò ad Syndicos, & eorum officia, ſatis, ſuperque pertractatur per ipſum Montanar. in dicta pragmat. 2. & Loſeum in tract. de iure vniuerſit. par. 2. cap. 1. per totum, ex quibus omnibus colligitur differentia inter eos.

Num. 27. quæ nam dicatur conſuetudo irrationabilis, vide Roech. de Curt. in cap fin. de conſuet. ſuper gloſ. rationabilis verſ. ſeptimo aduertendũ eſt, ſed verius ea eſſe dicitur irrationabilis, quæ à lege reprobata eſt, Aſflict. in conſtit. præſentes ſub nu. 12. Nicol. de Milis in ſuo repert. verb. conſuetudo, in verſ. tamen veritas eſt, licet hoc ſit relictum arbitrio Iudicis, quando ſit rationabilis, vel irrationabilis, Vezin. inter commun. opin. tit. de leg. & conſtit. nu. 324. non mirum ſi non valet conſuetudo ipſa, quamuis iurata, ad quod in terminis noſtri Auctoris allego Oldrad. conſ. 259. vbi loquitur tam de ſtatuto iurato, quàm de cõſuetudine iurata vocandi canonicos abſentes in electionibus faciendis, quod iuri contrarium eſt, vt ibi per eum.

Num. 28. de hoc videas Kircou. Michael. Graſſ. & alios Doctor. inter comm. opin. tit. ſi contra ius, vel vtil. publ. nu. 37. & ſeq. an & quando maior pars minori præiudicet, latè Montan. in d. pragm. 2. nu. 285. cum ſeq. Loſeus in d. tract. de iure vniuerſ. d. par. 1. cap. 3. nu. 76. & ſeq. vbi etiam loquuntur quando ſint vocandi.

Num. 29. ideò ad hoc notandum eſt, quod tunc maior pars præiudicat abſentibus, quando circa actus vniuerſitatis, ſecus ſi circa negotia ſingulorum, Marcag. Azoguid. in tract. de commun. opin. lib. 3. cap. 9. nu. 9. nam tunc conſenſus omnium ſigillatim exquirendus erit ſingulariter, Loſeus vbi ſupra nu. 84. non mirum ſi compoſitio non valuit, nec patiter tranſactio, etenim nec Officiales vniuerſitatum hoc agere poſſunt, ſcilicet trãſactiones, Montan. in pragm. 5. §. 13. nu. 8. eod. tit.

Num. 30. verùm eſt, quod iſtud de duobus partibus habet locum, quando omnes eſſent vocati, de quo ſtandum eſt nuncio, Capyc. deciſ. 4. nu. 3. quem etiam ſequuntur Kircou. & Graſſ. in loc. cit. nu. 38. in fin. & Cherian. ibidem ſub nu. 39. verſ. debent tamen, imò nec ſufficit omnes fuiſſe vocatos, niſi dictæ duæ partes interueniant, ſubdit Montan. in dicta pragm. 2. nu. 285. An autem particulariter, vel generaliter ſint conuocandi, nam vt Auctor tradit quoties negotium vniuerſitatis ageretur ſufficerent maiores Ciuitatum, & Rectores, ſi verò negotium ſingulorum omnes citandi eſſent, in hoc erit attendenda conſuetudo Regionum, nam vel ſono tubæ, vel præconis, vel campanæ, vel per cartellam affixam in loco publico, & conſueto conuocari ſolent omnes, vt teſtificatur ibidem Montanar. num. 248. benè verùm eſt, quod in actibus tangentibus pluries, vt vniuerſos non ſufficit dare voces ſeparatim, ſed in communi eſt dandus conſenſus, ſecus tamen in actibus expediendis pluribus, vt ſingulis, quia tunc voces ſeparatim

alijs

alijs non conuocatis dari ſolent, vt poſt Aymon. conſ. 63. ſequitur ibi Montan. nu. 299. & nouiſſimè Loſeus vbi ſupra nu. 84.

Num. 31. hoc etiam notat Loſeus in d. tract. de iure vniuerſ. loc. cit. nu. 78. quod concilium ciuitatis, quando poſſit publica negotia expedire, licet non interueniant duæ partes ex tribus totius ordinis decurionum, ſi modo omnes conſiliarij vocati ſunt, vbi nu. 79. refert, an & quando decuriones abſentes ſpecialiter vocandi ſunt, & Feſtaſ. in tract. de colle&. & æſtim. par. 3. rubr. qui colle&. imp. nu. 36. & 37.

Num. 32. hoc tangit Turzan. inter commun. opinion. in d. tit. ſi contra ius, vel vtil. publ. num. 46.

Num. 33. eſt immunis ciuitas Neapol. etiam à donatiuis ex capit. 27. magni Capitanei, & cap. 32. Regis Catholici, interuenit in parlamentis vti caput totius Regni, ita demonſtratur in pragm. 1. de immunit. Neapol. ibi in hanc noſtram ciuitatem Neapol. quæ caput noſtri Regni eſt, Franch. deciſ. 360. nu. 4.

Num. 34. Decuriones repreſentant ciuitatem, Montan. in d. pragm. 2. num. 153. hoc eſt per Syndicum, Electos, & Conſilium, Franch. deciſ. 253. nu. 8. hoc eſt reſpectu illarum regiminum, vt poſſint pro illis comparere, nam ciuitas ordinariè per ciues repreſentatur, ita Loſeus in d. tract. par. 5 cap. 1. nu. 16. hoc eſt, quò ad reliqua ſic Barones repreſentant totum Regnum, & ideò in iſtis donatiuis conuocandis, Capiblanc. in d. pragm. 10. de Baronib. num. 16. Barones ſolent pro ſe, & ſuis Terris aſſentire donatiuo Regi ſoluendo, Reg. Valenz. conſ. 99. nu. 61.

Num. 35. vide Capibl. in pragm. 12. de Baronib. per totam, vbi explicat in quo conſiſtit iſta ciuilitas Baronũ, & ibi Conſil. Rouit. nu. 24. & circa primam limitationẽ hic traditam, ſublimitatur non procedere quò ad donatiua facienda Proregibus ab eis procurata à vaſallis, nam expreſsè vetitum eſt in pragm. 6 de mun. offic.

Num. 36. vide addita ſupra eodem num. 22. & quod teneatur damna reſarcire, Affli&. in prælud. conſtit. q. 15. ſub nu. 4.

Num. 37. vide Couar. in tract. vet. collat. numiſ. cap. 7. verſ. mutatio verò pecuniæ.

Num. 38. vide Annam in alleg. 69. nu. 51.

Num. 39. eſt text. in l. pretia rerum ff. ad l. fal. cid. quem ornat Anna ſing. 528.

Num. 40. imò tempore D. Petri de Toleto fuit valor argenti auctus, vt in pragm. 2. de monetis, & nouiſſimè tempore Ducis Oſſunę, vt in pragm. 17. eod. tit.

Num. 41. iſtam regulam cum ampliationibus, & limitationibus poſuit Ant. Gabriel. libr. 3. commun. opin. tit. de ſolut. concl. 1. & melius Xuarez inter commun. opin. tit. ſi cert. pet. num. 143. vbi in ſpecie loquitur in pecunia mutuata, iuxta Auctoris dictum, ad quod allegat plures Doctores.

Num. 42. intereſt non tantum Reipublicæ diuites habere ſubiectos, inquit Campag. in cap. Comites nu. 9. ſed etiam Principi, ſeù Regi, Andr. Gail de arreſt. cap. 8 num. 4. ad hoc, vt de facultatibus eorum ſubuenire poſſint eorum Dominis in opportunis cauſis, vt colligitur ex d. cap. Comites, & ſic attenta opportunitate pro tempore exigẽda, ſolet aliquando Rex noſter ſereniſsimus ſubuentionem aliquam à Regno expetere, non aliter certam ſummam ſtatuendo, quapropter tale augmẽtum non procedit ex parte Regis, ſed ipſorum Baronum, ad quod verè debent eſſe circumſpecti, dum paſtores conſtituti ſunt, & patres, & protectores vaſallorum, tenentur commoda eorum inueſtigare, Capiblanc. in pragm. 12. num. 13. & perpendere eorum neceſsitates. An ipſi Barones contribuant in donatiuo, idem Valenz. vbi ſupra num. 56.

Num. 43. quamuis feuda adinuenta ſint cauſa militiæ ob ſperatam fidem, Curte in diuerſ. S. multoties concedens nu. 93. & ſucceſsiuè, vt Domini defendantur, idem in S. cum igitur nu. 30. & propterea vltra ſeruitium militare, ſiuè adhoam debitam per feudatarios adhuc ipſi tenentur ad extraordinariam collationem, quando Principi mota eſt guerra in Regno, vel ipſe alteri iuſtè mouet, Afflic. in cap. vnic. nu. 3. in S. extraordinariam, quæ ſint regal. ſecus tamẽ extra Regnum ſi bellũ eſſet exortum, vt dixi ſupra eod. nu. 4. Attamen vrgentibus neceſsitatibus Regis ſolent iſti fidelisſimi Barones eidem Regi ſubuenire aliquo donatiuo, & benè, ſed gratuitè, in quo aduertendum eſt ne feuda cum feudatarijs in deteriorationem perueniãt ob immoderationes, & onerum impoſitiones allegantes onera graniora, & inſopportabilia, cum feuda gaudia afferre videantur, ita ſpecificè loquitur Luc. in l. 1. col. 7. verſ. ad vtriuſque, nam quod C. ne ruſt. ad vll. obſeq. lib. 11.

Num. 44. vide Luc. de Pen. in l. 3. col. 5. C. de quib. muner. vel præſt. lib. 10. vbi cauſam ſoluendi tributum tradit, ſed per quos ſoluitur in Regno, & ad quem finem, idem in l. 1. C. ne ruſtic. ad null. obſeq. & c. lib. 11. col. 6. verſ. tertio quæritur.

Num. 46. quamuis Afflic. in conſtit. Monarchiã nu. 6. & ſeq. concludere videatur Regem faciendo pragmaticam, per illam non poſſe ſe ligare, attamen nu. 8. ex mente Andr. in conſtit. pacis cultũ in fin. dixit, quod Rex, quod

alijs ſtatuit debet ipſe ſeruare, nam irrationabile videtur vnum ſtatuere pro ſe,& aliud pro ſubditis, & an & quando Princeps, qui ſuis legibus ſolutus ſit illis obedire teneatur, vide Thomaſett. in regul. 233. Princeps, vbi id declarat ſingulariter.

Num. 47. videas Iacob. de Gello in tract. de iure adhoæ num. 21. & ſeq. vbi poſuit iſtam, & alias conſimiles quæſtiones, Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. cum igitur num. 45. & ante eum Affli&. in deciſ. 265. nu. 50.

Num. 48. videas Capibl. in pragm. 19. à nu. 34. cum ſeq. de Baron. vbi articulum iſtum plenè examinat, ſi ad Principem, vel Barones, aut ad vniuerſitates hoc onus iniunctum ſit, non ſolum in Regno, ſed extra Regnum.

Num. 49. ex hoc principaliter notandum eſt, quod ſicuti quis cogi poteſt ad exercendam artem aliquam, vt poſtea exerceat, & vniuerſitas illos eligere ad tale miniſterium, ſic pariter eos compelli ad illam exercendam, ita Luc. in l. mechanicos col. 1. verſ. an ſicut C. de excuſ. artif. lib. 10. hinc Medicus cogi poteſt ad medendum, ſic Doctor ad conſulẽdum, Viu. in ſylua comm. opin. opin. 27. & ad aduocandum Doctor. in l. ſi quis C. de aduoc. diuerſ. iudic. & ſic de ſingulis, iuxta eorum artificium, Ambroſ. de Vignat. in tract. de vſuris nu. 158. non tamen ad vile artificium perſonæ honeſtæ cogendæ, ſed viles ad miniſterium vile, vt in manigoldo exemplificat Paris de ſyndic. verb. manigoldus, quem ſequitur Campag. in cap. grauamina nu. 100. nam aliter eſſet grauare illos, hinc deciſum patet per S. C. vaſallos Baronũ ſolitos,& habiles præſtare operas cogi poſſe, Franch. deciſ. 526. vt dixi in meo Comp. in verb. vaſalli, imò ẽt extra territorium, & ita deciſum ait Amend. ad Franch. deciſ. 212. nu. 9. vt in eodem Compend. ſub dicto verb. vaſalli, memini, quanto magis, & Regi hoc licere cernitur, qui dicitur Dominus perſonarum, vt in conſtit. fidelium, accedente etiam neceſſitate, ſic Rex poteſt Tirones, & milites ad hoc idoneos ex ciuitatibus eligere, vt accepto ſtipendio de ſuo Aerario militent pro ſeruitio Regis, aut bellum gerant, Iacob. de Gello de iure adhoæ nu. 43. vbi à nu. 39. cum ſeq. alia vtilia exempla ad hoc conferentia cumulat; & proinde quantum ſpectat ad milites nouæ militiæ, vulgo nuncupati *del battaglione*, de quorum inſtitutione habetur in pragm. 2. de milit. tales enim milites non continuò vacant militiæ, ſed conſtituti ſunt ad requeſtam vrgente occaſione, ob defectũ militum ordinariorum, & ad omnem ordinẽ Principis, & ſic pluries vidi ſeruatum temporibus Comitis Lemenſium, Ducis Oſſunæ, & ad præſens audito clamore aduentus Turcarum, eos in maritimis Regni collocari, & aliquando per mare cum vaſellis traſcurri; hinc pariter ob defectum militũ ordinariorum hiſpanorum, qui per mare cuſtodiam peragebãt, & in perſecutionem inimicorum deſtinati, dicti milites fuerunt ad cuſtodiam nocturnam, & diurnam Regalis palatij adſcripti, & aliorum locorũ cuſtodiæ deputatorum per ciuitatem, ſicuti ad præſens tempore Illuſtriſſimi Cardinalis Borgię iam noſtri Proregis in actu practico obſeruatum fuit; quò verò ad iſtas perſonas vulgo nuncupatas *bonauoglia*, cenſeo regulariter nonniſi condemnati pro facinoribus inſeruire teneantur in Regijs triremibus, vt oſtenditur in pragmat. 1. de condemn. pro delict. & pragm. 1. de remigibus. Similiter in galea damnari poſſunt rixatores frequentes, delatores armorum, luſores, publici frequentatores tabernarum, & non ducentes vitam ex artificijs, vt ex mente Parid. & Affli&. teſtificatur Campag. in cap. item prædicti admirati nu. 7. & iſti ſunt propriè vagabundi, vt clarificatur in pragm. 1. de vagabundis, vulgo nuncupantur *diſuteli*, quibus impoſita eſt pœna triremium per quinque annos regulariter, ſicut habetur in pragm. 2. eiuſdem tituli, iſti tales cum non habeant artes, nec bona, ſunt venenum ciuitatis, proni ad libidines, ſeditiones, turbas, & inuidiam, Conſil. Rouit. in rubr. de vagab. nu. 3. ſolent aliquando Proreges quando opus habet iſtis remigibus deſtinare Commiſſarios per Regnum contra eos, & captos, & conſtito de eorum vita mala ad triremes condemnare, iuxta diſpoſitionem dictæ Regiæ pragmaticæ, ad quod aduertendum duxi, vt contra eos iuridicè procedatur per Commiſſarios deſtinatos ad capiendas informationes ipſorum, ne ſub iſto colore inimici ad tollendum eos aliquos teſtes, vel pretio corruptos, aut precibus deponentes innocentes vexant, & quod peius in defenſionibus faciendis aures non præſtant audiendo eorum defenſiones, etenim cũ hoc contingiſſet peragi in Prouincia Calabriæ, & per Reg. Aud. fuerũt capti pluſquam centũ homines ſimiles, & contra eos ſic proceſſum, tranſmiſſiq́, ad iſtam ciuitatẽ audito tali reclamore fuerunt iuſtiſſimè per Comitem Beneuẽti tunc Prorege omnes dimiſſi, & ſic iuſti, & iniuſti pertrãſierunt inulti, ſolet pariter Prorex reſcribere (quando ijs hominibus opus habet) omnibus Regiis Audientijs, & Curijs Regni, vt condemnati ad triremes quamcitius tranſmittant, nam nequeunt officiales Regni ad alias triremes condemnare inquiſitos, niſi ad regias

ex

ex dispositione pragmatic. 2. de condemnat. pro delict. Solentq; multoties aliqui homines inutiles, vitiosi voluntariè se dictis seruitijs triremiū adscribere, dùm se pro certo tempore ad pretium participandum sese venderint, quod fieri potest §. ferui autem in fine, instit. de iure person. & isti vulgo dicuntur *bonauoglia*, & possunt cogi, & compelli in necessitatibus ad inseruiendum, iuxta eorum solitum, similiter & respectu aliorum vulgo fodiatorum, seù guastatorum, etenim in bello sunt admodum necessarij, quod quidem demonstratur in bellatorum instructione, relata per Luc. de Pen. in l. tribuni col. 1. vers. & hæc est C. de re milit. libr. 12. ibi, fossaq; munire, &c. quod proprium est ipsorum, & memini annis elapsis sub regimine Comitis Beneuenti fuisse nonnullos fabros, fabricatores, aliosuè artifices transmissos cum nauis onustis calce, & alijs instrumentis ad eos spectantibus, ad construendum fortilitium in loco nuncupato *Porto Longone*, sicut cum effectu actum fuit, & pariter in alijs vrgentibus necessitatibus belli eos coactos ad inseruiendum pretio, siuè salario mediante.

Num. 51. nam & omnibus indifferenter carceratis hæc praxis deponendi eos in triremibus versatur, sed in illis tantum, qui sunt certitudinaliter ex eorum facinoribus pœnam grauissimam merentibus condemnandi, & sub coloratis dilationibus causarum expeditiones protrahere nituntur, & ob hoc adinuentum fuit remedium hoc, vt deponantur interim in triremibus, nec per hoc causarum ipsorum expeditiones impediri debeāt, etenim mandatum est in pragm. 5. de condemn. pro delict. vt causæ carceratorum transmissorum ad regias triremes loco depositi expediantur suo marte, prout aliorum, qui remanent in carceribus Mag. Cur. Vic. quemadmodum enim statutum est contra delinquentes guidatos, vt procedatur ad vlteriora, non obstantibus guidaticis, vt in pragm. 3. de guidat. at si ex causarum expeditione appareret eos esse triremium pœna dignos, si erit temporaliter statuta tempus, illud deducetur ex condemnatione, ita disponente d. pragm. 5. in princ. sicut carcer excomputatur in tempus exilij, Capibl. in pragm. 19. nu. 8. de Baron. ex mente Franch. decis. 317. nu. 4. & sic decisum retuli in meo Cōpend. verb. tempus; si verò sententia absolutoria subsequeretur condignè, de salario erint satisfacti solito dari remigibus, vt ex eadem pragmatica colligitur, aut denique sentēcia mortis contra eos promulgaretur, tunc quia mors omnia soluit, vlterius non erit de hoc perscrutandum, & quo ordine carcerati ad regias triremes transmitti debeant, cum diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habeat, ad hoc, vt finito tēpore Capitanei eos liberare possit, vide Affict. in constit. ij, qui per inquisitionem nu. 9. quem sequitur Campag. in cap. itē prædicti Admirati, & Viceadmirati nu. 13. & 14. solent etiam carcerati tempore visitationis faciendę in die Sabbati se cōcordare cum Regia Curia pro certo tempore inter eos conuento ad inseruiendum in regijs triremibus, & ita transacto tempore liberari pro eorum delictis, vt in praxi quotidiana receptum est.

Num. 52. & sic decisum refert Franch. decis. 526. de quo in meo Compend. verb. vasalli.

Num. 53. Capiblanc. in pragm. 10. de Baron. sub num. 26. allegat Andr. in prohem. feud. ad hoc.

Num. 55. de ista obseruantia contra capitulum ostenditur in d. pragmat. 5. de condemn. pro delict. in princ. ibi: *Ordinando, che li condennati in galera, le cause delli quali pendeno per via d'appellatione si consignassero alle regie galere, come già ne sono stati consignati, & se ne consegnano*, &c. an carcerati pendente appellatione debeant stare in carcere, vide Campag. in cap. grauamina sub nu. 94.

Num. 56. extant de hoc pragmaticæ situatæ in tit. de vagab. quæ iustissimè cernuntur promulgatę, adeò quod Iudex ex officio inquirit contra frequentantes tabernas, lusores ludis prohibitis, & contra frequentes rixantes, & portantes arma, & contra homines deambulantes per plateas, & vicos, qui sunt iuuenes sine arte, & non laborant, nec habent redditus, & vadunt benè vestiti, nam præsumitur contra eos omne malum, & cōuicti per decem testes condemnari possunt ad galeas, vt dixit Marant. in specul. part. 6. nu. 200. per text. in constit. ij, qui vbi Affict. & Paris in verb. inquisitio colum. 7. qui dixit numerum testium redactum esse ad quatuor, quos citat, & sequitur Campag. in cap. item prædicti Admirati n. 7. & sūt venenū ciuitatis isti tales proni ad libidines, seditiones, & alia, vt dixit Consil. Rouit. in d. rubr. de vagab. nu. 3. de quibus omnibus meminit Carrab. in singular. 132. Officialis, vbi citat hic etiam Auctorem nostrum alia addendo, & vltra eum vide Tartagl. in prax. crim. cap. 8. sub nu. 1. col. 4.

Num. 57. videas Capibl. in pragm. 19. de Baronib. nu. 38.

Num. 58. idem Capibl. vbi supra nu. 35.

Num. 59. hic nota, quæ dixit Campag. in cap. præsertim in addit. quod hodie regia curia imposuit in toto Regno quatuor caballos

æneos

æneos quolibet menſe pro quolibet focula-ri, & talis impoſitio ſoluitur Regio Perceptori pro ſalario Barricelli, ſeu Capitanei campaneæ, & comitiua, & perſequũtur malefactores per totum Regnum, & proinde vniuerſitates ſunt releuatæ à cuſtodia territoriorum, ita, quod ſi in aliquo territorio fuerit commiſſum furtum, vel aliud delictũ vniuerſitates ad nihilum tenentur, nec ad pœnam, nec ad damnum, quia cuſtodia fit per deputatos per Regiam Curiam, & non per vniuerſitates, idemquè confirmat ſub nu. 32. in addit. & in cap. pridem tibi nu. 20. in fin. adeò quod Rex etiam homines ſtipendiatos tenet pro ordinaria perſecutione ipſorum, ita Carau. in pragm. 2. de exul. nu. 31. vbi ſubdit edictum illud vniuerſitates compelli contra exules perſequendos intelligẽdum eſſe, quando opus fuerit, & ſic in practica ſeruatur, & ob id ſuccedente caſu, tenentur vniuerſitates tenere homines certos ob dictam perſecutionem, ſicuti ibidem nu. 37. concludit, qui in rit. 311. num. 6. allegando pragm. 1. de damn. clandeſt. & potiſſimum nu. 14. materiam iſtam plenè examinat, & in rit. 340. nu. 66. quem citat Fuſcus ſingul. 38. lit. V, pro cuius dicti corroboratione cenſet Capibl. in pragm. 19. de Baron. nu. 43. quod vbi adeſt ſuſpitio bannitorum vniuerſitates debent facere pulſare campanam, & territorium perquirere pro eorum captura, conuocando ciues ad eorum perſecutionem, vbi ſubdit nu. 44. quod licet ad ſonum campanæ debeant omnes ciues accerſiri, tamẽ ſi Officiales haberent ſufficientem partem, debent eſſe contenti, & non moleſtare cæteros omnes, niſi intelligeretur maxima turba latronum, tunc omnes tenerentur, & ita iudicatum refert.

Num. 60. colligitur hoc ex pragm. 1. de damn. clandeſt. vbi ita diſpoſitum eſt, Carau. in d. rit. 311. nu. 6. vbi nu. 5. refert ciuitatem Neapolitanam, ciuſquè homines ex priuilegio non teneri pro damnis, & homicidijs clandeſtinis.

Num. 61. latè Cępoll. in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 111. de ſeruitute viæ à nu. 46. cum ſeq. vbi loquitur de refectione viarum intra, & extra ciuitates facienda, vbi ſub num. 50. cenſet pro hoc eſſe imponendam collectam, & de omnibus loquitur Bart. in l. omnes col. 2. C. ſine cenſ. vel reliq. verſ. ſpecialis, nempè de refectione viarum, pontium, & murorum quem citat Feſtaſ. in tract. de æſtim. & collect. par. 2. rubr. qui ſol. an poſſ. vel deſcript. num. 51. & de refectione murorum loquitur Montan. in pragm. 2. num. 95. de admin. vniuerſ. alios Doctor. citat Alph. collect. 112. & ſic deciſum, & practicari cenſui in meo Cõpendio in verb. focularia, & de talibus ſolutionibus loquitur Capibl. in pragm. 10. num. 14. de Baron. & ante eum Campag. in cap. porrecta ſub nu. 115. vbi quærit ſi iſta onera imponi debeant per capita.

Num. 62. Cępoll. loc. citat. nu. 47 & 48. latè Feſtaſ. in d. tract. par. 4. nu. 50. & ſeq. Montan. vbi ſupra nu. 96. vbi alios allegat, Vezzin. inter commun. opin. tit. de ſacroſ. eccl. nu. 10. quod ſimiliter ad clericos extenditur, Viu. in ſylua comm. opin. in opin. 102. Xuarez inter comm. opin. tit. de Epiſc. & cler. nu. 54. ad quod aduertendum eſt, iuxta dicta per Auctorem compellendos eſſe per ſuos Iudices, & non per Iudices ſæculares, vide Feſtaſ. vbi ſupra num. 37 & optimè Bened. Capra inter comm. opin. tit. de for. compet. nu. 6. vbi plures allegat, vide ſupra eodem de elect. offic. in princ. nu. 40.

Num. 63. quamuis vniuerſitates ad reparationem veterum caſtrorum teneantur, non autem ad noua ædificia conſtruenda, ex cap. Regni item ſtatuimus, quod ab vniuerſitatibus, vbi Campag. & plenius in cap. grauamina num. 73. cum additione, & quid in turris loquitur ibidem Campag. d. cap. itẽ ſtatuimus nu. 5. ſed loquitur de turribus priuatis, non aũt de iſtis deſtinatis per loca maritima pro cuſtodia facienda in beneficium vniuerſitatum ab incurſibus hoſtium, quæ licet ſint conſtructa, expedit aliquando reparari, de quibus etiam loquitur Capibl. in pragm. 10. de Baron. nu. 14.

Num. 64. vide Capibl. in pragm. 19. de Baronib. nu. 36. vbi cenſet officium Principis eſſe, rebelles, & publicos latrones ſuis ſumptibus perſequi.

Num. 65. facit text. in cap. Regni functionum, & ibi Campag. num. 17. Afflict. deciſ. 265. ſub nu. 81. dixit, quod Regnorum redditus fiunt ſtipendia pro adminiſtranda iuſtitia, idcircò tributa ſunt Regi conſtituta, vt Regnum ſeruet ſine ſubditorum grauamine, Luc. in l. 1. col. 7. verſ. nam ideò C. ne ruſtic. ad null. obſeq. &c. libr. 11. vbi in præcedenti col. 6. diſputat ſi Rex, vel Iudex poſſit data neceſſitate vrgente ſubditos cogere, vt eum proprijs adiuuent ſumptibus.

Num. 66. ſic limitatur regula illa, quod nemo tenetur inuitus rem ſuam vendere, ſecus ratione publicę vtilitatis, Loſcus de iure vniuerſ. par. 3. cap. 6. nu. 19. hoc idem nouiſſimè practicatum fuit in præſenti anno 1620. in ampliatione plateæ S. Luciæ maris, vbi fuerunt nõnullæ domus priuatorum dirutæ, pro illius ampliatione ad ornatum ciuitatis ex concurſu totius populi, quaſi ad recreatio-

nem

nem animorum ex aeris & loci amenitate, ſoluto tamen pretio Dominis ſub gubernio Illuſtriſſimi Cardinal. Gaſparis Borgiæ generalis Regni Locumtenentis, & de eius mandato, & hoc iure licito proceſſit, nam etſi ad faciẽdam viam publicam domus priuati deſtrui poteſt ſoluta æſtimatione, Aſflict. in conſtitut. Iuſtitiarius nomen, & normam nu. 9. quanto fortius pro illius ampliatione, ad quod ſingulariter Cępoll. in tract. præalleg. eod. cap. 111. de ſeruit. viæ nu. 11. ſi ædificium iuxta plateam auctoritate publica deſtruatur, an platea amplietur, & vtrum via iuxta illud ædificium deſtructum deſinat eſſe, & incipiat eſſe platea, an via remaneat ſicut erat prius, quod ſit ob ſtatuta punientia duplicitate pœnæ delicta facta in platea, & concludit ex mente Bart. quod ſtatim, quod illa via intrat plateam deſinit eſſe, & platea incipit, & ſic bis iudicaſſe, quid autem facta dicta ampliatione, ſi alia deinde fieret magna ampliatio, an domus illa, in qua erat via redeat Dominis, vide Annam in ſingul. 84. ciuitas, vbi loquitur in ampliatione murorum ciuitatis, & concludit affirmatiuè, & ſic deciſum, vbi alia notatu digna dixi, ad quod adde Franciſc. de Celiſia inter ſingular. Bartol. de Capua 96. nota ad quæſtionem.

§. I.

NVm. 1. Imò Iudex ex officio poteſt exhonerare grauatos, & inquirere bona ex officio ad petitionis ciuitatis, & exactorum, Petr. Piccol. in pragm. 1. de appret. nu. 81. & 82. quinimò ex hoc colligitur, quod allegãti incumbit onus probandi, Carauit. in ritu 179. nu. 9. eo quod cum diminutio, vel augmentum in facto conſiſtant, nũquam factum præſumitur niſi probetur l. in bello §. factæ ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. & ſic limitatur vulgare illud dictum, relatum ab Afflict. in conſtit. circa violentiarum ſub nu. 7. in fine, quod iuxta ſupplicationem videtur firmata reſponſio Principis, ſic etiam gratia Principis erit intelligenda iuxta formam petitionis oblatę, Grammat. deciſ. 103. nu. 202. etenim id procedere videtur in ijs, quæ conſiſtunt in iure, ſecus in ijs, quæ in facto conſiſtunt, nam conſtito de facti ſerie, facillime ad conceſſionem petitionis Princeps condeſcenderet, & ſic cauſa cognita, alias præſumeretur per importunitatem conceſſiſſe l. 1. C. de pet. bon. ſubl. Inde ad propoſitum noſtrum dixit Manſuer. in ſua praxi rubr. de tallijs, &c. in fin. verſ. item talliæ, quod ſi cõſuetum eſt in aliqua ciuitate tallias diuidi per mediam partem, & contingerit in vna parte augeri, vel diminui, debet fieri mutatio, vt æqualiter ſeruetur inter eos, & in terminis noſtris extat pragm. 7. §. *& perche*, de commiſſar.

Num. 2. in ſequentibus numeris veritas huius quæſtionis eluceſcit, & in ſimili dixit idem Luc. in l. 2. C. de iure reipubl. lib. 11. quem citat Campag. in cap. grauamina ſub nu. 73. in addit. quod ciuitates conuicinæ tenentur ad reparationem caſtrorum Regis eis vicinorum inimicorum violentia deſtructorum, pariformiter aliquando loca, & ciuitates conuicinæ contribuunt in hoſpitijs militum in aliqua Terra, vbi hoſpitantur, ad eius releuamen, & hoc de mãdato Proregis, vt quotidie videmus in praxi ſeruari, & propterea immunes ab onere hoſpitandi non ſunt immunes ab onere contribuendi in pecunia, niſi id ſpecificè Rex conceſſerit, vt eſt in ciuitate Neapol. & gratiosè aliquando ciuitati Coſentiæ elargitum, vt dixi in meo Cõpend. deciſ. Regni, verb. immunitas hoſpitandi, & nouiſſimè in noua conſtructione præſidiorum fiſſorum ſic nuncupatorum, hoc eſt pro commoditate militum per Regnum vacantium, & deambulantium, conſtructa fuit domus in qualibet Regni Prouincia, omnibus ſuppellectilibus ornata, ne ſingulæ ciuitates pro ijs grauentur, fuerunt aliæ Terræ conuicinæ ad contributionem dictorum præſidiorum adſcriptæ, vt apparet, vt patet in noua reformatione Comitis Lemenſium tunc Proregis anni 1612. in titulo Præſidij fiſſi.

Num. 4. ad hoc facere videtur text. in cap. Regni porrecta, de iſto æſtimo faciendo loquẽs ibi in omnibus, & ſingulis Terris Regni noſtri Siciliæ, &c. Qui enim omne dicit nil excludit cap. ſolitæ de maior. & obed.

Num. 5. vide Campag. in cap. porrecta ſub nu. 113. & 30. vbi loquitur de viduis, de pauperibus loquitur Girard. in ſingul. 73. quem ſequitur ibidem Campag. ſub nu. 73. Petr. Piccol. in pragm. 1. de appret. nu. 41. & ibidem Card. Pariſ. num. 28. & 47. qui loquuntur de appretio faciendo, licet autem Auctor noſter proſequendo dicat ex mente Afflict. in verb. & plauſtorum nu. 45. quod villa teneatur pro focularibus mortuis ſicut pro viuentibus.

Num. 6. hoc eſt iuri conſonum, vt ſingulariter tradit Bart. in l. 2. nu. 2. C. de apoc. publ. lib. 11. quem etiam ſequitur Iacobin. in tract. de homagijs nu. 38. verſ. addatis ad iſtam materiam, qui ſub diſtinctione procedendo, an debitor collectatus non valẽs ſoluere teneatur ciuitas, vel ciues, & cenſet, quod ſi eſſet

onus

onus perſonale, & tunc, aut conſiſtit in labore perſonæ tantum, & quod per vnum non poteſt expediri expeditur per alium l. honor §. fin. ff de mun & hon. & hoc caſu, vel conſiſtit in præſtatione pecuniæ, vel alterius rei, & eo caſu imponitur onus ciuitati ſimpliciter, aut cuilibet de ciuitate, primo caſu non eſt dubium, quod illud, quod non poteſt ſoluere vnus ſoluat tota ciuitas, quia adhuc hęc eadem ciuitas remanet obligata, l. proponebatur ff. de iudic. & l. ſicut ff. quod cuiuſque vniu. Secundo caſu vnus pro alio non tenetur ipſo iure l. legatorum in prine. ff. de leg. 2. l. 1. C. vt nulli ex vic. pro alio, &c. quod etiã ſequitur Campag. in d. cap. porrecta nu. 76. vt ſi vnus de vniuerſitate non poſſit ſoluere alij pro eo non teneantur, ex hoc etiam infertur, quod ſi Rex immunitatem, ſiuè exemptionem alicui ciui conceſſerit de collectis, poterit hoc agere in ſui præiudicium, non quod cęteri ciues ſoluant illius partem, ita Manſuer. in ſua praxi tit. de tall. & collect. verſ. item Dominus poteſt, & prolixius quęſtionem iſtam examinat Iacobin. loc. cit. nu. 38. quos citat, & ſequitur Boer. deciſ. 213. nu. 3. & 4. ad illud, quod dicit Auctor, quod facta eſt impoſitio cuilibet foculari ad certam rationem, & vt ſoluant carolenos decẽ pro quolibet foculari, Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. redeundo igitur nu. 23. exceptis epirotis, & illiricis, qui ſoluunt carolenos vndecim, Capibl. in pragmat. 10. de Baronib. num. 17.

Num. 7. idem Reg. de Curt. loc. cit. nu. 26. Capibl. in d. pragm. 10. nu. 17. licet ex ſpeciali cõceſſione cautum ſit, vt ſingulis triennijs fieret numeratio ex cap. 7. Regis Alphõſi Primi inter capit. & priuileg. Neapol. fol. 6. ſed quomodo fiat iſta numeratio focagiorum per domos, vide Boer deciſ. 212. nu. 4. vbi plenè materiam iſtam proſequitur.

Num. 8. ad hoc etiam vide Bart. in d. l. 2. C. de apoc. public. lib. 11. nu. 2 & ibi Alex. in addit. & ſic intelligitur Bart. in l. actores C. de excuſ. trib. lib. 10. nu. 1. dùm vult, quod propter non ſoluentes tributa, cęteri grauantur quãdo in vniuerſo ſolutio erit facienda, ſecus ſi in particulari.

Num. 9. oſtenditur hoc ex pragm. 7. in princ. de commiſſ. vbi datur ordo commiſſarijs, quomodo exequi debeant contra vniuerſitates pro fiſcalibus, nam licet bona ciuium ſint hypothecata, & ſeruituti ſubiecta pro collectis debitis, vt dixit Piccol. in d. pragm. 1. de appret. num. 78. Boſſ. in tit. de Principe nu. 107. non tamen pro debitis aliorum, ideò non exequenda, quod expreſsè vetitum eſt in d. pragmat. 7. §. & detti commiſſarij, attamen contra ciues fiet executio in ſubſidium, vt in d. pragmatic. §. & per facilitar, & ſic obſeruatur.

Num. 10. de hac eadem materia pertractant Doctor. in l. ab omnibus ff. de leg 1. Bart. in l. 4. §. ſi actor ff. de re iudic. Campag. in d. cap. porrecta nu. 76. & in cap. fiſcalium nu. 22.

Num. 11. idem Bart. in d. l. 2. quem ſequitur Iacobin. in cit. loc. ſupra nu. 6. in alio diſtinctionis cap. ſubnectit, ſi verò eſt onus reale, quia pro rebus ſoluitur tributum, tunc propter vnum non ſoluentem alij coguntur ſoluere, ſed ei aſſignabitur poſſeſſio, pro qua ſolueret l. 1. C. de omni agro deſerto lib. 11. quamuis hæc onera ſequantur poſſeſſorem rei, qui ſi ſoluerit pro alio recuperabit ab eo ſolutum, Cãpag. in d. cap. grauamina nu. 90. ſed quod vna Terra vellet pro alia ſoluere eſſet abſurdum, & ſatis iniquum.

Num. 12. hæc fuit opinio Bart. in d. l. 2. C. de apoc. publ. lib. 11. vt propter defectum non ſoluentium fiat ſuperindictum nouum, & ſic per conſequens grauentur alij, quod tantum ad Principem ſpectare dixit text. in l. 1. C. de ſuperindicto lib. 10. & maximè exiſtente aliqua neceſſitate, Franch. deciſ. 56. nu. 3. quia tunc etiam exemptæ perſonæ continentur, Chaſſan. in cathal. glor. mund. par. 5. conſid. 24. in 163. priuil. & in ſpecie Carol. de Graff. in tract. de effect. cleric. in 3. effectu nu 283. vbi loquitur, ſi teneantur contribuere in donatiuo, quod fit Regi, licet procedere dixit in illo Regno.

Num. 13. ad hoc vide Bart. in l. actores C. de exact. trib. lib. 10. nu. 1. vbi cenſet propter nõ ſoluentes tributa cæteri grauari, & in materia donatiuorum deciſum fuit per Regiam Camerã, quod omnes Terræ etiam immunes ponantur in calculo, verùm ſtantibus priuilegijs non teneantur ad ſolutionem, Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. redeundo igitur nu. 31. vbi nu. 32. refert deciſionem immunitatem ipſarum non aliter afficere Regiæ Curiæ, ſed ſuppleatur ex alijs Regni Vniuerſitatibus.

Nu. 15. adde Reg. de Curt. in d. diuerſ. iur. feud. §. redeundo igitur nu. 24. & 25. & vide Campag. in d. cap. porrecta nu. 108. quando collecta eſt impoſita per focularia, & plura focularia in vnum habitauerint, an onus illud per quodlibet, vel per vnum tantum ſolui debeat, & concludit, quod ſi habent bona diuiſa diuiſim ſoluere debeant, alias ſecus ſi ſunt in communi.

Num. 16. idem Reg. de Curt. loc. cit. num. 25. & 26. rationem de hoc poſuit.

Num. 17. vide notata ſupra eod. nu. 2. & 6.

Num. 18. ſed quomodo in ijs ſuccurrantur vniuerſita-

nersitates stante clausura numerationis pro focularibus ipsis mortuis, vel absentibus nõ est dubium, qnin pro ipsis teneantur, donec alia fuerit numeratio facta, nam pro mortuis nullum datur remedium, quia mors omnia soluit §. deinceps auth. de nupt. pro impotentibus verò facit regula vulgata inanis est actio, quam excludet inopia debitorum l. non bis ff. de dolo, sed pro absentibus licet sit constituta pragm. 8. §. *& tenendo noi*, de commissar. ad euitandum impensas inutiles mandatum fuit, vt deinceps non expediantur Commissarij contra foculares absentes ad instantiam Vniuersitatum, & propterea foculares ipsi soluere debẽt, vbi habitant foculare tantum ad hoc, vt Vniuersitates ipsę assecurentur de dictis solutionibus, & vnaquęque gaudebit sua portione, quod iuri consonum mihi videtur ex traditis per Mãsuer. in d. sua praxi eod. tit. de tall. & collect. vers. item si quis recedat, vbi sic de consuetudine seruari dixit, quod vbi tenetur soluere partem suam talliarum, si ibi moram traxerit, idem in collectis procedere dixit Frãch. decis. 22. nu. 2. quæ siquidem pragmatica fuit per Reg. Cam. declarata ad euitandum lites sub certis capitibus, vt in meo Cõpend. verbo focularia.

Num. 19. donatiuum exigitur in Regno ad taxam foculariorum ad rationem carolenorũ quinque pro quolibet foculari, & in Baronibus ad rationem taxę adhoę, & talis exactio fit per Curiam, Regens de Curte in d. diuers. feud. §. cum igitur nu. 51. & seq. ad 54. & ita cautum reperitur inter priuil. Neapol. Cæsar. maiest. cap. 2.

Num. 21. idem Reg. de Curt. loc. cit. nu. 54.

Num. 22. verùm est, quod seruitium personale in Regno redactum est in pecunia, & vocatur adhoa, idem Regens vbi supra nu. 46. vbi subnectit, iuxta taxam exsoluendam esse, attamen respectu ipsius feudi est onus reale nõ, quod feudum sit obligatum pro seruitio, sed quod seruitium sit loco conditionis in feudo, vndè Dominus cõdicet à possessore nisi seruitium soluatur, & sic tradit nu. 68. & in seq. num. concludit, quod istud seruitium integrum petere poterit directus Dominus, etiam ab eo, qui partem feudi non totum feudum possidet, vbi subnectit, licet seruitiũ non respiciat, nec incumbat singularibus rebus feudi, sed ipsi vniuersitati, ex mẽte Glos. in constit. consuetudinem, vers. de quibus.

§. II.

NVm. 1. ex dispositione text. in l. nemo carcerem C. de exact. trib. lib. 10. apparet debitores tributorum non soluẽtes, non esse in carcere ponendos, aut cõpedibus affligẽdos, sed si ipsi in cõtumacia perseuerabunt, secus erit, quare exactoribus mandatum est in obdurata nequitia ad eorũ substantias accedere, bonaq; capere, & illa distrahere, inde notat Luc. in princ. d. l. quod Imperator præsumit debitores fore promptiores ad soluendũ tributa; nã recusans, & denegans soluere collectas, & alia munera ordinaria dicitur inde notus, & infidelis, Pet. Piccol. in pragm. 1. de appret. nu. 100. & proinde succedit regula illa frangenti fidẽ fides frangatur eidem l. cum proponas C. de pactis cap. peruenit de iureiur. hinc inoleuit praxis, quod prius debent peti tributa, & inde exigi, vt notat Campag. in d. cap. porrecta nu. 98. ex mente Luc. de Pen. in l. fin. C. de superind. lib. 10. in fin. & dixit hoc seruari, sic expressè mandatur in pragm. 7. *§. che tutti l'assignatarij* in fin. de commissar. & si fuerint renitentes capiantur, & carcerentur, non tamen cum compedibus, vt dixit ibi Campag. nu. 100. qui allegat Luc. in dicta l. nemo carcerem, & sic hodie contra tales summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu contra renitentes soluere, proceditur ad instantiam vniuersitatum pro fiscalibus debitis, sicut cautũ est ex pragmat. 5. §. 11. de admin. vniuers. & ibi Montan. sub nu. 3. & 4. ad propositum dixit Menoch. de arbit. iudic. q. 7. nu. 28. quod censeatur datum arbitrium exactoribus censuum Principis ijs verbis, compellant debitores, vt eis visum erit, licet per hanc potestatem censeatur mandare, vt teneantur legem municipalem, & cõsuetudinem in exigendo seruare, idem in q. 71. num. 12. etenim executiuè agitur contra eos, Festa. de collect. & æstim. par. 3. in princ. nu. 7. vbi non tantum nu. 14. & 15. disputat an sint carcerandi, imò num. 12. cõtrarium seruari, cum sit in potestate exactoris hoc facere num. 17. sed alia multa ad ornatum pertractat, & præ cæteris Carau. in rit. 127. nu. 8.

Num. 2. hinc Afflict. in decis. 377. quem sequuntur Franch. decis. 565. Troys. in rit. 287. num. 18. refert decisum non esse concedendam moratoriam ob aliquam causam, non probata qualitate paupertatis, & Ant. Fab. in eius codic. defin. Sabaud. tit. de prec. Imper. offer. defin. 20. & 18. vbi specificè tradit etiam vniuersitatis nomine posse impetrari literas dilatorias, vt in praxi quotidianum est, sicut dixi in eodem Compend. verb. moratoria, quæ ex dispositione Regiæ pragm. 38. §. 8. de offic. Proc. Cæsar. prohibentur fieri per Reg. Cam. absque Regio nutu.

Num. 3. ad ornatum istius legis conferunt collecta

lecta per Ricc.collect.an.25. Alphan.collect. 945. & in terminis noſtris videas Feſtaſ.in tract. de æſtim. & collect. par.3. in quæſt.8. num.54.

Num.4.idem Feſtaſ.vbi ſupra eodem nu.54. & 56. melius.

Num.5.dixi in meo Compend.deciſ.Regni verbo ſolutio.

Num.6.de hoc extat cap.Regni item,quod recipiatur, quem citat Campag. incip. vt quæ ab eccellentia nu.18.

Num.7. dixi ſupra. Solus enim Princeps ſuperior cõcedit immunitatem à collectis, idem Feſtaſ.in d.tract.4.par.q.13.nu.30. & 37.

Num.8. de hac eadem materia plenius pertractatur per Carol de Graſſ. in tract. de effect. cleric.in 3.effect.per totum.

Num.9.vide infra nu.42.

Num.10. adde Reg. de Curt.in diuerſ.feud. §. redeundo igitur nu.23.

Num.11. vide Præſ.de Franch.deciſ.56. nu.25. vbi in ſeq.nu.26.ſubnectit,quod collectæ in ciuitate Neap.olim ſoluebantur,loco, quorum fuit data gabella boni denarij.

Num.17.Dixi ſupra eodem §.1.nu.7.& 16.

Num.18. adde Petr.Piccol. in pragm.1. de appret.num.57.vbi alia conſimilia tradit,& ad rem noſtram,Capibl.in pragm.1.nu.84. de Baronib.

Num.19. & per text. hic allegatum dixit Petr. Piccol.in d.pragm.1. nu.95. quod licet non poſſit appellari ab appretio facto,poterit tamen conqueri intra annum à non debita inquiſitione poſt confectum appretium à tempore ſcientię,vbi ſubnectit nu.97.quod tempus prædictum currit à die inſinuationis appretij.

Num.20.Similiter,& contra appretiatores doloſè verſantes in appretio,qui tenentur parti ad intereſſe,idem Petr.Piccol.in d.pragm. 1.num.57. & quid autem fuerit deciſum per Reg.Cam.contra Officialem deſtinatum ad numerandum animalia paſcua ſumentia in herbagijs Regiæ Curiæ,ſi fraudem fecerit in numeratione illorum, videas in meo Compend.verb.Officialis deſtinatus.

Num.22.faciunt addita per me ſupra eodem num.19.

Num.25. an & quando ſilentium perpetuum imponi debeat,videas Muſcatel.in praxi Sacr.Conſ.lib.1.par.7.gloſ.condemnando num. 119 dixi in d.Compend.verb.ſilentium.

Num.26. videas in meo Compend. verb. vniuerſitas.

Num.27. an iſta exceptio rei iudicatæ opponi poſſit contra fiſcum, exiſtente decreto Reg. Cam.Anna in allegat.26.& de hac exceptione ſatis,ſuperq; loquitur Muſcat.in prax.ciuil.par.4.gloſ.iudicatæ.

Num.28. vide Diaz regul.672. vltra Speculin tit.de ſententia §.5. nu.9. Sic pariter Iudex condemnans in acceſſorijs, cenſetur ab eis abſoluere,quod peti non poſſunt nouo iudicio,ita Crauett.conſ.320.nu.1.par.2. vbi loquitur etiam quando eſſet impoſitum perpetuum ſilentium,tanto magis abſoluta cenſetur,ſicut in terminis Auctoris noſtri.

Num.29.vide Manſuer. in eius praxi tit. de re iudic.col.6.verſ.item putebam,& verſ.ſeq.

Num.31. Carauit.in rit.46. & quod non debet claudicare, idem in rit.97.nu.6.

Num.32.ſic etiam, & beneficia in iudicio ſunt communia,latius Muſcat.in prax.Sac.Conſ. lib.1.par.6.glot.communis per totam, ſic & terminus quilibet eſt cõmunis vtrique parti,etiam ſi altera renũciauerit,ac fuerit priuilegiata,idem par.5.gloſ.defendendum nu. 2.ita & reſcriptum,adeò quod ſicuti per reſcriptum cõmiſſionis præſentatum per actorem Iudici delegato ad eius inſtantiam procedi poteſt, ita vigore illius per reum inſtari poteſt actore inuito, Bauer. in ſingul. verbo delegatio nu.24.

Num.34.vltra Io.Andr.in cap.in iudicijs de regul.iur.in ſexto,in nouell.videas ibi Dyn.ad rem noſtram loquẽtem, verſ.dicunt quidam ad ornatum,Cagnol.in l.non debet ff.eod.titul.num.1.

Num.35.hic nota, quod exceptio rei iudicatæ, ſicut tranſit in beneficium hæredis,ita & indamnũ.Franch.deciſ.179.nu.1.ita exceptio, quæ obſtat venditori obſtat emptori, Alber.Galeot.in margarita cap.19. ſub nu.19. an, & quando exceptio rei iudicatæ obſtet agenti ſuper eo,quod deductum erat in alio iudicio per viam exceptionis, vide Soccin. Sen.conſ.264.nu.15.vol.2. Demùm an exceptio rei iudicatæ obſtet fiſco,vide Annam allegat.26.num.1. ſimiliter ſi veniret experſona vaſalli victi,idem alleg.47. nu.1.

Nu.36 Maurit.Apicell.in alleg.2.nu.125. lites enim ſæpè ſcandalis materiam præſtant,Cãpag.in cap.frequens nu.1.& ex illis odia naſcuntur,vt in pragm.odia de arbit.ſunt enim criminum occaſiones, Carau.in rit.10 nu.4. hinc lites feſtinantes effundunt ſanguinem, multaq; mala ipſarum litium enumerantur per Carau. in rit.288.nu.31.hinc lites expediri publicè intereſt,idem d.rit.10 nu.3. Sic enim S.P.mandat in cap.finem litibus de dolo, & contum. obſeruari, nam finis litium concernit publicam vtilitatem,Amat.deciſ. 38.nu.13.

Num.37.plenius de hoc habetur penes Ant.Gabr.in lib.2.commun.opin. tit.de reſtit.in integr. concl.2. per totam.

Num.

Num. 38. hoc idem procedere dixit in æſtimo, Petr.Piccol.in d.pragm.1.de appret.num.56. in fine.

Nu.39.an ſententia lata per ſordes,ideſt precẽ, timorem, vel odiũ, ſiuè per gratiam,aut dolum Iudicis, ſeù ambitionem mero iure teneat,quamuis Iudex ſit puniendus, latiſſimè plures Doctores cumulando refert Vant. in tract.de nullit.rubr.de nullit.ex defect. proceſſ & ſolem.ſent.nu.135.& an detur reſtitutio aduerſus eam,vide Par.de ſynd.verb.eorum pens Iudicem in princ.

Nu.40.ſi verùm eſt, prout veriſſimum affirmat Affl.&.deciſ.231.nu.1.reuiſionis cauſam eſſe ad inſtar cauſæ appellationis,ad quod ſubdit Ricc.deciſ.Archiepiſc 223.par.2.nu.3. quod reuiſio conceſſa dicitur quædam ſpecies appellationis : imò & ſecundum appellationis naturam regulatur, latius Muſcat. in praxi Sac.Conſ.lib.2.par.3. gloſ.prouocare nu.59. licet in multis differant ſecundum Marant. in ſpecul par.6 in 2. actu, quem ſequitur ibi Ricc. nu 5. attamen quemadmodum appellatio eſt cõmunis l.ampliorem C. de appell. vbi Doctor. quod ſequitur Frãch.deciſ.658. ſub nu.5.ita & reuiſio communis quoque eſſe debet.

Nu.41.Similiter & fiſcus ob bona non poſita in appretio,vltra quinquenniũ non poteſt mouere controuerſiam ſecundum Bart.& Bald. allegatos per Cãpag.in cap porrecta n.120. & fiſcus debet mandare,quod fileant lites iniuſtæ,Conſil.de Georg.alleg.46. nu.7.

Num.42.concordat cum nu.9.ex diſpoſitione cap. Regni item,vt tollatur cautum eſt, collectas, & functiones fiſcales perſoluẽdas eſſe per totum menſem Decẽb.vbi Campag. ſub num.3. notat hodie ſecundum ordinem Reg. Cam.Sum. ordinatum eſſe medietatẽ tertiæ ſolui debere per menſem Decembr.& aliam medietatem per medietatem per menſem Ianuar.& ibi tradit, quo tempore tributum de iure communi exigebatur,quinimò ex ijs colligitur eſſe annum præfixum exactoribus ad exigendum, Feſtal. de æſtimo par.3 q.2. nu.26.& 27. Montan.in pragm.5.§.10.nu 5. de admin. vniu. adeò quod fieri debet in tribus tertijs, vt colligitur ex pragm.7. *§.però à riſpetto* de Commiſſ.vbi etiam ſubdit Prorex, *con darli dieci giorni dopo finita ciaſcuna delle tande acciò dette Vniuerſità habbiano commodità di mandar nelle caſſe regie deſtinate à pagar la Corte, & li conſignatarij, & non mandando dentro detto tempo ſe gli poſſano mandar li Commiſſarij ad eſequire*, & ſic communiter obſeruari vidi, & obſeruatur ſine aliqua interpellatione Perceptorum, nam dies interpellat pro homine,Alexand. conſ.132. num. 2. lib 7.

Num.43. vide Affl.&. in cap.1.§. & bona committentium nu.169 quæ ſint regal. Boſſ.in tit.de fiſco,& priuil.eius nu 39 Imò ratione partis habet ius offerendi æſtimationem alterius partis, idem Affl.&. in cap.ſi duo fratres num.15.de fratre de nou.benef.inueſt & inde priuatus tenetur fiſco vendere ſuã partem,Loſeus de iure vniuerſ. par.3.cap.6.nu. 16. imò poteſt totam rem communem obligare, Neguſant.in tractat.de pignor. par.2. memb.3.nu.36. Similiter vendere poteſt totam hæreditatem communem cum alio,Donat. à Fina inter commun. opin. tit.de contrah.empt.nu.18.& ſucceſſiuè totum alienare ratione partis,Boſſ.vbi ſupra n.39.& de omnibus Peregrin. de iure fiſci lib. 6. tit. 4. num. 23.

Nu.44. licet autem fiſcus non poſſit agere ante tempus cõtra ſuos debitores,Loſeus vbi ſup. nu.7. benè tamen põt petere debitum fiſcale ante tempus,Gail pract.obſeru.lib.1 cap.20. ſub n.7. & hoc procedere dixit idem Loſeus vbi ſupra nu.2. & ſeq. ſi concerneret vtilitatem,& neceſſitatem publicam,ante eum Ioſeph Ludou.in commun concluſ. tit.de ſolut. concl.vnic.verſ.limita ſecundo.

Num.45.extat de hoc pragm.41.de offic.Proc. Cæſ. vbi Conſil. Rouit.dixit ſumptam eſſe ex l. apparitores hic citata, & Mormil.in conſtit. Officiales nu.1.

Num.46.de hoc extat pragm.32.de offic.Proc. Cæſ.quod etiam de iure communi ſtatutum erat l.1.C.de canon.largit.lib.10.Chaſſan.in cathal.glor.mundi par.6.cõſid.20.verſ.item Theſaurarius, ad quod vide text.in cap.Regni ſcire volumus §.præſenti edicto,vbi aliter olim apparet fuiſſe iniũctum Iuſtitiariis, Portulanis, Procuratoribus, & Perceptoribus fiſcalibus.

Num.47.adde Martin.Laud.in tract.de fiſco q. 153.plus enim petere,dicitur etiã ſi quis pro decem aureis, qui ei debebantur viginti petierit,aut ſi is,cuius ex parte res eſt totam eam, vel maiorem partem ſuam eſſe intẽderit §.plus autem,inſtit.de action.adeò quod diuerſum eſt in principali,quam in Exactore,vel Procuratore,ſiuè Exactore,nam ciuiliter procedẽdo plus petendo cauſam amittebat §.ſi quis agens in princ.eod.tit.§.temporales de except. quod etiam in fiſco procedit l.iuſtas C.de iur.fiſc.lib.10. Sin autem per violentiam creditor id extorqueret,puto non tantum ius crediti amittere, vt notat Affl.&.in conſtit.violentias n.3.quemadmodum ſi plus peteret,quã ſibi debeatur,ſcienter,& perſeueranter vſque ad litis conteſtationem,Specul.in tit.de plus petit.nu.1. ſed

etiam criminaliter reſpectu violentiæ adhibitæ, hoc eſt in quadruplo cõputato ſimplo, ſicut ibidem Affict. dixit in fine, & quid impetente debito iam exacto vide in meo cõpend. verb. petens. vbi ex mente eiuſdem Affict. dixit extraordinariè puniendum eſſe, & ſic iudicatum, ſed in exigente debitum duplicatum, alia eſt pœna corporalis ex pragm. 7. de fall. In Procuratore, aut Exactore, ſi ignoranter hoc fecerit excuſaretur, ſecus ſi ſcienter, & tanto fortius, ſi violenter locum ſibi vendicaret pœna dupli, vel quadrupli, iuxta hic tradita, ad quod vide Montanar. in pragm. 5. nu. 32. de adminiſt vniuerſit. & Parid de ſyndic. verb. Officialis ſi ſtatutum ſub nu. 1. vbi loquitur de Officiali conſtituto ad peræquandum, vel æſtimandum, & per gratiam, aut negligentiam aliquid ommiſerit in officio eadem pœna puniri debet.

Num. 48. Exactores tributorum habent anni circulum ad exigendum, vt dixi ſupra num. 42. & ſi fuerint negligentes iuſtam cauſam non allegantes de proprio tenerentur, Feſtaſ. in dicto tract. de æſtim. & collect. par. 3. q. 2. nu. 26. & 27. Hinc ſubnectit Montanar. in d. pragm. 5. nu. 42. & ſequent. de adminiſtrat. vniuerſitat. quod vniuerſitas, & fiſcus prius experiuntur contra Exactores conſtitutos ad exigendum, deinde contra alios debitores non valentes ſoluere, quid ſi ineſacta pro exactis, inſoluta pro ſolutis ponãtur ab iſtis Perceptoribus, quanam pœna puniri debeant, vide in pragm. 37. de offic Proc. Cæſar. vbi impoſita eſt pœna priuationis officij.

Num. 49. de hoc videas pragm. 67. de offic. Procur. Cæſar.

Num. 50. vide ſupra in rubr. de abund. ciuit. nu. 16. & vltra addita ibi vide Parid. de ſyndic. verb an Officialis poſſit capere nu. 3.

Num. 52. de hac materia pertractatur in rubr. C. de tractat. & ſtat. lib. 12. vbi Luc. Etenim antiquitus tractatorias concedebant Nuntijs, hoc eſt licentias in ſcriptis eundi cum equis tractatorijs, aut euectiones, quas Iudices cum videbant equos concedebant, has poſtas hodie vocamus, Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. caſu 229. num. 4. & 5. & de origine huius officij intuetur Conſiliar. Rouit. in rubric. de officio Magiſt. Poſtar. inde hodie conſtitutum eſt officium in Regno maioris Curſoris, ſicuti in pragmat. 1. de offic. Magiſt. Poſtar. habetur, qui per totum Regnum equos aptos per itinera habere debet, & ſequitur Menoch. vbi ſupra nu. 3. & ante eum Luc. in l. vnica C. de tractat. & c. lib. 11. nouiſſimè Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. vt igitur nu. 23.

Num. 53. de hoc plenius in cap. Regni, vt illorum, vbi Campag. ante eum Luc. in l. 3. C. de curſ. publ. lib. 12. in princ. dixit, quod Iudices conſtituti ſunt in Regno, qui magiſtri paſſuũ dicuntur ad hoc deputati, neque militares, qui vulgariter dicuntur ad arma extrahũtur à Regno, & ad alia prohibita extrahi, idem in l. 1. C. de curioſ. & ſtat. lib. 12. & in l. 4. eodem titulo, examinat ipſorum poteſtatem, latè Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. magn. Admirat. num. 12. ſicuti etiam teſtatur Capyc. in inueſtitur. feudor. rubric. feud. offic. verbo magiſter paſſuum, & in Francia etiam obſeruatur, Boerius deciſ. 178. numer. 18

Num. 54. idem procedit in Officiali, qui pro exequutione iuſtitiæ animalia alterius capi facit, de quo per Parid. de ſyndicat. verbo an Officialis poſſit, vbi alia conſimilia tradit, quid autem pro ſeruitio Reipublicæ an poſſit animal priuati capi, vide Luc. de Pen. in l. 2. colum. 2. verſ. quid autem ſi Reſpublica indigeat C. vt ruſtic. ad null. obſequ. libr. 11. Campag. in cap. grauamina nu. 65. quid in Baronibus an eis licitum ſit capere animalia vaſallorum pro eorum ſeruitio ſoluta mercede, vide in cap. grauamina, vbi Campagn. num. 64. loquitur in Officiali capiente animalia vaſallorum, & nu. 66. ſi pro ſeruitio iuſtitiæ fieret, multa autem tradidi in meo Compend. verb. animalia.

Num. 55. de hoc videas pragmatic. 57. de offic. Procurat. Cæſar. & de norma data carrugijs, habetur in pragmatic. 3. §. 6. de offic. Quæſt.

Num. 56. vide aliqua de hoc per Regent. de Curte in diuerſ. iur. feud. §. cum igitur num. 52. 53. & 54.

Num 57. ſufficit hodie, vt omnis pecunia Regis perueniat in poſſe Theſaurarij ex diſpoſitione pragmat. 2. §. 2. 3 & 4. de offic. Quæſtor. ita vt, quod pœnes numularios nequaquam deponatur, ſed recta via in poſſe Theſaurarij pragm. 3. §. 5. eod. tit. cuius onus erit illam cuſtodire, & quælibet vniuerſitas debet habere arcam, in qua reponantur pecuniæ communes, Montanar. in pragm. 5. nu. 12. de adminiſtrat. vniuerſit. quamquam id ſpecificè mandatum ſit vniuerſitatibus pecuniam ipſam deſtinatam pro functionibus fiſcalibus reponi in arca cum duabus clauibus, vt in pragm. 5. in princip. de adminiſtr. vniuerſit. quod hodie malè ſeruatur, vt vidi in pluribus locis Regni, ſed benè qualitatem monetæ, ſcilicet aquis ponderibus, & menſuris, Campagn. in cap. item, quod recipiatur nu. 2. & quantitatem annotare præcipitur Syndicis vniuerſitatũ, prout in citata pragm.

pragmat. 5. Similiter & Thesaurario Regni cum alagijs, &c. vt in pragmat. 1. & 2. de offic. Quæst. quod similiter malè seruatur, sed tantùm annotatur quantitas recepta à debitoribus per Perceptores, vel Syndicos, & vnico contextu fit apoca recepti, & annotare partitam in libro, Montanar. vbi supra sub num. 12. & 13. cum seq. ad quod extat pragm. 31. de offic. Procur. Cæsar. & pragm. 2. §. 3. in fin. eiusdem tituli, & inde computa reddere Reg. Cam. Summ. vt in seq. num. ex dispositione d. pragm. 1. de offic. Quæst. præcipiunt iura rationes eis reddere, ita Festas. de æstim. & collect. par. 3. in princ. nu. 49. cum sequent.

Num. 58. licet ex dispositione pragm. 2. §. 3. in princ. de offic. Proc. Cæsar. sit statutum, vt de tertio in tertium Thesaurarius, Dohanerij, cæteriq; Officiales, & ministri pecuniarij teneantur distincta computa Reg. Cam. præsentare, sed infimi ministri pecuniarij quolibet mense bilancium introitus, & exitus ad Reg. Cam. cum cautelis mittere compelluntur, vt in pragm. 41. eiusdem tituli, & de hac eadem materia plenius habetur in cap. Regni nouis morbis, & Thesaurarius Regis anno quolibet debet reddere rationem, ita Valenzu. cons. 9. num. 14.

Nu. 59. Sic etiam in personali seruitio concluditur, cum licet sit redactum hodie in pecunia, & vocatum adhoa, inquit Reg. de Curte in diuers. feud. §. cum igitur num. 46. quærit nu. 61. Si Dominus possit petere seruitium in pecunia, si vasallus velit personaliter seruire, & è contra, & concludit id esse in facultate Domini, non feudatarij.

Num. 60. An autem ludorũ publicorum expensæ possint per Præsidem in vsum publicum conuerti, vide Petr. Iacob. in sua praxi rubr. de refect. muror. nu. 3. Sic legatum factum Ecclesiæ ad aliquid faciendum, non tamen necessarium poterit ab Episcopo commutari in opus necessarium, & sic decisum esse testatur Ricc. in collect. decis. 1266. sicuti etiam exemplo demonstrat Maur. Sen. alleg. 15. nu. 5. legatum factum pro canendis missis, si illę cani non possunt ob interdictum non acquiritur legatum Ecclesię, sed debet conuerti in alium pium vsum, & sic obseruatum vidi in legato certæ summæ facto per Scipionem Longum construendi monumentum, cum marmorea eius statua in Ecclesia S. Mariæ Nouæ huius ciuitatis, nam ex necessitate illius Ecclesiæ, quæ indigebat scalarum ornamento ante maiorem ianuam illius, & ob paupertatem monachorum ipsius de obseruãtia S. F. fuit legatum ipsum commutatum in vsum gradiatæ prędictæ, & fuit facta scala marmorea ante ianuam, cum insignis, & titulo ipsius testatoris de ordine S. P. & Loseus in tract. de iure vniuers. par. 5. cap. 1. nu. 11. disputat si legatum factum alicui Reipublicæ ad certum vsum, possit de illius pecunia legata expendi, & conuerti in alium vsũ, & hoc præcipuè spectat ad Papam mutare voluntatem testatoris, & dispositi vno modo mutare in alium, Felyn. cons. 41. nu. 9. an autem sine Papæ licentia possit legatum factum ad vnum in alium conuerti, vide Iacob. Nouell. in regul. 70. nu. 1. legatum.

§. III.

NVm. 1. vide Festas. in tract. de æstim. & collect. par. 3. q. 5 nu. 30. latissimè Montan. in pragm. 5. nu. 30. de admin. vniu. vltra Auctorem in decis. 7. nu. 18. & 19. vbi loquitur de pecunia priuati in vsum propriũ exactoris redacta, & Mormil. in constit. Officiales num. 4. citat Auctorem, & qualiter de iure communi puniatur, Menoch. cas. 586. nu. 12. de arbitr. iudic.

Nu. 2. idem Montan. vbi supra nu. 22. & nu. 24. vbi ponit cui lucrum debeatur ex fœnore facto per cascerium cum nu. seq. Marta vot. 2. nu. 3. Bellac. inter comm. opin. tit. de vectig. & commiss. nu. 50. vbi id declarat, quomodo procedat.

Nu. 3. sic mandatum est Thesaurario ne soluat pecuniam regiam nisi de mandato Proregis, vt in pragm. 33. de offic. Procur. Cæsar. & in pragm. 4. §. 4. de offic. Quæst. similiter & Casserius vniuersitatis nequit quicquã soluere absque ordine Syndici, & Electorũ, Montan. in pragm. 5. §. 3 & 4. nu. 1. de admin. vniu. sic pariter solutiones faciendæ in Prouincijs fieri debent de mãdato regio, vt in pragm. 6. de offic. Quæst.

Num. 4. Exactor pecuniæ Principis illam non potest commutare, vel impedire, quia parata apud eum continuò esse debet pro necessitate Principis, ita dixit Festas. in d. tract. de æstim. & collect. d. p. 3. sub q. 4. nu. 41. & 42.

Num. 5. idem Festas. vbi supra nu. 32. in 4. quæst. quem etiam citando sequitur Montanar. in d. pragm. 5. nu. 22.

Nu. 6. ex pragm. 2. §. 7. de offic. Proc. Cæs. apparet ordinatum, quod exacta summa duc. 500. à Perceptoribus destinetur ad Regiam Thesaurariã, vel pro maiori quãtitate expectetur alius mensis, & non aliter: imò pecuniam fiscalẽ retinentes pœnam soluunt, iuxta pragm. 47. de offic. Proc. Cæs. nec de ea mercaturas facere, sicut Auctor dixit, de quo in pragm. 18. §. 2. eod. tit. quod in specie cõmemorat Bosi. in tit. de fisco nu. 50.

Num.7. ſimiliter Dec. hic citatus impugnatur à Montan. in d.pragm.5. ſub nu.17.& 21. & de deciſione hic citata per Auctorem habetur in deciſ.7. eiuſdem, vt in meo Compend. verb. ſuſpenſio, vbi alias deciſiones attuli de Officialibus conuertentibus Regiam pecuniam in proprios vſus, quid inde fuerit deciſum.

Num.8. vide Auctorem in d.deciſ.7. nu.1. & ſic alias iudicatum fuit per Sac. Conſ. in conſimilibus ſignificatorijs introituum ſuperantium exitum, nam videtur pars confiteri, data & accepta, & in confeſſum nullæ ſunt partes Iudicis, niſi in exequendo, Capibl. in pragm.16.nu.64.de Baron. optimè Muſcat. in praxi S.C. lib.2 par.1.gloſ.ſententia nu.175. & ſeq. dixi in Compend. verb. ſignificatorię.

Num.9. ſic pariter fiſcus non condemnatur in expenſis, nec eas obtinet, Boer.deciſ.324.nu.7. & de hac eadem Auctoris materia habetur latius in §. ſeq.

Num.11 quò ad reliquas ſignificatorias ſtatutum eſt, vt auditis partibus in plena banca expediantur ne retardetur executio, ex pragm.38 §.14.de offic.Proc.Cæſar. vbi Conſil. Rouit. in princ. cenſet hoc eſſe ſumptum ex diſpoſitione iuris communis, allegat text. in l.2. §.frumentariæ ff.de admin.rer. ad ciuit. pertin. ac alios Doctores.

Num.12. vltra Affict. in cap.ſi duo fratres de nou.benef.inueſt.nu.25. vide Alphan. in colect.1258. faciunt collecta per Ricc.collect. 63.& 263. nouiſſimè Conſil.de Georg. in alleg.39 nu.10.& 11. vbi iſtam materiam plenius examinat, Peregrin. in d.tract.lib.6. tit. 6 num.6.

Num.13. idem Conſil.Georg. vbi ſupra.

Num.14. copioſè Peregr. in tract. de iure fiſci lib.6. eod.tit.6. nu.44. cum ſeq. quid in Procuratore ſpecialiter conſtituto, & altero generaliter ad exigendum, nam prius contra ſpecialiter conſtitutum agendum, deinde contra alium generalem, licet exactio in ſolidum eis cõmiſſa fuiſſet, Montan. in pragm. 5.nu.44 de admin. vniuerſ.

Nu.15. videas Peregr. in tract. de iure fiſci lib. 4.tit.5.nu.46.& melius in tit.7.eiuſdem libri num.26. & ſeq. vbi id declarat, quomodo & quando procedat, & vltra eum Balb. deciſ. 418. Roder. Xuarez in leg. fori l.1. tit. de las arras num.14.

Num.17. conſimilia refert Tiraq. de retract. cõſang. §.32.gloſ.1.nu.10.cum ſeq. Viu. in opinion.252. Bellac. & Vezin. inter comm. opin. tit. ſi quis alteri, vel ſibi, &c.

Num.18. fiſcus non agit contra nomen debitoris, niſi facta excuſſione de alijs bonis, Carrocc. de excuſſ. bon. par.2.q.7.nu.5.

Num.19. ad ornatum l. ſi me, & Titium, aliqua collexit Alphan. collect. 1335.

Num.22. vide Montan. in d.pragm.5. ſub nu.41. fiſcus, & reſpublica idem ſunt, Capyc. deciſ. 130 num.14.

Num.23. idem Montanar. loco citato.

§. IV.

NVm.1. idem Auctor ſupra eod. §.3.nu.9. ad quod vide Conſil. de Ann. conſ.48 nu.16.

Nu.2. adde Boſſ. in tract. crim. rubr. de fiſco nu. 33. Boecat. in tract. de cẽſib. par.2.nu.163. an autẽ fiſcus teneatur de euictione ex facto ſuperueniente poſt venditionem, & ſucceſſiuè ad intereſſe, vide Maur. Iun. alleg.5. per tot.

Num.3. eſt conſ. Alex. 168. nu.4. vol.2.

Num.4. intereſſe reputatur idem cum ipſo facto, Dec. conſ.2.nu.8.

Num.5. intereſſe differt à pretio, Maur. Iun. alleg.47.nu.2. vltra Specul. in tit. de intereſſe in princip.

Nu.6. & quod pretium attendatur euicta, vide Franch. deciſ.297.nu.1. & an ſequuta euictione ſufficiat emptori, ſi à ſuo Auctore offeratur eadem res non deteriorata cum intereſſe, idem deciſ.145.nu.1. & an & quãdo locum ſit euictioni, latè Coſta in praxi cõuent. par. 2. clauſ.73. nu.7. & quid importet iſta promiſſio euictionis, idem ibi in clauſ.38.& hoc intereſſe importat rei æſtimationem, Anna allegat.125.nu.21.

Num.7. duplex actio oritur ex contractu ſtipulato, nempè vna ex ipſo contractu, altera ex ſtipulatu, Coſta in praxi conuent. par.1. nu. 47. de actione ex ſtipulatu, plura tradit Gomeſ. in §. in perſonam, inſtit. de actio. ſed hic notãdum eſt, an iſta pœna dupli promiſſa, ad quos caſus referatur ſitne clauſula, quæ omnia, &c. vide Coſtam in praxi conuent par. 2. clauſ.121. nu.5. quo verò ad actionem ex empto, vt attendatur æſtimatio tpe euictionis, vide Franch. deciſ.297. vbi Addentes.

Num.8. de haemet regula, quod in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, videas Kirc. Villal. Xuar. & Donat. à Fina inter cõmun. opin. tit. de fideiuſſ. nu.81. cum ſeq. Viu. in opin.559. vbi ponunt limitationes, & ioẽ in contrauentione facti procedere dixerunt, Andr. Gail l.b.2. pract. obſeru. obſeru.16. n.6. Coſta in d. praxi conu. par.2. clauſ.12. nu.5. quid ſi contrauenerit vni capitulo, an teneatur in totum, ſtante clauſula, quę omnia, &c. idem Coſta ibiẽ clauſ.121.nu.1. tenet affirmatiuè, faciũt collecta per Ricc. collect.952. quando intereſſe ſuccedat in obligationibus faciendi, Corraſ. miſcel. iur. l.b.2. cap.3. Ant. Burgos in rubr. de empt. & vend. nu.4. verſ. ſed conſiderata.

Num.

Num. 10. vide Bald. in l. 1. C. de hæred. vel act. vend. nu. 5. in fin. quem ſequitur Mart. Laud. in tract. de fiſco q. 111.

Num. 11. videas Io. Criſp. de Montibus in ſua nomencl. act. ſub tit. de action. rubr. actio ex empto, alia ad ornatum d. l. emptor de euict. tradit Alphan. coll. 1312. & in quo hæc actio ex empto conſiſtat, videas Specul. in tit. de empt. & vendit. §. 4. num. 1. de iſta pœna dupli promiſſa in ſtipulatione, an exigi poſſit, Io. Pet. de Ferrar. in eius praxi in forma libell. in cauſa vendit. gloſ. pro pretio nu. 7.

Num. 12. vide Matthæſil. in ſingul. 46. nu. 3. & de hac eadem materia habetur in §. omnes autem inſtit. de action. vbi Iaſon ad ornatum verò l. non dubitatur C. de euict. faciunt cõgeſta per Riec. collect. 28. & quod venditor tenetur de euictione etiam, quod nõ ſit promiſſa, vltra Iacob. Novell. regul. 230. Franch. deciſ. 239. num. 2. & quæ veniant ex iſta actione ex empto ſecuta euictione, Minſing. ſingul. obſeru. cent. 1. obſeru. 54. an intereſſe, vide Annam in conſtit. conſtitutionem diu. mem. nu. 154.

Num. 13. ad hoc videas notabilem deciſ. Præſ. de Franch. 297. num. 1. vbi examinat quando ex ſtipulatu ageretur, attenditur valor tempore contractus, ſed ſi actione ex empto attenditur tempus euictionis, ſiuè res ſit melior, vel deterior facta, vbi refert deciſionem de hoc.

Num. 15. adde Amendol. ad Franch. deciſ. 148. nu. 4. vbi allegat hic Auctorem.

Num. 16. & propterea intereſſe non liquidatũ æſtimatur per Iudicem, Alex. conſ. 172. nu. 20. lib. 6. & quomodo æſtimatur intereſſe, ſeù damnum, vt reſarciatur, Maur. Iun. alleg. 47. nu 3. & 4.

Num. 17. adde Boer. deciſ. 324. nu. 7.

Num. 18. vide Boccat. in tract. de cenſib. par. 2. nu. 163. vbi loquitur de diſpoſitione text. d. l. ſi procurator de iure fiſci, quomodo procedat, & vſura à fœnore in quo differat, Peguera deciſ. 30. nu. 4. & à fructibus qualiter differant, Franch. deciſ. 558. nu. 12.

Num. 20. verum eſt, quod emptor reſoluta emptione habet omnia, quæ erogauit cum intereſſe, Anna in alleg. 42. nu. 8. quid autem in emptore feudi abſque abſenſu, an recuperet pretium, idem in conſtit. conſtitutionem diu. mem. nu. 103. & 190. & ibi addita per me.

Num. 21. quod vſura ſit non tantum prohibita de iure Diuino, & Pontificio, ſed etiam ciuili, copioſius proſequitur Andr. Gail libr. 2. obſeru. 5. nu. 5. Peguer. deciſ. catal. 30. nu. 9. & ſeq. vltra Scagl. in rit. 20. Intereſſe autem eſt permiſſum potiſſimum ex pretio non ſoluto, tàm de iure ciuili, quàm canonico debetur, Affict. deciſ. 20. num. 4. & ex mora an debeatur intereſſe potiſſimũ lucri ceſſantis, quod licet non poſſit promitti, Marta voto 165. num. 2. an in ſolito negotiari procedat, late Ant. Gabr. in tit. de ſolut. concl. 10. inde recipi non ambigitur intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, vt voluit ibi Mart. nu. 5. ſed an in mutuo procedat, idem Peguera deciſ. 32. nu. 22. Etenim regulariter ex mora procedit, Amat. deciſ. 24. nu. 5.

Num. 22. vide Soccin. conſ. 176. num. 4. vol. 2. & Aretin. conſ. 149. nu. 10. Duen. regul. 2 nu. 44. eſt verũm, quod vſura, vt dãnum, & intereſſe peti poteſt ex diſpoſitione vtriuſque iuris, vbicumque ſua mora, vel dolo debitor inducit, vt quis alteri ſoluendo grauetur, Viuius opin. 1048. nu. 1. quinimò vſuræ curſus, mox poſt lapſum diei ſolutioni deſtinatæ incipit, Minſing. cent. 3. obſeru. 95. nu. 5. & ſucceſſiuè peti poſſunt ratione retardatæ ſolutionis, quod etiam in dote procedere dixit Oſaſc. deciſ. 132. nu. 1. vbi plures allegat Doctor. verũtamen in actionibus bonæ fidei vſuræ prædictæ debentur officio Iudicis ex mora contracta, Matthæſil ſingul. 90. vbi Saray. id declarat plurifariam, at benè dixit Maur. Iun. alleg. 101. nu. 16. quod vſuræ recompenſatiuæ, etiam de iure diuino ſunt permiſſæ, de quibus loquitur text. in l. curabit C. de act. empt. Soccin. conſ. 133. nu. 3. vol. 1. & poſſunt excedere fructus rei venditæ, Ioſeph. Ludou. deciſ. 53. nu. 3. tamen ſecus in fructibus ſubnectit ibi Matthæſil. quia quando fructus veniunt poſſunt peti iure actionis bonæ fidei, ſicut res ipſa principalis, ad quod ſingulariter Benint. deciſ. Bonon. 29. num. 6. dixit, quod intereſſe, quod conſequitur contra emptorem ad fructus pro parte, debet æſtimari ſecundum verum valorem fructuum, & dicitur intereſſe compẽſatorium cum fructibus, & in effectu excluſiuum ab ipſis fructibus, & ſic vſura permittitur in recompenſationem vſusfructus, quando naturaliter ipſa res erat cõmoditatem allatura, Capyc. deciſ 65. nu. 6. & hoc inſuper intereſſe recompenſatiuum ad fructus, debetur tantum ratione moræ, Soccin. conſ. 130. nu 6. vol. 4.

Nu. 23. vide Affict. deciſ. 20. nu. 4. potiſſimum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, Soccin. Sen. conſ. 25. nu. 18. par. 4. an iſta peti poſſint, ſi fuerit appoſita pœna, Anan. conſ. 31. nu. 3.

Num. 24. circa hoc intereſſe quanti plurimi faciunt collecta per Riec. collect. 788. & 1892. hoc intereſſe ſuccedit loco rei, & debetur ex mora, Amat. deciſ. Ancon. 25. nu. 17.

Num. 25. nota, quod fructus, & intereſſe magis

debentur, quam vſuræ, idem Franch. d. deciſ. 558. num. 9.

Num. 26. dixi in Compend. verb. intereſſe.

Num. 27. dixi in eodem Compend. eodem verbo intereſſe an debeatur.

Num. 28. de iſta materia an ſi poſſeſſor cõdemnatus, ſicut tenetur ad reſtitutionem, an ita teneatur ad reſtitutionem omnium fructuũ, loquitur diffusè Pract. Papienſ. in form. libel. action. real. gloſ. ſimul cum fructibus nu. 4. & ibi Addẽtes plures Doctores citant, vbi nu. 7. intuetur, appellatione fructum, quid veniat, cum etiam intereſſe fructus ciuiles dicantur, & veniant appellatione fructuum, Franch. deciſ. 254. nu. 14 Bombin. conſ. 17. nu. 8. idem Papienſ. in cit. loc. in gloſ. & in florenis decem, diffusè proſequitur iſtam materiam intereſſe, vna cum addent. ibi, & vſuræ non ſolutæ fructuum loco habentur, Franch. deciſ. 49. nu. 8.

Num. 29. intereſſe peti poteſt ratione moræ, Dec. conſ. 166. num. 8. & ad hoc, quod aliquis conſtituatur in mora interpellatio requiritur, idem conſ. 516. nu. 21. Ancharan. q. 54. par. 1. num. 13. quod limitatur multipliciter per Ricc. collect. 1190. latiſſimè Viuius in ſylua commun. opin. opin. 523 non tamen quando dies eſſet appoſita, quoniam tunc ex diei adiectione interpellatio oriretur, Minſing. d. cent. 3. obſeru. 95. per totam, Anchar. q. 67. par. 2. num. 13.

Num. 30. adde Plotum in tract. de in litem iurando §. 10. nu. 20. ad 22. vbi diffusè loquitur de intereſſe intrinſeco, & extrinſeco debito ex pecunia, & in depoſitario idem procedere dixit Carroc. in tract. de depoſit. par. 1. rubr. de in lit. iuran. nu. 57. an autem in rebus id procedat, iuxta mentem Auctoris negatiuam, vide Viu. in ſylua comm. opin. in opin. 389. & 390.

Num. 31. ad ornatum iſtius text. vide Alphan. collect. 1311. & de iſta deciſ. Præſ. de Franch. dixi in Compend. verb. intereſſe, vbi aliam deciſionem conſimilem citaui.

Num. 32. omni iure ſunt prohibitæ vſuræ, vt dixi ſupra num. 21. ſunt enim vſuræ cõtra ius diuinum, naturale, & poſitiuum, Tutius alleg. 49. nu. 2.

Num. 34. in finalibus verbis, quod intereſſe in mutuo à tempore morę debeatur, vide Andr. Gail lib. 2. obſeru. 5. nu. 5.

Num. 35. vide Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 11. nu. 54. ad propoſitum Auctoris, Pariſ. conſ. 114. nu. 12. vol. 4 & conſ. 47. num. 85. vol. 3. Soccin. conſ. 51. num. 7. vol. 4. Bombin. conſ. 36. nu. 15.

Num. 38. dixi ſupra num. 21. & 22. vbi allegaui nonnullos Doctores.

Num. 40. ſimiliter verba intelligi debent de naturali non ciuili actu, Alex. conſ. 2. nu. 1. lib. 1. conſ. 4. nu. 3. lib. 4. & verba naturaliter ſecũdum debitum ordinem, & non iuris fictiones erint intelligenda, vide Anchar. conſ. 82. nu. 7. ſicuti etiam verba, quæ ex ſua generalitate ad plura tempora ſe habere poſſunt capiuntur ſecũdum tempus, quod prius euenerit, Bero. q. 53 nu. 8. & quando plures habent ſenſus, quæ ſignificatio ſit accipienda, Amat. deciſ. 41. nu. 22.

Num. 41. verba enim accipi debent propriè, Alex. conſ. 4. nu. 5. lib. 4. & conſ. 38. nu. 6 lib. 6. conſ. 207. nu. 6. lib. 6.

Num. 42. adde Capyc. deciſ. 159. nu. 9. Alexand. conſ. 115. nu. 6. lib. 2. Soccin. conſ. 123. num. 6. volum. 4. Bombin. conſ. 18. nu. 9. & conſ. 32. num. 19.

Num. 43. & interpetratio, quæ alias fieri non deberet, quandoq; fit ne quis damnum indebitè patiatur, Berous q. 117. nu. 7. Dec. conſ. 374. nu. 7. & ob id potius verba impropriari debent, quam quod tertio præiudicium inferatur, idem in conſ. 580. nu. 3. & conſ. 689. nu. 9. Sicuti etiam verba impropriantur, vt libellus ſubſtineatur, Iacob. Machel. patroc. 29. nu. 18. ſic etiam interpetratio verborum fit ſecundum naturam contractus, etiam illã impropriando ne quis indebitè patiatur, Berous q. 53. num. 4 item ratione euitandæ impoſſibilitatis, Afflict. deciſ. 275. nu. 4. & deciſ. 307. nu. 26.

Num. 44. quod mora irregularis contrahatur re ipſa, ad quod fructus obligat moroſum, Soccin. conſ. 133. num. 11. vol. 1. & conſ. 174. nu. 9. vol. 2.

Num. 45. diuerſitatem in iure, & in facto ſignificat, Dec. conſ. 386. nu. 7. & repetit qualitates præcedentis diſpoſitionis, idem conſil. 335. nu. 3.

Num. 47. Soccin. conſ. 57. nu. 43. vol. 4. Gozzad. conſ. 69 nu. 10. adde Annam alleg. 70 nu. 24. Roman. ſingul. 117 Euerard. in topica loco à minore ad Eccleſiam nu. 3. faciunt ad hoc collecta per Ricc. collect. 1190. vltra Carau. in ritu 23. nu. 6.

Num. 48. idem Euerard. vbi ſupra.

Num. 49. Euerard. in topica loco à fiſco ad minores.

Num. 50. vide Franch. deciſ. 21. & in deciſ. 227. nu. 6. ſubiunxit eas deberi quaſi per ſententias legis.

§. V.

NVm. 2. vide Ant. Gabr. in lib. 3. commun. opinion. tit. de empt. & vendit. concluſ. 1. nu. 21. & 22.

Num.

Num. 3. concordat cum seq. nu. 34.

Num 4. dixi in meo Compend. verb. læsio, quæ nam.

Nu. 5. respectu primi capitis si remedium l. 2. C. de resc. vend. habeat locũ in venditione facta cum Iudicis decreto, vide Eman. Xuar. inter commun. opin. tit. de rescind. vendit. nu. 41. Ant. Gabr. in tit. alleg. concl. 1. nu 57. & quò ad aliud caput si locum habeat in venditione facta subhasta, videas Viuium in sylua commun. opinion. in opin. 1017. venditio, & Ricc. collect. decis. 81. ad hoc allegat Gammã decis. 95. vbi plura congerit, & collect. 340. & Alphan. collectan. 30. Anton. Gabr. vbi supra num. 61.

Num. 6. adde eundem Præs. de Franch. decis. 224. nu. 2.

Num. 7. hoc procedit in foro ciuili, & canonico, vt dixit Cępoll. in tract. de simul. cõtract. nu. 23. vbi rationem de ijs assignat, non autem de iure diuino, sicuti in præcedenti nu. 22. concludit, conferunt addita infra eodem num. 14.

Num. 8. ad ornatum istius doctrinæ Bart. nonnulla collexit Ricc. collect. 772. & de memorata decisione hic per Auctorem memini in eodem Compend. verbo læsio, vbi aliam decisionem nouissimam citaui.

Num. 9. vide Franch. decis. 531. nu. 3.

Num. 10. vide Peregrin. in tract. de iure fisci lib. 6. tit. 4. nu. 5. & seq. vbi ponit omnia requisita necessaria in venditione rerum fiscalium, & inter cætera num. 8. vt iusto pretio vendantur.

Num. 11. faciunt addita supra eodem nu. 5.

Num. 12. adde Villalob. inter commun. opin. tit. de rescind. vendit. num. 55. Ant. Gabr. vbi supra nu. 68. Ricc. d. collect. 81. allegat Gammam decis. Lusitan. 10. & ibi plura congerit.

Num. 13. vide Minsinger. singular. obseru. cent. 1. obseruat. 33. per totam.

Num. 14. de ista regula plenius per Duenam in regul. 148. Osasc. decis. 41. num. 8. & decis. 95. nu. 1. vide Diaz in regul. 151. contrahentibus, Eman. Xuarez inter commun. opin. tit. de rescind. vendit. nu. 16. & quomodo procedat, vide Ant. Burgens. in cap. cum dilecti de empt. & vendit. num. 22. Gulielm. Bont. de vsur. num. 61.

Num. 15. latè Ant. Gabr. in commun. opin. lib. 2. tit. de restit. in integr. concl. 1. & in terminis l. 2. C. de rescind. vendit. si locum habeat pro modica læsione, idem Ant. Gabr. in d. tit. de rescind. vendit. concluf. 1. nu. 69. & num. 59. & Xuarez inter commun. opin. tit. eodem de restit. in integr. nu. 8. copiosè loquitur si pro minima re restitutio concedatur.

Num. 17. aduerte, quod istud remedium cõcurrit cum remedio restitutionis in integrum, vt ex mente Abb. in cap. dilecti de empt. & vend. concludit Ant. Gabr. d. tit. de empt. & vend. nu. 12. sed quomodo hæc remedia competant, idem ibidem nu. 11. ex mente Aym. cons. 7. dixit tunc competere minori remedium l. 2. quoties esset læsus in pretio, cæterum si in contractu læderetur, restitutio in integrum sibi locum vendicaret, & successiuè an minori competat remedium huius l. 2. dùm restitutionis in integrum remedio iuuari potest, & quid inde decisum fuit, tradit Præs. de Franch. decis. 248. vbi Addentes, & Borrell. cons. 100. colum. penul. vers. sed motiuum.

Num. 18. de hac eadem decisione memini in meo Compend. decis. verbo restitutio, & ad materiam istam vide Thesaur. decis. 165. nu. 4. vbi eius filius in lit. B. alios citat, vltra alios Doctor relatos per Viscont. & Amend. ad Franch. d. decis. 248.

Num. 19. vide in meo Compend. verb. fiscus, vbi alios Doctores citaui, sed præter eos Muscatell. in praxi Sac. Cons. lib. 2. par. 3. glos. venduntur nu. 55. & seq.

Num. 24. vide Muscat. in praxi Sac. Cons. lib. 2. par. 3. glos. venduntur nu. 46. vt dicam infra eodem nu. 30. & 31.

Num. 26. vide Carauit. in ritu 17. nu. 5. & 6. cum seq. Chassan. in cath. glor. mundi par. 7. cõsid. 15. vers. & iste Procurator, & Fiscus & Aerarius, in quo differant Andr. Gail practic. obseru. lib. 1. obseru. 20. nu. 3. Auctor noster in repet. feud. lect. 8. nu. 13.

Num. 27. quę autem pertinent ad officium Procuratoris Cæsaris, vide Consil. Rouit. in rubr. pragm. de offic. Procur. Cæsar. nu. 2. & quæ ad officium Procuratoris fisci habetur in constit. Regni, inter multas vbi latè Afflict.

Num. 29. maior est potestas data à lege, quam hominis, Andr. Gail lib. 2. obseru. 78. nu. 4. & de potestate Procuratoris cum libera, multa collexit Ricc. collect. 410. & 1730.

Num. 30. supra eodem nu. 24. & Molfes. in consuet. cap. 6. nu. 5. in addit.

Num. 31. vide in meo Compend. Decis. Regni, verbo subhastationes, vbi plures Doctores citaui de hoc.

Num. 32. vide supra eodem nu. 10.

Num. 34. idem si dolus inesset Ant. Burgos in cap. cum dilecti de empt. & vend. nu. 21.

Num. 35. nota hic, quod resolutio contractus retrotrahitur ad tempus ipsius contractus, Tiraquell. de retract. conjang. in fin. nu. 14. an autem rescisso contractu ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. in restitutione rei fieri debeat, vna cum fructibus, vel cum interesse in Regione cõsueto, vide Franch. decis. 496. nu. 3. &

3.& conferunt hic collecta per Ricc.collect. 881. ſic & venditor vendita re ſub adiectione in diem oblata meliori conditione tenetur reſtituere pretium cum vſuris,& emptor rem cum fructibus, Anna allegat.41.num.4. vbi nu.5.dixit,quod venditor reſciſſa venditione actione redhibitoria habet reſtituere pretium cum vſuris.

Num.37. vide Bonacoſſ. inter commun. opin. tit.de reſcind.vendit.nu.36.

Num. 38. nota, quod dolus re ipſa, & dolus ex propoſitio æquiparantur, Capyc.deciſ.159. nu.21.Andr.Gail practic.obſeru.lib.2.obſeruat.147.nu.11.& obſeru.77.num.13.hinc eſt, quod dolus præſumitur in enormiſſima læſione,non ſolum re ipſa,ſed ex propoſito Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſin.18. nu.55.& ſeq. & ſic æquiparantur dolus re ipſa, & dolus ex propoſito,Anna alleg.9.nu.2.& alleg.17. nu. 6. & hoc data enormi læſione, Cherian. inter commun.opinion.eod.tit.de reſcind.vendit.num.47.

Num.39.dixi in meo Compend. verbo læſio.

Num.40. vide Viuium in ſylua commun.opin. in opin.1015.vendens,& inter commun.opinion.tit.de reſcind.vendit. nu.29.

Num 41.hic nota,quod venditiones fiſcales nõ ſubiacent moderationi l.2.C.de reſcind.vendit.Peregrin.in tract.de iure fiſci lib.6. tit.4. num.8.

Num. 42. ſolemnitates à iure requiſitæ in venditionibus rerum fiſcalium, an requirantur in venditionibus rerum debitorum fiſcaliũ, Peregrin.d.lib.6.tit.4. nu.4. & per totum, & an requiratur Principis commiſſio, ibidem nu.3. refertur.

Num.43.nota, quod priuilegia fiſci ſunt communia ad Auguſtum,& Auguſtam,idem Peregrin.in d.tract.lib.6.tit.2.nu.4. Boſſ.in tit. de fiſco nu.4.& priuilegium datum Regi non extenditur ad Reginam,nec ad filios,niſi exprimantur,Dec.conſ.516.nu.28.

Num.45. vide Reg.de Curte in diuerſ.feud. §. licet autem veriſſima num.3. vbi refert Regem habere duo genera bonorum, nempe patrimonialia, & demanialia, & de quibus diſponere poteſt, ſicut duæ ſunt hæreditates allodialis,& feudi, Camer. in cap.1. de ſucceſſ.feud.nu.39.

Num.46. vide Pugnat. in pragm.4. de falſ.teſt. nu.157.dixi in meo Compend. verb.reſtitutio, & quid ſi venderet ſubhaſta, an haberet reſtitutionem, vide Franc.Amic.in cap.1. §. dubitaui fol.209. nu.1. de ijs,qui feud.dare poſſunt.

Num.47.declarat hoc Reg.de Curte,vbi ſupra, & Auctor noſter in repet.feud.lectur.8.num. 10.& 11.

Num.48.vide notata ſupra eodem nu 8. & vltra ea vide Clapper. in ſuis deciſ. cauſ. 4. q. vnica nu. 3.& cauſ.5.q.2.in princ.& cauſ.101. q. vnica, ſingulariter Boer. deciſ.248. Montanar.in pragmat.5.§.8.de adminiſt.vniuerſ. num. 10.

Num.49.& in ijs terminis loquitur Boer. dicta deciſ. 248.

Num. 50. Boſſ. in tit.de fiſco, & eius priuileg. num.22.

Num.51.Arnald.Ferron. in conſuet.Burdegal. tit.de ſubhaſt.§.1.circa finem, quid autem ſi vnus offerret plus altero, an erit liberatus primus ſi non inueniretur, vide Boer.deciſ. 248.Boſſ.in tit.de vectig.conduct.nu.3.Montanar.in d.§.8. nu.11. Muſcatell. vbi ſupra nu.70.& candela extincta, & lapſo tempore melior oblatio haſtæ fiſcalis non nocet, Maur.Iũn.in alleg.51 nu.3.vbi nu.ſeq.refert, an ſit locus gratificationi duobus æqualiter offerentibus.

Num.52.Muſcatell.vbi ſupra nu.59.

Num.53. Muſcatell.loco citato à nu.64. ad 67. articulum iſtum plenè examinat Ricc. colect.deciſ.67. allegat Clapper.deciſ.2. cauſa 5.

Num. 54. an primus conductor præferatur ſecundo conductori in re locata pro eodem pretio, vide Franch. in deciſ.406. cum alijs per me citatis in Compend.verb.conductor, & in conductoribus fiſci, loquitur Peregrin. de iure fiſci lib.6.tit.5.nu.5.

Num.55. idem Muſcatell. in præallegato loco num.62.& 63.

Num.57. Muſcatell.ibidem nu.60. & infra eodem num. 60.

Num.58. Peregrin.in dicto tract. eodem lib.6. tit.5.num.5.

Num.59.ad ornatum iſtius legis conferunt collecta per Ricc.d.colect.67.

Num.60. vide ſupra eodem nu.57.

Num.62. memini de iſta deciſione in meo Cõpend.verb.oblatio,an autem oblatio melior ſit admittenda candela extincta,& oblatione inde ſequuta ſuper licitatione,& oblatione inde ſequuta,quãdo tractatur de intereſſe creditorum, decitum fuit affirmatiuè, ita Maſull.ad Capyc.deciſ.36.nu.6.quem ſequitur Ricc.colect.1726.vbi plura de hoc.

Num.63 contractus iſti vitalitij ex Regiæ pragmaticæ diſpoſitione redacti ſunt ad rationem ducatorum quatuordecim pro centenario,vt habetur in pragm.2.de cenſib. Hodie verò per aliam nouellam pragm.5. eiuſdem tituli redacti ſunt ad rationem ducatorum decem pro centenario iſti cenſus extinguendi in vita,ſeù ad certum tempus, & ob id dum liquidari inſtrumentum contingerit,

an

an non exiſtẽte corpore pro capitale, & tertijs liquidari poſſit, vide quid obſeruatum fuit in Curia Archiepiſc Neapol pẽnes Genuenſ.in eius praxi cap.16.num.6. & in foro ſæculari quid fuerit deciſum retuli in meo Compend.verb contractus vitalitij,& verb. inſtrumentum.Reſpectu verò illorum creditorum, qui cum Reg. Cur. contraxerunt ſuper donatiuo,cum certum corpus non haberetur,licet emptio reddituum ſuper incertis fundis adeò quod obligatione ſola perſonali ſubſtinetur, Andr.Gail lib.2. obſeru.7. nu. 13. attamen nouiſſimè tranſlata ſunt eorum credita ſuper alijs regalibus introitibus, & ita certificati ſunt de corpore, & tales venditiones receſſerunt ab aula, an autem iſti contractus vitalitij in iure ſubſiſtant, articulum iſtum prolixius pertractauit Guliel. Bont.in ſuo tract. de vſuris per totum, & ſic demum concludit valere reiectis rationibus in contrarium facientibus num.58.verſ.iſtis ſic cũ ſeq. latiſſimè Tiraq. de vtroq.retract. gloſ.6.§.1 nu.15.Ambr.de Vignat.in tract.de vſuris nu.242. cum ſeq. Andr.Gail lib.2.obſeru.8 per totam.

Num.64.iſtam quæſtionem ex profeſſo examinat Anchar.in quæſt.33 venditor par.2. vbi loquitur etiam reſpectu intereſſe conuenti, & non cõuenti,ſeù expreſſi, nouiſſimè Marta voto 165.an autem pro rata pretij non ſoluti vide Benint. deciſ.Bonon.29. nu.2.

Num.65. adde Maur.Iun.in alleg.101.nu.16. & 17. an autem intereſſe ex mora irregulari debeatur, latè Theſaur. deciſ.258. circa declarationem l.curabit, vide Ioſeph Ludou. deciſ.Peruſin.53. faciunt collecta per Alph. collect.28 Ricc.collect.199.

Num.66.intereſſe ſine mora non debetur, Morot.conſ.9.num.28. & ſic mora operatur intereſſe,Amat.deciſ.24.nu.5.ad quod aduertendum eſt, quod ſi fuerit mora irregularis, non aliter intereſſe oriretur, cum ea citra interpellationem hominis,vel diei non contrahatur,Maur.Iun.alleg.101.num.17. ſecus tamen in mora regulari,tunc per eam interpellationem in mora debitor conſtituitur, idem in alleg.95.nu.1.quid autem in debitore, qui tenetur pecuniam ad certum locum aſportare, nec fuerit interpellatus à creditore forte abſente,an mora contrahatur, vt intereſſe locum habeat, vide Maur.Sen.alleg.72. reſpectu autem illorum, qui ſunt ſoliti lucrari, an debeatur intereſſe lucri ceſſantis, copioſè Anton.Gabr. in tit.de ſolut. concl.10. per totam, Marta vbi ſupra nu.9. Andr.Gail dicto lib.2.obſeru.6. vide in meo Compend. verb intereſſe.

Num.67. vſuræ quando petuntur non tanquam vſuræ, ſed tanquam intereſſe omni iure debentur, Kircou.inter communes opin. tit.de vſuris num. 35. & vſuræ petuntur à moroſo tanquam intereſſe, Roman.conſ.57. nu.13. Viu.in opin.1048.

Num.68. adde eundem Anchar.loc.cit.nu.10.

Num.70.vſuræ præſtantur ſecundum morem Regionis, vide Donat.à Fina inter comm. opin.eod.tit. de vſuris nu.10. vt eſt in Italia ad rationem quinque pro centenario, Manent.in tract.de iure contract.liuell.q 5. nu. 51. & has licitas eſſe cenſuit Bellac. inter comm.opin.eod.tit. de vſuris nu.36 quamquam in Regno ex bullę Apoſtolicæ diſpoſitione cautum ſit, vt vſque ad ſummam ducatorum decem, poſſit fieri emptio citra vſuræ ſuſpitionem,latè Viu.in opin.1052. & ſic in pluribus cauſis liquidatum, refert Anna ſingul.261. intereſſe, aduerte quod quando non fuiſſet pretium promiſſum ſolutum in tempore ex cauſa forte immittentis euictionis,ſi non fuiſſet taxatum ab initio liquidatum fuit per Sac.Conſ.ad rationem ducatorum quinque pro centenario, Anna Iun. conſ.15.nu.15.dixi in Cõpend.verb.intereſſe, ſed ſi eſſet taxatum tunc ſecus, & taxari poteſt vſque ad decem pro centenario, vt in pragm.1.de cenſib.& ibi Doctores, circa reliqua vide Oſaſc.deciſ.143.in fine.

Num.72. intereſſe quod præſtatur ab emptore ratione pretij non ſoluti, vt iuris eſt, Duen. regul. 244. excedere non poteſt fructus rei, latè Manent. in d.tract. de iure contract.liuell.q.5.nu.79.ad quod Aym.conſ.105 num. 11. dixit, quod vſura toleratur tanquam intereſſe, & illud intereſſe commenſuratur ad valorem fructuum, non ad pretij quantitatem, pro cuius corroboratione Bellac. vbi ſupra nu.37.allegat Burſat.conſ.11.lib.1. nu. 2. qui tenet pactum, quod debeantur vſuræ pretij, iuxta taxationem ſi probetur illam non excedere valorem fructuum,eo quia dicitur intereſſe compenſatiuum, Benint. deciſ.Bonon.29.nu.6.an autem vſura, quæ debetur ab emptore ratione pretij non ſoluti poſſit excedere fructus rei venditæ, vide Ioſeph.Ludou.d.deciſ.Peruſin.53.nu.3.cum lex iſta curabit det intereſſe pro modo fructuũ, Georg.allegat.49.nu.9.vbi num.10.quærit,ſi fructus eſſent maiores, & quid citra moram.

Num. 73. ſic vſura permittitur ex conſuetudine,quando eſſet dubium in iure,an actus,vel contractus eſſet vſurarius, Roech.de Curt. in cap.fin.de conſuet.3.notab.in 3.limit.fol. 15.& proinde contractus intelligitur celebratus ſecundum vſum frequentiorem, Manent.in d. tract.q.3. num.71. ſimiliter ſecundum

dum contrahentium conſuetudinem cenſetur celebratus, idem ibidem q.1. nu.44.

Num.74. dixi ſupra nu.70.

Num.75. adde Benintend deciſ. Bonon. 29. numer. 3.

Num.76. intereſſe dotis non ſolutæ, licitè poteſt à marito peti, Bellac. vbi ſupra num.38. Viu. in opin. 524. mora, & quando debeatur genero, latè Maur. Iun. d. alleg. 74. quomodo autem taxetur hoc intereſſe dotis, & antefati Neapol. latè Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 7. q. 12. num. 1. 2. & 4 tom. 2. & quid ſoluto matrimonio an debeatur intereſſe vxori viduæ ab hæredibus viri, vide Theſaur. deciſ. 43. & quid inde deciſum fuit per Sac. Conſil. Nunt. Pellic. in conſuet. Auerſæ cap. 9. num. 293. dixi in meo Compend. verb. intereſſe dotis.

Num.77. vide Martam vbi ſupra num. 3. & ſeq. vbi omnes Theologos allegat.

§. VI.

NVm.1. ad hoc allegat infinitos Doctores Alphan. collect. 118. & Rice. collect. 288. Duen. in regul. 238. emens, vbi limitant, & ampliant iſtam communem concluſionem pluriſariam, & inter commun. opin. tit. de contrah. empt. Donat. à Fina nu. 67. Peregr. de iure fiſci lib. 6 tit. 4 num. 16. & ſeq. an autem ex noua cauſa ſuperueniente fiſcus teneatur de euictione, ſicut hic Auctor dixit, vide Maur. Iun. in alleg 5. per totam, nõnulla ad ornatum iſtius legis, nouiſſimè tradit Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. declarata igitur nu. 33. & ſeq. Chaſſan. in cathal. glor. mund. par. 5. conſid 23. in 114. priuil.

Nu.2. quãquam hæc eadem exceptio l. bene à Zenone fuerit, vel ante litis conteſtationem, vel poſt reſeruãda ſit ad merita cauſæ, & ſic iudicatũ cenſet Franch. deciſ. 377. vt in meo Compend. verb. exceptio legis, & circa exceptionẽ quem de euictione tenet actio, &c. impediatur litis ingreſſus, & alia, vide Maur. Sen. alleg. 7. nu. 1. Secus tamẽ eſt in exceptione pragmaticæ editæ Thori, quæ non poteſt reſeruari ad merita cauſæ, ic ẽ Reg. de Curte vbi ſupra num. 54. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 4. nu. 399. citat Auctorem.

Num. 3. de iſta clauſula loquitur Anna ſingul. 123. Maur. Iun. alleg. 28. num. 3. & Auctor in 1. lect. feud. nu. 40. & in conſ. 60. nu. 20. vol. 2. Conſil. Rouit. in pragm. 1. num. 16. vbi de delict. quis conuen. deb.

Num. 4. Ant. Gabr. lib. 5. commun. opin. tit. de acquir. poſſeſſ. concl. 2. num. 26. vbi quamplures citat Doctores ad hoc, & vltra eos Roder Xuar. in alleg. 11. nu. 2. Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. declarata igitur ſub num. 35. Auctor noſter in conſ. 20. nu. 48. vol. 2.

Nu. 5. Duen. Alph. & Donat. à Fina citati ſupra nu. 1. vltra Ant. Gabr. vbi ſupra varijs modis limitant diſpoſitionem d. l. bene à Zenone.

Num. 6. vide infra eodem nu. 8.

Num. 7 vide Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 2. nu. 41. Andr. Gail pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 15. nu. 4. quod tamen limitat Auctor niſi fuerit habita ſaltim fides de pretio, ita Roman ſingul. 310. nu. 1, incip. l. quod vendidi, & ibi Pignol. alios citat, & hoc ſufficeret, quando fides de pretio fuerit habita, Alex. conſ. 173. nu. 16. vol. 6. tunc enim fides de pretio non ſolũ expreſsè, ſed tacitè aliquando præſumitur, quoties fuerit conceſſus terminus ad ſoluendum, idem conſ. 92. nu. 2. lib. 1. Xuarez inter commun. opin. tit. de cõtrah. empt. nu. 68. ſicuti per contrarium non præſumitur fides habita de pretio per patientiã detinẽdi, idem conſ. 86. nu. 6. lib. 6. Iura enim volunt, aut expreſsè fidem de pretio, aut veram ſolutionem, Xuarez inter commun. opinion. tit. de contrah. empt. num. 152. eo quod emptori habita fide de pretio cenſetur ex mera, ac ſola rei venditæ traditione, & Gail vbi ſupra multa ad hoc.

Num. 8 ita etiam refert Montan. in pragm. 5. §. 13. nu. 18. de admin. vniuerſ. Villal. & Cherian. inter commun. opin. tit. de priuil fiſci nu. 8. Peregrin. de iure fiſci loc. cit. nu. 9. Boſſ. in tit. de fiſco nu. 37.

Num. 9. idem Montan. loc. cit. Conſil. de Georg. alleg 49. num. 7. Similiter vendere coactus à lege, vel ſtatuto non tenetur habere fidem de pretio, Tiraquel. de retract. conſang. gloſ. 3. num. 1. An Baro cogere poſſit vaſallum ad habendum fidem de pretio, vide Capibl. in pragm. 1. nu. 137. de Baronib.

Num. 11. vide ſupra nu. 9. & hac ratione attenta pariter confeſſio facta per tutorem non liberat debitorem pupilli in eius detrimentum, ſi non appareat aliundè de numeratione, aliud enim eſt habere mandatum à lege, aliud ab homine, de quo per Caualc. in tract. de tutore nu. 274.

Num. 12. ad hoc vide Bertacch. in ſuo repert. verb. Procurator ad negotia in 4. verſic. vbi alios citat, & concluſionem iſtam declarat, & quomodo intelligatur.

Num. 13. quod dies ſolutionis ſit pars contractus, vide Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 18. nu. 38.

Num. 15. vltra Bertacch. in repert. in verb. executorum teſtamẽti poteſtas verſ. exequutor vendens, vbi hoc ſatis declarat quando procedat, videas Iacob. à Canibus in ſuo tract. de execut. vltimar. voluntat. in 2. particul. §. con-

§. consultis autem collegis num. 35.

Num. 16. adde notabilem allegationem Mauri Iunioris quintam per totam.

Num. 17. multa ad ornatum istius legis collexit Alphan. collect. 95. Ioseph Ludou. in suis commun. conclus. tit. de hæred. in 1. conclus. col. 24. vers. & id, quod scribit cum seq. Ant. Gabr. in tit. de regul. iur. conclus. 11. per totam, vbi limitat multifariam istam conclusionem.

Num. 19. vltra Bellon. cons. 24. nu. 12. 13. & 14. vide Maur. Sen. in alleg. 7. per totam, Tiraquell. de retract. consang. §. 1. glos. 9. nu. 47. vbi etiam loquitur in retractu faciendo per filium, vel hæredem, sed in materia euictionis, de qua per Auctorem facit distinctio Roland. à Vall. in tract. de inuent. confect. par. 4. §. quid si pater nu. 4. & seq.

Num. 20. vide Io. Bapt. Costam in praxi conuent. par. 2. claus. 79. vbi plenius examinat si successores contineantur in stipulatione facta pro se, sine dictione cæterata, & plures allegat, similiter in concessione feudi simpliciter facta alicui, an cẽ eatur facta etiam filijs, & hæredibus, Reg. de Curte in diuers. feud. §. nunc de altera nu. 131. & seq.

Num. 21. idem Tiraquell. vbi supra loquitur in hærede volente retrahere rem venditam à testatore etiam ex propria persona, Rolãd. vbi supra, vel in transactione rei filiorum facta per patrem, de quo per Franch. decis. 665. nu. 2. cum seq.

Num. 22. vide Cremens. singul. 32. Osasc. decis. Pedemont. 47. singulariter Marta in voto 129. per totum, vbi materiam istam explanat, quomodo intelligatur, ante eum Roland. vbi supra nu. 12. Tiraquell. vbi supra num. 5. quid autem si euictio causaretur ab alio, quàm à promittente an teneatur restituere pretium, vide Asciam in determ. 132. copiosè.

Num. 24. notabiliter Ioseph Ludou. in loc. cit. col. 26. vers. sexto limitatur.

Num. 25. vide Andr. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. à nu. 2. cum seq. vbi articulum plenè examinat, si per dictionem taxatiuam adiectam in venditione rei excludantur hæredes, ita vt eis retrahere liceat, sed in terminis nostris copiosè Phanucc. de inuentar. par. 7. nu. 220. & 221.

Num. 26. idem Marta dicto voto 129. nu. 2. faciunt notata supra eodem nu. 19.

Num. 27. Phanucc. vbi supra nu. 205. & seq. Ioseph Ludou. vbi supra col. 25. vers. quando tamen.

Num. 28. idem Phanucc in d. tract. par. 5 nu. 19. ad quod singulariter Marta vbi supra nu. 3. in materia euictionis censet quod inuentarium præseruat hæredem, ac si hæreditatem non adijsset, & sequitur num. sequ. quod inuentarium non prodest in ijs, quæ habentur à defuncto, & titulo lucratiuo, vbi nu. 6. pariter in materia confusionis hic tacta, quod inuentario finguntur actiones non confusæ, quatenus confusio afferret damnum hæredi, & quæ nam actiones confundantur in confectione inuentarij, & quæ non, vide Môticul. de inuent. §. nono principaliter nu. 147. alia in materia separationis congerit Anna alleg. 30. sed melius Frecc. ad rem nostram loquens de subfeud. lib. 3. in 3. formula nu. 8. & separatio bonorum idem operatur, quod inuentarium, Georg. alleg. 18. nu. 7.

Num. 29. in feudo hæreditario expressè loquitur Roland. à Valle in d. tract. par. 4. §. numquid hæres per totum, & de eodem, ac de feudo ex pacto iuxta mentem Auctoris prolixius Reg. de Curt. in diuers. feud. §. multoties concedens nu. 113. & seq.

Num. 30. vide supra eodem nu. 20.

Num. 31. idem Tiraquell. vbi supra nu. 4.

Num. 33 quid si actum sit, quod venditor non teneatur de euictione nisi ex facto suo tantum, & si ex facto alieno cõ teneatur aliquo modo, an teneatur ad restitutionem pretij, vide Affict. in l. imperialem nu. 19. de proh. feud. alien.

Num. 34. vltra Carau. in tit. 127. nu. 4. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 186. ad hoc videas Carroc. in tract. de sequestro par. 2. q. 12. per totam, pari modo ista bonorum annotatio prohibita censetur, cum arrestis assimiletur, Andr. Gail in tract. de arrestis cap. 1. nu. 4. an autem spoliare de facto ei licitum sit, non tantum in officijs, vt per Annam alleg. 103. sed etiam in feudis, vide in cap. Regni ex prę sumptuosè, vbi Campag.

Num. 35. annotatio bonorum cum arrestis assimiletur, Gail in tract. de arrest. cap. 1. nu. 4.

Num. 36. regulariter feuda alienari prohibita sunt, hanc regulam cum limitationibus posuit Duen. in regul. 317. feudum, latissime Capyc. in sua inuest. feud. rubr. feud. alienat per totam, & quod feudum licet alienari cõ possit sine assensu, tamen poterit possideri sine assensu, & successiuè spoliatus debet restitui, Anna alleg. 1. nu. 29. verùm quò ad spiritualia aduertendum est, quia beneficia non possidentur sine canonica institutione, Anna alleg. 38. nu. 2.

Num. 37. regulariter enim feuda quærũtur priuilegio, successione, & inuestitura præsũpta, vt quia quis tenuit feudum per 30. annos faciendo seruitium, Capyc. decis. 77. nu. 13. Similiter quò ad regalia, quę solis Regibus cõpetunt, non alijs inferioribus, de quo per

Chas-

Chaſſan. in cathal. glor. mundi d. par. 5. conſider. 24. in 164. priuil. quinimò illarum poſſeſſor tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, alias priuabitur, Peregr. de iure fiſci lib. 7. tit. 3. nu. 20. cum ſeq.

Num. 38. ex vulgata l. cogi C. de petit. hæredit. nemo tenetur titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere, quam regulam exornat Alphan. collectan. 1184 Ricc collect 61. Iacob. Nouell. in regul. 217. vbi nu. 1. dixit non procedere in feudalibus, Socc. regul. 430. & in feudis idem affirmat Capibl. in pragm. 11. nu. 27. de Baronib. licet contrarium teneat Campag. in cap prædicti magiſter nu. 14. in praxi tamen aliter receptum eſt, quid autem in alijs iuribus non tamen feudalibus, an fiſco inſtante cogi poſſit oſtendere titulum poſſeſſor, dixi in eodem Compend. verbo titulus, vbi multa vltra Peregrin. in loc. cit. nu. 13. & ſeq. vbi plura de hoc.

Nu 39. vide Annam in alleg. 1. vbi ſatis materiã iſtius capit. ex præſumptuosè pertractat, & alia pertinentia ad eandem deciſionem retuli in meo Compend. verb. ſequeſtrum, conferunt collecta per Ricc. in collect. 367. vltra Auctorem in conſ. 1. vol. 2. per totum.

Num. 40. Anna vbi ſupra num. 25. videtur contrarium tenere, dixi in meo Compend. verb. ſequeſtrum, vbi extat deciſio.

Num. 41. idem Anna loc. cit. nu. 33. & ſeq. an autem facto ſequeſtro infra annum de bonis feudalibus detur aliquod interdictum poſſeſſorium, an locum ſuper petitorio, & iure rei procedatur, vide Campag. in cap. dudum nu. 3. 14. & 17. vbi plura in materia ſequeſtri agit.

Num 42. quod diſpoſitio cap. ex præſumptuosè ſit exorbitans à iure communi, refert Anna d. alleg. 1. nu. 15. & in exorbitantibus non datur extenſio, vide Euerard. in topica loco à ratione legis ad extenſ. &c. nu. 41. cum ſequent.

Num. 43. vide in meo Compend. deciſ. Regni verb. ſequeſtrum, vbi alios cum Auctore citaui.

Num. 44. adde Campag. in cap. frequens nu. 48. & ſic deciſum retulit Vrſill. deciſ. 351. nu. 5. de quo ſatis in d. meo Compend. verb. ſequeſtrum.

Nu. 45. vide Carroc. in tract. de ſequeſtro par. 2. q. 2. in princ. nouiſſimè id deciſum retulit Camill. Laratha conſ. 81. vt in eodem Compend. verb. ſequeſtrum.

Num. 46. idem Carroc. loc. cit. nu. 14. & 18.

Num. 47. vide Peregr. in tract. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 196. latè & hic nota, quod ponens ſigna Principis in domo ſua, vel bonis videtur illa incorporare dominio Principis, vt ex mente Bart. d. l. facultas, meminit Chaſſan. vbi ſupra in 201. priuil. quanto fortius ſi id à Principe fuerit actum, vel ab eius fiſco, vt communiter videtur in domibus Neapol. à fiſco ſequeſtratis, vel ei incorporatis, depingi arma fiſci, hoc eſt in medio ſcuti fic dici, *Regia Corte*, ex quibus colligitur ædes ipſas dominio fiſci eſſe adſcriptas.

Num. 48. multa in materia ſigilli notauit Carauit. in rit. 277. circa ſcripturas, Campag. in cap. item ſtatuimus, & multa alia pertinentia generaliter ad materiam ſigilli, & ſigillationis, refert Bertacch. in repert. verbo ſigillatio. & quò ad hoſtiorũ, atque capſarum ſigillationem, vt hic Auctor cenſet Neapol. dumtaxat in capſis ex ciuitate aſportandis ſigilla apponi per Regiam Dohanam ſeruatur, ſed quò ad hoſtia non alter, ſed in quibuſdam Regni partibus vidi ſeruari, vt Foggię, & Caſtro maris, quoties debitores ſoluere renuerint.

Num. 49. latè Foller. in praxi crimin. rubr. annotat. bona contum. & Franch. in deciſ. 515. multa circa iſtam annotationem faciendam deduxerunt.

Num. 50. vide Peregr. in tract. de iure fiſci lib. 4. tit. 7. nu. 18. vltra Amanell. de Clar. aquis ſingul. 163. & Auctorem in deciſ. 7. nu. 5. vbi id nu. 32. declarat.

Num. 51. nota, quod bona ſecuta confiſcatione ſtatim quæruntur fiſco, quò ad ius dominij, non quò ad poſſeſſionem, Peregr. in d. tract. lib. 5. tit. 1. nu. 52. vbi nu. 140. ſubnectit, quod fiſcus non capit bona vti confiſcata niſi præceſſerit ſententia, hinc Foller. in d. praxi crimin. rubr. & ſi confitebuntur nu. 77. quod bona non vendicantur fiſco niſi lata ſententia, quo circa ſententia declaratoria opus erit, Boſſ. in tit. de crim. læſ. maieſt. nu. 63. & 133.

Num. 52. an autem, vt quæratur iſta poſſeſſio requiratur ſcientia eius, ad quem ſpectabat, vide Capyc. deciſ. 57. nu. 1. Maur. Sen. alleg. 80. nu. 6. & ſententia declarat quem Dominum, Anna in cap. 1. nu. 230. de vaſall. decrepit. ætat.

Num. 53. de hac re plenius habetur penes Peregrin. in d. tract. de iure fiſci lib. 6. tit. 8. per totum, præſertim num. 40. & quomodo in Regno verſetur circa iſtam præſcriptionem bonorum non incorporatorum, vide Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. declarata igitur num. 97.

§. VII.

NVm. 1. an ius ſuperueniens locum habeat in feudis, vide Conſil. de Georg. allegat. 6. nu. 33.

Num.

Num. 2. Molfeſ. conſil. 7. num. 22. & conſil. 42. num. 35. verùm eſt, quod actus contra legem factus eſt nullus, Anna in repet. conſtit. conſtitutionem num. 228. cum antecedentibus, & ſubſequentibus numeris, vbi loquitur de hac eadem Auctoris materia circa alienationẽ feudorum, & talis nullitas iuris inducitur ipſo iure, quia contra legem directè, vel indirectè agitur, vt ipſe refert per l. non dubium C. de leg. ad quod ſingulariter Afflict. in conſtit. ſi quis poſt litem nu. 26. dixit, quidquid fieri contra formam traditam à lege, maximè quando lex annullat expreſsè, vt ibi dicit eſſe nullum ipſo iure, ſed quando actus eſſet nullus propter defectum alicuius ſolemnitatis requiſitæ in fauorem certæ perſonæ, & determinatæ, & quæ illius fauore reſpicit, vel propter aliquod impedimẽtum, quod perpetuò nõ durat, poterit de eiuſdem conſenſu ſuperuenienti ratificari, & confirmari, Vezzin. inter commun. opin. tit. ſi maior fact rat. hab. &c. nu. 3. tunc enim actus ille validaretur, prout ex nunc, non prout ex tunc, ita Maur. Iun. alleg 5. nu. 5.

Nu. 4. vide Alph. colle&. 764. vbi plures allegat Auctores, ad hoc Pariſ. conſ. 104. n. 12. vol 1.

Num. 5. de hoc videas congeſta per Bertacch. in verb. ius ſuperueniens, & quid in iudicijs, latè Ant. Gabr. in tit. de iudicijs concl. 5. an autem ius ſuperueniens conualidet contractum rei alienæ nullum, quando ex tali actu quis non obligatur, vide Crauet. ſuper queſtion. ſtatuti Ferrarienſ. nu. 4 11. 13. 14. & 24. & iuxta mentem Auctoris hoc notat Boer. deciſ. 23. nu. 14.

Num. 6. vide Cagnol. vltra Dec. in l. quod ab initio ff. de reg. iur. potiſſimum nu. 6. rationem Auctoris noſtri confirmat.

Num. 7. idem Regens noſter deciſ. 38. num. 5. Molfeſ. d. conſ. 7. nu. 23. & conſ. 42. nu. 35.

Num. 8. vide Molfeſ. d. conſ. 7. nu. 24. & in conſuetud. Neapol. par. 4. q. 35. num. 7. & 8. inter cæteras limitationes relatas per Capyc. in inueſtit. feud. rubr. feud. alien. verſ. limita ſexto, refertur feudum vendi poſſe neceſſitate cogente, puta per ſententias latas contra vaſallum conuentum, & ita iuxta mentem Auctoris alias deciſum per S. C. indicatum fuit, quod bona fideicommiſſo ſubiecta, quę minantur ruinam non obſtãte fideicommiſſo facto per fideicommiſſariũ vendantur cum pacto, quod ſubrogentur cenſus eidem fideicommiſſo, Reg. de Ponte conſ. 46. vol. 1. dixi in meo Compend. verb. cenſeri, & verb. res prohibita, vbi patent aliæ deciſiones, & iuxta materiam Auctoris vide Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. in hoc igitur nu. 8. ſi pecunia ex feudo vendito ad inſtantiam creditorum dicatur feudalis, & an creditoribus habentibus aſſenſum tantum liberari debeat.

Nu. 9. vide notabilem allegationem Maur. Iun. 107. præſertim nu. 4. & ſic in dubio præſumi, teſtificatur Alex. conſ. 63. nu. 5. lib. 6. & Auctor noſter d. deciſ. 38. num. 6. Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par. 3. q. 23. in fin. & donando quis bona cenſetur donare ſolum ius, quod habet in illis bonis, Bellac. inter cõm. opin. tit. de donat. nu. 53. Alex. conſ. 47. vol. 3.

Num. 10. an ex hoc legato debeatur æſtimatio, Anna in conſtit. conſtitutionem nu. 143. an legato vſufructu confici debeat inuẽtarium, idem ſing. 309. & inueſtitura rei alienę inſtar legati valida cenſetur, Auctor in lectur. 13. num. 18.

Num. 11. vltra Reg. de Curt. in diuerſ. iur. feud. §. in hoc igitur nu. 40. & ſeq. adde quod Rex tantum concedit feudum deuoluendum, Anna in alleg. 45. nu. 23. intantum quod quærit Afflict. in cap. 1. §. ſed & res nu. 59. per quos fiat inueſt. & in conſtit. poſt mortem nu. 20. an releuium debeatur ſi Rex inueſtituram feciſſet de caducitate ſucceſſionis feudi, an autem inueſtitura feudi vacaturi poſt mortem iure feudorum permittatur, & præcisè obligec inueſtientẽ, vt ſoluẽdo intereſſe non liberetur, Auctor in conſ. 131. nu. 2. vol. 2.

Nu. 12. videas Parid. de Pot. in tract. de recogn. feud. cap. an Vicarius generalis, & melius Auctorem noſtrum in repet. feud. lect. 11. nu. 13. & Conſil. de Georg. in repet. feud. cap. 13. nu. 13. refert practicatum fuiſſe in Baronia fluminis Muri, quæ viuente vtili Dominatore cõfecta abſque alio legitimo ſucceſſore fuit conceſſa Principi Scillę, quando vacauit per mortem illius.

Num. 13. ſimiliter cedi põt iuri de futuro, Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. in hoc igitur n. 36.

Nu. 14. hæc iura allegat Marta in vot. 225. nu. 6. ad conualidandũ ſi Prælatus ſucceſſor teneatur inueſtire realiter inueſtitum verbaliter à prædeceſſore, vbi nu. 4. quærit, ſi inueſtitus verbaliter in caſum mortis, quando debeat petere ſe inueſtiri realiter, ad materiam Auctoris vide Reg. de Curt. in diuer. feud. §. in hoc igitur nu. 30. verſ. hic text. vide Annã in ſing. 264. inueſtitura, vbi allegat Andr. hic ab Auctore citatum circa inueſtiturã feudi vacaturi, quãdo poſtea vacat ſi cenſeatur facta quando fuit à principio, & non quando vacauit, eo quod retrotrahitur ad diem factæ inueſtiturę, idem Auctor in conſ. 131. nu. 4. vol. 2. ante eum Afflic. in d. conſtit. poſt mortem ſub num. 20.

Nu. 15. vide Afflict. in d. conſtit. poſt mortẽ nu. 20. vbi declarat, quando inueſtitura de caducitate ſucceſſionis intelligatur, & qualiter

fiat, & in cap. 1. §. ſed & res nu. 59. per quos fiat inueſt. & ad huius Auctoris materiam ſingulariter Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. in hoc igitur nu. 30.

Nu. 17. tunc enim Dominus pro re data in feudum, poterit dari aliud in cambium quoties conſenſus, ſeù voluntas vaſalli interuenerit, Iacob. de Franch. in cap. 1. §. cum autem nu. 8. ſi de inueſt. feud. &c.

Num. 18. an autem inueſtitura feudi facta per clericum, ſub cõditione mortis Titij valeat, Anna in repet. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. num. 228. diſtinguit ſi tempore exiſtentis conditionis erat mortuus non valeret, ſecus ſi erat viuus, etenim conceſſio feudi deuoluendi à morte Titij habet effectum, idem Anna in alleg. 45. nu. 9.

Num. 19. multos caſus in quibus venditor de euictione non tenetur, refert Tiraqu. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 34. & euictio, quæ venit ex natura rei non cenſetur excluſa, Anna alleg. 48. nu. 30.

Nu. 20. placet mihi in hoc opinio Reg. de Curt. in d. §. in hoc igitur nu. 38. quod iſtud pactũ de futura ſucceſſione non militet, ſed potius eſt de caducitate ſucceſſionis, tũc enim eſſet pactum de futura ſucceſſione, quãdo tractaremus de ſuccedendo illi, qui tenet feudum ex iure, quod habet ipſe in feudo, de quo plenius per Affict. in cap. ſi quis inueſtierit de feud. dat. in vicem legis commiſſ.

Num. 21. vide Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. vt igitur nu. 32.

Nu. 22. adde eundem Reg. de Curt. in d. diuerſ. §. declarata igitur nu. 11. & in quo alio caſu Dominus pro re data in feudũ, poterit aliud dare in cãbium, Iacob. de Franch. in cap. 1. §. cum autem n 8. ſi de inueſt feud contr. fuer. aut intereſſe, Minſing. cent. 4. obſeru. 61.

Num. 23. vide Boer. d. deciſ. 23. n. 13. & ſeq. & in ſpecie de emptore venditori ſuccedente non agit ad euictionem, loquitur Affict. in cap. quia ſupra dictum §. rurſus, quib. mod. feud. amitt. nu. 44.

Nu. 24. adde Villal. & Vezin. inter comm. opin. tit. de euict. nu. 3 & ibi Phicard. Viu. in opin. 1024. venditor, imò cogi poteſt vigore conſtituti ad tradendum, nec liberatur prẽſtãdo intereſſe, Anch. q. 2. par. 2. nu. 11. ſecus ſi non poſſet rem tradere, nam eo caſu nõ tenetur, Alex. conſ. 69. nu. 1. vol. 4. ita pariter & Dominus ſi non haberet facultatem rei tradendæ præſtando intereſſe liberabitur, Iacob. de Franch. in rubr. ſi de inueſt. feud. contr. fuer. nu. 15. an autem liberetur præſtãdo intereſſe Dominus facultatem habens tradẽdi poſſeſſionem feudi, vide Affict. in prælud. feud. §. pro noſtris nu. 148. ſed ſi potens erit tradere feudum præcisè cogitur illud tradere, idem in cap. ſi autem nu. 11. de contr. inueſt. quid autem ſi promiſerit tantum inueſtire, ſi non vult inueſtire, an teneatur ad intereſſe tantum, vide eundẽ in cap. inueſtitura facta nu. 1. de form. fidel. & quid ſi ſtetiſſet per vaſallũ, quominus feudum Dominus traderet, ibidem nu. 15. & quid ſi eſſet facta verbalis tantum inueſtitura, an teneatur ad tradendam poſſeſſionem feudi, ita quod non liberetur præſtando intereſſe, idem in cap. ſi facta ſi de feud. fuer. contr. inf. Dom. & vaſal. nu. 1.

Nu. 27. hic nota, quod traditio contractum ipſum perficit, Gloſ. l. 1. verb. poſt perfectum C. de peric. & cõmod. rei vẽd. quam citat Maur. Sen. in alleg. 5. nu. 2. vbi nu. 4. ſubnectit, quod traditio, quæ permutationem perficit non ex tunc, ſed ex nunc actum perficit, & in quo caſu noua traditio exquiratur, vide de Franch. in deciſ. 665. in fin. nu. 6.

Num. 26. reſpectu Domini concedentis feudum deuoluendũ, aliqua no taui ſupra eod. nu. 11. quo verò ad vaſallum concedentem dixi ſupra ſub nu. 14.

Verſ. hic text. verumtamen aſſenſus non extenditur de re ad rem, de perſona ad perſonam, de caſu ad caſum, nec de tempore ad tempus, Auctor in deciſ. 8. num. 11. Anna allegat. 36. num. 10. Franch. deciſ. 153. num. 23. & deciſ. 105. nu. 2. & quod aſſenſus nõ extenditur de re ad rem, de perſona ad perſonam, nec de contractu ad contractum, cum ſit ſtricti iuris, ex vi tamen comprehenſiua extenditur ad conſecutiua, & quæ de natura verborũ venire poſſunt, refert Maur. Sen. in alleg. 47. nu. 7. & ſeq. Maur. Sen. alleg. 48. nu. 1. Apicell. in alleg. 24. nu. 288. citat Auctorem.

Nu. 27. quemadmodum enim emptor cogitur pretium tradere, ita & venditor rem, Affict. in cap. ſi facta nu. 5. ſi de feud. fuer. contr. inf. Dom. & agnat. & hoc quoties præuio aſſenſu regio fuiſſet venditum feudum, alias ſi citra aſſenſum ceſſaret iſta coactio Auctoris, eo quod emens feudum ſcienter ſine conſenſu Domini, perdit pretium, & venditor perdit feudũ, Affli. in cap. 1. de proh. feud. alien. per Lothar. n. 33. & 71. Anna in conſtit. conſtitutionẽ n. 103. & in rubr. de vaſal. decrep. ætat. nu. 113. vbi id limitat, niſi ignoranter hoc fecerit emptor, tunc enim pretium non amitteret, ſed vẽditor careret re, pretio reſtituto emptori, Affict. in l. imperialem in 13. not. ſub. nu. 95. de proh. feud. alien. per Feder. an autẽ emptor bonæ fidei dicatur, qui emit feudum ſine aſſenſu Domini, ſed tenetur conſentire, idem ibidem nu. 106. & an emptor bonæ fidei feudo euicto poſſit agere contra vẽditorem ad pretium, & ad intereſſe, ibidem nu. 110.

Num.

Num.28.aſſenſus regulatur ex actu,nec alterat eius naturam, intelligitur enim, prout ius intelligit,Maur.Sen.alleg.75.nu.3. Anna alleg.67.nu.5. regulatur enim à diſpoſitione iuris,idem in alleg.95. nu.11. ſic etiam conceſſio feudi ſimpliciter facta, intelligitur, prout ius intelligit, Maur.Iun.alleg.6.nu.5.

Num.29.vide Auctorem in conſ.14 nu.53.vol. 2. quod contractus feudalis abſque aſſenſu ſit nullus, Affl. &.in conſtit. conſtitutionem diu.memor.nu.20. & quando contractus eſt nullus,vel omninò nullus, & in quo differat, vide Camerar. in l.imperialem de prohib. feud.alien.per Feder.fol 705. in paruis verſ. quamobrē dicimus,adeò quod ex actu nullo benè poſſeſſio tranfertur, Maur.Sen.alleg.5. nu.2.non tamen effectum, & licet feudum venditum transferatur emptori, non tamen eius dominium, eo quod dominium ſine aſſenſu non transfertur, ita Anna in repet. rubr.de vaſall decrep.ætat. nu.111. vigore tamen illius traditionis emptor agere poterit,nam ſine ea non ageret,ſubnectit ibidem Anna nu.336.hoc eſt actione perſonali contra venditorem, ſicut Auctor ex mente Andr.ſubaudit,quemadmodum emptor,qui nō poteſt agere de euictione contra venditorem poteſt actione ex empto contra venditorem,vel eius hęredes agere,Affli&.in cap. vnic.num.7. ſi de feud.vaſal.ab aliq fuer.interp & ſic competet actio ei ad pretium recuperandum, Auctor in repet.lect.16 nu.13.

Nu.30.Anna in repet. conſtit. conſtitutionem nu.158.

Num.31.locus Affli&.in d.conſtit.conſtitutionem nu.22.

Num.32. idem Auctor in repet.feud. lect.22. num.20.

Num.33.idem Reg.de Curt.in d. §.in hoc igitur nu.40.cum ſeq.

Num.34.adde Maur.Sen.in alleg.77.num.6.ſic pariter conceſſio feudi, ſeù beneficij vacantis de iure nō valet,ſi non vacabat de facto, Conſil.de Georg.alleg.37.nu.9.vbi nu.15. & Auctor in cōſ.131.nu.119.vol.2.tenēt, quod conceſſio facta ſub expreſſione, quod vacet ex vna cauſa, ſi re vera vacet ex alia conceſſio non tenet, ſic etiam conceſſio in emphyteoſim, quæ fundatur ex aliquibus cauſis, ſi illæ veræ non ſint corruit, idem Maur. Sen.alleg.76.nu.2. ſed conceſſo feudo qualitercumque vacet includit omnem vacationem,Anna alleg.41.nu.19.

Num.37.vide ſupra nu.5. & adde, quod venditor non tenetur de euictione,quando euictio veniret ex iure orto poſt venditionem, Anna alleg.87.nu.13.

Num.38.hic nota, quod iura communia inducuntur, quando non eſt deciſum per feudalia,Ann.in repet.rubr.de vaſal.decrep.ætat. num.399.

Num.39.adde Frecc.de ſubfeud.lib.2.q.4.nu.5. circa alias extenſiones aſſenſus dixi ſupra num.26.

§. VIII.

NVm.1.vide Molfeſ.in prohem.cōſuet.q.4. nu.25.officium Theſaurarij generalis,intuetur Chaſſ.in cath.glor.mund. par.6. conſid.18.per tot. vltra Veſtr. in praxi,Roman. lib.2.cap.3.nu.1. alij enim ex Quæſtoris nomine originem duxiſſe referunt auctoritate Luc.de Pen.in rubr.C.de Quæſtor.lib.12. quē ſequitur Affli&. in cōſtit.Iuſtitiarius ſub nu. 6.& Boer.in tract. de auctor. magn.Conſil. nu.9.Montan.in pragm.5.num.2.& 3.de admin.vniu.& hæc opinio mihi non placet, eo quia,vt dixit Boer.loc cit.iſti tales Quæſtores ex plebeis,ſiuè ignobilibus eligebantur, quem ſequitur Chaſſan.d.par.6.conſid.17. & tamen videmus Theſaurarios huius Regni electos viros nobiliſſimos in dignitate conſtitutos, imò titulari dignitate præditos, vt fuit Marchio Griptaliarū,& Marchio Cerſę Maioris,& alij,quinimò nec Primipilus dici poterit ex eius definitione, relata per Corraſ.lib.5.miſcel.cap.4.nu.1.nec pariter me ſubſcriberem opinioni Grauatij ad Veſt.in praxi Cur.Rom.lib.2.cap.3 nu.5.Theſaurarium æquiparari Vrbano quæſtori ex ratione ſupra addita per Boer. & Chaſſan. mihi tandem placet opinio eiuſdem Chaſſan. dicta conſid.17. col.4. verſ.officium verò, vbi omnia,quæ & perſonæ,& miniſterio,ſeù officio Comitis ſacrarum largitionum conueniunt Theſaurario applicari poſſunt.

Nu.2.Corraſ.vbi ſupra, Hugo Donell.in tract. de pignor. rubr. quib. in cauſ.pign.tac.contrah.verſus finem, verſ.eſt enim primipilus.

Num.4.Corraſ.loc.cit.plenius nu.5.Hugo Donell.vbi ſupra,Franc.Balduin.in tract.de pignor.& hypoth.cap.7. col.4.

Num.5.vltra Corraſ. vt ſupra, vide Bertacch. in ſuo repert.verb.primipilarius,vbi ad hoc allegat Abb. in cap. ex parte col.2. de conſuet.& in cap. ex literis in princ. de pignor. Franc.Balduin. vbi ſupra col.3.

Num.12. de fiſci debitore volente bonis cedere loquitur Conſil.Rouit.in pragm.3.nu.4. de ceſſ. bon. & in ſpecie de volente cedere bonis pro collectis loquitur Matth. Brun. de ceſſ.bon.in 9.quæſt.4. part.

Num.13. videas addita per me ſupra eod. §.2. nu.44.& vltra eos Boſſ. in tit.de fiſco nu.33. ſic etiam debitores vniuerſitatum, Carroc.

de locat. par. 3. in quæſt. 19. per totam, Loſeus de iure vniu. par. 3. cap. 6. nu. 2.

Num. 14. vide Carroc. in tract. de locat. & cond. par. 3. tit. de locat. vect. g. q 13 num. 9. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. nu. 6. ſimiliter cogere veteres conductores reconducere prædia fiſcalia, Minſinger. cent 4. obſeru. 23. & multa alia priuilegia fiſci enumerat Ricc. colle&. 447.

Num. 16. vide Maur. Iun alleg. 51. nu. 4. & gratificationi cæteris paribus locus eſt, Tiraquel. de retract. conjang. §. 11. glo. 10. nu. 2. & gratificandi ius non habet locum niſi in caſibus à iure conceſſis, Reg. Valenzuel. conſil. 34. nu. 45. vbi plura de hoc in numeris antecedentibus, & Bertacch. in ſuo repert. verbo gratificatio.

Nu. 17. vide Apicell. in tutam. paupert. in addit. tit. 4. nu. 686. licet cõtrarium teneat Guliel. deludo ſing. 44. n. 1. attamen iuxta opinionẽ Auctoris concordare videtur Brun. in tract. de ceſſ. bonor. q. 9. 4. quæſt. princip. in princ. Similiter nec cõtra vniuerſitates pro affictu gabellarum, vt fuit deciſum per S. C. Amat. conſ. 50. nec contra Neapolitanos, vt in Cõpend. meo verb. dilatio, de quæſito Auctoris vide Conſil. Rouit. in pragm. 3. de ceſſ. bon. nu. 4. vbi multos allegat, & Ferrett. in tract. de publ. & gabell. nu. 285.

Num. 18. de hac quæſtione an fiſcus, vel mulier præferenda ſit in hypotheca tacita, vel expreſſa, copiosè Neguſ. in tract. de pignor. 4. memb. par. 2. num. 108. cum ſeq. vbi quid in priuatis, & adminiſtratoribus ſtatutum ſit refert.

Nu. 20. extat de hoc notabilis allegatio in terminis Officialium deſtinatorum à Theſaurario Regni Maur. Iun. 93. & ibi Abb. Maur. in addit. tradit de ijs deciſionem, de qua in meo Compend. verb. Officialis.

Num. 21. demonſtratur ex pragmat. 1. de offic. Scribæ Portion. vbi Rouit.

Num. 22. adde Carroc. in tract. de excuſſ. bon. par. 2. q. 9. idemq; in fideiuſſoribus debitorũ vniuerſitatum procedere, dixit Loſeus de iure vniuerſ. par. 3. cap. vlt. nu. 26.

Num. 23. an & quando libris credendum ſit, & eis fides adhibẽda, vide Ioſeph Ludou. in ſuis commun. concluſ. tit. de lib. mercat. vbi copiosè ponit ampliationes, & limitationes, præſertim in 7. ampliat. loquitur de libris eorum, qui auctoritate publica ad recipiẽdum gabellas proponuntur, & cum Auctore concordat Ferret. in tract. de publ. & gab. n. 582.

Num. 24. nota hic, quod iſti caratarij, vt vulgo Neapol. nuncupantur ſunt participantes in Arrendamentis Reg. Cur. tàm pro lucro, quã pro damno, eo quia vnus eſt Arrendator arrendamenti, & duo, aut tres conſtituunt ur Gubernatores pro illius regimine, & in eorum poſſe exactiones, ſolutiones, & omnia alia peruentunt, de quibus rationem reddere tenentur fiſco, & caratarijs participantibus pro eorum intereſſe, qui quidem pro eorum caratis fideiuſſiones præſtant, non mirum ſi contra eos fiſcus directas, & benè actiones exercet, quia ſocij dici poſſunt, qui inſolidum tenentur regulariter, niſi de conſenſu fiſci onera inter ſe diuiſerint, vt exemplificando ſingulariter demonſtrat Ferret. in tract. de publ. & gabell. num. 140. in ſocijs gabellarum à fiſco conductarum loquẽs, vt teneantur in ſolidum niſi de conſenſu fiſci facta fuerit diuiſio ex mente Imolæ, & aliorũ hinc Caratarii ſe ſubſcribere ſolent in albaranis conductionis arrendamentorum, vnus pro vna, vel duabus, vel tribus caratis, & ſic de ſingulis, pro quibus fideiuſſiones pẽnes acta præſtant de ſoluendo, & fiſco, & aſſignatarijs hoc iure vtimur indifferenter.

Num. 25. de iſtis libris rationum continentibus data, & recepta loquitur Benuen. Strac. in tract. de mercat. par. 2. nu. 56. & pro ſcribente faciunt ſemiplenam probationem, latè Grammatic. conſil. ciuil. 82. & ad hoc, vt probent, quæ nam requirantur, latè Marcell. Calà de modo articul. §. 2. glo. vnica num. 1045. ad 1049. ſed contra eos plene probant Vezin. latè inter commun. opinion. tit. de probation. nu. 171. cum ſequent. Viu. inter comm. opin. in opin. 309. at ſi eſſent aliquæ notæ priuatæ à perſonis publicis factæ difficillimè eis crederetur, hinc notule quinterni Magiſtri actorum non creditur, Anna. ſingular. 428. vbi conferunt addita per me, ibi cæterùm ſi eſſent à perſonis priuatis cõfectæ, vtputa à mercatore, tunc ſola comparitione comprobarentur, attenta multitudine partitarum exiguam ſummam continentium, vt deciſum refert idem Anna. ſingular. 374. partitæ, & in terminis librorum Aromatariorum continentium data, & recepta abſque exhibitione receptarum Medicorum deciſum refert Ricc. deciſ. Archiepiſcop. 106. par. 1. vbi plura de hoc ſicut deſcripta in libro priuato ab homine probatæ fidei ſunt tenenda pro vera, Maur. Iun. allegat. 37. nu. 5.

Num. 26. ad hoc videtur facere pragm. 12. de milit.

Num. 27. vide in cap. Regni 79. incip. item prędicti Admirati, & Protontini, &c. vbi mandatur ſolui ſtatutas comminantias marinarijs conductis in armata, & contribui panatica, ſtatuta, &c. vbi Campag. nu. 15. explicãdo nomen illud cõminantiæ dixit, quod olim

Curia

Curia vltra panaticam solitam,& statutam eis dabat pro emendis rebus comestibilibus pro victu certum quid quando erant in galeis, & dicitur comminantia, quasi communio,siuè societas,eo quia communiter in societate emebant, & communiter comedebant, prout faciunt hodie in galeis, & nauibus, quia partim insimul comedunt in prora,partim in puppi, partim in medio propè arborē, vbi subnectit, quod hodie Reg.Cur. nō dat comminātiam in pecunia,sed vnicuique dat portionem de panatica, & vino, & alijs comestibilibus, & sic hodie seruatur, etiam quò ad milites in triremibus vagantes, vt hic Auctor dicit.

Num.28. & per hæc iura hic citata tradit Roman.in singul.601.quo tempore peti possint vestes çstiuę,aut hyemales legatę,& pariter Ant.Corset.in singul. verb.vestis, quo tempore famulis vestes ipsę debeantur,& in specie in militibus idem procedere dixit Martin.Laudens.in tract.de milite §.45.

Num.29.adde Grammat.in cons.ciuil.1. num. 6.& 7.

Num.30.adde Martin.Laudens. in d.tract. de milite §.41.

Num.31.vltra Martin.Lauden.in d.tract.§.44. vide Roman. in singul.380.

Num.32.vide ad hoc Luc.in l.3. in fine, C. de pasc.publ.lib.11.& de hoc habemus pragm. 3.§.7. de milit.vbi Consil.Rouit.nu.7. & 8. an autem liceat stipēdiarijs paleam, fenum, & ligna auferre, vide Campag. in cap. item stipendiarij, & in cap. de palea, vbi plura circa istam materiam.

Num.33. videas ad hoc Consil. Rouit. in pragmat.1 nu.1.de iur.& exact.fiscal. & Reg.de Curt. in diuers.iur.feud. §. redeundo igitur nu.23.& 24. loquitur de solutione focularis, quomodo in praxi versetur in Regno.

Num. 35. quorum tempora collectæ in Regno incęperunt vltra Iacob.de Gello de iure adhoæ nu.37.vide Franch decis.56.nu.25.

Num.36. idem Consil. Rouit. vbi supra nu.65. Reg.de Curt.in diuers.iur.feud. §.redeundo igitur nu.22.& seq.

Num.37.idem Franch.vbi supra nu.17. loquitur de collectis,quæ olim dona dicebantur, & erant voluntaria, in quorum loco hodie impositiones successerunt, & in necessarium debitum,vt dixit Iacob. de Gello vbi supra, & de hoc donatiuo voluntario satis apparet supra eod.tit. in rubr. nu.18. sed melius per Auctorem in decis.3.nu.14.

Num.38. vide supra eodem in rubr. Auctorem nostrum nu.17.24.& 18. vbi addita per me, Mastrill.de magistr.lib.5.cap.15.nu.50.

Nu.40.Rex enim dictus est à regendo, qui alios regit,& à nemine regitur Par.de synd.verbo Rex autem nu. 16. & 21. eiusq; officium est iustitiam facere,idem ibidem num.13.& 14. vbi plura de Rege, eiusq; officio intuetur, dicitur enim Rex pater quò ad gubernationem,& dilectionem,idem in eodem tractat. verb.post Imperatorum nu.77.hinc etiam pater patriæ nuncupatur, & personas miserabiles tueri debet, Afflict.in constit. pessimam post nu.12.Campag.in cap.pro publici num.5.similiter tutor,maritus,&c. inde Regum facta in manu Dei sunt, Afflict. decis. 392.ante nu.2. & Deo rationem redditurus, Campag in cap.post corruptionis nu.3.

Num.41. & audiui dum tempore Comitis Mirandæ huius Regni Proregis sepulchra ipsius Alphonsi Regis,& aliorum Regum Neapol. in sacrario S.Dominici Neapol.inuoluerentur,eiusq; ossa in condecenti loco conderentur repertus fuit liber in eius monumento, cum quo voluit sepeliri ad corroborationē dicti Auctoris,Reges enim ex sapientia collaudātur,quæ maximè in eis exigitur, Chassan.in cathal.glor.mund.par.5.consi.10.Rex sapiens stabilimentum populi est, Par. de syndic.verb.Rex autem nu.15. hinc communiter Rex Robertus collaudatur,qui fuit alter Salamon, & ob eius sapientiam meruit habere Regnum, pro quo iudicauit S.P. hac præcipua ratione,vt dixit Grammat. decis. 1.nu.19. Campag.in prælud.capitul.nu.20.

Num.42.de hac re,an,& quando liceat vniuersitatibus collectas imponere, latissimè Loseus in suo tract. de iure vniuers.par.3. cap. 9.per totum,Montan.in pragm.5.§.vlt.nu.6. de admin.vniuers. extat cap. Regni item, quod Iustitiarij, & Iudices, vbi Campagn. prolixius.

Num. 43. possunt enim conqueri infra annum à tempore scientiæ, Piccol.in pragm.1. de appret. nu.97.& in hoc Iudicis officium expetere, Campag.in cap.porrecta sub nu.111.

Num.44. & Campag.in d. cap.porrecta nu.12. ponit exemplum in Domino habente magnam turrim, vel pulchrum ædificium magni valoris modici fructus, vel redditus, & quomodo in hoc versari debeant æstimatores si respectu fructuum, aut æstimationis turris, seù ædificij arbitrari debeant, & Cardin.Paris.in pragm.1. de appret. sub nu. 14.& quomodo praxis Sac.Cons.in se habeat circa diuersitatem appretiorum bonorum feudalium,ac aliorum stabilium,vide Frecc. de subfeud.lib.2. in 3.author.nu.33.

Num.45. videas Montan. in pragm.2. nu.296. de admin.vniu.vbi allegat Capyc.decis.152. de quo in meo Compend. decis.Regni verbo territorium,vbi alios citaui.

Num.46.verùm eſt in iure,quod Principis ſunt herbę publicæ, campeſtria, & alia regalia, Io.de Anic. conſ.8. nu.55. & licet paſcua ſint de Regalibus, ita & taliter, quod poſſideri nequeant in locis demanij per alium ſine Principis licentia,latè Capyc.in inueſtit. feud. rubr.feud clauſ in verb.planis,& paſcuis,at cum in Regno noſtro multitudo paſcuorum eſſet in partibus Apuleæ, vt habetur in conſtit. cum per partes, Rex autem pro fida animalium paſcua ſumentium in loco prædicto tribunal Regiæ Dohanæ menepecudum inſtituiſſe fertur, in quo præeſt Regius Dohanerius, vna cum eius Auditore,ac duobus credenzerijs, actuario, & ſcribis, qui inter cætera locant herbagia, ſiuè loca ibi exiſtentia pro paſcuis animalium hominum particularium ſingulis annis, & de hoc extant capit.5.& 6. Maieſt.catholic. fol.109. & de Officialibus prædictis habetur in pragmat.1.de offic.ad Reg.maieſt.collat. ſpect.§.22.de inſtitutione verò ipſius Dohanæ menepecudum,& quomodo proceſſit,vide Frecc.de ſubfeud.in lib.2. author.46, nu. 15.& 16.vbi plene.

Num. 47. hic adde, quod penſio ſoluenda pro animalibus prędictis Regiæ Dohanæ ſolita augmentata fuit, non tantum pro numero animalium, quantum pro loci qualitate, vt dixit Frecc.vbi ſupra ſub num.16 hinc communiter per Dominos animalium conducentes loca prædicta aſſerere ſolent pro nũmero tot animalium, quæ in veritate ſunt minoris numeri, & cætera dicuntur aerea animalia, & hoc fit pro qualitate loci aptioris, & commodioris pro vſu ipſorum, & licet de hoc eſſet ſupplicatum non diſpenſari herbagijs particularium maiorem numerum pecudum,quam ſolitum erat tempore Regis Ferdinandi Primi, non fuit aliter ſuper hoc prouiſum, vt in cap.17. Caſar.Maieſt. fol. 130. quamquam in contrarium ſe habeat obſeruantia, vt dixi ſupra, vlterius aduertendum eſt, quod Regia Dohana pro affidatura prædicta non tantum loca ſua locare poſſit, ſed imò aliorum particularium ipſa conducere, & Dominis animalium ſublocare ſi eis opus habeat,& ſic mandatur declarari per Dohanerium per totum diem S.Luciæ,vt habetur in d.cap.6.Cæſar.maieſtat. eodem fol. 109. quapropter extraordinaria herbagia ceſſante neceſſitate Dohanæ vendi poſſunt per Dominos ipſorum, vt cautum eſt in cap. 28. Comitis Ripæ Curſiæ fol.68. de hoc extat prouiſio Cæſar. Maieſt. in cap.23.anni 1554 fol.155.ſicut antea conceſſum erat ad libitum herbagia vendi pro vſu pecudum,non tamen minori pretio, quã ſolita fuerant vendi tempore Ladiſlai,vt in cap.3 Regis Alphonſi fol.5.à terg.demum locatoribus herbagiorum prædictorum mãdatum fuit Dohanerio ipſius dohanæ ſolutiones facere,vt ex cap.62.fol.47. Regis catholici, & de primis pecunijs antequam dohana recedat ab Apulea in cap. 18. eiuſdem Regis anni 1507.fol.59.eiuſdem cap.27.anni 1540. Caſar.Maieſt.fol.131. & cap. 22. anni 1544.fol.155.ſicuti conductores ipſius regię dohanę in menſe Aprilis ſoluunt penſiones, ſicut in cap.7.Reg.cathol.fol.109. ſtatutum eſt, quod hodie in menſe Maij ordinariè fit tempore nundinarum.

Num.48.hic adde,quod antiquitus pertinebat ad officium procuratoris fiſci frumenta fiſcalia, piſcariæ, & herbagia in locis demanij,& pecudes,& boues, equi,& iumenta,& alia animalia Regiæ Curiæ per curatulos, ideſt per illos,qui habent curam animalium cum ſumma diligentia curari facere, ita Afflict.in conſtit. inter multas ſub nu.11.

Num.49. ſi verum eſt,quod dixit Author infra eod.nu.52. quod cauallarij dicuntur milites ex iuris diſpoſitione|determinatũ eſt|milites ſubeſſe magiſtro militũ, & in eos habere iuriſdictiones l.magiſteriæ C de iuriſd.omn.iudic.Franch.deciſ.88.nu.6.Ricc.collect.95.ſic ẽt & Dohanerius iuriſdictionem habet ſuper iam dictos cauallarios,& alios dohanatos ex ampliſſimis priuilegijs ei conceſſis à Rege, non ſolum in cauſis ciuilibus, ſed ẽt criminalibus, tàm actiuè,quàm paſſiuè, vt audiui, & vidi obſeruatum dum annis elapſis Fogiæ aſſiderem fuiſſe quendam Arianenſem per Auditorem Regiæ dohanę laqueo ſuſpẽſum, eo quod certos Dohanatos in campanea cum alijs diſrobauerat, & nõ erat aliter ſubditus Regię dohanæ,quinimò etiam contra Neapol. vtuntur eorum priuilegijs, vt patet hic deciſum,de quo in meo Compend. verb. Neapolitani, quemadmodum conductores fiſcales priuilegio fori potiuntur, ita Peregr.de iur.fiſc.lib.6.tit.5.nu.15.

Num.51. & quid in alienis territorijs particularium habetur in conſtit. cum per partes, vbi prolixius Afflict.& Conſil.Rouit. in pragma.1.de offic.Baiuli, & de vaſtantibus paſcua publica,vide Matt.Laud.in tract.de milite §.20.

Num.53.& hoc vidi, ſed malè obſeruari indifferenter in dicto tribunali menepecudum, vt etiam extraordinarij cauallarij, immò & quod peius alguzerij extraordinarij gaudeant priuilegio fori, & de conſimilibus ſupernumerarijs ſi debeant gaudere, vide in meo Compend.verb.doctores, & vltra prædicta, nota,quod alij Dohanati in dicta Regia

gia dohana menepecudum Apuleę non gaudent nisi maiorem partem animalium posuerint in dicta dohana, & pascua sumerent in Apulea, & sic decisum refert Amend. ad Franch. decis. 175. vt dixi in eodem Cõpend. verb. dohanati, Mastrill. de magistr. lib. 1. cap. 21. nu. 95. allegat hic Authorem.

Num. 54. vide in dicto Compend. in verb. Doctores, vbi alios Doctores citaui ad hoc, ad quod animaduertas, quod decisio hic allegata D. de Franch. est 234.

Num. 55. quò ad primum dubium si Domini animalium cogi possint ad sumendũ pascua, stante descriptione ipsorum in libris Regiæ Dohanę, hoc videtur esse speciale priuilegiũ fisci, sicut multis exemplis comprobat Luc. in l. congruit C. de locat. præd. ciuil. lib 11. quemadmodum enim coloni ad colendos agros idonei retrahi possunt l. colonos C. de agricol. & censit. eod. lib. sic pariter, & conductores reconducere, de quo per Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. nu. 6. adhibitis requisitis per eum relatis, quæ non cõueniunt huic quæstioni, alias esset liberum arbitrium impedire, & successiuè grauamen, per quam rationem, ita concludit Campag. in cap. grauamen num. 83. vasallos non posse cogi ad vendendum, & emendum in fundacis Baronum, siuè dohanis, nisi essent soliti hoc agere, quoniam tunc ratione soliti cogi possunt ostenditur in consimilibus in pragm. 14. de Baronib. vbi Capibl. & in pragm. 1. nu. 127. in simili facit quod dixit Frecc. de subfeud. lib. 2. in 41. author. in fin. respectu verò territoriorum particularium à Regia Curia pro eius seruitio recipiendorum, aliqua notaui supra eodem nu. 47.

Num. 56. dixi supra nu. 46.

Num. 57. satis per me apparet circa tribunal istud Reg. Cur. enunciatum in præfat. Compend. decis. Regni colum. 6. vers. quo verò ad tertium tribunal.

Num. 58 de ista materia inundationis, tàm respectu publicæ vtilitatis, quàm priuatæ, vide Cępol. in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 37. & habemus particularem sanctionem in Regno pro conseruatione aeris, vt aqua seruari debeat incorrupta, ne per commixtionem rei fętidę corrumpatur in constit. salubritatem, & ibi Afflict. nu. 1. vbi nu. 3. loquitur de Officialibus negligentibus in puniendo eos, qui aerem corrumpunt, vt puniri possint, de quo plenius in pragm. 1. de salubr. aer. vbi ad hoc statutum est officium, vulgo dictum *pagliaminuta* in ciuitate ad purgandas vias, sicut ex iuris dispositione cautum erat, Ant. Corset. in verb. munitio, & Cępoll. de seruit. rustic. præd. cap. 3. nu. 61. & circa commoda, & incommoda aeris, latè Tiraqu. de nobilit. cap. 31. nu. 582. verumtamen circa reparationem, ac reædificationem turrium extat capit. Regni item statuimus, quod ab vniuersitatibus, & ibi Campag. nu. 5. de quo supra eod. rubr. in princ. nu. 63.

De tractis, &c. Tit. V.

NVm. 1. comprobatur dispositio ista iuris communis ex capit. & pragmat. situatis in tit. de extract. animal. &c. De qua quidẽ materia plenius nouissimè pertractatur omissis alijs Doctor. à Muscatell. in prax. crimin. rubr. de extract. extra Regnum per totam, hoc met statutum extare dixit Bocr. decis. 178 in Regno Franciæ, an isti extractores contra formam pragmaticarum includantur in generali indultu, vide in meo Compẽd. decis. Regni verb. extrahentes.

Num. 2. hic principaliter notatur extractionẽ, non solum prohibitam esse auri, argẽti, conflati, aut in massa, vt in pragm. 1. 2. 3. 8. 13. & vltim. de extract. animal. sed etiam animalia, vt in pragm. 4. 7. & 9. quod etiam erat de iure sancitum absque literis euectionis ea extrahere l. iubemus C. de curs. publ. lib. 12. vbi Luc. dixit notandum esse pro capitaneis passuum Regni, quid debent continere literæ, quæ conceduntur ijs, qui Regnum cum equis prohibitis exire volunt, & in l. 2. C. de curs. & stat. lib. 12. vbi alia notat pro custodibus ipsis, an autem tacita, vel expressa licentia exquiratur, vide Ant. Corset. in singular. verb. licentia. Item frumenta extrahi prohibetur, oleum, & alia legumina extra Regnum, Montan. in pragm. 2. nu. 63. & seq. de administr. vniuers. pariformiter sal nitrum, & puluis in pragmat. 12. eodem tit. similiter & puluerẽ extrahere nequeunt in pragm. 14. eiusd. tit. demùm monetas aureas, vel argenteas in pragmat. 8 11. 13. 15. & 16. de quibus omnibus plenè per Muscatell. vbi supra, sed an ad omnem speciem monetarum extendatur ista prohibitio, vide in pragm. 9. §. 29. de monetis, quid si pro commoditate vsus proprij argentum extrahatur, vide quid fuerit decisum in meo Compẽd. verb. extractio, an autem ista prohibitio liget clericos ibidem, & an forenses ibi patet decisio.

Num. 3. ad hoc vide Campag. in cap. perpensa num. 7.

Num. 5. sic in terminis dixit Afflict. in cap. post natale de pac. iuram. firm. & c. nu. 9. quod tractæ frumenti non debent à Rege cõcedi pro extra-

extra Regnum, quando eſt modicum frumẽtum in Regno, quia prima charitas incipit à ſe ipſo, nouiſſimè Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. redeundo igitur num. 54. vbi quando Regnum indiget, tracta concedi non debet, vbi plura de tractis, & Maur. Iun. in allegat. 38. vbi Abb. Io. Hieronym. in addit. allegat hic Auctorem.

Nu. 6. & propterea ſicuti ciuis moderatè paſcit nemora demanialia ne tollatur fida Baroni, ita è conuerſo Baro ne tollat vſum ciuium, & ſic pluries in contingenti caſu deciſum fuiſſe in materia paſculi per Sac. Conſ. refert Anna ſingul. 80. Capibl. in pragm. 12. de Baronib. nu. 21. & pragm. 11. nu. 75. eod. tit. dixi in Compend. verb Baro.

Num. 7. vltra allegata ſuperius vide eundem Capibl. in d. pragm. 11. nu. 76. vbi dixit, quod vſus non debetur alteri, ſi vix Domino ſuppetat, nam iſto caſu præiudicium generatur tertio, quod alios ſecus eſſet, & ita intelligo, quod tradit Cepoll. de ſeruit. ruſtic. prędi. capit. 9. nu. 32. quod ſi vni debetur ſeruitus iuris paſcendi pro certo numero pecudum, & ipſe vſus eſt ampliori numero, non per hoc ammittit ius paſcendi.

Num. 8. vide Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 5. cap. 5. nu. 27 & 28. Imò ſolent denegari tractæ iam conceſſæ, ne remaneat Regnum exhauſtum frumento, ita Maur. Iun. d. alleg. 38. nu. 9. poſtquam dictę tractæ ſolent concedi tempore magnæ fertilitatis, idem Reg. de Curt. vbi ſupra nu. 57. Imò ſi ſuſpectatur ſterilitas anni ſequentis, adhuc tractæ conceſſę denegantur, idem Maur. Iun. allegat. 106. num. 3.

Num. 9. vltra Reg. de Curt. loc. cit. num. 51. qui ſic iudicatum cenſet, de quo in meo Compend. verb. extractio, vide eũdem Maur. Iun. in d. alleg. 106. nu. 1. & alleg. 107. nu. 6. & ſubnectit ibi Reg. de Curt. nu. 61. quod feudo ſuper tractis vnius anni conceſſo, ſi non fiat exactio ex defectu fructuum, vel ex prohibitione Principis nil debetur, & num. 62. quod tracta vno anno prohibita non debetur penſio in anno ſequenti, niſi adſit clauſula refectionis.

Num. 10. vide Auguſt. Caput. in tract. de regim. Reipubl. cap. 7. §. 14. nu. 18.

Num. 11. vide Auctorem in rubr. de regal. impoſit. nu. 65. vbi addita per me, Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap 1. nu. 39.

Num. 12. hic nota, quando ſalarium debeatur Officiali, an à die expeditionis priuilegij, ſeu commiſſionis, vel à die ſuſceptæ adminiſtrationis officij, vide Frecc. de ſubfeud. lib. 2. rubr. quis dicatur Dux nu. 56. & quemadmodum Rex ſit obligatus ad iuſtitiã faciendam, Affli&. in deciſ. 265. nu. 86. & ſucceſſiuè Officiales conſtituere, quibus mandat iuſtitiam miniſtrari ſicuti Barones, qui nequeunt iuſtitiam miniſtrare, ſed tenentur eam demandare, Capibl. in pragm. 3. nu. 106. de Baronib. & ſucceſſiuè prouiſionem eis dare, idem in pragm. 19. nu. 27. eod. tit. etiam de Camera, Carau. in rit. 9. num. 3. & ſic iudicatum retuli in d Compend. verb. ſalarium, ita multo magis, & Rex conſtituere debet Officiales diſtinctos, nam optimè iuſtitia expeditur per eos, Affli&. in conſtit. non ſine grãdi ſub num. 10. eo, quia iuſtitia benè adminiſtrata auget regale faſtigium, idem in conſtit. cum circa ſub nu. 7. vbi ſubnectit nu. 16. & eis ſalarium conſtitui de iuſtis Regni introitibus, & ſic de camera, prout ita mandatur ſolui Gubernatoribus, Auditoribus, & fiſci patronis Audientiarum in cap. 4. anni 1532. Cæſar. Maieſt. fol. 88. eo quod cæteri Officiales Neapol. reſidentes ſalaria eis debita conſequuntur à Theſaurario generali, exceptis Iudicibus Mag. Cur. Vic. qui à Perceptore prouentuum ea percipiunt.

Num. 14. hoc eſt enim præcipuum Regis officium iuſtitiam facere, latè Par. de ſynd. verb. Rex autem nu. 13. & 14. vbi dictum officium declarat, in quo conſiſtat, ſed vtinam Principes iuſtitiam opere complerent, quam ore ſe aſſerũt diligere, inquit Affli&. in prohem. conſtit. §. nos itaque nu. 9. hinc etiam ad corroborationem præmiſſorum dixit idem Par. loc. cit. nu. 12. ad quid enim ſubditi tributa, & fiſcalia onera perſoluunt, niſi vt eorum fruantur præſentia, & cum res ſe ingerit exaudiantur, qui ſi præſentia Regis priuantur videntur omni ſpe iuſtitiæ, & gratia deſtituti.

Num. 16. licet autem traditione res efficiatur eius, cui traditur Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. penult. tamen quando res illa eſſet aliena non diceretur vera traditio ſecundum Bald. in l. alienum verſ. reuoco in dubiũ C. de furt. maximè ſi res nullo modo ad eum ſpectabat l. quædam de rei vendic. ſed ſi aliquod ius in ea haberet illud cenſetur concedere, prout in venditione exemplificauit Auctor ſupra tit. præced. §. 7. nu. 9. pari modo ſi cum onere, nam omnis res tranſit cum onere ſuo, Campagn. in cap. item ſtatuimus nu. 2. ad quod ſingulariter dixit Anna in alleg. 128. num. 5. quod res eo iure, quo eſt apud concedentem eſt apud conceſſionarium, & conceſſio ad omnia bona, an comprehendat quod prius alteri fuit conceſſum, Affli&. deciſ. 361. nu. 19.

Num. 17. adde Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. nu. 110. & gloſ. 10 nu. 13.

Num.

Num.18.origo,& cauſa inſpicitur, Tiraqu.de retract §.19 gloſ.2. nu.4.

Num.19.vide Annam alleg.128.

Num. 20. idem Auctor in tit. præcedenti §.7. nu.7.vbi addita,priuilegium generale non includit caſum publicę neceſſitatis,Minſing. cent.4.obſeru.70.nu.7.

Num.21. vide Auctorem noſtrum in deciſ.1.nu. 20. & deciſ.3. num.4. vbi id ampliat habere locum etiam in priuilegijs, & fusè in deciſ. 39. nu.27. multa autem ad ornatum l.tale pactum §.fin.ff.de pact. cum gloſ. refert Alphan.collectan.169. & Rex concedendo aliquid generaliter videtur concedere illud, quod ſi interrogatus fuiſſet in ſpecie conceſſiſſet,Anna alleg.65.nu.1.

Num.22.adde Maſtrill.de magiſtr.lib.3.cap.4. nu.427.eſt conſ.Alex.216.incip. nec arguendi vol.2. Sicuti enim Princeps imponit manus Regias rebus alienis, quando bona fiſci non ſufficiunt, Anna in allegat.69.nu.23 vbi latius materiã iſtam multis rationibus corroborat, & ob publicam vtilitatem iuri tertio derogare poteſt, Auctor in conſ.121. nu. 8.vol.2. vbi id declarat,quomodo procedat, & donator reuocare poteſt grauamen in præiudicium tertij, Donat.à Fina inter commun.opin.tit.de donat.nu.56. Imò donationes factę à Rege enormiter Regnum lædente ſucceſſor eas reuocare poteſt, Duen.reg. 293.in vlt.limit.

Num.23.quomodo intelligatur hoc in quãtum facere poteſt,an deducto ære alieno, vel deducto ne egeat,vide Napodan.in conſuetud. vbi dos nu.43 de iure dotium,& quod donator habet priuilegium, vt non ab eo exigatur, vltra quam facere poteſt,dixit Donat.à Fina inter comm.opin.eod.tit. de donat.nu. 62.latè Viu.in ſylua commun.opin. in opin. 215.donator,& inter commun.opin.eod.tit. nu.223.Tiraquell.in l.ſi vnquam verb.donatione largitus nu.50. C.de reuoc.donat. vbi loquitur in donatore remunerationis cauſa, quod ei non competat iſtud beneficium.

Num.24. donatio facta à Rege in maximum præiudicium Regni ob remunerationem ſeruitiorum non poteſt reuocari, Maur.Sen.in alleg.30.nu.4. an gratiæ ob merita conceſſæ poſſint per Principem reuocari, vide Carauit.in rit.301.nu.3. & ſeruitia impediunt reuocationem priuilegiorum, Anna in repet. cap.1.de vaſall.decrep.ætat.nu.198.inducunt perpetuitatem beneficij ſeruitia Regibus præſtita,Anna alleg.50.nu.12.

Num. 25. collaudantur Reges inter cætera ex liberalitate,vt multis auctoritatibus,& exẽplis demonſtrat Chaſſan.in cathal.glor.mũdi par.5.conſid.8.Princeps liberalis ſolet eſſe,& debet, Affict.in conſtit. vt de ſucceſſionibus nu.51. Reges enim ſubditorum debent ſeruitia ponderare, Affict.in conſtitut.ſicut accepimus nu.1.vbi ſubnectit, & eos digne remunerare,quia obligatio naturalis eſt, vt benefacientibus benefaciamus,eo quod premio incitantur homines ad ſeruitia Regia, Carau.in pragm.2.num.16.de exul.Imò illi, qui ſunt ad ſeruitia Regis, licet habeant ſalarium ab eo,pro ſeruitijs tamen Rex debet eos priuilegiare vltra alios priuatos,qui nõ habent ſalarium à Rege,idem Afflic.in conſtit.vt participatio nu.1.vbi exemplo Magiſtrorum Rationalium confirmat,& vti debitum à Rege poteſt quiſque de eo proteſtari ob tarditatem remunerationis ſeruitiorum Regi factorum,Afflict.deciſ.307.& ob iſtam cauſam ſeruitiorum præſtitorum pęna minorari debet, Grammat. deciſ.23. quem ſequitur Campag. in cap.ad peruerſorum nu. 29. Imò eis pęnas legales remitti Carauit. d.rit.301.nu.1.& lex præſumit ſeruitia remunerari,Maur.Iun.allegat.63.nu.4.item Princeps ex cauſa remunerationis ſeruitiorum poteſt dominium alterius quæſitum de iure gentium tollere, Grammat conſ.66.nu.2. Similiter,& rem alterius auferre, idem conſil. ciuil.8.nu.8. & præſertim feudum, Gozzad. conſ.1.nu. 37.& conſ.26. nu.10.

Num.26.Tiraquell.hic falsò allegatur nu.106. ſed eſt nu.92. ad cuius comprobationem facit elegans deciſ.Præſ.de Franch.428. de legato facto vxori ob ſeruitia recepta, ſi reputetur lucratiuum,vel oneroſum, attentis iam dictis ſeruitijs præſtitis,vbi notat nu.3. quod donatio remuneratoria non venit appellatione remunerationis, quia eſt ſpecies permutationis, quod ſecus eſſet in ijs, qui non aliter ſeruire coguntur, vt conſiderat Dec.conſ.366.ſub nu.10.& 11. & faciunt collecta per Alphan.collect.883. ad ornatum huius legis ſi donatione hic citata C. de collat.& quod ſit iſta donatio remuneratoria quædam compenſatio, ſiuè permutatio, refert Duen.nonnullos citando in regul.224.in 4.limit.Aſcia determ.90.nu.29.

Num. 27. an donans remunerationis cauſa teneatur de euictione, vide Alex.conſ.47.nu.8. lib.3. Iaſ.in l.ex hoc iure col. 13. de iuſt. & iur.& in l.Iulianus §.1.ff.de verbor.obligat. & in conſ.34. lib.1. in fine, melius Tiraquell. in l.ſi vnquam verb. donatione largitus nu. 51.C.de reuoc.donat.Grammat.conſil.ciuil. 157.nu.8. vbi in ſpecie loquitur de Principe donante propter benemerita, ſi teneatur ad euictionem.

Num.28.Auctor noſter copiosè in conſ.59.vol. 1.nu.26,& 23.Fab.Anna conſ.93.nu.29. dixi

an

in meo Compend. verb. euictio, an autem euictio debeatur pro feudo, ſi ſeruitia pro eo debita eſſent æquiualentia feudo, & non erit ſimplex donatio, ſed ob cauſam, vbi cauſa correſpondet donationi, ſecus ſi feudum eſſet magni valoris, & redditus ſeruitiorum conſiſterent in modico, deciſum fuit in fauorem donationis, vide Frecc. de ſubfeud. libr. 2. in 5. author. nu. 17. & Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 33. nu. 4. 9. & 30. citat hic Auctorem.

Num. 29. adde Iacobin. in tract. de feud. verbo & cum pacto nu. 7. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 55. per tot. Fuſcus in ſingul. 37. lit. F, ſic etiam in patrono ab Eccleſia alimentando, Ricc. colle. 354.

Num. 30. an & quæ bona, & in quibus caſibus Rex alienare poſſit, copioſè Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. licet autem veriſſima, Anna alleg. 69. nu. 1. & per totam.

Num. 31. priuilegium intelligitur ſecundum ea, quæ ſunt tempore priuilegij, Anna allegat. 64. nu. 3. & quod priuilegium ſemper in ſe contineat clauſulam rebus in eodem ſtatu permanentibus, refert Auctor conſ. 15. num. 10. vol. 2. alias datur ipſius reuocatio, & reſpectu perſonarum intelligitur, quatenus in eadem habilitate, & ſtatu permanſerint, idem in conſ. 136. nu. 16. eod. vol.

Num. 32. Immunitatum priuilegia reuocanda ſunt, ſi poſtea incipiunt eſſe iniqua, Boſſ. in tit. de Principe nu. 165. & priuilegium quando incipit eſſe iniquum, & noua cauſa ſuperueniens illud reuocat amittitur, ita Leſſred. conſ. 4. nu. 22.

Num. 33. facit cap. Regni priuilegia in princ. & ibi exemplo demonſtratur vrgente cauſa poſſe reuocari priuilegia, prout etiam firmat Dec. conſ. 285. num. 4. quod priuilegia poſſint reuocari.

Num. 34. de iſta regula videas Thomaſett. in ſuo flore legum regul. 189. vbi ipſam declarat.

Num. 35. vide Ioſeph Ludou. in ſuis commun. concluſ. tit. de conſuet. concluſ. vnic. verſ. inferitur 90. Iul. Ferret. in tract. de publ. & gabell. num. 530 an ſuperueniente neceſſitate ſeruanda, vide Minſinger. centur. 4. obſeruat. 70.

Num. 36. latè Anna alleg. 69. num. 49. vbi dixit pretium eſſe ſoluendum, & ibi latius, & etiam pretio non ſoluto de plenitudine poteſtatis, Boſſ. in tit. de Principe num. 190. & pro bono publico aufert ius tertio, & ei ſoluere debet pretium, Maur. Sen. alleg. 16. nu. 33. ſimiliter auferre bona priuatorum ob dictam cauſam Andr. Gail lib. 2. obſeru. 56. nu. 1. Grammar. conſil. ciuil. 100. nu. 20. etiam feudalia reſpectu burgenſaticorum ſoluere pretium, Aſflic. in cap. 1. §. ſimiliter de Cap. qui cur. vēd. vbi nu. 21. dixit, quod tempore guerræ poteſt recipere cruces, calices argenteos, ſed facta pace pretium reſtituere, ſimiliter neceſſitate vrgente alia bona priuatorum capere, ſubnectit nu. 59.

Num. 37. vltra addita ſupra eodem nu. 30. vide Pereg. in tract. de iure fiſci lib. 1. tit. 3. num. 74. vbi dixit, quòd Princeps nequit alienare regalia, & demanialia Regni, ſi ea alienatio cederet in magnam Imperij diminutionem, niſi eſſent modica fiſcalia, quæ donare poteſt, Afflict. in l. imperialem in princ. in 12. notab. de prohib. feud. alien. per Feder. & in cap. vnic. §. ſed quia nu. 37. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.

Num. 38. Rex grauiter excedit, qui Regnum ſuum deſtruit, Par. de ſyndic. verb. Rex autem num. 18. vbi in ſeq. num. ponit exemplum.

Num. 40. ſic in ſimili dixit Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. cum igitur nu. 8. propterea feuda deputata ſunt pro vita militum ad defenſionem Regni, & propulſationem hoſtium, & cuſtodiā ſubiectorum, illaq; deſtinatione Principis concedentis procedunt, non mirū ſi poſſideri non poſſunt niſi beneficio Principis, & conſequenter alienari l. imperialem de proh. alien. feud. per Feder. vbi Doctor.

Num. 41. an feudum cameræ debeatur ſi nihil eſt in eis, vel deduci debeat es alienum, Iacob. de Franch. in prælud. feud. rubric. ſpect. feud. &c. nu. 47. & 48.

Rubr. de Aſſenſ. Reg. ſuper dotibus, &c. Tit. VI.

NVm. 1. vltra Marcell. Bonum in addit. ad Barthol. de Capua in cap. Regni itē ſtatuimus, quod licitum ſit, quamplures alios Doctores de hoc allegat Duena regul. 40. in 8. ampliat. Fuſc. ſingul. 46 lit. F, latiſſimè Anna in repet. conſtit. conſtitutionem nu. 29. & ſeq. multa autem ad ornatum dotis circa feudalia congerit Vrſill. deciſ. 111. an autem feudum inſolutum dari poſſit per Tutorem vltra legitimā taxatam non aliter impetrato aſſenſu, nec decreto interueniente in tali diſtractione, & quid fuerit ſuper hoc deciſum, videas in meo Compend. in 2. compilat. verb. feudum inſolutum, vide Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 4. q. 13. nu. 10.

Num. 3. adde eundem Annam in d. conſtit. conſtitutionem nu. 19. & 20. an autem poſſit dotarium

tarium sibi constitutum in re feudali dare in dotem secundo viro, Campag. in cap. mulier dotarium nu. 47. allegat Afflict. in constit. mulier, quæ dotarium col. 4. in 6. dubio dicentem decisum fuisse negativè, & de hoc est text. expressus in cap. Regni dotarium.

Num. 4. vide Negusant. in tract. de pignor. in 1. memb. 3. par. nu. 17. vbi ex mente Bart. in l. 1. ff. de pignor. in consimili distinguit, an sit locus retentioni, si obligatio hypothecaria non valet, & licet videatur negandum per text. in l. cum vitiosę ff. de pignor. attamen si hypotheca non valuit, quia res non erat debitoris, si postea ipsius efficeretur vitium, quod obstabit inuenitur purgatum, ei datur retentio autem ex alia causa viciosa, tunc secus, sic verificari potest in casu nostro cum res feudalis non propriè dicatur ipsius feudatarij, nam est vtilis Dominus, vt in sequ. nu. 6. inquit Auctor, eo quod de illo disponere non potest l. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. sed si bona fide processerit ista contractatio, seù distractio, puto ei competere retẽtionem, quemadmodum emptor rei prohibitæ alienari, potest illam retinere, donec sibi pretium restituatur si possideat, sin autem non possideat, nequit agere ad illius retentionem, Maur. Iun. in alleg. 54. nu. 7. quanto magis fauore dotis, Anna allegat. 136. nu. 13. quæ in burgensaticis competere agnoscitur, donec sibi restituatur, Ioseph Ludou. decis. Perusin. 109. nec contra eam admittitur aliqua retentio, Franch. decis. 642. imò condemnatus ad restitutionem feudi, potest illud retinere pro debito vitæ, & militiæ, Capyc. decis. 11. quem sequitur Ricc. collect. 191. & 1917. vbi plura cumulat circa materiam retentionis, sic pariter venditor feudi, qui recepit pretium, si reuocat debet restituere illud, & interim potest retinere illudmet Anna alleg. 136. nu. 17. & venditor pro pretio potest retinere feudum, Frecc. de subfeud. lib. 2. in 41. quæst. nu. 9.

Num. 5. videas de hoc Afflict. in constit. in alibus nu. 40. Campag. prolixius in cap. item statuimus.

Num. 6. in sacramento matrimonij acceptio personarum non est, sed libera esse debent, Osasc. decis. 154. nn. 11. & Ricc. in collect. decis. 1568. nonnulla posuit ad huius rei, siuè quæsiti ostẽsione respectu prohibitionis matrimonij prohibiti contrahi cum certis personis, vel in certo loco, & Philip. Pasch. meus obseruandissimus amicus nunc Iudex in criminalibus Mag. Cur. Vicar. in tract. de virib. patr. potest. par. 3. cap. 2. sub nu. 30. in fin. allegat Auctorem hic.

Num. 7. vide ad hoc Annam in constit. constitutionem num. 23. & 24.

Num. 11. hic nota, quod nec Barones possunt arctare commissionem suis Officialibus minuendo eis iurisdictionem, Capibl. in pragmat. 6. de Baronib. num 94. sicut habens potestatem donandi debet purè, & liberè donare, & non causa mortis, nec apponere conditiones, Maur. Iun. alleg. 6. nu. 7. vbi num. 8. dicit, quod habens potestatem donandi de feudo non potest apponere fideicommissum tanto magis facta alienatione.

Num. 12. ista capitula situata sunt inter capit. & priuileg. Neapol. hoc est capit. 20. & 21. Regis Catholici fol. 42. à tergo, & cap. 14. Cæsar. Maiest. anni 1536. fol. 105. & in pragmat. 2. & 3. de feud.

Num. 13. vide Molfes. cons. 3. nu. 4. Philip. Paschal. de virib. patr. potestat. par. 2. cap. 7. num 26.

Nu. 14. de ista decisione memini in meo Compend. verb assensus.

Num. 15. de hoc vide Annam in repet. constit. constitutionem nu. 240. Consil. Rouit. in pragmat. 9. de feud. dixi in meo Compend. verbo assensus.

Num. 16. vide in d. Compend. verb. bona feudalia, verb. cessio, & verb. fiscus.

Num. 17. vide addita supra nu. 15.

Num. 18. est veriſſimum, quod exequutio in feudis fit in subsidium, Anna singul. 208. & alleg. 141. num. 9. sic & creditor cum assensu nequit exequi super feudo, nisi in subsidium feudo ad Regẽ deuoluto ob lineam finitam, Maur. Iun. in alleg. 1. nu. 26.

Num. 19. adde, quod creditor sine assensu potest sibi satisfacere super fructibus feudi in subsidium viuente feudatario, Maur. Iun. alleg. 1. nu. 25.

Num. 20. sic etiam intelligitur assensus Regis Catholici pro restitutione dotium, iuxta formam instrumenti dotalis, Frecc. de subfeud lib. 2. in 13. quæst.

Num. 22. Anna alleg. 67. num. 4. Frecc. de subfeud. lib. 2. in 2. quæst. nu. 14. & Auctor cons. 26. vol. 2. nu. 1.

Num. 24. Feudum dicitur esse in commercio, quia alienatur, & venditur, Reg. de Curte in diuers. feud. §. multoties concedens num. 88. & Auctor melius in cons. 14. num. 14. volum. 1.

Num. 26. vide Annam in alleg. 66. nu. 17. 18. & 19. faciunt collecta per Ricc. collect. 1802. Consil. Georg. alleg. 46. nu. 28.

Num. 27. vide Maur. Iun. alleg. 6. num. 6. vbi loquitur de assensu generico, quid operetur, imò simpliciter concessus intelligitur, prout ius intelligit, Auctor cons. 14. num. 22. cons. 150. nu. 25. eod. vol.

Num.

Num.28.& quæ ſunt eius priuilegia latè Tiraquell.de priuil.piæ cauſæ in priuil.158.

Num. 29. Auctor noſter in conſ.18. nu.1. vol.2. & conſ.114.num.4.cod.vol.Conſil.Rouit.in pragm.8.nu.7.de feud.

Num.30. vide etiam Auctorem in conſ.17. nu. 63. vol.2. & quomodo procedat eius diſpoſitio,vide Reg.de Curt. in diuerſ.feud. §. ſed vnde digreſſi num.18. & Molfeſ. vbi ſupra num.13.

Num.31. hic adnotatur conſilium Auctoris factum in cauſis hic ab eo citatis, quod eſt 28. actio propoſita in 2.vol. vbi ſatis de hoc loquutus eſt.

Num.32.eſt ſituatum in pragm.23.de feudis,& inter capit.Regni fol.179.à tergo.

Num.34.memini de iſta deciſione in meo Compend. verb. aſſenſus, Ricc. collect.743. quid autem ſi eſſemus extra materiam aſſenſus Capitul. Neapol. an per hoc iudicetur ſubreptitius, & ſi fortè contractus inde ſequeretur validus, ſi non fuiſſet expreſſum, contrahentem, vendentem, vel donantem carere legitimo ſucceſſore, vide eundem Reg. in conſ.2.vol.1.vbi nu.60.& 61. præſertim deciſionem ponit, de qua in d. Compend. verbo aſſenſus, an valeat, vbi retuli aliam nouiſſimam deciſionem, & de eadem materia loquitur Auctor in repet.feud.lect.11. num.12. cum ſeq.

Num.35.Auctor in repet.feud.lect.6.num.18 & 19. lectur. 11. nu.13. Habet enim Prorex in ijs limitatam poteſtatem,Conſil.de Georg. in alleg.13. nu.6. ſed ſi præſtaret aſſenſum in vtilitatem Domini,aſſenſus valeret,idem Reg.in conſ.23.nu.40.vol.2.

Num.36.nota, quod feuda titulata ſub ſimplici feudorum denominatione non continentur, Reg.noſter in conſ.72.nu.18.vol.2 & talia feuda dignitatum habent multa alia ſpecialia in alienatione, obligatione, & ſucceſſione ipſorum, Reg de Curte in diuerſ.feud. §. ſed vnde digreſſi nu.12.& ſubdit nu.19.quod gratia Regis, quod Prorex poſſit diſpenſare ſuper venditione feudorum titulatorum, non includit terram titulo decoratam, vbi nu.20.& ſeq. alia de hoc dixit, an autem ad ſubfeuda extendantur iſta capitula,dixi in d.Compend.verb.aſſenſus.

Num.37. vide in d.meo Compend. verb.feuda titulata,vbi alios citaui Doctores.

Num.38. Dixi in eodem Compend. verbo electio competens.

Num.39.idem Auctor in conſ.75.nu.34.& conſil.101.nu.3.vol.2.

Num.40. vide Affict. in d.l.imperialem in 12. notab.nu.22. & aſſenſus impetratus ab emptore ſuper venditione feudi non expreſſo, quod pro ſolutione pretij feudum remanſerat obligatum,non tenet etiam reſpectu vēditionis,Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 41.quæſt. num.14.ita aſſenſus impetratus à Rege per venditorem, & emptorem ſuper venditione feudi,nō facta expreſſione obligationis pro pretio, tenet ſolum quò ad venditionem, idem ibidem nu.16. ſicuti aſſenſus impetratus ſuper venditione feudi, non facta mentione de pacto de retrouendendo eſt nullus, & vtrumque corruit, & quomodo intelligatur,Maur.Iun.alleg.8.nu.5.& 33.

Num 41.vide ſupra de elect.offic.§.3.nu.18.

Num.42. vide ſupra de regal. impoſit. §.7. ſub nu.26.Apicell.alleg.24.nu.288.

Num.44.faciunt notata in additionibus ad capit.20.& 21.Regis Catholici, Conſil.Rouit. in d.pragm.8.& multos caſus extenſiuos,aut limitatiuos dictorum capitulorum deciſos, retuli in meo Compend. verb. aſſenſus, vbi videre poteris copiosè.

Num. 45. adde Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 12. quæſt.num.2.diſputantem quæſtionem iſtam Auctoris,quem ſequitur Rouit.d.pragma.8. num.3.

Num.46.vide ſupra eodem nu.22.

Num.47. vide Conſil.Rouit. in dicta pragm.8. num.2.

Num.48.ſolent fieri iſta mandata, quoties inter feudatarios matrimonium contraheretur, non aliter ad impediendum illud, ſed quia feudum,quod ſpectat ad Dominum in dotem datur, & propterea fieri poterat lex illa, cùm quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter, de quo latè per Affict. in cap.1. §. præterea nu.20.& 21.quib.mod.feud. amitt. ſed vbi feudorum intereſſe ceſſat,ceſſat prohibitio, eo quod libera eſſe debeant matrimonia, intantum quod etiam Baronibus expreſsè prohibitum eſt per Regem, ne aliquo modo inter vaſallos circa matrimonia contrahenda ſe ingerere debeāt, vt in pragm.9. de Baronib.& propterea magnum grauamē vaſallis inferretur, ſi Barones maritare vellent filias ad eorum libitum, Campagn.in capit. grauamina num.77. multa circa hoc proſequitur Capiblanc. in d.pragmat.9. per totam,ſubſequenter cēſet Frecc.de ſubfeud. lib.3. in differentia inter feud.quaternata, & plana num.22.quod matrimonium non contrahit feudatarius habens feudum quaternatum ſine licentia Regis, ſecus ſi feudum eſſet planum, imò matrimonium non contrahitur inter habētes feuda volubia niſi de licentia Regis ſpeciali, idem Frecc.vbi ſupra in 28. differ. hodie tamen liberè contrahuntur,ſed non datur feudum ſine conſenſu Regis,Anna in conſtit.conſtitutionē n.24.

Num.

Num. 49. Ego autem ſemper ſolitus ſum allegare conſtit. Regni maieſtati noſtræ ad conſimilis deciſionis corroborationem, quæ in dies per Regni Tribunalia ventilantur, eo quod certum eſt Baiulum eſſe Iudicem competentem damnorum datorum, ex pragmatic. 1. de offic. Baiul. ita quod nullus alius Officialis de eo cognoſcere poſſit, intantum quod ſi damno dato violentia aliqua interceſſerit, de illa tántum violentia ordinarius Iudex cognoſcere poteſt, remittendo reliqua Baiulo, ſic pariter deciditur in dicta conſtit. reſpectu cognitionis adulteriorum, poſtquam cum talis cognitio ad Eccleſiaſticum Iudicem pertineat, ad eum cognoſci mandatur, hoc eſt quoad ſeparationem Thori, verumtamen ſi aliqua in ijs violentia interuenerit pro illa tantum violentia cognoſcet Iudex ſæcularis, vbi notat Affli. nu. 6. quod eatenus Iudex laicus cognoſcet de matrimonio, quoties eſſet quæſtio facti, ſecus iuris, vbi ponit exempla, quando potiſſimum timetur ſcandalum metus, violentia, & alia, quia matrimonia libera eſſe debent, capit. gemma de ſponſal. nec hoſtili more contra hi, inquit Frece de ſubfeud. libr. 2. in 2. author. in quæſt. 2. num. 5. & ſic Iudex ſæcularis, ſi in cauſa incidat matrimonij facti materia, poteſt de illa cognoſcere, vt authoritate Couarr. laſ. & Ambr. de Vign. comprobat Villalob. inter commun. opinion. tit. de Iudic. num. 114.

Num. 50. cauſa matrimonialis eſt Eccleſiaſtica, & ſpiritualis, & ius Canonicum obſeruatur vbique circa matrimonium, Bellac. inter commun. opinion. tit. de ſponſal. num. 90. & propterea eius cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum notabilis eſt deciſio Franch. 36. vbi refert, quo caſu laicus Iudex in eo ſe intromittere poteſt, & ibi Addentes copioſè.

Num. 52. ad hoc vide Capibl. in d. pragm. 9. nu. 4. latè Carroc. in tract. de ſequeſtr. par. 1. q. 1. nu. 1. & 2. ex noſtratibus ſic deciſum refert Conſiliar. Rouit. in pragm. 9. nu. 2. de Baronib. de quo etiam in meo Compend. verb. ſequeſtratio, vbi alios citaui, ſic etiam in foro Eccleſiaſtico deciſum tradit Ricc. collectan. deciſ. 1826. & de hoc Anna Iun. in addition. ad eius Patris ſingul. 395. ſed in quo loco reponi debeat, conſimiles deciſiones in materia educationis tradit Anna d. ſing. 395. vbi conferunt ibi addita per me, quid vſu receptum ſit hodie, nam in domibus non ſuſpectis conſanguineorum, aut officialium fieri ſolent repoſitiones, prout ita in Germania practicari dixit Andr. Gail lib. 2. practic. obſeruat. in obſeru. 45. nu. 7.

Num. 53. Gail vbi ſupra optimè, & lib. 1. obſeruat. 112.

Num. 56. exceptiones contra perſonas Aduocatorum refert Iodoch. in praxi ciuil. cap. 129 eorumq; conditiones, & portamenta in omnibus refert Io. de Deo in ſuo ſpecul. aduoc. lib. 1. cap. 3. & ſeq.

§. I.

NVm. 1. adde Annam in alleg. 115. nu. 2. & allegat. 66. num. 5. Præſ. de Franch. in deciſ. 86. num. 1. & in deciſ. 610. num. 9. an autem in antefato procedat, vt impetrari poſſit poſt mortem, idem ibidem nu. 13.

Num. 2. videas Kopin. in deciſ. 99. lib. 2. de hoc quem ſequitur Ricc. collectan. deciſ. 1818. vbi allegat etiam Io Aloyſ. Mormill. in ſingular. ad dicta conſtit. conſtitutionem num. 4. referentem ſic deciſum, iuxta poſtremam opinionem, de qua in meo Compend. verbo reuocatio.

Num. 3. in terminis ita concludit Anna in repet. conſtitut. conſtitutionem num. 235. vbi num. 241. tradit beneficium l. ſi ego §. 1. de iure dotium, competere etiam hæredi mulieris, & de hoc Auctoris quæſito ſic deciſum retuli in meo Cõpend. verbo reuocatio, ex mente Affli. vbi alios Doctores citaui.

Num. 4. Auctor noſter in deciſ. 4. num. 35. Rex quandoquè tenetur aſſentire, Anna in dicta conſtitut. conſtitutionem num. 46. at perſonis benemerentibus non debet aſſenſus denegari, Maur. Iun. allegat. 17. num. 5. & allegat. 18. num. 2. aliàs diceretur fieri iniuria, idem dicta alleg. 17. nu. 6. & 18. num. 3. & ſic habetur pro præſtito renuente Domino, qui debet conſentire, Franch. deciſ. 310. nu. 2.

Num. 5. Licet regulariter aſſenſus, qui in dies conceduntur non intelliguntur in ſubſidium, vt per Auctor. in hac noſtra rubric. num. 29. quid autem in aſſenſu Capitul. Neapol. idem Auctor ibidem num. 15. & ſequ. limitatur in caſu iſto Auctoris noſtri, ante eum Anna dicta allegat. 66. num. 11. & ſucceſſiuè aſſiſtentia petita ſuper bonis feudalibus pro dotibus præſtari debet in ſubſidium ſuper feudo, & ſic deciſum retulit Ann. dicta alleg. 66. de qua in meo Compend. verbo aſſiſtentia.

Num. 6. vide vltra Addentes ad dictam deciſ. 126. in meo Compend. verbo aſſenſus ſuper feudalibus, vltra Annam in dicta repet. conſtit. conſtitutionem nu. 242.

Num. 7. vide ſupra num. 1.

Num. 9. alienatio rei feudalis de iure feudali Regni, & communi, omnis prohibetur, idem Auctor conſ. 59. nu. 6. vol. 2. vbi id limitat nu. 8 & potiſſimum cauſa dotis, nam non poteſt in dotem dari, Anna in d. conſtit. conſtitutio-

nem nu. 19. & Duen. in regul. 40. ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus.

Num. 10. clarum eſt, quod contractus feudalis ſine aſſenſu ſit nullus, Anna in conſtit. conſtitutionem nu. 158. nam feudum nequit poſſideri ſine aſſenſu, idem ibidem nu. 29. & ſucceſſiuè venditio feudi abſque aſſenſu nulla, idem in allegat. 1. num. 26. ob quod Regi, aut Domino reuertebatur de iure communi, ſic pariter hodie feudum amittitur, ſi tradatur ſine aſſenſu, idem Anna d. alleg. 66. nu. 7. vide Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 2. tit. de bonis q. 7. & 8. nu. 10. vbi citat hic Auctorem.

Nu. 11. Dominus directus elapſo tempore dato vtili Domino reuocat, Anna in d. conſtitut. conſtitutionem num. 262. vbi in antecedenti nu. 257. & 263. quærit quis præferendus ſit in reuocando, an vtilis Dominus, vel directus, vltra Auctorem deciſ. 6. nu. 9.

Num. 12. vide Auctorem in conſ. 157. num. 19. vol. 2. an autem aſſenſus iuuet contractum reuocatum, etiam ſi reuocatio fuerit poſt aſſenſus impetrationem, at impetratus poſt reuocationis reuocationem, & primæ conuentionis confirmationem vtique contractũ firmitatis præſidio iuuetur, Auctor deciſ. 6. nu. 22. an autem in reuocatione reuocationis alienationis rei feudalis aſſenſus requiratur, Vrſill. deciſ. 335. num. 10. & 11. vbi caſum in facto ponit.

Num. 13. idem Auctor d. conſ. 157. nu. 30. & vide infra nu. 20. an debeat eſſe conſenſus hæredis nouus approbatiuus, vel tranſlatiuus dominij, vide Annam ſingul. 105. conſenſus, dixi in Compend. verb. conſenſus.

Num. 14. vide Annam in dicta conſtit. conſtitutionem nu. 269. & aduerte ad hoc, quod Aſflict. in dicta conſtit. conſtitutionem ſub nu. 44. verſ. ſed aduerte dixit, quod in Regno non eſt ſic prohibita alienatio feudorum, ſicut eſt prohibita de iure communi feudorũ, vt gloſ. ibi, & Andr. dicunt, quaſi diceret Andr. quod ex quo venditor iure proprio, ideſt ſpeciali poteſt reuocare alienationem feudi, &c. an autem reuocatio facta per alienãtem rem reddititiam feudo vigore d. cõſtit. militet, quemadmodum in alienante rem feudalem iure proprio, concluditur negatiuè eo quia iſti alienantes ſine aſſenſu, & habentes res particulares reddititias feudo, & qui ſoluunt collectas nequeunt iure proprio reuocare, & ſi reuocarent non valeret, ſed Dominus reuocat, & ſic iudicatũ, Affli. cap. 1. in 12. not. nu. 18. de proh. alien. per Feder.

Num. 15. & ſic deciſum tradit Anna in d. cõſtit. conſtitutionem n. 240. de quo in meo Compend. verb. reuocatio, an autem fieri poſſit talis reuocatio de contractu ceſſionis feudi deinde venditi ſubhaſta, ad inſtantiam creditoris cedentis, quaſi per reuocationem antecedentis ceſſionis reuocetur venditio conſequens ſtante aſſenſu deſuper expedito, non tamen regiſtrato concurrente lapſu temporis, iudicatum fuit in fauorem ceſſionarij, Lanar. conſ. 83. Auctor conſ. 5. vol. 1. & quomodo talis deciſio intelligatur, Rouit. in pragm. 1. de fide inſtrum. nu. 2. dixi in eodem Compend. eod. verb. reuocatio.

Nu. 16. an autem reuocatio alienationis feudi ſpectet ad vtilem Dominum, vel ad directũ, iuxta conſtit. Regni deciſum fuit ſpectare ad vtilem, Ann. in d. repet. conſtit. conſtitutionẽ n. 240. de quo in d. Cõpend. verb. reuocatio.

Nu. 17. Auctor noſter in repet. feud. lect. 11. nu. 34. & lect. 17. nu. 8. latè Alphan. colect. 62. faciunt collecta per Ricc. colect. 469.

Nu. 18. vide etiam ad hoc Ann. alleg. 66. nu. 17. 18. & 19. & alleg. 69. num. 66. & alia ad hoc tradit Franch. deciſ. 126. num. 6. & 8. faciunt collecta per Ricc. colect. 1802.

Nu. 19. quod aſſenſus ſit mera gratia refert Anna in alleg. 39. nu. 7. Franch. deciſ. 693. nu. 3. quo circa non extenditur, idem in conſt. conſtitutionem nu. 28. licet benè ad æquipollẽs, idem alleg. 41. nu. 20. & propterea ſi Dominus requiſitus recuſauerit, niſi iuſta cauſa id fecerit adhuc præſtitus reputatur, Auctor in conſ. 25. nu. 72. vol. 2. & quanam ratione gratia nuncupetur, Auctor in deciſ. 5. num. 4. & iuxta mentem Auctoris noſtri, vide Conſil. Rouit. in pragmat. 9. de feud. num. 4. Apicell. etiam in alleg. 14. nu. 15.

Nu. 20. & idem Anna in rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 105. Auctor deciſ. 34. nu. 14. & in lect. 9. nu. 53. ſed expreſſus exquiritur, idem in d. conſt. conſtitutionem n. 43. Auctor vbi ſupra vbi cẽſet ſecus eſſe de iure communi feudorum, Affli. in cap. 1. de proh. feud. alien. per Loth. nu. 45. nec iuuat relatio ad aliud præcipuè, quando non motu proprio Regis, ſed ad partis poſtulationem conceditur, Auctor conſ. 136. nu. 116. vol. 2.

Num. 21. dixi in meo Compend. verb. aſſenſus.

Nu. 22. de hac ead. deciſ. memini in meo Comp. Deciſ. verb. hæres, quomodo autem executio facienda ſit aliquo condemnato ad præſtandum aſſenſum, vide Præſ. de Frãch. deciſ. 310. vbi n. 2. inter cætera remedia dixit, quod aſſenſus habetur pro præſtito renuente Domino, qui debet conſentire, dixi in Comp. verb. aſſenſum renuẽs, & ob id aſſenſus poſt mortẽ contrahentium expeditus hæredum ratificationem requirit, & ſuper illam alius aſſenſus impetrari debet, Auct. in conſ. 72. n. 8. vol. 2. & ſic nouus aſſenſus exquiritur ſuper nouo conſenſu hæredis, idẽ conſ. 75. n. 41. co. vol. E quod

quod aſſenſus nequit expediri poſt mortem alienantis in præiudicium hæredis, in quem eſt tranſlatum dominium feudi, etiam hæreditarium ſine nouo conſenſu hæredis diſpoſitiuo, idem conſ.150.nu.58.& de hac eadem materia ſatis loquitur Grammat.deciſ.103. nu.120.184.& 242.

Num. 23. aſſenſus an retrotrahatur ad contractum, vide Auctorem conſ.17. nu.25.34.37. vol.2.an autem in tertij præiudicium, idem conſ.25.nu.9. eod.vol. & Maur.lun.alleg.8. nu.2.alleg.29.nu.1. an autem, & quando aſſenſus retrahi debeat ad diem contractus in concurſu creditorum prætendentium anterioritatem, vide in Compend. verb.aſſenſus quamuis.

Num. 24. Aſſenſus impetratus poſt mortem diſponentis non valet abſque conſenſu hæredis, etiam in feudo hæreditario, Auctor conſ.75.nu.37.vbi limitat num.38. non procedere fauore dotis, & ſic quatenus valeret aſſenſus expeditus ſuper teſtamento poſt mortem teſtatoris in eius præiudicium valeret; ſecus verò reſpectu ſucceſſorum non conſentientium, idem conſ.157.nu.34.vol.2. dixi in Compend. verb.aſſenſus, eo quod aſſenſus in diſpoſitione facta in beneficium hæredis ſucceſſori in feudo hæreditario non requiritur reſpectu ipſius hæredis: ſecus autem reſpectu tertij, qui emit ſubhaſta, & ſuper emptione habet aſſenſum, Franch.deciſ. 48.nu.28.an autem conſenſus nouus hæredis cenſeatur interpoſitus ſi fuerit ſupplicatum pro aſſenſu ſuper teſtamento nullo pro parte hæredum, vide Frecc.de ſubfeud.lib.2. in 24.quæſt.in fin.quem ſequuntur nonnulli Doctor.per me citati in d.Compend. verb.conſenſus, vbi tradidi nouiſſimam deciſionem, ſi conſenſus diſpoſitiuus hæredis requiratur ad hoc, vt aſſenſus poſt mortem expeditus teneat, quid autem ſi præiudicium Regis tãtum verſaretur, an denegandus ſit aſſenſus quando feudum eſſet legatum in teſtamento, vide in Compendio verbo aſſenſus an ſit.

Num.25. etiam in feudo ex pacto procedit diſpoſitio iſtius text. vt per Auctorem conſ. 24.nu.7. vol.2.

Num.26.dixi ſupra eodem nu.24.

Num.29.licet de feudo teſtari poſsit, non tamen in extraneum, vide Annam in dicta conſtit.conſtitutionem nu. 88. benè tamen in fauorem proximi ſucceſſuri ſubnectit ibidem num. 134. non mirum ſi denegari debeat aſſenſus reſpectu diſpoſitionis faciendæ in extraneum à lege non aliter vocatum, adde etiam Maſtrill.de magiſtr.lib.5. cap.6. nu. 65.citant. hic Auctorem.

Num. 30. An autem aſſenſus denegandus ſit, quando feudum eſſet legatum in teſtamento, vide Loffred.in paraf.feud.in cap.1. §.donare, verſ. vidi aliquando colum. 5. qualit. olim poter. feud. alien. quem regiſtraui in meo Compend.verb.aſſenſus an ſit, vbi alios citaui, Maſtrill.vbi ſupra.

Num.31. vide in meo Compend.Deciſ.Regni, verb. alienatio feudi, vbi plures alios citaui Auctores ad corroborationem iſtius deciſionis.

Num. 32. verbi commercij lata eſt ſignificatio, Anna allegat. 127. num. 2. vbi num. 1. dixit ſuper feudis nullum commercium fieri poſſe,& ibi in mea additione nonnulla dixi,& idem Anna in d.conſtitut. conſtitutionem nu.162.

Num. 34. memini de iſta deciſ. in meo Compend. verb.conſtit.conſtitutionem, vbi alios citaui.

Num.35.eſt deciſ.156.Capyc.num.19. & idem Auctor noſter infra eod.tit. de refutat.feud. §.1. num. 19. vbi id limitat niſi initium eſſet cum proximo ſucceſſore.

Num.37.adde Calcan.in conſ.25. num.21. pactum de non petendo debitum liquidum non valet niſi illud ſit inſinuatum, Capra inter commun. opinion. titul. de pactis numer.6.

§. II.

NVm.1.de eodemmet quęſito loquitur Auctor noſter in conſil.73.num.1.volum.2. Eo quod de pretio non eſt dubium, vt late idem proſequitur in dicto conſ.73.num.4. & conſ.72. num.6.an autem agnati reuocare poſſint feudi alienationem ſoluto pretio, vel eo oblato tàm in vita alienantis, quàm in morte, vide Iacob.Mandell. conſ.76. per totum, vbi plura circa iſtam materiam diſcurrit.

Num.2. vltra Annam in d.conſtit.conſtitutionem nu.103. ſed melius nu.190. & 191. Auctor d.conſ.73.nu.4.& 72.nu.6.& Afflict.in cap.1.§.rurſus nu.15. quib.mod.feud.amitt. Molfeſ.in conſuet.Neapol.par.4.q.23.nu.7. citat Auctorem hic.

Num.3.vide Auctorem ſupra de regal.impoſit. §.6.nu.29.& ibi addita per me, & vltra ea nota, quod intereſſe venit ex natura in actione ex empto, Anna in d.conſtit.conſtitutionem nu. 154.

Nu.4.adde,quod emptor ſciens, & emens rem, quæ alienari non poteſt, non agit ad reſtitutionem pretij ſi contractus reſcindatur, niſi expreſsè promiſſum ſit de euictione, vel de pretio reſtituendo, Afflict. in cap.inueſtitu-

ra §. ſed & res num. 15. per quos fiat inueſtit. eo quod emens rem ſubiectam periculo reuocationis de euictione non agit. Mant. Iun. in allegat. 106. num. 6. & propterea emptor malæ fidei non recuperat pretium, quid ſi ipſe emptor malæ fidei expreſsè ſtipulatus eſt pretium ſibi reddi, & contingat cum feudo priuari, an recuperet pretium, idem Afflict. in l. imperialem in 13. notabil. num. 98. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi num. 10. & 96. quærit, ſi emptor malæ fidei ipſius feudi expreſsè ſibi cauit de euictione ſi perdit rem, & pretium, an poſſit de euictione contra venditorem agere, quid autem hodie cum ſemper reſeruetur aſſenſus Domini, vide Annam vbi ſupra nu. 191. ſic contractu principali nullo, etiam acceſſorium nullum eſt, Afflict. in l. imperialem in 13. notab. num. 101. de prohib feud. alien. per Federic. & ſic fit reſtitutio rei cum fructibus, & pretij cum intereſſe, vt fuit deciſum, teſte Anna loc. cit. nu. 230.

Num. 5. eſt verùm, quod prohibito vno cenſetur prohibitum, & eius ſimile, Afflict. in cap. Dominus Obertus num. 52. de feud. cogn. & prohibito vno cenſetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud, ſi eſt eadem ratio, Alex. conſil. 94. nu. 14. lib. 2. & conſ. 95. nu. 5. eod. vol. & ſic etiam prohibito maiori cenſetur prohibitum id, quod eſt minus, Afflict. in conſtit. officia nu. 3. & conſequenter veniunt ſequentia prohibita, ſicuti è contra, prout in hac eadem materia dicitur, quod aſſenſus ſuper ſorte extenditur ad intereſſe contra opinionem Frecc. & ita iudicatum refert Auctor deciſ. 8. nu. 32. & 38. & in ſpecie prohibito actu prohibetur omne illud, quod ex eo ſequitur, idem Anna in d. conſtit. nu. 147. & 213.

Num. 6. Aſſenſus præſtitus ſuper venditione feudi an comprehendat obligationem ipſius quam emptor fecit venditori pro reſiduo pretij, vide Frecc. de ſubfeud. libr. 2. in 41. quæſt. num. 1. vbi latè, qui num. 14. ad propoſitum dixit, quod aſſenſus impetratus ab emptore ſuper venditione feudi ſibi facta non expreſſo, quod pro ſolutione pretij feudum remanſerat obligatum, non tenet etiam reſpectu venditionis, & è contra, quamuis contractus feudalis ſine aſſenſu non ſit omninò nullus, quia pendet ſpes à conualeſcentia, vt ſecundum Camer. tradit Anna in d. conſtit. conſtitutionem nu. 158. negari tamen non poteſt, quin ſi aſſenſus non interponatur ſit nullius momenti, ita quod ſtante nullitate principali eius acceſſorium nullum eſt, vt dixi ſupra eod. nu. 4. & an aſſenſus pro matrimonio præſtitus cenſeatur pro obligatione feudorum, Afflict. d. l. imperialem quæſt. 24. num. 37.

Num. 7. quod ſi contractus principalis non teneat, neque acceſſorium, & ita appoſitio pœnæ, vide Annam in d. conſtit. conſtitutionem num. 229. an autem aſſenſus impetratus ſuper obligatione bonorum feudalium, pro principali debito extendatur ad pœnam, & intereſſe, Afflict. in l. imperialem in 12. notab. num. 23. de prohib. feud. alien. per Federic.

Verſ. & rurſus, aſſenſus intelligitur præſtitus in illis euentis, in quibus Dominus aſſentire tenetur, & requiſitus negligit, Auctor deciſ. 4. num. 35. Franch. deciſ. 310. num. 2. Camerar. in dicta l. imperialem fol. 225. in paruis, verſ. verum quia, & per hæc ad Auctoris propoſitum facit, quod dixit Afflict. in dicta l. imperialem in 16. notab. ſub num. 36. Item alio reſpectu illa promiſſio de impetrando regium aſſenſum, per ipſum emptorem regium primogenitum, & Vicarium Regni valuit, & tenuit, nec licuit venditionē reuocare, ex quo facta eſt à primogenito Regis, qui erat ſolitus ei complacere in maioribus, vnde præſumitur ſibi complacere in minoribus.

Num. 8. videas Auctorem in conſ. 73. audiui nu. 2. volum. 2.

Num. 9. De hac eadem materia, & deciſionibus deſuper factis, videas in meo Compendio Deciſion. Regni, verbo æſtimatio feudi, vbi omnes deciſiones hinc inde factas recenſui, & alia conſimilia notatu digna, & in verbo æſtimatio, an debeatur legato feudo, & verbo æſtimatio feudi legati, an autem debeatur æſtimatio feudi, inſtituto hærede extraneo in illis, deciſum fuit negatiuè in cauſa illorum de Iuriano, cum ſororibus de Venato, vt dicit hic Auctor, & vltra Bammacar. Reg. de Curte in diuerſ feud. §. multoties concedens num. 103. fol. 53. vt in dicto Compendio eodem verbo æſtimatio, an autem æſtimatio feudi, ſiuè excambium debeatur donatario, cui promiſſa fuit donatio contemplatione matrimonij iam inde contracti, vigore dictæ donationis, & quid inde deciſum fuit, dixi in dicto Compend. verbo æſtimatio feudi, an autem hæres in burgenſaticis teneatur ad æſtimationem feudi, vide Annam allegat. 126. numer. 16.

Num. 10. de iſtamet deciſione memini in meo Compend. verb. feudum poſſidens.

Num. 11. adde Annam ſingul. 197. vbi alia addidi Conſiliar. de Georg. in allegat. 20. nu. 21. debitum tamen legitimo iure, ſed non eo iure, quo debetur legitima ſubiectit num. 30.

&

& ideò ad primogenitum deuenire non eſt fauor defuncti, ſed ipſius Domini, vt habeat perſonam magis ſibi gratam, & ne feudum in plures diuidatur, Frecc. de ſubfeud. lib. 1. in prine. tit. de origin. feud. nu. 92. & vltra relata ſubnectit idem Frecc. lib. 2. in §. ſupereſt nu. 13. fol. 173. & fauore primogeniti, vt ipſe cæteris præferatur, & an, & quando feudum computetur in legitimam, idem in lib. 3. in 14. different. inter feud. ex pacto, & feud. hæredit. num. 1. hinc eſt, quod feudum cum conſenſu Domini poteſt reduci ad ius primogenituræ, quod alias erat inter filios indiuiſibile fauore feudi, quod reducitur ad meliorem ſtatum, & primogenitum cum melius regatur per vnum, quàm per plures, Fuſc. in ſing 47. lit. F, ex mente Paul. de Caſtr. Felyn. & Iaſ.

Num. 13. primogenitus in Regno ſuccedit ſolus Camerar. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. num. 104. in opere Pelliciæ ſuper conſuet. Auerſ. eo quod feudum dignitatis dicitur indiuiduum, & ſolus primogenitus ſuccedit, Pariſ. conſ. 10. nu. 10. volum. 1. & conſ. 15. quem ſequitur Fuſc. ſingul. 55. lit. F, ſic etiam in alijs feudis pater non tollit ſucceſſionem feudi à primogenito, Anna in rubr. de vaſall. decrepit. ætat. nu. 284. & ad materiam ſucceſſionum in feudis dignitatum, quomodo ſuccedatur, & multa alia ad ornatum tradit Auctor in lect. 12. in princ. in repet. feud.

Num. 14. de iſta deciſione memini in meo Compend. verb. pater, & eſt nu. 7. Minadoi hic citati, an autem pater in præiudicium primogeniti poſſit alienare feudum in ſecundogenitum, deciſum fuit negatiuè in cauſa illorum de Bozzutis, Ioan. Aloyſ. Mormill. in ſingul. ad conſtitut. vt de ſucceſſionibus nu. 2. vbi declarat niſi fuiſſet impetratus aſſenſus Regius ex certa ſcientia, factaquè expreſſa mentione de primogenito, vt dixi in d. Compend. verb. pater, nam in caſu ab eo relato fuerat denegatus aſſenſus per Collater. Conſil. & pater an poſsit feudum vni ex filijs aſsignare, quando eſſet hæreditarium, benè poſſet, ſecus ſi eſſet nouum, Iacob. de Franch. in cap. 1. §. & quia num. 9. de ijs, qui feud. dar. poſſ. Intantum quod in feudo nouo poſsit pater illud dare primogenito, dando pretium fratribus ex mente Andr. cenſet Fuſc. ſingul. 43. lit. F, & ſic iudicatum cenſet, ſed feudum hæreditarium licèt poſsit vendere in præiudicium primogeniti extraneo, non tamen poteſt illud donare ſecundogenito, & rationem diuerſitatis aſsignat Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in d. §. ſupereſt num. 12. fol. 173. & ob id alias deciſum fuit per Sac. Cõſ. quod pater poſsit feudum nouum, & etiam antiquum, dummodò ſit hæreditarium aſsignare vni ex filijs, & in totum legare cum conſenſu Domini, alias ſecus ſi eſſet ex pacto, ita Piſanell. ad Afflict. deciſ. 119. col. 3. verſ. ſit mihi.

Num. 15. Infeudatio dicitur contractus, Auctor in conſ. 44. nu. 15. vol. 2. vltra, citroque obligatorius, Afflict. in cap. ſi facta nu. 11. ſi de feud. fuer. controu. inter Domin. & agnat. eo quod infeudans dominium directum retinet, idem in cap. vnico §. prædictis num. 13. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. & vtile transfertur in infeudatum, ſed hoc procederet ſi bona fide, & ſincerè fierer, vt hic dicit Auctor, cæterùm ſi eſſet facta in fraudem ipſo iure eſſet nulla, idem in cap. inueſtitura nu. 44. per quos fiat inueſtit. & quando dicatur facta in fraudem, idem in cap. beneficiũ nu. 6. ſi de feud. fuer. controu. inter Domin. & agnat. ſed melius in cap. vnico §. ſimiliter num. 3. de lege Corradi, ſic etiam in refutatione, vt dicemus in titul. infra de refutat. feud.

Num. 17. adde Auctorem in conſ. 73. audiui nu. 2. vol. 2. vbi rationem aſsignat, quare legato feudo debeatur æſtimatio, non autem in venditione, & ſic in contractu inter viuos.

Num. 19. adde hic, quod contractus feudalis eſt de iure gentium, Leonard. inter conſil. Bruni 113. nu. 106. & ſucceſsiuè bonæ fidei, Afflict. in cap. vnico §. ad hoc nu. 8. hic finit. lex vltro citroque obligatorius, Carol. Ruyn. conſil. 7. num. 20. vol. 1. idem Afflict. in cap. 1. in princ. de pac. iuram. firman. num. 31. Auctor conſ. 131. nu. 10. vol. 2. nimirum ſi ſtricti iuris ſit, idem in cap. ſi autem num. 2. de controu. inueſtit. & rectè concipitur inter tres perſonas, eo quod cum de re aliena, & ſic Principis tractetur aſſenſus eius exquiritur, quæ eſt tertia perſona, alias diceretur contractus nullus ipſo iure vti improbatus à lege, & conſequenter licitè reſcindi poſsit, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. §. à Regnicolis nu. 6. fol. 148. Excepto ſi in augmentum feudi eſſet contractus ſuper feudo interpoſitus, nam eo caſu etiam ſine aſſenſu Domini celebrari poteſt, Afflict. in l. imperialem in 24. quæſt. num. 103. de prohib. feud. alien. per Feder. & ob id feuda emuntur, & venduntur, ideò non dicitur contractus nullus, ſed donec adeſt ſpes aſſenſus Domini dicitur ſtare in ſuſpenſo propter ſpem reconualidationis ex ſuperuenientia aſſenſus, Auctor in conſ. 14. nu. 14. vol. 2.

Num. 20. hanc quæſtionem poſui in meo Compend. verb. æſtimatio feudi in 2. compilat. vbi in conſimili caſu allegationes factas prolixius adnotaui, quas breuitatis cauſa

omitto ibi me remittendo, Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 2. tit. de bonis q 7. & 8. nu. 19. vbi citat hic Auctorem.

Num. 21. iſtam deciſionem Guid. Papæ ſequuntur Conſil. Rouit. in pragmat. 1. de tit. abuſu nu. 167. & Maur. Iun. alleg. 35. nu. 13. nonnulla collexit Ricc. ad ornatum donationis contemplatione matrimonij in collect. 467. & alia circa eam tradidi in d. Compend. verb. annui redditus in fine, vbi punctualiter has eaſdem rationes Auctoris ponderaui alios ſuperaddendo Doctores, & de deciſionibus Franch. hic citatis, vide in meo Compendio verb. donatio, & verb. donationes, an autem reuocari poſſint, iuxta tradita hic per Auctorem, an per vitium ingratitudinis, vide Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 4. q. 25. nu. 7. an autem per ſuperuenientiam filiorum ibidem, & in addition. alia cumulat, & in addit. ad conſ. 1. nu. 3. & ad conſ. 9. num. 8. & in conſ. 11. nu. 2. citat hic Auctorem, & ad hoc vide Martam voto 220. vbi examinat ſtante clauſula nihil releuans, an conferenda ſit confratribus.

Num. 22. ſicuti dos, quæ datur pro oneribus matrimonij, quod concernit etiam ſubſtentationem filiorum, Franch deciſ. 472. nu. 14. & quod donatio contemplatione matrimonij dicatur ob cauſam, tradit Moret. in reſponſ. 43. num. 7. & ſeq. quo fit, vt donatio ob cauſam cenſeatur oneroſa, non lucratiua, Auctor conſ. 117. nu. 19. vol. 2.

Num. 23. adde Corſet. in ſingul. 18. quem ſequitur Ioſeph Ludou. in ſuis commun. opinion. titul. de gabellis concluſ. vnica verſ. infertur 15.

Num. 24. ſic enim nouiſſimè deciſum retuli in meo Compend. verb. æſtimatio feudi, ſiuè excambium in cauſa Ludouici Galeoti cum D. Fabio Ieſualdo in ſpecie circa donationem feudi factã contemplatione matrimonii, vbi aliæ adducuntur auctoritates, & doctrinæ, & quid in dotario ſi maritus conſtituat vxori quartam ſuper feudo, ſi non tenet conſtitutio an debeatur æſtimatio, vide Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. multoties num. 84.

Num. 25. memini de iſta deciſione in d. meo Compend. verb. æſtimatio an debeatur, & ibidem adduxi aliam deciſionem Conſiliar. Rouit. in pragm. 1. de tit. abuſ. num. 147. referentis contrarium deciſum in cauſa Camilli della Magna, cum creditoribus Marchioniſſæ Paduæ, vbi erat facta donatio feudi dicto Camillo à dicta Marchioniſſa abſque aſſenſu, & non obtento fuit excluſus tàm à feudo, quàm ab eius æſtimatione, & idem deciſum in cauſa Troiani, & Fabritij de Acciapaccia, cum Principe Biſiniani.

Num. 26. Dixi in dicto Compendio verb. æſtimatio, vbi omnes deciſiones cumulantur.

Num. 27. adde Annam in repet. rubr. de vaſall. decrep. ætat. num. 181. & ſeq. & vltra eum Io. Iacob. de Leonard. inter conſ. Bruni 113. nu. 528. Bald. conſ. 351. in princip. vol. 1. Fulgoſ. conſ. 32. col. 1. Abb. conſ. 31. colum. 2. Soccin. Sen. conſ. 252. col. 2. vol. 2. Marian. Soccin. conſ. 76. nu. 50. vol. 1. & conſ. 115. nu. 2. vol. 2. conſ. 160. nu. 41. eod. vol. & maximè ſi fuerit facta in extraneum, Ioan. Camp. inter conſil. Bruni 10. nu. 10. Pariſ. conſ. 3. num. 19. & ſeq. vol. 1. niſi eſſet feudum nouum, tunc etiam inuitis agnatis tenet Alber. Brun. conſ. 105. nu. 1. Pariſ. in conſ. 2. nu. 9. vol. 1. item niſi eſſet feudum francum, Soccin. Iun. dicto conſ. 115. nu. 32. vol. 2. & in quibus alijs caſibus ſit valida, vide Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in 3. formula num. 13. fol. 408. & quid in feudo ex pacto accedente aſſenſu, Auctor conſ. 75. num. 21. & 22. vol. 2.

Num. 28. eſt deciſio Auctoris noſtri 6. de qua in meo Compend. verb. aſſenſus, & verb. diuiſio, an autem reuocatio fieri poſſit pendẽte impetratione aſſenſus, deciſum fuit negatiuè, Aloyſ. Mormil. in ſingul. ad dictam conſtit. conſtitutionem num. 4. ſicut in dicto Compend. verb. reuocatio, an autem talis reuocatio debeat eſſe verbalis, vel realis præuia oblatione recepti, fuit deciſum verbalem tantum ſufficere, Maricond. in dicta conſtit. incipit, an autem ſi petatur, an autem fieri poſſit talis reuocatio propria auctoritate, an porrecto memoriali pro aſſenſu, licet aſſenſus adhuc non fuerit præſtitus deciſum fuit negatiuè in cauſa Marchionis Vallis Siculæ, cum Vniuerſitate Longobardorum, Auctor conſ. 14. vol. 2. nu. 20. reliqua circa iſtam materiam reuocationis retuli in d. Compend verb. reuocatio.

Num. 29. adde ſingulariter Reg. de Curte in diuerſ. iur. feud. §. licet autem veriſſima nu. 48. vbi num. 49. & 50. loquitur de emphyteota, Domino directo, ac de Rege Domino directo feudi, eo quod prælatio Domino directo competit nedum in contractu emphyteoſis, ſed etiam in contractu ſubmiſſionis, Maur. Iun. in allegat. 9. num. 5. & ſic in feudis, vt dixit ibi Reg. de Curte, quæ eſt perſonalis, nec poteſt alteri cedi, ad quod faciunt collecta per Ricc. collect. 1395 & melius in prælatione venditionis feudi in collectan. 2059.

Num. 30. de hac eadem materia, quando concedatur prælatio agnato, & in quibus feudis abundè loquitur Auctor noſter in deciſ. 11. per totam.

Num.

§. III.

NVm.1. adde, quod filius ſicut tenetur hæres eſſe in feudo hæreditario, ſic pater ipſum inſtituere, Anna alleg.127.num.30.& feudum hæreditarium non poteſt quis habere, niſi ſit hæres in ipſo feudo, Reg. de Curte in diuerſ.feud.§.multoties concedens nu.61. nouiſſimè Conſil. de Georg. in repet. feud.cap.47.nu.15.

Num.2. iſtam quæſtionem ex profeſſo examinat vtriuſque opinionis concordantiam adducendo, Reg.de Curt. in diuerſ.iur.feud.d. §.multoties ſub nu.60. cum ſeq.

Num.3.idem Regens vbi ſupra verſ.alij ſequuti, & ſic deciſum tradit Anna allegat.96. num.2.

Num.4. filius etiam, quod non ſit patris hæres in allodialibus habebit feudum ex pacto, & prouidentia,idem Reg.de Curte in d.diuerſ. §.nunc de altera nu.23. vbi limitat num.18. ſecus eſſe in feudo ex pacto nouo, nam feudum ex pacto nouum in omnibus,& per omnia habet vim hæreditarij, ſicuti in antecedenti nu.17.demonſtrat. Secundo limitat in feudo ex pacto,& prouidentia paterno, ſiuè antiquo,quod habere non poteſt, niſi ſit hæres patris in allodio, ad quod agnatus non obligatur ibidem nu.20. & ita filius in feudo, quod eſt ex pacto, & prouidentia hæres patris eſſe tenetur, per inuentarij tamen confectionem hoc caſu à paternis debitis redditur immunis,Franch.deciſ.525.nu.9.

Num.5. vide Rolandin.in ſuo flore teſtament. par.1. rubr.11. nu.16. & ibi Molert. in addit. nu.17.Turzan.inter commun.opin.tit.de inſtit.& ſubſtit.nu.36.faciunt collecta per Alphan.in collect.1591.

Num.6.& ſic bona feudalia caſtrenſibus, & allodialia paganicis æquiparantur, Reg. de Curte in diuerſ.feud.in §. cum igitur nu.9.

Num.7.infra eodem nu.18. duæ ſunt hæreditates,ſcilicet feudi,& allodij,Camerar.in cap. 1.de ſucceſſ. feudi nu.96.

Num.8.latiſſimè Anna in allegat.96. de quo in meo Compend.deciſ. Regni verb. primogenitus,vbi multos Doctores allegaui, an etiã id procedat in legatis,deciſum fuit affirmatiuè, de quo per Auctorem in conſ.13. vol.1. num.26. in eodem Compend. verb.onera,& quatenus onera prędicta eſſent ſoluenda pro rata bonorum exiſtentibus hæredibus in feudalibus, & in burgenſaticis diuerſis, an facta venditione per teſtatorem in feudalibus,& in defectum ſuper alijs bonis cum pacto de retrouendendo cum promiſſione ſoluendi, etiam de pecunia propria teneatur dumtaxat hæres in feudalibus excluſo alio hærede in burgenſaticis pro eius rata, deciſum fuit ad omnes ſpectare, Franch. deciſ. 159.& ita pluries deciſum teſtatur Anc. de Alex. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua incip. ad intellectum, de quo in dicto Compend. verbo onera hæreditaria, vbi alios Doctores citaui.

Num.9. idem Reg. de Curte in d. diuerſ. iur. feud §.multoties concedens nu.29. quæſtionem iſtam examinat,conciliando opiniones ante eum Camerar.in cap.1.de ſucceſſ.feudi num.67.

Num.10. idem Regens in d §. nunc de altera num.20.

Num.11. adde Præſ. de Franch in deciſ. 525. num 9.

Num.12. hæres feudi propriè dicitur, quando feudum eſſet cum qualitate hæreditaria, idem Reg.vbi ſupra d.§.multoties nu.23. & nu.24.ſubnectit,quod dictio hæres, quandoque eſt qualitas accidens, quandoque eſt qualitas cohærens ſubſtantiæ, vt ibi per eum.

Num.13.idem Regens d.§.multoties nu.24.

Num.14. idem Regens de Curte vbi ſupra num.23.

Num.16.Regens de Curte latiſſimè in dicto §. multoties nu.48& ſeq.Phannuc.in tract.de inuent par.6.à nu 15.cum ſeq.

Num.17.Reg.de Curte vbi ſupra nu.73. & 21.

Num. 18. hæres in feudo differt ab eo, qui eſt hæres in burgenſaticis,Camer.in d.cap.1.nu. 107.de ſucceſſ.feudi.

Num. 19. an autem inuentarium profit ſucceſſori in feudo hæreditario, ex eo quod transfertur à moriente in hæredem, vide Reg.de Curt.in diuerſ.feud.§.multoties cõcedens nu.25. & num.27.ſubnectit, quod inuentarium in ſucceſſione feudi hæreditarij operatur, ſicut in qualibet ſucceſſione, an autem operetur inuentarium in feudo hæreditario,Franch.deciſ.1.nu.34.Inuentarium in feudis operatur,vt hęres aduerſus defuncti factum venire poſſit, Alex. conſ.34. in 4.vol.col.4. conſ.13.col.pen. vol.5. conſ.26. col.3. eod.volum. Grat.conſ.4.num.39 vol. 1. & an inuentarium profit in feudo hæreditario, cui vera qualitas hæreditaria in ipſa ſubſtantia feudi ineſt, Camerar. in l. imperialem §. præterea Ducatus fol. 789. in paruis, & quid operetur in feudo hereditario inuentarium, idem in d.l.imperialem fol.141.verſ.vnum tamen, qui in d.§.præterea fol.816.dixit,quod confectio inuentarij, neque nocet,neque prodeſt,de veritate articuli præſentis vide Phanucc. de inuent. par. 6.à nu.8.cum ſeq. hæres enim cum beneficio legis, & inuentarij, non dicitur verè hæres,

Anna

Anna allegat. 233. ſed propriè hæres eſt, qui eſt ſcriptus in teſtamento, idem in alleg. 10. num. 21.

Num. 20. & ſic intelligitur regula illa tradita in feudo hæreditario, quod debeat eſſe hæres, qui ſuccedit quando poteſt eſſe hæres; cæterum ſi non poſſit veniret ad ſucceſſionem feudi iure ſucceſſorio feudorum à lege feudali vocatus, ex mente Capyc. refert Regens de Curte in d. §. multoties num. 75. ſucceſſor in feudo illud capit, non ex teſtamento, nec ab inteſtato, ſed ſucceſſorio iuris feudorum, Camerar. in cap. 1. nu. 62. de ſucceſſ. feud.

Num. 21. ſatis de hoc loquitur idem Reg. de Curte loco citato ſupra num. 2. & 3. qui quidem Reg. nu. 68. declarat quando hæres in feudo hæreditario ad onera teneatur, & ad quæ onera, & hæres feudorum quando teneatur ſoluere debita hæreditaria burgenſatica pro rata, Anna latè in alleg. 98. nu. 1. & alleg. 126. nu. 11.

Num. 22. ad iſtam materiam onerum hereditariorum inter hæredes, & fideicommiſſarios, & legatarios diuidendorum, & quomodo ſatis copiosè ſcripſit Peregrin. in tract. de fideicommiſſis art. 4. per totum.

De Aſſenſibus Regijs, &c. Tit. VII.

NVm. 1. vide in meo Compend. deciſ. Regni, verb. aſſenſus an præſtari poſſit, vbi omnes deciſiones cumulaui, ac modernos Doctores allegaui.

Num. 2. affirmatiua ſententia vera eſſe perſpicitur, & quod Baronia ſit, quid vniuerſale videas Franch. deciſ. 1. num. 42. quemadmodum etiam Baronis nomen generecum eſt, & ſub eo includuntur omnes ſpecies Baronum, vt tradit Capibl. in rubr. pragm. de Baron. nu. 18. Includuntur pariter omnes titulati, ſiuè titulo aliquo decorati, vt ſunt Comites, Duces, Marchiones, & Principes, vt ibidem in antecedenti nu. 17. concludit, & inſuper feuda titulata, non penitus regulantur eo modo, quo alia caſtra, & feuda, refert Afflict. in conſtitut. ſi aliquis Baro num. 5.

Num. 3. quod Baronia ſit feudum teſtatur Afflict. in cap. vnico in princ. de capit. qui cur. vend. nu. 86. & in quo differat à feudo, idem in cap. 1. num. 12. in princ. de lege Corrad. & quid ſit baronia, idem Auctor noſter in repet. feud. lect. 1. nu. 82.

Num. 4. Baro eſt, cui Rex dat feudum in baroniam, Conſil. Georg. alleg. 5. nu. 5. & quomodo Baro quis efficiatur, Auctor noſter in d. repet. ead. lect. 1. nu. 79. cum ſeq. & Baro de allodio poteſt erigere feudum ſecundum Andr. an autem ruſticus eandem prærogatiuam conſequatur, idem Auctor in lect. 3. nu. 21. & lect. 4. nu. 21. & ita etiam Baro dicitur ille, cui Rex concedit feudum non habens ſubfeudatarios ex clauſula in inueſtitura appoſita, facimus vos propterea Baronem Regni, Afflict. in cap. 1. §. ſimiliter nu. 108. de capit. qui cur. vend.

Num. 5. non tamen dicitur dignitas, licet dicatur habere maieſtatem Baro, ita vt eorum ſubditi in eum conſpirantes dicantur crimine læſæ maieſtatis teneri, vide Chaſſan. alia cumulantem in cathal. glor. mundi part. 5. conſid. 56. in princ. & licet dicatur dignitas baronia, non tamen regalis, eo quia filius Baronis patre viuente, non dicitur Baro ſicut filius Comitis per rationem allegatam, ita Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de orig. Baron. nu. 17. & in præcedenti nu. 15. dixit, quod Baronalis dignitas non eſt Regalis, quia baronia diuiditur inter ſucceſſores.

Num. 6. vltra Maſtrill. in tract. de magiſtr. lib. 4. cap. 13. nu. 89. adde ſic procedere in alijs dignitatibus, prout ampliando notat Auctor noſter in lect. 6. nu. 48. & in præcedenti num. 46. quomodo conſtituantur, hoc eſt de natura inueſtituræ, cum à Rege feuda concedantur inſimul cum titulis ipſorum, & ita Capyc. in ſua inueſt. feud. proſequendo tenorem inueſtituræ, ſubnectit in illa rubr. & cum titulo Principatus, ad quod ſingulariter Capibl. in d. rubr. de Baron. nu. 9. annectit duobus modis Baronem creari poſſe Primò, ſi Terra cum vaſallis conceſſa eſſet à Rege in baroniã, & hac qualitate baroniæ expreſſa adiecta, quia cum Regis ſit dignitates conferre, cum ab eo fluant, & refluant, nil aliud quærendum eſt, ſed ille conſtitutus Baro diceretur, ſed ſi citra illam baroniæ qualitatem terra eſſet conceſſa, & ſi Ciuitas eſſet magna ad hue non aliter Baro, ſed ſimplex feudatarius diceretur, hinc eſt, quod Baro non dicitur ille, qui tenet baroniam de facto, Anna in repet. conſtit. conſtitutionem nu. 283. vltra Afflict. in d. §. ſimiliter num. 118. Altero modo Baro creari poteſt à Rege, ſi Rex permitteret, quod quis aliquam ex Terris ſibi infeudatis ipſe alteri ſubinfeudaret, tunc ob ſubfeuda, quæ ab eo tenentur quaternata, ille tandem diceretur effectus Baro, vt ibidem Capiblan. in ſeq. num. tradit, & ita diceretur baronia, Gramm. conſ. ciuil. 68. nu. 2. alias inſuper obſeruantias in Regno Frãciæ approbatas retulit, & melius ante eum Frecc. di-

&o tract. de subfeud. lib. 1. rubr. de origin. Baron. nu. 26. & seq. & nu. 39. & 45. quem etiam sequitur Reg. de Curte in diuers. feud. §. sed vnde num. 15. 16. & 17. An autem aliud sit concedere feudum in Comitatum, vel Comitatum in feudum, vltra eundem Reg. de Curt. vbi supra n. 23. vide Consil. de Georg. alleg. 8. num. 13. & 26. ita quoque Princeps, Marchio, Dux, & Comes, dicuntur, qui à Rege, vel alio supremo Principe de tali dignitate inuestiuntur, idem Reg. in eodem diuers. feud. §. sed vnde digressi nu. 9. vbi nu. 23. subsequitur possessor ducatus, &c. non aliter dici nisi rei dignitas collata sit.

Nu. 8. & in quibus differant inter se tradit Frãc. de Curt. in tract. feud. par. 2. in 2. quæst. princip. num. 4. & melius Afflict. in constit. si aliquis Baro nu. 4.

Num. 9. non est dubium, quin feudum sit quid vniuersum continens sub se plura membra, de quo latè per Consil. de Georg. in allegat. 50. nu. 2. & ibidem nu. 4. dixit feudum ad instar corporis humani muti reputari, quapropter non tantum res diuersę speciei continere cernitur, sed etiam bona burgensatica, vt ibi per eum, & in ijs cadit caput baroniæ, quod cum sit principalius nunquam in generali sermone continetur, nisi specificè de eo mentio fiat non ab re, qui habet caput baronię magis honorandus est, cum videatur, quod ille solus nõ alij habentes partem in baronia reputari Baro, vt dixit Chassan. loc. cit. multo magis in alienatione, seù obligatione feudi, nisi de capite specificè mentio fieret non militaret alienatio, neque assensus eo, quod esset peruersio ordinis, vt membra caput cõtinere videretur, quod sanè ferendum non est: quinimò attenta capitis feudi dignitate concludit Bald. in cap. ad hoc de pac. iur. firm. quod venditio capitis castri comprehendit totum castrum, quod etiam notatur in cap. in ecclesiastico 23. q. 2. & multa autem ad ornatum istius materiæ notat Afflict. in d. constit. si aliquis Baro in 5. notab. Insuper an subfeudatarius tenens feudum in territorio alterius Baronis, debeat ei soluere releuium, vel Comiti, qui est caput feudi, vide Iacob. de Gello in tract. de iure adhoæ nu. 90.

Num. 10. vide notata supra eod. nu. 6.

Num. 11. Quamquam Comitatus dignitas sit vniuersitas castrorum, & villarum, quemadmodum feudum, quod est vniuersitas agrorum, sic & baronia, vt refert Consil. Georg. alleg. 5. nu. 3. & sic æquiparantur, sed vt Auctor aduertit differunt Comitatus, & baronia, aut Comes à Barone vti diuersi, sicuti Curt. vbi supra notat, eo quod diuiditur baronia inter plures successores, quia non est posita inter regales dignitates, quod secus est in alijs dignitatibus, scilicet Comitatus, Ducatus, Marchionatus, vel Principatus, vt quoque multos congerẽdo prosequitur Iul. Clar. in §. feudum q. 44. & ibi optima additio; quamuis etiam, & Comitatus consistens in pluribus castris possit in ipsis diuidi secũdum opinionem Soccin. & aliorum, quos cõprobat idem Consil. Georg. d. alleg. 8. nu. 15. at pro concordia videndus est idem Iul. Clar. vbi supra, in Regno tamen nostro talis diuisio non procedit, & successiuè talis differentia, eo quod non diuiditur feudum, sed primogenitus tantum succedit in eo, qui tenetur ad vitam, & militiam cæteris fratribus, ex vulgat. constit. Comitibus, vbi Afflict. & Frecc. singulariter in lib. 3. de subfeud. in different. inter feud. regal. titul. & alia nobilia nu. 3. vbi dixit procedere in viuentibus in Regno iure Francorum.

Num. 12. vltra Iul. Clar. vbi supra notandum est quod dixit Camerar. in l. imperialem §. præterea fol. 811. in paruis de prohib. feud. alien. per Feder. quod feuda in quantum feuda diuidenda sunt, sed dignitas ipsa, quæ indiuidua est, efficit vt ipsa indiuidua efficiantur, quo fit dum baronia in Regno censeatur dignitas ex relatis supra per Auctorem nu. 5. subnectitur pariter esse indiuiduam, sicuti cæteras dignitates, nimirum si feuda Regalia, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus inter hæredes non diuiduntur, sed vni hæredum in subsidium applicantur, vt per Frecc. de subfeud. lib. 3. in differẽt. inter feud. regal. & alia, &c. in 1. different. nu. 1. vbi nu. 2. censet feuda, quæ non sunt regalia, nec titulata diuidi inter hæredes iure feudorum, ergo secus de iure Regni, respectu autem dignitatis Principatus ab Auctore hic notatę, videas Chassan. in eodem cathal. par. 5. consid. 54. vltra Capyc. in d. inuestit. feud. rubr. feud. clauſ. ibi cum titulo Principatus, quæ siquidem dignitas Principatus de iure communi feudorum erat incognita, Regens de Curte in diuers. feud. §. sed vnde digressi numer. 10.

Num. 13. adde Mastrill. in d. tract. de magistr. lib. 4. cap. 2. nu. 15. Princeps enim est, qui dignitates facit, ita Loffred. consil. 29. num. 1. eo quia habet thesauros dignitatum, Anna alleg. 57. nu. 2. Maur. Iun. alleg. 7. nu. 2. non mirum ad ipsum solum spectat conferre honores, quamuis honor sit premium virtutis, est tamen in arbitrio Principis, cui, & quando conferre placuerit Chassan. in d. cathal. par. 5. consider. 24. in 168. priuil. similitet & conferre nobilitatem, idem Maur. Iun. vbi supra

nu.

nu.1. & tanto magis nouas dignitates creare, sicuti ipsi Regi solo in Regno competit ius de nouo infeudandi, idem Reg. de Curte d.§. sed vnde nu.27. similiter & nouam formam succedendi in feudis, Nicol. de Agat. inter cons. Bruni cons.5. nu.9. pariterq́, & si dignitas non debeat diminui, sed augeri, & dignitatis diminutio est diminutio famæ, Neuiz. inter d. cons. Bruni cons. 12. num.109. non tamen procedit in Principe, seù Rege, qui eas dignitates non tantum augere potest, quemadmodum ipse potest duas dignitates, vel duo officia vnire, Maur. Sen. alleg. 18. nu.7. sic etiam & duo feuda, vel vnum diuidere, idem in allegat. 20. num. 7. similiter & illas diminuere, sicut potest etiam inferiorum iurisdictiones supprimere, ita Afflict. in constit. ea, quæ ad decus num.9. & hic cõferunt alia huic quæsito principaliter relata ab Auctore supra de prouis. fier. solit. §. 2. per totum, sed melius ad rem nostram ipsemet Auctor in repet. feud. lect. 8. nu. 1. dixit Regem posse infeudare, item non concedenda concedere, ac nouas erigere dignitates, & quomodo intelligatur declarat num. 39. vbi pariter id limitat, nisi infeudationes tales essent, ex quibus diminueretur honor Regis, vel coronæ, ante eum Luc. in l. vnica C. de metrop. berit. lib. 11. vers. item collige.

Num.14. Aduerte tamen, quod filij omnes maximè de iure feudorum ad successionem vocantur, & inuitati sunt ad successionem, Afflict. in cap. quidam vasallus nu.37. de vasall. decrep. ætat. & successiuè feudum diuidi potest inter fratres, & agnatos, sicut potest diuidi hæreditas inter hæredes etiam, quod sit feudum nouum, idem in cap. 1. §. itẽ si fuerit nu.6. quib. mod. feud. amitt. non tamen procedit in feudo Regali, scilicet Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, in quibus feudis de iure isto non succedunt omnes filij æqualiter, & sic non sibi locum vendicat diuisio, sed tantum maior natu succedit, vt ibi nu.9. subdit, quod etiam nouissimo iure comprobatum est, de quo per Frecc. de subfeud. in d. 3. different. inter feud. titul. & alia nu.1. nisi tamen esset in hoc consuetudo vetustissima, sicut est in Lombardia, vt ipsemet Afflict. in cap. omnes filij num. 2. si de feud. fuer. contr. inter Domin. & agnat. & subdit nu. 9. quod filij Comitis in Lombardia omnes in Comitatu succedunt, & Comites dicuntur, vt quoque notat Auctor in lect. 12. nu.5. quod pariter dixit Frecc. immemor de Afflict. in libr. 1. de subfeud. in tit. de antiqu. stat. Regn. num. 68. vbi censet antiquis temporibus ex historijs vno, eodemq́; tempore in eodem Comitatu, duos, vel plures præfuisse Comites in Comitatu Theani, in Comitatu Venafri, & Aquini, & aliorum, sic pariter & baronia inter successores diuiditur, cum non sit Regalis, ita Frecc. d. lib. 1. tit. de origin. Baron. num.15. vt tandem Auctoris opinioni satisfaciam hæc recollexi, sed mihi aliter visum est circa hoc perscrutari, hanc siquidem æquiparationem non rectè procedere in omnibus, nam feuda titulata non pęnitus regulantur, eo modo, quo alia castra, & feuda, Afflict. in constit. si aliquis Baro nu.5. adeò quod licet ex lege feudorum omnes filij succedant, non tamẽ procedit ex dispositione Iuris Francorum, sed tantum primogenito defertur feudum, & potissimum feudum Regale titulo decoratum; in tantum quod feudum Principatus, vel Ducatus, aut Comitatus totum censetur legitima primogeniti, Frecc. d. lib. 3. in d. different. inter feud. titul. & alia in 39. different. & quamuis aliter seruetur in Lombardia, non tamen ad exemplum trahenda sunt aliorum feudorum, nam feuda dignitatum multa habent specialia, in alienatione, nempè obligatione, & successione ipsorum, Reg. de Curt. in eodem diuers. d. §. sed vnde digressi nu.12. imò idẽmet Frecc. d. lib. 3. d. tract. de different. inter feud. titul. & alia, multas recollexit differentias inter ea, & ob id iura loquentia de ipsis feudis Regalibus non porriguntur ad alia, nisi dicamus, quod attenta dignitate baroniæ videantur sibi inuicem parificari & ita iura feudalia militare, quinimò sicuti in Lombardia succedunt in Comitatu, ita quod omnes Comites dicantur, sic etiam in baronia omnes dicuntur Barones, quemadmodum in Regno è contrario primogenitus est maior natu, sicuti solus succedit in feudis Regalibus dignitatem habẽtibus, vt supra dixi, ita pariter in baronia cum de iure Francorum solus primogenitus succedat, Afflict. in cap. 1. §. & quia de ijs, qui feud. dar. poss. nu.8. non solum in maioribus feudis, vt ipse testatur in cap. natura nu.55. de nat. feud. sed indifferẽter in omnibus alijs feudis solus ipse succedit, Anna in rubr. de vasall. decrep. ætat. nu.98. & sicuti potissima est successio feudorum dignitatum primogenitis, ita vt legitima ipsorum rectè appelletur: ita pariter quodlibet feudum dicitur legitima primogeniti, idem Anna sing. 197. & non mirum si totum peruenire debeat, apud vnum, idem in alleg. 41. nu. 2. Intãtum, quod si Dux haberet castra in Frãcia, & alia in Lombardia, primogenitus succedit in totum in Francia, in castris verò Lombardiæ vna cum alijs, Neuiz. inter cons. Bruni feud. cons. 12. nu. 89. & feudum reduci potest

ad

ad ius primogenituræ, quod alias eſſet inter filios diuiſibile fauore feudi, quia reducitur ad meliorem ſtatum, & primogenitum, eo quia melius per vnum, quàm per plures regatur, Fuſc. ſing. 47. lit. F.

Num. 15. quò ad æquiparationem iſtam Baroniæ cum Comitatu aliqua notauit Afflict. in d. conſtit. ſi aliquis Baro in 5. notab. vbi particulariter notat, quod Baro ſicuti denominatur, & nomen aſſumpſit ex capitis baronię poſſeſſione, ita & Comes ex capite Comitatus, in quibus dotarium conſtitui non poteſt, & ſic ſubnectit caſtrum, vel terra, quę nominatur titulus Baroniæ, vel Comitatus, vt eſt Caſerta gaudet iſta prærogatiua, vbi ſupra num. 5. aliijs comprobat exemplis, ex quibus vna cum dictis hic per Auctorem colligitur pragmaticam iſtam nouem capitum fuiſſe intellectam, & interpetratam, quando cum conditione terræ transferebatur titulus in emptorem, tunc enim aſſenſus à Rege impetrandus erat, ita Reg. de Curte d. §. vnde digreſſi nu. 18. & vltra hæc vide Maſtrill. in d. tract. de magiſtr. lib. 5. cap. 6. nu. 70. citantem hic Auctorem.

Num. 16. adde circa dubitationem caſus Marchionis Caſalberis hic tacti ab Auctorem, Regens de Curte eundem caſum diſcutientem in dicto tract. §. ſed vnde digreſſi numer. 20.

Verſic. ijs non obſtantibus, quod Baronia concedi debeat in titulum, ſicuti etiam alia regalia feuda, dixi ſupra eodem nu. 6.

Verſic. quæ redduntur, vide Conſil. Rouit. in pragm. 4. nu. 3. de feud.

§. I.

NVm. 1. de hac eadem materia locutus eſt Auctor ſupra in rubr. de aſſenſ. Reg. ſuper dotium, præſertim nu. 5. vbi alia retuli.

Num. 2. idem Auctor in loco ſupra citato nu. 7. explicat cap. hic citatum, an autem in dotario procedat hic Auctor tenet ſententiam affirmatiuam, & ante eum ſic concludit Cãpag. in cap. mulier, quæ dotarium nu. 12. & 13. & de hac eadem re loquitur Nunt. Pellic. in conſuetud. Auerſ. cap. 5. nu. 171. cum ſeq.

Num. 3. vltra Auctorem in conſ. 157. n. 19. vol. 2. Eſt enim certiſsimum in iure aſſenſum requiri in alienatione feudi quaternati ſimpliciter, vel ſecundum quid, vt dixit Auctor in conſ. 72. nu. 4. vol. 2. Non enim ſufficit Baronis aſſenſus, dixit Anna in rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 145. ſimiliter nec Regis aſſenſus in feudis quaternatis ſecundum quid ſufficeret, Anna in alleg. 45. nu. 67. ſed verius aſſenſus Regis, & Baronis exquirũtur in iſta alienatione feudi quaternati, quod à Barone tenetur, Præſ. de Franch. deciſ. 154 nu. 3. in tantum verum eſt, quod aſſenſus Regis, & Baronis difformes in feudo quaternato ſecundum quid conceſsionem vitiant, idem Auctor d. conſ. 72. nu. 5. & 19. & ſic neutram valere conceſsionem, refert idem Anna in repet. d. conſtit. conſtitutionem nu. 40. Maur. Iun. alleg. 4. nu. 18. & ſic deciſum Auctor refert in lect. 6. num. 41. quamuis Rex poſsit conferre feuda quaternata ſecundum quid, & ipſemet eligere perſonam, quæ in feudum à Barone teneat, cęterum ſecundum capitula Papæ Honorij electio, & præſentatio debet eſſe Baronis, & confirmatio dumtaxat Principis, Auctor in lect. 6 nu. 39. & 42. an autem reuocari poſsit alienatio feudi quaternati exiſtentis in baronia, ſi ſolus Regis aſſenſus interuenerit, non tamen aſſenſus Baronis, vide Afflict. in l. imperialem in 12. notab. nu. 47. de prohib. feud. alien. per Feder. tenentem fieri poſſe.

Num. 4. adde Auctorem in repet. feud. lectur. 1. nu. 61. & melius num. 71. & 72. vbi hic ſe remittit concludendo, aſſenſus vtriuſque requiri in feudo mixto ſecundum quid.

Num 5. aſſenſus præſtitus cum iſta clauſula iuribus noſtris ſemper ſaluis, quid operetur, vide Fuſc. ſing. 103. lit A, vbi plura, & Auctor noſter in d. reper. lect. 1. nu. 10. loquitur de iſta clauſula iuribus noſtris, &c. & nu. 39. de alia clauſula, feudi natura in aliquo non mutata, & melius in conſ. 20. nu. 54. & conſ 65. nu. 5. conſ. 60. nu. 20. conſ. 155. nu. 32. vol. 2. inſuper de eadem clauſula iuribus noſtris, &c. loquitur Anna alleg. 67. num. 21. & alleg. 41. nu. 32. ſingul. 123. Maur. Iun. alleg. 28. num. 3. ſimiliter de clauſula, feudi natura, & vltra Auctorem in conſ. 27. nu. 17. & conſ. 42. num. 26. eod. vol. Anna d. alleg. 41. nu. 36.

Num 6. de hac clauſula vide Fuſc. ſingul. 87. lit. C, vbi plures citat, & melius Auctorem noſtrum conſ. 5. nu. 10. conſ 131. nu. 25. vol. 2.

Num. 7. vltra Annam in repet. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. nu. 203. cum ſeq. videas Auctorem in repet. feud. lect. 1. nu. 70. & ſeq. vbi hic ſe refert, ſed melius in lect. 21. nu. 25. & lect. 22. ſub nu. 29. articulum iſtum plenè examinat, ad quod adde Frecc. de ſubfeud. in differ. inter feud. quat. & alia nu. 26. vbi aliter ſentire videtur de iure Regni, quid autem in feudo ex pacto, an aperiatur Domino in præiudicium ſucceſſorum, vide eundem Auctorem noſtrum in lect. 17. nu. 15. & Iul. Clar. in §. feudum q. 66. & quid in Prælato habente feudum à Rege, & contra eum culpam commiſerit, an Eccleſiæ præiudicabit, vt feudum

Domino

Domino deuoluatur, vide Carauit.in rit.52. ſub nu.6. verſ.licet autem, & ibi addita per me,Iul.Clar.in d.§.feudum q.67.latiſſimè, reſpectu verò deuolutionis ob alienationem factam ſine aſſenſu Regis,vel Baronis,& cui applicabitur feudum proſequitur Anna in repet. conſtit. conſtitutionem num. 195. & 196.

Num.8.adde Freec.de ſubfeud.d.lib 3.in differ.feud.quatern.& alior.nu.26. & lib.2.in 29.author.nu.1. & ratio eſt illa ſecundum eundem Auctorem noſtrum, cur deuolutio ad Baronem ſpectet de feudo quaternato, nam ſi feudum quaternatum cum Regis aſſenſu in ſubfeudum concedatur adiecta clauſula,vt immediatè, & in capite à Barone recognoſcatur iudicabitur vt feudum planum & ſic nequaquam permanebit ſub diſpoſitione conſtit.poſt mortem,ſed iuris communis feudorum,vt teſtificatur Auctor in d.repet.lect.1. num 93. vide quoque Conſil. de Georg.in repet.feud.par.1. cap.7. ſub nu.9. vbi citat Auctorem.

Num. 10. & quod feudum ob lineam finitam reddat ad fiſcum,vna cum dominio, & poſſeſſione,refert Maur.Iun.alleg.1.nu.20.ſimiliter & feudum nouum reuertitur ad Dominum per mortem feudatarij illud tenentis, ſiuè deſcendenti, Afflict. in cap. 1. an apud Iud.vel cur.dom. &c. nu.2. quomodo autem feudum ad Dominum reuertatur, vide Reg. de Curte in d.diuerſ.feud. §. cum igitur numer.32.

Num.11. memini de iſta deciſione gloſ. hic citatæ in meo Compend. Deciſ. Regni verbo feudum.

Num.13.idem Auctor in d.repet.lect.1. nu.56. & quod Papa directum dominium habeat in vniuerſo,tamen in ſingularibus, & particularibus rebus in Regno habet Rex, refert Auctor d.lect.1.num.57.& 58.& in deciſ.33. nu.13.Reg.de Curte in eodem tract. §.licet autem nu.17.& potiſſimum Rex Siciliæ, qui eſt Dominus directus feudorum in Regno, idem Reg.in §. multoties concedens nu.98. quid autem in Barone reſpectu feudorum ſuorum vaſallorum, vide Afflict.in prohem. conſtit.q.23.per totam,& ob id an Baro poſſit præſtare aſſenſum validum ſuper alienatione rerum particularium ſuorum ſubfeudorum;quando diſgregantur à corpore feudi, & quid ſi interueniat conſenſus Regis, vide Afflict.in cap.vnico §.ex eadem lege nu.28.de lege Corrad.nam feudum ex pluribus membris,& iuribus conſtitit, vt dixit Paris de reintegrat.feudor.quem citat Addens ad Troyſ. in rit.50. nu.5. & dominium directum in rebus ſingularibus quale ſit,& quale in vniuerſali, refert Marta vot. 240. numer.3.

Num.14.feudum, vt dicatur eius collatio pertinere ad Regem ſufficit ſemel collatum eſſe,ita Afflict.in cap.ſi inter num.51. de controu. apud par. term. & feuda quaternata ſunt, quæ pertinent ad collationem Regis, idem in conſtit. poſt mortem nu. 6. & deciſ. 282.in 1.dubio.

Num.15.idemq; tradit Auctor in d.repet. feudor.in lect.6.nu.43.

Num.16.idem Auctor in d.repet.lect.22. num. 26.& deciſ.23 n.7.& de iſta deciſione Freec. habetur in meo Compend.verb.feuda deoluta,vbi alios citaui, & pariter in verb.feudum, multa autem ad ornatum iſtius text. collexit Alphan.collectan 806. & an habeat locum in feudis, nouiſſimè idem Reg. de Curte in d.tract. §. nunc de altera nu. 51. & quid in fideicommiſſis an habeat locum d. §.Cornelio felici,vide Vriill.deciſ.282.num. 21.faciunt etiam collecta per Conſil. Annam Iun.in ſua collect.185.

Num. 17. adde Auctorem in d. repet. lect.17. nu.15.& lect.22 nu.11.& 15.cum ſeq. vltra Iul.Clar.in §.feudum q.66.latè Reg.de Curte d.§.nunc de altera num.37. & ſeq. de hac autem deciſione memini in eodem Compend.verb.feudum,vbi plura notaui.

Num.18. ob contumaciam iuriſdictio etiam ſuſpenditur, Mormill.in conſtit. grandis nu. 1. nota, quod feudum ammittitur ob contumaciam, ſicut & aliæ res,ita Afflict. in cap. ſancimus nu.102.quo temp.mil. nam contumax infidelis reputatur idem in cap. vnico verſ.condemnatorum,quæ ſint regal. nu.32. & quomodo ex ijs contrahatur contumacia diffusè idem Afflict.in cap.vnico de mil. vaſal.qui cont.eſt, & Capyc.in inueſt.feud. rubr. feud. amitt. verſ. ſeptuageſimo octauo ſi vaſallus, & vide Freec.de ſubfeud. lib.2. in 29.author.ſub nu.2.verſ.dubitauit Andr.vbi examinat quando ob contumaciam feudatarij fiſcus vendicat feudum, vita tamen durante, Marta in vot. 204. & an in præiudicium agnatorum amittatur, idem in voto 168.

Num.19.an autem Rex, cui feudum ob culpam vaſalli reuerſum eſt, teneatur ad debita ipſius, & ſic abſque onere, vide Præſ.de Franch.deciſ.192.nu.1.vbi plura,verùm reſpectu onerum feudi, aliqua notauit Camerar. in l.imperialem in princ.fol.82.in paruis, verſ. ad quod elucidandum, potiſſimum quænam ſint, & contra quos tranſeant, vbi pariter loquitur, quando feudum deuolueretur, & aperiretur, ad quem ſpectabunt onera, & fol.85.verſ.alia verò ſũt onera,& quod onera

ra feudi tranſeunt contra quoſcumque poſſeſſores feudi, vt ſunt decimæ in beneficijs, idem ibidem fol.152. verſic.primo modo, & fol.392. verſic.pro contraria, ſimiliter tranſeunt onera, ſi feudum à vaſallo ipſi Domino donetur, idem ibidem fol.238. verſ.confirmatur hoc, an autem onera ſeruitij tranſeant aperto feudo Domino, Auctor noſter conſ.155.nu.64.vol.2. an autem feudo deuoluto ob lineam finitam poſſit creditor, licet cum aſſenſu exequi ſuper illo potiſſimum in ſubſidium, vide Maur.Iun. alleg.1. num.26. quid ſi ob mortem feudatarij aperiretur feudũ Domino, an teneatur Dominus ad onera interim contracta, vide eundẽ Præſ.de Franch.deciſ.64.nu.14. tenentem partem negatiuam, niſi vaſallus refutaret poſt debita, & quid ſi aliquo titulo particulari tranſiret feudum Domino, an teneatur ad debita, vide Auctorem deciſ.3 nu.25.& ſeq.

Num.20. de hoc latè habetur per Iul.Clar.in d.§.feudum q 66.& Carau.in rit.52. ſub nu. 6.verſ.licet autem,& ibi addita per me, Cõſil.Rouit.in pragm.4.nu.2. de feud.

§. II.

NVm.1.adde Auctorem noſtrum latè diſputantem iſtam quæſtionem in repet. feud. lect.1.nu.94.& ſeq.& quæ nam dicantur feuda plana,& de tabula,latè Capyc.in inueſtit. feud.rubr.feud.gen. in verb. planum, Iacob. de Franch.in prælud.feud. tit. ſpec.feud. nu. 178. de excadentialibus verò, quæ, & an poſſint concedi, ſatis loquitur Capiblanc.in pragm.11.num.64.de Baron.vltra alios Doctor.antiquos,& idem Iacobut.de Franch.in cap.1.de ijs, qui feud.dar.poſſ. nu.25. & ſeq. & Auctor noſter in lect.6.nu.31.33.&43.loquitur de feudis planis,& de tabula,vt infra num.16.

Num.2.idem Auctor in d.lect.1.nu.96. de eadẽ re ſatis loquitur,& plenius in lect.6. & Reg. de Curt.in diuerſ.feud. §.videndum eſt modo num.42.& 43.vbi materiam iſtam proſequitur, quod nam tempus exquiratur ad inducendã præſcriptionem infeudandi,& quid in re burgenſatica poſſeſſa per 30.annos, vt feudalis,refert Maur.Sen.alleg.21.

Num.3. adde Auctorem in eadem lect.6. nu.1. cum ſeq. vbi copioſè, ad quod etiam videas Reg.de Curt.in d.diuerſ.feud.§.videndum eſt modo nu.44.vbi iſtam materiam pertractat,& quot actus requirantur ad hoc,vt inducatur conſuetudo infeudandi, & ibidem multa concernentia materiam conſuetudinis, & de conceſſione perſcrutatur à nu. 36. ad ſeq.

Num.4. idem Auctor in d.lect.1. num.86. allegando Affict.in cap.1.de controu.feud. volentem ex ſolo Regis aſſenſu feudum non quaternari,niſi vlterius apponatur clauſula illa,vt teneatur ab eo, & ſub eo, id declarat num.89.

Num.5. vide in meo Compend. Deciſ. Regni, verb.feudum quaternatum,vbi vltra Auctorem hic, allegaui Franc.de Amic. in cap. 1. de ijs,qui feud.dar.poſſ. §. ſecunda autem nu.2.fol.29. & § tertia differentia fol.56. & propterea hic notandum cenſui, quod feuda quaternata dicuntur illa, quorum collationes ad Regem pertinent, & ſunt deſcripta in quinternionibus Curiæ,de quibus per Capyc. in d.inueſtit. ead.rubr. feud.gen. verbo quaternatum, Iacob.de Franch.in d.rubric. ſpec.feud.nu.176.Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 29 auctorit.Baron.nu.3.Carau.in rit.50.nu. 3.ibidem Cauenſ.nu.1.& 2.& in rit.2.Maur. Sen.alleg.21. num.1. & ſic concludit Auctor noſter in lect.1.nu.59.& lect.7.nu.9 cum ſeq. & nu.12. rationem aſſignat, cur quaternata dicantur, nam vt dixit Capyc. loc. cit. talis ſpecies feudi in Regno non reperitur mẽtio in iure feudorum,& ita indifferenter quaternatur,feudũ præuio aſſenſu,vt meminit Auctor d.lect.1.num.62.& 73. ad 93. at quando feudum eſſet quaternatum mixtum, ſeù ſecundum quid, cuius occaſione amborum aſſenſus requiritur,ſiuè Regis,ſiuè Baronis, & tunc ſi Rex daret conſenſum Baroni infeudanti,ſiuè quaternatum ſit id quod infeudatur, ſiuè non, eo ipſo Rex dicitur quaternare feudum, quod per Bargnem conceditur, nam Rex confirmans videtur donare,vt putat Capyc. loc.cit.verſ.ponit Andr. & aſſenſus Principis operatur vim cõceſſionis,idem Maur. d.alleg.21. nu.9. quod non eſt totaliter firmum,cum in contrarium multi Feudiſtæ inſurgerũt, licet enim in alienatione Regis aſſenſus impetretur,non propterea talis aſſenſus quaternabit feudum, quia aſſenſus, qui impetratur ad tollendum obſtaculum prohibitiuum alienationis non alterat naturam feudorum,nec aliquid de nouo inducit, ita refert idem Auctor in d.lect.1.num.75.& quod remouet tantum obſtaculum, tenuit Anna in alleg.67. nu.8. & ſequitur Præſ.de Franch.deciſ.540.nu.10.idcirco feuda plana, quorũ conceſſio à ſolo Baronis aſſenſu pendet, ſi alienentur etiam cum Principis beneplacito,non per hoc tranſibunt in quaternata,& pulchra adducitur ratio per Auctorem in d. lect.1. nu.74. ſed ratio illa mihi potiſſima eſſe videtur ab Auctoribus feudorum,firmata cum feuda quaternata,ſeù caſtra dicãtur nobilia,quia paradogium, ſiuè nobilitatem tribuunt,ſuntq; à publico ſicut militia,

& de publico, ideſt de Regis patrimonio, & ſunt veluti peculia caſtrenſia ſecundū Andr. relatum ab Auctore in d.lect 7. nu.6. & 8. & inſuper quod talia feuda quaternata nobilitant, refert Cauenſ.in d.rit 50.nu.2.inde nobilis dicitur, qui habet feudū quaternatum, Affl.in conſtit.poſt mortem ſub nu.1. & propterea omnia feuda, ſiuè caſtra ſint, ſiuè non, quæ tenentur in capite à Rege ſunt feuda quaternata, & nobilitant, vt ſecūdum Andr. refert Capyc.in d.inueſt.feud.ead.rubr. verbo minus nobile feudum, verſ.in Regno dicimus, quod ſecùs eſt in Barone, niſi eſſent caſtra, vt ſubdit ibidem Capyc.vbi in princ.allegat Andr.in cap.1.§.fin.col.1. de capit.qui cur.vend.quod non ſolum feudum nobile eſt ſi tenetur à Rege, ſed etiam ſi teneretur à Barone, licet loqui videatur in feudo habente vaſallos, quod de per ſe nobilitatem dat, ſcù paradogiū, adeò quod Rex tantum nobilitatem cōfert, non priuati homines, Maur. Iun.alleg.7.nu.1.& propterea ſi aſſenſus Regis ſimpliciter cōceſſus in feudo mixto quaternaret, induceret quandam nobilitatem præter mentem Regis, dùm concurrit cum aſſenſu Baronis concedentis ſubfeudum ſuo ſubfeudatario, & ſucceſſiuè Rex priuaretur, etiam iure ſuo, etenim feuda quaternata, ideò dicebantur, eo quia in quinternionibus regiſtrabātur, vt inde redditus ipſorum certi efficerentur, ſicuti teſtātur allegati Doctor. quod potiſſimum ſit pro ſolutione releuiorum, vel adhoarum, non mirum igitur ſi ad hoc, vt feudum mixtum quaternetur ex cauſa Regis aſſenſus exquiratur, vt alia clauſula adijciatur, nempè vt expreſsè dicatur in inueſtitura, vt deſcribatur in quinternionibus, iuxta deciſ. Affli.alleg.& ibi Vrſill.in princ. vel vt dicat Rex, vt feudū teneat immediatè ab ipſo Rege in capite, & non à Barone, ſicut Auctor dixit in d.lect.7. nu.86.

Num.7. vltra Conſil.Rouit.in rubr.de feud.nu. 79.& 82.vide Auctorem noſtrum hoemet explicantem in d.lect.7. nu.8. an autem aſſenſus Regius quilibet impetratus in ſubinfeudatione facta à Barone producat talem effectum, vt feudum quaternatum ſecundum quid efficiatur, vide eundem Conſil.Rouit.in pragm.1.de priuil.intra ann.præſt. nu.53. ad 81.& Frāc.de Amic.in cap.1.de ijs, qui feud. dar.poſſ §.ſecunda autem quæſtio fol.29.

Nu.8. verùm eſt enim, quod poſſeſſio, vel quaſi quæritur ex vnico actu correſpondenti officio, ita Maur.Iun.alleg.45.nu.1. ſicq; conſuetudo infeudandi vnico actu inducitur, Reg. de Curt.in diuerſ.feud.dicto §.videndum eſt modo nu. 46. nam licet regulariter aſſenſus Regis, & Baronis in conceſſione, vel alienatione feudi mixti exquiratur, vt ſupra dictum eſt, attamen aliquando contingi poſſet poſſe Regem ſolum aſſentire citra aſſenſum Baronis, ſed hoc iuſta cauſa ſuadente ob denegationem fortè aſſenſus à Barone factam, & ex alijs cauſis relatis ab Anna in conſtit. conſtitutionem num. 200. & ſeq. vel ineſſet conſuetudo infeudandi talia per Regem, vel per Baronem legitimè præſcriptam ſpatio 30. annorum de iure ciuili, aut 40. de iure canonico, vt cenſet ibi Curt. nu.44. quemadmodum è contra poſſidens feudum per triginta annos, cum præſtatione ſeruitij diceretur ſecurus, vt voluit Anna vbi ſupra num. 98.nam diceretur legitimè inueſtitus, Maur. Sen in allegat. 35. num. 2. & ij ſunt effectus poſſeſſionis, hoc eſt aſſentire, ſicuti creare Officiales ſunt actus iuriſdictionis, idem Maur.Sen.allegat.2. num.11. ſic etiam poſſeſſio triginta annorum cum præſtatione releuij, & adhoæ ſufficit in petitorio, idem Anna alleg.144.nu.5.

Num.9.adde eundem Auctorem in d.lect.1. nu. 73.cum ſeq. vbi eādem materiam proſequitur, & quæ nam dicantur feuda plana, vide Capyc.in d.verb.planum.

Verſ.ſic ergo, adde Frecc. de ſubfeud.lib.6. in tit.quis dicatur Baro, Capibl.in rubr.de Baron.nu.8.

Num.10.licet autē Barones in Regno habeant quædam demanialia, in quibus de iure habent fundatam intentionem, quæ poſſideri non poſſunt abſque aſſenſu, Capibl. in pragmat.11.num.13.de Baronib. & hæc ſunt fidę, vel diffidę, aut iura paſculandi, vt ipſe proſequitur, vel ſimiliter ipſi Barones in Regno demanialia quædam habent ex conſuetudine, & priuilegio, inter quæ demanialia adſunt collectæ Baronum, Franch. deciſ. 56. nu.12. tanto fortius illa alienare vetantur, citra Regis aſſenſum, in tantum eſt verum, quod Baro poteſt concedere rem demanialem feudi Regio aſſenſu reſeruato, facta tamen mentione, quod res ſit demanialis, & talis conceſſio facit feudum eſſe quaternatum, idem Præl.de Franch.deciſ.154.nu.1. ſimiliter nec bona feudalia ſuæ baroniæ alienare poteſt, ſine aſſenſu Baro ipſe, Maur.Iun. in alleg.4. num.1. de quibus etiam loquitur Mormil.in conſtit. conſtitutionem nu.36. & ſeq.& allegat etiam Auctorem hic.

Num. 11. videas Conſil. Rouit. in pragmat. 4. num. 34. de feud. eandemq; opinionem ſequendo Andr. tenere, videtur Frecc.de ſubfeud.lib.2. tit.quis dicatur Baro num.1. ibi, vel habeat ſubfeudatarios, qui ab eo, vel ſub eo teneat feuda quaternata, de quo etiam meminit in titulo de origin. Baron.

&

& insuper, quod assensus Regis impetratus non aliter quaternet feudum, sed vt tollat obstaculum prohibitiuum alienationis, nec alterat naturam feudi, refert noster Auctor cons. 73. num. 15. volum. 2. & in lect. 1. nu. 75. de quo supra eodem nu. 5. ad quod singulariter dixit Maur. Ian. in alleg. 8. num. 4. quod Rex assentiendo roborat ea, quæ faciunt cõtrahentes, non autem quid præter, vel contra eorum voluntatem inducit.

Num. 12. quæ nam sit differentia quando in capite dictum sit in inuestitura, & quando immediatè teneri à Rege feudum, videas Auctorem in repetit. feud. lect. 6. num. 40. & quod Rex possit concedere Baroni feuda quaternata, vt sub eo teneantur immediatè, & in capite, latè prosequitur Maur. Ian. in allegat. 85. num. 1. sed an ipse Rex possit vasallum tenentem ab eo feudum quaternatum, & in capite submittere alicui Baroni, vt Baronem, & non ipsum Regem recognoscat, idem in alleg. 44. nu. 1. tenet, quod non, sed in feudis quaternatis secundum quid, in quibus vtriusque consensus exquiritur, nempè Regis, & Baronis, vt hic Auctor censet, & in lect. 1. nu. 71. & 92. non Regis tantum, vt dixit Anna alleg. 45. nu. 6. nec solius Baronis, idem in rubr. de vasall. decrep ætat. num. 145. in tantum quod si Rex assentiat tali alienationi, vt ab ipso feudum teneatur in capite, & immediatè, & Baro pariter eodem modo assentiret, vt ab eo immediatè, & in capite teneatur, neutrum valeret, vt ex mente Camer. & Frecc. tradit Anna in d. constitut. constitutionem nu. 40. & Auctor in cons. 72. num. 5. & 19. vol. 2. & sic decisum tradit Auctor in d. lect. 6 num. 41. & non mirum si simpliciter assentiendo Rex citra clausulam, vt ab eo, & sub eo, &c. immediatè, & in capite feudum non efficiatur quaternatum, vt dixi supra eod. num. 5. nam licet feudum vnum, & idem teneri possit in capite à Rege, & Barone, vt concludit Auctor d. lect. 1. nu. 90. non tamen immediatè, quia essent duo Domini insolidum eiusdem rei, quod satis est absurdum, de iure sic in contrarium se habente veritate iuris in l. si vnum §. si duobus vehiculum ff. commod. etenim Rex in feudis quaternatis habet directum dominium, & Barones habent vtiliter ciuilem possessionem, Io. Crisp. inter opera Gramm. in proh. const. nu. 5. citat Andr. in l. imperialem col. 4. de proh. feud. alien. per Feder. & propterea dominium feudi apud duos esse non potest, Anna in alleg. 41. nu. 3.

Num. 13. de hoc supra eod. nu. 12. aliqua notaui, sed si feudum quaternatum cum Regis assensu in subfeudum concedatur cum clausula, vt immediatè, & in capite à Barone recognoscatur iudicabitur tunc instar feudi plani, & sic non regulabitur à dispositione constit. cõstitutionem, sed iuris communis feudorum; ita Auctor in d. lect. num. 93. & seq. vbi plura, & hic nota, quod assensus Regius, & Baronis requiruntur in alienationibus feudorum quaternatorum, etiam quod à Baronibus tenerentur, refert Franch. decis. 154. numer. 3.

Num. 14. adde Auctorem nostrum in cons. 146. num. 55. vol. 2. & Consil. Rouit. in rubr. de feud. num. 58.

Num. 15. idem Auctor in d. lect. 1. nu. 93. vbi hic se refert Apicell. in Tutam. pauper. tit. 2. numer. 507. in addit.

Num. 16. nam de iure communi feudorum hæc species feudi quaternati non reperitur, sed tantum ex iure Regni, vt dixit Capyc. in d. inuest. feud. cod. rubr. feud. gen. verb. quaternatum, & feuda plana, & de tabula, quæ nam sint, & qualiter inter se differant, refert Affl. in decis. 282. num. 1. & 2. vltra notata supra eodem nu. 1.

Nu. 17. assensus an dicatur quaternare feudum, vide Auctorem nostrum quæstionem istam discutientem in d. lect. 1. nu. 62. & 93. vsque ad 95. & Franc. de Amic. in cit. loc. vt supra num. 7.

Num. 20. licet autem dominium transferatur ex infeudatione, Guid. Pap. decis. 34. sed vtile tantum per concessionem transfertur, Alex. cons. 159. vol. 2. Curt. Ian. cons. 174. num. 25. vol. 2. Socc. Sen. cons. 66. vol. 3. & Socc. Ian. cons. 102. nu. 16. vol. 2. directũ verò dominium habet Dominus feudi in eo, Dec. cons. 310. nu. 13. Gozad. cons. 8. nu. 19. sed quomodo dominium consideretur pẽnes duos, nempè pẽnes Regem, & Baronem, vel pẽnes Baronem & subfeudatarium, vide Frecc. de subfeud. lib. 2. rubr. quis dicatur Dux, §. sed vt verius num. 4. non enim ambigitur dominium directum esse pẽnes Dominum, sed vtile tantum pẽnes feudatarium, Camer. in Imperialem in princ. fol. 6. in paruis, vers. rursum de proh. feud. alien. per Feder. & hoc nisi per concessionem feudi factam fuisse conspiceretur in burgensaticum, vel in allodium: tũc enim plenum dominium censeretur translatum, ita Præs. de Franch. decis. 131. nu. 10. & an dominium directum transferri possit in accipientem, absque eo, quod remaneat pẽnes Dominum, vide Reg. de Curt. in d. diuers. §. tenet ergo nu. 24. vbi in seq. num. censet, quod dominij directi retentio in feudis, & translatio vtilis est de substantialibus feudi, vbi alia plura adornatum refert.

Num. 21. adde Auctorem in d. lect. 1. n. 94. regu-

laritenenim data facultate, ſeu poteſtate vaſallo alienandi feudum, adhuc non intelligeretur ſine conſenſu Domini, niſi verba ampla ineſſent, ita Vrſill. deciſ. 335. nu. 13. & vide reliqua hic concernentia infra eodem num. 35.

Num. 22. & ſi alienatio feudi (ſuperueniente aſſenſu) validetur, vt refert Anna in conſtit. conſtitutionem nu. 135. non tamen procederet poſt mortem venditoris, eo enim caſu aſſenſus non validaret, Franch. deciſ. 620 nu. 3. niſi fauore dotis, vt ibi ſubnectit num. 10. ad quod faciunt collecta per Ricc. collect. 1802. & Conſil. de Georg. alleg. 46. nu. 29. Anna in alleg. 115. nu. 2.

Num. 23. adde in terminis Annam in alleg. 45. nu. 7. & 8.

Nu. 24. adde Afflict. in deciſ. 127. nu. 2. & melius in cap. ſi quis miles nu. 6. Imper. Loth. vbi dixit, quod cauſa remota ſine cauſa proxima non tribuit ſucceſſionẽ patruo in feudo nepotis præmortuo, & cauſa proxima attenditur non remota, Reg. Valenz. conſ. 10. nu. 31.

Nu. 25. & cum hac opinione pertrãſire videtur Anna in d. repet. conſtit. conſtitutionem nu. 195. cum ſeq. quamuis in feudis quaternatis quaternentur à Rege non ſit dubium, quin conſtitutio ipſa locum habeat, ita Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in §. pluribus autem modis nu. 39. & ſic iudicatum refert Afflict. deciſ. 143. quem ſequuntur Gramm. deciſ. 77. nu. 3. Vrſill. deciſ. 235. & deciſ. 265. nu. 73 de quo in meo Compend. verb. conſtit. Regni conſtitutionem.

Nu. 26 quemadmodum dominium, & poſſeſſio ſub conditione transferri poteſt, Affli. deciſ. 238. nu. 2. ſic etiam & dominium ſuſpenſiuè transfertur, ita Auctor in conſ. 147. num. 29. vol. 2. inde dominium ſuſpenſiuè tranſlatum, quando contractus reſoluitur virtute pactorum reſolutorum dicitur reddire ad ſua principia attractiua, Præſ. de Frãch. dec. 64. n. 11.

Num. 27. vide Auctorem in cõſ. 40. nu. 22. vol. 2. de per aliam rationem, dixit Anna in alleg. 67. num. 3. & 4. quod talis aſſenſus non tenet poſt mortẽ impetratus, quia non illius alienantis feudum erat, ſuppoſito aſſenſus, & propterea dubium aſſenſus generatur ſuper actu, ſuper quo interponitur, eſſet enim talis aſſenſus diuerſus à contractu, & ſucceſſiuè nullus, Maur. Iun. alleg. 8. nu. 1. & 8. & alleg. 28. nu. 8. Apicell. alleg. 21. nu. 284. allegat Auctor hic.

Nu. 28. imò ſi actus eſſet nullus validitatur ex conſenſu, Anna in d. conſtit. conſtitutionem nu. 104. & nu. 114. dixit quod actus non tenet deficiente conſenſu, ipſo tamen interueniente confirmatur, & conualidatur, vt per Auctorem in lect. 8. nu. 8. & ſeq. & iſto caſu validatur actus ipſe, prout ex nunc, non prout ex tunc, Maur. Iun. alleg. 5. nu. 5. licet actus ſtet in ſuſpenſo, donec Rex aſſentiat, & ob id non dicitur omninò nullus, ita Auctor infra de diuerſ. prouiſ. rubr. de decret. Collat. Conſil. num. 18.

Num. 29. ad ornatum iſtius text. vide Alphan. collect. 1050.

Nu. 32. certum eſt in iure, quod alienatio feudi ſine conſenſu Domini eſt nulla, ita Afflict. in cap. ſi quis miles num. 6. de feud. ſine culpa amitt. quod etiam ſequitur Auctor in conſ. 214. nu. 23. vol. 2. imò & illud perderet, Iacob. de Franch in cap. 1. §. notum autem eſt nu. 6. de ijs, qui feud. dar. poſſ. & ante eos Iul. Clar. vbi alios citat in §. feudum q. 31. nu. 1. & alias pœnas luerent emptor, & venditor, ex cõſtit. Regni conſtitutionem, vbi Afflict. & Anna præſertim nu. 103. & 190. & in rubr. de vaſal. decrep. ætat. nu. 112. & ſeq. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 1. author. nu. 19. & in §. à Regnicolis nu. 13. & ſeq. ſed ſi eſſet in alienatione adiecta clauſula, ſaluo aſſenſu Domini dicũt Doctor. nec etiam valere ſi fuerit traditio ſubſecuta, vt ex mente Bald. Iaſon. & Dec. comprobat Iul. Clar. vbi ſupra nu. 5. ſequitur Roland. conſ. 63. nu. 4. & in iſtis terminis loquitur, Frecc. in d. 1. author. nu. 9 & 23. & in conſimilibus etiam concludit Auctor noſter infra eod. tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de decret. Collat. Conſil. nu. 15. & ſeq. & propterea non operatur aſſenſus reſeruatio tradita poſſeſſione, etiam ſi eſſet dictum nõ aliter, nec alio modo, Franch deciſ. 267. nu. 1. vbi nu. 2. id limitat non procedere quando emptor litigaret vſque ad ſententiam, & ibi Addentes alia recollexerunt ſatis ad ornatum, præterea ſi feudum venderetur, reſeruato aſſenſu impetrando, cum iam aſſenſus eſſet impetratus, valeret ſi aſſenſus eſſet validus ne actus pereat, aut ille aſſenſus impetratus eſſet nullus, & tunc ſi alias non impetretur cõtractus non valeret, vltra Fuſcum ſing. 26. lit. F, vide Conſil. de Georg. alleg. 5. num. 58. & aſſenſus reſeruatio cum poteſtate conceſſa alienandi, ad quid fiat, quidue importet, refert noſter Auctor conſ. 42. nu. 9. vol. 2.

Num. 33. infeudatio fieri debet equali perſonæ, Afflict. in cap. vnico §. ſimiliter nu. 6. de lege Corrad.

Num. 34. vltra Auctorem in §. ſeq. nu. 12. adde Maur. Iun. in alleg. 18 nu. 4. item quod aſſenſus habeatur pro præſtito conuente Domino, qui conſentire debuerat, refert Præſ. de Franch. deciſ. 310. nu. 2. nam aſſenſus non data iuſta cauſa erit per Regem præſtandus, idem deciſ. 695. num. 4. Imò quando aſſenſus denegaretur ſine iuſta cauſa poterit

Iudex superior permittere, quod contrahatur sine illius consensu, ita Afflict. in l. imperialem in 12. notab. n. 54. de proh. feud. alien. per Feder. & quod assensus intelligatur præstitus in illis euentis, in quibus Dominus assentire tenetur, & requisitus negligit, tenet Auctor decis. 4. nu. 35. & in decis. 6. num. 11. hoc idem Auctor commendat data potestate alienandi in concessione feudi, renuente Domino assentire pro præstito censeri debet assensus petitus.

Num. 35. concordat cum nu. 21. supra eodem, vbi alia referuntur, sicuti etiam licentia data vendēdi per rescriptum, non est opus alio decreto, ita Auctor in cons. 75. nu. 74. vol 2. ad quod notandum est, quod licentia vendēdi feudum à Rege concessa ad omnem modum alienationis extenditur, Afflict. in cap. vnico nu. 18. de controu. inter Dom. & empt. & an censeatur concessa eius hæredi, late Frecc. de subfeud. lib. 2. in q. 5. cum seq. vbi multa discurrit circa istam licentiam à Rege cōcessam, & lib. 3. in different. inter feud. ex pacto, &c. in 18. different. an autem ex ista concessione facta à Rege cum potestate vendendi, donandi, &c. possit feudum receptum pro hæredibus arctare ad masculos, & excludere fœminas, latè Anna in allegat. 41. & feudum concessum cum potestate alienandi, intelligitur si licentia à Domino præstetur, quæ siquidem licentia data intelligitur secundum formam legis, quæ requirit Domini consensum, Gozzadin. cons. 4. num. 29. sicuti enim licentia, & decretum alienandi diuersa sunt, Paris. cons. 100. nu. 24. vol. 1. ita & licentia, & consensus alienandi, & successiuè nequit feudatarius alienare sine licentia, qui habuit ab initio facultatem alienandi in quemlibet, Marta in vot. 32. nu. 11. vot. 221. nu. 28. vot. 205. nu. 6. & Mormil. in constitut. constitutionem nu. 12. in infeudatione secus est, vt supra eodem nu. 21.

Num. 36. & hac ratione perpensa dixit notabiliter Anna in d. repet. constit. cōstitutionem sub nu. 196. vers. ego autem, & in vers. tertio si de iure, quod in alienatione, seù concessione feudi quaternati, mixti, secundum quid exquiratur, non tantum assensus Baronis, sed etiam Regis ne fieret concessio potentiori, aut Ecclesiæ, vel viro inobsequioso, seù odioso, Marta in vot. 32. num. 9. qui loquitur de feudo franco, sed benè debet esse æqualis concessionarius, seù feudatarius, Afflict. in cap. vnico §. similiter nu. 3. de lege Corrad. si vasalli inuiti possūt alienari pari, vel æque idoneo, Vrsill. decis. 265. nu. 36. & nota vnum singulare dictum Franc. de Amicis in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poss. §. explanatis istis fol. 219. versus finem, quod concessa facultate aggregandi plateis nobilium, non possunt aggregare nisi nobiles aliundè, non ciues, neque ignobiles, per rationem ab eo relatam.

Num. 37. hanc quæstionem examinat Marta in vot. 32. feuda, & an de eo vasallus disponere possit in vltima voluntate sine consensu Domini, vide Reg. de Cur. in diuers. feud. §. cum igitur nu. 36. an autem alienare, vel pignorare, Alex. cons. 2. vol. 2. Aret. cons. 14. Socc. Iun. cons. 77. nu. 73. vol. 1. & Ruyn. cons. 143. nu. 19. vol. 3.

Num. 38. est enim cons. Oldrad. hic citatum 234. factum tale, quod etiam citat Ant. Capyc. in inuest. feud. rubr. feud. gen. verb. francum, de feudo isto franco multa verba faciens, & etiam Iacobut. de Franch. in prælud. feud. nu. 193. & Iul. Clar. in §. feudum q. 12. Reg. de Curte in d. diuers. §. cum igitur nu. 34. ad quod subnectit Io. Calder. in cons. 7. tit. de feud. inter cons. Bruni, quod feudum honorificum, liberum, nobile, & francum, vel gratiale, quę in idem sonant, reddunt vasallum ab omni seruitio liberum, & frācum, & de solo feudo franco loquitur Camerar. in cap. 1. de success. feud. nu. 168.

Num. 39. hoc potissimum est quando alienaretur per vltimam voluntatem: tunc enim citra Domini licentiam alienatur, cum in eo censeatur translatum verum dominium, Carol. Ruyn. cōs. 18. nu. 4. vol. 1. & quid in alienatione inter viuos, an exquiratur assensus notaui supra eodem num. 37. Insuper in feudo franco adhuc assensus requiritur sicuti ibidem notaui, sed si esset per omnia francum, & sic liberum, secus esset, Marta vot. 220. nu. 26. non enim francum importat liberum ab auctoritate præstandi consensum, idem vot. 232. num. 8.

Num. 40. feudum francum quod nam dicatur vltra notata supra eodem nu. 38. vide Abb. cons. 82. volum. 1. Aret. cons. 14. & quomodo differat à non franco, vltra Doctor. supra notatos, vide Paul. Castr. cons. 79. nu. 5. vol. 1. Marta vot. 32. num. 2. & quomodo feudum francum constituatur, & quid importat Auctor decis. 3. nu. 5. an idem sit, quod liberum retuli supra eodem nu. 38. & ad hoc, vt feudum francum dicatur requiritur expressè, vt de hoc in inuestitura fiat mentio, Alexan. cons. 30. col. fin. vol. 1. Soccin. Iun. cons. 77. nu. 74. vol. 1. Capyc. decis. 64. nu. 4.

Num. 41. quamuis concessio feudi simpliciter facta intelligatur, prout ius intelligit, Maur. Iun. in alleg. 6. nu. 5. & in generali concessione semper veniant ea quæ verisimiliter esset concessurus Domini, Afflict. in cap. similiter

§. ſi quis demanſo nu. 24. de controu. inueſt. ad hunc tamen, quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter l. in re mandata C. mand. quod in Rege potiſſimum dixit procedere, Anna in repet. conſtit. conſtitutionem num. 279. etenim infeudandi poteſtatem habens apponere poteſt conditionem, & pactum in ueſtituræ, prout ipſe vult Iacob. de Leon. inter conſil. Bruni feud. conſ. 114. nu. 488. Natura enim feudi ex pacto, ita alterari poteſt, vt dixit Afflict. in cap. 1. nu. 4. de capit. Corrad. & propterea concedenti in feudum multum prodeſt, quando aliquid ſibi tacitè reſeruauit, vel expreſsè, Afflict. in cap. quia ſupra dictum §. item ſi quis feudum num. 2. quib. mod. feud. amitt.

Num. 42. Sicut feudum conceſſum, vt nullum præſtetur ſeruitium, quò ad alia cenſebitur iure feudi, Anna in alleg. 41. nu. 35. & expreſsè nu. 33. loquitur de conceſſione feudi facta alicui, & quibus dederit reſpectu alienationis feudi, in quo expreſsè eſt facta mentio, alteratio non recipitur interpetratio à natura feudi, quod aliàs ſine aſſenſu alienari nequit, & ſubdit nu. 34. quod conceſſio facta cõtra naturam feudi in expreſſis valet, nam in alijs non expreſſis natura feudi attenditur, ideircò feudum poteſt eſſe francum à ſeruitio, & retineri ſubditum in alijs, Marta vot. 160. num. 7. inde feudum datum, vt nullum præſtetur ſeruitium quò ad alia cenſebitur iure feudi, idem Marta in vot. 185. nu. 25. & ante eum Loffred. conſ. 11. nu. 30.

Num. 44. feudum francum à quo intelligitur francum, idem Marta in vot. 204. nu. 6. & voto 221. nu. 27. Non enim eſt liberum à fidelitate, idem vot. 232. nu. 11. feudum francum effici quò ad commodum pecuniarium, non quò ad ſeruitia, & obedientiam erga Dominum, Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 408.

Num. 45. vide Alex. conſ. 2. col. 2. vol. 5. Aret. d. conſ. 14. nu. 4. nouiſſimè Reg. de Curt. in eod. diuerſ. feud. d. §. cum igitur nu. 34. an autem poſſit illud Eccleſiæ relinqui, vide Capyc. in d. deciſ. 64. nu. 5. latè Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cleric. in 4. effect. nu. 246. cum ſeq.

Num. 46. nota, quod dominium directum retinetur in conceſsione feudi franchi, Marta vot. 32. nu. 7. niſi caſtrum in feudum conceſſum cum facultate alienãdi, cui dederit feudatarius illud donauerit irreuocabiliter inter viuos inde factũ eſſet allodium, ob quod non reuerteretur ad donantem finita linea, Marta vot. 210.

Num. 47. nouiſsimè Marta omnes Doctor. allegans in d. vot. 32. feuda.

Num. 48. idem Marta vbi ſupra verſ. 4. tamen Camer. qui cum Camerario tenet opinionẽ contrariam, & opinionem Auctoris etiam ſequitur Moror. conſ. 29. num. 1. vbi cenſet, quod feudum conceſſum cum facultate alienandi in quamcumque perſonam dicitur improprium, & poteſt alienari ſine conſenſu Domini, niſi eſſet reſeruatum in inueſtitura, & allegat plures Doctores.

Num. 49. feudum francum per præſentationem non eſt liberum à fidelitate, vltra Auctorem deciſ. 2. nu. 6. vide Martam vot. 232. nu. 11. & ſucceſsiuè nec à fidelitate, nec à ſeruitio liberum erit, idem vot. 204. nu. 6. quamquam in Regno feuda frãca plura ſint abſque onere ſeruitij, vt Auctor dixit in conſ. 128. nu. 9. vol. 2. etenim ſubſtantia feudi eſt fidelitas, non autem ſeruitium, ſeù pecunia, idem in conſ. 39. nu. 8. & conſ. 42. nu. 12. conſ. 50. num. 20. vol. 2. & prolixius in lect. 2. num. 36. vbi qua immunitate fruatur cenſet.

Num. 50. an conceſſa poteſtate nominandi, vel eligendi prima vice conſumetur, vide Maur. Sen. in alleg. 75. nu. 5. & an ſemel facta liceat variare, Maur. Iun. in alleg. 41. nu. 2. & alleg. 38. nu. 6. & alleg. 90. nu. 11.

Num. 51. vide Iacob. de Franch. in prælud. feud. rubr. ſpecies feud. nu. 147. & ſeq. vbi declarat hoc feudum conditionatum, & quomodo à franco differat, vel conueniat.

Num. 52. adde Iacob. Mandell. in conſ. 61. nu. 5. & verbum liberè quid importet, refert Anna in alleg. 48. nu. 27. & 36. & alleg. 35. nu. 9. ad quod nota, quod pro feudo franco, & libero, non tenetur feudatarius ad ſubſidium pecuniæ, nec ad ſeruitium militare, nec ad donatiuum, Auctor deciſ. 3. nu. 8. & 15.

§. III.

NVm. 1. iſtam quæſtionem ſi ex ſubinfeudatione vaſallus vaſalli mei efficiatur meus vaſallus perdoctè examinat Reg. de Curte in diuerſ. feud. §. datur etiam nu. 15. vbi ſub vtili diſtinctione ambarum opinionum Auctores concordat, an autem vaſallus demanialis Regis eſſe poſsit ratione feudi vaſallus alterius, vide Afflict. in conſtit. quia frequenter, & è contra an Baro poſsit habere feudum in Ciuitate, vel Terra de demanio Regis, idem Afflict. in conſtitut. ſi dubitatio nu. 1. an autem appellatione feudatarij veniat ſubfeudatarius, notat Auctor in lect. 4. nu. 27. in repet. feud.

Verſ. ſed ius, adde quod ſubfeudatio de iure Regni eſt prohibita, Anna in alleg. 124. nu. 4. & quando permitteretur, non vltra tertiam vicẽ concedenda, vt euitetur infinitas, idem Reg. de Curt. in eod. diuerſ. loc. cit. nu. 10. licet

set enim de iure Regni feudatarius subinfeudare nequeat, limitatur tamen non procedere in rebus particularibus feudi concedi consuetis, idem Auctor in lect. 1. nu. 55. & 81. & quid in feudo concesso Ecclesiæ, idem in lect. 3. nu. 7. & lect. 4. nu. 14.

Num. 2. idem Reg. de Curt. vbi supra nu. 11. & Auctor noster in d. lect. 1. num. 88. Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poss. §. sed vos pro vera fol. 57.

Num. 3. verùm est, quod assensus præstari debet vbi alienans habet successorem, licet postea moriatur, Maur. Iun. alleg. 17. nu. 1. & 2. quod dixit procedere tàm in alienatione feudi antiqui, quàm noui, in alleg. 18. nu. 1. etenim si filijs careret alienans non poterat assensus interponi, nec pariter id Proreges facere possent, vt noster Auctor notat in d. repet. lect. 11. nu. 14. & ibidem nu. 12. dictum Andr. in cap. 1. qui succes. ten. citat afferentis assensum Domini præstitum super feudi alienatione facta à feudatario filijs carẽte, prolem habenti nulla mentione facta de illorum carentia iuuare emptori, eiusq; hæredibus, quando non erat venditor de filijs desperatus, & quid si fuisset assensus impetratus nulla facta mentione de carentia filiorum, an censeatur subreptitius, vide quid fuerit decisum in meo Compend. Decis. Regni, verbo assensus, an valeat, quid autem in refutatione an fieri possit à sene decrepitæ ætatis, vide Annam in repet. rubr. de vasall. decrep. ætat. num. 53. & seq. & in terminis nostris, quod tunc censeatur facta in fraudem feudi alienatio, quoties alienans esset senex, & filios non haberet, refert Iacob. Mandell. cõs. 78. nu. 20. & de eo meminit Auctor in lect. 6. nu. 14. cum seq. qui in lect. 4. nu. 35. loquitur de tali prohibitione alienationis feudi factæ per feudatariũ carẽtem successore ex dispositione Regiæ pragmaticæ non militare in clerico successorem habente, & habilem ad succedendum potentionaliter, & sic decisum refert, qui in cons. 75. nu. 58. vol. 2. etiam refert alienationem factam à feudatario, vt priuaret legitimum successorem dici in fraudem factam, & reliqua pertinentia ad denegationem assensus ob talem causam, referuntur ab eodem nostro Auctore infra eod. tit. de diuers. prouis. rubr. de legitim. scù restit. nat. nu. 8.

Num. 4. videas eundem Iacob. Mandell. d. cons. 78. nu. 19. & feudatarij absque Domini assensu subinfeudantis, vel refutantis iure resoluto, & acceptoris ius tolli necessum est, nisi subinfeudatus seruire paratus sit Domino immediato, & ita à nostris feudistis receptũ esse frequentius dixit Auctor in lect. 16. nu. 14. & 15. & nu. 19. 20. & 22. intellectum autem cap. 1. qui succes. ten. examinat conciliando opiniones huius regulæ contrarias, & quod nam dominium feudatarius subinfeudando transferat, vltra Auctorem in 1. lect. nu. 52. & 54. vide Reg. de Curt. in d. §. datur num. 4. vbi alia multa cumulat ad huius rei materiam.

Num. 5. vide Auctorem supra de prouis. fier. solit. §. 4. nu. 67. & ibi notata per me.

Num. 6. Actus enim factus videtur vigore potestatis tributæ, Auctor noster cons. 75. nu. 2. vol. 2. quod limitatur quando actus factus esset vigore potestatis inualidæ, Anna alleg. 27. nu. 1. Similiter si actus factus esset vigore vnius potestatis, quæ non sufficeret vtique non valeret, idem in alleg. 135. nu. 11. & alleg. 141. nu. 14. Quamuis enim in dubio actus ab aliquo factus, qui eum facere potest nomine suo, & alieno, præsumitur semper, quod fiat nomine proprio, Fusc. singul. 23. liter. A, hoc procederet quando actus ille esset in facultate concedentis, aut concessionarij, vt puta mere, aliquid facere, dicere, allegare, & similia: tunc enim, quia vtilitas in ijs versatur, potiusquam damnum actus factus ab aliquo censetur factus ad sui vtilitatem, Anna in alleg. 91. num. 5. tunc enim actus in potentia idem operatur, quod actus in esse, ita Auctor decis. 4. num. 16. sed quando actus ab alio dependeret, & sua interesset aliud dicẽdum erit: tunc actus præsumeretur factus eius nomine, ad quem negotium pertinet; Tiraquell. de retract. conlang. §. 36. glos. 2. nu. 6. maximè si esset actus, quod requireret impensam, tunc etiam præsumeretur factus de mandato eius, cuius interest, Anna alleg. 89. nu. 17. Auctor cons. 17. nu. 51. vol. 2. & tanto magis intercedente aliquo interesse, vel ius, quod residere potest in persona faciendi potestatem concedentis.

Num. 7. adde quod Baro potest tenere feudum suę baroniæ subditę etiam in alieno territorio, Maur. Iun. in alleg. 2. num. 14. & sic Baro habere potest feudum in Ciuitate, vel Terra demaniali Regis, Afflict. in constit. si dubitatio sub nu. 1. prout vidi in Ciuitate Theani, dum ibi iudicatus munus exercebam, quę est in dominio Excellentissimi Principis Hostiliani, in qua, & illi de familia de Baraptucio habent feudum nuncupatum *dell'Infanti*, absque tamen territorio, sed consistit in certis familijs hominum, descriptis in eorum priuilegijs habitantibus in eodem territorio Theanensi, & ipsi Domini de Baraptucio Capitaneos, & Actuarios creant pro iustitiæ administratione, & iurisdictionem exercent de consensu tamen Proregis, in quos idem

Prin-

Princeps Excellẽtiſsimus Hoſtiliani nullam habet iuriſdictionem, & ſi per eius Officiales dicti vaſalli capti fuiſſent, qui deſcripti reperiantur in eorum inueſtitura, remittuntur ad eoſdem de Baraptucio, prout tempore meo viſis prouiſionibus Reg. Cam. Summ. confirmantibus eorum priuilegia, ac poſſeſſione iuridica multos remiſi delinquentes, in ſuperioribus autem puta Imperatoribus, vel Regibus, an ipſi poſſint habere feuda in alienis territorijs alijs ſubditis, ita vt Rex accipiens feudum ab aliquo Domino ei non ſubdito efficiatur Baro, de quo per Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. abſoluta igitur num. 17. & 18. vbi plura retulit, de quo per Annã in ſing. 437. vbi tradit, quod Rex poteſt habere ſubfeudum, vt Baro, & ibi aliqua nota-tu digna retuli, ita vt iurare teneatur Domino illius Terræ fidelitatem, & alia vti vaſallus peragere, non tamen ſi eſſent bona burgenſatica, quæ ibi poſſideret, Anna in alleg. 128. num. 3. vbi num. 4. extendit ad eius ceſſionarium, & Princeps ſi eſſet vaſallus Domini Comitis in dicta Terra planum eſt, quod ipſe habet vtile dominium, Signorol. in conſ. 108. nu. 11.

Num. 8. conceſſio ſimpliciter facta de feudo, intelligitur facta prout ius intelligit, Maur. Iun. allegat. 6. num. 5. & concedit Rex cum prioribus priuilegijs, Anna alleg. 62. nu. 22. & concedendo regalia cum clauſula generali, videtur concedere omnia æqualia, & maiora, idem alleg. 41. nu. 16. & concedendo aliquid generaliter, videtur cõcedere illud, quod ſi interrogatus fuiſſet in ſpecie conceſſiſſet, idem in alleg. 65. nu. 1. item feudum reconceſſum à Rege videtur concedi ſub ea natura, prout primus poſſidebat, Conſil. de Georg. in alleg. 8. nu. 10. Imò Rex aſſentiendo videtur inueſtire, idem ibidem nu. 32. & fortius aſſentiendo videtur donare, Anna in alleg. 67. nu. 7. & ſicuti aſſenſus à diſpoſitione iuris regulatur, idem in alleg. 95. num. 11. ſic pariter, & donatio.

Num. 9. ſimiliter nec alienare feudum, ita diſponente pragmatica, vt per Auctorem in lect. 4. nu. 35.

Num. 10. adde Auctorem idem interpetrantem in d. lect. 11. nu. 12. & ſeq.

Num. 11. idem Reg. in d. lect. 11. num. 14. & de hac deciſione memini in meo Compendio verb. aſſenſus, vltra Maſtrill. in tract. de magiſtr. lib. 5. cap. 6. nu. 63. hic citantem Auctorem.

Num. 12. adde Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in quæſt. 4. num. 10. & aſſenſus eſt mera gratia, inquit Anna alleg. 39. nu. 7. & Præſ. de Franch. deciſ. 693. nu. 3. & ob id quemadmodum non data iuſta cauſa aſſenſus erit per Regem præſtandus, idem in deciſ. 695. num. 4. ita è conuerſo legitima ſubſiſtente cauſa, denegari poteſt, vt hic Auctor comprobat: intantum quod aſſenſus, vel gratia, vt denegetur debet conſiderari cauſa, ita quod ſi ſine cauſa denegetur diceretur fieri iniuria, Maur. Iun. alleg. 17. nu. 6. & alleg. 18. nu. 3. & licet Rex non faceret ſecundum honeſtatem, non tamen poſſet compelli, vt cenſet nouiſſimè Conſil. Rouit. in pragm. 9. nu. 4. de feud. & niſi iuſta cauſa ſubeſſet cenſeretur præſtitus, Auctor conſ. 14. nu. 72. vol. 2.

Num. 13. adde Auctorem ſupra eodem §. 2. nu. 34. vbi alia notaui.

Num. 14. adde eundem noſtrum Auctorem in d. lect. 11. nu. 13. vbi idem confirmat, & Conſil. Rouit. in pragm. 4. nu. 39. de feud. vltra Maſtrill. in tract. de magiſtrat. lib. 5. cap. 6. num. 41.

Num. 15. vide Auctorem loc. cit. nu. 14. hoc ſanè intelligitur de diſpoſitione importante dominij tranſlationem vti factam à Domino, ſecus in ea, quæ induceret actionem hypothecariam tantum ad feudum, quod hodie ceſſat per clauſulam in aſſenſibus apponi ſolitam, quatenus contrahens habeat legitimum ſucceſſorem in feudo, ita Conſil. Rouit. in pragm. 4. nu. 17. de feud. an autem præſtari poſſit aſſenſus ei, qui alienat feudum, & caret ſucceſſore, qui ſit in tertio gradu, iuxta conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus, ſed haberet ſucceſſorem in quarto gradu, qui poteſt ſuccedere, iuxta gratias de nouo conceſſas, videas eundem loc. cit. nu. 40.

Num. 16. adde Auctorem in d. lect. 11. nu. 16. & infra de refut. feud. §. vlt. nu. 19.

Num. 17. adeò verum eſt hoc, quod aſſenſus per Proreges præſtari poteſt in donationibus feudorum faciendis à parentibus filijs primogenitis ſucceſſuris in feudis, & non alijs, Cõſil. Rouit. in pragm. 7. de feud. nu. 2. at ſi fuerit conceſſus aſſenſus ſuper donatione feudi ſecundogenito, non facta mentione primogeniti an dicatur ſubreptitius, deducuntur deciſiones ab eodem Conſil. Rouit. in pragmat. 1. de titul. abuſ. &c. nu. 124. & 128.

Num. 18. Auctor noſter in lect. 9. nu. 32. & in ſpecie in caſu noſtro intereſſe eſt reſpectu Domini vtique conſiderabile, quod feudatarius habet, vel non habeat ſucceſſorem in feudo, idem in deciſ. 4. nu. 27. corruit enim aſſenſus ex indiuiduo voluntatis, ſubnectit in conſ. 52. nu. 2. vol. 2. quod ampliat etiam in refutatione nu. 6. 14. & 18.

Num. 19. in Principe enim voluntas attenditur, quæ eſt cauſa, quæ ſemper eſt iuſta, & in eo ſic præſumitur, Auctor conſ. 31. nu. 3. vol. 2.

Anna

Anna alleg.65.nu.25.& alleg.69.nu.24.

Num.20.vltra addita ſupra eodem nu.12.nota quod aſſenſus reſpectu Regis ſemper eſt mera gratia,etiam quod ſoleat paſſim omnibus concedi,Conſil.Rouit.in pragm.9.nu.3.de feud. & aſſenſus ſuper alienationibus feudorum eſt conſuetudinibus feudalibus conformis,hinc dicitur gratia, & manet ſub diſpoſitione l.beneficium ff de conſtit. princ. Auctor deciſ.5. nu.4.

Num.21. ſed melius addita fuit clauſula illa, quatenus contrahens habeat legitimum ſucceſſorem in feudo,Conſil.Rouit.in pragm.4. de feud. nu.17. & Auctor infra eod. §.4.in princip.quare ſucceſſor feudi ſat ſit ſi in potentia ſit tempore, quo actus celebratur, vt ſit ſatisfactum clauſulæ ſupra citatæ,idem in deciſ.4.nu.20.24.& 26.& infra eod.tit. de diuerſ. prouiſ. tit. de donis, & expenſis, &c. nu. 22. dixit ſufficere cauſam exiſtere tempore actus geſti, & nihil intereſſe ſi poſtea deficiat.

Num.22. adde Molfeſ.in conſuet.Neapol: par. 3.q.1.nu.19.ſic paria ſunt, quem eſſe, vel eſſe impeditum, aut inhabilem, ſicut quid non eſſe, vel nulliter eſſe, Auctor in conſ.44. nu. 28.vol.2. & infra de diuerſ.prouiſ. tit.de decret.Collat.Conſil nu.16.& paria ſunt non extare,vel extare,& non ſuccedere,Dec.cõſ. 295.nu 3.ſic etiam paria ſunt non eſſe,& inhabilem eſſe,Afflict. in cap.1. an mutus, vel alias imperf.nu.8.

Num.23.vide Carau. in rit 295.nu.14.

Num.24.faciunt hic addita ſupra eodem nu.3. vltra ea nota, quod feudatarius diſperatus de prole renunciando feudum Domino dicitur facere in fraudem proximi ſucceſſuri, Anna in alleg 55. num.8. qui in antecedenti nu.7.idem in donatione militare dixit.

Num.25.confirmatur alia iuris veritate, nempè quod primogenitus, qui ſuccedere debet in feudis eſſet inhabilis, & ſecundogenitus habilis, tunc nec etiam Princeps poterit facere gratiam primogenito inhabili in præiudicium ſecundogeniti habilis,vt per Afflict. in cap.1.nu.2.an mutus, vel alias imperf. & in feudis ordinariè primogenitus inhabilis ad ſucceſſionem feudi repellitur ipſe,& ſucceſſiuè eius filius,idem in cap.ſequitur num. 50. de ſucceſſ. feud. in Regni autem ſucceſſione ex inhabilitate primogeniti ſi demens, vel fatuus eſſet morbus eſſet perpetuus, tũc ſecũdogenitus ſuccederet,ſecus ſi eſſet temporalis, tunc enim curator adhibendus erit, ita ex mente Bald.refert Afflict.d.cap.ſequitur nu. 149.

Num.26. hinc eſt, quod aſſenſus extenditur ad æquipollens,Anna alleg.41.nu.20. & in feudis potiſſimum extendit Afflict. in d. cap.1. an mutus, vel alias imperf. nu. 28. & de hoc argumento ſatis loquitur Euerard. in ſua topica loco ab æquipollentibus. & Conſil. Rouit.in pragm.4. nu 35. de feud. vltra Auctorem infra de refut.feud. in princ. nu.10.

Num 27.argumentum à ſimili valere dixit Afflict. in cap. vnico §. ſed quia nu 26. quæ ſit prim.cauſ.benef. amitt. qui loquitur in feudis, quod procedit etiam in culpis, ob quas feuda deuoluuntur, eadem tamen militante ratione,Auctor in deciſ.1. num.21. & de eodem argumentandi modo plenius habetur in eadem topica Euerardi loco à ſimili, & per eundem Conſil.Rouit.vbi ſupra. vltra Auctorem in tit.alleg.de refut.feud. in princip.nu.11.

Num.28. extenſio ex mente comprehenſiua an fiat, refert Anna in rubric.de vaſall. decrep. ætat.nu.186. & an & quando admittatur extenſio in correctorijs, latè Euerard. in d.topic.iur.loco à ratione legis larg.nu.6 ad 40. placet tamẽ mihi in hoc, quæ dixit Io.Bapt. de S.Blaſio inter conſil.Bruni conſ.66. num. 19.quod extenſio,vbi eſt eadem ratio,ibi rõ eſt extenſio, ſed eadem prouiſio, qua de re aduertendum eſt ad id, quod tradit hic Auctor, quod aſſenſus non ſolum fuit denegatus in cauſa hic ab eo relata, ſed quia reperiebatur præſtitus, & proinde fuit declaratum, non potuiſſe à Prorege præſtari in ſici præiudicium & ideò fuit mãdatum pretium venditionis ſubrogari loco feudi in aliam emptionem,quæ remaneret ſubiecta periculis deuolutionis,prout feudum ipſum venditum, ſic pariter exiſtente Regia pragmatica prohibente præſtari aſſenſum alienationi feudi in manus mortuas deuoluti, ſiue alienati,vtputa in Eccleſiam, vel vniuerſitates, deciſum tamen fuit, vt vniuerſitas compellatur ad vendendum bona feudalia particularibus, vel transferendum in caput particularium, excepto ſi fuiſſet confirmata admiſsio ad demanium per Regem, ita Conſil. Rouit.in pragm 64.§.in primis nu.20.& 30. de offic.Procur.Cæſar ſimiliter quò ad bona emphyteotica fuit condemnata vniuerſitas ad ponendum domos emptas in emphyteoſim extra manus mortuas ob laudemia,Prçſ. de Franch deciſ.659. vt in meo Compend. verb.ciuitas primo,& ſecundo, & verb.vniuerſitas.

Num.29. qui nam ſenes dicantur, & valetudinarij declarantur ab Andr. citato per Ann. in ſingul.464.& in qua ætate dicantur,vide Cauenſ.in rit.146.nu.2. de quo latè per Bertach.in repert.verb.ſenex,at in procreandis filijs potiſsimum ſenex ille dicitur, qui eſt

annorum

annorum 55. nam tunc non eſt ſpes procreãdi filios, ita Affli&. in conſtit. poſt mortem nu. 22. vbi limitat in facto ſuo non proceſſiſſe, dùm in ætate ſexagenaria filios tres procreauerat, & viſum fuit id multoties in alijs euenisſe, & ſuppoſito illo veridico fundamẽto, quod procreare filios ſit donum Dei, vt dixit idem Affli&. in conſtit. Monarchiam nu. 11. regulariter tamen, quia ſenes non habent ſpem prolis, Sylua Nupt. lib. 2. ſub num. 12. & quod conſuetum eſt attenditur, non autẽ quod caſu, vel inopinatè, aut rarò euenit l. nam ad ea ff. de legib. In ſene autem decrepitæ ætatis aliter dicendum, quia certum eſt filios procreare non poſſe, & ſic conſtitui videtur differentia inter ſenem à ſenio, & ſenem decrepitæ ætatis, licet contrahere matrimonium ei non ſit denegatum, poſtquam etiam in dicta ætate decrepita nonnullos generaſſe filios, teſtatur eadem Sylu. Nupt. cod. lib. 2. num. 16. & ſemper in ijs ſpes verſari videtur.

Num. 31. nam actus in potentia idem operatur, quod actus in eſſe, hinc idem iudicatur de potentia de facili reducibili ad actum, quod de ipſo actu Auctor in deciſ. 4. nu. 16.

Num. 32. hic nota, quod liberis carere non videtur, qui vnicum filium reliquit, vel vxorem prægnantem, Cagnol. in l. ſi quis prægnantem num. 2. ff. de reg. iur. qua de re, & ſi feudatarius ſenex alienans feudum, vel refutans Domino, præſumatur in fraudẽ agnatorũ id feciſſe, ſicut nouiſſimè teſtatur Molfeſ. in conſuet. Neapol. part. 3. q. 1. in addit. nu. 17. non tamen locum habebit ſi talis feudatarius haberet ſucceſſorem tempore alienationis, vel refutationis, etiam ſi ſucceſſor eſſet ſenex, vt poſſet premori feudatario, & ita ſeruatum fuiſſe in facti contingentia, teſtatur Molfeſ. vbi ſupra num. 19. & ſeq. eo quod magis procedere dixit quando alienatio fieret ex iuſta cauſa, vbi nu. 23. eam declarat, an autẽ aſſenſus præſtitus à Prorege per verbum fiat, ſuper venditione facienda ab eo, qui habebat ſucceſſorem in feudo, ſed deſperatum de alio ſucceſſore dicatur legitimè præſtitus, vide Conſil. Rouit. in d. pragm. 4. num. 34. de feud. & aſſenſus præſtitus ſuper obligatione feudalium, cum clauſula apponi ſolita, ſi feudatarius habeat ſucceſſorem erit profectò validus iudicandus, etiam ſi ſucceſſor ſit clericus beneficiatus, & ſic deciſum Auctor noſter tradit in lect. 10. nu. 35. vt in meo Compend. verb. clericus beneficiatus.

§. IV.

NVm. 1. adde Conſil. Rouit. in pragm. 4. de feud. nu. 2.

Num. 2. nota quod aſſenſus Domini tollit obſtaculum, & Dominus aſſentiendo non intelligitur concedere ius ſuum, & potiſſimum ſpem deuolutionis, Auctor noſter in lect. 16. num. 18.

Num. 3. adde eundem Conſil. Rouit. in d. pragm. 4. nu. 17.

Num. 4. addas Conſil. Georg. in repet. feud. par. 1. cap. 7. nu. 4. non enim ſufficit pro aſſenſus validitate ſuper alienatione feudi, quod expediatur priuilegium, cum appoſitione ſigilli, & regiſtratione in regiſtris Regiæ Cãcellariæ, ſed etiam quod regiſtrentur in quinternionibus Regiæ Cameræ, ac etiam quod expediantur literæ pro præſtando iuramento fidelitatis, quæ omnia ſunt adimplenda infra tempus in aſſenſibus apponi ſolitum, Conſil. Rouit. in pragm. 1. de fide memor. nu. 5. ad quem finem iſta regiſtratio facienda ſit in quinternionibus Regiæ Cameræ, vide Capyc. in ſua inueſt. feud. rubr. feud. verb. quaternatum, ideò non procedit regiſtratio in obligationibus feudorum tantum: nã Dominus præſtando aſſenſum ſuper obligatione feudalium, intelligitur, vt creditor illam obligationem in feudum habeat, Auctor conſ. 64. num. 11. vol. 2. cæterum ſi fueris præſtitus ſuper alienatione feudalium bonorum debet expediri in forma Cancellariæ, & regiſtrari in Camera, Franch. deciſ. 663. num. 3.

Num. 5. nota, quod actio hypothecaria eſt ſequela actionis perſonalis, & ad diem, quod perſonalis datur, ita Auctor conſ. 41. nu. 32. vol. 2. quæ quidem durat quouſque debitum ſoluatur, Franch. deciſ. 531. num. 2. nec aliter naſcitur ſine perſonali, orta tamen ſubſiſtit ſine perſonali, idem deciſ. 80. nu. 17. quæ ſiquidem ſuper feudis non datur ſine aſſenſu, Anna in alleg. 127. num. 26. & non mirum ſi actio realis hypothecaria tranſeat de ſubiecto in ſubiectum, non tamen actio perſonalis, vt dixit Neguſant. in tract. de pignor. in 2. memb. 2. par. nu. 32. cum ſit ex eorum natura inſtitutum, & ob id tranſire poteſt ſine perſonali.

Num. 6. vide Conſil. Rouit. in d. pragm. 4. nu. 1. & de hac deciſione memor fui in meo Compend. Deciſ. verb. aſſenſus.

Num. 7. addas Molfeſ. citatum in præcedenti §. 3. ſub num. 32. qui nu. 20. caſum in contingenti facto refert, hoc eſt in cauſa cuiuſdam Dominæ non aliter filios habentis, nec habere valentis, & in monaſterium ingredientis, & quia duas amitas ſenes, & pretium voluerat conuertere in operibus pijs, fuit per Collat. Conſil. aſſenſus impartitus, & de eadem iſta Auctoris deciſione mentio habetur

betur in dicto meo Compend. verb. clericus an succedat, vbi aliæ consimiles referuntur decisiones de clerico potissimum succedere volente in feudo, & insuper noster Auctor in lect. 12. nu. 20. quærit si amita dicatur legitima succeditrix.

Num. 8. vide in meo Compend. verb. clericus beneficiatus, vbi apparet in eo casu fuisse datum terminum ad deliberandum clerico beneficiato succedere volente in feudo, de quo latius per Auctorem nostrum in lect. 4. nu. 34. & lect. 10. num. 33. cum seq. vbi id copiosè declarat, quando procedat, maximè si esset in sacris.

Num. 9. vide in eodem Compend. Decis. verb. milites Hierosolymitani, vbi plura, latè Carol. de Grass. in tract. de effect. cleric. in 4. effectu nu. 68. & seq. Molfes. in consuet. Neapol. par. 2. q. 7. num. 5. ad quod etiam videas Auctorem nostrum in lect. 1. nu. 122. & in decis. 4.

Num. 10. latissimè idem Carol. de Grass. in eodem tract. & effect. vbi omnes Doctor. de hac eadem materia alloquentes adduxit.

Num. 11. idem Carol. de Grass in d. tract. eod. 4. effect. nu. 117. cum seq.

Num. 12. hoc est vnum ex requisitis probandi dominium, vt debitor possideat rem aliquo modo, tempore obligationis contractæ, Negusant. in tractat. de pignor. in 3 membr. 8. part. nu. 25.

Num. 13. idem Carol. de Grass. in dicto 4. effect. eiusdem tractat. de effect. cleric. post relatas opiniones contrarias nu. 82. demùm sic concludit nu. 85. nonnullos citando Auctores.

Num. 14. latissimè idemmet Carol. de Grass. in dicto 4. effect. nu. 4. & seq. & Reg. de Curt. in diuers. feud. §. vt igitur nu. 10 & de hoc attuli decisionem in eodem Compend. verbo clericus an succedat, &c. si clericus reperiatur tempore mortis, & post litem motam dimiserit habitum, & clericatum.

Num. 15. adde Franch. decis. 719 nu. 2.

Num. 16. vltra Molfes. in consuet. Neapol. dicta par. 2. q. 7. nu. 20. adde Maur. Sen. in allegat. 46. nu. 6. vbi hoc, & alia consimilia tradit, & ita Princeps faciendo aliquid contra ius videtur dispensare, idem in alleg. 70. nu. 4. nam solus Princeps de inhabili facit habilem, Chassan. in cathal. glor. mund. par. 5. consid. 24. in 33. priuil. & in particulari si Princeps possit dispensare, vt clericus succedat, de quo latè per Carol. de Grass. vbi supra num. 164. & seq. sed quid simpliciter eum inuestiendo an agnatis præiudicet, idem ibidem nu. 215. & 218. subdit, & videas infra de proiis. diuers. tit. de alien. fier. sol. bon. vniuers. nu. 3. vbi alia consimilia referam.

Num. 17. ad hoc etiam vide eundem Carol. de Grass. in d. tract. & effect nu. 4. vbi cēset, quod si quis habens feudum efficiatur clericus, vel aliter religiosus, illud statim amitteret per text. in cap. 1. §. qui clericus, si de feud. defunct. contr. & per alia iura ab eo citata, & ipso iure verbum exponitur sine tēpore exceptionis, refert Præs. de Franch. decis. 527. num. 5.

Num. 18. idem Carol. de Grass. vbi supra num. 18 ad 20.

Num. 19 non ab re inquit Reg. de Curte in d. diuers. feud §. multoties concedens num. 34. ex mente Bald. Nouell. quod feudum stat in hæreditate tanquam pisces in aqua, & eandem opinionem Bammac. hic citati, sequitur idem Carol. de Grass. in dicto 4. effect. num. 99. & 100 per alia media, nam alias per Collat. Consil. fuit datus terminus sex mensium clerico beneficiato ad deliberandum, vt per Annam alleg. 98. de quo in meo Compend. verb. clericus beneficiatus, & insuper aditione hæreditatis pendente, dominium non transit ad hæredem ab intestato, sed remanet in hæreditate iacente, quæ vicem personæ representat, Auctor in cons. 147. nu. 38. vol. 2.

Num. 20. adde Annam in allegat. 65. nu. 39. an autem adire videatur eo ipso, quod quis cōstituat Procuratorem ad adeundum hæreditatem, Franch. decis. 60. nu. 5. & 15. vbi plura, & ibi Addentes.

Num. 21. adde Peregrin. in tract. de fideicommiss. in art. 43. num. 27. vbi idem refert alios referendo Doctor. ac rationes alias adducendo, & Molfes. in consuet. Neapol. tit. de bonis q. 59. nu. 9.

Num. 22. idem Carol. de Grass. vbi supra num. 85. idem tradit, & alios Doctor. allegat cum declaratione huius rei.

Num. 23. sequentia enim declarant præcedentia, & è contra, Maur. Iun. in alleg. 24. nu. 6. Ann. in cap. 1. de vasal. decrep. ætat. nu. 36. vltra Dyn. cons. 48. nu 1. & Boer. cons. 40. nu. 37.

Nu. 24. & propterea tempus acquisitionis non delationis hæreditatis inspicitur, nam aliud est, quod hæreditas sit delata, & aliud, quod sit agnita, Præs. de Franch. decis. 151. nu. 6. & 7.

Num. 25. adde Præs. de Franch. decis. 64. nu. 11. & vide supra eodem §. 2. nu. 26. & sic in assensu demonstrat Auctor infra eodem §. vltimo nu. 4.

Num. 26. vide Bart. in l. quæsitum §. possunt ff. de leg. 1. & in l. fin. ff. de cond. instit. adde etiã quod tempus additionis subauditur in tempore mortis testatoris, Bald. in l. 1. q. 12. C. de ijs, quæ pœn. nom. & subsequenter ad propositum notandum est, an tempus mortis, vel

testamenti

teſtamenti facti attendatur pro capacitate, vel incapacitate hæredis, vide Corn. conſ. 1. lit. D, & conſ. 94. lit. E, par. 2. & quod nam dicatur medium tempus, vide Præſ. de Franch. deciſ. 12. nu. 3.

Num. 28. vltra Molfeſ. conſ. 9. nu. 4. adde Carol. de Graff. in cit. loc. nu. 257. vbi nu. 258. etiam in monacho procedere dixit, etiam ſi fuiſſet de aliquo beneficio à patre prouiſus, vt nouiſſimè retuli in meo Compend. verb. vita, & militia, ſic deciſum, vel quod fuiſſet legatum vnum feudum ſecundogenito, Maur. Iun. alleg. 28. num. 11. & alia cumulauit Auctorem hic allegando Præſ. Mormil. in conſt. Comitibus nu. 4. & ſeq.

Num. 29. vita, & militia, licet vocetur portio ſecundogeniti, Anna in alleg. 23. nu. 3. & ſucceſſiuè loco alimentorum præſtetur, Maur. Iun. alleg. 76. nu. 2. an autem loco legitimæ, vel alimentorum ſuccedat, vide Conſil. Rouit. in pragm. 24. nu. 12. de feud. & cuiuſmodi ſit natura vita, & militia, idem Maur. in alleg. 28. nu. 9. & quod vita militia non detur loco legitimæ, nec portionis feudi, refert Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in 19. different. inter feud. ex pacto, & hæred. nu. 2.

Num. 30. vide in meo Compend. verb. adhoarum onus, & quod ſecundogenitus non teneatur contribuere in ſolutione adhoæ, vel alterius ſeruitij à primogenito præſtandi, tradit Conſil. Rouit. in d. pragm. 24. num. 10. de feud.

Num. 31. dixi in meo Compend. verb. vita, & militia, an autem vita, & militia debeatur, quando facta eſſet refutatio per viam donationis inter viuos, videas Martam vot. 220. num. 34.

Num. 32. adde Conſil. Rouit. in d. pragm. 4. nu. 15. vbi ad hoc plures citat Auctores, & quid pro paragio, an competat actio hypothecaria ſuper feudo contra tertios poſſeſſores, videas deciſiones antiquas de hoc, & modernas recollectas in eodem meo Compendio, verb. actio contra tertios, & verb. actio pro paragio, inſuper reſpectu ſeruitij præſtandi per ſecundogenitum expenſis primogeniti, refert Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 2. authorit. nu. 13. & in quibus caſibus clericus tenetur ſeruire per ſubſtitutum, vide Carol. de Graf. in d. tract. loc. alleg. nu. 230. & ſeq.

§. V.

NVm. 1. immò & præſente Prorege poſſunt aſſenſus præſtare abſque eius interuentu, vt dicam infra nu. 3. hic tamen aduertendum duxi aſſentire eſſe ius Regium, & de reſeruatis Principi in recognitionem ſupremi dominij, idq; omnes admittunt abſque controuerſia, vt Auctor noſter aduertit in d. repet. lect. 5. nu. 46. hinc eſt, quod aſſenſus Viceregis in venditione feudi interpoſitus vẽditori, non opitulatur ex defectu poteſtatis, Franch. deciſ. 540. nu. 2. & licet aſſenſus perficiatur per verbum fiat, idem in deciſ. 663. nu. 2. adhuc tamen non probaret, niſi reductus fuerit in forma Regiæ Cancellariæ, vt dixit Maur. Iun. alleg. 71. nu. 1. hoc eſt firmatus manu Proregis item Regentium, ſigillatus & regiſtratus, quid autem ſi non fuerit ſigillatus, ſed firmatus manibus Regentium dumtaxat, vtrum valeat, videas Annam in repet. conſtit. conſtitutionem num. 69. quid autem ſi aſſenſus Regius ſuper alienatione feudi præſtitus fuerit, vtputa ſi Rex ſolus deſignauerit memoriale per verbum fiat, vel requiratur, quod ſit expeditum in ſcriptis, & ſigillatum, vide Affict. in cap. 1. num. 57. Imper. Lothar. & nu. 63. notat, an ſola ſignatura Principis cenſeatur perfectũ, & quid ſi contractus coram Principe celebraretur, an pariter cenſeatur aſſenſus præſtitus, idem Anna in d. repet. rubr. de vaſal. decrep. ætat. nu. 107. & Conſil. Rouit. in pragm. 4. ſub nu. 36. de feud. fundat etiam de iure communi Viceregem vti Regis Vicarium hanc poteſtatem habere aſſentiendi, de quo latè in præfat. Compend. mei Deciſ. Regn. apparet, vltra Annam in d. conſtit. conſtitutionem nu. 70. cum ſeq.

Num. 2. notandum eſt hic, quod aſſenſus gratia nuncupatur, & gratia eſt, vt notatum eſt ſupra eodem §. 13. nu. 12. & poſtquam gratia eſt, an re integra morte concedentis gratia expiret, vide Ant. Gabriel. in lib. 6. commun. opin. tit. de præbend. concl. 1. per totam, vbi de hoc limitationes cum ampliationibus collexit, ſic & beneplacitum Regis morte ipſius non extinguitur, Carauit. in rit. 2. nu. 24. & in ſpecie quæſtionem iſtam ſi aſſenſus expiret, quando ante expeditionem priuilegij in forma Cancellariæ concedens moriatur, & nouiſſimè Maurit. Apicell. alleg. 24. num. 94. vbi allegat Auctorem hic, & numer. 110.

Num. 3. nota, quod abſente Rege à Regno aſſenſus interponi poteſt à Vicerege in alienationibus, & obligationibus feudorum, niſi haberet limitatam poteſtatem, vt dixit Capyc. in inueſtit. feud. rubr. feud. aſſenſ. verſ. Vicerex abſẽte, vel eius Vicarij, ſeù Locumtenentis, & in deciſ. 156. nu. 10. In Regno autem hoc expeditum eſt per pragmaticam hic citatam, vt talis poteſtas Proregi, & Collaterali Conſilio conceſſa ſit, nam in aſſenſu concedendo multæ poſſunt oriri difficultates

tes in iure, quas Prorex sine præiudicio Regis, vel partium decidere non posset absque voto Collateralis Consilij, ad hoc, vt euitentur fraudes, item præiudicia, & læsiones, non mirum igitur si simplex memoriale per verbum fiat non sufficiat nisi in forma cancellariæ redactum sit ex pragm. 1. & seq. de fide memor. quam siquidem formam explicat Maur. d. alleg. 71. potissimum, vt fit firmatum manu Regentium, &c. de quo supra eodem nu. 1. at inquam nouissimè ex priuilegio Cæsar. Maiest. inter capit. Neapol. anni 1554. in cap. 7. fol. 153. à terg. prouisum est, vt Regentes Regiam Cancellariam circa assensus, & res pertinentes ad iustitiam prouidere possint absque interuentu Proregis, & sic seruatur indifferenter.

Num. 4. Ego autem obseruatum vidi tempore absentiæ Excellentissimi Comitis Lemensiũ Senioris, quãdo Romam se contulit in anno 1600. ordine suæ Maiestatis, vt inuestituram Regni huius obtineret, ac fidelitatis iuramẽtum S. P. præstaret, reliquit tandem eius Locumtenentem Ill. D. D. Franciscum de Castro eius filium, de quo etiam memor est Consil. Rouit. in rubr. de admin. & quomodo person. seru. nu. 23. vltra Auctorem in §. seq. nu. 1. vbi etiam tradit in casu mortis eiusdem Comitis remansisse eundem Locumtenentem, nũc meritissimum Siciliæ Proregem, & nouissimè existente generali Regis Locumtenente Illustrissimo Cardin. D. D. Antonio Zapatę, ex causa nouæ electionis, Deo dante, faciendæ noui Pontificis Romani ob mortem S. P. Pauli V. de hoc mense Ianuarij 1621. suum Locumtenentem constituit Ill. D. Petrum de Leyua in Regni administratione durãte absentia prædicta; quinimò in modica absentia parum duratura duorum, aut trium dierum semper remãsit Collaterale Consilium in administratione Regni circa iustitiæ administrationem, ac alia onera inuestigare.

Vers. est benè verum, vide Præs. de Franch. in decis. 138. nu. 6. loquentem de Principibus, Ducibus, Marchionibus, vt præcedant Cõsiliarios in Collaterali Consilio in sedẽdo, sed quando sunt in concilio pro causis proprijs, sedent in inferiori loco, & quando non sedent, & quomodo sedeant Barones titulati in hoc Regno, idem Præs. de Franch. decis. 365. nu. 2. & 3. tradit.

Num. 5. istas decisiones connumeraui in meo Compend. Decis. Regni, verb. magnus 1. & 2. vbi alios Doctor. citaui ad earum ornatum.

Num. 6. vide pariter in eodem Compend. verb. titulatus ex sanguine Regio.

Num. 7. idem tradit infra de delegat. cauſ. nu. 16. Regentes Regiam Cancellariam libellorum Præfecti appellantur, Freec. de subfeud. lib. 1. §. alias fuit quæstio nu. 2. fol. 22. & ipsi fuerunt à Rege catholico instituti, & quod nam sit eorum officium, idem in eodem lib. 1. de offic. magn. Cancell. nu. 29.

Num. 8. videas Molfes. in comment. ad consuet. Neapol. par. 10. q. 22. per totam, vbi plenius examinat paritatem votorum omnium tribunalium huius Regni concordandam, vltra Carau. in rit. 98. licet loquatur in votis præstandis in Sac. Cons. & Mag. Cur. quid autem si bis contingerit in eadem causa paritas votorum, quomodo decidenda sit causa, retuli in eodem Compend. verb. votorum paritas.

Num. 9. adde Auctorem supra eodem in tit. de tractis nu. 14. & quomodo sit debitor iustitiæ ibi addidi.

Num. 10. ex quo vtilitas publica debet præferri priuatæ, quæ sub publica includantur per nostrum Auctorem supra in titul. 1. nu. 25. habetur.

§. VI.

NVm. 1. quæstionem istam exactè disputat pro, & contra Consil. Rouit. in rubric. pragmat. de administr. & quod person. seru. à nu. 8. ad finem, vbi distinguendo casus absentię, infirmitatis, & mortis antiquas, & moderna exempla in consimilibus casibus alias in præsenti Regno occursis commemorando retulit, & in pragm. 24. nu. 2. & 17. de offic. Sac. Cons. ad quod vide Mastrill. in tract. de magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 165. hic citantem Auctorem.

Num. 2. antiquitus Proreges Præfecti Prætorio nuncupabantur, de quo plenius Bernardus Græcus in pragmat. de lit. form. &c. nu. 73. & seq. tàm istius nominis concernentia, quàm etiam æquiparationem ipsius ostendit, quibus potissimum assimiletur, idemq; etiàm tradit Carauit. in pragmat. 1. §. 2. nu. 8. de Senatusc. Maced. eiusq; officium in iure officio Proconsulis, vel Legati à Latere æquiparatur, Capiblanc. in pragmat. 1. num. 21. de Baronibus.

Num. 3. Vicereges in Regno omnia possunt, quæ potest Rex stante eorum potestate, Præs. de Franch. decis. 165. num. 2. latè Molfes. in prohem. consuetud. quæst. 7. per totam officium Proregis huius Regni copiosè intuetur.

Num. 4. est igitur absolutissimum etiam in alijs negotijs particularibus, vt potestas concessa per Regem trahatur etiam ad casum euentum post mortem Regis, Anna in allegat. 41. nu. 39. quanto magis in præsenti ca-

ſu, adde etiam Molfeſ. in dicta q. 7. nu. 6. citantem hic Auctorem.

Nu. 5. Legatus à latere non perdit iuriſdictionem ſede vacante cap. 1. & 2. de offic. legat. in ſexto, Cardin. in clement. 2. §. irritum de elect. in 3. oppoſit. & in clement. 1. quæſt. 2. de ſuppl. neglig. Prælat. Gloſ. in cap. 1. de ſciſm. in ſexto.

Num 6. vide Carauit. in ritu 278. num. 1. & 2. vbi loquitur de Regente Mag. Cur. vt in caſu impedimenti poſſit ſuum Locumtenentem conſtituere, & ſubdit in caſu impedimenti licitam eſſe delegationem, & contingit hoc practicari annis proximè elapſis in Regente Mag. Cur. D. Octauio de Aragona, qui ſuum Locumtenentem pluries conſtituit Regium tunc Conſiliarium Gaſparem Palatium in eius abſentia.

Num. 7. Ideò Procurator attenta cauſa prædicta neceſſaria, nempè infirmitatis, & abſentiæ, immò etiam captiuitatis aduerſus citationes in foro propoſitas contra reum allegare non prohibetur, latè Carau. in rit. 269. num. 13.

Num. 8. vide Carauit. in rit. 2. nu. 19. vbi etiam iſtam regulam limitat plurifariam, quando cenſeatur electa induſtria perſonæ, vt non poſſit ſubſtitui à nu. 6. cum ſeq. vbi aliqua notaui, vltra Andr. Gail lib. 1. pract. obſeru. in 97. obſeru. nu. 4.

Num. 9. adde Carauit. vbi ſupra num. 20. verſ. tertio limita.

Num. 10. an, & quando Præſes poſſit delegare, vide Specul. in tit. de legat. §. excipi poteſt, verſ. item, quod eſt delegatus in cauſa criminali.

Num. 11. adde Andr. Gail lib. 1. pract. obſeru. in obſeu. 97. nu. 9. ſic pariter, & delegatus Sedis Apoſtolicæ eſt maior quocumque ordinario. Anna in alleg. 71. nu. 10.

Num. 12. ad hoc nota, quod ſi pater haberet poteſtatem nominandi ſucceſſorem in officio, ſi expreſsè non appareret nominatio, per quæ verba, vel per quos actus cenſeatur nominaſſe filium, videas Maur. Sen. in alleg. 75. nu. 1. an autem filius admitti debeat ad idem officium, quod pater exercuit infra triennium, vide Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 10. ſub nu. 1.

Num. 13. Procurator ad negotia licet poſſit ſubſtituere ex ſe, ſi tamen ſubſtituit virtute poteſtatis ſibi à Domino conceſſæ, talis ſubſtitutio cenſebitur facta à Domino, & non à ſubſtituente, Anna in allegat. 141. num. 18. & quod Procurator ad negotia generaliter ad omnia conſtitutus, quandocumque etiam in præiudicium Domini ſubſtituere poſſit, refert Turzan. inter commun. opin. lib. 2. tit. de Procur. nu. 79. & de iſta deciſione hic citata per Auctorem, memini in meo Compend. verb. venditio alicuius.

Num. 14. videas in meo Compend. verb. ſubrogatus, vbi plura dixi.

Num. 15. in eodem Compend. verb. officia collata, vbi nonnulla allegaui, & Doctor. citaui, vltra Capyc. deciſ. 151. nu. 7. Apicella in ſuo Tutam. pauper. tit. 2. nu. 507. in addit.

Num. 16. regulariter enim ſalarium exſoluendum eſt pro itinere in eundo, & redeundo Officialibus, vt per Montan. in pragm. 1. de admin. vniuerſ. num. 43. etenim pro labore præſtatur Reg. Valenz. in conſ. 54. nu. 11. & quomodo ſit ſalarium ſoluendum Officiali in principio, medio, & fine, vide Fuſc. ſingul. 3. lit. S.

Nu. 17. adde Roman. in ſing. 390. medico, multas autem quæſtiones pertinentes ad medicorum ſalaria, congerit Carroc. in tract. de locat. par. 2. in grad. 4. tit. de medico q. 1. cum ſeq.

Num. 18. cõducens Iudicem, intelligitur etiam ſuis ſumptibus conduxiſſe in ſtando, eundo, redeundo, & comedendo inquit ex mente Paul. Caſtr. Carroc. in d. tract. de locat. in 1. par. tit. de cond. merc. nu. 14. quod facere videtur pro Officialibus, qui vadunt ad acceſſus locorum, ſumptibus partium, aut fiſci, quorum ſalaria in Regno ſtatuta inſpiciuntur in pragm. 6. de commiſſ. & exequut. ſecus ſi mitteretur per Curiam pro eius ſeruitijs, vide Parid. de ſyndicat. verb. an ſi Officialis conſueuit in fine, & Carroc. in dicto tract. de locat. tit. de remiſſ. merced. nu. 211. vbi tenet ſalarium deberi, ſi in itinere moriatur Officialis.

Num. 19. adde quod ſalarium Ambaſciatori diuerſimodè conſtituitur, nam aliquando trãſmittitur expenſis Communitatis, quę dat in diſceſſu certam quantitatem pecuniarũ pro expenſis, & iſto caſu non tenetur reſtituere quod ſupereſt, aliquando tranſmittitur eius proprijs impenſis, dando in recompenſam certum ſalarium, tunc tenetur reſtituere reſiduum, vt ex mente Imolæ, refert idem Carocc. in d. tract. par. 2. grad. 4. in tit. de Ambaſciat. q. 1. nu. 6. vbi alias quæſtiones examinat; attamen negari non poteſt, quin pro acceſſu, & receſſu debeat conſequi ſalariũ, ſed ſi ambularet per vias non rectas, nõ deberet habere ſalarium pro illo tẽpore, Mart. Laud. in tract. de Leg. Princ. notab. 26. Montan. vbi ſupra n. 44. quid autem ſi infirmatur per itinera, aut fuerit diſrobatus, idem Carroc. ibidem q. 3. 4. & ſeq. ſimiliter, & vaſallo cui ſoluitur ſalarium à Domino pro quolibet miliario, intelligitur militare pro acceſſu, & receſſu.

receſſu, quando vadit oneratus cum animalibus, niſi in receſſu reddiret oneratus, ita Franch. deciſ. 152. nu. 4. & ſeq. & ſic iudicatum, ita Campag. in cap. grauamina nu. 38. in addit.

Num. 20. vide Frecc. de ſubfeud. lib. 2 tit. quis dicatur Dux nu. 60. à quo enim die ſalarium currere incipiat, vel à die electionis, aut ingreſſu officij, vide Parid. de ſyndicat. in cap. incip. ſi Officialis decedat ſub num. 5. & hoc eſt iuri conſonum, cum nec Vicerex, Præſes, aut Legatus antequam intret Prouinciam ſibi decretam iuriſdictionem habeant in ea, vnde nec Locumtenentem conſtituere poſſunt, Capyc. deciſ. 151. num. 7. niſi ingrediantur, & iurent, vt conſuetum eſt ſeruari in capturis poſſeſſionum, ſicut de Prorege expreſsè loquitur Franch. dicta deciſ. 395. ſic etiam in omnibus Officialibus ſeruatur ex diſpoſitione capit. Regni item, quod omnes Officiales, Paris in eodem tractatu verbo iuramentum Officialis; nec enim ex ſola commiſſione transfertur adminiſtratio, niſi interceſſerit iuramenti præſtatio, Conſiliar. Rouit. in pragmat. 5. num. 7. de Baronib. & ſic communiter autem in Regno practicatur, à quo ſiquidem die captæ poſſeſſionis, & iuramenti præſtiti ſalarium Officialibus currere incipiat indifferenter, & circa iſtam materiam ſalarij ſi debeatur ante captam poſſeſſionem, ſin autem poſt, & ex aliquo impedimento non fuerit tempus cõpletum integrum, vel pro rata debeatur, aut ad hæredes tranſmittatur, multa poſuit Carroc. in dicto tract. in 4. part. tit. de remiſſ. merced. nu. 194. cum ſeq. regulariter enim ſalarium debetur pro tempore quo ſeruiuit, Capyc. in deciſ. 125. nu 4. 5. 6. & 7.

Num. 21. non ſolum ex diſpoſitione iuris Regni cautum eſt, vt Officiales expectent aduentum ſucceſſoris, vt in pragmat. 4. & 10. de Baronib. ſed etiam iuris communis, cum qua concordare dixit Conſil. Rouit. ibi num. 2. de quo ſatis per Carauit. in ritu 7. num. 8. & ibi Scaglion. idem Carauit. in rit. 295. nu. 7. Montanar. in pragmat. 2. de adminiſt. vniuerſit. num. 370. & 199. Campag. in cap. ſcire volumus num. 4. vltra Parid. de ſyndicat. in verbo ſequitur modo, latè Capiblanc. in pragmat. 5. nu. 68. de Baronib. Interim enim non prohibetur ſuum officium exercere, pendente Succeſſoris aduentu Officialis, & ſucceſſiuè habere ſalarium pro tempore, quo ſtabit de ſuperfluo, idem Paris in dicto tract. verb. ſi Officialis decedat nu. 7. & melius Villalob. inter commun. opin. tit. de offic. leg. nu. 120.

Num. 22. vide ſupra eodem nu. 20.

Num. 23. ſatis enim conſentaneum fuit ſalaria Officialibus conſtituere, quod priſcis, & nouis exemplis demonſtrat Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 514 quorum augmentum, legitima ſuadente cauſa Principi reſeruatum, ſed à quo die incipere debeat, potiſſimum in ſupremis magiſtratibus reperi Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux nu. 6. dicentem à die adminiſtrationis ſuſceptæ incipere, ſicquè paſſim deciſum eſſe in Regia Camera, de quo etiam ſupra eodem nu. 2. verba feci.

Num. 24. concordat cum num. 2. vbi aliqua notaui.

Num. 25. nota quod Proconſul non habet iuriſdictionem, niſi poſtquam eſt ingreſſus in Prouinciam ſibi decretam, Speculat. in tit. de compet. iudic. adit. §. 3. in fine, ſic & Vicerex in Regno non habet adminiſtrationem, donec ingrediatur, & iuret, Præſ. de Franch. deciſ. 393. num. 1. licet habeat iuriſdictionem in habitu, vide etiam Molfeſ. conſ. 15. num. 8. allegantem Auctorem hic.

Num. 26. Non enim iuriſdictio diuidi debet inter plures, licet eius adminiſtratio, ſecus ſcilicet per loca, & tempora, Bart. in primo conſil. extat gloſ. 2. in cap. prudentiam de offic. delegat. Cardin. in clem. fin. in q. 1. de præbend. Paul. de Caſtr. in conſ. 161. Bald. in cap. imperialem §. præterea ducatus 2. col. de prohib. feud. alien. per Feder. at ſi iuriſdictio eſſet inter plures erit tamen inſolidum; Alexand. conſ. 87. num. 16. lib. 6. & ob id non diuiditur niſi alternis annis, vt ibi ſubnectit num. 17. & ſatis de hoc per Iacob. in tractat. feud. rubr. Marchio in Italia in verſ. dubitatur etiam, ideò iuriſdictio anteceſſoris nunquam ceſſat, niſi ſucceſſor poſſeſſionem officij adeptus eſſet, ne tamen careat Ciuitas regimine, vt hic notat Auctor, ad quod etiã ſubnota etiam ſi concedens moriretur, hinc iuriſdictio ordinaria per Principem ad beneplacitum conceſſa, morte Principis non expirat vſque ad ſucceſſoris aduentum, Capyc. deciſ. 116. nu. 27.

Num. 27. regulariter enim Vicerex, Præſes, aut Legatus antequam intret Prouinciam non habent iuriſdictionem in ea, & ideò Locumtenentem conſtituere non poſſunt, Capyc. deciſ. 151. num. 7. quod limitat hic Auctor, ſi ob aliquod impedimentum eſſet detemptus, quinimò Poteſtates licet non poſſint ſibi Vicarios eligere de iure, niſi fortè aliqua conſuetudine, vel ratione impedimenti Vicarios conſtituiſſent, adhuc procederet regula, vt tradit ibidem Capyc. nu. 2.

Num. 28. adeò verum eſt hoc, quod Vicerex, &

Vicarius Principis parificentur Principi quoad offenſionem ipſorum, vt multis exemplis demonſtrat Capyc. deciſ. 130. nu. 49. & ad inſtar Prouinciarum Præſides exiſtunt Præfectus, & Præſes, idem eſſe videntur, habentq; Præſides maius imperium, & Prouinciam poſt Principem l. Præſes ff. de offic. eius, notat Berard. Græcus vbi ſupra nu. 78.

Num. 29. vide Speculat. in tit. de iuriſd. omn. iudic. in princ. ſub num. 2. vbi plura, imò ſuper illuſtres dicuntur, Alciat. in l. ſpecioſas in princ. ff. de verbor. ſignif.

Num. 30. antiquitus enim Rex Apuleæ dicebatur, & tales Reges ſoliti erant coronari in ciuitate Bari, vbi ad præſens veſtes & alia inſignia Regalia inſpiciuntur, vt dixit Frec. de ſubfeud. lib. 1. tit. de antiquo ſtatu Regni nu. 4. vbi in antecedenti numero notat quendam de domo Pepiniana fuiſſe Regem Apuleæ, & dictos Reges Apuleæ conſueuiſſe, conferre dignitates Comitatus in perſonam prout fatetur Reg. de Curte in dicto diuerſor. iur. feud. §. ſed vnde nu. 16. quinimò permutationem nominis, quod hodie habet Rex noſter Siciliæ citra pharum ad differentiam Inſulæ Siciliæ, quæ eſt vltra pharum, vt refert Campag. in extrauag. de vita, & honeſt. cler. in princ. verſ. Siciliæ appellari cernitur Dux Apuleæ eius primogenitus.

Num. 31. adde Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 4. conſiderat. 18. vbi loquitur de Cardinalibus Legatis, & quibus æquiparantur, & ſatis in conſiderat. 10. loquitur de Cardinalibus, qui æquiparantur Conſulibus, vt tradit Grauat. ad Veſt. in praxi Rom. lib. 1. cap. 1. num. 8. & loco Senatorum ſucceſſiſſe cenſet Speculat. in titul. de leg. §. ſequitur poſt princip. in verſ. laterales, & ob id Eccleſia Romana dicitur habere Senatum, quamuis gloſ. in cap. 2. de offic. legat. in ſexto, verſic. Proconſulum, & Bald. in l. à Iudice in 1. oppoſit. C. de iudic. Petr. de Suzar. in l. cum Prætor §. 1. ff. eodem, & alij citati per Bertach. in ſuo repert. verbo Cardinalis dicant eos ſucceſſiſſe in locum Proconſulis, vel Præfecti, eo quod ipſi aſſiſtunt Papæ, ſicut Conſules Principi, notat Mart. Laudenſ. in tract. de Cardinal. in notab. 12. ex mente Specul. gerunt enim officium generalis Eccleſiæ, ſubdit in 18. notab. vbi alia de eis verba facit.

Num. 32. vide ſupra in præcedenti nu. 31.

Num. 33. vide ſupra eodem nu. 2. & 24.

Num. 34. adde Corſet. in ſingular. verbo ſalarium il tertio, quem ſequitur Carroc. in dicto tractat. part. 4. tit. de remiſſ. merced. nu. 213. multa autem ad ornatum l. diem functo ff. de offic. Aſſeſſor. collexit Ricc. colle. 179.

§. VII.

NVm. 2. principaliter notandum eſt, quod Mag. Cur. Vic. iuriſdictionem habet in toto Regno, Gramm. in conſtit. appellationum nu. 19. omnesq; curias offuſcat, & habet nonnullas præheminẽtias, inquit Carau. in pragm. 1. §. 1. num. 13. de Senatuſc. Maced. ob quod caput, Domina, & fons aliarum Regni curiarum dicitur, Carau. in tit. 1. num. 7. non mirũ ſi contra omnes ordinariè iuriſdictionem habeat, vt dicam infra eodem nu. 4.

Nu. 3. vide Chaſſan. in cathal. glor. mund. part. 6. conſider. 29. vbi expreſsè loquitur de iſtis Curialibus aſſiſtẽtibus Principi, & multa de eis loquitur, in Regno autem noſtro ſunt Regentes Regiam Cancellariam, qui pariter collaterales Conſiliarij dicuntur, licet largo modo cẽs officiales appellari poſſunt Conſiliarij Regis, quia Regis curiam aſſequuntur, & aſſiſtunt capiti tribunalium, ſimiliter Auditores Prouinciarum, Ioan. Grand. de bello exul. in prædic. agere q. 3. in princ. verſ. ſed Auditores, vt quoque vidi obſeruatũ in Audiẽtia Calabriæ citra, vbi Auditores illius à Præſide Conſiliarij Regij nuncupantur, quoties eis cauſę committuntur, & ſic in memorialibus deſcribuntur, ſimiliter dicuntur iſti Regentes Cancellariam pars corporis Proregis, Auctor in conſ. 146. nu. 60. vol. 2.

Num. 4. vide Maſtrill. de magiſtr. lib. 5. cap. 8. nu. 15. licet autem Mag. Cur. Vic. olim fuerat in duobus tribunalibus diſtincta, hoc eſt in tribunale Mag. Cur. & tribunale Vicarij Regis, quorum vnum gubernabatur à Regente ipſius Mag. Cur. loco magni Regni Iuſtitiarij, alterum verò à Vicario Regis, Gramm. deciſ. 34. nu. 9. Alex. Roman. in pragm. 1. nu. 54. de blaſph. Capibl. in pragm. 8. par. 1. num. 54. de Baron. quę quidem hodie ſunt vnita, & per talem vnionem dicitur tribunal M. C. V. de quo ſatis in præfat. mei Compend. Deciſ. Regni in fin. cum itaq; tribunal Vicarij ex Vicarij Regis generalis Regni perſona gubernaretur, Carau. in rit. 55. nu. 2. & ab eo nomen deſumpſiſſet rectiùs hodie Regis pariter tribunal appellatur, ſicut hic Auctor putat, quapropter in Regno Mag. Cur. Iudex eſt competens omnium perſonarum cuiuſcumque ſtatus, gradus, &c. vt per Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. par. 2. gloſ. cõpetentes nu. 11. iuriſdictionemq; habet in toto Regno in ciuilibus, & criminalibus, etiam cõtra omnes Barones in genere, Carau. in rit. 46. nu. 16. benè verùm eſt, quod tribunal S. C. ſimiliter cognoſcit nomine Regiæ Maieſtatis, & eſt ſupra Magn. Cur. Imò ab eo tanquam à Rege iuriſdictio in Magn. Cur. eſt diſtributa.

Auctor

Auctor in cons. 36. num. 14. vol. 2. antiquitus enim Mag. Cur. super omnia castra Regni, & loca iurisdictionem exercebat, Francisc. de Amic. in cap. 1. §. sumus modo num. 7. fol. 47. de ijs, qui feud. dar. poss. quæ deinde fuit pessundata tempore Regis Alphonsi, qui cepit communicare merum imperium Baronibus, Capibl. in pragm. 8. nu. 43. de Baron. par. 1. sed hodie in appellationibus remansit suprema.

Nu. 5. & de communi obseruantia citandi per Magn. Cur. omnes personas cuiuscumque gradus, conditionis, & præeminentiæ, testatur Muscatell. vbi supra nu. 12. an autem Barones carcerari possint sine licentia Proregis, & etiam Officiales maiores, vide Capibl. in rubr. pragm. de Baronib. nu. 15. vbi tenet, quod non, & hoc in criminalibus; in ciuilibus autem ex quadam vbanitate, ac more quodam introductum est in Mag. Cur. vt literæ exequutoriales prius illis ostendantur, & per Iudices mandantur prius, vt soluant alias consignentur litteræ exequutoriales.

Num. 7. cum dispositione huius ritus concordare videntur, tradita per Chassan. in d. cathal. par. 6 consider. 30. vbi etiam dixit tales Curiales non conueniri in curia ordinarij: sed coram Iudice à Principe deputato, vt est in Frãcia; limitatur tamen hoc priuilegium familiaritatis à Rege concessum, non procedere ratione rei sitæ, vt per Fuscum in singul. 101. lit. P, & vltra ea vide Consil. Patin. in suo tract. de Iudice milit. inter comment. Rouiti sub tit. de milit. num. 11. citantem hic Auctorem nostrum, vltra Puteum decis. 56. nu. 9. par. 1.

Num. 8 adde Nicol. Euerard. in sua topica iur. loco à milite arm. mil. ad mil. cælest. nu. 1. & 2. vbi loquitur de talibus priuilegijs: an autem gaudeant, vel non gaudeant priuilegijs militaribus concessis hodie ipsi milites, vide eundem Consil. Patin. in eod. tract. nu. 36. qui tenere videtur adhuc gaudere, præsertim isto priuilegio, vt non teneantur nisi inquantum facere possint, de quo etiam loquitur Paschal. in d. tract. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 9. nu. 37. & seq.

Num. 9. Doctores nequeunt carcerari de iure pro debito, idem Euerard. loc. cit. nu. 3. Carauit. in rit. 166. nu. 30. vbi testatur de communi obseruantia, vt carcerari possint, & sic in dies practicatur.

Num. 10. Afflict. in constit. statuimus dixit suo tempore nonnullos remissos fuisse ad magnum Senescallum, & sic in contingenti casu decisum refert ibi Reg. Carol. Tapia nu. 13. de quo in meo Compend. verb. remissio alicuius, quod etiam refert Consil. Rouit. in pragm. 16. nu. 51. de milit.

Num. 11. priscis enim temporibus militum Iudex erat legionis Præfectus, vt dixit Veget. citatus per Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de origin. feud. nu. 30. quamuis in Regno antiquitus hæc iurisdictio pœnem magnum Comestabilem residerat, nouissimis autem temporibus pœnes Regni Proreges, subnectit ibidem Frecc. in eodem lib. 1. in tit. de sept. offic. Regni num. 23. per quos fuerunt deputati Auditores exercitus, qui iurisdictionem generalem habent super omnes milites Hispanæ, ac Italianæ nationis, tam circa cognitionem causarum criminalium, quàm etiam ciuilium adhibita in ijs declaratione sancita in pragm. 15. de milit. quam singulariter comento decorauit idem Consil. Patin. in eodem suo tract. de Iudic. milit. inter opera Consil. Rouit. eod. tit. de milit. & eadem pragm. 15. & vltra prænarrata vide Mastril. in suo tract. de magistr. lib. 5. cap. 16. nu. 3. vbi meminit de nostro Auctore hic, nouissime autem Nouarius in sua prax. elect. & variat. fori q. 37. nu. 2. an autem milites gaudeant priuilegio fori, si non existunt sub vexillo, vide Capibl. in pragm. 8. de Baron. num. 243. par. 1.

Num. 12. videas Consil. Rouit. in pragm. 16. nu. 53. de milit. & ad hoc facere videtur, quod dixit Chassan. in cathal. glor. mundi part. 6. consid. 30. de curialibus Principis loquens, vt non possint conueniri coram Iudice ordinario, sed coram Magistro officiorum, aut magno Præposito domus Principis, prout est in Gallia, hic tamen Neapol. coram Regio Auditore exercitus, sic Principe specificè mandante ex delegatione, vt sæpè visum fuit, & de eo vide Consil. Rouit. in pragmat. 16. nu. 50. de milit.

Num. 13. sic etiam Officialis durante officio conueniri potest pro debitis ante contractis, vt per Par. de syndic. verb. durante officio num. 1. 2. & seq. quem sequitur etiam Carau. in rit. 295. nu. 3. cum seq.

Num. 14. vide Consil. Rouit. in d. pragm. 16. nu. 40. & seq. vbi refert, an & in quibus casibus ciuilibus potissimum pro debitis Iudex militum contra eos cognoscere posset, & quando non, respectu verò priuilegij fori concessi, vel ad postulationem, vel motu proprio, vt sibi locum vendicet remissio satius erit videre Præs. de Franch. decis. 544. cum allegatis per me in Compend. Decis. Regni, verbo priuilegium; secus tamen erit si esset priuilegium lite pendente superuentum reo, citra eius factum voluntarium, tunc enim illum eximeret à Iudice coram quo lis erat

inchoata, Benedict. Capra inter commun. opinion.lib.1.tit.de diuerſ.reſcript.nu.76.allegat Balb.deciſ.70.Angel.in l.ſi quis poſtea ff.de Iudic. Bartol.& alij in l.1. ff de pœnis,& nouiſsimè Nouar. in ſua praxi elect. & variat. fori quæſt 13. per totam, id exemplificat in eo, qui eſt effectus miſerabilis lite pendente ſi gaudere debeat priuilegio fori.

Num.16. videas Epiſcopum Iſern.in ſua praxi Curiæ Archiepiſc.Neapol.cap.16. nu.6. de hoc loquentem,& praxim allegantem,quod limitat non procedere quando dolo,& fraude fuiſſet laicus clericus effectus ex deciſ. Franch. 209. qui licet articuli deciſionem non referat, adhuc in fauorem clerici pronunciatum fuiſſe refert Reg.Carol. Tapia in conſtit.de perſonis nu. 33. de quo in meo Compend verb.clericus,vel profeſſus,& benè,quia loquũtur in criminalibus, vbi alios Doctores citaui, ſed quid in ciuilibus ſi in fraudem laicus clericus efficeretur, accidit hoc diſcuti in Mag.Cur. de hoc præſenti anno 1620.in menſe Iulij in cauſa illorum de Focito citatorum per Veſpeſianum Macedonium ſuper tenore inſtrumenti, qui in vltimo peremptorio,comparuerunt curia pro tribunali ſedente, aſſerendo ſe clericos primæ tonſuræ, & in habitu clericali, cum bullis poſt tamen obligationem obtentis, & ſucceſsiuè remittendos ad Curiam Archiepiſcopalem, licet enim per creditorem ipſum inſtatum fuiſſet nullam de eis rationem habendam, cum de reliquis nulla conſtabat probatio,hoc eſt de ſeruitio, iuxta tenorem bullæ Clementis Summ. Pontif. de qua meminit Vrſill.deciſ.24.& quatenus aliquid de ſeruitio conſtaret non poterat impediri liquidatio, iuxta ritus rigorem tanto fortiùs attenta notoria fraude, quinimò per ipſam Mag.Cur.ad relationem Iudicis Aloyſij Caraccioli, fuit decretum,quod remaneant cõdemnati, pœnes Seraphinum Actor.Magiſt. licet de hoc adhuc pendeat relatio facienda in Sac.Conſ.& hoc videtur decidi ex traditis punctualiter per Galter. in praxi inſtrument.in 2.par.vlt.part.rubr.1. ſub nu.17. verſ. limita tamen, vbi allegat Addentes ad Robert.in tract.de reaſſumpt.inſtr. conſid.4. poſt num. 71. ſub patrocinio mei conſobrini Io.Franciſci Vitaliani I. C. eruditi, ſed hoc procederet reſpectu realis exequutionis,non autem perſonalis, quæ enim remitti ſolent ad eorum Iudices concernentia exequutiones bonorum,& perſonarum, an autem laicus effectus,clericus in fraudem creditorum gaudeat beneficio cap.Odoardus, vide eundem Epiſcopum Iſern. in d. ſua praxi cap. 3. num.11.

Num.17.adde Conſil.Patin.in d.tract.ſub num. 19.verſ *ſolo mi reſterà*, vbi allegat hic Auctorem, & in militibus idem procedere dixit Conſil.Rouit.in d.pragm.16. nu.41. qui autem dicantur iſti curiales, videas Afflict.in conſtit.intentionis ſub nu.23. Carau. in rit. 160.nu.4.& rit.232.nu.1.an autem gaudeant priuilegio fori,latè Nouar.in ſua prax.elect. & variat.fori q.40. per totam.

Num.18. idem Conſil. Rouit. vbi ſupra nu.41. & quid in clerico negotiatore ratione artis, vel exercitij,vide Vrſill.deciſ.24.nu.3.Eatenus enim milites gaudent priuilegijs militaribus, quatenus vacent armis pro Republica,& non negotiationibus, Martin.Laud. in tract. de milite §.5. & multa ad ornatum fori ratione artis, collexit Ricc. collect.94. & latiſsimè Carol.de Graſſ.in tractat.de effect.cleric. in 6.effect. vbi loquitur etiam de clericis artiſtis, & negotiatoribus, Ferron. in conſuetud. Burdegal. tit. de ſtatu perſon. §. 1.

Num.19.Quemadmodum etiam Regentes Regiam Cancellariam dicantur viri militares, licet non ſint milites, vt ſubdit Auctor infra eodem nu.30. ſic etiam,& Aduocati militares viri dicuntur l.Aduocati C.de aduoc.diuerſ.iudic.ibi militant,namq; cauſarum patroni,&c. vbi glol.in verb.militant,ſubnectit ſic, & quilibet in ſuo officio ; quo verò ad fraudis interuentum ob quam ceſſare videtur priuilegium militibus cõceſſum, ac alijs conſimilibus priuilegiatis, vt exemplificando etiam demonſtrat Auctor infra tit. 10.rubr.de portu nu.7.ego alias dum in ciuitate Arianenſi degiſſem aliquando conſultus à Mario Calcaneo creditore vnius militis nouæ militiæ de domo,ſeù familia Cardinalis, quid agendum contra eum, eo quod tacito ſuo priuilegio militari pro principali debitore fideiuſſerat pœnes acta, & incuſata pœna ipſe excipiebat eſſe militẽ, nec ob id moleſtari iuxta notorias pragmaticas, ſituatas in tit.de milit. reſpondi ipſum in fraudem verſatum eſſe tacendo priuilegiũ, & propterea ei nil prodeſſe per text.in l.2. ff.ad Senatuſc.Velleian.ibi, ſed ita demum ei ſubuenit ſi non callidè ſint verſatæ,nam deceptis non decipientibus opitulatur, &c. & in fine ſubnectit I.C. Infirmitas enim fœminarum non calliditas auxilium ſumit,quod etiam notat Alex. de Tremol. in addit. ad praxim Bonacurſ. in tit. de perempt.except. ſuper verbo velleiani col.3. verſ. tertius caſus erit, & ſic porrecto memoriali Illuſt.Proregi,& diſcuſſo negotio in Collater.Conſil.fuit prouiſum in fauorem creditoris contra dictum militem, vt contra eum exequeretur, & ſic exequutum

quutum inde fuit per illius Ciuitatis ſuc Gubernatorem Franciſc. Anton. Salinas meum obſeruandiſſimum conſobrinum,qui ob ſuas virtutes præclaras Auditoratus munera pluries decoratus exercuit in Prouincijs Calabriæ citra,& inde Hydruntinæ, & nouiſſimè ab Illuſtr. Cardin. Borgia Locumtenente Generali in Prouincia Capitinatæ, ac Comitatus Moliſij deſtinatus; demùm ex communi praxi recepta in tribunali Auditoris exercitus huius Regni contra dictos milites debitores ordinariè brachium eius impartitur, literis exequutorialibus expeditis per alias curias Regni, & ſic abſque difficultate proceditur, & de hoc praxim Auctor noſter tradit in ſeq nu.43.quomodo Collat.Conſil. contra eos exequi mandat.

Num.20.& ſic nota,quod priuilegium non tollit legem communem, Gloſ.final.in l.beneficium ff.de conſtitut.Princip. & quemadmodum priuatorum pacto publicum ius non tollitur l.neratius §.ſi verò ff. de religioſ. & ſumpt.fun. l.ius publicum ff. de pact. ita pariter, & priuilegium, quod priuata lex dicitur cap. priuilegia diſtinct. 3. & cum contineat ius priuatum, meritò ei de facili præfertur ius commune, Specul.in tit.de inſtrument.edit.§.nunc autem videndum in princ. non mirum ſi vtilitas publica priuatæ præfertur, gloſ.3.in l.riparum ff. de rer.diuiſ. l. actione §.labeo ff. pro ſoc. & ſucceſſiuè priuilegium ipſum ei præiudicare nequit.

Num. 21.vltra Boſſ.in tit.de for.compet. nu.4. loquentem de Caſtellano, extat deciſ. Præſ. de Franch.458.loquens de Caſtellano,qui habet ex priuilegio cognitionem cauſarum ciuilium, & criminalium, ac mixtarum omnium ſeruientium, ſociorum accordatorum in caſtro,imò ſuorum familiarium, & agentium,quinimò ſi contingerit eos delinquere extra caſtrum remiſſioni locus eſſet, & ſic deciſum refert, prout in d. meo Compend. verb.caſtellanus, vbi alios citaui Doctor. & cum opinione noſtri Auctoris concordant dicta per Chaſſan.in d.cathal. eadem par.6. conſid. 30.quid autem in vaſallis delinquentibus extra territorium, vbi cognoſci debeant extat pragm.1. vbi de crim. quis conuen.deb.vbi Conſil.Rouit.latè examinat per plures quæſtiones materiam iſtam, & Doctor.omnes inter commun.opin. tit.vbi de crim.agi oport.

Num.22.Conſiliarij Collaterales dicuntur illi, qui aſſiſtunt Principi, & dicuntur pars corporis Principis,vt declarat Gigans in tract. de crimin.læſ.maieſt.q.14.nu.2.& 3. qui in Regno nuncupantur Regentes Cancellariã, & tanquam corruſcantes radijs Principis,vt pars corporis illius ſunt maiores dignitate cæteris omnibus, Conſil.Rouit. in pragmat. 11.nu. 2.de.offic. & quæ eis prohib.

Num. 23 quomodo autem concilium à conſilio differat,vide Bald.in l.1.circa medium, verſ.quæritur vtrum C.de manumiſ.vind. & concilium quod nam dicatur,Afflict.in conſtit.vt vniuerſis num.47. Reg.Valenz. in diſcurſ.ſtatus,& belli par.2.cap.20. nu.1. & 2. videndus eſt etiam Molfeſ. in prohem. conſuet.Neapol.q.11.nu.17.qui citat Auctorem noſtrum.

Num.24.hic nota vulgatum dictum noſtri Imperatoris Iuſtiniani in prohem. inſtit. quod Imperatoriæ maieſtati decet, non ſolum armis decorari,ſed legibus armari,vt vtroque tempore bellorum, & pacis rectè gubernare poſſit,& ſic explicat gloſ. in l.vnum §. final. ff.de legat.2.in verſ. prouidentiſſimus verba illius text. & idem Princeps prouidentiſſimus, & vir religioſiſſimus, hoc eſt ſapientiam legibus adſcribendo; prouidentiam verò armis,& hoc ſequitur Afflict.in conſtit. non ſine grandi nu. 7. quapropter cum Rex omnia facere debeat cum conſilio ſapientis,tunc benè regere diceretur populum, idem in conſtit.diſputare num 6.& in conſilijs habendis, parcus eſſe non debet, vt tradit in conſtit.vt vniuerſis ſub nu.47. vbi in ſeq. num. ponit qualitates requiſitas Conſiliarijs potiſſimum in concernentibus iuſtitiæ adminiſtrationem,ſimiliter conſilio, & prudentia bella, & res præclarè geruntur, Reg.Valenz.in d.tract.ſeù diſcurſ. belli par. 2.cap.11.num.57.non mirum ſi in vtroque ſtatus regimine conſiliarij conſtituti ſunt, præſertim Neapol. quò ad iuſtitiæ exercitationem deſtinati ſunt Regentes Cancellariam,qui vt dixi Conſiliarij collaterales dicuntur, qui quò ad belli incumbentia, alij Cõſiliarij, qui conſiliarij ſtatus dicuntur.de quibus ſpecificè loquitur Muſcatell.in tract. de Doctor.decorat.& auctor.par.3.num. 46. & ſeq. vbi eorum nomina tunc viuentium, Conſiliariorum Iuſtitiæ, & belli commemorat.

Num.25. Regentes Regiam Cancellariam in materia iuſtitiæ vota deciſiua proferunt, & iuxta eorum vota exequitur,non autem in materia belli; nam tunc vota dumtaxat cõſultiua proferunt tantum,quæ benè exequũtur adhibitis votis Cõſiliariorum ſtatus, ad quod principaliter ſpectat de rebus bellicis diſſerere,& vti peritis in arte erit ſtandum, ſicut in alijs peritis in eorum artibus, cap. propoſuiſti de probat. de quo per Ricc. collect.136. licet autem talia vota conſultiua ſolent nimium conferre, quemadmodum

conſili

conſilia deciſiua valde differunt ab ijs, quæ in fauorem partium fuerunt, & allegationes ſunt periculoſæ, quæ non vacant, Præſ. de Franch. deciſ. 441. nu. 4. ſic differunt iſta vota inter ſe.

Num. 26. iſtam materiam reſpectu ciuilitatis ſatis exornat Menoch de arbitr. iudic. caſu 86. nu. 11. cum ſeq vbi intellectum l. 2. C. vbi Senat. vel clar. diffusè examinat, reſpectu verò criminalitatis vide Boſſium in tit. de for. compet. nu. 3. vbi in ſpecie loquitur de militibus, de cuius veritate vltra congeſta per Franch. deciſ. 88. & collecta per Ricc. collectan. 95. vide eundem Conſil. Patin in d. tractat. num. 12. cum ſeq. vbi pariter de intellectu gloſ. & text. l. magiſteriæ ſatis pertractat.

Num. 27. quid autem in criminalibus, vide Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 518. per totum.

Num. 28. de quo loquitur ſpecificè Chaſſan. in d. cathal. eadem par. 5. conſid. 10.

Num. 29. adde Menoch. de arbitr. d. caſ. 86. nu. 10. 12. & 19. vbi de intellectu iſtius legis nonnulla dixit, & inſuper vide Specul. in tit. de iuriſd. omn. iudic. à nu. 2. ad 8. vbi omnes antiquos magiſtratus recenſet, præſertim nu. 5. de magiſtris militum verba facit, & in tit. de reo, Conſil. Rouit. in d. pragm. 16. nu. 3. vltra Chaſſan. in eodem cathal. par. 9. conſid. 17. vbi etiam loquitur de magiſtro officiorum, & de varijs magiſtratuum generibus verba effundit Alciat. in l. pupillus §. decurriones ff. de verbor. ſignif. quamuis Afflict. in d. conſtit. ve vniuerſis nu. 8. dicat iſtos viros militares ſecundum Andr. tam in cauſa ciuili, quàm criminali ſubeſſe paribus Curiæ, ſed cenſeo ipſũ loqui de feudatarijs, qui pariter dicuntur militares viri, nam militis appellatione intelligitur quilibet vaſallus, idem Afflict. in cap. ſancimus nu. 27. de feud. ſine culpa non amitt. & ſic non de alijs militibus.

Num. 30. ſupra eodem nu. 19. aliqua de hoc notaui, & hic nota communem obſeruantiam in Sac. Conſ. quando interponuntur decreta interlocutoria per Regios Conſiliarios ſolitum eſſe, & ſic per Scribas eiuſdem Sacr. Conſil. verba illa deſcribi, per magnificum militem V. I. D. talem de tali Regium Conſiliarium.

Num. 31. adde eundem Bart. in l. ſi tibi in princ. ff. de option. leg. Angel. in §. omnem col. pen. verſ. & aduerte, authen. de litig. Bertach. in verb. cætera, verſ. cæterorum.

Num. 32. videas Conſil. Rouit. in d. pragm. 16. nu. 34. vbi loquitur de militibus actu non ſeruientibus, licet faciant militarem profeſſionem, & in matricula ſint deſcripti, non tamen gaudent fori priuilegio, ſed in omnibus actibus vtuntur iure communi, vt ſingulariter Afflict. in conſtit. proſequentes num. 28. cenſet ad propoſitum tandem, quod illi tantum milites gaudent priuilegio militari, qui obſeruant honorem dignitatis militaris cum equis, & armis, & alijs militaribus inſignijs, vt ibi per eum, hoc tamẽ limitatur ſecundum eundem Conſil. Rouit. vbi ſupra nu. 13. non procedere in exiſtentibus in curia Principis, vel in alio quocumque loco in ſeruitio Regis, atque habentur, ac ſi actu militarent, quid autem in alijs priuilegiatis artem aliquam non exercentibus, vel ſi pro maiori parte exercuerint, an gaudeant priuilegio fori cumulat nonnulla Ricc. collectan. 94.

Num. 33. inter cætera gaudent, ac ſi actu militaſſent, vt per Conſil. Rouit. in d. pragm. 16. nu. 17. de milit.

Num. 34. adde eundem Afflict. in conſtit. proſequentes nu. 28.

Num. 35. licet iſti Conſiliarij ſtatus non militent actualiter, regulariter tamen militauerunt, & inde ob eorum experientiam, ac animi nobilitatem eliguntur in cętum Conſiliariorum ſtatus, & ſunt maior pars ipſorum viri, ſiquidem in dignitate poſiti nobiliſſimi, & experti in materia belli, quare Muſcatell. in d. tract. de Doctor. decorat. & auctor. par. 3. nu. 51. & ſeq. poſt præcalendationem nominum Conſiliariorum ſtatus, tunc ſuo tempore exiſtentium ſubnectit num. 52. eos facere Senatum, & ęquiparari Dictatoribus, qui ob bella finitima creati erant, & pari modo Conſiliarij à latere dicuntur, quia Principis lateris Comitatu eos illuſtrat.

Num. 36. nota hic, quod ſæcularis militia duplex eſt, ſcilicet equeſtris, & pedeſtris, de quibus per Chaſſan. in cathal. glor. mund. par. 9. conſid. 12. & ita aliud eſt conſilium collaterale, quod conſiſtit in duobus cętibus conſiliariorum, nempè iuſtitiæ, vt ſunt Regentes, & belli, vt ſunt Conſiliarij ſtatus, qui in vnum reducuntur, potiſſimum quãdo tractatur materia belli, quoniam tunc & ſi ipſi Regentes interueniat non habent vota deciſiua, ſed conſultiua tantum, vt dictum eſt ſupra eodem nu. 25. & ad dignoſcendum, quod alij ſunt Conſiliarij ſtatus, & alij ſunt milites, demonſtratur ex illo iuridico ſigno, nam milites arma militiæ nequeunt portare in palatio Mag. Cur. Afflict. in conſtit. intentionis nu. 14. quod etiam extenſum eſt ad habentes licentiam illas portandi, non tamen in Regio palatio, vt in pragm. 30. de armis, ſicuti miles ad palatium Comitis arma deferre nõ poſſet, niſi eſſet Comes, Marchio,

chio, & Dux, Frecc. de subfeud. lib. 2. in differ. inter feud. Reg. titul. in 40. different. & de hac materia plenius Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 394. nu. 44. & melius Campag. in cap. inter subiectos nu. 35. vbi ex mente nonnullorum Doctorum tradit, neque coram Iudice, neque in congregatione, & cętu hominum, vel cętu consilij deferre possunt, & sic communiter seruatur in omnibus tribunalibus huius Regni, quod non est vetitum istis Consiliarijs status se vnanimiter congregantibus in consilio.

Num. 37. vide Consil. Rouit. in d. pragm. 16. nu. 20. de milit. Martin. Laud. in tract. de milite q. 1. & 5.

Num. 38. nota quod matricula sine exercitio, & è contra non sufficit, sed vtrumque requiri refert Præs. de Franch. decis. 481. & sic decisum subnectit, vt in meo Compend. verbo matricula, vbi alios allegaui, an autem Magn. Cur. cognoscere possit de veritate matriculæ militis, si est vera, & si offeratur id probaturum, idem Consil. Patin. loc. cit. nu. 49. & 50. sicuti etiam in falsitate bullarum præsentatarum per clericos, vide in eodem Compend. verb. Iudex sæcularis, an sit competens.

Num. 39. sic etiam priuilegia concessa scholaribus non competunt ociosis, Gail in tract. de arrest. cap. 10. nu. 10. de veteranis, & quãdo gaudent priuilegio ipso, lest text. in l. 4. C. de veteran. lib. 12. vbi Luc. & quando cessat eorum priuilegium, habetur in l. 3. eiusdem tituli, & quid sit veteranus miles habetur per Corras. miscellan. iur. lib. 6. cap. 11. nu. 2. tamdiù enim priuilegia Artificibus concessa durant, quamdiù quis in ea se exercet, Tiraquell. in tract. cessant. caus. par. 1. nu. 208. aliter si non exerceret, & si descriptus non gauderet, Andr. Gail lib. 2. obseru. 118. nu. 10.

Num. 40. adde Consil. Rouit. in d. pragm. 5. nu. 53. de milit. de quo in meo Compend. verbo remissio.

Num. 41. adde Martin. Laudens. in eodem tract. de milit. q. 5. Villalob. inter commun. opin. tit. de testam. milit. nu. 8. & Consil. Patin. in d. tract. nu. 36. tenentem contrarium, & Paschal. in tract. de virib. patr. potest. par. 3. cap. 3. nu. 35. de quo satis per Thomasett. in suo flore legum reg. 242.

Num. 42. adde eundem Consil. Patin. in eodem tract. nu. 40. vbi vltra Auctorem nostrum alios citat Auctores, Paschal. in tract. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 3. nu. 26.

Num. 43. vide supra eodem nu. 19. Paschal. vbi supra nu 22.

Num. 44. & quando locum habeat dispositio illius textus, videas nostrum Auctorem in consil. 63. num. 2. volum. 2.

Num. 45. lis super præsentatione instrumenti via ritus Magn. Cur. an & quando sit criminalis, vel ciuilis, vide Præs. de Franch. decis. 162. nu. 6. & 15 & Consil. Rouit. in pragm. 1. nu. 34. de offic. Baiul. & in pragm. 16. nu. 45. de milit.

Num. 46. adde ad hoc Episcopum Isern. in eius praxi Cur. Archiepisc. cap. 3. sub nu. 16 & ibi multa pertinentia ad ornatum cap. Odoardus examinat, vltra Ricc. collect. 22. Fab. Anna in collect. siuè remiss. nu. 239. nouissime Apicell. in Tutam. pauper. tit. 2. nu. 496. cum seq. in addit.

Num. 47. idem Episcopus Isern. vbi supra numer. 16.

Num. 48. vide Carau. in rit. 171. nu. 1.

Num 49. adde eundem Carau. in rit. 166. numer. 14.

Num. 50. vide Foller. in praxi crimin. rubr. vel eos cit. fac. nu. 8. & 9.

Num. 51. periurus ex inobseruantia iuramenti liciti, beneficio, & dignitate priuetur, tradit Roman. singular. 516. vbi Pignol. alios citas, Ricc. alia collexit in decis. 18. 3. & 4. Cur. Archiepisc. par. 2. & collect. 265. Muscatell. in praxi Sac. Consil. lib. 1. par. 4. glos. periurij.

§. VIII.

NVm. 1. adde Mastrill. in tract. de magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 62. citantem hic Auctorem, Ecclesia enim est feudorum capax de per se possidendi illa dicunt, Afflict. in decis. 324. in 1. dub. & decis. 361. vers. secunda ratio, Paris. consil. 24 nu. 4. vol. 1. & consil. 27. nu. 9. consil. 101. num. 2. volum. 2. & proinde in emptione feudorum per eam facienda, requiritur expressus Regis assensu, nec Proregis tantum sufficeret, Afflict. in l. imperialem in 12. notab. vers. decimosexto quaro num. 46. de prohibit. feud. alien. per Federic. obstante Regia pragmat. 4. de feud. eo quia ad manus mortuas transiret, Anna in repet. capit. 1. nu. 52. de vasall. decrep. ætat. ante eum Luc. in l. si quis C. de diuers. præd. libr. 10. Boer. decis. 263. num. 10. & Afflict. in constit. hac edictali sub nu. 4. vers. & Rex, & hoc ob interesse fisci, idem Anna in alleg. 121. nu. 2. latè Frecc. de subfeud. lib. 2. de orig. Baron. §. pluribus autem modis num. 78. in obligationibus verò feudorum benè Prorex assentit, vt hic Auctor notat, verùm quia in adiudicationibus feudorum alius assensus exquiritur ex dispositione pragmat. 26. de feud. & ita assensus prius à Prorege præstitus non porrigitur ad adiudicationem, quia assensus præstitus in vno non præiudicat in alijs,

Fusc.

Fuſc.ſingular.95.liter.A,meritò in tali adiudicatione facienda requiritur Regis aſſenſus, ideò conſultum eſt feudum illud vendi alteri vaſallo ad hoc, vt curiæ ſatis fieri poſſit pro releuijs, & alijs iuribus, & ob id alias deciſum fuit, vt vniuerſitates domos emptas in emphyteoſim extra manus mortuas reponerent ob laudemia, Franch.deciſ. 659. ſimiliter ſi eſſet admiſſa ad demanium deciſum fuit vniuerſitatem ipſam cogēdam eſſe ad vendendum bona feudalia particularibus, vel transferendum in caput particularium, excepto ſi fuiſſet confirmata admiſſio ad demanium per Regem, Conſil.Rouit.in pragm.64.§.in primis nu.29. & 30. de offic. Procur. Cæſar.

Num.2.nota hic,quod Eccleſia ſemper præſumitur poſſidere feudum, ſeù caſtra in allodium,Conſil.Georg.alleg.10.nu.5.& ſic præſumitur conceſſum,latè Carol. de Graſſ. vbi ſupra nu. 329. prout in iuriſdictione exemplificat ex mente Capyc. ibidem Conſil. de Georg. num. 6. ſimiliter ex præſcriptione antiquæ,& caſum refert Affli&. in conſtitut. æum ſatis nu.4.in Monaſterio Montis Caſſini poſſidēte Terram Cetrarij ex titulo præſcriptionis,an autem permiſſa feudi alienatione,cenſeatur permiſſa venditio in Eccleſiam,vide Camer.in d.l.imperialem fol.280. in paruis, Graſſ.vbi ſupra nu.44.

Num.3. hanc quæſtionem diffusè pertractatur à Iul. Clar. in §. feudum q.78. tàm reſpectu clerici volentis ſuccedere in feudo, quàm reſpectu monaci, & nouiſſimè idem Carol. de Graſſ.in tract.de effect. cleric. in 4.effect. per totum materiam iſtam cum omnibus quæſtionibus citando priſcos,& nouiſsimos Doctores eleganter pertractat.

Num.4. vltra Capyc.deciſ.31. nu.1.& 3. adde Iul.Clar.vbi ſupra nu.2.Reg.de Curte in diuerſ.feud. §.abſoluta igitur nu.7. & latiſsimè idem Carol.de Graſſ.vbi ſupra nu.155.& 319. cum ſequ. & quid inde deciſum in hoc fuiſſe teſtificaui in meo Compend.verb.monaſterium, vbi nonnullos allegaui Doctor.

Num.5. adde Conſil.Rouit. in pragmat.4. de feud. num. 17. citantem hic Auctorem noſtrum.

Num.6.idem Carol.de Graſſ. vbi ſupra nu.128. cum ſeq.

Num. 7. & ſtylus Regiæ Cancellariæ in materia aſſenſus,quid ſit tangit, Maur.Iun. in alleg.71.ſub nu.1.

Num.8. Molfeſ.in conſuet.Neapol.tit.de bonis q.7.& 8.nu.11.allegat hic Auctorem,& vltra eum an feudum pro anima legari poſsit, Graſſ.de effect. cleric.in 4.effect.nu.45. vltra Duen.regul.40.nu.6.latè Tiraquell.in tract. de priuil. piæ cauſæ in 104. priuil. Diaz regul. 283. feudum, an autem æſtimatio illius debeatur, Anna in alleg.129.126.& 127. & 140. tanto fortiùs fauore Eccleſiæ debetur æſtimatio feudi legati, ita Affli&. in d.l.imperialem in princ. nu.78. & in §. præterea ducatus num. 90. de prohib. feud.alien. per Federic.

§. IX.

NVm.1.hic aduerte,quod quando in ſignaturis dicitur fiat, valet gratia, non minus,quam ſi Pontificis gratia multis, & clarioribus verbis expreſſa fuiſſet,quia per hoc verbum conſtat de mente Pontificis, ita Felyn. in cap. ſuper literis num.9. de reſcript. Ant.de Butr.in conſ.2.& 49. quos comprobat Iodoch. in ſuo enchir.parium, vel ſimil. in verb. pro expreſſo habetur pro Papa, ſic pariter in Rege concedendo graciam, nam ſtatim, quod Rex dicit fiat,perficitur, Franch.deciſ.62.nu.2. Verumtamen aſſenſus mera gratia dicitur, Anna in alleg. 39. num.7. Conſil.Rouit.in pragm.9. de feud. nu.3. idcirco per verbum fiat perficitur, Maur.Iun. alleg.71.& Franch.deciſ.663. nu.2. quinimò incidenter dico, quod aſſenſus præſtitus à Prorege per verbum fiat ſuper venditione facienda ab eo, qui habebat ſucceſſorem in feudo,ſed deſperatus de alio ſucceſſore, adicatur legitimè præſtitus, Conſil. Rouit.in pragm.4.de feud.nu.14.

Num.2. iſta pragmatica eſt prima in tit. de fide memor. vbi Conſil. Rouit. eam ampliat, & limitat multifariam pertractando materiam iſtam aſſenſus, & gratia aſſenſus per verbum fiat dicitur in pendenti, donec fuerit ſuper gratia obtenta ſcriptura Cancellariæ, Franc.de Amic.in cap.1. §.pecunia fol. 17.nu.1.de ijs,qui feud.dar.poſſ.

Num. 3. & idem Auctor in conſ.6. vol.2. eandem materiam annullationis aſſenſus ipſo iure ex cauſa prædicta diffusè examinat,ſed quò ad formam decretationis obſeruari ſolitam in Regia Cancellaria, de qua hic teſtificatur Auctor, vltra verbum illud fiat, ſubnectitur in forma, hoc eſt ſeruata forma dictæ Regiæ pragmaticæ, ad quod dixit notabiliter Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 28.quæſt. nu. 4. quod aſſenſus in Regno habet certam formam priuilegij, cum appoſitione ſigilli, & aliarum ſolemnitatum, qui non admittit probationem per teſtes, de qua ſiquidem forma etiam teſtificatur Maur. Iun. in d.alleg.71.nu.1.& Anna in repet. conſtit.conſtitutionem nu.69. vbi etiam quærit ſi aſſenſus tantummodo ſit firmatus manu Proregis, & Regen-

Regentium non aliter ſigillatus, ſi annulla-
tur ſcriptura, vel contentum in eo, & refert
deciſum tantum annullari,& ſic fuit habita
ratio aſſenſus in dicta cauſa,reliqua verò cõ-
cernentia formam aſſenſus copiosè congeſ-
ſit idem Conſil Rouit.in d.pragm.1.de fide
memor. præterea vltra quod aſſenſus expe-
diri debeat in forma Regiæ Cancellariæ de-
bet regiſtrari in Camera, ita Præſ. de Fran-
ch d.deciſ.663.nu.3. Conſil.Rouit. in dicta
pragm.1.nu.5.& an aſſenſus reddatur nullus,
ſi non fuerit exequutoriatus infra annum,
vide Maur.Iun.in alleg 29.

Num.4. vt infra eodem nu.12. ideircò aſſenſus
ſuper quo non fuit expeditum priuilegium
in forma Regiæ Cancellariæ incontinenti,
vel infra quatuor menſes ſeruata forma Re-
giarum pragmaticarum mentionatarum
corruit ex defectu formæ priuilegij, Conſil.
Rouit.in d.pragm.1.num.13. de fide memor.
nam actus conditionalis perficitur à die cõ-
ditionis,Anna in rubr.de vaſal.decrep.ætat.
num. 230.

Num.6. videas in meo Compend. verb. credi-
tor poſterior, an autem creditores anterio-
res non habentes aſſenſum,præferri debeant
creditoribus poſterioribus aſſenſum,haben-
tibus ſuper feudo vendito, & ſucceſſiuè ſu-
per pecunia obuenta ex pretio feudali, vide
in eodem Compend. verb. creditores ante-
riores.

Nu.7. hinc eſt, quod aſſenſus regulatur ab actu
ſuper quo interponitur, Anna in allegat.67.
nu.4.Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 2.quæſt.num.
14.quo fit,vt ſi actus difformis eſſet ab actu,
ſeù contractu vtique eſſet nullus, Maur.Iun.
alleg.8.nu.3.& 8.& alleg.28.num.8.eo quod
roborat ea,quæ faciunt contrahentes, non
autem inducit quid contra, vel præter eo-
rum voluntatem, idem in d.alleg.8. num.4.
& regulatur ex actu, nec alterat eius natu-
rã,& intelligitur prout ius intelligit, Maur.
Sen.in alleg.75.num.3. imò operatur,vt va-
leat actus quantum valere poteſt, idem al-
legat.43.nu.3.& quando valere poſſet,Fran-
ch. deciſ.540. nu.12. quinimò aſſenſus ipſe
non validat contractum alias inualidum,
præterquam ex defectu Regij aſſenſus,idem
Franch.deciſ.302.nu.21.& ſic aſſenſus expe-
ditus reuocato contractu, nullus reputatur
eo, quia non inueniet, quid confirmet; Au-
ctor in conſ.52.nu.2.vol.2.& conſ.150 num.
18. eod.vol.

Num.8. nota hic, quod iſta dilatio antiquitus
erat annalis, quæ hodie protracta eſt vſque
ad biennium,quæ ſiquidem dilatio futura,
non autem præterita reſpicit negotia,Con-
ſil.Rouit.in d.pragm.1.nu.14. de fid.memor.
quapropter aſſenſus intra tempora Regiæ
pragmaticę regiſtrari debet alias non valet,
Auctor d.conſ.157.nu.14.vol.2. an autem
Rex, ſeù eius Vicarius elapſo biennio regi-
ſtrandi poſſit gratiam emptori facere, ſeù
creditori, vt temporis lapſu non obſtante
regiſtratione admittatur, vide Franc. de
Amic.in cap.1. §. hæc deciſio fol. 19. de ijs,
qui feud.dar.poſſ.

Num.9. vide Donat.á Fina inter commun.opi-
nion. tit. de inutil.ſtipul. num.11.& 12. vbi
plura ad hoc recenſet, limitationes adden-
do,

Num. 10. an & quando perempta ſpecie debi-
tor liberetur ob legatum factum,vel ad eſti-
mationem teneatur, vide Ant.Gomeſ. tom.
1.cap.12.nu.31.& Io.Dilect. de arte teſtandi
tit.6.caut.25. vbi dat cautelam de hoc,& le-
gatum relictum ſub conditione,ſi interim
moriatur grauatus, an reddatur caducum,
vide Peregrin. in tract.de fideicommiſſ.art.
12.nu.12.& quid ſi legatarius moriatur,an
proinde tranſmittatur legatum conditiona-
le,idem Io.Dilect.eod.tit.6 caut.38.

Num.11.vide Auctorem noſtrum in conſ.135.
vol.2.præſertim num.3.& 4.vbi de iſtis pra-
gmaticis multa verba effundit pro execu-
tione memorialium aſſenſuum nondum re-
dactorum in formam Cancellariæ,& quod
tempus attendatur, & an pendente expedi-
tione priuilegij ius aliquod quæri poſſit.

Num.12.concordat cum num.2. ſupra eodem,
vbi alia tradidi,ſic pariter in dominij tranſ-
latione retulit Auctor ſupra eodem §.4. nu.
25. vbi alia dixi, & quando aſſenſus dicatur
modalis, vel conditionalis, vide Maur.Iun.
in d.alleg.71. nu.3.

Num.13.aſſenſus intelligitur prout ius intelli-
git,Maur.Sen.in alleg.75. nu.3.

Num.14.ſic pariter in quolibet libello neceſſe
erit,vt concludat Auctor, latè Muſcatell. in
praxi Sac.Conſ.lib.1. par.1. gloſ.libellus ſub
nu.8. nec iudicium fundari poteſt, vbi nihil
petitur, idem ibidem gloſ.petitur num. 46.
quod ſimiliter in iſtis aſſenſibus obſeruan-
dum eſt, cum præuio memoriali concedan-
tur,inde reſcripta reſultant, quæ ſiquidem
loco libelli habentur, ſicuti idem Muſcatell.
in d.gloſ.petitur ſub nu.3.meminit.

Num.15.Auctor noſter in deciſ.34.num.14. &
lect.9.nu.57.Anna in rubr.de vaſall. decrep.
ætat.nu.105.& ſi in præſentia Regis contra-
heretur aſſenſu opus non eſſet,idem Anna in
conſtit. conſtitutionem nu. 72. quod procede-
re dixit Capyc deciſ.156.num.23.de iure
communi,non autem Regni.

Num.16.qui enim ignorauit factum bonę fidei
dicitur ſecundum Andr. loquentem in ma-
teria

teria feudali in contrahente ſuper re feudali ignorante eam eſſe feudalem, quem ſequitur Anna in d.conſtit. conſtitutionem num. 192. aut quando reſeruaretur aſſenſus Domini, vt in ſeq.num.193. ſubnectit ex mente nonnallorum Doctorum, non mirum ſi recuperat pretium rei emptæ ſicuti ibidem, tradit Anna nu.103.cum ſeq. & 190.

Num.17. verùm eſt, quod ſolutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio §. 1. inſtit. quib. mod. toll. oblig. & inſuper creditori, donec non fuerit integraliter ſatisfactum, nunquam ius pignoris poterit dici extinctum, nec diſtractum, Muſcatell.in praxi Sac. Conſ.lib.2. par.3. gloſ. ſeruata num.27. hoc enim procederet quoties pecunia ſoluta eſſet irreuocabiliter, alias ſi reuocabiliter facta eſſet ius crediti, hypothecarium ſemper eſſet in ſuſpenſo, donec ſolutio eſſet irreuocabiliter, & ſic extingueretur debitum totaliter, vt hic Auctor proſequitur, ad quod allego Capyc.deciſ.43.qui loquitur in iſtis terminis, vbi num. 3. allegat etiam gloſ. hic ab Auctore citatam in l. qui à debitore ff. qui pot.in pignor.hab.de quo in meo Compend. verb. creditor anterior, vbi multa citaui, nec ommittam Neguſant. in tractat. de pignor.in 1.membr.6.par.nu.43. vbi etiam loquitur in pulchro caſu, ſi creditor ex venditione pignoris eſſet obligatus de euictione emptoris, etiam quod pretium habuerit, & rem tradiderit, ita vt donec pretium poterit eſſe locus euictioni, non decerneretur liberatus debitor, ſed interim liberatio manet in ſuſpenſo, inde ſi contingerit res euinci, & creditor cogi ad reſtituendum pretium emptori, poterit creditor agere contra debitorem pro ſuo credito conſequendo veteri actione pignoratitia contraria, à qua debitor non erat liberatus, vt ibi per eum, & quomodo procedat iſta regula ſolutione eius, quod debetur, &c. vide Franc.de Amic. in cap. 1. §. ſtante igitur nu.2.fol.18.de ijs, qui feud.dar. poſſ.

Num.18.adde Peregrin.in tract.de iure fiſci libr.6.tit.6.nu.6.& Conſil.de Georg. in alleg. 39.nu.10.& creditor auocat pecuniam à poſteriori creditore ſine vſuris, Auctor noſter conſ.19.nu. 3.vol.2.

Num.19.ſimiliter & ceſſio facienda per creditorem fundatur ex æquitate, Franch.deciſ. 417.num.4. & ibi aliqua examinat ad ornatum huius quæſiti Auctoris, ad quod nota ſi aſſenſus conualidetur, quando tempore obtentæ diſpenſationis adimplendæ neceſſaria in aſſenſibus, & priuilegijs res non ſit integra, vide Conſil.Rouit.in d.pragm.1.nu.6.

De Refutatione feudorum, &c. Tit. VIII.

NVm. 1. regulariter enim aſſenſus Domini non requiritur in refutatione vera, vt dicunt Anna in repet.cap.1.de vaſall. decrep.ætat. nu.8. Maur.Iun. allegat.42.num.2.9.& 10. vbi etiam ad ceſſionem extendit, quod contrarium tenent Franch.deciſ.126.nu.1. & Frec. de ſubfeud.lib.3.in different.inter feud.quatern.&c. nu.7. ad hoc putant, quod aſſenſus Regis exquiritur in refutatione, vel retrouenditione feudi quaternati in perſonam prioris Domini, ſecus in feudis non quaternatis, an autem, & quando pater refutaret feudum ſecundogenito cum conſenſu primo geniti, vide Annam in d.rubr.num.262. 267. & 269.

Num.2.adde Auctorem noſtrum in repet.feud. lect.2.num.53. tenentem ſic deciſum, de quo etiam per Conſil. Annam conſ. 131. vt in meo Compend. in verb. refutatio, etiam ſi non adeſſet clauſula, & è contra, & donatione facta ex nunc pro tunc ſequuta morte, & è contra cum clauſula conſtituti transfertur dominium in donatarium à die initæ donationis, Franch. deciſ.213. num.1. vbi Addentes.

Num.3.adde Iacob.de Gello in tract.de iure adhoæ nu.73. in medio, & quod releuium non ſoluitur quando quis ſuccedit in feudo, non tamen titulo hæreditario, ſed per refutationem, vel alium contractum factum in vita, refert Conſil.Rouit. in pragm.2. nu.9. de offic.Procur.Cæſar. Iacob.de Franch.in prælud.feudor. rubr. ſpecies feud. num. 185. cum ſeq. ſic pariter ex delicto ſuperueniente in perſonam refutantis, &c. vt dicit Auctor expreſsè prouiſum eſſe in cap.6.cathol. maieſt.anni 1558.fol.161.inter Capit. Neapol.

Num.4. adde Annam in repet. d. cap.1. num.8. Maur.Iun.in alleg.42 nu.2.& ſingulariter in terminis præter eos Præſ. de Franch. deciſ. 663. nu.4.& deciſ.591. nu.2.

Num.5. adde Auctorem noſtrum in d. repetit. feud.ead.lect.2.nu.50.& 52. & an & quando refutatarius proxime ſucceſſurus, teneatur ad releuium, vide Maur.Iun.allegat.35.numer.11.

Num.6.adde Præſ.de Franch.d.deciſ.663. nu.5. & Conſil.Georg.in alleg.17.nu.47.

Num.7.vide Auctorem noſtrum in d.lect.2.nu. 52.& ſeq.& de hac deciſione memini in meo Compend. verb.refutatio.

Num.

Num. 8. adde Præs. de Franch. in d. decis. 663. plenè examinantem articulum istum, sicq; decisum referentem, vt in meo Compend. Decis. Regni, verb. regiſtratio.

Num. 9. sic mens statuentis cognoscitur ex rubrica, ita Anna in alleg. 2. num. 3. vbi plura dixi.

Num. 10. idem habetur supra de assens. Reg. §. 3. nu. 26.

Num. 11. idem habetur in d. §. 3. de assens. Reg. num. 27.

Num. 12. adde Consil. Rouit. in pragm. 1. nu. 39. de Senatusc. Macedon.

Num. 13. adde Annam in repet. rubr. de vasall. decrep. ætat. num. 281. vbi aliqua notaui, & nu. 301. Consil. de Georg. in alleg. 17. nu. 3.

Num. 14. de hac decisione memini in meo Compend. verb. pater, quemadmodum refutatarius tenetur ad omnia ea, ad quæ teneretur, si per mortem feudo succeſſiſſet, Maur. Iun. in allegat. 28. num. 6. & Mormill. in constitut. vt de succeſſionibus num. 31. refert idem postea iudicatum, & confirmatam decision. Franch. 3.

Num. 15. hoc idem tradit Auctor in cons. 150. num. 10. volum. 2. quod pater succedit filio in bonis refutatis iure reuersionis, titulo tamen hæreditario, de quo etiam per Consil. de Georg. allegat. 17. num. 4. & 5. Franch. decis. 3. num. 4. & 5. & ante eos Iacobin. in tract. feud. in verbo & vnus ex dictis num. 10. videas Molses. in consuetud. Neapol. par. 4. q. 36. nu. 5. vbi allegat Auctorem hic, & q. 57 num. 4.

Num. 16. vide Duen. in regul. 62. ascendentes, vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus, & quod ascendentes descendentibus succedant, licet desiderium, & commune votum ascendentium sit, vt descendentes eis succedant, Afflict. in cap. si quis miles nu. 12. Imperat. Lothar. quod limitatur in feudo antiquo, ita Frecc. de subfeud. lib. 2. in 12. quæst. nu. 7. secus verò in feudo nouo, latè Franc. Curt. in tract. feud. 2. par. 3. part. q. 17. nu. 45. vltra Iacob. in eod. tract. verb. & vnus ex dictis sub nu. 10. an autem succedant in bonis feudo reddititijs, emphyteoticis, vel censualibus, idem Frecc. lib. 3. de subfeud. in different. feud. quatern. &c. nu. 5. & alias declarationes, seù limitationes huius materię tradit Oliuer. Textor. in tract. de succeſſ. ab intest. §. ijs igitur nu. 81. cum seq.

Num. 17. ad ornatum istius authent. aliqua notauit Alphan. collect. 78. Ricc. collect. 15. & 1197.

Num. 18. idem Curt. vbi supra, Afflict. in constitut. vt de succeſſionibus num. 29. & 67. & in constit. forindicatorum nu. 9.

Num. 19. de hoc verbo, eiusq; natura, vide Andr. Tiraquell. in l. si vnquam, verb. reuertatur num. 5. & 6. C. de reuoc. donat. & num. 131. vbi num. seq. loquitur de alio verb. redire.

Num. 20. vide Annam in repet. cap. 1. de vasall. decrep. ætat. nu. 22. ad 31. Molses. in consuet. Neapol. in q. 21. nu. 3.

Num. 21. aliqui dicunt constit. ipsam procedere in feudo antiquo, de quo per Consil. Rouit. in pragm. 6. nu. 2. de feud. & in pragmat. 11. nu. 59. eod. tit. an autem procedat in feudo quaternato, vltra Annam alleg. 70. num. 37. Maur. Sen. in alleg. 20. nu. 1. an autem loquatur de refutatione, Ann. in d. rubr. de vasall. decrep. ætat. nu. 384. an sint correctoria iuris communis, vel limitatoria, idem ibidem nu. 385. 391. & seq. & d. constit. enumerat gradus non personam, idem allegat. 34. nu. 4. 17. & 19. alleg. 55. nu. 3. & in d. rubr. nu. 89. Franch. in decis. 73. nu. 16. nam facit duas lineas succedendi in feudis descendentium, & collateralium, & sic nouum modum succedendi introduxit, Consil. de Georg. d. allegat. 17. nu. 8. & 9. vbi multa ad eius ornatum tradit, & Mormill. in d. constit.

Nu. 22. adde Auctorem nostrum in repet. feud. lect. 9. nu. 55. vbi copiosè, ad quod nota, quod licet constit. ipsa vocet sorores ad succeſſionem fratris, non tamen intelligitur vocare cognatos, cum sorores ibi vocatæ non sint cognatæ fratri, sed agnatæ tanquam ex eodem patre procreatæ, Consil. Rouit. in pragm. 11. nu. 6. de feud. an autem frater fratri succedat in feudo, latè Afflict. decis. 293. & quid in feudo nouo, Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 12. nu. 20. cum alijs à me citatis in Compend. verb. frater an succedat fratri, & in verbo frater an succedat in feudo nouo, & quid si esset vterinus, habetur in d. Cõpend. verb. frater an admittatur, vbi decisiones allegaui, & quod feudum nouum vadit ad fratrem concessione facta pro se, & succeſſoribus in perpetuum, Maur. Iun. in alleg. 21. num 8. & benè Camer. in cap. 1. de succeſſ. feud. nu. 30. & seq. vbi plura vide infra de succeſſ. mulie. §. 1. nu. 1.

Num. 23 adde Consil. de Georg. in alleg. 21. nu. 68. & Consil. Rouit. in pragm. 6. nu. 2. de feud. Præs. Mormil. in constit. in aliquibus nu. 2.

Num. 24. hanc eandem rationem tradidit Affl. in constit. forindicatorum nu. 9.

Num. 25. etenim inuestituræ omnes concipiuntur in Regno pro hæredibus, Reg. de Curt. in diuers. feud. §. nunc de altera num. 141. & seq. vbi dixit, ita communem esse formam in Regno, & sic præsumitur in Regno, Frecc. de subfeud. lib. 3. in forma inuest. §. sed postquã

n.17. licet contrarium teneat Conſil. Georg. alleg. 21. nu. 61. & ſeq.

Num. 26. Omnia enim feuda in Regno ſunt hereditaria, Anna in repet. in cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. nu. 171. an autem in dubio hæreditaria, vel ex pacto præſumantur, Iacob. de Franch. in vſib. feud. rubr. ſpecies feud. nu. 125. latè Regens de Curte in eodem diuerſ. feud. d. §. nunc de altera num. 138. latius Auctor noſter in lect. 1. nu. 111. & lect. 20. nu. 20. & 21. & demum videas Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par. 3. q. 2. nu. 8. allegantem noſtrum Auctorem hic.

Num. 27. Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par. 4. q. 46. nu. 24.

Num. 28. refutationis ratio præcipua eſt ſanguinis, quæ etiam ſi feudum eſſet caſtrenſe, & deueniret in alium facit ceſſare illam qualitatem, Franch. in deciſ. 4. num. 12. ante eum Anna in d. cap. 1. nu. 171. & propterea refutatio permiſſa eſt: quia ille proximior, cui feudum refutatur omninò in feudo eſt ſucceſſurus poſt mortem refutantis, ita Anna in alleg. 124. ſub nu. 8. quo fit, vt dum ipſa refutatio regulariter fiat ob aucupanda matrimonia, idem in dicta rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 57. cenſeri facillimè, arguitur ob cauſam filiorum factam, quemadmodum enim fundatur in veriſimili mente donantis, qui ſi cogitaſſet de futuris filijs veriſimiliter, aut non donaſſet, aut ſub ea conditione donaſſet, ſi liberos non ſuſceperit, inquit Tiraquell. in l. ſi vnquam in princ. legis num. 37. C. de reuocan. donat. ſic pariter in patre refutante è conuerſo refutare cernitur ob cauſam filiorum inde deſcendentium ex refutatario, aliter ipſis ceſſantibus non præſumeretur ius ſuũ iactare, vt omninò careret feudo refutato, niſi in cauſa deficientiæ filiorum, non mirum ſi ad eum iure reuerſionis feudum debeatur, non alio iure, vt dixi ſupra eodem nu. 15. ſimiliter refutatio facta dicitur ſpe futuræ promiſſionis, vbi poſt refutationẽ ſubſequitur promiſſio, Maur. Iun. allegat. 74. num. 4.

Num. 29. vide Annam in repet. rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 269. Notandum duxi, quod diſpoſitio iſtius textus locum habet in feudo ex pacto, & non hæreditario, Anna in d. repet. nu. 353. Conſil. de Georg. in d. allegat. 17. nu. 19. & 20. circa verò declarationem eiuſdem text. videas Auctorem deciſ. 28. nu. 21. quo fit, vt dum loquatur text. in feudo ex pacto, ſubſequitur in caſu ſucceſſionis non aliter dici poſſe ſucceſſionem, ſed reuerſionem, Anna in d. rubr. nu. 354. & ibidem num. 362. cum ſeq. permulta media comprobat opinionem iſtam.

Num. 30. aduotandum eſt hic, dum dixit Anna vbi ſupra nu. 356. quod feudum refutatum reuertitur iure ſucceſſionis, & ſic refert deciſum Franch. deciſ. 3. vt in feudo refutato pater ſuccedat cum qualitate hęreditaria, vt hæres filij non iure proprio reuerſionis, quem ſequitur Conſil. de Georg. vbi ſupra nu. 17. & ob id pater ſuccedens filio in feudo refutato tenetur ad debita, & omnia onera per filium contracta, cum in eo ſuccedat vti hæres filij, Conſiliar. Rouit. in pragmat. 1. num. 63. de titul. abuſ. &c. ante eum Anna in dicta rubr. num. 350. ſicuti è contra refutatarius, Maur. Iun. in allegat. 28. numer. 6.

Num. 31. adde Rolandin. in ſuo flore teſtamen. par. 1. rubric. 13. & vide Anton. Roſell. in tractat. de ſucceſſ. ab inteſtat. num. 41. Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par 4. q. 1. nu. 1. & 2. & q. 45. nu. 7. 57. & 60. & in ſucceſſione feudi computantur gradus, vt de iure ciuili, Anna in dicta allegat. 34. nu. 1. & quod pater, & filius ſint in primo gradu demonſtratur in l. Iuriſconſultus ff. de grad. affin. vbi Loffred. in princ. & in terminis iſtis refutationis, ita cenſuit idem Anna in d. rubr. nu. 379. non ſolum, quia proximior eſt in gradu, ſed agnatus filio, & è contra, ſubnectit ibidem num. 398.

Num. 32. nepos concurrit cum patruo in ſucceſſione feudi hæreditarij, ſecus ex pacto, Frecc. de ſubfeud. libr. 3. in different. inter feud. ex pacto, &c. in 34. different. num. 5. Similiter æqualiter ſuccedunt nepos, & patruus in feudo diuiſibili, Franch. in prælud. feudor. rubric. ſpet. feud. &c. num. 58. Similiter nepos vna cum patruo ſuccedit in feudo patruo, & antiquo, latè Pariſ. conſil. 10. num. 4. volum. 1. Similiter filius, ſeù nepos ad ſucceſſionem patrui ſemper ſubingreditur gradum, & perſonam patris de iure communi feudorum, etiam Romanorum, ac municipali, Conſil. Rouit. in pragmat. 11. nu. 51. cum ſeq. de feud. & quando iure Francorum viueretur, an nepos repreſentet patrem, ibidem Conſil. Rouit. nu. 62. & de hac deciſione citata per Auctorem memini in meo Compend. verb. filius fratris, vltra Camer. in cap. 1. de ſucceſſ. feudi nu. 124. quid in filia ex primogenito, an excludat ſecundogenitam in feudis, vide Franc. de Amic. in cap. 1. §. & veniendo q. 15. fol. 187.

Num. 33. refutatio feudi ſi non fiat omninò non alterat ipſius naturam, Auctor in deciſ. 4. nu. 14. & 21. nam refutatio omninò intelligitur in omnem caſum, & in omnem cauſam, Anna in alleg. 127. nu. 6. & in d. repet. cap. 1. nu. 25. & 7 cum ſeq. declarat quid importet refutationem

ſationem omninò factam, & in ſeq. nu.146. declarat refutationem in omnem cauſam quanam eſſe, reliqua ad declarationem iſtius dictionis, omninò, poſuit Anchar. in quæſt.54.par.1.nu.6.& q.62.nu.8.& 12.eiuſdem partis.

Num.34.faciunt hic addita ſupra eodem num. 24.& 31.pater enim non eſt magis proximus de iure Romano, quia per authent.defuncto æquiparatur filio ſuperſtiti in ſucceſſione filij prædefuncti,Conſil.de Georg.in d.alleg. 17.nu.40.

Num.35 quando autem dicatur perſonalis refutatio,vide Fuſcum ſingul.11.liter.R, nam ſemper præſumitur realis, niſi eſſet cum limitatione ad certam perſonam tantum, ita Conſil.Georg.d.alleg.17.nu.33. quid autem in renunciatione in dubio an præſumatur realis,vel perſonalis,Molfeſ.in conſuet.Neapol.tit.de renunc.q.3.vbi num.11. infert ad vaſallum renunciantem feudum in manus Domini,& renũciatio,vel eſt realis,vel perſonalis ex verbis inſtrumenti cognoſcitur, idem in conſ.1.nu.12.& in d.tit.de renunc.q. 2.n.1.& ſubinfertur,quod licet refutatio adhuc dicatur renunciatio,vt dixit Anna in d. rubr. nu. 44. attamen refutatio latius ſe habet, quam renunciatio, idem Molfeſ. in 4. par.q.1.num.4.ſub tit.de renunciat.vbi plura in materia refutationis cumulat, ſed melius quando renunciatio cenſeatur perſonalis,vel realis,ſimiliter & refutatio,latè diſſerit Præſ.de Franch.deciſ.591. per totam.

Num.36. locus Annæ hic citatus eſt à nu. 367. cum ſeq. vbi num.404.& ſeq.poſuit deciſiones Reg.Cam.& Sac.Conſ.de quibus in meo Compend.in verb.pater,quæ loquuntur in filia concurrente cum patre in feudo refutato,& ob mortem refutatarij reuerſo,quod ſecus eſt in bonis burgenſaticis donatis per patrem concurrentibus alijs filijs in ſucceſſione filij prædefuncti, & ſic deciſum refert Franch. deciſ. 59. quem ſequuntur nonnulli Doctor. citati per me in Compend.Deciſio. verb.pater an ſuccedat, & ratio diuerſitatis eſt, quia pater in dubio cenſetur voluiſſe, & cogitaſſe ſecundum naturam rei, & contractus,ita Frecc.de ſubfeud.lib.3. in 3.formul.inueſtit. nu.25. qui loquitur in materia feudali,& ſic cogitaſſe de ſucceſſione facta refutatione filio in caſu mortis ipſius ſine liberis, vt ſupra dictum eſt num.28.non mirum igitur, ſi pater ſuccedat filio in feudo refutato cum qualitate hæreditaria, vt eius hæres non tamen iure proprio reuerſionis, ita Conſil.Georg. d.alleg.17. nu.3. & ſeq. & num. 17. & circa refutationem factam filio emancipato, hic tactam ab Auctore, latè diſſeruit Anna in rubr.allegata nu.407. cum ſequent.

Verſ.vnde manifeſtè, vide in meo Compend.verbo refutans, & Molfeſ.in d.conſuet.Neapol. eadem par.4.q.36.nu.6.

Num.37. hoc eſt in cap.6. Cathol.Maieſt. anni 1558.fol.161.inter Capit.Neapol.

Num.38. nota, quod auus venit appellatione patris, Affli&. in conſtit.Comitibus nu.23.& in cap.vnic.in princ.nu.3.hic fin.lex, & propterea eidem feudum deuolutum ob mortem nepotis debetur, cum mortuo refutatario feudum refutanti reuertatur,ex traditis per Annam in d. rubr.nu.281.

Num.39 præterea hic aduerte,quod aſcendentes quando concurrunt cum fratribus in ſucceſſione deſcendentium, vt in caſu auth. defuncto non habet locum l.quod ſcitis, quæ procedit in caſu ſuo, Conſil. de Georg. in d. alleg.17.nu.12 an autem diſpoſitio d.l.quod ſcitis procedat in feudalibus, & de iure hodierno, latè Anna in eadem rubr.de vaſall. decrep.ætat.nu.165.cum ſeq.vel quando inueſtitura eſſet de nouo,idem ibidem nu 400. & quid in burgenſaticis,quomodo procedat d. l. quod ſcitis, vide Præſ.de Franch. deciſ. allegata 59. vbi Addentes,& multa collexit Alphan.colle&.434.

Nu.40.inter aſcendentes connumerantur auus; proauus,abauus,tritauus,&c. vt per Rolan. din.Paſſag. in d.flore teſtament. par.1. rubr. 13.num.1. ſimiliter, & auia, & cæteri, Pariſconſ.69.num.33. vol.1. & regulariter aſcendentes, ita ſuccedunt, vt paterna paternis, & materna maternis deferantur, latius Tiraquel.de retra&.conſang.§.14 gloſ.2. num. 12.cum ſeq. de quo latè per Anton.Gabr.libr.4.commun.opin. tit.de ſucceſſ. ab inteſt. concl.3.per totam,& quid ſi auus concurrat cum patruo materno in ſucceſſione nepotis an fiat diſtinctio bonorum,vel æqualiter ſuccedant, Ant.Gomeſ. in l.6. tauri nu.7. & 18. Franch.deciſ.619.nu.4. ſed quando concurrunt cum collateralibus defuncti, quomodo ſuccedant de iure communi, vide Cyn. in tra&.de ſucceſſ.ab inteſt.in 2.par.per totam, & melius Oliuer.Textor.in eod.tra&.nu.76. vbi in verſ. ampliatur ſecundo, materiam noſtri Auctoris attingit,& licet aſcendentes ſuccedant deſcendentibus, vt per Duen.in regul.61.ſuccedunt tamen in capita,non in ſtirpes,idem Gomeſ.vbi ſupra nu.6.ſed quando aſcendentes cũ collateralibus ſuccedant, licet in capita eorum tamen filij in ſtirpes, idem Textor.vbi ſupra,& demum vide Molfeſ.in conſuet.Neapol.par.4.q.45.nu.68.& in feudalibus quomodo ſuccedant, refert Camer.in cap.1.de ſucceſſ.feudi nn.109 cũ ſeq.

Num. 41. vltra Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 4. q. 36. nu. 13. extat de hoc ſolemnis allegatio Maur. Iun. 28. diffusè pertractantis, an autem refutatarius teneatur ad ſolutionem vitæ, & militiæ fratribus ſuis, videas deciſa per Annam in alleg. 23. & in repet. in d. cap. 1. nu. 224. cum alijs à me recollectis in Compend. verb. vita, & militia.

Numer. 42. ſic vita, & militia debetur ſecundogenito in feudo proueniente ex auunculo, cui frater primogenitus ſucceſſit, Franch deciſ. 73. nu. 18. an autem nepos ex fratre præferatur patruo illius, de cuius ſucceſſione agitur latè Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſtat. par. 2. cap. 1. nu. 120. & par. 4. cap. 9. nu. 18. & nepoti debetur vita, & militia in bonis aui, quam habiturus eſſet pater eius ſi ſuperuiueret, & ſic deciſum refert Conſil. de Georg. alleg. 9. nu. 24. vbi quid in nepote diſputat, inſtituto nepote filio primogenito, & nepte ex ſecundogenito, cui parum, vel nihil relictum fuerit.

Num. 43. ſucceſſio in feudis non eſt per ſaltum, ſed per gradum, Franch. in vſib. feud. rubr. de ijs, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. hoc autem nu. 27. & ſucceſſiuè per lineas principaliter, nam prima eſt aſcendentium, ſecunda deſcendentium, & tertia collateralium, vt dictum eſt ſupra eodem nu. 31. quando autem aſcendentes ſuccedant, dictum eſt ſupra eodem nu. 16. deſcendentes verò certum eſt, vt ſuccedant, cum ſucceſſio feudi deſcendat nõ aſcendit, Anna in dicta repet. rubr. num. 301. & quamuis olim vſque ad filium porrigebatur, vt ibi num. 78. tradit num. 79. ſubnectit poſtea ad omnes filios ſucceſſionem extenſam, nouiſſimè vſque ad ſeptimum gradum de iure communi feudorum, Auctor in conſ. 14. num. 68. vol. 1. Maur. Iun. alleg. 98. vltra Soccin. Iun. in conſ. 75. nu. 52. & 72. vol. 2. vbi ſubnectit in infinitum, hodie dari ſaltem per deſcendentes inueſtiti, idem Maur. vbi ſupra nu. 5. in Regnis verò, & in alijs magnis feudis defertur ad agnatum, etiam ſi eſſet in milleſimo gradu, in alijs verò vſque ad ſeptimum, & in Regno vſque ad tertium, in viuentibus iure Francorum, & hodie vſque ad quartum ex Cæſaris munificentia, inquit Frecc. de ſubfeud. libr. 3. in differ. inter feud. regal. in 10 different. & hoc eſt in linea collaterali, de quo memor eſt Auctor conſ. 75. num. 62. & conſ. 154. num. 83. volum 2. vltra Annam in d. rubr. nu. 390. nam collaterales illuſtrium perſonarum Comitum, & Baronum ſuccedunt in feudum vſque ad centeſimum gradum, ſecus ſi non ſint illuſtrium perſonarum, quia vſque ad ſeptimum gradum dumtaxat admittuntur Hieron. Gratt. conſ. 9. nu. 46. vol. 2. Mart. Laudenſ. conſ. 119. nu. 8. inter conſil. feud. diuerſ. quinimò ceſſantibus aſcendentibus, vel deſcendentibus ſucceſſio defertur collateralibus, vt hic Auctor dixit, etenim collaterales non admittuntur, vbi eſt linea deſcendẽs, Afflict. in cap. 1. §. & quia nu. 36. de ijs, qui feud. dar. poſſ. ſicuti etiam aſcendentes à ſucceſſione excluduntur deſcendentibus ſuperſtitibus, Præſ. de Franch deciſ. 47. nu. 2. & collaterales, ſeù tranſuerſales, an & quando dicantur vocati, ſtante clauſula in inueſtitura iure feudi antiqui, gentilis, &c. vide Io. Bapt. Coſtam in ſua praxi conuent. par. 2. clauſ. 104, nu. 3.

§. I.

NVm. 1. vide Auctorem ſupra in rubr. præſenti nu. 4. vbi aliqua notaui, ſi valeat refutatio abſque aſſenſu Domini, latè Frecc. de ſubfeud. libr. 3. in different. inter feud. ex pacto &c. in 21. differentia, vbi diſputat, an & quando refutatio feudi ex pacto, vel hæreditarij in proximum ſucceſſurum ſine aſſenſu valeat, quæ ſiquidem concluſio limitatur, vt non procedat quando refutatio eſſet pactionata, nam tunc aſſenſum Domini requireret, Conſiliar. de Georg. in allegat. 17. num. 52. qui pariter regiſtrari debet, vt ſubnectit ibidem nu. 47. & quod aſſenſus exquiratur in refutatione feudi, quando hinc inde promittitur, refert Præſ. de Franch. deciſ. 667. num. 7. & an admittatur reuocatio contractus facti cum proximo ſucceſſuro, idem Frecc. de ſubfeud. lib. 2. §. pluribus autem nu. 45.

Nu. 2. & melius Præſ. de Franch deciſ. 591. nu. 2. 3. & 4. articulum iſtum plenè examinat, ex cuius dictis videtur inhærere huic opinioni Conſil. Rouit. in pragm. 4. de feud. nu. 9. Auctor noſter in repet. feud. lect. 18. nu. 24.

Num. 3. videas eundem Franch. vbi ſupra nu. 4. & quando pacta alterãt naturam refutationis, plenè Maur. Iun. in alleg. 28. nu. 7. ad 8. & exemplificando tres caſus poſuit, & quid ſi eſſet pactum contra naturam feudi, vide Afflict. in cap. vnico §. contra omnes nu. 5. hic fin. lex, & præ cæteris vide Conſil. de Georg. in repet. feud. cap. 12. ſub nu. 24. in fin.

Num. 4. idem Franch. vbi ſupra nu. 4. & pactum correſpectiuum efficit, & lex præſumit ſine eo contrahentes non fuiſſe contracturos, Auctor conſ. 41. nu. 19. vol. 2.

Num. 5. nam contractus dependet à voluntate indiuidua, Cõſ. Georg. alleg. 5. n. 59. intereſſe autem voluntatis in feudis, & officijs eſt cõſiderabile, Auctor in conſ. 137. nu. 4. & conſ. 158. nu. 22. vol. 2. hoc eſt ſi placet Domino,

vel

vel displicet, idem in lect. 18. nu. 25. & lect. 9. nu. 32. vel quod feudatarius habeat, vel non habeat successorem in feudo, idem decis. 4. nu. 27. sic pariter inter contrahentes, & in refutatione, etiam exemplificat Auctor noster in cons. 52. nu. 5. vol. 2.

Num. 6. vide nostrum Auctorem in cons. 40. nu. 4. vol. 2. & in repet. feud. lect. 6. nu. 26. Præs. de Franch. decis. 48. & melius in decis. 126. nu. 1. & seq. Maur. Iun. alleg. 8 nu. 22. vlterius assensus super pacto de retrouendendo non trahitur ad retrouenditionem postea faciendam, sed requiritur nouus assensus super eo, idem ibidem nu. 31. & alleg. 15. nu. 3. similiter in remissione pacti exigitur, idem in allegat. 21. nu. 7. & per contrarium assensus super pacto prædicto non operatur in ipsa venditione, sed nouus requiritur, Frecc. de subfeud. lib. 2. d. §. pluribus nu. 29.

Num. 7. adde Maur. Iun. alleg. 8. nu. 34. Frecc. de subfeud. lib. 2. in 16. quæst. nu. 3. Mormill. in constit. constitutionem nu. 25. vltra Auctorem nostrum infra eodem §. 3. nu. 23.

Num. 8. de decisionibus hic ab Auctore citatis memini in meo Compend. verbo refutatio feudi, & verb. disponere, & aduerte ad ponderata hic per eum, quando pacta tendunt in augmentum, &c. Quemadmodum enim non requiritur assensus in alienatione facta in augmentum feudi, vt dixit Maur. Sen. allegat. 48. nu. 2. & hanc quæstionem prolixius examinat Camerar. in l imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. in princ. fol. 12. in paruis vers. in text. ibi debita seruitia cum seq. vbi etiam loquitur quando ageretur de diminutione feudi, & quid in cessione iurium in augmentum feudi, idem fol. 104. vers. quo verò ad tertium, sic pariter in pactis adiectis in feudo intelligendum erit, de quibus per Iacobin. in tractat. feud in verb. qui quidem nu. 68. cum seq. vbi exemplificat quando sint valida, vel inualida pacta adiecta in contractu feudali, latissimè Curt. Iun. in tractat. feud. par. i. q. 6. nu. 27. & 31. nu. 18. & 20. & in q. 7. nu. 4. & seq. vbi exempla pariter de ijs demonstrat, similiter contractus super feudo in augmentum fit, etiam sine consensu Domini, Afflict. in d. l. imperialem in princip. in 24. quæst. nu. 103. videas etiam Consil. de Georg. in d. repet. feud. cap. 12. sub nu. 24. in fin. allegantem Auctorem hic.

Num. 9. refutatio pactionata, & conditionata de iure non subsistit, Cõsil. Rouit. in pragm. 4. de feud. nu. 11. & tunc dicitur pura, & simplex quando nil penitus commoditatis penes refutantem remanet, subnectit ibidem num. 14. & consistit in eo, vt ab ipso instanti transferatur possessio, sicuti in antecedenti num. 11. demonstrat.

Num. 10. nota hic, quod quilibet contractus regulariter est prohibitus, de iure constit. Regni nisi refutatio, vt notat Anna in repet. d. rubr. de vasall. decrep. ætat. nu. 308. nec reperitur alius casus alienationis, nisi in contractu facto cum immediatè successuro per viã refutationis, Auctor in d. lect. 18. sub nn. 21. vers. vos autem, quæ siquidem refutatio non est propriè alienatio, vt ibi Anna num. 151. tradit, & successiuè non cadit in nomen cõtractus, idem Anna in d. cap. 1. nu. 47. de vasall. decrep. ætat. & in eadem rubr. num. 288. quamuis habere debeat elegans nomen, sicuti ibidem Anna refert nu 290. 322. 324. & 330. & tanto fortius Auctoris corroboratur opinio contra Camer. vt omnes contractus cum proximè successuro fine assensu fieri non possint.

Num. 11. nam alienatio feudi in proximiorem agnatum, qui successurus erat non diceretur alienatio, Afflict. in cap. quia supra dictum §. item si fuerit nu 8. quib. mod. feud. ammitt. Anna in d. rubr. nu. 153. & prohibita alienatione non censetur interdicta refutatio, rationem assignat Auctor in d. lect. 18. nu. 27. & alienatione interdicta inter extraneos operatur, vt fieri possit inter agnatos, Alber. Brun. cons. 38. nu. 2.

Num. 12. vide Annam in d. rubr. num. 282. & in cap. 1. nu. 62. vbi dixit text. nostrum loqui in refutatione; an autem valeat alienatio, vel datio ad liuellum in proximiorem agnatum vide Iacob. de Frãch. in rubr. de ijs, qui feud. dar. poss. nu. 36. vltra Iul. Clar. in §. feudum q. 33. nu. 2. videas eundem Annam vbi supra nu. 295. dicentem esse quasi refutationem concessionem ad liuellum.

Num. 13. adde Vrsill. decis. 80. nu. 9. Bellac. inter commun. opin. tit. de alien. feud. nu. 12. vers. & quando melius, Reg. de Curt. in diuers. feud. §. reliquum est nu. 63. & 64.

Num. 14. nota, quod sicuti venditionis appellatione venit contractus quilibet per quem dominium transfertur, Alber. Brun. in cons. 43. nu. 19. sic pariter, & alienatio cum sit nomen generale comprehẽdens omnem actum per quem dominium, & sic continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteosim perpetuam cap. nulli de reb. eccles. alien. vel non, vbi Glos. in verb. alienationis, & Doctor. omnes, sic etiã feudum quando poterit alienari, talis alienatio intelligeretur generaliter, videlicet, & per contractus, & per vltimas voluntates, Iacob. Mandell. in cons. 61. nu. 7. sed quando in proximiores fieret non verè alienatio feudi esset ex dictis per Annam in d. rubr.

nu. 197. & alia pluraad explicationem nominis venditionis poſuit Berous in q. 97.

Num. 15. vide Auctorem noſtrum in d. lect. 18. nu. 21. & ſeq. præſertim nu. 28. vbi tradit intellectum huiuſmodi §. & res, & in quo feudo loquantur §. & ſi libellus, & §. ſed & res, Anna in eadem repet. rubr. nu. 156. & 349.

Num. 16. An & quando, & quibus modis permiſſa ſit alienatio feudi, & improbata, vltra Duenam in regul. 40. latiſſimè Doctor. inter commun. opinion. in titul. de alien. feud. vbi nu. 12. loquuntur de feudo concedendo ad libellum, ſed potiſſimum quando fieret alienatio in proximiorem ſucceſſurum, etiam ſine conſenſu Domini de iure permiſſum eſſe videtur, ad quod multos Doctor. citat Tiraquell. in præfat. ſui tract. de retract. conſang. nu. 52. nam omnia reſoluuntur in refutationem, vt dictum eſt ſupra eodem nu. 11. eo quod refutatio facta immediato ſucceſſori ſtatim valet, quia lex aſſentit Author in deciſ. 4. nu. 22. cum ſit anticipata ſucceſſio, Conſil. Georg. alleg. 17. nu. 3. Imò ſucceſſionis præuentio, Molfeſ. in conſuetud. Neapol. tit. de renunc. q. 1. nu. 5. & 6.

Num. 17. refutatio, vt hic Auctor tradit debet habere elegans nomen, ſicut etiam ante eum tradidit Anna in d. rubr. nu. 290. 312. ad 340. ita vt cadat in nomen contractus, vt ibi nu. 288. ad quod ante eum dixit Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in differ. inter feud. ex pacto, &c. in differ. 26 nu. 1. quod refutatio feudi, quæ fit à patre filio, vel à fratre fratri, vel ab alijs agnatis debet fieri cum ſpeciali titulo donationis, vel venditionis cum traditione poſſeſſionis.

Verſ. aixi, quod hæc opinio, meminit hic Auctor de deciſione Franc. de Amic. de qua in meo Compend. verb. refutatio.

Num. 18. adde Conſil. de Georg. in alleg. 17. nu. 45. vltra Affict. in d. conſtit. conſtitutionem nu. 17. vbi Batius in adnot.

Num. 19. vide noſtrum Auctorem ſupra eodem de aſſenſ. Reg. ſuper dote §. 1. nu. 35. vbi addita.

Num. 22. adde notata ſupra eodem nu. 11.

Num. 24. de iſta dictione, quaſi, vide Carau. in rit. 167. nu. 25. & 26.

Verſ. ſecundum prædicta, vide in meo Compend. verb. contractus, in princ. eſt conſ. Auctoris 75. Princeps vol. 2.

§. II.

NVm. 1. vide Iul. Clar. in §. feudum q. 34. nu. 3. & an noceat agnatis talis refutatio facta Domino, vide Affict. in cap. ſequitur §. hoc quoque nu. 38. de ſucceſſ. feud. licet Bellac. inter commun. opinion. in tit. de alien. feud. num. 85. ex mente Bald. dicat eis non præiudicare, donec refutans vixerit, eſt enim condecens refutatio per vaſallum facta Domino, ſicut Auctor teſtatur in d. conſ. 75. nu. 7. cum ſit de natura feudi refutatio facta Domino, idem in conſ. 152. num. 45. quæ valida iudicatur, etiam in præiudicium filiorum, hoc eſt in feudo hæreditario, vt ibidem nu. 4. tradit.

Num. 2. Aſſenſu enim non indiget, qui cum Domino contrahit, Camer. in l. imperialem fol. 8. verſ. quod nota, quando in paruis, Auctor in d. conſ. 75. nu. 7. Marta vot. 221. num. 28. an autem teſtamentum, in quo inſtitutus eſt Dominus directus ſit validum abique aſſenſu, idem Auctor in conſ. 147. num. 33. eod. vol. & quid ſi fuerit factum in præſentia Domini an valeat, Anna in repet. conſtit. cõſtitutionem n. 132. ſimiliter qui cum ſico contrahit, Auctor in conſ. 94. nu. 2. eod. vol. & quomodo intelligatur habetur infra eodem nu. 7.

Num. 3. adde Auctorem noſtrum d. conſ. 75. nu. 4 & deciſ. 6. nu. 15. copioſè Peregrin. in tract. de fideicom. art. 52. nu. 84. cum ſeq.

Num. 4. In feudo enim quaternato nulli dubiũ eſt, quin vtriuſque aſſenſus exquiratur, vt per Annam in conſtit. conſtitutionem num. 24. & ob id aſſenſus licet non requiratur in renunciatione facta per ſubfeudatarium immediatè Domino, attamen ſecus ſerit in feudo quaternato, Franch. deciſ. 48. num. 2. & 4.

Num. 5. vide Frecc. de ſubfeud. lib. 2. §. pluribus autem modis nu. 71. vbi tradit primogenitum Regis eo viuente appellari, & ſic alienatio valeret, inde ſubnectit nu. 72. reuocationem ceſſare in contractu facto cum primogenito Regis.

Num. 6. adde eundem Auctorem noſtrum in conſ. 146. nu. 4. & ſeq. vol. 2.

Num. 7. de natura enim aſſenſus eſt remouere obſtacula, inquit Anna in alleg. 67. nu. 8. hoc eſt prohibitionem à Rege factam circa feudorum alienationes, quæ tolluntur per ipſius præſentiam, hoc eſt tacitè, & ſic alienatio feudi facta præſente Domino diceretur habere aſſenſum de iure communi, ſecus de iure Regni, refert Capyc. deciſ. 156. nu. 23. in quo requiritur expreſſus, vt dixit Auctor ſupra §. 1. de aſſenſ. Reg. ſuper dote num. 20. propterea conſuetum eſt, poſtea per Collaterale expediri in forma Cancellariæ, vt ſingulariter noſter Auctor notat in deciſ. 6. numer. 15.

Num. 8. adde Auctorem noſtrum in conſ. 147. nu. 34. vol. 2. & quando differat, vide infra eodem §. 5. nu. 27. & feudum iudicatur, vt allo-

allodium interueniente aſſenſu, Franch. deciſ. 540. nu. 19.

Num. 9. & Auctor noſter in repet. feud. lect. 11. nú. 25. & 33. vbi quicquid in feudo ex pacto diſpoſitum ſit cenſet, vltra Iul. Clar. in d. §. feudum q. 40. abſque enim aſſenſu in feudis teſtari non poteſt, vel in præiudicium hæredum notauit Camer. in hoc cap. 1. de ſucceſſ. feud. nu. 57. & ſeq.

Num. 10. vltra Annam in conſtit. conſtitutionem nu. 134. nota, quod in feudo hæreditario valet teſtamentum inſtituta perſona in inueſtitura comprehenſa, Auctor noſter in conſ. 24. nu. 6. 8. & 9. vol. 2. ſecus in feudo ex pacto, vt ſubdit num. 13. & ſecus ſi fieret in non proximè ſucceſſurum abſque aſſenſu, vt nu. 14. eiuſdem conſ. dixit, nam teſtamentum in feudis non attenditur, Conſil. de Georg. alleg. 19. nu. 13. & alleg. 20. nu. 17. cum de iure feudorum teſtamentum ſit nullum, idem in alleg. 12. num. 44. tanto magis quoties inſtitueretur extraneus in feudo, vt ibidem ſubnectit nu. 45. idem Anna in d. conſtit. nu. 88. Morot. conſ. 83. nu. 9. & teſtandi facultas alicui à Principe conceſſa, ſeruata forma ſtatuti intelligitur, Neuizan. conſ. 12. nu. 42. inter conſil. Bruni, niſi Princeps expreſsè aſſenſum præſtaſſet teſtandi in beneficium extranei, ſed ſi eſſet conceſſa facultas teſtandi in certam perſonam, an valeat ſi aliud teſtamentum factum fuerit, & inſtituta alia perſona, videas Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 12. quæſt. nu. 1. ſic pariter feudatarius, & ſi alium hæredem inſtituerit, ipſe tamen ſuccederet tanquam vocatus ex lege inueſtituræ, Auctor conſ. 26. nu. 4. nam hæres extraneus non ſuccedit, Iacob. de Franch. in cap 1. §. hic quoque num. 12. de ijs, qui feud. dar. poſſ. & an, & quando hæres extraneus inſtitui poſſit, vide Auctorem noſtrum in repet. feud. lectur. 14. nu. 15. vſque ad 30.

Num. 11. & ſucceſſiuè licitè vendi poſſint, Reg. de Curt. in diuerſ. feud. in §. multoties concedens num. 88 cenſet feudum eſſe in commercio, quia alienatur, & venditur, & in §. reliquum eſt nu. 9. vltra Auctorem in conſ. 14. nu. 14. vol. 2. & Franc. de Amic. in cap. 1. §. hoc ergo num. 2. de ijs, qui feud. dar. poſſ. fol. 129. qui videtur contrarium tenere.

Num. 12. nota hic, quod reuocatio alienationis feudi comperit feudatario alienanti infra annum, maximè ſi eſſet titulatum, poſt verò annum fiſcus admitteretur, Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in different. feud. titul. &c. in 51. different. num. 1. & ſicut occupat feudalia ex inobſeruantia pacti ſecũdum Andr. relatum per Annam in d. repet. conſtit. conſtitutionem ſub nu. 237. ſic & per contrauentionem alienationis factæ de feudo contra legem, non vti hæres ſuccedit in iuribus actiuis, & paſſiuis, Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. nu. 300. Benint. deciſ. 91. num. 2. idemq; in Rege præueniente, refert Auctor infra eodem §. 7. nu. 4.

Num. 14. vide Auctorem in conſ. 147. num. 33. vol. 2.

Num. 15. faciunt addita ſupra eodem nu. 10. ad quæſitum Auctoris, vide Mormill. in conſtit. conſtitutionem nu. 35.

Num. 16. vltra Auctorem in lect. 11. num 23. & 27. dixi in meo Compend. verb. hæredes filij, & ibi allegaui quamplures Doctores, & vltra eos vide Menoch. in d. tract. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 375. ſic hæres defuncti vaſalli poterit petere ſe mitti in poſſeſſionem bonorum omnium, etiam feudalium, quæ vaſallus tenebat, Alber. Brun. in conſ. 1. num. 4. & 12. Io. Campeg. conſ. 2. nu. 10. Dec. conſ. 390. col. 6. Pariſ. conſ. 22. num. 64. & 65. volum. 1.

Num. 17. vltra Affict. in l. imperialem in princ. nu. 73. de prohib. feud. alien. per Feder. adde Auctorem noſtrum idem memorantem in repet. feud. lect. 14. num. 2. 3. & 4. & lect. 11. nu. 22. & quamuis alienatione interdicta cenſeatur etiam vetita, quæ per teſtamentum inducitur, ſicut idem in d. lect. 11. nu. 21. teſtatur, hoc enim procederet, quoties extraneus inſtitueretur hæres, quo caſu teſtamentum nullum iudicaretur, Conſil. Georg. in alleg 12. nu. 45. aliter alienare non diceretur, qui hæredem inſtituerit, Anna in d. conſtit. conſtitutionem nu. 84. ſicuti enim alienatio non diceretur, quæ ſit proximè ſucceſſuro, idem in rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 153 & 297. ſi etiam alienare prohibitus non cenſetur inter ſuos teſtari prohibitus, & inter illos de familia quamuis remotiores, & maximè quando alienatio feudi fieret inter ſuos liberaliter, Alber. Brun in conſ. 38. nu. 1. cum ſeq. & prohibitio de non alienando in extraneos, operatur, vt inter agnatos fieri poſſit, idem in conſ. 28. nu. 2.

Num. 18. iſtam quæſtionem prolixius annectit, Romul. in tract. de teſtam præcep. bon. extra famil. alien. nu. 90. & ſeq. vltra noſtrum Auctorem in lect. 14. nu. 2. & ſeq. quamquam Alex. in conſ. 55 nu. 5. vol. 2. & Anna in d. cõſtit. conſtitutionem num. 84. & in alleg. 106. nu. 1. dicant, quod prohibitus alienare non dicatur alienare, inſtituendo hæredem, hoc procedere videtur, quoties proximus ſucceſſurus inſtitueretur, vt ſubdit idem Anna ibidem, ſecus tamen ſi eſſet extraneus inſtitutus, & ob id prohibitus alienare à lege, vel à teſtatore, comprehendit etiam prohibitionem,

bitionem, vt hæres extraneus inſtitui non poſſit, Affli&. in d cap. quia ſupra dictum §. idem ſi fuerint num. 41. quib. mod. feud. amittat. Franc. de Amic. in cap. 1. §. ſed ideò nu. 3. de ijs, qui feud. dar. poſſ. ſecus ſi vellet inſtituere ſibi venientes ab inteſtato, licet non ſint de familia, Emin. Muſcul. inter communes opinion. lib. 6. tit. de teſtament. nu. 70. multos ad hoc Doctor allegat, & hæres prohibitus alienare non prohibetur habere ſucceſſorem ab inteſtato, ita Maur. Iun. in allegat. 33. nu. 3. & ſic è contra permiſſa alienatione, cenſetur etiam permiſſa inſtitutio hæredis, Alber. Brun. conſ. 39. nu. 8. Hieronym. Gratt. conſ. 68. nu. 1. vol. 2. & in terminis noſtris feudalibus vide Franc. de Amic. in dicto cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. hoc ergo nu. 3. fol. 129.

Num. 19. vide Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. multoties concedens nu. 110. & ſeq. & præſertim in feudo hæreditario hæres tenetur habere ratum factum defuncti, refert Anna in d. conſtit. conſtitutionem nu. 169. & ante eum ibi Affli&. nu. 7. Camerar. in cap. imperialem §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. fol. 778. in paruis verſ. hinc planè fit, ſecus autem in ijs, quæ à lege deferuntur, vt ſubſequitur ibidem Anna nu. 236. & ſic in feudo ex pacto, etenim hæres dicitur ſuccedere in feudo hæreditario per ſucceſſionem, in feudo verò ex pacto, & prouidentia ex pacto primi, Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in differentiis inter feud. ex pacto, &c. in 31. differentiis alias verò limitationes d l. cum à matre, poſuit Auctor in lect. 11. nu. 34. & 37. & lect. 17. nu. 8. lect. 19. nu. 7. & deciſ. 11. nu. 16. 56. 75. 84. & deciſ. 39. nu. 23. & inter cæteras limitationes, vt hæres ex pacto teneatur factum defuncti approbare, eſt, vt pactum primi acquirentis obſeruet, Reg. de Curte in diuerſ. iur. feud. §. nunc de altera num. 13. vltra Mormill. in ſua parad. diſput. nu. 77. vbi plura.

Num. 20. idem Auctor in repet. feud. lectur. 11. nu. 59. Reg. de Curt. in d. diuerſ. §. multoties concedens nu. 109. 114. & 116.

Num. 21. vide Auctorem ſupra de aſſenſ. Reg. ſuper dote §. 3. nu. 19. & ibi addita per me, & eundem infra eod. tit. §. 8. nu. 12. & circa hoc plures quæſtiones cum diſtinctionibus tradit Reg. de Curte in d. §. multoties num. 117.

Num. 22. regulariter enim dotarium conſtitui poteſt in vita, quod ſecus eſt in quarta, inquit Anna in alleg. 127. num. 21. & ſucceſſiuè ſuper feudo abſque aſſenſu de iure municipali iſtius Regni, quod ſecus eſt de iure communi, Nunt. Pellicc. in conſuet. Auerſæ cap. 5. nu. 171. & 172. ante eum Affli&. in cap. e autem §. donare num. 29. qual. poter. olim feud. alien. in vltima voluntate ſecus effectus hinc eſt, quod dotarium, quod conſtitutum non fuit tempore ſponſalitiorum dubitat Affli&. in d. §. donare nu. 38. ſi in teſtamento conſtitui poſſit, & diſtinguit duos caſus, & primo ſi conſtitutum appareret per verba importantia actus inter viuos, valere tamen tale conſtitutum, quod ſecus erit ſi in vltima voluntate illud conſtituere velit legando per verba importantia vltimam voluntatem, & ſic licet poſſit conſtitui in vita, tamen legatum eius non valeret, idem Anna vbi ſupra num. 19. an autem conſtituens dotarium in vita illud conſtituiſſet per verba importantia actus vltimæ voluntatis teneat idem Affli&. loco citato nu. 44. retulit, quod non.

Num. 23. vide Alphan. colle&. 1049. qui plures allegat ad hoc, Riec. colle&an. deciſ. 169. ſecus tamen inſtituta turpi perſona, de quo ſatis per Affli&. in deciſ. 204. ſequitur Anna ſingul. 125. & 506. & in meo Compend. in verb. ſoror, attamen ſi legitima relinqueretur, vtique teſtamentum ſubſtineretur inſtituta turpi perſona, Theſaur. deciſ. 128. num. 11. & 12. quænam dicatur turpis perſona, ad hoc, vt frater poſſit querulare teſtamentum fratris, vide Annam in ſingul. 551. & Ann. Iun. in obſeru. 19. incip. teſtamentum.

Num. 24. vide Cagnol. in d. l. nullus ff. de regul. iur. & Dec. ibi, plura exempla de hoc oſtenduot, & in fraudem facere non dicitur, qui facit quod ſine fraude liceret l. qui autem in princ. ff. quæ in fraud. credit. Rendell. in tract. de iure prothom. in verb. ſimulatè donauerit nu. 31. vbi allegat nonnullos ad hoc, & vltra eos vide Reg. de Curt. in d. §. multoties ſub num. 117. vbi allegat etiam Loffred. hic citatum ab Auctore.

Num. 25. & ſingulariter Reg. de Curt. in d. §. multoties concedens nu. 115. notauit, quod hæres non tenetur factum defuncti approbare quãdo ex eo fraudaretur iure ſuo, & alias limitationes huic regulę, noſter Auctor oſtẽdit in repet. feud. lect. 14. nu. 34. & 37. lect. 17. nu. 8. & deciſ. 4. num. 16. 56. & 84. & deciſ. 39. num. 23 faciunt collecta ab Alphan. colle&. 62. & Riec. colle&. 469.

Num. 26. idem Reg. de Curt. in d. §. multoties nu. 117. materiam iſtam fraudis per teſtatorem factam in damnum hæredis examinat, & quando ei reuocare liceat, vel improbare factum defuncti, & nota, quod alienata per prius per debitorem nequeunt futuri creditores reuocare, niſi aliter probarent alienationis fraudem, Maur. Sen. in alleg. 12. nu. 8.

&

& tunc reuocatio alienatorum procedit, quando appareret, quod fuerint alienata in fraudem futurorum creditorum, Consiliar. Georg. alleg. 32. nu. 14. tunc enim in fraudem fieri diceretur, quoties alienatio fieret omnium bonorum, vel si vnam rem haberet puta feudum, illudq; alienauerit, Afflic. in constit. in aliquibus num. 39. vel alienatio esset maioris partis bonorum, Marcagn. Azogu. in lib. 3. de commun. opin. cap. 7. nu. 9. & alijs modis traditis per Doctor. inter commun. opin. lib. 7. tit. de renoc. ijs, quæ in fraud. credit. alien. sunt.

Num. 27. adde Loffred. cons. 46. nu. 25. vbi citat istum textum, & an, & quando alienata per patrem in fraudem possint renocari per filios, vide Papiens. in praxi in forma libell. quo agitur pro donato glos. irreuocabiliter nu. 7. Roman. singul. 616. qui loquitur de legitima filijs competenti, & alienata per patrem in fraudem, si liceat eis reuocari facere alienata vsque ad eorum legitimam, vt copiosè prosequitur, nonnullos allegando Doctores Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 36. nu. 37. & singulariter Afflict. in constit. in aliquibus num. 38. qui loquitur de fratre alienante feudum, super quo debetur filiæ dos de paragio, vt possit agere contra emptorem ad onus dotandi de paragio pro sua legitima, per actionem in factum Paulianæ.

Num. 28. vide ad hoc Iul. Clar. in §. feudum in q. 32. præsertim nu. 5. Mart. Carat. Laudens. inter consil. feud. diuers. cons. 119. num. 35. & subinfeudatio vasallo permissa est, si fieret syncerè, purè, sine fraude, bona fide, gratis, & simili, Reg. de Curte in diuers. iur. feud. §. datur etiam nu. 11. & quod refutatio in feudo ex pacto antiquo valeat, durante vita feudatarij, vt Auctor notat in d. cons. 75. nu. 2. & seq. vol. 2. vbi id declarat quomodo procedat, quid si fieret in fraudem ista subinfeudatio, iuxta exempla tradita per Consil. Rouit. in pragm. 4. nu. 22. de feud.

Num. 29. faciunt addita supra eodem nu. 10.

Num. 30. idem Auctor d. cons. 73. vol. 2.

§. III.

NVm. 1. refutatio in feudo cum reseruatione vsusfructus non valet, ita noster Auctor in cons. 116. nu. 10. vol. 2. & talis refutatio cum retentione vsusfructus requirit talem assensum, vt non possit præstari à Prorege, sed tantum à Rege immediatè, Consil. Rouit. in pragm. 4. num. 13. de feud. excepto tamen in casu matrimonij, tunc eo casu refutatio cum reseruatione vsusfructus admitteretur, sicut idem Consil. Rouit. in d. pragm. 7. num. 3. eod. tit. de feud. tradit allegando Loffred. & Camer. in locis hic ab Auctore citatis.

Num. 2. de hac decisione memini in meo Compend. Decis. Regni, verb. refutatio feudi, & refutatio simplex, & pura, tunc dicitur quando nihil pęnitus commoditatis pęnes refutantem remaneret, Consil. Rouit. in pragm. 4. nu. 14. de feud. & in antecedenti num. 11. ad hoc, vt dicatur pura, & simplex, an consistat in eo, vt ab ipso instante transferatur possessio.

Num. 4. actus nouus, vel confirmatorius iudicatur à natura eorum, quæ contrahuntur, Anna in alleg. 47. num. 18. & insuper actus, si non valet vt confirmatorius, valet vt de nouo quando fieret ab eo, qui habet potestatem faciendi de nouo, idem in allegat. 97. num. 19.

Num. 5. indiuiduum voluntatis potissimum consideratur in pactis correspectiuis, vt dicit Auctor supra eodem §. 1. nu. 5. vbi aliqua notaui, & successiuè locum vendicat regula vtile per inutile vitiatur in feudis, vt infra eodem num. 23. & subnectit Auctor hic, quæ cum habeant effectum successiuum, & ipsum conualidationis, vel propter assensum superuenturum, &c. ita quod stat interim in pendenti, &c. adde quod venditio feudi stat in suspenso, donec Dominus consentiat, idem Consil. Georg. in alleg. 6. nu. 46. & proinde assensus licet præcedere, & subsequi possit, Anna in alleg. 69. nu. 62. Præs. de Franch. decis. 620. nu. 6. operatur tamen ex nunc, non vt ex tunc, Consil. Rouit. in pragm. 1. de fide memor. nu. 18. & consequenter à die interpositi assensus validat actum, idem Anna in repet. rubr. de vasall. decrep. ætat. num. 220. sicut venditio facta intorueniente Principis assensu, si adhuc non appareret de dissensu, videtur esse in pendenti, Fusc. singul. 7. lit. V, insuper quod assensus corruit ex indiuiduo voluntatis, vt Auctor dixit cons. 52. nu. 6. 14. & 18. vol. 2.

Num. 6. adde Cardin. Paris. cons. 5. nu. 31. & 32. vol. 4.

Num. 7. hanc eandem rationem affert Consil. Rouit. in d. pragm. 4. nu. 6. de feud. licet Auctor in d. cons. 116. nu. 6. vol. 2. aliam ad hoc assignare videatur rationem, scilicet quia per hoc ius in re, scilicet feudo constitueretur, an opus sit assensu Regis, quando contractus fieret super retentione fructuum feudi ad certum tempus, vide Maur. suo. in alleg. 46. num. 3. an autem valeat reseruatio vsusfructus, dùm filius emancipatur, concluditur pariter negatiuè, quia reseruatio ius

non

non tribuit, ſed reſeruat id, quod reſeruans habebat, Franch. deciſ. 32. nu. 14. quapropter ſpecificè aſſenſus Regis exquiritur, quoties diſponeretur de corpore feudi, vel conſtitueretur ius in re ſuper feudo, ſecus ſi diſponeretur in pecunia, Conſil. Rouit. in d. pragmat. 4. nu. 105. & ſicuti aſſenſus ſolus Proregis non ſufficit in feudi titulati diuiſione, vel ſeparatione, ac diſmembratione, idem in pragm. 1. de titul. abuſ. & nu. 74. ſic in omnibus feudis, hinc eſt, quod de ſtylo Cancellariæ conſuetũ eſt in aſſenſibus apponi clauſulam illã, quò ad expreſſa tantum, & dũmodò non inducatur diuiſio feudi; facit enim corruere aſſenſum in diuiſione aliquorum corporum facta in diuiſione feudi, Conſil. de Georg. in alleg. 5. num. 44. vbi in antecedenti nu. 42. concludit aſſenſum Proregis non ſufficere ad diuiſionem feudi.

Num. 8. & 9. dixi in meo Compend. Deciſ. Regni, verb venditio feudi, vbi etiam citaui Ricc. collect. deciſ. 1636.

Num. 10. de iſta deciſione memini in eodem Compend. verb creditores, vbi alios modernos Doctores allegaui.

Num. 11. adde Io. Petr. de Ferrar. in ſua praxi rubr. in forma libelli in cauſ. vend. gloſ. 1. nu. 1. & ibi Addent. vltra Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. ad quod nota vnum ſingulare dictum Anton. de Burg. in rubr. de empt. & vendit. in princ. ſub nu. 19. quod vbicumque fit mentio pretij, ſemper de contractu emptionis, & venditionis intelligitur, & ſic pretium ſolum præſumi facit contractum emptionis, copioſè nonnullos congerendo tradit Bertacch. in ſuo repert. verb. pretium col. 2. in princ. & venditio arguitur ex mentione pretij, Io. Bapt. Coſta in prax. conuent. par. 1. num. 239.

Num. 12. immò ſi in eodemmet contractu emptionis, & venditionis donatum fuerit illud, quod plus valeret res vendita, adhuc contractus in ſuo robore permanere debet, ita quod nec prætextu læſionis, vel retractus reſcindi poſſit, vt videatur talis donatio de pretio, latè Boer. deciſ. 142. cum alijs congeſtis per Ioan. Bapt. Coſtam in ſua praxi conuent. par. 2. clauſ. 147.

Num. 13. adde Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 2. nu 41. & de retract. conuent. in fine tituli nu. 71. vbi etiam dixit, nec teneri venditorem ad rei traditionem, niſi integrum pretium ſoluatur, quapropter venditor poterit totam rem retinere, donec deſit vnus numerus ex integro pretio, idem in eodem tract. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 24. quod tamen limitat hic Auctor, niſi fuerit habita fides de pretio, ſicuti etiam aſſequitur Roman. in ſingul. 310. nu. 1. idemq; Tiraquell. in d. gloſ. fin. nu. 77.

Num. 14. & quomodo hoc intelligatur, refert idem Tiraquell. de retract. eodem §. 1. gloſ. 2. nu. 34. & ob id venditionem factam cum reſeruatione dominij valere multis rationibus nouiſſimè comprobat Marta in voto 43.

Num. 15. ad hoc vide Io. Bapt. Coſtam in ſua praxi conuent. par. 2. clauſ. 9. nu. 2. vbi plures allegat.

Num. 16. videas Amend. ad Franch. deciſ. 506. nu. 5. vbi alios allegat.

Num. 17. adde Tiraquell. de retract. conſang. §. 26. gloſ. 1. nu. 7. latè Euerard. in topica iuris loco à contrario ſenſu nu. 37. & ad materiam expreſſi, idem Euerard. in loco ab expreſſis copioſius.

Num. 18. dominium transfertur principaliter ex traditione, non ſolum ex cauſa de præſenti, ſed ex ea, quæ ſperatur, ideſt ex cauſa legitima, non ſolum re, ſed ex ſpe, Tiraquel. de retract. conuent. ad finem tituli nu. 67. quapropter traditione acquiritur dominium, quamuis contractus venditionis, nondum ſit perfectus, ſubdit ibi Tiraquell. nu. 75. hinc eſt, quod regulariter traditio neceſſariam habet conſequentiam ad contractum, idem Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 10. num. 112. & in tract. de iure conſtit. poſſeſſ. par. 3. in 15. limit. num. 3. quo circa traditio dicitur vltima perfectio contractus, idem in d. §. 1. gloſ. 10. nu. 110. quæ ſiquidem cum ſit quid facti probari debet actualiter factã eſſe, vel per rei inſtrumentum celebratum in conſpectu rei, vel per licentiam poſſeſſionem apprehendendi, Marcell. Calà de modo articul. §. 2. gloſ. vnica num. 1201. nec aliter per verba illa vendidit, dedit, tradidit, & tranſtulit, probatur niſi res ſit in conſpectu tempore, quo huiuſmodi verba proferuntur, Coſta in dicta praxi conuent. par. 2. clauſ. 2. nu. 2. ſed ſi emptor in rei poſſeſſione exiſteret, nulla alia noua traditione opus eſſet, vt noſter Auctor notat, quemadmodum aduenient conditione in pactis legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem reſoluitur ipſo iure, ita vt ſine traditione aliqua dominium transfertur, Tiraquel. in d. tract. retract. conuent. §. 11. gloſ. 7. nu. 3.

Num. 19. adde Iul. Clar. in d. §. feudum q. 33. nu. 1. Maur. Sen. allegat. 48. num. 9. & quod feudatarius poſſit affectare feudum pro toto tempore vitæ ſuæ, refert Anna in alleg. 84. num. 3.

Num. 20. ſic pariter aſſenſus regulatur ex actu, nec alterat eius naturam, intelligitur enim prout ius intelligit, Maur. Sen. alleg. 75. nu. 1.

&

& regulatur à dispositione iuris. Anna alleg. 95. num. 11. multa autem ad ornatum istius clausulæ cum reseruatione dominij, donec pretium sit solutum, refert Costa in d. praxi conuent. par. 2 claus. 9. & multa collexit Alphan. in collectan. 365. circa verò text. in l. cum manusata §. nemo ff. de contrah. empt. aliqua collexit Ricc. collect. 508. Anna in collectan. nu. 23. & quid operetur pactum istud, quod non transferatur dominium, idem Anna singul. 372.

Num. 21. Pactum quodlibet dicitur contractus, Maur. Iun. alleg. 21. nu. 6. hoc est in genere, in specie verò dicitur pars contractus, Costa in d. prax. conuēt. par. 1. nu. 109. & seq. subnectit, & quod pretium dicatur pars intrinseca rei contractus, & pretij, cum igitur contractus dependeat à voluntate indiuidua, Consiliar. Georg. dicta alleg. 5. num. 9. & sicuti contractus nequit claudicare, vt valeat respectu vnius ex contrahentibus, respectu verò alterius non valeat, vt ibidem nu. 62. sequitur ipsemet Consil. de Georg. ita etiam respectu Regis quò ad interpositionem assensus claudicare non debet contractus ex indiuiduo suæ voluntatis, nam Rex respectu alienantis tollit obstaculum voluntatis, & respectu recipientis concedit, idem Consil. de Georg. in alleg. 18 nu. 31.

Num. 22. idem Ioan. Bapt. Costa in dicta praxi conuent. par. 1. nu. 109. & seq. Immò dicitur pars pretij, Auctor in cons. 34. nu. 14. vol. 2. Franch. decis. 17. nu. 5. præsertim pactum de retrouendendo, idem decis. 105. num. 9. & decis. 95. nu. 3.

Num. 23. dixi supra eod. tit. §. 1. nu. 7.

Num. 24. adde Aunam in alleg. 67. nu. 8. & feudatarius quodnam dominium trāsferat subinfeudando, refert Auctor in reper. feud. lect. 1. nu. 52. 54 & seq. & credo vtile dominium, eo quia feudatarius vtile habeat dominium, Iacob. de Franch. in prælud. feud. tit. quid sit feud. nu. 20.

Num. 25. & venditio feudi facta cum adiectione in diem oblata meliori conditione restituitur pretium cum vsuris, & res cum fructibus, Anna in allegat. 42. nu. 4. & 5. & pacta ista legis commissoriæ, vel adiectionis in diem adueniente conditione ipso iure resoluuntur, Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glo. 7. num. 3.

§. IV.

NVm. 1 hoc idem tradit Auctor in repetit. feud. lect. 2. nu. 50. & de hoc satis dictum est supra eod. tit. in princ. nu. 5. & relevium soluitur in Regno de consuetudine Regni, non autem de iure feudorum, ita Frecc. de subfeud. lib. 2. in 3. author. nu. 16. & remissiuè Consil. Rouit. in pragmat. 2. de offic. Procur. Cæsar. nu. 13. tangit Franch. decis. 121. nu. 6. Fusc. sing. 16. lit. R.

Num. 2. Auctor noster in d. princip. huius tituli nu. 5. regulariter enim relevium soluitur ab hærede, & successore, Anna in alleg. 93. nu. 1. & quod debeatur ab hærede succedente in feudo, sequitur Iacob. de Gello in tract. de iure adhoæ nu. 73. Fusc. vbi supra, an autem ab hærede succedente in feudo vniuersaliter, vel particulariter, respectu ipsius feudi tantum, idem Frecc. loc. cit. nu. 20. vel à successore, vt dixi, eo, quod relevium successor Domino soluere teneatur, & si ascendens descendenti succedat, Franch. decis. 3. num. 3. nam soluitur ex recognitione noui vasalli successoris, Consil. de Georg. in alleg. 18. nu. 23. & sic loco inuestituræ, solutio enim relevij successit, Consil. Rouit. in pragm. 4. nu. 90. de feud. hoc est per renouationem ipsius, Præs. de Franch. decis. 121. num. 7. nam relevium præstatur in signum deuotionis census, ac reuerentiæ, & pro inuestitura habenda, & à relevando dictum fit, Frecc. vbi supra nu. 2. & an illud successor soluere teneatur, si non esset in possessione feudi, in quo successit, nisi recuperata possessione, quamuis directus Dominus per hoc non impediatur, quin exigat relevium à possessore quocumque, seù detemptore, idem Consil. Rouit. dicta pragm. 2. nu. 11. quid autem si hæres, vel successor in feudo successerit, non aliter per mortem veram, sed fictam, an teneatur ad relevium, vt puta quia feudatarius ingressus esset religionem, in qua fecit professionem, vel quia esset effectus foriudicatus, videas eundem Frecc. loc. cit. nu. 21. sed circa contractus celebratos inter viuos, vt Auctor noster tangit cessare videtur relevij regulariter, an autem ab emptore, & milite, vel proxima inuestitura debeatur, vide eundem Iacob. de Franch. in prælud. feud. rubr. species feud. num. 186. Fusc. sing. 16. lit. R, & quid si refutetur feudum filio, vel agnato, iuxta terminos nostros, idem Franch. vbi supra nu. 185. & Frecc. ibidem nu. 34. Rouit. ibi nu. 10. & relevium sicuti non soluitur de donatione facta in anticipatione successionis, ita & quando taliter donatur filio à patre, Franch. decis. 20. nu. 5. an autem mulier, quæ dedit castrum in dotē marito, soluat relevij mortuo marito, Anna dicta alleg. 95. nu. 10. quid autem in feudo donato cum causa mortis, postquam in feudum deuenitur ex contractu non ex successione, licet donatio causa mortis æquipolleat vltimæ voluntati,

idem

idem Frecc. vbi supra num. 18. de quo patet decisio in meo Compend. verb. releuium, & insuper ad ornatum istius releuij, multa collexit Ricc. collectan. 585. 1337. & 1627. & circa eius exactionem, idem in collect. 2041. & Mormill. in cõstit. post mortem, vbi etiam loquitur, pro quibus causis releuium debeatur, & pro quibus non.

Num. 3. vltra Auctorem in repet. feud. lectur. 2. nu. 52. & seq. adde Consil. Rouit. in d. pragm. 2. nu. 10. de offic. Procur. Cæsar. nouissime Molfes. in consuet. Neapol. par. 3. q. 8 nu. 7. & 20. & quid mortuo donante, vel refutatario, idem par. 4. tit. de renunc. q. 1.

Num. 4. quid enim importet refutatio refert Maur. Iun. allegat. 28 num. 5. nil aliud facit, nisi refutans sua iura restringit, eo quod de medio personam suam tollit, & facit quandam præuentionem futuræ successionis, quãdo autem refutatio tollat de medio, vide Annam in rubr. de vasall. decrep. ætat. numer. 199. & 280. & quod sit quædam præuentio in vita eius, quod habiturus erat in morte, refert Frecc. de subfeud. lib. 2. in addit. ad quæst. 17. q. 1. nu. 16. latius Molfes. in consuet. Neapol. par. 4. tit. de renunc. q. 1. num. 5. & 6. vbi plura.

Vers. ratio rationis, an vnicum, vel duo releuia debeantur ex feudo in dotem dato per mulierem, viro succedente morte viri, & deinde morte vxoris videas in meo Compend. in verb. releuium an sit soluendum, quid si eodem anno releuium debeatur, & adhoa imposita esset, an vtrumque debeatur decisio patet in eodem Compend. verb. releuium, an autem duplicatum releuium debeatur à feudatario, non curante denunciare mortem prædecessoris, vide in eodem Compend. verb. releuium duplicatum in noua compilatione.

Num. 5. releuium est quædam extrinseca præstatio à consuetudine introducta, quæ non inest feudo, Præs. de Franch. decis. 121. num. 6. & debetur in morte, non autem in vita, per ea, quæ superius tradidi nu. 2. & ob incertitudinem non verè creditor fiscus dicitur.

Num. 6. refutatio vt plurimum fit ob aucupanda matrimonia, Anna in d. rubr. de vasal. decrep. ætat. nu. 57. & quænam sit potissima ratio refutationis, vide Præs. de Franch. decis. 4. num 12.

Num. 7. faciunt collecta per Alphan. collectan. 41. ad ornatum istius text. & Benuen. Stracc. in tract. de decoctor. in princ. nu. 29.

Num. 8. reuocatio reuocatorum procedit quãdo appareret, quod fuerunt alienata in fraudem futurorum creditorũ, Consil. de Georg. alleg. 32. nu. 14. fraus enim non præsumitur nisi probetur, hoc est ex coniecturis, vt sigillatim prosequitur Molfes. in consuet. Neapol. par. 3. q. 1. num. 23. cum seq. & circa fraudem futurorum creditorum à debitoribus obseruatam, multifariam demonstrantur exempla à Doctor. inter commun. opinion. lib. 7. tit. de reuoc. ijs, quæ in fraud. creditor. alien. sunt, & præter eos idem Stracch. in dicto tract. de decoctor. in princ. nu. 29. & in materia refutationis, quando fraus præsumatur, Auctor noster tradit in d. repet. feud. lect. 2. nu. 52. cum seq.

Num. 9. refutationes feudorum, vt plurimum fiunt ab hominibus decrepitæ ætatis, per ea, quæ dixit Anna in dicta rubric. de vasall. decrep. ætat. nu. 53. attamen & si in se talis refutatio valeret in beneficium filiorum, seù refutatorum, non tamen præiudicare debet fisco pro releuio, quod sperat ex morte proxima refutantis, vt quoque hic Auctor dicit, quod tamen limitatur in eo, qui fuit inuestitus à Rege, tempore quo feudum ei aperitur per mortem possessoris, vt tenet Afflict. in cap. 1. §. sed & res nu. 59. per quos fiat inuestit. quem sequitur Consil. Rouit. in d. pragmat. 2. nu. 14. quamquam nos loquamur in actu faciendo in vltimo vitæ spiritu, si valeat, vel teneat, iuxta terminos l. filiæ meæ ægrę emancipatæ ff. solut. matrim. vbi Doctor. quem text. alijs auctoritatibus ornant, Anna singul. 533. Ricc. collect. 2036. Auctor cons. 115. vol. 2. Anna Iun. in collectan. num. 409. at text. ipsum limitauerunt Doctor. ad propositum nostrum, nisi emancipatio esset facta ad vnicum actum, vel in fraudem filiorum, nam tunc non obstante emancipatione testamentum esset nullum, ita Anan. consil. 23. Anchar. cons. 430. Dec. cons. 279. & 245. nu. 5. Paris. cons. 97. col. fin. lib. 3. contra quos tenet Anton. Gabriel. conc. 16. nu. 35. cum seq. lib. 1. & eandem iuxta priorem sententiam decisum refert Thesaur. filius in addit. ad decis. 150. eius patris in lit. A, in fin. vers. item limitabis, & de hoc pendet decisio facienda per Sac. Cons. in Banca de Amico in causa Antonij Monitij V. I. D. prætendentis annullari facere testamẽtum factum ab eius vxore, in beneficium eius patris emancipantis dictam filiam in præambula hora mortis dictæ filiæ, vt testamentum facere possit, sicut fecerat post certas horas emancipationis, conferunt ad hoc etiam congesta per Ricc. in praxi varian. resolution. in resolut. 493. quærentem an professio facta per puellam thysicam, & iam morituram prosit monasterio quò ad acquisitionem bonorum, vbi plura deduxit, & de donatione facta à moriente sine filijs de bonis antiquis in di-

strictu

ſtrictu Ciuitatis eſt nulla, quia contra conſuetudinem Neapolitanam,& in fraudem verſatur,Conſil.Georg.in alleg.22.num.1.& 6. quid autem in donatione facta à deſperato de filijs an valeat, vide Annam in alleg. 55.nu.7. & de legitimatione facta in vltima hora mortis, & ſic in extremis præſumitur fraudulenta, idem Conſil.de Georg.ibid.nu. 14. ſic de inueſtitura facta per Epiſcopum laborantem in extremis an teneat, vide Zabarell.conſ.34.in prine.

Nu. 10. nonnulla de hoc notauit Benuen.Strac. in tract.allegato de decoct.in princ.nu.29.& copiosè Carroc. in tract.de excuſſ.bon.par. 1. in 13. quæſt. 10.quæſt. principalis per totam, per varia exempla demonſtrat aliena. ta in fraudem quando dicantur.

Num.11.adde Cauenſ. in rit.146. nu.2. vltra Affict.in conſtit.conſuetudinem ſub nu.6.& in filijs procreandis potiſſimum ſenex dicitur, qui annum quinquageſimum attingit, idem in conſtit. poſt mortem nu.22. reliqua circa iſtam materiam examinat Bertacch. in repert. verb.ſenectus.

Num.12. qualiter donatarius habetur loco hæredis,vide Molfeſ.in conſuetud.Neapol.q.8. nu.11.& 22. quid in fideicommiſſario, an ſit loco hæredis,licet non ſit hæres, & appellatione hæredis non contineatur, latè Peregr. in tract.de fideicommiſſ.art.38.nu.81.an autem legatarius dicatur hæres defuncti, latè Carau.in rit.178.nu.11.

Num.13.conferunt hic addita ſupra eodem nu. 7. & 10. & quod fraus præſumitur etiam ex alienatione omnium bonorum, refert Roman.in ſingul.616.latè Affict. in cap.ſi quis obligauit nu.60. de feud. dato in vicem leg. commiſſ.

Num.14. ſecus tamen ſi pars tantum alienaretur, Andr.in cap.1.verb.condemnatorum, quæ ſint regal.

Num. 15. qualitate enim perſonarum omnia impetrantur, Affict.in cap. Obertus nu.48. ex quib.cauſ.feud.amitt. & ibi plura in ſeq. num.per varia exempla demonſtrat quando perſonarum qualitas attendi debeat.

Num. 16. adnotandum eſt hic ad propoſitum noſtrum,ſi relenium ſolui debeat per eum, cui fuerit facta donatio feudi,reſeruato vſufructu,vel per fructuarium, qui fructus percepit,tanquam quod ſit onus reale, & feudo annexum, concludit Præſ. de Franch. deciſ. 121.nu.3.& 13.fore per vſufructuarium ſoluendum,quod non eſt in Regno, & ibidem num.29. quærit, ſi releuium præſtari debeat vſufructuario,vel proprietario,vbi idem cõcludere cernitur,& Molfeſ.in d.q.8.num.20. allegat hic Auctorem.

Num.17. de iſtis mentionatis deciſionibus memor fui in d. meo Compend. verb.releuium an debeatur, vbi allegaui Molfeſ.in conſuetud.Neapol.par.3.q.8.nu.7. Ricc.collectan. deciſ.1337.

§. V.

NVm.1. vide ſupra eodem §.2. nu.10. & ibi addita per me,an autem in feudo feudatarius conſtituere poſſit fideicommiſſum, vel ſubſtituere inter vocatos in inueſtitura, vide Peregr. in tract. de fideicommiſſ.art.6. nu.28.vbi putat in feudo nouo id procedere, an autem illud alienare poſſit in præiudiciũ, idem ibidem nu.23.hoc proſequitur, an pariter feudatarius poteſtatem habens teſtandi de feudo poſſit fideicommittere, vel poteſtatem donandi donare cauſa mortis, vel cum conditione, vide latiſſimè Maur.Iun.in alleg.6.nu.7. & 8.

Nu.2.&quid importet iſta cõceſſio facta alicui, & quibus dederis, Alex.in conſ.228.nu.6.vol. 6.cenſet inductam eſſe poteſtatem alienandi Domino irrequiſito, & alias declarationes huius rei ponit, Affict.in cap.1.nu.1.de feud. non hab.nat.feud.vltra Ann.inalleg.41.n.33. & 34.vbi allegat Andr. hic citatũ, & Capyc. deciſ.121.num.8.intantum eſt, quod feudum conceſſum pro te,& hæredibus,& quibus dederis tranſmittitur ad hæredem extraneum, Reg.de Curt.in diuerſ.feud.§.multoties concedens nu.19.idẽ ſi fuiſſet conceſſum pro aliquo, & hæredibus quibuſcumque, nam tunc etiam ad extraneos tranſiret, & legatarios, Maur.Iun.in alleg.64. nu.6. & alia conſimilia tradit Fuſc.in ſing.59.lit.F,ex iſta enim clauſula tribuitur poteſtas alienandi feudalia,emphyteotica, & fideicommiſſa, Peregr. de fideicommiſſ.art.52.nu 38.

Num.3.adde Auctorem ſupra eod. tit. §.3. nu. 17. & ibidem aliqua adnotaui.

Num.4.adde ipſum Auctorem in repet.feud.lectur.1.nu.76.

Num.5.idem Auctor in d.repet.feud. ead.lect. 1.nu.37.& lect.9.nu.33. & tenor inueſtituræ ſemper attendendus erit,cum ex illa demonſtrentur qualitas, & eſſentia feudi, Reg de Curt.in diuerſ.feud. §. vt igitur nu.35. allegat Bald.hic citatum,vbi etiam nu.ſeq. alia ad hoc ſimilia retulit.

Num.7.hic principaliter nota,quod contractus omnes,prout eſt pariter feudalis habent ſua ſubſtantialia,naturalia,& accidentalia,quæ inter ſe non parum differunt,& quęnam ſint iſta potiſſimum in feudo declarantur ab eodem noſtro Auctore in d. repet. feud. lect.1. nu. 27.30.31. & 49. & lect.2.nu.39.42.43. &

45. idemq; ſequitur Reg. de Curt. in eodem diuerſ.§.tenor ergo nu.128.vbi magis ſpecificè loquitur, quod contractus feudales habeant ſubſtantialia,naturalia, & accidentalia, quapropter & pacta etiam extranea, & diuerſa,& quæ regulariter non inſunt naturæ feudi admittuntur in feudis, Alber.Brun. in conſ.41.nu.2.Iaſ.conſ.9.nu.5.Soccin.conſ. 16.nu.1.Io.Campeg.conſ.11.num.1. Iacob. Aluarot.conſ.62.num.3. Curt.Sen. conſ.48. col.7.verſ.20 & col.18.Ludouic.Bologn.in conſ.1. idem Soccin.Sen. conſ.66.col.5. vol. 3.Cardin.Pariſ.conſ.13.num.14. vol.1. Marian.Soccin.conſ.109.nu.12.vol 2.quo fit,vt dum ſint de natura contractus aliqua, & inſint eorum naturæ procedit regula expreſſio eorum, &c. vt dixi in dicto §.3. num.17. eod.tit.noſtro,ſed ea quæ ſunt accidentalia, & extranea,ſi non fuerint expreſſa non procederet regula, niſi talis expreſſio procederet ex iuris interpetratione,quo caſu adhuc expreſſum dicitur,Anna in alleg.41.num.25. vel quod ex mente colligitur, vel coniecturis,Auctor in conſ.151.nu.29.vol 2.& quamuis infeudare,vel ſubinfeudare ex iuris communis diſpoſitione permiſſum ſit,vt hic Auctor ſubdit,& ante eum Iul.Clar. in §. feudũ q.31. in princip.maximè ſi fieret ſincerè bona fide, ſine fraude,gratis, & ſimiliter, Reg. de Curt.in eodem tract.§.datur etiam num. 11. & in princ. in Regno verò eſt prohibita, vltra Affict in cap.1.num.47.de natur.feud. Anna in alleg.124.num.4.& Auctor in lect.1. nu.55.non tamen inerat hoc de neceſſitate taliter, quod contractus feudalis non ſubſiſteret abſque poteſtate infeudãdi, ideò dum illud exprimitur,debebat aliquid operari,vt proſequitur hic Auctor noſter.

Num.8.vide Reg.de Curt.in diuerſ.feud.§.nũc de altera nu.131. vbi iſtam quæſtionem plenè examinat,feudum ſimpliciter conceſſum intelligitur, prout ius intelligit, Maur.Iun. alleg.6.nu.5.

Num.9. idem Reg.de Curt. loco ſupra citato num.139.& circa primum dictum Auctoris, vt dicatur feudum ex pacto, quoties ſimpliciter feudum alicui concederetur citra clauſulam pro liberis,& hæredibus,verumtamen ſemper feudũ hæreditarium diceretur, vbicumque in erectione apponeretur clauſula illa,pro te,& hęredibus,idẽ in d.tract.§.multoties concedens n.48. & Fuſc.ſing.58.lit.F.

Num.10. mens enim principaliter inſpicienda erit,Anna in alleg.104.nu.14.& quando non conſtaret de mente probari, dixit Auctor hic, ſed quid ſi non expreſsè, an tacitè probari debeat, & ob id mens ſtatuentis ex rubrica cognoſcatur,idem Anna alleg.2.nu.3. Item mens cõtrahentium ex prohemio ſcripturæ declaratur,ita Maur.Iun.in alleg.66. n.9.& alleg.77.nu.6. & alijs modis mens tacita alicuius probari dixit Marcell. Calà de mod.artic.§.2.gloſ.vnic.nu.1355.cum ſeq.

Num.11. quid enim operatur poteſtas à Rege feudatario conceſſa per actus inter viuos alienandi, vendendi, & donandi, longè proſequitur Anna in allegat.41.per totam,quid autem in vltimis voluntatibus principaliter poteſtas, ſiuè licentia teſtandi comprehendit teſtamentum factum, tàm ante, quàm poſt licentiam,idem in allegat.139.num.2.& quid ſi extraneus inſtitueretur, vide ſupra eodem §. 2. num.10. in Regno autem aliter diſpoſitum eſt per Reg. pragmat. hic citatam ab Auctore,inde aſſenſus,vt teneat non tantum eſt neceſſaria facultas diſponendi, & nominatio perſonarum,ſed etiam modus, Franch. deciſ. 153. num. 28. quem ſequitur Conſiliar. Rouit. in pragmat.1. de fide memor. numer.46. at in eadem deciſione de Franch.habetur caſus expreſſus benè ab ipſo examinatus, & quid in nominatione in officio, vel feudo conceſſa facultate nominandi, an poſſit conceſſionarius nominare extraneum,vide Maur.Iun.in alleg.43.

Num.12. adde Carau.in rit.288. nu.23.

Num.13.animus regulariter probatur præſumptione verbi,vel facti,Foller.in fragm. n.49. Boer.conſ.4.nu.3.Pariſ.conſ.149.nu.22. vol. 4. talis enim præſumitur animus qualia verba, aut facta ſunt, Roman.conſ.96.nu.4 dixi ex verbis,eo quod animus,&voluntas verbis declarantur,idem Pariſ.conſ.131.nu.20. vol. 2.item animus ex verbis,& forma obligationis dignoſcitur,Maur.Iun.alleg.36.nu.10. & alleg.107.nu.3.ſimiliter ex ſcriptura priuata,Crauett.conſ.125.nu.5.item ſecũdario ex facto,nam animus hominis conſiſtit in facto idem Crauett.cõſ.202.nu.47.vol.2.& declaratur ex facto, quod etiam in brutis procedere dixit idem conſ.150.nu.4.vol.1. quæ ſiquidem omnia ex coniecturis pariter demõſtrantur, hinc etiam animus qualis fuerit in præcedentibus declaratur ex poſtea geſtis, idem Crauett.conſ.77.num.10.eod.vol.ſic è contra animus ſequẽs declaratur ex ijs, quæ præcedunt,idem conſ.120.nu.11.vol.2.alia verò ad ornatum copiosè tradit Bertacch.in repert. verb. animus, & q̃ probetur animus ex præſumptionibus,& coniecturis,item per iuramentum iuxta mentem Auctoris, refert Nicol.de Milis in ſuo repert.verb.animus.

Num.14 adde eundem noſtrum Auctorem in repet.feud.in lect.11.num.12.vbi plenè quæſtionem iſtam,& dilucidè declarat.

Num.15.adde Conſil.Rouit.in pragm.1.de fide memor.

memor. nu. 34. vbi allegat Camerar. in l. imperialem cart. 46. col. 3. in 5. conclus. de prohib. feud. alien. per Feder. tenentem quod assensus concessus Titio, tàm actiuè, quã passiuè, transeat etiam ad eius hęredẽ, & sic hęres Titij possit emere, & vendere feudum cum assensu concesso Titio, & idem Rouit. in pragm. 4. de feud. nu. 32. quid autem in reuocatione alienationis feudi, iuxta constitut. constitutionem, quæ licet locum habeat in venditore, an pariter in emptore procedat, vide Annam in d. constit. num. 255. cum seq. sed melius Præs. de Franch. in decis. 540. nu. 1. & per istam rationem concludit Consil. Rouit. in pragm. 26 nu. 23. de feud. quod assensus Regius super contractu feudi poterit obtineri tàm ab emptore, quàm à venditore, sicuti cuilibet competit ius reuocandi.

Num. 16. Sic etiam concedens intelligitur concedere, quod suum est, eiusq; tantum vsui deputatum, & non, quod est in vsus publicos, & publicas necessitates destinatum, vt notat Auctor supra de tractis num. 19. & ibi aliqua notaui ad ornatum, an autem concessa facultate testandi de iure speciali extendatur ad facultatem codicillandi, vide Maur. Sen. in alleg. 26. nu. 11.

Num. 17. Hinc est, quod feudatarius, qui vtile habet dominium, vt censet Iacob. de Franch. in prælud. feudor. rubric. quid sit feudum num. 20. subinfeudando censetur illud idem transferre, de quo satis per nostrum Auctorem in repet. feud. lectur. 1. num. 52. 54. & 55. an autem legatum rei, in qua quis habet vsumfructum, ob id censeatur res legata, vel ius, quod habet notabiliter Gomes. variar. resolut. tom. 1. cap. 12. num. 15. ad quod singulariter Alciat. de præsumption. in 34. præsumption. regul. 3. num. 5. refert, quod testator præsumitur legare ius, quod habet in re, etiam si legatum redderetur eluforium.

Num. 18. certum est, quod assensus sit stricti iuris, Anna in allegat. 36. num. 3. & allegat. 41. num. 26. quamquam potestas assentiendi sit fauorabilis, executio tamen est odiosa, Frecc. de subfeud. lib. 2. in 7. quæst. num. 3. & ob id fit stricta eius interpetratio, idem ibidem in 20. quæst. num. 8. & successiuè ipsius extensio prohibetur de casu ad casum, de tempore ad tempus, de re ad rem, & de persona ad personam, Auctor in decis. 8. nu. 11. Præs. de Franch. decis. 153. num. 23. & decis. 105. num. 2. & propterea Rex assentiendo alienationi rei feudalis, non dicitur de suo dare, sed tantum permittit alium de re sua disponere, idem Frecc. dicto lib. 2. in 29. quæst. num. 3. tollit enim tantum obstaculum per assensum suum, Præs. de Franch. decis. 540. num. 10. nec per hoc videtur sibi in aliquo præiudicare, etenim Dominus assentiendo numquam intelligitur iuri suo præiudicare, sed id præstat, vt feudatarius possit absque obstaculo suum vtile dominium transferre, Auctor noster in dicta lectur. 11. num. 16. & lectur. 16. num. 18. ad nostrum propositum specificè tradit, quod assensus Domini tollit obstaculum, & Dominus assentiendo non intelligitur concedere ius suum, & præsertim spem deuolutionis, quinimò si specificè Rex assentiendo licentiæ testandi de feudo concedendo pariter ius suum benè procederet, nam assensus Regis non est semper eiusdem naturæ, nec semper producit vnum, eundemque effectum, sed quando tollit obstaculum tantum nullum ius tribuendo, quandoquè verò habet vim nouæ inuestituræ, vt per Consiliar. Rouit. in rubr. de feud. num. 66. & an, & quando assensus talis producat vnum, vel alterum effectũ multis exemplis demonstratur per eundem Consil. Rouit. loc. cit. nu. 67. & seq.

Num. 19. sicuti etiam assensus præstitus à Rege feudo empto ab aliquo, quem Rex putabat esse viuum non operatur si reperiatur mortuus, & ratio assignatur per Consiliar. Rouit. in pragmat. 1. de fide memorial. num. 27. & 28. & ad propositum nostrum assensus si esset præstitus per Regem Titio successorem habenti, vt venderet feudum Sempronio, & ante factam venditionem Titius decedat, an hæres in feudo poterit vti eodem assensu, & feudum vendere Sempronio, licet hæres ipse tempore, quo vendit successore careat, idem Consiliar. Rouit. in pragmat. 4. num. 32. de feud. allegat ad hoc Camerar. in dicta l. imperialem tenentem affirmatiuam opinionem, quæ benè procedit in casu suo, at in casu nostro non aliter concludit Auctor ex differentia exorta tempore assensus, & tempore alienationis, nam tempore assensus habebat filios, vel si non habebat non erat desperatus de filijs, licet tempore alienationis, secus erat, dum filios non habebat, & de illis desperatus, & sic à tempore habili ad tempus inhabile actus referebatur, qui omninò inualidus reputatur ex iuris dispositione, sicuti licentia concessa tempore habili exequuta tempore inhabili nullius est momenti, Anna in allegat. 45. num. 3. & 5. etenim intelligendus erit rebus in eodem statu permanentibus, & non aliter, sicuti priuilegium, vt notat Auctor in consil. 15. num. 10. volum. 2. hinc est, quod assensus Regius concessus tempore fidelitatis per rebellionem ammittitur, nam assensus tácitam habet conditionem, donec est

fidelis, Afflict. in l. imperialem q 24. nu. 52. de prohibit. feud. alien. per Federic.

Num. 20. quemadmodum & priuilegium concessum intelligitur rebus in eodem statu permanentibus, aliàs datur ipsorum reuocatio, & respectu personarum intelliguntur, quatenus in eadem habilitate, & statu permanserint, Auctor consil. 131. nu. 36. vol. 2.

Num. 21. adde ad hoc Annam in repet. constit. constitutionem num. 121. vbi etiam quærit si hæc pragmatica sit vsu recepta, & concludit affirmatiuè.

Nu. 22. adde Frecc. de subfeud. lib. 2. in 4. quæst. nu. 5. & nostrum Auctor. consil. 47. nu. 12. vol. 2.

Nu. 23. adde Bertacch. in repert. verb. priuilegium finitur col. 3. in fin. & 4. in princ. multa ad ornatum collexit Ricc. collect. 274.

Vers. & licet, idemmet Anna contrarium tenet in d. constit. constitutionem num. 121. & quid in regiſtratione refutationum, donationum Regio assensu roboratarum in Reg. Cur. iuxta pragmaticam mandantem infra mensem facienda, an elapso mense si non fuerit facta irritetur refutatio, vide Franch. decis. 663. cum alijs per me relatis in Compend. verb. regiſtratio.

Num. 24. vide supra eodem nu. 20.

Vers hac quæstione, hic notandum est, quod sicut concessio Regis intelligitur, prout ius vult Frecc. de subfeud. lib. 2. in 35. quæst. nu. 28. sic pariter assensus regulatur ex actu, nec alterat eius naturam, intelligitur enim prout ius intelligit, Maur. Sen. allegat. 75. num. 3. sic data facultate testandi, intelligi debet secundum ius commune, Dec. consil. 156. num. 4. nec aliter ius alterare possit, præsertim in natura feudorum, vt multis exemplis comprobat Frecc. vbi supra.

Num. 25. adde Consiliar. Rouit. in pragmat. 4. de feud. num. 33. & si denegatur assensus feudatario carenti legitimo successori, an amita dicatur legitima succeditrix, Auctor in lectur. 12. num. 36. an assensus præstitus à Prorege per verbum, fiat, super venditione facienda ab eo, qui habebat successorem in feudo, sed desperatum de alio, dicatur legitimè præstitus, idem Consiliar. Rouit. vbi supra nu. 34.

Num. 26. Auctor noster in repet. feud. lectur. 4. num. 35. alias infeudando feudatarius filijs carens diceretur in fraudem hoc agere, ita noster Auctor in lectur. 6. nu. 15. sicuti etiam feudatarius de filijs desperatus in præiudicium agnatorum feudum donauerit, vel Domino renunciauerit, de quo per Annam in alleg. 55. nu. 6. & 7.

Num. 27. aduertendum est allodium dici quasi aliundè non recognitum, sed liberum, purum, & idem esse, quod proprium, Gozzadin. consil. 4. num. 7. Socein. Iun. consil. 75. nu. 23. volum. 1. vbi num. 24. subnectit esse proprietatem, quæ à nullo recognoscitur, Paul. Castrens. in consil. 161. in princ. latè Afflict. in cap. inter filiam si de feud. fuer. controu. inter Dominum, & agnatum num. 2. & in cap. vnico §. ad hoc num. 61. de pace iuram. firm. in cap. cum autem de controu. inuest. num. 9. & cum sit res libera, dispositio pariter libera est de illa, & de allodio potest fieri feudum, vt per ipsum Afflict. in cap. si vasallus num. 52. de controu. inter Dominum, & agnatum, & in dicto cap. vnico §. si verò num. 6. de pace iuram. firm. non sic in feudis in quibus nulla cadit dispositio sine assensu Domini, de quo per Iul. Clar. in §. feudum quæst. 40. potissimum in feudis ex pacto, & prouidentia, de quibus non potest feudatarius disponere, Iacobut. de Franch. in prælud. feud. rubric. spec. feud. num. 112. nec pariter de feudo hæreditario, nisi vsque ad valorem ipsius, vt supra eodem §. 2. num. 20. dummodò sincera, & bona fides intercedat, sicut tradit Consil. de Georg. in alleg. 20. nu. 38. alias si fraudulenta conspiceretur reuocabitur, quemadmodum in sequent. num. 39. subnectit, & hoc fit ob interesse indiuiduæ voluntatis Domini si ei placeat, vel displicet, quod maximè in feudis attenditur, ita Auctor noster in lect. 9. nu. 32. & ob talem causam indiuiduæ voluntatis assensus corruit, idem in consil. 52. num 5. volum. 2. ideircò dispositio feudorum cum assensu non differt à dispositione bonorum allodialium, idem in consil. 147. num. 34. vol. 2. & vendito allodio cum districtu, quò ad allodium tenet, sed quò ad districtum non, Frecc. de subfeud. lib. 2. in 30. quæst. nu. 6.

Num. 28. Testamentum in se dicitur hæredis institutio, non codicillus, l. non codicillum, vbi Bald. in primo notabil. C. de testament. inde testamentum in quo continetur institutio hæredis, etiam si testator illud appellauerit contractum, codicillum, vel donationem, ad hoc testamentum nuncupabitur, l. testamentum, vbi Bald. C. de testament. & sic differt à substitutione, quæ dicitur secunda institutio, Bald. in rubr. C. de impuber. & alijs substitut. & hæc à fideicommisso distat, eo quia cum sit in locum deficientis substitutio non sic in fideicommisso, nam rogamus hæredem, vt ab hæreditate adita deficiat, & deinde restituat, sicut necesse sit illum adire, qui rogatur restituere, l. cogi ff. ad Trebellian. Antonius Fumeus in tractatu de substitut. in princ. num. 7. & dum hic quæritur ab Auctore si concessa facultate testan-

teſtandi, cenſeatur pariter conceſſa facultas ſubſtituendi, vel fideicommittendi, quemadmodum in ſimili dixit Reg. de Curt. in eodem iuris diuerſ. §. datur etiam nu. 10. quod ſubinfeudatio vltra tertiam vicem eſt prohibita, vt euitetur infinitas, ſed totum oppoſitum eſſe cernitur, cum ſint nomina diuerſa, & ex diuerſis non fit illatio l. illam C. de collat. allegata enim in contrarium bene procedunt, ſed adaptari non poſſunt conceſſa inter viuos, vt locum vendicent in vltima voluntate, & ita aſſenſus ad donandum non operatur ad donandum cauſa mortis, Anna in alleg. 142. nu. 4. & in conſtit. conſtitutionem nu. 30. Immò ſi feudatarius haberet poteſtatem teſtandi, nequiret fideicommittere, ſic & poteſtatem donandi habens debet purè, & liberè donare cauſa mortis, vel cum conditione eleganter Maur. Iun. alleg. 6. nu. 7. & 8. nec etiam ſubſtituere, vt per noſtrum Auctorem in conſ. 56. nu. 9. vol. 2. vbi examinat in illo caſu omnem diſpoſitionem comprehendere aſſenſum præſtitum diſpoſitioni faciendæ, ex quibus colligitur, quod licet conceſſio feudi non ſit priuilegium, ſed beneficium, vt dicit Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 27. nu. 6. & ſucceſſiuè latè interpetrandum, attamen non procedit in aſſenſu, qui ſiquidem aliquando ſtrictè interpetratur, puta quando traheretur in priuilegium diſpenſatiuum, quandoq, largè quando traheretur in beneficium, idem Maur. Iun. allegat. 6. nu. 10. verificatur enim hæc licentia, ſiuè aſſenſus in primo actu, vt dicam infra eodem num. 34.

Num. 29. ſeruitium, quod debetur pro feudo eſt onus reale, Afflic. in cap. vnico §. ſed nec alia nu. 26. quæ ſit prima cauſ. benef. ammitt. & ſubdit nu. 27. eſſe onus feudi, attamen non eſt ſubſtantiale feudi, ſed fidelitas, Iacob. de Franch. in prælud. feud. rubr. ſpecies feud. nu. 195. quamuis ſit de natura contractus feudalis, vt refert Reg de Curt. in d. §. tenor ergo nu. 35. non tamen eſt ſubſtantia, nec de natura feudi, idem in §. reliquum eſt num. 3. etiam ſi eſſet ſpecificatum, & expreſſum, idem in d. §. tenor ſub num. 20. ſed quando ineſſet fidelitati eſſet de ſubſtantia feudi, idem ibidem nu. 18. quo fit, vt quando eſſet de natura feudi veniret in conceſſionē nulla facta mentione ſeruitij idem Reg. in §. cum igitur nu. 33. & nu. 11. ſecus in ſeruitio feudi naturæ non adhærente, tunc enim in erectione feudi conſtitui debet, vel certè, aut incertè, de quo per eundem Afflict. in prælud. feud. §. pro noſtris num. 137. nam ſeruitium aliud eſt certum, & determinatum, aliud incertum, & indeterminatum, idem Reg. de Curt. in §. fin. ſui tract. nu. 31. quando enim eſſet ſpecificatum, & expreſſum, tunc quia certam legem contineret præſtationis, & ad illud teneretur feudatarius, idem in d. §. cum igitur nu. 32. ſed ſi eſſet indeterminatum, intelligeretur ſecundum quod in alijs feudis conſuetum eſſet ſeruari ſecundum morem, & conſuetudinem Regni, Afflict. in cap. vnico ex quibus cauſ. feud. ammitt. num. 216. & 233. Reg. de Curt. in d. §. cum igitur nu. 13. & 14. vbi etiam tangit quæſtionem ab eo motam in l. imperialem § firmiter nu. 6. de prohib. feud. alien. per Feder. an autem ſeruitium præſumatur impoſitum in inueſtitura pro ipſo feudo, & concludit potiſſimum in cap. obertus ex quibus cauſ. feud. ammittat. num. 241. & 251. feudum in cuius conceſſione nihil de ſeruitio certo, vel incerto dictum ſit cenſeri francum, licet non à fidelitate, & ſubſequitur nu. 248. poſſe feudum dari ad nullum ſeruitium, quia vt ſupra dixi non eſt de ſubſtantia feudi, ſed bene ſeruitia inſita fidelitati, & in ea contenta, & in iure expreſſa debent à vaſallo præſtari, etiam quod feudum concedatur nulla facta mentione ſeruitij, inquit idem Reg. de Curt. in d. §. cum igitur num. 11. ad dignoſcendum autem ſeruitiorum differentiam quando accidentaliter, naturaliter, vel ſubſtantialiter dicantur, ſub diſtinctione optime Auctor noſter declarat in lectur. 2. numer. 27.

Num. 30. hoc idem exemplificari poteſt inſpecta reſtrictione ad tempus, adeò quod vt ſępè ſępius dictum eſt ſuperius aſſenſum non poſſe extēdi de caſu ad caſum, de re ad rem, de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus, de contractu ad contractum, nec de vno ad aliud, & ſimilia, de quibus per Auctorem deciſ. 8. num. 11. Franch. deciſ. 153. num. 29. Maur. Iun. alleg. 47. nu. 7. cum ſeq. de tempore ad tempus patet ſupra eodem nu. 19. inde aſſenſus ſuper venditione facta non extenditur ad faciendam, Anna in allegat. 36. nu. 5. & in ſingul. 40. Auctor conſ. 150. nu. 21. vol. 2. Franch. deciſ. 649. num. 2. eo quia de tempore ad tempus non extenditur aſſenſus, idem Anna d. alleg. 36. nu. 10. latius Auctor in conſ. 15. nu. 11. conſ. 45. nu. 22. vol. 2. de caſu ad caſum, eo quia non extenditur de donatione inter viuos ad donationem cauſa mortis, vt dixi ſupra eodem nu. 28. & dicam infra eodem §. 6. nu. 4. ſimiliter de re ad rem, vt dixit Maur. Iun. alleg. 8. nu. 17. hoc eſt ſuper venditione impetratus non porrigitur ad pactum de retrouendendo, Auctor lect. 6. nu. 26. Maur. Iun. dicta alleg. 8. num 5. & 33. idem Auctor in conſ. 40. num. 40. vol. 2. ſic è

contra aſſenſus impetratus ſuper pacto de vendendo non operatur in ipſa venditione, Frecc. lib. 2. de ſubfeud. §. pluribus autem modis nu. 29 vlterius nec de perſona ad perſonam, Conſil. Rouit. in pragm. 1. nu. 35. de fide memor. vtputa ſi fuerit conceſſus aſſenſus Petro, vt venderet Sempronio, cuius gratiam, & fauorem reſpiciat, tradunt idem Frecc. d. lib. 2. q 40. & Conſil. Rouit. in pragmat. 26. nu. 11. de feud. Item commutata perſona ſucceſſibili aſſenſus non tenet, Anna in rubr. de vaſall. decrep ætat. nu. 287. etenim particularis Regis aſſenſus requiritur, ſi feudum de perſona ad perſonam mutaretur, Affli&. in conſtit. hac edi&ali nu. 10. Item de contra&u ad contra&um, vt per Conſil. Rouit. in pragm. 1. nu. 120. de titul. abuſu, &c. & demum aſſenſus petitus ſuper duo, ſi Rex reſpõdeat ad vnum non extenditur ad aliud, Au&or d. conſ. 150. nu. 17. & 23. eod. vol. 2. latè Fuſc. ſingul. 95 lit. A.

Num. 31. Anna in alleg. 67. nu. 5. Maur. Sen. alleg. 75. nu. 3. nam regulatur à diſpoſitione iuris, idem in alleg 95. nu. 11.

Num. 32. concordat cum nu. 2. ſupra eodem, de quo multa dixi ſupra eodem nu. 11. alienatio enim feudi durat, donec durat ius alienantis, Soccin. conſ. 25. vol. 1. Gozzad. conſ. 4. nu. 27. & conſ. 18. num. 51. quemadmodum alienatio rei fideicommiſſo ſubiecta eſt vtique valida durante vita grauati, reſoluenda tamen poſt eius mortem, Au&or in le&ur. 18. nu. 11.

Num. 33. poteſtas conceſſa diuidendi feudum maior eſt, quàm excludere fœminas, Anna allegat. 41. num. 22. an autem teſtator poſſit in ſuo teſtamento æqualiter diuidere feuda inter ſuos hæredes, & etiam vni totum feudum aſſignare, & alteri totum allodium, copiosè noſter Au&or in le&. 11. nu. 17. cum ſeq.

Num. 34. teſtamentum ſecundum facere videtur, qui facit ſecundam hæredis inſtitutionem, Anna in alleg. 90. num. 3. & propterea verificatur in primo a&u teſtandi, ſed quid ſi primum teſtamentum eſſet nullum ex aliquo capite, an ſecundum fieri poſſit attenta tali poteſtate teſtandi conceſſa, Maur. Sen. in allegat. 75. nu. 5. conſimilem quæſtionem tangit in eo, qui habet facultatem nominandi ſucceſſorem in officio, quæ ſi fuerit facta talis nominatio nulliter, nùm poſſit procedi ad aliam nominationem; an autem aſſenſus conualidet teſtamentum fa&um per feudatarium poſt mortem impetratus, vide Annam in alleg. 69. nu. 57.

§. VI.

NVm. 1. Alienatione prohibita cenſetur etiam prohibita pignoratio, Affli&. in cap. inueſtitura nu. 62. per quos fiat inueſtit. & in cap. 1. §. præterea nu. 1. de capit. Corrad. nam alienatio talem pignorationem etiam comprehendit, idem in cap. quia ſupra dictum §. aut ſi libellario num. 15. quib. mod. feud. ammitt. Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. hoc ergo fol. 129. nu. 4. ad cuius reſolutionem videas Au&orem in repet. feud. le&. 4. num. 5. & 6. cenſetur etiam interdicta infeudatio, idem in le&. 8. nu. 44. ſimiliter vſus fru&us, idem le&. 7. nu. 30. & 33. item hæredis inſtitutio, idem le&. 14. num. 2. & 3. vbi id declarat, pariterq; & obligatio, Maur. Iun. alleg. 8. nu. 10. & ſeq. ſiuè hypotheca, ita noſter Au&or deciſ. 28. nu. 50. & ſeq. præterea locatio ad longum tẽpus, vt ibidem nu. 15. refert, quod ante eum retulit Franch. deciſ. 123. num. 8. ſicuti è contra, vt per Au&orem ſupra eodem §. 2. nu. 18. vbi aliqua notaui, quæ ſiquidem omnia limitantur, quando intereſſerit aſſenſus Domini, tunc enim pignoratio, vel hypothecatio benè procederet alias ſecus, Duen. in regul. 40. in 3. ampliat. & regul. 320.

Num. 2. nam aſſenſus comprehenditur ſub ijs, quæ de iure communi ſubintelliguntur, Anna in alleg. 41. nu. 27. & trahitur ad annexa ſuper re, in qua eſt conſenſus, ita Fuſc. ſingul. 94. lit. A, imò trahitur ad acceſſorium, idem in ſing. 97. lit. A.

Num. 3. iſtę deciſiones hic ab Au&ore notatæ demonſtrantur in calce pragmat. 2. & 3. de feud. & inter capitul. Regis Cathol. cap. 21. & 22. fol. 42. à terg. & 43. in priuil. Neapol & in cap. 14. Cæſar. Maieſt. fol. 105. de quibus omnibus memini in meo Compend. Deciſ. Regni, verb. aſſenſus, per totum.

Num. 4. adde Au&orem noſtrum in d. repetit. feud. le&. 9. nu. 31. idem aſſerentem, & an cui permittitur vendere, permiſſum ſit obligare, vide Frecciam de ſubfeud. lib. 2. in quæſt. 9. num. 5.

Num. 5. contrarium tenet Affli&. in cap. vnico §. ſed quia nu. 31. quæ ſit prima cauſ. benef. ammitt. nec etiam in exceptione rei iudicatæ, ita Anna in alleg. 48. nu. 41. argumentum ab æquitate valet in feudis, idem in allegat. 95. num. 8. ſimiliter argumentum à ratione ceſſante, idem in cap. vnico de controu. inter vaſall. & alium de benef. nu. 14. ſed benè ipſemet Affli&. in conſtit. conſtitutionem nu. 29. dum quærit, ſi aſſenſus Regis ſuper venditione feudi faciendæ valideat pignorationem, pro qua parte conuenerunt, tenet, quod

non

non, vigore istius argumenti.

Num. 6. etenim contractus facti sunt. Andr. Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tituli nu. 41. & infeudatio contractus est, vt dicam infra nu. 23. ideò factum in illis attendi debet.

Num. 7. in feudis enim rigor attenditur, vt notat Author in lect. 22. nu. 20. nimirum si assensus sit stricti iuris, Anna alleg. 41. num 26. alleg. 36. nu. 3. & alleg. 67 nu. 11.

Num. 8. latissimè Tiraquell. de retract. consangu. §. 1. glos. 2. nu. 2. & seq.

Num. 9. lex rigorosa non est trahenda ad id, quod expressit Frecc. de subfeud. in addit. ad secundam auctoritatem incip. sæpè fui numer. 43.

Num. 10. alienationis verbi interpetratio lata est, nam intelligitur de omni contractu, per quem dominium transfertur, Præs. de Franch. in decis. 3. num. 8. de quo in cap. nulli, vbi Glos. & Doctor. de reb. eccles. alien. ad quod singulariter Hugo Donell. in tractat. de pignor. rubr. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. col. 7. fol. mihi 647. in paruis vers. genus inquit, genus enim alienationis est pignori dare, ita prohibita alienatione rei hoc quoque interdictum intelligitur, ne res pignori detur, hinc alienare prohibitus sub pœna si rem alienari prohibitam pignori dederit, an & quando in pœnam incidat, vide Ant. Corset. in sing. verb. pœna nu. 1.

Num. 11. sic exemplificat Glos. in cap. nulli verbum alienare, strictè, & largè, & multa ad ornatum istius text. collexit Alphan. collect. 50. & de huiusmodi explicatione, vt contineatur hypotheca sub verbo alienationis, notabiliter commemorat Phanuc. in responso super statuto Lucens. nu. 22. post tractat. eiusdem de inuent.

Nu. 12. adde Negusant. in tract. de pignor. par. 2. memb. 3. nu. 72.

Nu. 13. eo quod adhuc dominium non est translatum, vt ponderat Alciat. in hac l. alienatum hic citata in princ. ff. de verbor. signific. quapropter non propriè alienatum dicitur, vbi adhuc in dominio venditoris manet, Tiraquell. de retract. consangu. §. 1. glos. 2. num. 42. nisi quod plenè, & irreuocabiliter alienatum est, idem de retract. conuent. §. 2 glos. 2. nu. 9. aliter si recuperari poterit non diceretur alienatum, Alex. cons. 119. nu. 1. & 6. lib. 4.

Num. 14. beneficia Principis, & fauores sunt extendenda, Iacob. de Franch. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 4. de ijs, qui feud. dar. poss. sicuti beneficium Principis largissimè intelligendum est, Afflict. in cap. 1. §. item si quis feudum nu. 7. quib. mod. feud. ammitt. & in cap. vnico in princ. in 6. notab. nu. 17. hic fin. lex, & potissimum in eorum præiudicium, idem in cap. si feudum nu. 36. si de feud. fuer. controu. inter Domin. & agnat. de qua siquidem regula, vna cum limitationibus plenè habetur ex traditis per Benedict. Capram inter commun. opin. tit. de diuers. rescript. nu. 54. & Diaz in regul. 63.

Num. 15. facit ad hoc text. in d. cap. nulli cum glos. de reb. eccles. non alien. latè Io. Dilect. de arte testand. tit. 8. cautel. 5. nu. 3. & Barthol. Romul. in tract. de testament. præcept. bon. extr. famil. alien. nu. 69. vltra Alex. cons. 63. nu. 1. lib. 7.

Num. 16. an si vasallus possit rem feudalem sine consensu Domini pignorare, vel hypothecare, vide Iul. Clar. in §. feudum quæst. 35. Duen. in regul. 220. & præ cæteris quæstionem istam sa is, ac eruditè examinat Negusant. in tract. de pignor. in 1. membr. 2. part. nu. 43. cum seq. & insuper alienatio, & non pignus est, quando in pignore deueniatur ad traditionem, vel coniecturatur verisimiliter, quod pignorans animum redimendi non haberet, Negusant. inter consil. Bruni cons. 12. nu. 149.

Num. 17. vide Bertacch. in suo repert. verb. alienationis appellatione, vers. item datio in pignus, vbi hoc declarat, quomodo procedat, & Abb. in d. cap. nulli nu. 12. & 13. iuxta mentem Auctoris nostri distinguit, & differentia inter alienationem hominis ab illa legis est, sicut alienatio prohibita tacitè, vel expressè, Alex. cons. 23. num. 2. lib. 1. quando autem permissa esset alienatio, prout voluerit tunc omnis species alienationis contineretur, Card. Paris. in cons. 71. nu. 23. vol. 3. & nu. 26.

Num. 18. differentiam Auctor infra eodem nu. 21. adducit.

Num. 20. & quod alienationis nomine contineatur seruitutis impositio, hypothecatio, & pignoratio in feudis loquendo, refert Petr. Iacob. in sua praxi in titul. de caus. ex quibus feud. ammitt. nu. 3. an autem vasallo liceat seruitutem imponere in feudo, latè Berous in quæst. 96. per totam, nec quouis alio modo de eis disponere, sicut per varia exempla demonstrat Pellic. in consuetud. Auersæ in fine tit. de materia feudali, &c. nu. 11. cum sequ.

Num. 21. alias differentias inter assensum legis, & assensum hominis, tradit Frecc. de subfeud. lib. 2. de subfeud. in 35. quæst. nu. 42. & seq. & quando conueniant.

Num. 22. videas addita supra eodem nu. 11. & 15. ad quod singulariter adde Capram in cons. 126. num. 7. dicentem, quod prohibitio

tenato;

teſtatoris prohibentis alienationem impedit tranſlationem dominij, ſicut & prohibitio legis.

Num. 23. nam infeudatio contractus eſt, Ioan. Campeg. in conſ. 2. nu. 18. Io. Iacob. de Leon. conſ. 114. nu. 203. inter conſil. Bruni, Anna in conſtit. conſtitutionem nu. 64. eſtq; contractus vltra, citroq; obligatorius, Afflict. in cap. ſi facta nu. 11. ſi de feud. controu. fuer. inter Domin. & agnat. & ſic correſpectiuus, Conſil. Georg. in alleg. 2. nu. 18. nam Rex tenetur ad feudum tradendum, nec dando intereſſe liberatur, idem Afflic. in cap. ſi autem controuerſia nu. 1. de controu. inueſtit. & in cap. inueſtitura nu. 6. de noua form. fidel. ſic è contra vaſallus vices Domino reddere debet, quia ad inuicem obligantur, vt idem refert in deciſ. 265. nu. 1. pariterq; in infeudatione contrahitur nobilitas, idem in cap. filij nati, ſi de feud. controu. fuer. inter Domin. & agnat. num. 6. nam paradogium ex feudo inducitur, ideſt nobilitas, Luc. in l. mulieres col. 1. C. de dign. lib. 12. potiſſimum quando à Principe infeudatus eſſet, idem Afflict. in cap. vnico nu. 303. ex quib. cauſ. feud. ammit. præterea infeudans directum dominium retinet, idem in cap. vnico §. prædictis nu. 13. quæ ſit prima cauſ. benef. ammitt. vtile tantum in feudatarium transfertur, idem in prohem. conſtit. q. 22. nu. 3. & ſic feudatarius vtile tantum dominium habet, Iacobut. de Franch. in prælud. feud. in prine. nu. 20. nam poſſidet naturaliter, ita Auctor deciſ. 40. nu. 6. quo fit, vt dum feudatarius de feudo per contractum diſponit cum priuatis tunc aſſenſus Regis, & contractus priuatorum ſuper feudo facit pertranſire dominium vtile rei feudalis, idem Afflict. in l. imperialem q. 26. nu. 53. de prohib. feud. alien. per Feder. nam feudatarius dominium vtile, quod habet poterit ſubinfeudare, Reg. de Curte in ſuo diuerſ. feud. §. in hoc igitur, nec opitulatur, quod dominium feudi apud duos eſſe non poſſit, Anna in allegat. 41. nu. 3. nam intelligi poterit, vt dominium, & poſſeſſio pęnes duos inſolidum eſſe non poſſint, Auctor conſ. 136. num. 138. vol. 2. & ſucceſſiuè pęnes vnum poſſeſſio, vel pęnes alium dominium, aut dicamus in iſta materia ſubinfeudationis, quod feudatario ſubinfeudanti remanet vtile dominium ſuperius & in ſubinfeudatarium tranſit dominium vtile inferius, ſicut tradit idem Reg. de Curt. vbi ſupra in §. datur etiam nu. 5. cæterum in alijs contractibus geſtis per feudatarium, mediante aſſenſu transfertur vtile dominium, vt dixi ſupra eo, quod ſine aſſenſu in feudis non transfertur dominium, Anna in rubr. de vaſall. decrep. ætat. num. 11. & ſic pariter Rex aſſentiendo contrahit, licet de per ſe aſſenſus non ſit contractus, vt idem Anna in d. conſtitut. conſtitutionem nu. 65. dixit attamen negari non poteſt, quin Rex aſſentiendo donare videatur, idem in alleg. 67. nu. 7. eo quod donare videtur feudum emptori conſentiendo, Auctor conſ. 42. nu. 27. vol. 2. immò Rex aſſentiendo habetur loco approbatoris, ac fideiuſſoris, qui non tenetur niſi in caſu in quo interceſſit, Maur. Iun. in alleg. 8. nu. 21. & in ſumma aſſentiendo Rex videtur inueſtire, Conſil. de Georg. alleg. 18. nu. 32.

Num. 24. hoc idem tradit noſter Auctor ſupra de aſſenſ. Reg. ſuper dote §. 2. nu. 19. & in lectur. 11. nu. 54. quemadmodum enim in iudicijs conſpicitur, quæ conſtant ex tribus perſonis, Cauenſ. in ritu 289. nu. 8. & Scagl. in eius praxi poſt eius comment. ad ritus Magn. Cur. in verb. iudicium, vbi alios citaui in mea addit. & ſicuti argumenta à contractibus ad iudicia iure optimo admittuntur, vt per Euerard. in ſua topica loco à contr. ad iudic. ita pariter hoc noſtro fundamento coadiuuari cernitur reſpectu huiuſmodi particularitatis tantum, eo quod frequentius contractus ex duabus perſonis contrahentibus celebrantur, ſeù mauis partibus, cum ſint ipſi contractus vltro citroq; obligatorij l. labeo, vbi Alciat. ff. de verbor. ſignif. vbi pariter notat verbum contrahere eſſe viciſſim ex mutuo trahere, ſic & contractus feudalis, Auctor in conſ. 131. num. 10. vol. 2. ſed verius non tantum duæ perſonæ, ſeù partes contrahentes exiguntur, ſed etiam, & tertia, & ſic ex tribus perſonis diuerſis perneceſſe interuenientibus, non ſicut in cæteris contractibus, & hoc contingit ratione rei feudalis diſtrahendæ, nam in reliquis cõtractibus ad hoc, vt validi ſint potiſſimum exigitur, quod contrahens ſit Dominus rei, ac dominium illius habeat, quia res mea dicitur, quæ pleno iure mea intelligitur, Auctor in conſ. 32. nu. 10. vol. 2. inde contrahens præſumitur de ſuo contrahere, & non de alieno, Bald. in l. in teſtamento in princ. C. ad l. falcid. quia aliena res non poteſt diſtrahi, & licet diſtrahatur poterit tamen ab emptore auferri l. rem alienam ff. de contrah. empt. quod pariter in feudis procedere videtur ex d. l. imperialem, & conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, in quibus licet poſſeſſio fortè per contractum transferatur, dominium tamen non poteſt transferri ſine voluntate Domini, vt notat Afflict. in d. conſtit. nu. 47. & licet vtile dominium reſideat pęnes vaſallum, & directum pęnes Dominum, vt dixi ſupra numero præcedenti, ita tamen intelligi poſſet

posset, illud vtile transferri possit in alium contrahentem cum feudatario, non tamen directum residens penes Dominum, nam respondetur, quod cum de substantialibus feudi dominij directi retentio, & vtilis translatio fit, vt dixit Reg. de Curt. in d. diuers. §. tenor ergo nu. 25. & in translatione ipsius dominij vtilis penes feudatarium existentis potissimum assensus Domini requiritur ob eius interesse individuæ voluntatis, vt dixi supra eodem §. præcedenti num. 27. & non mirum si contractus ipse feudalis nullus reddatur, quando inter partes simpliciter celebratus fuerit citra assensum Domini, vt post Afflict. in d. constit. nu. 22. etiam fatetur noster Auctor in cons. 139. num. 10. vol. 2. Immò feudatarius alienando absque assensu diceretur culpare Dominum, Auctor in lectur. 17. nu. 22. & 24. & contra fidelitatem agere iuramento contrauenire, & per consequens deierare, vt idem in d. lect. 17. num. 11. dixit non mirum si feudum amittat, sicuti in lect. 11. nu. 47. concludit, ex quibus colligitur tres personas esse necessarias in cõtractibus feudalibus, non tamen quando cum Rege tantum contraheretur, quia tunc non alius assensus esset necessarius, Auctor in decis. 6. nu. 15. & in cons. 157. nu. 35. eod. vol. vel cum fisco, vt dixi supra eodem §. 2. num. 2. eo casu duæ personæ, & non tres sunt necessariæ, scilicet persona feudatarij refutantis, & Regis acceptantis, similiter in iudicijs tres personæ sunt necessariæ, nempè actoris, rei, & Iudicis, cum igitur iure cautum sit, vt nemo in sua causa iudicet l. 1. C. ne quis in sua causa iudic. nam ius sibi ipsi dicere rationi naturali repugnare videtur, inquit Menoch. de adipisc. possess. remed. 2. num. 3. ideò Iudices, Magistratus, & Officiales constituti sunt, vt ius reddant absque differentia sine personarum acceptatione, Afflict. in constit. speciale nu. 2. per rationem allegatam, & licet id permissum sit soli Principi in sua causa iudicare, vt inquit Chassan. in cathal. glor. mundi par. 5. consid. 24. in priuil. 136. verùm quia ius dicere sibi non debet de honestate, qui superiorem non recognoscit, vt ibidem Menoch. in tract. de retin. possess. remed. 3. num. 436. dixit, & propterea Princeps Officiales constituit, non tantum inter priuatos, sed etiam inter ipsos, & priuatos, vt ius reddant & præsertim Rex noster constituit Iudices in causa propria, Anna in d. constit. constitutionem num. 11. nec per hoc videtur sibi in aliquo præiudicare, etenim Rex in causa propria poterit iudicare per suos Officiales, sic & in causis feudalibus, Mant. Iun. al. leg. 2. num. 18. & 20. nam omnia nostra facimus, quibus impartimur auctoritas l. 2. §. fin autem C. de vet. iur. enucl. & Officiales personam ipsius Regis representant, cum sint pars corporis ipsius l. 1. C. ad l. iul. maiest.

Num. 25. videas de hoc supra eodem §. 2. num. 16. & 18. ad quod vide etiam Cardin. Paris. cons. 13. vol. 1. vbi specificè loquitur de ista facultate alienandi, & disponendi de feudo concesso feudatario, quomodo intelligatur, & licentia vendendi feudum à Principe concessa ad omnem modum alienationis extenditur, Afflict. in cap. vnico nu. 18. de controu. inter Domin. & emptor. & sicuti alienatione inter viuos interdicta, censetur etiam vetita, quæ per testamentum inducitur, secundum nostrum Auctorem in lect. 11. num. 21. ita è contra, vt hic per eum, & si in inuestitura feudi dictum sit sibi, & hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus, cum potestate disponendi quibuscumque, an feudatarius, vel eius hæres possit testari, & relinquere feudum ei, cui successio feudi non competit, vide eundem Afflict. in l. imperialem nu. 79. de proh. feud. alien. per Feder. & feudum concessum pro se, & cui ipse velit comprehendit spurium, Vrsill. decis. 195. numer. 8.

§. VII.

NVm. 1. principaliter hic nota feudum vendi posse vrgentibus creditoribus feudatarij non valẽtis illis satisfacere de alijs bonis, Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poss. §. & hæc fuit fol. 10. & sic in causam iudicati dare ex traditis per Duen. in regul. 4. nu. 7. & ista venditio iudicialis non potest impediri à vasallo, nisi soluat debitum, Consil. Georg. in alleg. 6. nu. 44. & in talium venditione sunt subhastationes, vt consuetum est seruari in venditione bonorum, quæ publicè venduntur, ita noster Auctor cõs. 26. nu. 22. vol. 2. quæ siquidem alienatio, & si dicatur necessaria, postquam per Iudicem vrgentibus creditoribus, fit tamen quodammodo dicitur voluntaria respectu initij, quando fuit debitum contractum, cuius occasione fit alienatio, idem Consil. de Georg. vbi supra nu. 26. & ita venditio facta subhasta ordine Sac. Cons. censetur facta iure creditoris, Anna in alleg. 56. nu. 3. hoc est per Iudicem, qui representat factum partis, Franch. decis. 620. nu. 5. & talis iudicialis venditio feudi nouum exquirit assensum respectu emptoris noui vasalli, vt ibidem subdit Cõsil. de Georg. nu. 45. de quo satis per eundem Franch. vbi supra, vt consuetum est peracta vendictione, & liberatione illius licitatori

plus

plus offerenti per Collater. Conſil. interponi præterea cum fieri ſoleant oblationes in iudicio ſuper alienatione feudi Iudicis auctoritate vendendi, ob quod offerens non tantum promittere videtur, inquit Carroc. in tract. de oblat. par. 2. q. 1. nu. 1. ſed etiam confiteri ſicuti in ſequent. quæſt. 2. ſubſequitur, & ſucceſſiuè cogi poſſet, nec per hoc conceditur pœnitentia aliqua licitatori offerenti, vt per Doctor. in l. licitatio ff. de public. & vectigal. de quo ſatis per Muſcatell. in praxi Sac. Conſ. lib. 2. par. 2. gloſ. venduntur nu. 101. cum ſeq. vbi plura de hoc, & id, quod Auctor noſter hic tangit ab eodem refertur in deciſ. 6. nu. 6. & 14.

Num. 2. vltra noſtrum Auctorem in d. deciſ. 6. num. 3. 5. & 13. memini de iſta deciſ. in meo Compend. verb. conſtitutio Regni, quid autem ſi pendente expeditione aſſenſus ſuper venditione feudi ſubhaſta debitor mortuus fuerit, & hæres, dùm reuocare voluerat, reperitur aſſenſus expeditus per Proregem inſtante emptore, licet poſt mortem venditoris, vide Franch. in d. deciſ. 620. & quod alienatio feudi ſubhaſta non reuocatur, tradit Anna in d. conſtit. conſtitutionem num. 232. & an pendente expeditione aſſenſus reuocatio militabit iuxta iſtam conſtitutionem, videas Mormill. in d. conſtit. nu. 4. de qua in meo Compend. verb. reuocatio.

Num. 3. idem notat Anna in d. conſtit. conſtitutionem nu. 231. & noſter Auctor in d. deciſ. 6. num. 7. & melius in conſ. 17. num. 17. volum. 2.

Num. 4. & idem in fiſco præueniente dixit procedere Auctor noſter ſupra eodem §. 2. num. 12. vbi aliqua.

Verſ. ex iis apparet, vide Annam in d. conſtit. conſtitutionem num. 255. vbi vltra rationes affert deciſiones Sac. Conſ. de hoc vltra Auctorem noſtrum idem diſputantem in d. deciſ. 6 nu. 6. & 14. nouiſſimè Conſil. de Georg. in alleg. 6. nu. 37.

Verſ. rurſus, ad hoc vide Annam in d. conſtit. conſtitutionem nu. 255. cum ſeq. de quo in meo Compend. verb. reuocatio, & licet locum habeat in vendente, an procedat in cõſentiente, refert noſter Auctor in conſ. 157. nu. 41. eodem vol. 2. & alienare, vel alienanti conſentire idem eſſe, non tamen ſimpliciter verum eſſe cenſet Ant. Burg. in cap. peruenit nu. 19. de empt. & vend.

Verſ. præterea, feudatarius alienando ſpreto Domini beneplacito dicitur contra fidelitatem agere, iuramento contrauenire, & per conſequens deierare, Auctor noſter in lect. 17. nu. 11. & alia relata ſunt ſupra eodem §. præcedenti nu. 23.

Verſ ſicut, adde Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 5. in conſid. 24. priuil. 92.

§. VIII.

NVm. 1. de hoc memini in meo Compend. verb. titulus.

Num. 2. Auctor noſter in repet. feud. lectur. 22. num. 20.

Num. 3. eatenus verum eſt, quod hæres petere poſſet ſeparationem bonorum pro ſibi ſatisfaciendo in bonis, quotieſcumque aditio hæreditatis per eum facta haberetur aliqua ratione, ac ſi non eſſet facta, ſeù eſt inualida, vt ex mente Bald. comprobat Phannucc. in tract. de inuent. par. 5. nu. 19. nam aditio hæreditatis cum inuentarij confectione non obeſt hæredi, immò quò ad iura, quæ ipſe in bonis hæreditatis habet, facit illum cenſeri extraneum, Berous in quæſt. 63. nu. 3. & ſubdit Auctor noſter, quod nec tollit hypothecam, hanc quæſtionem attingit Monticul. in eodem tractat. de inuentar hæred. verſ. nono principaliter nu. 125. fol. 90. in paruis, ſi aditione confundantur rei vendicatio, & hypothecaria, ſi non fiat inuentarium, & tenet quod non, & vltra ipſum notabiliter Rolãd. in eodem tractat. de inuentar. part. 5. §. 2. actio hypothecaria fol. 145. & ob id ſeparatio patrimonij per confectionem inuentarij tunc prodeſt quando hæres in hæreditate aliquid iure proprio haberet, Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in 3. formul. nu. 8.

Num. 6. & quomodo ſe habeat diſpoſitio feudatarij ſuper feudo ex pacto, & prouidentia, vel hæreditario, vide Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in differ. feud. ex pacto in 6. quæſt. & in quibus caſibus diſpoſitio ſine aſſenſu valet, idem Frecc. ibidem in 3. formul. num. 13. teſtateris enim mentem in dubio præſumitur fuiſſe conformem iuri communi, Iul. Clar. in §. teſtamentum q. 76. in 6. regul. eo quia non poteſt ordinare contra legis diſpoſitionem, Romul. in tract. de teſtament. præcept. bon. extra fam. alien. num. 184. quod etiam extenditur ſi per priuilegium eſſet alicui poteſtas conceſſa teſtandi à Pontifice, nam intelligi debet ſecundum ius commune, ita Dec. in conſ. 156. num. 4. quamuis enim Iul. Clar. in d. §. teſtamentum quæſt. 34. in fin. dicat ſub diſtinctione hoc eſſe intelligendum de illo, qui non habet facultatem teſtandi de iure, cui ſi fuerit conceſſa à Principe facultas teſtandi, nequit teſtari citra ſolemnitates iuris communis, quod non procedit in illis, qui haberent facultatem teſtandi de iure, nam poſſunt teſtari citra ſolemnitates iuris, an autem conceſſa facul-

facultate teſtandi, cenſeatur derogari iuri municipali, vide Petr.Pekch.in tract.de teſtam.coniug.lib.2.cap.1.nu.2.

Num.7. vide D.Camill.Larath.conſ.94.nu.10. citatem Auctorem hic,aſſenſus non eſt contractus, Anna in conſtit.conſtitutionem nu. 6. ſed benè regulatur à contractu, ſuper quo interponitur Frecc. de ſubfeud. lib.2. in q.2. nu.14.ſimiliter ab actu ſuper quo interponitur Anna alleg.67.num.4.Auctor in conſ 56. nu.1. vol.2. nam eiuſdem contractus ratihabitionem inducit, idem in conſ.157.num.3. eod. vol. & ſucceſſiuè in eius exequutione videtur præſtitus, Afflict.in deciſ.335.num. 20.roboratq, ea,quæ faciunt contrahentes, non autem inducit, quid contra, vel præter eorum voluntatem, Maur.Iun.alleg.8.nu.4. quinimò operatur aſſenſus ipſe, vt contractus de re feudali valeat,quando valere poteſt,Franch.deciſ.540.nu.12. Maur.Sen.allegat.43. num. 3. at ſi fuerit impetratus ſuper contractu reuocato nullius eſt momenti, etiam quod poſtea fiat reuocatio, Auctor d. conſ.157.nu.18.non enim inueniet,quid confirmet,Auctor conſ.54.nu.2. ſic pariter ſi eſſet à contractu difformis,tunc etiam nullus efficeretur,idem Maur.Iun.in d.alleg.8. nu. 3.& 8.& alleg.28.nu.8. nec aliquid iuuaret, idem Anna in alleg.45.num.11.& 16.aut demum eſſet contractus nullus, ſeù inualidus, eo quia Regius aſſenſus non validat contractum alias inualidum, præterquam ex defectu aſſenſus,idem Franch.in deciſ.302. num. 21. etenim aſſenſus ſine contractu nil operatur,Auctor dicto conſ.150.nu.19.eodem volumine.

Num.8.Anna in allegat.67.nu.8.Auctor noſter in lectur.16.num.18.& conſ.72.nu.10.conſil. 73. num. 5. eodem volum. 2. & hoc reſpectu alienantis, nam reſpectu recipientis concedere videtur,Conſil.de Georg.in allegat.18. num.31.

Num.9.vide addita ſupra eodem §.6. num.23. vbi hic conferunt.

Num.10.ad ornatum iſtius text. l.lege obuenire ff.de verbor.ſignif.vide Alphan.collectan. 994.& circa regulam hic allegatam aliud eſt dare, & aliud conſentire donationi, idem Alphan.collect.142. plura retulit.

Num.11. ſic pariter in refutatione occultatur vnus actus,vt fiat Domino,& à Domino breui manu fiat collatio refutatario,Anna in repet.rubr.de vaſall. decrep.ætat. num.130. & alias exemplificando demonſtrat Conſiliar. Rouit.in pragm.1.de titul.abuſ.nu.7. in conceſſione facta contemplatione matrimonij à patre filio,quæ cenſetur ab ipſo patre prouenieſſe, & pater ipſe videtur donaſſe vno actu occultato, & quantum pertinet ad id, quod noſter Auctor ſubnectit,quod per aſſenſum cenſeatur dominium tranſlatum in Regem,ſeù Dominum directum,& ab eo tranſlatum in ſucceſſorem, prout in donatione exemplificat etiam Maur.Iun.in 1.alleg.nu. 8.hoc eſt in donatione facta à filio matri, & deinde ab eadem matre eidem filio facta cenſeatur retrodonatio, quod etiam in feudo admitti videtur mortuo feudatario,nam feudum Domino apertum cernitur,& retrodonatum ſucceſſori, teſte Conſil.Georg. in alleg.19.nu.19.quod ſiquidem iudicio meo benè procederet reſpectu ſubſequentiæ,non tamen ſemper reſpectu antecedentiæ, etenim refutatione feudi facta in Dominum nihil à vaſallo transfertur, ſed occupat Dominus ratione ſui directi dominij, cum quo non poteſt ſtare vtile,ſed illud extinguitur, ita Auctor in conſ.147.nu.4.eodem vol.1.ſic etiam feudatario defuncto vtile dominium feudi ex pacto, & prouidentia conſolidatur cum directo, & naturalis poſſeſſio ad ciuilē penes Dominum exiſtentem, & ideò nil remanet in vaſalli hæreditate, idem Auctor deciſ.20.nu.9.Intantum quod feudum apertum Domino efficitur patrimonium ipſius, & non eſt amplius feudum,niſi Rex detineat ſeparatum,idem Conſil.Georg.in allegat.5. nu.9. & illud idem reconcedendo cenſetur, iuxta primæuam ipſius naturam, & ſeruiet vt prius,prout idem Georg. in alleg.4. num. 14. & alleg.8.nu.10. & licet nu.23. dicat feudum deuolutum per rebellionem, & incorporatum Regio patrimonio,ſi reconcedatur aſſumit naturam nouam in ſeq.nu.24. id declarat procedere, ſi deuolueretur ea deuolutione,in qua non requiritur ſententia,alias ſecus, ſed vtcumque ſit ſemper vtile dominium reconceditur; nos verò loquimur in caſu, quo nondum per apertionem, aut realem acquiſitionem feudi Domino directo deuentum ſit, ſed in caſu quo feudatarius ſe de medio tollendo alium de feudo inueſtiri petit, vel per refutationem, aut alium contractum, ſuper quibus aſſenſus Regis exquiritur,& eo pendente dominium vtile ſtat penes feudatarium, donec Dominus aſſentiat, nam illud ſine aſſenſu non transfertur,Anna in d. rubr. num. 11. nec etiam ſine conſenſu alienantis, Auctor in conſ.1.nu.42. eod.vol. tunc enim Rex aſſentiendo roborat ea, quæ faciunt contrahentes, non quid præter, vel contra eorum voluntatē inducit, Maur.Iun. in d. alleg.8. nu.4. & ſic aſſenſus vim confirmationis habet, Afflict. deciſ.393. ſub nu.2. vt quoque dictum eſt ſupra eodem nu.7. nec obſtat ſi dicatur,qui confirmat dat ex vulga

ta

ta regula, tradita per Maur.d.alleg.7. nu.7. ob quod Rex aſſentiendo dare videatur, vt ſupra eodem §.6.nu.23.etenim actus nouus, vel confirmatorius iudicatur à natura eorum, quæ contrahuntur, vel ex verbis, quæ dicuntur,ita Anna alleg.47.num.18.actus inſuper nouus in Rege eſſe conſpicitur, quando de nouo concedit aperto ſibi feudo deuoluto, aut per lineam finitam, vel per rebellionem, aut refutationem; eo enim caſu dominium conſolidatur cum directo, ſicut ſuperius dixi, & tunc verè donare diceretur, quoties feudum concederet, vel alium de eo inueſtiret, quando ipſe vellet transfert dominium,& poſſeſſionem per ſuam inueſtituram, Affli&.deciſ.299.num 25.vel alienando feudum, hoc enim caſu dum transfertur dominium verè, & propriè alienare dijudicaretur, eiusq; natura eſt alienatio, vt intelligatur de omni actu, per quem dominium transfertur, Franch.deciſ.3. nu.8. ſed quando Rex aſſentit alienationi factæ per feudatarium, non propriè alienare, & verè dicitur, nec verè donare,nam aliud eſt donare, vel alienare,& aliud alienationi conſentire, vt dixi ſupra §.7. verſ.rurſus donatio vera eſt dominij tranſlatio,Anna in cap.1.nu.124. de vaſall. decrep. ætat. & pariter alienatio, qui enim conſentit, vel ratificat alienare non dicitur, Affli&.deciſ.285.nu.19.& tanto magis diceretur feudi dominium non conualidari cum directo in iſto caſu, eo quod ſemper ſtat pęnes feudatarium, qui naturaliter poſſidet,& vtile habet dominium, ſicut tetigi ſupra eodem §.6. nu. 23. inde alienatum propriè non dicitur, quod adhuc in dominio vēditoris manet, Tiraquel.de retra&. conuent.§.1.gloſ.2.nu.42.ſed quando plenè, & irreuocabiliter alienatum eſt, idem de retra&.conuent.§.2.gloſ.vnic.nu.9. quo fit, vt ſi petatur aſſenſus ante venditionem, vel refutationem,& non eſt dubium,quin dominium apud venditorem, & refutantem reſideat,donec non fuerit prænio aſſenſu Domini tranſlatum per contractum inde celebrandum,aut verò poſt contractum, ſiuè refutationem fuerit petitus, & tunc cenſetur dominium in refutatarium, ſiuè emptorem tranſlatum, ſed ſuſpenſiuè, quod transferri poteſt, prout Auctor notat in conſ. 147. nu. 29.vol.2.& ſic donec Dominus aſſentiat cōtractus ſtat in ſuſpenſo,Camer.in Limperialem fol.202.in paruis,verſ.etenim ſi aliquo, & fol. 204. verſ. non obſtat de prohib. feud. alien.per Feder. ex ſuperuenientia enim aſſenſus ſuam aſſumit naturam, Auctor conſ. 14. num.69. & ita corroboratur contractus per eum, vt dixi ſupra nu.7. nec aliter videtur iudicio meo, ſaluo meliori,&c dominiū vtile retranſlatum, & reconceſſum de nouo in emptorem,vel refutatarium,ſed ita ſe habere conſpicietur veritas huius quęſtionis ad ſimilitudinem delegationis debiti, quæ fit per debitorem de ſuo debitore eius creditori vnico contextu, vt in l.delegare ff. de nouat.latè Soccin.Sen.conſ.37.nu.6.vol.4 quæ quidem delegatio non eſt ſine nouatione, gloſ.in l.3.verſ.interpoſita C.eod.tit. & ſucceſſiuè nouatio ex mente I.C.in l.1.ff.eodem dicitur prioris debiti in aliam obligationē, vel ciuilem,vel naturalem transfuſio, atque tranſlatio, & benè termini adaptari videntur,ſi rectè perpendantur, eo quia in diſtractione feudi requiritur aſſenſus Regis ob nouationem contractus, quod ex mutatione perſonæ accidit,adeò quod ſi aliquis ex contrahentibus diem functus eſſet inter eos ſuper nouo conſenſu hęredis nouus exigeretur aſſenſus,Auctor demonſtrat in conſ.75.num. 41.eod.vol.& in ſpecie ſuper venditione defuncti per hæredem confirmata, eſt neceſſarius nouus aſſenſus, idem Auctor in conſil. 157.nu.3. dum enim perſona non commutatur, prout eſt in ſucceſſione filiorum, non opus eſſet alio nouo aſſenſu, Franch. deciſ. 154.nu.28.qui loquitur de diſpoſitione facta in beneficium hæredis ſucceſſuri,ſed quoties commutaretur perſona ſucceſſibilis aſſenſus erit neceſſarius, Anna in d.rubr. nu.286. & ſeq. ſic pariter in venditione feudi facta ſubhaſta exquiritur nouus aſſenſus ex mutatione nouæ perſonæ,idem Franch.deciſ.620. nu.20.& in d.deciſ.154.nu.28. ſic demum in qualibet alienatione feudi,& ob id venditio feudi obligati cum aſſenſu requirit nouum aſſenſum, reſpectu noui vaſalli emptoris, idem Conſil.de Georg. in d.alleg.6.num.41. non mirum igitur ſi alienationes feudorum abſque aſſenſu fieri nequeant, idem Franch. deciſ.663.nu.1.& Anna in alleg.125.num.9. ex mutatione perſonarum, idcircò aſſenſus Regius exquiritur, ſi feudum de perſona in perſonam mutetur, Affli&.in conſtitut.hac edictali num.10. & hoc ob intereſſe Domini Regis, ſi placet, vel diſplicet, vt ipſe ſubnectit, ratione tamen individuæ eius voluntatis,vt per Auctorem in lect.9. nu.31. quæ ſiquidem omnia corroborantur ex hoc, quod dixit Frecc.de ſubfeud.in lib.2.q.29.num.3. quod Rex verè non dicitur donare feudum, eo quod aſſentit,ſed magis exequitur voluntatem contrahentium, & transfert quod eſt alterius, & non quod ſuum eſt,& permittit alium de re ſua diſponere in hoc Rex accomodat ſuum aſſenſum tollendo obſtaculum iuris prohibitiui, quæ ſunt diuerſa à vera

dona-

donatione, & collatione, hæc ille; nam puto Regem habere dominium plenum directum, ſcilicet, & vtile feudi fortè ei reconualidatum ex aliqua cauſa, quod non eſt in caſu, de quo agitur, & propterea dominium vtile non videtur reuerſum, & inde reconceſſum, ſic etiam dicimus in dominio ad hoc, vt auocetur à Domino neceſſaria eſt in alium tranſlatio, idem Franch. deciſ. 540. nu. 8. & nu. 22. optimè ſubiunxit potiſſimum in donatione feudi transferendo, quod ſibi venditor reſeruauit, requiritur conſenſus emptoris in acquirendo, & Regis in tollendo obſtaculum, & denique contractus feudalis eſt cõtractus vltro citroq́, obligatorius, ſicut dixi ſupra eodem §. 6. num. 23. Rex enim eſt ſui vaſalli, creditor ob ſeruitia ei debita, &c. & habet feudi dominium directum, & directas ſucceſſiuè actiones ipſius, ita & taliter, quod per lineam finitam, vel per rebellionem, refutationem ipſi factam, aut alienationem feudi eo inſcio ex reconualidatione vtilis dominij ad directum efficitur totalis Dominus feudi, & è contra in aliquibus feudatarius, qui eſt debitor alienando feudum delegare videtur perſonam emptoris Domino vnico contextu ſe eximendo ab obligatione prædicta, in qua ſiquidem delegatione facienda ſicuti expreſſus conſenſus creditoris requiritur d. l. delegare, cum gloſ. & Soccin. vbi ſuprà, ſic etiam in noſtris terminis conſenſus Regis erit neceſſarius d. l. imperialem, & in conſtit. conſtitutionem, aut enim velimus ponderare Regem debitorem feudatarij, quia Rex tenetur etiam vices ſuas reddere, ſicut vaſallus eidem ex reciproca obligatione ipſorum habita; ex dictis per Affict. in deciſ. 265. num. 1. eo quia Rex tenetur aliquando aſſentire, Anna in d. conſtit. nu. 46. & maximè benemeritis vaſallis, quibus aſſenſus denegari non debet, Maur. Iun. in d. allegat. 17. nu. 5. & alleg. 18. nu. 2. & hoc etiam caſu ſicuti in delegatione ipſa conſenſus præcipuus debitoris delegati requiritur l. nec creditoris C. de nouat. ita pariter Regis debitoris aliquando aſſenſus exigitur in feudi alienatione per iura ſupra citata, & ſic benè adaptantur termini noſtri delegationis, citra tamen dominij vtilis retroceſſionem, vel reconceſſionem illius, niſi dicamus hoc eſſe ſpeciale priuilegium Principis, qui ſicuti ex ſolo contractu ipſius dominium abſque tranſlatione transfertur, Franch. deciſ. 23. num. 11. ita quoque in iſta retroceſſione per reacquiſitionem illius, ſed verius occultatur ille actus, vt noſter Auctor aduertit in ſequ. nu. 17. ponderando, & declarando, quomodo hoc procedat, ad quod facit, quod dixit Oſaſc. deciſ. 23. nu. 24. quod inueſtituram nouam faciens tacitè feudum in manum inueſtientis refutare dicitur, & deinde per ipſum inueſtientem de nouo inueſtiri, & feudum recognoſcens per confeſſionem, videtur feudum à ſe abdicare, ſi Dominus erat, & dominium transferre in eum, à quo recognoſcit Dyn. conſ. 48. nu. 16.

Num. 12. vide Auctorem ſupra de aſſenſ. Reg. ſuper dote §. 3. nu. 19. vbi aliqua dixi.

Num. 13. adde Reg. de Curt. in ſuo diuerſ. feud. §. multoties concedens nu. 26.

Num. 14. ad hoc vide Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in differen. inter feud. titul. & hæredit. in 1. differen.

Num. 15. adde eundem Reg. de Curt. in d. diuerſ. feud. in d. §. multoties nu. 20. ante eum Cardin. Pariſ. conſ. 23. num. 135. & 138. volum. 1. vltra Auctorem noſtrum in deciſ. 40. nu. 17. & lect. 1. nu. 116. lect. 14. nu. 22. & lect. 19. nu. 18.

Num. 16. videas eundem Auctorem noſtrum in conſ. 147. nu. 34. vol. 2. & quando differant tradit ipſe Auctor ſupra eodem §. 5. nu. 27. vbi nonnulla notaui.

Num. 17. ad hoc notabiliter aſſerit Maur. Sen. in allegat. 21. num. 9. quod aſſenſus Regis operatur vim conceſſionis, non mirum, ſi vt Auctor opinatur ex mente Andr. hic citati, quod emptor cenſeatur à Rege inueſtitus; Rex enim conſentiendo videtur donare feudum emptori, ſicut idem Auctor noſter teſtatur in conſ. 42. num. 27. volum. 2. ad quod ſubnect. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in quæſt. 40. quod aſſenſus à Rege conceſſus Petro, vt vendat Sempronio cenſetur gratiam ipſam, vel fauorem in beneficium emptoris feciſſe, & ſucceſſiuè iſte aſſenſus impetratus ſuper venditione facta à Titio Seio, obtinet vim priuilegij, & inueſtituræ in perſonam Seij, Conſiliar. Rouit. in pragmat. 26. num. 11. de feud. & multa alia ad ornatum iſtius concluſionis, recollexit Franciſc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. & quia diximus fol 91.

Num. 19. vltra Auctorem noſtrum in repetit. feud. lectur. 22. ſub num. 4. & in deciſ. 1. nu. 16. vide Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 3. quæſt. num. 10. etiam adde Annam in repet. rubric. de vaſall. decrepit. ætat. num. 389. & iura feudalia ſi deficiant, ciuilia verò, & canonica repugnant vtrum ſit in quæſtione feudali ſequendum, refert Reg. de Curt. in diuerſ. feudor. §. nunc de altera num. 102. & quatenus eſſent ſeruanda iura feudalia, de iure canonico tradit Auctor noſter in conſ. 74. num. 2. volum. 2.

Num. 20. vide Annam in allegat. 30. num. 12.

Auctorem noſtrum in conſ. 75. num. 13. volum. 2. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in different. inter feud. ex pacto, & hæreditario in 7. differenc.

Num. 21. videas Annam in d. alleg. nu. 13. & vltra eam Phannuc. in tract. de inuent. hæred. par. 5. nu. 19.

Num. 22. regulariter tamen creditores hypothecarij præferuntur creditoribus in actione perſonali anterioribus, ſicut noſter Auctor tradit in conſ. 143. nu. 4. vol. 2. Amend. ad Franch. deciſ. 53. num. 8. alios citat, & an creditores hæredis præferantur legatarijs, & fideicommiſſarijs in fructibus rei legatæ, & fideicommiſſo ſubiectæ, vide Molfeſ. in conſ. 7. nu. 15. & an, & quando teneatur hæres in feudalibus præſtare legatum factum à defuncto de fructibus feudi, vide Conſil. Rouit. in pragm. 4 nu. 59. & 125. de feud.

Verſ. rurſus, debita contracta ratione feudi ſolui debent per ſucceſſores in feudo, & alia per ſucceſſores in allodialibus, Alber. Brun. in conſ. 18. nu. 16. & conſ. 104. num. 1. Crauett. conſ. 197. nu. 2. vol. 1. an autem hæres in feudo hæreditario, qui à lege vocatur teneatur ad debita ſine aſſenſu contracta, vide Reg. de Curt. in eodem diuerſ. feud. §. multotics concedens nu. 60. & hæres in feudo hæreditario, quamuis grauari poſſit vſque ad quantitatem valoris feudi, cæterum ſi eſſet feudum ex pacto conficiendo inuentarium ad nihilum teneretur niſi eſſet nouū, Auctor in lect. 11. nu. 59. eo quia feudum hæreditarium & feudum ex pacto nouum, idem eſſe videntur, nam ei æquiparatur, Anna in d. conſtit. conſtitutionem nu. 130. & inſuper hæres in feudo hæreditario tenetur legatarijs, & creditoribus pro concurrenti valore feudi, etiã quod nihil ei remaneat, Franch. deciſ. 704. nu. 1. & 2. immò num 4. ſubinfert, quod cogi poſſit ad illud vendendum, vt illis ſatisfaciat, & de ijs omnibus debitis ſuper feudo, loquitur abundè Capyc. in ſua inueſt. feud. rubr. feud. exequut. verſ. ſucceſſor vaſalli, vbi in prima limitatione loquitur de debitis ſuper feudo ex pacto iuxta mentem noſtri Auctoris.

Num. 23. hic adde, quod debitor in acquirendo non fraudat creditores in omittendo, ſecus in quæſitis, Conſil. de Georg. in alleg. 31. nu. 39. & in terminis de debitore nolente acquirere hæreditatem illam renunciando, ſi in fraudem feciſſe videatur ſatis, ſuperq; loquitur Præſ. de Franch. deciſ. 101. vbi Amend. & Viſcont. in addition. alia ſuperaddunt, at debitor in quærendis poterit præiudicium facere creditoribus, latè Marta in voto 48. numer. 21.

§. IX.

NVm. 1. vltra Afflict. in cap. 1. § ſi quis hominem in 11. notab. num. 4. de pace tenen. iſtam quæſtionem nouiſſimè attingit Conſiliar. Rouit. in pragmat. 1. de bon. prod. num. 64. cum ſeq. vbi allegationes huiuſmodi caſus alias occurſi in Vrbe Romana illorum de Cencio, de quo hic Auctor in fine meminit poſuit, quàm etiam allegationes deſuper factas per Regium Fiſcũ in hac poſtrema eius editione, rem ipſam examinando plenius, in fine verò illius deciſionem citat, de qua in meo Compend. in verb. bona feudalia in 2. impreſſ. & Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 4. q. 58. nu. 5.

Num. 2. vide eundem Conſil. Rouit. vbi ſupra nu. 138. & Molfeſ. in loc. cit.

Num. 3. notabiliter idem Conſil. Rouit. vbi ſupra nu. 111. cum ſeq. delictum enim vaſalli non debet nocere agnatis, ita quod propter delictum feudum non reuertatur ad Dominum, niſi delictum vaſalli directum ſit commiſſum contra Dominum, nam tunc eis noceret, etiam in feudo paterno, etenim in feudo nouo nullus dubitat, quin non noceat, ita Card. Pariſ. conſ. 21. nu. 51. ad 54. vol. 5. an autem delictum patris noceat filijs in feudo, latè Alex. conſ. 2. col. 5. vol. 5. Hieron. Gratt. conſ. 79. nu. 27. vol. 1. Dec. conſ. 445. vol. 3. & nu. 68. ſed melius præ cæteris loquitur etiam reſpectu agnatorum, tùm ob delicta cõmiſſa in Dominum, vel in alios, tùm etiam in feudo hæreditario, vel ex pacto Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. nũc de altera nu. 39. cum ſeq. vltra Conſil. Rouit. vbi ſupra nu 97. cum ſeq. & ibidem idem Conſil. Rouit. nu. 127. & ſeq. loquitur expreſsè de feudatario committente parricidium, vt cenſeatur ſublatus de medio, vel mortuus, & ad quem feudum cõmiſſum pertineat, diffusè proſequitur Ioan. Blanc. in ſua ſumma par. 2. tit. ad quem feud. commiſſ. pertin.

Num. 4. quæſtionem iſtam ſi nepos ob factum patris perdet feudum, quod fuit aui, attingit Afflict. in cap. ſequitur §. hoc quoque nu. 65. de ſucceſſ. feud. ſed melius in cap. vnic. §. præterea ſi vaſallus in gloſ. 3. quæ ſit prima cauſ. benef. ammitt. & de hoc ſatis loquitur Pius Phicard. inter commun. opinion tit. de ijs, quibus vt indignis num. 6. & idem Afflict. in l. imperialem §. inſuper num. 4. de prohibit. feud. alien. per Feder. licet teneat contra Auctorem, fortè, quia auus mortuus erat, quid autem ſi viuo auo filius delictum commiſerit, an noceat nepoti, vide Bald. in cap. 1. §. hoc quoque num. 5. de ſucceſſ. feud.

Num.

Num.5.videas ad hoc Hieronym. Gigant. in tractat. de crimin. læs. maiestat. lib 1.quæst. 13. Iodoch. in praxi crimin. cap. 61. num. 7. latissimè Capyc. decis. 130. etiam si Dominus esset inferior,vt dixit Menoch.de arbitr. iudic.casu 316. num. 29. & per exempla demonstratur à Foller.in praxi crimin.rubric. item quod commis.crimin.læs.maiestat. per totam,multa ad ornatum istius text.congerit Alphan.collectan.235.vltra Riec. collectan.88.

Num. 6. feudum ob culpam directè in Dominum commissam ad ipsum Dominum perpetuò reuertitur, Reg.de Curte vbi supra num.59. nam delictum respiciens personam Domini, facit, vt feudum delinquentis ad Dominum reuertatur, Afflict.in cap.sequitur.§.sed & res, per quos fiat inuestit.num. 31. vbi num.32. sequendo dixit non procedere in delicto non respiciente personam Domini, nam tunc non noceret filio,& ante eum istam distinctionem fecit Bald. in cap.1.num.2.& 3.si vasall.feud.priuet.quem sequitur Iacobin. in tractat. feud. verbo dictiquè vasalli num 61. & 62. & perptime Curt.Iun.in eodem tractat. feud.part 5. numer.1. vbi sub tali distinctione loquitur in feudo nouo, vel antiquo, & Iacobin. vbi supra etiam loquitur in feudo, in quo filius venit iure proprio, & ita in feudo ex pacto, & tunc quæritur si durante ipsius vita spectent ad fiscum bona tenentis feudum ex pacto,Reg.de Curte vbi supra num.97. & ibidem num. 78. & sequent. loquitur de bonis foriudicati, si ad agnatos, vel ad fiscum pertineant, & quid in foriudicatis Neapolitanis, qui habent priuilegium speciale, vt non possint bona ipsorum publicari, seù confiscari, idem ibi num.76.cum sequent. & an, & quãdo publicatione feudi facta agnati,vel fiscus admittantur, latè Iul.Clar. in §.feudum quæst.84. & optimè idem Reg. de Curt.loc.cit.nu.45.

Num.7.vide Bertacch.in repert.verb. incapax in §.2.& Consiliar.Rouit.in dicta pragmat. 1.de bon.prodit.num.130. nam loquitur de indigno, qui licet succedat testatori, in quem commisit offensam, & postea ab eo auferat fiscus vti ab indigno, & pariter de incapace, qui non potest ex suo delicto rem aliquam habere, nec illius æstimationem ex legato capit,Peregrin in tractat.de fideicommiss.artic.11. num.100. sed tantum alimenta, vt in antecedenti num. 67. tradidit multo fortius in feudis hoc procedere debet, at indignitas in feudalibus ad ammissionem feudi non est in consideratione, sed immanitas tantum delicti, vt voluit idem Consiliar.Rouit.in pragmat.8. num.116. de Baronib.

Num.8. Adeò verum est hoc, quod filius parricida fit taliter incapax successione feudalium, vt ipso iure priuatur omni spe succedendi in feudis,ita tamen,quod nec sententia declaratoria exquiratur,idem Consiliar. Rouit. in dicta pragmat. 1. num. 86. & 129. non solum bonis omnibus priuari debet,sed etiam feudis, latè Menoch.de arbitr.iudic. casu 356. num. 94. & sequent. nam incapax ad succedendum habetur pro mortuo, & sic aperitur locus sequentibus, ita noster Auctor in dicta repetit.lectur.22.sub num.3. in fine.

Num.9.vltra Afflict. in cap. vnico num.7. an mut. vel alias imperfect. videas eundem Consiliar. Rouit. in pragmat.4. num. 30. & 31. de feud. paria enim sunt aliquem non extare, vel esse, & esse incapacem, censet idem Consiliar. Rouit. in dicta pragmat. 1. num. 87. ad quod etiam animaduertendum est, quod habilitas in succedendo in feudis erit consideranda tempore successionis,non autem si inde superueniat, vt exemplificando demonstrant Doctor. in dicto cap.1. an mutus, &c. sicut etiam in alijs successionibus procedere dixit Reg. Valenz. consil.83. nu. 3. prout in officiorum etiam materia requiritur habilitas tempore collationis, nec sufficit si postea superueniat,idem Consiliar. Rouit.in pragmat.5. num.25. de feud. & sic tempore administrationis, non autem tempore electionis, ita Anna in singul. 232. sic etiam in Procuratore non sufficit, quod habilitas ex post facto superueniat, nam exigitur tempore actus, Ioseph Ludouic.in suis commun.opinion. tit. de Procurator.concl. 3. vers. ampliatur secundo, sic etiam in teste eius habilitas tempore iuramenti requiritur,Alexand.in cons.193.num 6. lib.1. non mirum si primogenitus inhabilis ad successionem feudi repellatur, vnà cum eius filijs, Afflict.in dicto cap.sequitur num.50.de successiõn. feud. an stante inhabilitate primogeniti feudum transeat ad secundogenitum, vide Francisc. de Amic.in cap.1. de ijs, qui feud. dar.poss. §.& veniendo in 1.quæst. fol. 135.

Num.10. adde Auctorẽ in d. repet.feud. lectur. 21. num.11. hinc vasallus, qui sine dedecore in curia Domini stare nõ potest feudum retinere non valet, Afflict.in cap. qui clericus nu.34.si de feud fuer.controu. inter Domin. & agnat & in cap si vasallus culpam num.5. eod.tit.similiter & Baro ob contumaciam nequit sine dedecore stare in Curia Regis, Auctor supra eodem tit.1.§.1 num. 3.vbi aliqua

qua dixi,& vltra ea hic addas multo fortius procedere in rebellibus, nam proditor nequit ſtare coram Principe, Campag. in cap. nuper apud Tranum nu. 34. Gigans in tract. de crimin. læſ. maieſtat. lib. 3 q. 4. num. 4. Rouit. vbi ſupra num. 113. nec aliqua perſona ignominioſa, Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 5. conſid. 24. in 101. priuil. hinc contumaces prohibiti ſunt accedere ad Curiam Regiæ Maieſtatis ex diſpoſitione pragm. 1. de contumac. & vt non accedant ad Curiam, nam infamis non debet videre faciem Principis, Bald. in cap. 1. nu. 2. an ille, qui interf. frat. Domini, &c.

Num. 11 adde Affict. in cap. 1. §. denique nu. 20. quæ ſit prim cauſ bene. amitt. & vltra eum ſingulariter, & copiosè Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 356 nu. 94. & ſeq. vbi non tantum bonis omnibus priuari dixit parricidam, ſed etiam feudo proprio, idem Rouit. vbi ſupra num. 109. etenim vaſallus committens delictum, ob quod non poteſt ſtare in Curia debet feudo priuari, Affict. in d. cap. quia ſupra dictum §. item ſi quis feudum nu. 71. quib. mod. feud. amitt. & idem Conſil. Rouit. vbi ſupra nu. 117. id extendit ad omne delictum, an autem ipſo iure perdat feudum, vel requiratur ſententia, vide eundem Affict in d. cap. quia de feudi §. & quia nu. 15. de ijs, qui feud. dar. poſſ. ad quod ſubnectit ibidem Rouit nu. 67. quod iura, quæ mulctant vaſallum parricidam ammiſſione feudi, loquuntur in eo, qui tempore commiſſi parricidij feudum poſſidebat habitu, & actu.

Num. 12. adde Conſil. Rouit. in d. pragm. 1. de bon. prod. nu. 114. & 126.

Num. 13 copiosè Menoch. de arbitr. iudic. caſu 356. nu. 96. & 97. feudum antiquum, ſeù ſimpliciter, & abſolutè ex pacto receptum propter delictum, quod directè non concernit perſonam Domini aperitur filijs, & agnatis, non autem ipſi Domino, Intrigl. ſingul. 237. nu. 2. vbi nu. 3 limitat ſecus mortuo Barone delinquente.

Num. 14 videas notata ſupra eodem nu. 7.

Num. 15. aduerte, quod Bald. hic citatus loquitur in ſimplici ſucceſſione feudi à iure conceſſa nepoti, citra tamen delicti paterni normam, & non mirum, quia nepos venit ad ſucceſſionem aui ex propria perſona, licet debeat in locum matris ingredi, Grammat. deciſ. 57. nu. 1. Franch. deciſ. 67 nu. 2. ſed Affict. in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. nu. 65. poſuit quæſtionem iſtam ſi nepos propter factũ patris perdet feudum, quod fuerat aui, vbi allegat plures Doctor. ſed magis punctualiter in d. cap. vnic. §. ſi quis hominem in 11. notab. nu. 14. in ſpecie loquitur de nepote ſuccedere volente in ſucceſſione feudi aui ob delictum patris occiſoris aui, & concludit negatiuè, non ratione condemnationis, ſed ratione indignitatis, licet de hac re ſatis, ſuperq; habetur vltra Affict. ipſum in dicto cap. quia ſupra dictum §. item ſi fratrem num. 29. quib. mod. feud. amitt. per Conſil. Rouit. vbi ſupra nu. 64. 100. & ſeq.

Nu. 17. adde Bald. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 5. de ſucceſſ. feud. Conſil. Rouit. ibidem nu. 85. quid autem in nepote, an ſuccedat auo Domino, & poſſeſſori feudi patre delinquente in vita aui, vel poſt mortem hæreditate nondum adita, vide Auctorem noſtrum in lect. 22. num. 3.

Nu. 18 adde Auctorẽ noſtrum in d. repet. feud. lect. 13 num. 46. quid autem in filio exhæredato à patre, an ſuccedat in feudo, vide Iul. Clar. in §. feudum q. 74. Camer. in cap. 1. de ſucceſſ. feudi nu. 140. non dubitatur quin pater poſſit filium exhæredare in feudo, Affl. in l. imperialem §. præterea nu. 74. de proh. feud. alien. per Feder. latè Reg. de Curt. in conſ. diuerſ. feud. §. nunc de altera nu. 119. cũ ſequ. & hoc non ſolum ſi contra ipſum filios ingratus fuiſſet, ſed etiam ſi filius cauſam ingratitudinis commiſerit cõtra Dominum in feudo exhęredari poſſit à patre, ſicut dixit Camer. loc. cit. nu. 137. cum ſeq. vbi plura ad hoc refert documenta ingratitudinis filiorum.

Num. 19. idem Conſil. Rouit. vbi ſupra nu. 139. cum ſeq.

Num. 20 idem Conſil. Rouit. vbi ſupra nu. 97. & 98. de omnibus ijs loquitur, & benè, & latiſſimè Reg. de Curt. in conſ. diuerſ. feud. §. nunc de altera nu. 39. & ſeq. & an & quando delictum patris noceat filio, vide noſtrum Auctorem in d. lect. 13. nu. 36. & 39. vltra Affict. in cap. quia de feudis §. & quia nu. 56. de ijs, qui feud. dar. poſſ.

Nu. 22. & macula patris delinquentis tunc trahitur ad filios, ſi ipſe tempore commiſſæ feloniæ erat vaſallus, idem Conſil. Rouit. vbi ſupra nu. 72. & macula vaſalli delinquentis, & odium Domini tranſit, & præſumitur extendi ad alios agnatos, Reg. de Curt. in d. §. nunc de altera nu. 56. & quod macula influat in filios, latè Iudex Paſchal. in ſuo eleganti tract. de vir. pat. poteſt. par. 4. cap. 5. nu. 1. vbi plura ad hoc cõgerit, & an felonia patris obſtet filio, vide Franc. de Amic. in c. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ſecundum fol. 124. nu. 6.

§. X.

NVm 1. iſtam quæſtionem tactam ab Auctore noſtro luculenter pertractatur, & diffusè à peritiſſimo viro Conſiliar. Rouit. in nouiſſima editione ſuorum Commentariorum

ſuper

ſuper pragmatic. in pragm.1. de titul. abuſ. nu. 124. & ſeq. vbi omnes deciſiones cumulauit pro, & contra, deſuper promulgatas, vna cũ omnibus rationibus,& iuribus vtriuſque partis, quas ſiquidem deciſiones regiſtraui in meo Compend. Deciſ.Regni, verb. donatio feudi, vltra Franc.de Amic. in cap. 1.de ijs,qui feud.dar.poſſ. §. & veniendo ad primam q.25.fol.195.

Num.2.verùm eſt in iure, quod pater non tollit ſucceſſionem feudi à primogenito ſine aſſenſu, Anna in repetit.rubric.de vaſall.decrep.ætat.num.284. eo quod primogenitus tantum in feudis ſuccedit, vt ibidem ſubdit Anna nu.98. Camer.in cap.1.de ſucceſſ.feudi nu.104. Reg.Valenz.in conſ 69. num.22. vbi dixit procedere, etiam in feudis titulatis, idem Camerar. in l.imperialem §. præterea fol.765. in paruis de prohib.feud.alie. per Federic. cum onere tamen præſtandi vitam, & militiam alijs fratribus, idem Anna in alleg.23. nu.4. vltra Affli&.in d.§.præterea nu.51.& pariter contribuere cum hæredibus in burgenſaticis pro ſolutione debitorum hæreditatis, idem Anna in alleg. 96. nu.1. quod limitatur primo hic ab Auctore niſi primogenitus eſſet ingratus,ad quod vide Affli&.in cap.omnes filij nu.4. ſi de feud. fuer.controu.inter Domin.& agnat.eo quia ingratus facit ſe indignum beneficio recepto,idem Affli&.in cap.vnico §.item,qui Dominum nu.1.quæ ſit prim.cauſ.benef.amitt. hinc eſt, quod pater poterit diſponere in feudis,filium ingratum ex iuſta cauſa exhæredando, maximè quando feudum à patre proceſſiſſet, ſecus in feudo antiquo, & ita deciſum in facti contingentia refert Vrſill. deciſ.119.nu.7. & 8. de quo latè per Reg.de Curt.in d.§.nunc de altera nu.99.& ſeq. excepto ſi pater remiſerit ingratitudinem filio, tunc enim ſuccederet excluſo ſecundogenito,Camerar.d.cap.1.de ſucceſſ.feud. nu. 149.vbi plura ad ornatum dixit, ſecundo limitatur iuxta Auctoris dictum niſi primogenitus in hoc conſentiret,idem Conſil.Rouit. in d.pragm.1. nu.117. intantum eſt verum, quod licet pater non poſſit cum aſſenſu diſponere in beneficium ſecundogenitorum, tamen exiſtente cauſa ſæpè ſæpius in eorum beneficium deciſum fuit, dummodò fiat ſine dolo,ceſſante dolo,& fraude factum eſſet, vt ex mente Minadoi, noſter Auctor comprobat ſupra eodem tit.6. §.2.nu.13. de quo in meo Compend. verb. pater, cum aſſenſu alias regulariter feudum antiquum alienari non poſſet in ſecundogenitum in præiudicium primogeniti, vt alias deciſum fuit in cauſa illorum de Bozzutis,ſicut retulit Mormill. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, de quo in eodem Compend. verb. pater, vbi ſubdit niſi aſſenſus fuiſſet impetratus ex certa ſcientia,factaq; mentione de primogenito,quamuis etiam expreſſa dicta qualitate retulit aſſẽſum fuiſſe denegatum per Collaterale Cõſilium,an autem pater poſſit aſſignare ſecũdogenito feudum antiquum ſine conſenſu primogeniti de iure Francorum, vide Affli. in d.cap. ſequitur §. hoc quoque nu.15. de ſucceſſ. feud. concludentem negatiuè, ſecus tamen ſi feudum eſſet nouum,tunc enim pater, & ſi non poſſet feudum hæreditarium vni ex filijs aſſignare,nouum autem feudum ſecus,Franch.deciſ.47.num.9. hinc eſt, quod pater poterit feudum hæreditarium extraneo vendere in præiudicium primogeniti, non tamen ſecundogenito donare, & ratione demonſtrat Frecc.de ſubfeud.lib.2. rubr. quis dicatur Princeps §.ſupereſt nu.12. & 8. niſi tamen eſſet feudum,in quo viueretur iure Francorum, quo caſu nequiret pater illud alienare ſecundogenito in præiudicium primogeniti, idem Affli&. in d.cap. omnes filij nu.4. ſi de feud.fuer.controu. inter Domin.& agnat. ſecus tamen in feudo nouo, vt per eundem Affli&.in cap.1.nu.14.& 20. de alien.feud.patern.& num.53.loquitur in refutatione per patrem facta ſine conſenſu filij,tertio limitatur in primogenito inhabili, Affli&.in d.cap.omnes filij nu.4.eo enim caſu ſuccedere non poſſet, ob quod ipſi, & ſui filij excluduntur, vt dictum eſt in §. præcedenti nu. 9. tunc enim ſecundogenitus deficiente primogenito fit primogenitus, Anna in alleg.139.num.10.quarto limitatur in primogenito foriudicato, nam tunc fiſcus ſuccederet,idem Anna in d.repet.rubr.de vaſal. decrep.ætat. nu.254. ſed quid ſi primogenitus fuiſſet rebellis,à quo feuda fuerint occupata per ſecundogenitum, an eo reſtituto feuda reſtituenda ſint, vide Præſ.de Franch. deciſ.213.nu.3. negatiuam opinionem referentem,& nouiſſimè D.Larath.conſ.109.nu. 43.vltimo limitatur,niſi eſſet feudum nouũ, quando non poſſet pater ſecundogenito feudum antiquum ſine conſenſu primogeniti aſſignare de iure Francorum, Affli&.in d.capit.ſequitur §.hoc quoque nu.15.de ſucceſſ. feud. & Franc. de Amic. in cap.1. de ijs,qui feud.dar. poſſ. §.ſemper ergo nu.7. fol.119. vbi alia ad præmiſſorum corroborationem refert.

Num.3. hoc idem quando feudum ex pacto, & prouidentia dicatur, refert Camer. in l. imperialem §. præterea ducatus fol.762. in paruis, verſ. quæro igitur de prohib. feud. alien.per Feder.& per varia exempla demõ-

ſtrat idem Iacob. de Franch. in prælud. feud. rubr. ſpec. feud. quæ ſint nu. 111. cum ſeq. & Reg. de Curt. d. §. nunc de altera nu. 139. vt puta ſi fuerit conceſſum feudum ſine clauſula, pro liberis, vel hæredibus, item ſi fuerit conceſſum liberis ex legitimo corpore deſcendentibus, Anna in ſingul. 206. & Conſil. Rouit. in pragm. 4. de feud. nu. 95. qui in ſeq. num. 102. declarat, quando feudum ex pacto dicatur, vel hæreditarium.

Num. 4. nota, quod conceſſio feudi à Rege facta per verba illa concedimus tibi, & hæredibus plus eſt dicere, quàm tibi, & filijs, Afflict. in cap. quia de feudis §. & quia nu. 12. de ijs, qui feud. dar. poſſ. adeò quod conceſſio iſta facta tibi, & hæredibus, licet dicatur feudum hæreditarium, Soccin. Sen. conſ. 10. nu. 14. Alex. conſ. 19. col. 2. vol. 2. & conſ. 51. col. 4. vol. 4. Marian. Soccin. conſ. 76. nu. 75. vol. 1. quæ ſiquidem facta cenſetur pro deſcendentibus maſculis in hac materia præſertim feudali, Soccin. d. conſ. 75. nu. 2. & 3. vol. 1. attamen ſi ex coniecturis poterit per verbum hæredibus ſit acceptum pro liberis feudum, non aliter hæreditarium dici poterit, idem Soccin. Iun. conſ. 80. nu. 9. vol. 2. ſic pariformiter conceſſio facta pro ſe, & liberis, intelligitur facta pro omnibus deſcendentibus, Carol. Ruyn. conſ. 203. num. 23. vol. 2. & de hoc latè per Iacob. de Franch. vbi ſupra nu. 3. quid in conceſſione facta de liberis, vel hæredibus, an tranſeat ad alios, vel extinguatur in perſona conceſſionarij, idem Reg. de Curt. in d. §. nunc de altera nu. 131. & ſeq. & de quibus hæredibus intelligatur Capyc. in d. l. imperialem cart. 28. & latè Mormil. in ſua diſput. paradox. cap. 1. qui ſucceſſ. teneant. num. 37. & 41.

Verſ. tertio verò, quamuis enim conceſſio feudi ſimpliciter facta intelligatur, prout ius intelligit, vltra noſtrum Auctorem in lect. 9. nu. 43. Maur. Iun. in alleg. 7. nu. 14. & Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de orig. Baron. nu. 46. & lib. 2. q. 35. nu. 28. & ob id Doctor. quærunt, ſi conceſſio feudi ſimpliciter facta intelligatur pro ſe, & hæredibus ſuis facta, Alex. conſ. 18. col. 2. & conſ. 26. col. 2. vol. 5. Io. Calder. conſil. 11. Ludou. Bologn. conſ. 1. & Soccin. Sen. conſ. 19. circa principium vol. 1. & quomodo hoc intelligatur refert idem Reg. de Curt. in d. §. nunc de altera nu. 15. vbi infert, quod ex coniecturis arbitrari poſſet, ſi ad ſucceſſores extendatur, & potiſſimum ſi eſſet primogenitus, nam primogenitus videtur prius ſtipulatus feudum ſuis primogenitis, Alciat. in conſ. 8. nu. 9. inter conſil. Grati volum. 1. eo quod ipſe ſolus ſuccedit in feudo de iure Francorum, Afflict. in d. cap. quia de feudis §. & quia nu. 8. & in conſtit. vt de ſucceſſionibus nu. 18. non mirum ſi eius conſenſus requiritur in alienatione feudi, vt dictum eſt ſupra nu. 2. ſicuti conceſſio de feudo viuentis, cum illius conſenſu ſimpliciter fieri poteſt, Reg. de Curt. in eodem diuerſ. feud. §. in hoc igitur nu. 41. ita pariter in feudo in quo viuitur iure Francorum, nam cum eodem conſenſu primogeniti alienari poteſt, Auctor noſter in lect. 20. nu. 14.

Verſ. alij dubitauerunt, nota quod aſſenſus per Proreges præſtari poſſunt in donationibus feudorum faciendis per patres filio primogenito ſucceſſori in feudo, non alijs, Conſil. Rouit. in pragm. 7. de feud. nu. 2. quid autem ſi aſſenſus fuiſſet præſtitus ſuper donatione feudi facto ſecundogenito, non facta mentione primogeniti, an ſit valida, & quid inde deciſum fuit retulit idem Conſil. Rouit. in pragm. 1. de feud. nu. 124. & 128. de quo in meo Compend. verb. donatio feudi.

Num. 5. & quod aſſenſus ſit gratia dictum eſt ſupra de aſſenſ. Reg. §. 3. nu. 12. Ideircò tertio prejudicare non poteſt, nec debet, quemadmodum & gratia, quæ non præiudicat poſſeſſioni tertij, Anna in alleg. 53. nu. 19. ſic & gratia Principis tertio non debet eſſe nociua, ita Afflict. in conſtit. pœnam eorum n. 60. hinc conceſſio de feudo viuentis non poteſt fieri in præiudicium legitimi ſucceſſoris in feudo, Reg. de Curt. in eodem diuerſ. d. §. in hoc igitur nu. 43.

Num. 6. quando autem gratia dicatur ſubreptitia, retulit Anna in allegat. 50. num. 9. 10. & 13.

Nu. 7. circa materiam iſtam ſubreptionis multa collexit Ricc. collectan. 325. vbi plura ad ornatum tradit, de huiuſmodi autem deciſione hic ab Auctore tacta memini in meo Compend. verb. donatio feudi, vbi patent deciſiones contrariæ, relatæ per Conſil. Rouit. citatum ſupra eodem nu. 4. verſ. alij dubitauerunt.

Num. 8. de hac eadem materia copiosè loquitur Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. multoties concedens præſertim nu. 48. vbi ex clauſula pro te, & hæredibus feudum hæreditarium conſtituitur, vt dictum eſt ſupra eodem nu. 4. vltra Auctorem noſtrum in repet. lect. 20. nu. 3. cum ſeq. & quando feudum dicatur iuris Francorum, videas Annam in alleg. 34. nu. 18. & qualiter olim dicebatur feudum, & in quibus eo iure viuebatur, vide Auctorem in conſ. 154. nu. 98. vol. 2.

Num. 9. idem Reg. de Curt. vbi ſupra nu. 48 vltra Auctorem in d. repet. feud. lect. 1. nu. 115. & lect. 19. nu. 12. lect. 29. nu. 1. ideò appellatur hæreditarium, ab illa enim qualitate hæ-

reditaria

reditaria alterante feudi naturam, Conſil. de Georg. in allegat. 18. num. 28. quo fit, vt ſi ſimpliciter, vt ſi feudum ſimpliciter conceſſum ſit abſque mentione hæredum, & ita indubio de iure communi feudorum eſt ex pacto, & prouidentia, quamuis ad hæredes, ideſt filios maſculos ſit tranſitorium, idemq; ſi eſſet conceſſum pro te, & filijs, vel pro te, & liberis, ſecundum Andr. de quo per Auctorem noſtrum in d. lect. 20. nu. 42. & ſeq. ad 54. propterea niſi appareat ex inueſtitura feudum non diceretur hæreditarium, nec præſumeretur conceſſum pro hæredibus ex corpore, Conſil. de Georg in alleg. 21. nu. 61. & 62. vbi quærit ſi ex communi forma inueſtituræ, ita habendum ſit, alias ſi non fuerit iſta clauſula appoſita eſſet ex pacto, Reg. de Curt. vbi ſupra in d. §. nunc de altera nu. 9.

Num. 10. dictum eſt ſupra eodem nu. 3. 8. & 9. ad quod vide Conſil. Rouit. in pragm. 4. nu. 94. de feud.

Num. 11. vide Affli&. in conſtit. conſtitutionem nu. 6. vbi quærit, ſi pater poſſit in feudo vnum filiorum inſtituere, in quo omnes ſuceedere debent, & Iacobut. de Franch. in cap. 1. §. & quia nu. 9. de ijs, qui feud. dar. poſſ. vbi poſuit quæſtionem iſtam Auctoris noſtri, allegando etiam Andr. hic citatum, & benè num. 7. retulit, quod pater non poteſt relinquere maiorem partem feudi vni filio, quàm alteri, quid autem ſi eſſet feudum nouum, an pater poſſit vni filiorum prælegare, vide Socin. Iun. in conſ. 72. nu. 35. vol. 1.

Num. 12. vide ſupra eodem nu. 2.

Num. 13. conceſſio feudi an, & quando dicatur facta contemplatione primi ſtipulantis, vel aliorum, & quot modis cognoſcatur, vide Reg. de Curt. in eodem diuerſ. feud. §. nunc de altera nu. 15. non mirum ſi feudum ipſum ex pacto à primo acquirente alienari poſſit, nam etſi iura feudalia, dum inhibent feuda ex pacto, & prouidentia alienari poſſe ſine conſenſu agnatorum loquuntur in feudo paterno, & antiquo, non autem in feudo nouo, vt idem Reg. in anteeedenti nu. 14. loci memorati tradidit, & ſic ſucceſſoribus non aliter conceſſum eſſe videtur, niſi cum conſenſu Domini, vita tamen durante feudatarij feudum ex pacto poſſidentis alienare prohibetur, idem Reg. de Curt. vbi ſupra nu. 7. eo quia non poteſt præiudicare agnatis ſucceſſoribus, Iacob. in prælud. feud. rubric. feud. ſpecies num. 132. excepto ſi conſenſus agnati interuenerit, nam alienatio prohibita in beneficium alicuius ceſſat accedente, conſenſu illius in alienatione, Maur. Iun. in alleg. 96. num. 5.

Num. 14. regulam iſtam, quod feuda nequeunt alienari ſine conſenſu Domini, poſuit Duen. regul. 40. cum ampliationibus, & limitationibus, vltra Affli&. & Annam in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, & idem Anna in alleg. 125. nu. 9. accedente autem conſenſu ſecus eſſet, de quo memor eſt Auctor infra eodem §. ſeq. nu. 1. & ampliatur iuxta votum Martæ 221. ad caſtrum ab antiquiſſimo tempore recognitum vt feudale, in quo habetur iuriſdictio ciuilis tantum in ſubditos, quod nec alienari, nec fideicommitti poteſt ſine Principis licentia.

Num. 15. hoc idem per exempla demonſtratur per Conſil. Rouit. in d. pragmat. 4. de feud. & qualiter procedat iſta pragmatica, videas Auctorem in conſ. 17. nu. 63. volum. 2. & Menoch. in 2. reſponſ. cauſæ Finarienſ. nu. 79.

Num. 16. aduertendum eſt, quod teſtator præſumitur velle æqualitatem ſeruare inter hæredes, Maur. Iun. allegat. 25. numer. 10. non enim debet facere de filijs vnum, & alium priuignum, Franch. deciſ. 541. nu. 13. hinc teſtator poterit in ſuo teſtamento æqualiter diuidere feudalia inter ſuos hæredes, & etiam vni totum feudum aſſignare, & alteri totum allodium, vt per Auctorem in repet. feud. lectur. 11. nu. 17. 18. 19. & ſeq. ita quod filius habebit feudum altero inſtituto in allodio, Camer. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. nu. 97. ideò pater nequit dare plus vni quàm alteri filio, quando viueretur iuri communi feudorum, nec ſi viueretur iure Francorum alteri, quã primogenito, vt per Annam in d. rubric. de vaſall. decrep. ætat. nu. 184. tamen accedente Regio aſſenſu multo fortius, hinc eſt, quod pater in feudis, in quibus ſolus primogenitus ſuccedit, poterit præiudicare ſibi in dando, vel diſponendo in alios filios, dummodò primogenitus habeat, ſicut vnus filius legitimam, & poſtea habeat tantum quantum alius filius, vt refert Affli&. in l. imperialem §. præterea ducatus nu. 26. de prohib. feud. alien. per Feder. quem ſequitur Auctor in conſ. 154. nu. 88. vol. 2. ſimiliter & inæqualiter diuidere, vt dictum ſupra præuio aſſenſu, alias ſi inæqualiter inter filios diſponeret de feudalibus, vel in extraneum iſthæc ſuprema voluntas adeò effectu carebit, vt nec quò ad feudi æſtimationem ſit attendenda, ſubnectit noſter Auctor ibidem à num. 37. ad 58. vbi id declarat, & an pater aſſignare poſſit feudum vni ex filijs diſputat Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo in 6. quæſt. fol. 149.

Num. 17. alienatio feudi fieri non poteſt ſine Domini conſenſu, vt dixi ſupra eodem nu. 14. quod ſequitur Mantua in conſ. 123. nu. 3. vol. 1. accedente tamen conſenſu ipſius benè

valebit,

valebit, Gozzadin. conſ. 26. n. 9. quod tamen intelligitur ſine agnatorũ præiudicio, Ruyn. in conſ. 203. nu. 26. vol. 2. Io. de S. Iulia inter conſil. Brun. conſ. 3. num. 1. & potiſsimum ſi fieret in extraneum ſine conſenſu agnatorum de feudo paterno, Martin. Laudenſ. conſil. 119. nu. 1. & quatenus fieret valeret vita eius durante, vt dixi ſupra eodem nu. 13. ſecus tamen poſt mortem, idem Carol. Ruyn. in conſ. 165. num 9. vol. 1. in alijs verò feudis ſecus eſſet, ex conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, an autem prohibitus alienare cenſeatur prohibitus inſtituere hæredem, quamuis hæredis extranei inſtitutio ſpecies ſit alienationis, vide Auctorem in lect. 14. nu. 2. & 3. cum ſeq. ſed ſi eſſet conceſſa licentia alienandi contineret tũc diſpoſitionem, quæ ſit in vltima voluntate per hæredis inſtitutionem, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 38. quæſt. num 10. & ſucceſsivè extraneum inſtituere cum aſſenſu, & in quibus caſibus extraneus hæres admittatur citra aſſenſum, vide Auctorem in lect. 14. nu. 15. & ſeq.

Num. 18. pater donans non præſumitur ex meritis filij, Iacob. de Franch. in cap. 1. §. ſi verò nu. 5. de feud. guard. ſimiliter pater donando vni filio pluſquam alteri induceret liuorem, & inuidiam cum grauius videatur filio quãdo pater vni pluſquam alteri confert, quod non eſt in extraneo, Affli. & in conſtitut. fratribus nu. 12.

Num. 19. vide ſupra eodem nu. 7. & vltra ea Staphil. in tract. de lit. grat. tit. de modo, & forma impetr. nu. 18. fol. 45. multa autem de obreptione, & ſubreptione tradit Conſil. de Georg. in alleg. 6 nu. 15. & 20.

Num. 20. & hac ratione perpenſa exquiritur aſſenſus expreſſus, quotieſcumque feudum mutetur de perſona ad perſonam, vt ſatis dictum eſt ſupra §. 8. nu. 11. hoc eſt, ſi placeat, vel diſplicet Regi, eo quod fidelitas potiſsimum in feudis verſatur, quæ eſt ſubſtantia feudi, & baſis, Reg. de Curt. in eodem diuerſ. §. tenor nu. 14. vbi nu. 17. ſubſequitur, quod fidelitas maior debetur per vaſallum Domino, quam patri, vel proximo, & propterea exteri aliquando excluduntur ab emptionibus feudorum; natio enim aliquando prouocat, & deteret, & mali mores externi corrumpunt bonos mores patrios, Conſil. Rouit. in rubric. de Zingar. nu. 4. non mirum ſi natio potiſsimum erit in memoriali exprimenda, de quo latiſsimè per Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 23. quæſt. per totam; non enim Dominus vaſallum ſibi exoſum recipere tenetur, Auctor in conſ. 158. num. 23. vol. 2. vel alium, quem ipſe nolit, idem in lect. 11. num. 55. ſed fidelem, Dominorũ intereſt ſubditos habere fideles, vt fideliter ei ſeruiant, & ipſi Domini curare habeant, & debent fideles vaſallos habere, dixit Affli. & in cap. Corradus num. 2. de prohib. feud. alien. per Lothar. intereſt Domini ſcire vaſallum, vt ſciat à quo fidelitatem ſperare poſsit, Camer. in l. imperialem fol. 517. in paruis verſ. nam intereſt de prohib. feud. alien. per Feder.

Num. 21. vide ſupra eodem §. 6. nu. 23. & vltra ea Conſil. de Georg. in alleg. 18. nu. 32. nam dicitur contrahere ratione fidelitatis, & ſeruitij, Auctor in conſ. 42. nu. 17. vol. 2.

Num. 22. de hac re ſi contractus feudalis dicatur nominatus, vel innominatus, vide Reg. de Curt. in eodem diuerſ. feud. §. reliquum eſt nu. 17. vltra Curt. Iun. conſ. 1 nu. 36. par. 1.

Num. 23 nota, quod triplex eſt conditio hominum ſecundum Affli. & in d. cap. filij nati nu. 10. ſi de feud. fuer. controu. inter Domin. & agnat. & in multis caſibus conſideranda erit qualitas perſonarum, vt per eundem in cap. Ebertus, ex quib. cauſ. feud. amitt. præſertim in ſtipulationibus, nam nunquam præſumitur, nec intelligitur perſona in ea non expreſſa, idem in cap. vnico nu. 268. ex quib. cauſ. feud. amitt. & peculiariter eius qualitas, quæ debet adeſſe tempore quo qualitas ineſſe deducitur, Anna in alleg. 137. nu. 5. ſufficit enim cauſam exiſtere tempore actus geſti, & nihil intereſt ſi poſtea deficiat, inquit Auctor infra tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de donis, & expenſ. §. 1. nu. 22.

Verſ. nam Collaterale, vide Conſiliar. Rouit. in pragm. 4. nu. 37. de feud.

Num. 25. conſenſus eius, cui intereſſe debet interuenire, vt dictum eſt ſupra eodem nu. 1. & propterea non aliter diceretur alienatio illa, quæ fit in proximè ſucceſſurum, ſed refutatio, latè Anna in repet. rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 150. & ſeq. an autem valida reputetur iſta refutatio facta à patre filio ſecundogenito cum conſenſu primogeniti, vide eundem ibidem num. 258. cum ſeq. vbi poſuit plures vtiles quæſtiones.

Num. 26. conſenſus tacitus idem operatur ſicut expreſſus, Maur. Iun. alleg. 30. nu. 9. & ſicuti conſenſus hæredis ſit ſine ſcriptis, Anna in alleg. 41. nu. 34. operari videtur, ac ſi eſſet expreſſus, & in ſcriptis redactus, & licet dicatur in hac noſtra quæſtione neceſſarium eſſe expreſſum conſenſum ſicuti conſenſus, de quo in cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. non tamen eſt ſimplex, vt dixit ibi Anna nu. 86. nam vbi conſenſus requiritur ad ſolemnitatem actus, non ſufficit tacitus inductus ex præſentia, vel patientia, ſed requiritur expreſſus, Auctor conſ. 160. nu. 10. vol. 2. ratione verò præiudicij ſecus eſſet, ſubnectit nu. 11.

eo

eo quod præſentia in feudis inducit conſenſum,vt voluit Anna alleg.65.nu.14.& tanto fortius ad dicto actu aliquo extrinſeco, præſentia agnatorum conſenſus pe ficitur,ſicut idem Anna in terminis dixit in d. conſtitut. conſtitutionem num.133.ſimiliter licentia expreſsè & tacitè præſtatur, Affli&. in l imperialem notab 12.q.26.num 23.de prohib. feud.alien.per Feder.& vltra hæc vide Molfeſ.in conſuet.Neapol. par.4. tit.de renunc. quæſt.1. nu.57. vbi etiam allegat Auctorem hic.

Num.27. vide infra nu.29.

Num 28.faciunt hic notanda infra eod.tit.de diuerſ.prouiſ.tit.de donis §.1.num 5.6.& 7. vbi loquitur de iſto tẽpore conceſſo,& quod à die ſcientiæ currat.

Num 29.vide Affl in cap.1. de controu.inueſtit.nu.109. & tanto fortius in ſilentio longi temporis induceretur nedum conſenſus,ſed poſſeſſionis amiſſio, ac proprietatis, & poſſeſſionis negligentia, Auctor in conſ.52. nu. 7.& ſeq.vol 2.

Num.30.adde Balb.in tract.de præſcript. in 4. par.4.part.q.12.nu.19.Andr.Gail.lib.1.prac.obſeruat.in 155.obſeru.nu.5. Immò pro repudiatione habetur annale ſilentium, Tiraqu.de retract.conſang.§.1 gloſ.10.nu.5.D. Larath.conſ.86.nu.80.

Num. 31. agnatus habet annum ad reuocandum alienationem factam de feudo, Anna in d conſtit.conſtitutionem nu.260.qui currit à die ſcientiæ, idem Balb.vbi ſupra num. 18.& in ſimili de iure prothom. tradit Rendell. in tract.de iure prothom. vern. ex aliquo contractu nu.7.

Num.32.iſtam materiam temporis præſcribendi feuda cõceſſa vel alienata extraneis, optimè vltra Balb. vbi ſupra pertractat Reg. de Curt.in eodem diuerſ. feud §.declarata igitur per totum, vbi copiosè, præterea agnatis conceditur,quod extraneis denegatur,& è contra,in quibus caſibus tradit Affli&.in cap.inueſtitura §. ſed & res num.23. per quos fiat inueſtit.

Num.33. text. iſte inquit Reg de Curt. vbi ſupra nu. 137. inducit præſumptam inueſtituram,& num.149.limitat, & ampliat diſpoſitionem ipſius multifariam, notauit vltra eum aliqua ad ornatum iſtius text. Anna in rubr.de vaſall.decrep.ætat.nu 446.

Num. 36. de hac ſcientiæ materia latiſſimè in conſimili proſequitur Rendell. in eod.tract. loc.cit.nu.5.& ſeq.

§. XI.

NVm. 1. videas notata ſuper eodem in §. præcedenti nu.14.

Num.2. alienatio feudorum expreſsè vetita eſt, tàm ex diſpoſitione iuris communis ex l.imperialem, vbi Affl. Camerar. & Capyc. quam ex iure Regni noſtri ex conſtit. conſtitutionem, vbi Doctor. Duen.in regul.40. Conſil.de Georg.in alleg.14.num.29. inde prohibitione tali exiſtente cenſetur prohibita omnis alienatio, per quem dominium transfertur,Affli&.in cap.1.num.17. de controu.inter Domin.& agnat.ſic è contra ſubnectit ipſe num.18. data facultate alienandi cenſetur conceſſa poteſtate alienandi quouis modo: feuda enim de per ſe ſunt alienabilia, & de commercio, vt cenſuit Auctor ſupra eodem §. 2.nu.11.& in conſ.14.nu.14. vol.2.& deciſ.16.nu.30 cum ſeq. & deciſ.37. num.17. vbi plura de hoc, ſed attenta iuris diſpoſitione effecta sũt inalienabilia,& propterea feuda licitè vendi poſſint, vt proſequitur Reg. de Curt. in d.diuer.feud. §.reliquum eſt nu.9. & Auctor dd.deciſ.allegatis, ſed tamen accedẽte conſenſu Domini, Duena vbi ſupra, Mantua conſ.223 nu.3. vol.2. Gozzad.conſ.26. num 9. ſicq; feudum eſt in commercio, nam venditur, & alienatur, licet quid difficilè reputetur cum neceſſario adhoc,vt ſit in commercio requiritur aſſenſus tertij,ſcilicet Domini directi,idẽ Reg.de Curt.in eod.tract.in § multoties concedens nu.88. vltra Auctorem in locis memoratis.

Num.3.idem enim iudicatur de feudo,ſicut de actione ad feudum, Præſ. de Franch. deciſ. 593.nu.1.& deciſ.153.nu.25.& ſic deciſum retuli in meo Compend. verb. actio, inde ſubſequitur,vt ſicuti in alienatione feudi aſſenſus Regis requiratur, vt dixi ſupra eodẽ nu.1. ſic pariter in diſtractione iurium feudorum:hinc eſt quod aſſenſus Regis expreſsè requiritur, ſi tractetur de transferendo actionem hypothecariam, quam quis habet ſuper feudo pro quantitate, in qua reperitur creditor, etiam ſi non adeſſet ſucceſſor, Conſil.Rouit.in pragm.4.nu.2.de feud.pariformiter aſſenſus neceſſarius erit, non ſolum quoties diſponeretur de corpore feudi, ſed quando ius in re conſtitueretur, idem ibidem nu.105.ita quoque,& conſtit.conſtitutionem locum habet, non tantum in feudis, ſed etiam in iuribus feudalibus, Auctor noſter in conſ..59.nu.22.vol.2.

Num. 4. videas noſtrum Auctorem ſupra de Reg.impoſit.§ 7.nu.31.

Num.5.dixi ſupra eodem nu.3.in princ.

Num.6.dixi in meo Compend. verb. creditor anterior, & conferunt addita ſupra eodem num.3 an autem in refutatione,& ceſſione requiratur aſſenſus,vide Maur.Iun.in alleg. 42.nu.9.& 10.

Num.

Num. 7. adde Affli&. in conſtit. hac edi&ali nu. 10. & optimè Anna in rubr. de vaſall. decrepit. ætat. nu. 287. ſi valeat aſſenſus commutata perſona ſucceſſibili, vide ſupra §. 8. numer. 11.

Num. 8. vide ſupra eodem tit de aſſenſ. Reg. ſuper dote §. 1. nu. 33. & ibi addita.

Num. 9 quamuis enim poſſeſſio feudi voluntate transferatur, vt putat Anna in d. rubrica nu. 440. quia poſſeſſio feudi ex inueſtitura tranſlata minimè cenſetur, niſi realis ſubſequatur traditio, Conſil. Rouit. in pragm. 5. num. 11. de Baronib. propterea cum effectu exigitur conſenſus Regis pro tranſlatione poſſeſſionis feudi, etenim cenſetur pariter inhibita ex alienatione feudi prohibita ex vi comprehenſiua.

Num. 10. alienatio feudi prohibita eſt de iure feudorum, & iure Regni, dixit Conſiliar. de Georg. in allegat. 10. nu. 1. vide ſupra eodem num. 2.

Num. 11. vide Auctorem ſupra de aſſenſ. Reg. ſuper dote §. 1. nu. 31. & 32. & ibi addita per me, de quo vltra prædicta vide Præſ. de Frãch. deciſ. 540. nu. 1. an autem in conſentiente locũ habeat, vide Auctorem in conſ. 157. nu. 41. vol. 2. & immunitas cõceſſa locatis Apuleę vendentibus fętus lanas, & alia ex grege eorum, an ad emptores extendatur, deciſum fuit affirmatiuè, vt dixi in meo Compend. verb. immunitas.

Num. 12. videas eundem Auctorem noſtrum in loc. cit. nu. 44.

Num. 14. licet autem virtute iſtius clauſulæ conſtituti, & præcarij, & pacti de ingrediendo poſſeſſionem debitoris, vt poſſit ingredi nõ facta liquidatione, ſatis loquatur Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. nu. 69. adhuc tamen vrbanius agendo poſſit Iudicem adire actor, & licentiam impetrare ingrediendi, vt ipſe proſequitur, vltra Annam in alleg. 147. nu. 2. In contractu autem feudali, non tamen requiritur aſſenſus primæuus ſuper venditione facta, & ſi adeſſet clauſula iſta conſtituti, & præcarij, & quod propria auctoritate liceat capere, & ingredi, & ſimilia, quæ generaliter fieri conſueuit, & habentur pro expreſſis, nec eſt opus inſerere in memoriali, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 15. quæſt. nu. 3. ſed etiam ſi feudum ipſum obligatũ alienaretur, vel iudicialiter diſtraheretur nouo tamen aſſenſu opus eſſet, ex traditis per Cõſil. de Georg. in alleg. 6. nu. 45. reſpectu noui emptoris vaſalli, Præſ. de Franch. deciſ. 620. num. 8. ſed etiam reſpectu ipſius creditoris petẽtis illud ſibi adiudicari, vt dicit hic Auctor ex pragm. 26. de feud. vel ſi fuerit facta de eo ceſſio per creditorem, prout alias per Sac. Conſ. deciſum fuit, vt nouus aſſenſus requiratur in adiudicatione faciẽda ceſſionario petenti aſſiſtentiam, cum poteſtate capiendi, teſte Maricon. in conſtit. conſtitutionem diu. memor. in opere Gramm. ſuper d. conſtit. nu. 29. & Dominus præſtando aſſenſum ſuper obligatione feudalium intelligitur, vt creditor illam obligationem in feudum habeat, ita Auctor conſ. 64. nu. 11. eod. vol. ſed reſpectu illius poſſeſſionis adipiſcendæ, alius requiritur aſſenſus, vt dixi ſupra num. 9.

Verſ. D. de Franch vide in meo Compend. verbo hæres non exiſtens.

Num. 15. adde Molfeſ. in conſuet. Neap. cap. 8. in fine citantem Auctorem, quemadmodum licentia data vendendi per reſcriptum, non eſt opus alio decreto, vt noſter Auctor refert in conſ. 75. nu. 74. vol. 2. & conſ. 42. nu. 6. cenſet, quod conceſſo feudo, vt quis habeat ſub verbis illis tu, & hæredes tui, & cui dederis non aliter feudum, ſed allodium de iure communi feudorum diceretur, ſecus de iure Regni, an autem Barones in Regno poſſint concedere feudum cum clauſula ſimplici, & cui dederis etiam ſi interueniſſet Regius aſſenſus, Affli&. in cap. vnico num. 1. de feud. non hab. propr. natur. feud. tenet, quod non, quod limitat non procedere ſi conceſſiſſet cum dicta clauſula rem burgenſaticam, an tranſeat ad extraneum tale feudum conceſſum cum tali clauſula, vide Iaſ. conſil. 155. vol. 2. & quid operetur iſta clauſula, cui dederis, refert Mormill. in ſua diſput. paradoxica nu. 44.

Verſ. contrarium tamen, vide Annam in alleg. 41. nu. 33. & 34.

Num. 17. adde Auctorem ſupra eodem §. 3. nu. 24. & in §. 8. nu. 8. vbi addita per me hic conferunt, & Molfeſ. in conſuet. Neapol. part. 4. tit. de renunc. q. 13. nu. 30.

Num. 18. nihil enim operatur aſſenſus ſine contractu, Auctor in conſ. 150. num. 19. vol. 2. & multa ad hoc retuli ſupra in addit. ad §. 8. num. 7.

Num. 19. vide ſupra eodem de aſſenſ. Reg. §. 3. nu. 16. & ibi addita.

Num. 20. hic nota, quod Rex tantum poteſtatem habet concedendi feudum deuoluendũ, Anna in alleg. 45. num. 23. vbi ſubdit nu. 34. ceſſare in Baronibus, vbi multa notabilia tradit tanto magis in feudo deuoluto, & an, & quãdo ſibi, vel poſſeſſori pręiudicet, idem Anna in alleg. 62. an autem per nouam conceſſionem recipiat nouam naturã, vide Conſil. de Georg. in alleg. 8. num. 10. 23. & 24. nec per hoc videretur ius ſuum nouũ concedere, & ſibi prætudicare, Auctor lect. 11. nu. 16.

Num.

Num.21.Auctor noſter conſ.47.nu.13.vol.2. & conſ.75.nu.39.

Num.22. vide ſupra eodem tit. de elect. offic. §.3.nu.18.

Num.23.non enim datur extenſio in aſſenſibus, & multifariam exemplificaui in additione ſupra eodem §.5.nu.30.

Num.24.ſicuti etiam creditor ex pacto expreſſo potetit ingredi rei poſſeſſionem debitoris adipiſci,eamq; retinere,ſicut latius ait Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed.5.nu.4. & ſeq. ſic pariter,& vendere pignus, & quando hoc licitum erit,refert Hugo Donell.in tract.de pignor.tit.de diſtract.pign.fol.615.in paruis verſ.creditorem pignus,&c. de quo ſatis per Neguſant.in eodem tract.de pignor.in 1.mēbr.6.par.hinc eſt,quod venditio facta ſubhaſta cenſetur fieri iure creditoris,Anna in alleg.56.nu.3.quæ ſiquidem alienatio, & ſi dicatur neceſſaria, adhuc dicitur voluntaria reſpectu initij,quo fuit debitum contractum Conſil.Georg.alleg.6.nu.26.

Num.26.adde Auctorem ſupra eodem tit. de regal.impoſit.§.7. num 12.& ibi addita per me,& Maſtrill.de magiſtr.lib.5.cap.6.nu.41. & 65.

Nu.27.de hac deciſ.habetur in meo Compend. verb.hypothecaria, latiſſimè Muſcatell.in praxi Sac.Conſ. lib.2.par.1. gloſ.1. nu.136.ad 165. iſtam materiam aſſiſtentiæ intuetur, & multa ad eius ornatum copioſè deduxit, etiam reſpectu eius probationis, & nouiſſimè docet Marcell. Calà de modo articul. §. 2. gloſ.vnic. nu. 249. quomodo articulando probetur aſſiſtentia.

De Succeſſ.mulier.in Regno,&c. Tit. IX.

VIm.1 reſpectu conſtit.Regni in aliquibus cenſuit Conſiliar.de Georg.in alleg.11.nu.18.quod ipſa reintegrauit fœminas ad ſucceſſionem, à qua erant excluſæ per prauam conſuetudinem,ſed modificatiuè ad paragium extantibus maſculis,& ſic ipſa conſtit.primo vocat omnes,etiam fœminas ad ſucceſſionem, deinde maſculos præfert,& iubet fœminas dotari de paragio, Molfeſ.in conſuet.Neapol. par.4.q.17.nu.20. loquitur enim conſtitutio iſta in linea deſcendenti,vt notat Auctor in conſ.50.nu.26.vol.2.& pariter in aſcendenti,Conſil.Georg.allegat.30.num.3.procedit etiam in hæreditate materna, latè Franch. deciſ.667.nu.5. vbi alia plura pertinentia ad ornatum eius recenſet, non tantum in maternis bonis,quàm etiam paternis,idem in deciſ.171.nu.1.& non tantū in burgenſaticis, Anna alleg.70.num.39.ſed etiam in feudalibus,quādo tractatur de ſucceſſione in feudo plano,& de tabula,idem Franch.deciſ.7.nu. 1. & an ſit generaliſ,vt in toto Regno locū habeat, vel in aliquibus partibus, vide Camer.in cap.1.de ſucceſſ.feud.nu.101.aliaq; ad eius ornatum collexit Ricc.in colect.54 ſed reſpectu alterius conſtitut.vt de ſucceſſionibus notandum eſt, quod loquitur in ſucceſſione collateralium cum onere dotandi fœminas de paragio, vt per Auctorem d. conſ. 50.num.29.militat tantum in ſucceſſione lineæ deſcendentis, idem Camer.loc.cit.num. 35. nouum modum induxit in Regno ſuccedendi in feudo, vt teſtatur Conſil.de Georg. in alleg.17.nu.8.vbi plura ad eius materiam examinat, eſtq; odioſa,& non habet locum in feudis planis, & de tabula,ſed in quaternatis,Afflict.in rubric de conſuet.recti feudi nu.13.Franch deciſ.126.nu.4. nec etiam in feudis ruſticis,aut modicis,Maur.Sen.in alleg.20.nu.1.& multa alia ad eius ornatum dixerunt Anna in alleg.34.Conſil.de Georg. alleg.8.nu.11.& Ricc.colect.54. & quod fœminæ ſint excluſæ per maſculos ex conſtitut. Regni,vide Franc.de Amic.in cap.1. §.vidi etiam de ijs,qui feud.dar.poſſ.fol.111.nu.3. & poſt eos cenſentur vocatæ, idem ibi §.ex hoc fol.119.nu.2.

Num.2. paragium eſt ſubrogatum loco legitimę,Anna in alleg.70.num.13. Franch.deciſ. 618.nu.2.& idem eſt cum legitima,idem deciſ.559.nu.15. & loco debiti iure naturæ eſt, idem deciſ.61.nu.5. eſtq; onus feudi,& proinde debetur ad inſtar legitimę, Maur. Iun. alleg. 35. nu.3. & augetur ex fructibus ſicut legitima,Anna loc.cit.nu.15. & quando excedere poſsit legitimam,idem Franch.deciſ. 44.nu.3.D.Larath.conſ.26.nu.39. nam quandoq; liquidanda eſt vſque ad legitimam, quandoq; vſque ad virilem,Conſil.Rouit.in pragm.24.de feud.num.57.& de hoc copioſè Molfeſ.in conſuet.Neapol.par.3.q.7. & par. 4.q.16. D.Larath.vbi ſupra, qui limitat in nupta non poſſe eſſe minus legitima, Tutius alleg.3. nu.5. & 8. & ſic deciſum refert Fuſcus ſing.105.lit.F,& quid in paragio Monialium, idem Conſil.Rouit. vbi ſupra num.71. Molfeſ. ibidem, competitq; filiabus tàm ſuper burgenſaticis,quàm ſuper feudis remanſis in hæreditate patris, idem Conſil.Rouit, vbi ſupra nu.56.& qualiter erit in hoc paragium,vide Fuſcum ſingul.allegat.105. lit.F, deciſiones verò multas in materia iſta paragiorum adduxi in meo Compend. verb. paragia, & verb. paragium, vbi etiam memini

de

de hac eadem deciſione noſtri Auctoris hic citata, vltra collecta pro ornatu materiæ prædictæ paragiorum per Riec. collectan. 13. 746. & 1803. vltra Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par. 3. q. 7. nu. 12. de noſtro Auctore hic loquentem.

Num. 3. dixi in meo Compend. verb. paragium an poſsit, vbi allegaui Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par. 3. q. 7. nu. 12. & ad noſtrum propoſitum de filia indiſcretè dotata à patre, & nupta pari, ſi poſt mortem patris petere poſſit ſupplementum legitimę, etiam ſi amplius petere prohibita ſit in teſtamento facit cõſ. D. Camill. de Larath. 26 per totum.

Num. 4. nota, quod excluditur filia fœmina, quando eſſet dotata de bonis eius, de cuius ſucceſsione agitur, de quo per Auctorem in d. conſ. 50. num. 26. & ſucceſsiuè debetur paragium, quando à ſucceſsione excluderetur, Anna in alleg 70. nu. 2. & copiosè in allegat. 81. vbi n. 6. refert, quod in Ciuitate Neapolis ſufficit vnica dotatio, vt excludatur ab omnium dotatione, ſecus in Regno ſtante conſtitutione, Maur. Iun. alleg. 23. nu. 2. Auctor in d. conſ. 50. nu. 26. & in hoc videtur militare pragmatica hic ab Auctore allegata i. de feud. de cuius intellectu loquitur Franch. deciſ. 328. nu. 3. & deciſ. 329 quando procedat, & eam citant Afflict. in conſtit. in aliquibus nu. 24. Campag. in cap. conſiderantes ſub nu. 24. verſ. tertio hoc, Fuſc. ſingul. 99. lit F, ſimiliter à feudo excluditur, Anna in d. alleg. 34. nu. 16. & demum Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 4. q. 29. nu. 1. allegat hic Auctorem.

Num. 5. adde quod frater tenetur ſorori ad paragium, prout ad legitimam ſibi competentem, Anna in alleg. citata 70. num. 22. & 40. non tantum quando de paternis bonis illam dotauerit, vbi nullus miniſter iudicabitur, Franch. deciſ. 619. num. 9. ſed etiam de bonis maternis abſque tamen onere, D. Camill. de Larath. conſ. 69. nu. 11. & ſeq. in quibus paragium verſatur, non tantum ſi poſt mortem patris, vel matris dotauerit, ſed etiam ſi inuita patris, nam poſt mortem eius teneretur ad paragium, ſicut ex mente Andr. refert Conſil. de Georg. in alleg. 9. nu. 39. & indifferenter frater tenetur maritare ſororem, vel ſi fuerit vtrinque coniuncta de bonis communibus, vel ex parte patris de bonis paternis, aut matris de bonis maternis, Afflict. in conſtitut. fratribus ſub num. 1. & de conſanguinea ſorore loquitur D. Camill. de Larath. conſ. 8 num. 1. & ibidem de vterina nu. 16. ſed etiam in bonis feudalibus, Auctor noſter in lect. 10. nu. 21. etenim frater in feudo ſuccedens tenetur ſororem ſuam ex patre commune natam dotare, idem Afflict. in conſtit. Comitibus in princ. ſub nu. 1. cum onere tamen paragii, ſicut ibidem Auctor ſubnectit, ſimiliter in feudis maternis frater tenetur ſorori ad dotem de paragio pro feudis maternis in Regno, Auctor conſ. 18. vol. 2. nu. 4. ſed ceſſantibus bonis maternis, & paternis frater tenetur dotare ſororem inopẽ de ſuo, Anna ſingul. 224. & eam alere, quod ſequitur idẽ D. de Larath. conſ. 26. nu. 61. inde infert Afflic. in d. conſtit fratribus nu. 24. quod frater ſi ſua induſtria diues effectus teneatur dotare ſororem, ſi non haberet ex bonis parentum, & ob id ſi frater aliquid de ſuo promiſiſſet, vt excluderet ſororem à ſucceſſione ipſius, ſicut noſter Auctor dixit, quod ſoror etſi dotata fuiſſet de bonis paternis ſuccederet fratri, licet non habeat niſi paterna, Anna in alleg 117. nu. 3. Fuſcus ſingul. 101. lit. F, & ſucceſſiuè competeret ei paragium de bonis fraternis, Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 4. q. 21. nu. 5. & q. 29. nu. 16. etiam ſi de ſuo dotaſſet frater, & ſubdit ibi Molfeſ. d. q. 21. nu. 8. hic citando Auctorem.

Num. 6. ſoror dotata hodie excluditur à ſucceſſione, Anna in repet. rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu 393. & potiſſimum in Ciuitate Neapol. ſoror dotata non ſuccedit fratri, idem in d. alleg. 70. num. 45. ſufficit enim, vt ſemel dotata ſit, vt excludatur, vt dictum eſt ſupra n. 3. & hanc quæſtionem examinat Molfeſ. in d. conſuet. Neapol. par. 4. q. 29. per totam, vltra eum Maur. Iun. alleg. 23. nu. 2. dummodò ſit dotata de paragio, quemadmodum notatum eſt ſupra eodem nu 4.

Num. 7. ad hoc vide Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 2. tit de bonis q. 1. & par. 4. q. 29. nu. 25. vbi allegat Auctorem hic latius, Franch. deciſ. 546.

Num. 8. vide in meo Compend. Deciſ. Regni, verb. filiafamil. & verb. filiſfamil. vbi alios Doctores citaui, vltra Molfeſ. in d. conſuet. Neapol. par. 2. tit. de bonis q. 3. & 4 & in addit. q 4 nu. 6.

Num. 9. latè idem Molfeſ. in d. conſuet. Neapol. par. 2. tit. de bonis q. 11. vbi etiam meminit de Auctore noſtro.

Num. 10. idem Molfeſ. in d. conſuet. par. 4. tit. de renunc. q. 10. nu. 24. & 25. & memor fui in meo Compend. in verb. vir promittens, & verb. promiſſor de hac deciſione, vbi alios allegaui Doctores, ad quod addo Muſcat. in praxi fideiuſſ. par. 1. mod. 19. per totum, Apicel. in tutam pauper. tit. 4. nu. 695. in addit.

Num. 11. idem Molfeſ. vbi ſupra, & proinde verum eſt, quod quando vir promiſerit de proprio ſatisfacere, caſu quo mulier non renunciauerit teneretur ad pœnam, & intereſſe, teſte Muſcatell. loc. cit. nu. 14. quod ſatis notan-

notandum eſt, ſi ſimpliciter promiſerit renunciari facere vxorem tunc faciendo omne poſſum ad aliud non teneretur, niſi ſpecificè promiſiſſet, etiam de proprio ſatisfacere in caſu, quo vxor non ratificauerit, & hoc mihi contingit elapſis menſibus in facti occurrentia conſulere, quid de iure ſentirem facta promiſſione per virum renunciari facere eius vxorem, & ſimiliter dotationem ipſius à fratre vxoris factam ratificari per filios inde naſcituros ad omnem requiſitionem ipſius fratris, eumq; compertum eſſet poſt certos annos dictam mulierem læſam notoriè ab eius fratre minus dotando illam, non habito reſpectu ad paternum legatum importans duc. 2000. & dos conſtituta erat ducatorum mille, & inde conquerentibus filijs ipſis contra eorum patruum ad ſolutionem legati auerni poſt mortem eorum matris, & licet per cõuentum fuiſſet oppoſitum contra virum promittentem ratificationem filiorum ipſorum replicabatur nullatenus fuiſſe per eum requiſitum, tẽpore quo vxor in humanis erat, & reſpectu ratificationis filiorum ſuorum, quæ ſimpliciter facta fuerat, non aliter ſe de proprio obligando, ſed ſimpliciter per rationem allegatam ad aliquid non teneri, ſicq; cauſa compromiſſa, prout audiui ab ipſis partibus pronunciatum fuit in beneficium filiorum legatum petentium, nulla habita ratione de allegata promiſſione ratificationis à patre facta ſimpliciter, & ſic ſe concordauerunt.

Num. 12. videas in eodem meo Compend. verb. legitima an debeatur, vbi quamplures allegaui.

Num. 13. videas in eodem meo Compend. verbo renunciatio 1. & 2.

Num. 14. optimè Molfeſ. in d. conſuet. Neapol. par. 4. q. 4. & q. 7. nu. 1. allegans hic Auctorem, & pariter refert maſculiationem ipſam non procedere de iure conſtit. Regni, & in q. 7. ſubnectit ſecundum iura Regni fratrem poſſe ſoluere paragium, etiam facta maſculiatione, de iure verò conſuetudinario ſecus eſſet, nam maſculi, vt fœminæ excludant tenentur illas dotare de paragio, alias illæ maſculiantur, idem in dicta par. 4. q. 1. nu. 5. ad quod duo ſiquidem ſunt neceſſaria, ſcilicet vt infra decimum ſextum annum matrimonio collocentur, ſecundo & dos de paragio illis ſoluatur, idem ibidem q. 11. nu. 2. & ſic per lapſum temporis ſtatutum vti maſculiatę admittuntur ad virilem, vna cum maſculis, vt per Conſiliar. de Georg. alleg. 29. num. 2.

Num. 15. videas ad hoc Molfeſ. in d. conſuetud. Neapol. eadem par. 2. tit. de bonis q. 20. vbi diffusè iſtam materiam examinat citando Auctorem hic.

Num. 16. idem Molfeſ. in dicta conſuet. par. 2. tit. de bonis q. 5. adde Bertach. in ſuo repert. verb. vſura, ſub nu. 130. verſ. vſura prouenit, vſura enim deriuatur ex re aliena, ſicuti ex re propria fructus percipiuntur, Gulielm. Bont. in tractat. de vſuris num. 41. hinc vſurę dicuntur naturales acceſſiones, ſicut penſiones, Gloſ. & ibi Alexand. in l. qui ſe decondit. ob cauſam, & quemadmodum vſuræ fructus dicantur, notat Affict. in conſtitut. vſurariorum ſub num. 13. verſ. item vſura eſt facere fructus ſuos rei pignoratæ, &c. ſic & penſiones domus, quæ ſunt fructus ciuiles, Franch. deciſ. 160. num. 7. loquendo de vſuris promiſſis à iure, in quarum loco hodie ſubrogatum eſt intereſſe damni, vel lucri perditi, quod officio Iudicis ordinarij peti poteſt, Matthef. ſingul. 90. num. 3. nam vſura de per ſe conſiderata, non ſolum iure naturali, ſed diuino, pontificio, & ciuili vetita eſt, latius Peguera deciſ. Cathal. 30. per totam, & Petr. Royz Maureus deciſ. Lituan. 5. per totam, & ſic extra rem, nam pecunia non parit pecuniam, nec ex ea debentur fructus, Molfeſ. conſ. 9. num. 32. non mirum ſi vſura extra rem dicatur, ſicut intereſſe extra rem Pileus quęſt. 70. num. 1. & feudum dicitur res extra patrimonium, Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. pro cuius nu. 3. fol. 3. & dicitur extra hæreditatem, idem in d. cap. 1. §. effectus ergo fol. 13. nu. 7.

Num. 17. Iſtam quęſtionem attingit Molfeſ. in Commentar. ad conſuetud. Neapol. dicta par. 2. tit. de bonis q. 1. per totam, vbi ipſam luculenter pertractando, etiam citat hic Auctorem noſtrum, & deciſio de hoc refertur in meo Compend. verb. bona empta, & quid ſi eſſent empta extra diſtrictum, alia deſuper deciſio ex Iacobo Anello de Bottis in eodem Compend. citatur in verb. bona extra diſtrictum, vbi alios Doctores allegaui.

Num. 18. vide eundem Molfeſ. in dicto tit. de bonis quęſt. 14. diffusè citando Auctorem hic quæſtionem iſtam examinat.

Num. 19. non enim locum habent quando fieret diſpoſitio inter viuos, vt per Molfeſ. in d. par. 2. tit. de bonis q. 5. nu. 5. & 29. & copioſè in p. 3. q. 1.

Num. 20. idem Molfeſ. vbi ſupra eadem par. 2. quæſt. 5.

Num. 21. multo fortius in Prælatis, qui præſumuntur bona ab eis poſſeſſa, quæſita de bonis Eccleſiæ, Maur. Sen. alleg. 6. nu. 1. & allegat. 17. nu. 2. vltra Lapum alleg. 113. nu. 1.

Num. 22. idem Molfeſ. dicta par. 2. tit. de bonis, & conferunt hic notata ſuperius nu. 17. quid

autem in bonis reemptis virtute pacti de retrouendendo, an ſint ſubiecta conſuetudini, & quid in aliis ex cauſa neceſſaria alienatis, vide eundem Molfeſ.loc.cit. q.2. per totam,& in tit.de renunciat.q.15. nu.1. allegantem Auctorem hic.

Num.23. ex lectura ipſarum conſuetudinum patet differentia, quæ ſiquidem ſint conſuetudines Capuanæ,& Nidi,vulgò dictæ *alla noua manera*,patent in volum.conſuet. Neapol. fol.mihi 131. de quibus per Franch.deciſ.537.nu.7.allegantem Afflict.hic citatum latè D.Camill.de Larath.conſ.115.vbi differentias, & concordantias aliquas tradidit, de quo ſatis per Molfeſ. in conſuet. Neapol. par.1.cap.4. per totam.

Num. 24. conſuetudines iſtæ more magnatum patent in eodem volum.conſuetud.Neapol. fol. 134. de quibus per Molfeſ.in comment. conſuet.Neapol.par.1.cap.3. per totum, vbi multa de hoc tradit vltra Nunt. Pellic. in conſuet.Auerſ.cap.final.tit.conſuet.magnatum fol.240.vbi in eius comment. poſt illas multa pertinentia ad magnatum materiam retulit.

Num.25.adde Molfeſ. in conſuet.Neapol. par. 1.cap.3.nu.21.& par.7. q.2. nu.12. aduerte quod conſil. Auctoris noſtri eſt in 2. volum. conſ. 110. & ſequuntur alia conſ. 111. 112. 113.& 114 eiuſdem materię,de qua ſiquidem deciſione hic mentionata mentio habetur in eodem meo Compend. verb. filij mortua matre, vbi nonnullos Doctores citaui.

Num.26.non enim fęminæ ſunt excluſæ in perpetuum,Gulielm.Monſerat.in tract. de ſucceſſ. Regum nu.33. ſunt enim excluſæ fœminæ ipſę modificatiuè, ſicut teſtatur Conſil. de Georg.in allegat.11. nu.18. inde pendente dotatione, fœmina non aliter diceretur excluſa,Anna in allegat.117 nu.11.ideò fœmina non ſimpliciter à ſucceſſione ob maſculos excluditur, ſed conditionaliter, ſi à fratre,vel filio fratris dotetur,Afflic.in conſtit.in aliquibus num.25.Vrfill.deciſ.355.nu. 11. ſimiliter in feudalibus de iure communi non ſemper fœmina erat excluſa,quia quando Dominus volebat admittebat, Anna in rubr.de vaſall.decrep.ætat. nu.387. vbi ſubdit,ſimiliter hodie admitti debere, ſed non ſtantibus maſculis, nam etiam de iure communi filia ſuccedit patri in bonis burgenſaticis,& feudalibus, ſi non extent filij,aut nepotes, Afflict.vbi ſupra num.5 & Viuius in opinion.777. & intantum hodie ſunt excluſæ, inquantum adſunt maſculi, latè Molfeſ. in conſuetud.Neapol.par.3. quæſt.23. nu.5. & par.4.tit.de renunciat.q.1.num.32. & ita ſub iſta conditione ſi maſculi extent,velint, & poſſint ſuccedere, & eas dotent, idem Molfeſ.dicta par.3. & q.23. num.5. & par.4. q.6.num.8. & ſeq. & an iuxta quæ ictum Auctoris noſtri fœmina exiſtens in gradu proximiori, excludatur per maſculos exiſtentes in gradu remotiores,videas eundem Molfeſ. par.4 q.27.nu.6.9.& 11.& q.56.nu.7 & infra eodem nu.31. vnde ex iis fœminæ non totaliter excluſæ cernuntur,ſed impeditæ,Franc. de Amic.in cap.1.de iis,qui feud.dar.poſſ. §. hanc difficultatem nu.4.fol.122.& fœmina proximior prefertur maſculo remotiori,Couar.lib.3.var.reſol.cap.5.ſub verſ.rurſus 7.

Num.27.verùm eſt, quod agnationis ratio videtur habita quò ad perſonas nominatas, Peregr.in tract.de fideicomm.art.25. nu.16. vbi vltra Molin. hic ab Auctore citatũ alios allegat, annuens, quando agnationis ratio ceſſare videatur, & mihi ſummopere placet ratio ab eo citata in præcedenti nu.25.dicto artic.25. id facere teſtatorem fideicommittentem, vt bona in maſculinitate, & agnatione conſeruentur, quod ſatis confert diſpoſitioni noſtri ſtatuti excludentis fęminas propter maſculos,vt in conſtit.ſtatuimus,ad hoc, vt hæreditas perueniat ad maſculos, quemadmodum notatum reliquit Afflict. in d.conſtit.nu.71.ſubnectens,quod ideò facta fuit iſta conſtit. vt agnationes,& familię nobilium conſeruentur,& hoc concernit publicam vtilitatem, eo quia publicè intereſt, vt bona veniant ad agnatos maſculos,vt ibi per eum,quibus ceſſantibus fœminæ deinde admittuntur, vt dixi in præcedenti nu.26. quæ ſiquidem fœminæ maſculis defunctis, quaſi iure poſtliminij paterna bona recuperant, Molfeſ.dicta par.3. q.23. num.6. adeò quod fœminæ pro maſculis etiam in feudalibus intelliguntur vocatæ ordine ſucceſſiuo poſt maſculos,Peregrin.in eodem tractat.art.17. nu.40. Imò feudum pro hæredibus maſculis, & fœminis quæſitum deficientibus maſculis ad fœminas pertinet,latè Minſinger. cent.5. obſeru.74.nu.2.& quid in feudo empto, vide eundem d.cent.5.obſeru.73.vndè fęminarum excluſio maſculorum fauore facta fuit, cui renunciari maſculi poſſunt, & ad ſucceſſionem ſorores admittere,idem Frãc.de Amic. in d.cap.1.§.eodem nu.4. fol.122.

Num.28.an autem ſtatutum excluſiuum fęminarum propter maſculos dicatur fauorabile, vel odioſum, diſputauit Alber.Brun. in tract.de ſtatut.exclud.fœm.propter maſcul. in 4.art.principali.

Num.29.vide Molfeſ.in d.par.4. tit.de ſucceſſ. ab inteſtat. quæſt.27. num.6. & num.8. & 9. vbi recordatur de noſtro Auctore hic, & quomodo ſuccedant agnati in feudalibus, potiſſi-

potiſſimum attenta proximitate, vel remotione ipſorum, vide Gulielm. Monfer. in d. tract.de ſucceſſ.Reg.nu.36.& ſeq.

Num.30. ſic in terminis tradidit Reg.Valenz. in conſ.97.num.13.& notoriè demonſtratur ex diffinitione lineæ, quæ eſt collatio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens, vt per Ant.Roſell.in tract.de ſucceſſ. ab inteſtat.num.41.& ſingulariter Napodan. in conſuetud.ſiquis, vel ſiqua num.237. refert, quod gradus ſint in linea, & ex gradibus lineæ cauſantur, quare linea eſt quædam ſcala in qua ſunt gradus,ex quibus ſcala ſupra cauſatur,& non mirum ſi prius linea ſit præferenda, quæ cum tripliciter conſideretur, ſcilicet aſcendentium, deſcendentium, & collateralium, ſicut idem Roſell.vbi ſupra teſtatur, infertur lineam deſcendentem excludere deſcendentem, & aſcendentem collateralem,ſubnectit idem Napod.in conſuet. filiusfamil.num.18. & 19. in fin. concluditur demum deſcendentibus exiſtentibus excludi aſcendentes à ſucceſſione, Præſ. de Franch. deciſ 47.nu.2. & ſic aſcendentes ſuccedere aſcendẽtibus iure repreſentationis vſque in infinitum,Molfeſ.in d.conſuet.Neapol. par. 4 q.1.num.2.eo quia deſcendentes plus iuris habent in hæreditate aſcendentium,quàm è contra,idem Peregrin.in eod.tract.art.49. num.43.quod etiam in feudis procedit Minſing.cent.3. in obſeru.93.nu.1. ſieq; prius linea deſcendentium antefertur, vt ſunt filij ſuccedere volentes patribus l.maximum vitium C.de liber.præter. etiam in feudalibus de iure communi feudorum cap.omnes filij, ſi de feud.defunct.milit.vbi Doctor. licet de iure Francorum ſolus primogenitus ſuccedat,& anteferatur Camer.in cap.1. n.104.de ſucceſſ.feud.Marta in vot.220.nu.27. & ſeq. attamen ceſſante linea primogeniti, ſubſequitur linea ſecundogeniti l. de emancipati C. de liber. hæred. quam allegat Alex.conſ. 5.col.2.verſ hæc confirmo vol.6. ſicut deſcẽdentes ex vno Colonello,donec extant præferuntur alijs de alio Colonello,Peregr.in d. tract.art.13.num.74.& hoc reſpectu ſucceſſionum communium parentum, cæterum ſi tractaretur de ſucceſſione filiorũ diuerſi matrimonij,reſpectu bonorum maternorum filij primi matrimonij ſuccederent in bonis primæ vxoris, & alij filij ſecundi matrimonij ſecundæ vxoris,idem Napod.in conſuet. ſiquis,vel ſiqua nu.127. & ſic pariter exiſtentibus aſcendentibus collaterales excluduntur,quia illis præferuntur, idem Napod. vbi ſupra nu.153.& ibi Ant.de Alex.in addit.ſecundo ſe offert gradus,qui eſt diſtantia perſonarum, vt declarat etiam exemplificando idem Ant. Roſell. vbi ſupra num.43. & talis gradus prærogatiua quando locum habet, tradit Napod. in d. conſuet. ſed ſi morienti nu.394.& in d.conſuet.ſiquis,vel ſiqua num. 29.tertio ſe offert prærogatiua ſexus,& quomodo verſetur attingit idem Napod. in d. conſuet.ſiquis, vel ſiqua num.118. cum ſeq. exemplificando demonſtrat ſatis ad Auctoris propoſitum, nam de iure communi non dabatur ſexus prærogatiua, vt aduertunt Molfeſ. in d. par. 4. q.18. num.2. & Conſil. Georg. in alleg.21. nu.59. ſed reſpectu prærogatiuæ ætatis caſum poſuit Conſil.Rouit. in pragm.11.num.220.& 21.de feud. vltra Affict.in l.imperialem §.præterea nu.33. & ſeq.de prohib feud.alien. per Feder. alia verò ad ornatum iſtius materiæ ſucceſſionis in feudo,referuntur à Camerar.in cap.1.de ſucceſſ.feudi.

Num.31.adde Molfeſ.in conſuet. Neapol. par. 4.q.27.num.6.an autem fœminæ excluſæ per maſculos, quemadmodum excluſæ ſunt per eos, qui ſunt in pari gradu, pariter ob proximiores in remotiori gradu exiſtentes excluſæ cenſeantur, doctiſſimè diſputatur per Alber.Brun.in d.tract.de ſtatut.exclud.fœm. & conſangu.lin.à ſucc. artic.11. in 14.quæſt. & quid ſi fœmina exiſtente maſculo excluſa à ſucceſſione, dicatur eſſe in ſecundo gradu, vide Peregrin.in eodem tractat. art.25. nu.49.in fine,nam quando maſculus deſcendit ex fœmina, & concurrit in eodem gradu,& linea excluditur, Anna allegat.34. numer.14.

Num.32. videas de hoc Peregrin. in eod. tract. art.26.nu.23.& Molfeſ.in d.conſuet.d.par.3. q.28.nu 1.

Num.33. mulier, vt hic Auctor dicit eſt familiæ ſuæ caput, & finis, & ante eum dixit Affl.&.in cap. vnico num 47. de natur.ſucceſſ. feud. circa verò reliqua videas Auctoremmet noſtrum in deciſ. 5. num. 6. & ſequent. vbi diſputando articulum notabilem, ſi deſcendentes ex fœminis dicantur de ſanguine, & plura ad ornatum recollexit, quam etiam ante ipſum eleganter diſputauit Conſiliar. de Anna in obſeruat. 11. Princeps, ſi præcedat alijs, & inſuper filia eſt de deſcendentibus, & de familia, & finis, quando extra familiam nubit, ſecus ſi in familia,& per conſequens admittitur cum onere fideicommiſſi, Auctor conſ.154.nu.30.vol.2.

Num. 34. de hoc ſatis habetur per Peregrin. in eodem tractat.artic.46. Molfeſ.vbi ſupra num.2.

Num.36.addas eundem Affl.&. in cap.ſequitur nu.76.de ſucceſſ.feud.& melius in cap. quod

ſibi num.13. de eo, qui ſibi, & hæred. &c. alios citat Fuſc. in ſingul. 95. lit. F, quid autem in burgenſaticis exiſtente fideicommiſſo, vltra ſtatutum, prout eſt in Regno, quod ſtantibus maſculis, &c. an filia defuncti excludat patruum, vide Minad. in d. conſtitut. in aliquibus in 3. notab. num. 21. vbi refert, quid fuerit deciſum, de quo in meo Compend. verbo filia defuncti, & inſuper ad rem noſtram ſi neptis ex filio repreſentet perſonam patris, & excludat patruum à ſucceſſione, refert Conſiliar. de Georg. in alleg. 9. num. 28. etiam in ſucceſſione aui ipſum excludit, Maur. Iun. in alleg. 12. nu. 3. vbi eſt notabilis diſcuſſio de hoc, an neptis ex primogenito excludat ſecundogenitum, videas in meo Compend. in verbo neptis ex primogenito.

Num. 38. iſtam quæſtionem prolixius examinat Molfeſ. in Commentar. ad conſuetud. Neapol. par 4. q. 32. per totam, & refert deciſiones hinc inde factas, de quibus memini in meo Compend. verbo neptis, & ſi neptis ex filio præmortuo retineat gradum, ſtipitem, dignitatem, & ſexum patris, copiosè Ioan. Andr. de Georg. in citata allegat. num. 25. & ſequent. & ſic excludit patruũ, vt dixi ſupra num. 36. an autem neptis excludat amitam in feudo, vide Annam in rubric. de vaſall. decrepit. ætat. num. 100. an autem patruum excludat, latè Napodan. in conſuetud. ſiquis vel ſiqua num. 118. & magis ſpecificè, iuxta caſum noſtrum, ſi filia fœmina relicta ex filio primogenito viuente auo excludat patruum, tradit Afflict. in cap. ſequitur num. 76. de ſucceſſ. feud. affirmatiuam partem ſequens, & de deciſ. Capyc. hic citata memini in meo Compend. verbo neptis, & ſic filia, vbi alios allegaui Doctores cum alijs deciſionibus ſub eodem verbo congeſtis, & in filio etiam firmat Auctor in lectur. 12. numer. 35.

Num. 39. vide Molfeſ. in conſuet. eadem par. 4. q. 27. nu. 8.

Num. 40. de hoc videas Albert. Brun. in d. tract. in 4. art. principali.

Num. 41. quamuis Auctor noſter in d. conſ. 50. num. 26. eod. volum. differere videatur conſtitutionem iſtam procedere in linea deſcendenti ſuccedente lineæ aſcendentium, quod etiam ſequitur Conſiliar. de Georg. allegat. 30. nu. 3. & ſic de deſcendentibus in eodem gradu exiſtentibus, & non vltra, vt dictum eſt ſupra nu. 26. imò eadem conſtit. procedit in hæreditate patris, & matris, Præſ. de Frãch. deciſ. 171. nu. 1. & ſubdit nu. 2. non procedere in hæreditate fratris, & ita extra illum caſum, etenim cõſtitutiones Regni ſunt ſtricti iuris, ita quod nec ad ſimilia extendũtur Afflict. in cap. ſiquis per 30. in 6. notab. nu. 10. ſi de feud. fuer. contr. inter Domin. & agnat. Molfeſ. in d. conſuet. par. 4. q. 32. nu. 16.

Num. 42. vide ſupra addita nu. 30. vltra Molfeſ. d. par. 4. q. 27. nu. 13.

Num. 43. vide eundem Molfeſ. in d. comment. ad conſuet. par. 4. q. 32. nu. 9. & ſeq. vbi allegat hic Auctorem.

Num. 44. idem Molfeſ. vbi ſupra nu 10. Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 9. nu. 8. & nu. 23.

Num. 46. vide in meo Compend. in eodem verb. neptis, vbi iſtas deciſiones allegaui.

Num. 47. vide Molfeſ. in d. comment. ad conſuet. Neapol. par. 4. q. 35. 36. & 37. vbi de hac materia ſubingreſſionis ſatis loquitur, an & quando procedat, & in quibus caſibus, & an in feudalibus ſubingreſſio detur per inueſtituram patris, Camerar. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. nu. 121.

Num. 48. vide in meo Compend. verb. nepos.

§. I.

NVm. 1. Frater fratri in feudo nouo non ſuccedit, ita Afflict. in cap. quia de feudis §. quia num. 43. de ij qui feud. dar. poſſ. & in cap. ſi quis acquiſierit nu. 1. & 2. de benefic. fratris, &c. & ab hoc regulariter excluditur, inquit Loffred. conſ. 38. num. 4. Alber. Brun. conſ. 63. num. 2. Anna in repet. capit. 1. num. 5. de vaſall. decrep. ætat. de quo in meo Compend. verb. frater an ſuccedat, vltra noſtrum Auctorem in conſ. 45. num. 19. volum. 2. & copiosè in lect. 1. nu. 102. & 103. lectur. 12. nu. 22. & 26. & maximè ſi in inueſtitura adeſſet iſta clauſula, tibi, & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, Afflict. in d. cap. mulier §. naturales in 2. notab. num. 39. ſi de feud. fuer. contr. inter Domin. & agna. & Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in tract. different. inter feud. quatern. &c. num. 27. & 28. quod ſecus eſt hodie ex ſpeciali gratia conceſſa, non obſtante dicta clauſula, illos ſuccedere, dixit Conſil. de Georg. in allegat. 21. num. 68. ante eum idem Camerar. in dicto cap. 1. de ſucceſſ. feud. num. 30. Similiter ſuccederet, ſi in conceſſione feudi dictum eſſet pro ſe, & ſucceſſoribus in perpetuum, ita Maur. Iun. allegat. 21. num. 8. limitatur tamen hæc generalis regula quatuor modis per Afflic. in d. cap. ſi quis acquiſierit nu. 8. præſertim ſi fuiſſet acquiſitum ex communi pecunia, dixit ibidem n. 3. quod & ſequitur Auctor d. conſ. 45. nu. 19. & in lect. 9. num. 47. & ſeq. & ſic deciſum in hoc Regno Auctor hic concludit ex deciſ. Afflict. 293. de qua in meo Cõpend. verb. frater an ſuccedat, quem

quæ ſiquidē regula pleniùs tractatur à Duena in regul. 385. & Donat. à Fina inter commun. opinion. in tract. de feud. tit. de ſucceſſ. feud. nu. 131. vltra Camer. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. nu. 36. & ſeq. vide ſupra de refut. feud. in prine. nu. 22.

Num. 2. vide Affli&. in conſtit. vt de ſucceſſionibus nu. 21. & Auctorem in d. lect. 1. nu. 103. & lect. 12. nu. 26. Andr. in d. conſtit. quem ſequitur Conſil. de Georg. in alleg. 21. nu. 20. & 32. prout in eodem Compend. verb. frater an admittatur, & ibi ſic iudicatum refertur tēpore Caroli Primi, an autem frater vterinus præferatur patruo, idem Conſil. Georg. alleg. 23. & ibi nu. 2. quęrit, ſi ſuccedat quando mater renunciauerit, & quid in alijs ſucceſſionibus bonorum burgenſaticorum, an frater vterinus excludat conſanguineum à ſucceſſione fratris vtrinque coniun&i, late Molfeſ. in d. conſuet. par. 4. q. 40. & an ſimul cum patre vocetur ad bona prædicta, idem in ſeq. q. 41. examinat, & alias deciſiones de ijs cumulaui in meo Compend. verb. frater vterinus.

Num. 3. quemadmodum enim conſtitut. Regni hic citata vocat ſimpliciter fratrem, intelligendum erit de quocumque fratre, vt opinatur Conſil. de Georg. in alleg. 21. nu. 32. ſic pariter, & de ſorore erit interpetrandum, nam appellatione fratris ſoror ſemper continetur, ita Affli&. in conſtitut. fratribus ſub nu. 2. in 2. quæſt. & ibi Batius in addit. lit. A, & melius liter. C, vbi loquitur de ſtatuto loquente in fratre, vt locum venditet etiam in ſorore per multas rationes ibi adducta, non tamen in materia feudali Frecc. lib. 2. de ſubfeud. q. 12. num. 22. & non mirum, ſi ex gratia à Rege noſtro conceſſa, reſpectu feudorum nouorum fratres, & ſorores ſuccedere debeant, ſicut Auctor notat, de quo etiam teſtatur Conſil. Georg. d. alleg. 21. num. 68. & quod ſoror vterina pro fratre habeatur, & vt frater ſuccedat, refert Molfeſ. in conſuetud. Neapol. d. q. 41. num. 2. prout in multis caſibus deciſum patet in eodem meo Compend. verb. ſoror vterina, & quod ſuccedat fratri in feudo nouo, tradit Frecc. lib. 2. in d. q. 12. num. 21.

Num. 4 frater ſuccedit fratri deſcendenti ſine deſcendente in feudo paterno, & antiquo, Affli&. in cap. ſequitur §. in alio nu. 1. de ſucceſſ. feud. & in cap. ſatis benè nu. 6. de proh. feud. alien. per Lothar. Io. Iacob. de Leonar. inter conſil. Bruni conſ. 114. num. 142. Pariſ. conſ. 13. nu. 57. vol. 2. & conſ. 14. nu. 2. eod. vol. Anna in cap. 1. nu. 85. de vaſall. decrep. ætat. ſed ſi eſſet frater vterinus ſicuti Auctor exprimit in feudo antiquo non ſuccederet, Affli&. in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus ſub nu. 21 ibi ſecus in feudo paterno, Conſil. Rouit. in pragm. 11. nu. 10. de feud. & quid in bonis antiquis extra diſtrictum Neapol. facit ſolemnem allegationem Conſil. de Georg. 23. & nota hic, quod ſi frater ſuccedat fratri, illud capit ex prouidentia legis, quando feudum eſſet paternum, Affli&. in cap. quia de feudis §. & quia num. 19. de ijs, qui feud. dar. poſſ. ex quibus colligitur, quod diuerſimodè ſuccedit in feudo nouo, vel paterno, idem in cap. duo fratres nu. 8. de duob. frat. à capit. inueſt.

Num. 5. & idcircò ad noſtrum propoſitum, vt frater ſuccedat fratri, non dicitur de natura feudi, Affli&. in d. cap. ſi quis acquiſierit nu. 12. de benef. frat.

Num. 6. vide Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 4. q. 4. nu. 8. & Conſil. de Georg. in alleg 21. nu. 20. & 32. qui etiam allegat Andr. hic citatum ab Auctore, de qua ſiquidem deciſione memini in meo Compend. verb. frater an admittatur, & ſubſequitur ibidem Conſil. Georg. nu. 31. quod frater ſuccedit in feudo, etiam peruento ex alio latere ſecundum Andr. & Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo in 17. quæſt. fol. 188.

Num. 7. de intellectu huius conſtit. quomodo, & quando procedat, multa dixi ſupra eodem tit. in princ. ſub nu. 1.

Num. 8. vide ſupra eodem nu. 1.

Num. 9 hic adde, quod aliquando frater vterinus excludit vtrinque coniunctum, in caſu relato per Conſil. Rouit. in pragm. 11. nu. 2. 20. & 21. de feud.

Num. 10. hæc opinio corroboratur ex alia ratione, etenim inueſtitura ipſa conceſſa, cum clauſula tibi, & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, licet dicatur feudū hęreditarium, non tamen definit eſſe feudum ex pacto, & prouidentia, Affli&. in cap. imperialem §. prętera nu. 33. de proh. feud. alien. per Feder. & in cap. vnic. ſub nu. 11. an agnat. & propterea mixtum, Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. nunc de altera num. 35. & 36. eo quod reſpectu hæreditariæ qualitatis ſucceſſor debet eſſe hæres, Anna in repet. rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 155. Auctor in lectur. 19. nu. 13. & 17. etiam ſi eſſet feudum ex pacto quando ſuccederet patri, idem Reg. vbi ſupra nu. 22. ſed quia in feudo ex pacto cum non ſit propriè ſucceſſio, vt ibi Anna n. 354. ponderat, propterea ſucceſſor debet eſſe de iuſto ſanguine deſcendente, ſicuti noſter Auctor retulit in lect. 14. nu. 9. & ante eum dixit Camer. in d. cap. 1. de ſucceſſ. feud. præſertim nu. 25. vbi exemplificat ſucceſſoris qualita-

tem iſtam, quod ſit de ſanguine, hoc eſt illius primi, qui acquiſiuit feudum, & hæc omnia verificare latius Andr. Gail lib. 2. in obſeru. 149. per totam, nam eis debetur ſucceſſio ex legis prouidentia, non autem à patre, ſed à primo acquirente, idem Auctor in lect. 13. nu. 37. quo fit, vt nepotes, & deſcendentes in infinitum ſuccedant in locum patris in ius, & priuilegium illius in linea deſcendenti, in linea verò collaterali per viam ſubingreſſionis, Auctor in d. lect. 12. nu. 33. quod ceſſat in fratre, qui cum ſit de linea collaterali excluditur, niſi ſpecificè fuerit in inueſtitura vocatus, hinc hæres ſanguinis appellatur idem Reg. de Curt. in §. multoties nu. 25. Secundo quia inueſtitura facta alicui, & ſuis ſucceſſoribus, vel hæredibus ex corpore deſcendentibus eadem dicitur, Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in formula inueſt. §. ſed poſtquam num. 25. & in hoc caſu, quia ſucceſſoris verbum in feudis intelligitur de perſonis habilibus ad ſuccedendum in feudo ex natura feudi, vel ex prouidentia conſtitutionis, vt idem Frecc. lib. 2. in 12. quæſt. num. 6. dixit, & propterea dum frater excluditur à ſucceſſione feudi, cum non dicatur de natura feudi, vt frater fratri ſuccedat, quemadmodum notaui ſupra eodem nu. 5. meritò excluditur, niſi dicamus ex prouidentia conſtit. hoc eſſe permiſſum, iuxta Auctoris noſtri ſententiam.

Num. 12. nam ipſa conſtitutio induxit nouum modum ſuccedendi in feudis, vocando fœminas, Conſil. de Georg. alleg. 21. nu. 18. item vocando fratres in feudo nouo, ſubdit ibidem nu. 19. & num. 20. ſubſequitur item vocando fratrem non cõiunctum ex latere feudi, imò vocat primo fratrem vtrinque coniunctum propter proximitatem, ſequitur num. 24. & demum num. 32. concludit, quod licet iſta conſtit. vocet primo fratrem ſimpliciter, ſic debet intelligi de quocumque fratre.

Num. 13. adde Auctorem in d. lect. 12. num. 31. quamuis forma ipſa inueſtituræ in Regno vigeat pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, Reg. de Curt. in d. §. de altera nu. 142. Lanar. conſ. 15. nu. 25.

Num. 14. vide Afflict. in l. imperialem § præterea ducatus nu. 34. de prohib. feud. alien. per Feder.

Num. 15. ſuccedere volens in feudo originem debet trahere ab illo vaſallo, cui vult ſuccedere, Afflict. in cap. per ſucceſſionem nu. 16. de grad. ſucceſſ. quare dupliciter in feudo ſucceditur, nam ſi loquamur in feudo hæreditario, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſucceditur, Frecc. de ſubfeud. lib 3. in differ. inter feud. hæredit. & ex pacto in 20. differ. & in iſto caſu exigitur qualitas illa, vt ſit hæres, vt poſt Curt. Iun. conſ. 138. nu. 13. Annam citatum ſupra num. 10. refert Iacobut. de Franch. in prælud. feud. rubr. ſpec. feud. nu. 110. quod ſuccedere quis non poteſt in feudis hæreditarijs, niſi ſit hæres primi acquirentis, idem Curt. Iun. conſ. 155. nu. 4. volum 2. in feudis verò ex pacto ſubnectit ibidem Frecc. neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſucceditur, ſed iure proprio tantũ, hic inquam ſucceſſio dicitur anomola, ſicuti ex mente Bald. confirmat Camer. in d. cap. 1. de ſucceſſ. feudi nu. 55. & nu. 60. aſſerit, quod in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, non datur ſucceſſio ab inteſtato, ſed ſpeciali prouidentia inde ſucceſſor in feudo illud capit, non ex teſtamento, nec ab inteſtato, ſed ſucceſſorio iure feudali ſubſequitur nu. 62. & nu. 65. id corroborat, quod in feudo non ſucceditur ex teſtamento, nec ab inteſtato, ſed cum vniuerſitate hæreditatis, hinc ſucceſſores ex primi acquirentis ſtipulatione, & pacto feuda capiunt, Camer. in l. imperialem §. præterea fol. mihi 771. in paruis de prohib feud. alien. per Feder. nec propterea filius in feudo ex pacto ſuccedens hæres eſſe patris adſtringitur, Reg. de Curt. in eodem diuerſ. feud. d. §. nunc de altera nu. 16. & 22. niſi eſſet feudum ex pacto nouum, idem Reg. loc. cit. num. 18 & in §. multoties num. 81. vel quando eſſet feudum Titio, & filio ſuo conceſſum, tunc neceſſe erit, vt ſit hæres, ita Iacobut. de Franch. vbi ſupra nu. 115. quod ſecus eſt in agnato, ſed quoties conceſſio facta eſſet cum iſta clauſula, tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore deſcendentibus, vel tibi, & liberis ex tuo corpore deſcendẽtibus, ob quod videtur eſſe feudum hæreditarium, ſed verius ex pacto, vt dixi ſupra nu. 10. & vltra ibi allegata idem confirmat Iacobut. de Franch. loc. cit. nu. 117. & 118. & in iſto caſu, quia non debetur iure hæreditario, ſed iure proprio, ita Calean. conſ. 74 nu. 5. & vt dixit hic Auctor non tantum erit neceſſe, vt deſcẽdat ex corpore vltimi morientis, ſed pariter quoties de hæreditario feudo ageretur ad hoc, vt illud conſequatur debet eſſe de ſanguine, & hæres primi, ac vltimi decedentis, idem Reg. de Curt. in d. §. multoties nu. 21. & 73. at in filio non erit neceſſe probari hæc qualitas cum ſufficiat copulatiuè, vt dicatur filius, & hæres per ea, quæ tradit Præl. de Franch. deciſ. 153. nu. 14. & ſeq. nam eſt vna, & eadem perſona cum patre, Afflic. in cap. vnico n. 22. an agnat. hinc filius patri ſuccedens non dicitur mutare perſonam, ſed vna cum patre eſſe cenſetur, idem in cap. item ſi Epiſcopus §. quin etiam num. 9. Epiſcopum, vel Abbatem, in alijs verò deſcendentibus ex

corpore

corpore acquirentis probanda erit qualitas ipſa, nam licet ſucceſſio feudi detur ijs,qui ſunt de ſanguine,vt putat Camer.in d.cap.1. de ſucceſſ.feud.nu.19.& 20 multipliciter iſtã ſanguinis qualitatem conſiderat, & in ſequ. num exemplificando demonſtrat multa conferentia ſucceſſioni prædictæ inſpecta ſanguinis qualitate,& num.25.refert caſus, in quibus ſufficiat,quod vaſallus ſucceſſor non ſit de ſanguine illius, qui tenet feudum, ſed illius primi acquirentis, reliqua verò pertinentia ad materiam ſucceſſionis feudorum refert Io.Blanc. in ſua ſumma par.3. tit.de ſucceſſ.feud.& reſpectu ſucceſſionum feudorum regalium Gulielm. Monſerat. in tract. de ſucceſſ.Reg.nu.39.

Num. 16. contrarium aſſerere videtur noſter Auctor ſupra eodem §.5. nu.3. & 7. vbi aliquã dixi.

De Prouiſionib. fier. ſolit. &c. Tit. X.

De feudis inhabitatis,&c.

IDem etiam tradidit Auctor ſupra de regal. impoſit. §.2. nu. 7. & Præl. Mormill. in conſtit. caſtra nu.8. hanc praxim Auctoris ſequitur ad materiam iſtius tituli, etiam Auctorem noſtrũ allegando,& aliqua ſcripſit Maſtrill. in tract.de magiſtr.lib.3.cap.10.num.76. ſed vltra eum ne ſicco pede pertranſire videar præmitto reſpectu terrarum demanialium, non eſſe dubium, quin ſi reperirentur inhabitatæ ad hoc, vt hominibus repleantur, & iterum habitare valeant homines ſolitum eſſe per Proreges, ſeù Reges ſub ſpe aliquæ immunitatis conceſſæ hominibus habitare volentibus eos allectare, vt dictum eſt ſupra, quod non ſic faciliter procedit in Terris Baronalibus inhabitatis,nam vltra, quod ipſorum Domini, ſcilicet Barones, conſimilia priuilegia concedere ſubſequeretur maximum damnum aliarum Terrarum demanialium, & Baronalium ob frequentiam hominum ibi confluentium,& propterea ſi in hoc releuarentur Terræ inhabitatæ, in alio reliquæ Terræ grauarentur ex careatia ciuium ſuorum, ideò non eſt iuſtum vnum altare deſcoperire,& alterum cooperire, notatur in cap. cum cauſam de præbend. & gloſ.in l. aſſiduis C. qui pot. in pignor. habeant. & ratio illa potiſſima eſſe perſpicitur, nam ſi loquamur de perſonis demanialibus,qui etſi eſſent nobiles,vel artiſtæ, quibus conceſſum eſt pro libito voluntatis accedere ad habitandum in Terris Comitum,& Baronum,vt refert Afflict. in conſtit.quiſquis de burgenſibus nu.1. non propterea alijs permiſſum demonſtratur in d.conſtit. eo quod burgenſibus paſſim inhibitum eſt,vt ſi derelicta eorum patria in Terras Baronum conuolauerint animo ibi permanendi, notabile intereſſe Regis oriretur ob ſeruitia ab eis debita, cęterùm ſi animum reuertendi haberent ſecus eſſet,ſicut ibi Afflict.nu.5. teſtificatur,& tanto fortius ſi eſſent vaſalli Baronum, qui ſi in alienis Terris Baronalibus conſluerint ad habitandum,non tantũ ipſi Domini Terrarum,quo ſe conferrent dicti vaſalli requirendi eſſent, vt remitteret vaſallos ipſos fugitiuos, ſed pariter ipſimet vaſalli cogendi erunt ad redeundum,ex traditis per Afflict. loc.cit.num.11.& ſequitur Frecc.de ſubfeud. lib.2. in 15.author.Baron. & idem Mormill. in conſtit.quiſquis, vbi alia notabilia poſuit ad hoc pertinentia, non mirum ſi benè procedit hæc Regalis prouiſio,cũ ſpeciali clauſula, vt de exteris habitatio ipſarum fieri debeat,potiſſimum de iſtis Albanenſibus, & Sclauonis;& in hoc particulari alias contingit hæſitari in Reg. Cam. ſi adhoa debeatur pro iſtis feudis aliquando habitatis ab iſtis Sclauonis, & ſimilibus, & quandoq; non, & deciſum fertur, quod ſi tempore impoſitionis adhoæ reperirentur habitare, quod ſoluant Barones ad rationem de feudis habitatis, & cum vaſallis, ſi verò tempore impoſitionis reperirentur non habitare, quod ſoluant pro feudis non habitatis, & ſine vaſallis, Iacob.de Ayello in ſuo tract. de iure adhoæ nu.57. de quo in meo Compend. verbo adhoa, & Frecc.ſingulariter de ſubfeud. lib. 2.in quæſt.10.nu.1. ad hoc plura cenſuit.

De Porta.

AD huiuſmodi materię ornatum agnoſcendum erit,quid ſit portus, nam refert Luc. in l.1.C.de liſt.cuſt.lib.12. vltra Afflict. in cap. vnico verſ. armandiæ nu.7. quæ ſint regal.quod ſit locus concluſus,vbi naues,& reliqua vaſella abſque læſione fluctuationis maris ſecurè ſtare poſſunt, & differt à littore, vt ibi per eum, & ſimiliter à ſtatione, idem Afflict.in d.cap. vnico verſ. portus nu. 3.& n.4.quærit, ſi portus veniat appellatione Ciuitatis,& tenet,quod ſic,& non mirum ſi alias in facto occurſo hæſitari viſum fuit tam in Mag.Cur.quàm in Sac.Conſ.de quodam inquiſito de homicidio,qui habebat gui datieum nè accederet Neapol.& per 30.miliaria circumcirca,qui cum fuiſſet captus in mole magna huius Ciuitatis, ad quam tunc appli-

applicauerat cum triremibus ex Ciuitate Ianuæ venientibus, vbi dictus inquiſitus aſcenderat, & fuit demum per Sac. Conſ. confirmatum decretum Mag. Cur. alias contra inquiſitum latum, vt procederetur ad vlteriora in cauſa, de qua per Conſil. Rouit. in pragmat. 1. de guidat. in noua compil. num. 10. verſ. in exitu Illuſt. Comitis, & licet Benuen. Stracca in ſuo tract. de mercat. tit. de ſponſ. verſ. vidi etiam nu. 2. aliter portum ipſum definire videatur, hoc eſt, vt ſit locus concluſus, in quo in portantur merces, & inde exportantur adhuc ſe concordare videntur, Neapolis tamen illa machina, fabricæ vulgò appellatur, *il Molo*, vt dixit Afflict. in d. cap. 1. verſ. portus nu. 5 & Ant. Capyc. in ſua inueſt. feud. rubric. feudor. clauſ. verſ. portubus, & ante eos Cępoll. in tract. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 28. in fin. ſpecificè loquens de Molo Neapol. qui ſic nuncupatur; quem Alphonſus Rex mirificè reſtaurauit, intra quem eſt notabilis portus Neapol. Ciuitatis, &c.

Num. 1. addas eundem Capyc. loc. cit. ſimiliter nec caſtra noua conſtruere ſine licentia Regis, vt in conſtit. caſtra, vbi Afflict. & memini fuiſſe annis elapſis inhibitum Ill. Principi Hoſtiliani ne caſtri ædificium cæptum ædificari in monte Terræ Montis Dragonis continuaret, quod adhuc ſtat in ſuſpenſo, Rex enim non ſolum ædificat, & deſtruit caſtra Baronum, vt per Mormill. in conſtit. caſtra, vbi plura recollexit ad hoc, ſed etiam impedit ædificari.

Num. 2. adde Bald. in cap. 1. in princ. quæ ſint regal. Capyc. loc. cit. & licet cuilibet conceſſum ſit in littore maris ædificare, vt dixit Afflict. in d. §. Armandiæ nu. 3. non tamen ipſum portum conſtruere, neque molum, vt ſubnectit in verſ. portus nu. 5. nam etſi ædificaretur expenſis populi, adhuc ædificium ipſum eſſet ipſius Principis l. intantum ff. de ter. diuiſ. quapropter non tantum portus ipſi, ſed redditus, & vectigal, quæ proueniunt ex ijs, quæ in portu, vel ex portu vehuntur ſunt ipſius, quia ſunt publica vectigalia, ita Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 5. conſid. 24. in 4 priuil. & hoc ius appellatur ancoragium, quod ſoluitur, quia naues ſtant in portu ſecurè, & quantum eſt ancoragium, tradit Afflict. in d. §. armandiæ nu. 8. & ſequitur in d. §. portus hoc ſpectare ad Regem, inſuper portus in littore maris, vel Regis expẽſis, aut communibus populorum de licentia Regis in Terris demanialibus ædificantur aut Baronalibus, prout eſt in ciuitate caſtri maris de ſtabia, vbi adeſt portus benè compoſitus, & inſtructus, quę eſt in dominio Ducis Parmæ, ſed ipſe portus eſt Regis, eiusq; introitus, & credo à Roberto Rege inſtrui iuſſum eius impenſis, nam in eadem ciuitate, & caſtrum, & domum quandam Regalem ædificari iuſſit, vt patet in cap. Regni cum ex noſtri cura, ſubſequenter conſtructo portu in mare pro ſecuritate nauigantium conſtrui ſolet ibidem lanterna, vt nauigantes ſecurius iter accipiant, & inde certum quid Cuſtodi ipſius ſoluitur, quod etiam ſpectat ad Regem, vel cui Rex conceſſerit, prout eſt Neapol. de quo ſingulariter Afflict. in deciſ. 392. & Leſſred. conſ. 21. & ibidem non licet alia ædificia conſtruere ſine expreſſa licentia Proregis, adeò quod exiſtente Turri prędicta in molo magno huius Ciuitatis, & nonnullis domunculis circumcirca ædificatis, detecta certa fraude, quia ibi bona prohibita extrahi occultari ſolebãt per nauigantes, nulla data notitia Portulanis in fraudem iurium fiſcalium, fuerunt iuſſu Illuſtr. Ducis Oſſunæ tunc Proregis illæ domunculæ diruta, & deuaſtatæ.

Num. 3 hoc eſt per Magiſtrum Portulanum, Luc. in l. 1. C. de litt. cuſt. lib. 12. ad cuius officium pertinet cuſtodire portus Regni, qui alio vocabulo Limarchę nuncupantur, vt dixit Frecc. de ſubfeud. d. lib. 1. tit. de offic. magni Admirati nu. 21. & vltra eum hodie ſunt alij ſubſtituti ab ipſo pro cuſtodia lictorum circa extractiones bonorum extrahi prohibitorum, de quibus loquuntur text. in cap. Regni cum nihil, & cap. vt illorum, vbi eſt materia ſua.

Num. 4. Rex enim creat Admiralium, qui in Regno habet adminiſtrationem in homines maritimos, & in mari, Afflict. in d. §. armandiæ num. 10. qui hodie magnus Admiratus nuncupatur, de quo latè per eundem Frecc. vbi ſupra, & ſucceſſiuè eius Curia Admiratiæ cognoſcit in homines viuentes ex arte maris, Franch deciſ. 142. num. 1. & ibi decidit ſi cognoſcere poſſit de delictis commiſſis in mare, & quando, & in deciſ. 722. de quo in meo Compend. verb. Iudices, & verb. Curia.

Num. 5. praxis petendi remiſſiones inquiſitorum Curiæ Admiratiæ à Mag. Cur. traditur per Franch. in d. deciſ. 722. num. 1. & literis iſtorum licet credendum ſit ex vulgata regula illa credendum, cui dicere incumbit, Afflict. in deciſ. 369. ſub num. 10. & maximè bono viro, Alex. conſ. 55. nu. 22. lib. 4. & taliter, quod credens bono viro excuſatur, idem in conſ. 75. nu. 11. vol. 3. & maximè perſonis iſtis in dignitate conſtitutis, verùm quia tales perſonæ, vt plurimum actualiter non exercent dicta officia, ſed per ſubſtitutos, ſcilicet

ſcilicet Vicegerentes, Locumtenentes, & contingi poſſet eorum ſubditos,non ſemper actu ſeruire inde deriuaretur intereſſe Regis,quia ſub iſto colore multi euaderent delictorum pœnas, ideò non ſemper credendum, & licet credentiæ multorum ſtari debeat, donec contrarium probetur, vt notat Affict.in conſtit. terminum vitæ ſub nu.32. hodie tamen ſecus eſt, & ſubſequenter praxis illa ceſſauit,ſicut Auctor in ſeq.num. aduertit,ſed petitur remiſſio,& in termino verificatur exercitium, & matricula producitur,vt inde remiſſioni locus ſit.

Num.6.vide Carauit.in rit.46.ſub num.22.vbi etiam loquitur de iſtis litteris familiaritatis, ſi credendum ſit, & iuuent ipſis familiaribus,& faciunt ibi addita per me,nec omittam, quæ dixit Affict.in conſtit. ſtatuimus, vt Magn. Cur. nonnullos fuiſſe remiſſos ad magnum Seneſcallum petentem ipſos ſubditos, ſiuè familiares, & ibidem Reg.Tapia nu.13.refert nouiſſimè ita deciſum fuiſſe in eius fauorem,vt in meo Compend. verb.remiſſio alicuius, an autem litteris teſtimonialibus Epiſcopi fidem facientis aliquem eſſe clericum credendum ſit, vide Cauenſ.in rit.235. nu.10.

Num. 7. ſic exemptus à iuriſdictione alicuius artificij,ratione non erit remittendus ad forum ſui Baronis, niſi in fraudem fuiſſet deſcriptus in matricula,Capibl.in pragmat.8. nu.239 par.1 de Baron & faciunt dicta ſupra de aſſenſ.Reg §.7.nu.19.

Num.8.& dato,quod eſſent Officiales actu ſeruientes, pro quibus cauſis erũt remittendi, & pro quibus non, videas nouellas deciſiones deſuper factas in meo Compend. traditas in verb.remiſſio Officialium, inſuper an habentes literas familiaritatis gaudeant earum priuilegio actu,officium pro quo literę datæ fuerint non exercentes, vide Carau.in rit.46.nu.23. nam illę non proſunt, niſi actu ſeruientibus,Anna in ſingul.321. & allegat. 44.num.1. qui ſic deciſum tradit,de quo in meo Compend. verb. remiſſio, etenim qui actu non ſeruiunt dicuntur familiares abuſiuè, & priuilegia familiaribus conceſſa ad eos non extenduntur,de quo ſatis per Bombin.conſ.27.præmiſſo per totum,& ſucceſſiuè familiares antiqui, & veri gaudent priuilegio, quod familiaribus conceditur, & non huiuſmodi familiaribus, qui ex priuilegio veniunt,Puteus deciſ.83.nu.3.par.2.

Num.9. vide Præſ. de Franch. deciſ.481. & ibi Amend.& Viſcont.in addit.vbi plura.

Num.10.idem Præſ.de Franch.vbi ſupra,non enim ſufficit ſola matricula ſine exercitio, neque exercitium ſine matricula,& ſic deciſum refert,vt in Compend.meo verb.matricula, vbi alios Doctores allegaui, & quid ſi matriculatus alicuius artis pro maiore parte anni exercitium fecerit, an remitti debeat, vide eundem Franch.deciſ.175. & in eodem Compend. verb.remiſſio.

Num.11. vide addita ſupra eodem nu.9.

Num.13.vide Roman.in ſingul.47.& de hoc videas in meo Compend.in verb.remiſſio cauſæ in noua compilatione, vbi patet deciſio de hoc.

Num.14. vide Affict. in conſtit. hoſtici exceptionem nu.7.

De Mercatis.

NVm.1.ad hoc adde Capyc.in inueſt. feud. rubr.feud.clauſ. verſ.mercatis in princ. vbi eodem modo id declarat, & nouiſsime vltra Theſaur. deciſ.164. Capibl. in pragm. 8.par.1.de Baronib.nu.95. vbi etiam quærit ſi conceſſo priuilegio nundinarum per Baronem alicui ſuæ Terræ, ſuper quo præſtatur Regius aſſenſus, & contingerit appellari ab Officialibus nundinarum ad Officiales Baronum, vel Regis appellatio deuoluatur, & concludit ad Officiales Regis, quod etiam roboratur ex alio fundamento, ſi cauſæ appellationis veniant conceſſa Terra, de quo per Annam in alleg.52.

Num.2.adde Maſtrill.de magiſtr.lib.3. cap.10. num.16.& nota hic, quod eadem obſeruatur diligentia in conſtructionibus Eccleſiarum de nouo erigendarum in Ciuitatibus, & locis, vbi conſtrui debent, etenim ex Bulla Clement.VIII. vocari debent,& audiri omnes aliarum Eccleſiarum Rectores, Priores, & Procuratores, ac intereſſe prætendentes circa nouam ędificationem Eccleſiarum, de quo per Rice.deciſ.141.fuit reſolutum.

Num.3.non enim debet eſſe nociua tertio gratia Principis,Affric.in conſtit.pœnam eorum nu.60. de quo ſatis ſupra eod. . . . . & ſic patet ſemper conceſsionem Principis,intelligendam eſſe abſque præiudicio tertij,Dec. conſ.373. num.10. & ſic etiam priuilegia, Maur.Sen.alleg.52.nu.11.alleg 54.nu.10.& alleg.70. num.2. ſic mercatum alterius loci nõ poteſt vna ciuitas,vel oppidum per concurſum impedire,idem Theſaur. vbi ſupra num.5.

Num.5.Intereſſe eſt proprium damnum emergens, & lucrum ceſſans propter factum, vel commiſſum,quod fieri, vel ommitti non debet, Alex.conſ.168 nu.4.vol.2. & ideò in iis caſibus conſiderandum,Dec.conſ.321. nu.4. & 5. & vtrumque recipi poteſt, Marta voro 165. num.5.vbi nu.9. exemplum oſtendit de intereſ-

intereſſe lucri ceſſantis ſolum conſiderari reſpectu mercatorum, & reſpectu mercati faciendi eſt damni emergentis.

Nu.6. ſic etiam intereſſe, quod deriuatio aquæ noceat vicino, non eſt probabile, Anna alleg. 91. num. 4. vbi loquitur de molendino conſtruendo in fundo proprio, & aquam à flumine deriuare, licet noceat vicino, & an, & quando conſtrui poſsit molendinum in flumine publico, Maur. Iun. alleg. 61. num. 3. & alleg. 83. per totam, nam regulariter in ſuo non negatur, quin poſsit conſtruere molendinum, & furnos, Capibl. in pragm. 14. nu. 4. de Baronib.

Num. 7. vide Capyc. in inueſt. feud. rubr. feud. clauſ. verb. molendini verſ. amplio ſecundo, an autem feudatarius, qui habet molendinum, aut furnos prohibere poſsit ne ſubditi ſui alium furnum, vel molendinum ædificēt, latè Boſſ. in tit. de regal. num. 41. & quid ſi quiſpiam inferius haberet molendinum, an ille, qui eſt ſuperius vellet ædificare impedire poſſet, Loffred. conſ. 12. nu. 14. & multa alia ad ornatum iſtius quæſtionis poſuit Fuſc. ſingul. 34. lit. M, vltra Alex. in conſ. 194. nu. 10 & 11. vol. 2. qui loquitur de conſtruente molendinum in flumine nauigabili, modo non impediatur vſus nauigij, nec poterit alius conqueri ex eo, quod ſuum minus frequentabitur, & facit aliud conſ. Bald. 71. nu. 1. par. 1.

Num. 8. extat pragm. 1. §. 11. de ſalar. eorum, &c. licet de hoc ſingulariter loquatur Capyc. in d. ſua inueſt. feud. rubr. feud. clauſ. verſic. furnis.

Num. 9. an Dominus habens furnum, vel molēdinum prohibere poſsit ſuos vaſallos alio ire, vide Boer. deciſ. 213. & ſic deciſum tradit Anna allegat. 116. & in repet. rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu. 70. quem ſequitur Capibl. in pragmat. 14. de Baron. vt in meo Compend. verb. molere.

Num. 10. hoc idem tradit Steph. Quarant. in ſumma bullarij in verb. dies feſtus verſ. & ſic an & quando non obſtante, Epiſcopus Iſern. in ſua praxi Archiepiſc. Neapol. cap. 52. de quo in meo Compend. Deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. verb. nundinæ, nouiſsimè Molineſ. in 2. par. ſuæ ſummæ theolog. ſeù in tract. de contract. & vltim. volunt. tract. 12. cap. 4. nu. 144. cum ſeq. vbi plura ad hoc.

Num. 11. vide Montanar. in pragm. 2. de adminiſtr. vniuerſit. num. 353. vbi in antecedenti nu. 352. tradit iſta parlamenta fieri poſſe in clauſtris Eccleſiæ, & ſic ordinariè in aliquibus Terris Regni vidi obſeruari, nempè in Ciuitate Theani, Terræ Summæ, & alibi, vel in locis deputatis pro parlamentis per Vniuerſitates, vt in Terra Foggiæ, Coſentiæ, Ariani, Atripaldæ, Caleni, &c.

Num. 12. nota hic, quod ex diſpoſitione iuris communis prohibitum eſt legere publicè, vel priuatim in l. 1. C. de ſtud. liber. vrb. Rom. lib. 11. vbi Luc. notat, quod ſi extra Capitolium inuenti fuerint legere, & docere, priuilegijs conceſsis docentibus in Capitolio nō fruerentur, & in Regno de hoc habemus pragm. 8. de ſchol. doctor. vbi expreſsè prohibetur, quod nullus legat priuatim lectiones, excepta lectione Inſtitutionum ſub pęna in ea contenta, ad quod ſubnotandum duxi, quod prohibitio facta Lectori lectionem legere, includit, vt nec etiam ſcholares audire debeant, ſicut è contra ſcholari prohibito audire lectionem, prohibetur etiam Lectori lectura, ita Carau. in pragm. 1. §. 15. nu. 13. de Senatuſc. Macedon. & ob id multoties euenit Neapol. Lectores, & ſcholares moleſtatos eſſe ex lectura ſic abſque licentia Proregis enunciata.

Num. 13. verùm eſt, quod priuilegium per non vſum non amittitur, quando non fuerit præſtita occaſio vtendi, Anna in ſingul. 400. ſed in ijs caſibus occaſio erat in facultate priuilegiati, & ideò priuilegium ipſum per non vſum ſpatio decem annorum ſecūdum communem opinionem admittitur, ita Maur. Iun. allegat. 44. num. 4. & ita patientibus ipſis priuilegiatis ammittitur per non vſum, Maur. Sen. alleg. 16. nu. 25. alleg. 18. nu. 4. allegat. 51. nu. 7. & alleg. 85. nu. 4. & hic ſubnotādum eſt, quod dictio in perpetuum extenditur ſemper continuè, & ſine præfinitione temporis, Anch. q. 82. par. 1. nu. 10.

Num. 14. nota hic, quod verbum quandocumque eſt generale aptum importare infinitatem, Pet. Girard. in ſingul. 18. nu. 12. ad quod ſingulariter ex mente Bald. dixit Carau. in rit. 167. nu. 37. quod verbum quandocumque & verbum perpetuò impediunt currere præſcriptionem ſtatutariam, vel legalem, & quod dictio quandocumque denotat perpetuitatem, ita quod excludit legalem præſcriptionem, refert Maur. Iun. alleg. 105. nu. 3 & quid per dictionem ſemper, vel perpetuò, vide Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 10. nu. 34. an autem præſumptio, quæ oritur ex poſſeſsione 40. annorum ſit ſublata per verbum ſemper, & quandocūque, vide Mormill. in conſtit. quadragenalem nu. 1.

De exteris habitantibus in Terris Baronum.

NVm. 1. videas in meo Compend. in noua compilat. verb. rixoſus, & verb. vendere, vbi

vbi omnia concernentia iſtius materiæ expulſionis,videlicèt exterorum de Terris Baronum deduxi, ac etiam nouellam deciſionem factam per Collater. Conſil. aduerſus fratrem Domini Terræ eius inimicum,ſi poterat inhabitare in Terra ipſius,vbi multa ponderaui pro deciſionis corroboratione, an autem exteri demaniales homines confluentes ad habitandum in terram conceſſam per Regem alicui Baroni, cum vaſallis exceptis demanialibus,qui ſunt certi, & declarati ſpectent ad Barones, vel Regiæ Curiæ, cum ſit totum territorium Baronis, & Rex nil ſibi reſeruauit, deciſum fuit, quod omnes habitantes in dicta Terra, & qui in futurum confluant ad habitandum ſpectent Baroni, Anna in cap.1.de vaſall.decrep.ætat. nu.268.& vltra hæc vide Maſtril.de magiſtr. lib.3.cap.10.nu.26.

Num.2.de iſta deciſione memini in meo Compend.verb.expelli,& vltra Auctorem hic allegaui Conſil.Rouit.in pragm.1. de Baronib. nu.4.Capibl.ibidem ſub num.129.Maſull.ad Capyc.deciſ.118. Maſtrill.de magiſtr. par.2. lib.4.cap.18.nu.90.Ricc.collectan.deciſ.280. & ante eos pertractauit Affict.in cap. vnico num.19.de form.fidel.& notandum eſt,quod artifices ſunt neceſſarij ad benè viuendum, Marta in vot.217.nu.8

Num.3. expulſio quamuis pœna dicatur, non tamen pro deportatione habetur, Bart.in prine conſtit.ff.ſ.hæc autem num.4. non per hoc habebit annexam pœnam bonorum amiſſionis, cum ipſa publicatio bonorum videatur in certis caſibus à lege expreſſis, de quibus per Boſſium in tit. de bon. publicat. Iul.Clar in ſ.fin. q.78. latè Sebaſt.Guazzin. in tractat. de confiſc.bon.concluſ.13.& ſucceſſiuè Barones nequeunt illa bona expulſorum capere ob ſimplicem expulſionem,nam eſſet contra omne ius, vt etiam notat Mormill.in d.conſtit. quiſquis in princ. & an vaſalli Ducis Ferrariæ poſſint impedire eorum ſubditos ire ad habitandum in Ciuitatem Regis,vide Anch q.48.par.2.nu.3.

De donis,& expenſis Vniuerſitatum.

NVm. 1. Vniuerſitates Regni prohibentur congregari ad faciendas donationes cuiuſuis ſummæ alicui ſine licentia Proregis,ex diſpoſitione Regiæ pragm.5. ſ.18. de adminiſtr.vniuerſit. & in pragm.9. eod.tit. etiam ſi ipſi Principi donare vellent,adeò quod ex iuris diſpoſitione cautum eſt ſuperindicta imponi non poſſe hac congregatione populi, & Principis auctoritate, Luc.in l.vnica C. de ſuperindict. lib.10. Boer.deciſ.60. qui ſub nu.3.& 7.verſ.ſed vbi pro donando Principi, loquitur ſpecificè, vt requiratur licentia ipſius,etiam ſi vellet ipſi donare, Capyc. in inueſt.feud.rubr.feud.clauſ. verſ.collectis col. 2. ad quod etiam Conſil. Rouit. in pragm.5.nu.22.eod.tit. & ibi Montanar.ſ.19.& 20.& Zappull.in ſ.11.nu.3. eod.tit. multa dixerunt, & alia ad ornatum collexit Ricc. collect. 775. & ob id ſi licitum eſſe videatur expenſas erogari, ac alia donatiua facere pro iucundo aduentu Domini in eius ingreſſu, vt proſequitur alios citando Capibl. in pragm.8.par.2.nu.133.attamen exiſtentibus in contrarium pragmaticis mentionatis omninò licentia Proregis erit neceſſaria, & ſic communiter practicatur, quid autem in donatiuo ſtrenæ, an licitum erit dare Baroni, vide eundem Capibl.in pragm.1.nu.216.de Baron.an autem in remunerationem donari poſſit ei,idem in d.pragm.8 par.2.nu.152.& ſeq. copiosè Loſeus in ſuo tract.de iure vniuerſ.par.3.cap.11.

Nu.2. quoties enim Epiſcopus ingreditur eius Dioceſim in prima vice ei clerus,& populus obuiam exire debet, vt ex mente Bertacch. & Maſull. deciſ.27. num. 7. ad Capyc. comprobat Præſ. de Franch. deciſ.253. num. 1. ſic etiam obſeruatur quando Princeps ingreditur Ciuitatem, nam ei obuiam iri debet, & expectandus erit in Ciuitate cum iucunda receptione, & debet honorari in ſua receptione, vt per Chaſſan. in cathal. glor. mund.par.5.conſid.24.in 116.priuil.ad quod dixit Frecc.de ſubfeud. lib.3. in fin.in quæſt. præcedentiæ incip.ſyndicus inclytæ &c. nu. 14 quod Rex dum recipitur in Ciuitate deputantur Electi à Ciuitate purpureis veſtibus, & prætioſis ornamentis decorati, qui exultantes, & iubilantes, & cum ramis palmarum ipſum recipiunt, & pariter in receptionibus Proregum, ac Archiepiſcoporum Neapol.vt pluries vidi ſeruari,cum maxima populi iubilatione, & lætitia, & ſic in alijs locis Regni in receptione ſuorum Dominorum,& Prælatorum,nam eſt condecens,& iuris debitum reuerentiæ, ex quibus ſi aliquæ expenſæ fierent per vniuerſitates licito iure admittuntur in compotis ipſarum, ſed donatiua non aliter fiunt,niſi præuia licentia Viceregis.

Num.4.Princeps enim,quia priuatorum negotijs quotidie occupatur conſultum eſt intendere aliquando,vt viuat,& ſanus viuat,& ſic dare interuallum negotijs prædictis, quia danda eſt recreatio corpori, vt poſſit magis proficere curis incumbentibus, ita Affict. in conſtit.generalia iura nu.3.& propterea vltra ferias ordinarias in diebus, qui vel le-

nis

nis auſpicium, vel ortus imperij protulerunt inquit text. in l. omnes C. de ferijs, ſolent etiam incidere ingreſſus Regum, vel poſſeſſionum Regi adeptiones, aut matrimoniorum contractationes, ſobolisq; natiuitates, vt patet in pragmaticis ſituatis in tit. de abolitionibus, fiunt enim tunc publicę lætitiæ in populo, & ſucceſſiuè pecuniæ fiſcales, vel Vniuerſitatum in cauſas ipſas erogari videntur.

Num. 5. ſic etiam, & tutor, vel tutrix mittendo munera conſueta per patrem pupilli excuſantur, Præſ. de Frãch. deciſ. 178. nu. 8. & tales donationes remuneratoriæ, ſicuti per tutores fieri poſſunt, ita quoque per Ciuitatum Adminiſtratores, Loſeus vbi ſupra per totum.

Num. 6. de Commiſſarijs iſtis redemptionum extat pragm. 6. de ſyndic. official. vbi de illis loquitur, vt ſtent ſyndicatui poſt finitam adminiſtrationem, & de Commiſſarijs pro extirpatione locuſtarum habetur in pragm. 1. de brucis, vbi latè Conſiliar. Rouit. & de Commiſſarijs ad capiendas informationes per Regnum, extat pragmat. 7. §. 9. de offic. magn. Iuſtit. qui tenetur dare fideiuſſionem de bene adminiſtrando, & reddendo rationem; ſalaria verò iſtorum ſoluuntur expenſis Vniuerſitatum, ſed ipſorum Commiſſariorum ad capiendas informationes expenſis partium, vel Regij Fiſci, nam mittuntur eorum inſtantia, & propterea nouiſſimè ex nouella pragmatica Comitis Lemenſium, die 31. Maij 1616. §. 67. cautum eſt nullatenus ab inquiſitis, vel à contrauenientibus ſalaria ſolui, niſi ſint condemnati ſemota omni clauſula in contrarium appoſita, & puniri poſſunt de extorſionibus in caſu contrarij.

Num. 7. adde Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 4. nu. 144. eſt enim certum in iure, quod timens offendi, licet impetrauerit cautionem de non offendendo, ſi tamen ex legitimis cauſis oſtenderit Iudici ſe non eſſe ſecurum, poterit implorare, vt liceat ſibi deferre arma, & conducere ſecum homines armatos, & vt Iudex det ſibi familiam, quo magis defendatur ab inſultu eius, à quo timet offendi, de quo ſatis per Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 11. nu. 1. vbi plura alia ad ornatũ refert remedia, & non mirum ſi licentia Iudicis in hoc exquiratur, vt ſuam familiam inopem ipſius det, etenim armatos famulos ſecum ducens debet puniri l. ſeruos C. ad l. Iul. de vi publ. Alex. in l. 1. ff. eodem, Boſſ. in tit. de vnion. nu. 3. tanto magis ſi per Regnũ homines ſuſpecti incederent, nam tunc ad Principem ipſum ſpectaret aſſignare cuſtodiam militum ſumptibus tamen petentis, eo quod iſtæ armatæ, ſeù caualcatæ inſcio Principe ſunt prohibitæ, etiam Romæ, obſtante Bulla Pontificis, Guazzin. in tract. de confiſc. bon. concl. 86. nu. 2.

Num. 8. ſic etiam equi poſtarum concedi nequeunt abſque licentia, Luc. in l. curſum C. de curſ. publ. lib. 12. & quod nullus Iudex cõcedere poſſit, præterquã Præfectus Prætorio literas tractatorias quorumcumque animalium, quæ curſui publico ducenda, & transferenda veniant, refert Menoch. de arbi. iudic. lib. 2. caſ. 299. nu. 5. & caſ. 2. nu. 3.

Num. 9. hoc iure vtimur indifferenter in Regno vt impetrata licentia Proregis ſuſpectus de inimicitia poſſit tenere conſocios armatos ſecum, vt hic dicit Auctor, vel familiam armatam petere à Principe, aut ab eius Officiali ne offendatur, vt per Afflict. in conſtit. intentionis noſtræ num. 5. vbi plures allegat vltra Hercul. loc. cit. etenim ſi arma portare vetitum ſit, etiam ad ſui defenſionem, ſicut in d. conſtitut. patet, vbi Afflict. id notat, & Conſil. Rouit. in pragm. 8. nu. 14. de armis citra licentiam Principis, multo fortius tenere comitiuam hominum armatorum ad ſui defenſionem.

Num. 10. de hoc extant pragm. 1. de viſit. carcer. & pragmat. 39. §. 3. de offic. magn. Iuſtit. vbi Conſil. Rouit. ponderando iſtas pragmaticas arbitratur deſumptas eſſe ex diſpoſitione iuris communis per iura ab eo citata, & idem tradit in pragmat. 8. de offic. magn. Iuſtit. num. 3. vltra Foller. in praxi crim. in princ. nu. 13. latè Muſcatell. in praxi Sac. Cõſil. lib. 2. par. 3. gloſ. detinebitur nu. 77. Romę autem ſingulis menſibus viſitatio fit, teſtatur Octau. Veſt. in praxi Roman. lib. 2. cap. 13. reliqua dixi ſupra eod. tit. de elect. offic. §. 1. nu. 10.

Num. 11. ad hoc vide notata ſupra eodem nu. 2. & reſpectu veſtium viduis factarum per hæredes viri, ſi teneantur illas reſtituere, vltra Barboſ. in l. quæ dotis nu. 81. in 3. limit. ff. ſolut. matrim. vide Vrſill. deciſ. 315. nu. 3. cum aliis à me citatis in meo Compend. Deciſ. Regni, verb. lectus vidualis in fin. in noua compilatione, ad quod vide Cauale. in tract. de vſuf. mul. relict. nu. 200. extat de hoc conſ. Bald. 478. nu. 3. vol. 5.

Num. 12. iſtam quæſtionem benè examinauit Afflict. in conſtit. quamplurimum ſub nu. 21. verſ. quarta dubitatio, vbi concludit non eſſe vaſallos obligatos ad adiutoria pro nuptijs Domini per rationem ab eo adductam, ſic etiam in tutore, qui ſi miſerit donatiua nuptialia pupillæ ſponſæ teneretur de ſuo, niſi eſſet conſuetudo in illo loco ſimilia age-

re,

re,aut ei commiſſum à Iudice, ita Caualcan. in tractat.de tutor. & curator.num.276. ſed quicquid ſit hodie ex quadam vrbanitate vniuerſitates Regni in prædictis caſibus, ſolent etiam munera Dominis elargire, accedente Proregis aſſenſu,ſicut noſter Auctor notat,ſic vidi, & obſeruatum audiui, nam (vt quoque Auctor ponderat) omnes ſubuentiones ſunt prohibitæ, exceptis caſibus contentis in conſtit.quamplurimum,ea propter Barones nequeunt vaſallis alias imponere ſubuentiones, niſi in caſibus expreſſis, abſque licentia Regis, vbi Afflict.nu.10.fatetur,vltra Capibl.in pragm.1.nu.42.de Baronibus.

Num.13.melius idem Frecc.attingit in eodem lib.2. de ſubfeud.in q.15. quod ſecus eſt in Rege,vide Maur.Iun.alleg.51.nu.5.

Num.14.vltra Martam vot.221. num.11. adde Capibl.in pragm.8 par.1.nu.271. de Baron. quid autem in Capitaneis ciuilibus,& criminalibus eiuſdem Terræ, & de eorum præcedentijs habetur ad facuritatem per Capyc. deciſ.27.vbi Maſul.& quid in Iudicibus eiuſdem Terræ,an criminalis, vel ciuilis præcedere debeat,vide Franch.deciſ.388.nu.3.

Num.15. de prælatione concedenda Vniuerſitatibus aduerſus Baronem ementem ſecundas cauſas,& Portulaniam à Regia Curia, quidnam deciſum fuerit, refert Anna in repet.cap.1.nu.153. de vaſall.decrep.ætat. de quo in meo Compend. verb. Vniuerſitas, & per Præſ. de Franch. deciſ.17. & in eodem Compend. eod. verb. Vniuerſitas quamuis vbi plures Doctores citaui, quid autem in affictu iuriſdictionis ponderum,& menſurarum, vide in eodem Compend.verb.præferri in noua compilatione.

Num.16.adde Maſtrill.de magiſtr.lib 3. cap.6. nu.7. ad quod ſubiunxit Reg. de Curt.in diuerſ.feudal.§.licet autem num.73. quod demania ſiuè iure, ſiuè conſuetudine introducta, vt experientia docet contrarium operantur effectum.

Nu.17.vide in d.meo Compend.verb.vniuerſitas quamuis,vbi nonnullos citaui.

Num.18.ad conualidationem huiuſmodi praxis,ſi duo, vel tres ſententiæ Curiarum Baronalium pro vna reputanda ſit deuoluta appellatione ad Regias Audientias, vel ad Magn.Cur. aut ad Sac.Conſ. adeò quod prima facie videbatur dicendum non poſſe vlterius appellari, & ſic exequutioni demandari poſſe ex regula text.in l.vnic. C. ne lic. in vna,eademq; cauſa,& c. vbi Doctores, & latè Muſcatell. in praxi Sac.Conſ.lib.2. par. 3.gloſ.appellari, quapropter dum ordinariè vltra iuriſdictionem communicatam Baronibus, aliquibus tamen Baronibus cognitio ſecundarum cauſarum conceſſa conſpiciatur expreſſa in inueſtituris,de quo per Capyc.in ſua inueſt. feud. rubr.feud.clauſ.verſ.cognitione primarum,aut ſecundarum,immò aliquibus Baronibus pariter cognitio tertiarum cauſarum, ſubſequitur quod licet appellatio ſit de Regalibus,& alto dominio,ſicuti teſtatur Capiblanc. in pragm 8. nu.75. par. .de Baronib. adhuc de ipſa ſpecialis mentio facienda erit in priuilegijs, nec aliter ſub generali conceſſione iuriſdictionis ſubintelligi videatur, niſi vt dixi expreſsè fuerit conceſſa, idem Capyc.in rubric. feud. acceſſ.verſ.appellationum cauſæ, latè Anna alleg.52. nu.44. Inde per tales conceſſiones videntur Barones hæc iura Regalia poſſidere,quo fit,vt dùm cauſæ à primo,& ſecundo, atque tertio Iudice ipſorum terminatę fuerint, non tamen vnica inſtantia, ſed diuerſæ coram diuerſis Iudicibus ventilatæ pro tribus,& non pro vna inſtantia repu andę ſint; & ſucceſſiuè circumſcripta eorum poteſtate tales ſententiæ exequutioni mandari debent, quam vigore priuilegiorum ſuorum obtinent,vt notat Capyc.in d.verſ.appellationum cauſæ, ſed hoc licet in ſe verum ſit, attamen decet,vt coram Principe pro vna cauſa reputentur ſententiæ illæ,duæ vel tres Curiarum Baronalium inſpecto ſuo directo dominio,ac ſuprema iuriſdictione, at reſpectu primi dicti, ſcilicet directi dominij; eſt enim clarum Regem ipſum habere directum dominium totius Regni, Afflic.in conſtit.ab Officialibus nu.4.& feudatarios ipſos Barones vtile tantum, vt dictum eſt ſupra de refut.feud.§ 8.num.11.directo tamen dominio ſubalternatum,Auctor in lect.1. n.53.& lect. 4.nu.11.Ideò vaſalli Baronum remanent vaſalli Regis,Reg.de Curt.in eod.diuerſ.§.poteſt quoque nu.31.Imò omnes vaſalli Baronum ſunt in dominio Regis, & nequeunt etiam volētes ſeruitijs aliorum alligari perpetuis, ſine Regis aſſenſu, Capyc.deciſ.118. nu.6. ſimiliter in Regno iſto particularem habemus pragmat.14. de milit. vbi expreſsè prohibentur vaſalli Suæ Maieſtatis huius Regni militare extra Regnum, & aliorum ſeruitijs ſe adſcribere, ſine licentia expreſſa ipſius, ſub pęna in ea contenta, ſunt enim magis adſtricti vaſalli ipſorum Baronum Regi,quam Baronibus,hinc eſt, quod vaſalli Baronum etiã contra Barones tenentur Regem adiuuare, Afflict.in deciſ.265.nu.107.& propterea quoties fuerint vaſalli ipſi à Baronibus oppreſſi, vel grauati ad Regem non vetãtur adire,quia vaſalli,& alij fideles Regis ſunt ſub ipſius protectione,idem Afflict. in conſtit.fidelium n.1. licet autem Barones poſſint edictis pęnalibus coercere vaſallos

ne accedã: ad Regia tribunalia omiſſis medijs, Capibl. in pragm. 3. de Baronib. nu. 129. de quo multoties Barones ipſi obtinẽt prouiſiones à Collat. Conſil. in eorum beneficiũ contra vaſallos, ſub pœna grauiori, licet in exactionibus aliquando cum effectu exigantur, aliquando verò vaſalli grauati admittuntur abſque periculo contrauentionis, & ſic diuerſimodè iudicatum patet, prout dixi in meo Cõpend. verb. Baro, & credo id procedere, attentis cauſarum diuerſitatibus, & reſpectibus perſonarum conquerentium forte intercedentibus cauſis ſuſpitionum, vt infra dicam, hoc ideò iuſtiſſimè decernitur per Collat. Conſil. expediendo prouiſiones in beneficium Baronum, qui habent iuriſdictiones à Rege conceſſas ſuper vaſallos, & propterea ipſis perpenſis decet, vt nõ fraudentur iure ſuo, argum. cap. certificari de ſepult. nam in primis cauſis conceſſis, & alijs Princeps non poteſt prejudicare Baronibus, Anna in ſingul. 631. nec cum illis concurrit Gramm. deciſ. 30. nu. 11. niſi cauſa legitima ſubeſſet, anocãdi cauſam ab illis, prout alias practicatum retulit Auctor noſter ſupra de elect. Offic. ſ. 1. nu. 19. quãquam regulariter poſt expeditiones cauſarum vaſallorũ prædictorum factas in Curijs Baronalibus, nequeunt ipſi Barones vaſallos impedire ad quærendam iuſtitiam, idem Affict. in d. deciſ. 226. nu. 97. non enim ſemper vaſallis ipſis permiſſum eſſe videtur defenſam imponere Dominis, dum timẽt ab eis offendi, ſed quoties capitaliter puniri poſſint, vel accuſari, aut crimen eſſet tale, quod eſſet permiſſa publica accuſatio, Affict. in conſtit. iuriſgẽtium nu. 3. at vrgentibus litibus inter vaſallos litigantes cum Baronibus obtinere poſſunt à Prorege ſaluamguardiam ne opprimantur, Capibl. in d. pragm. 3. nu. 75. & ſucceſſiuè quando grauarentur ab eorum Officialibus, & grauamina propoſita eſſent coram Principe, vel eorũ Tribunalibus, eo quia oppreſſus recurrere debet ad Principem, Chaſſ. in cathal. glor. mund. p. 5. conſid. 24. in 118. priuil. cum ipſe ex debito teneatur, & viuis, & mortuis oppreſſis pro poſſe ſubuenire, idem Affict. in conſtit. ſi aliquem nu. 3. præterea attento dominio ipſius, cum dicatur Rex Dominus directus Regni, & omnium vaſallorum, vt dixi, Barones autem æquiparantur Paſtoribus qui oues tondere, & non deuorare debẽt ad inſtar lupi, Capibl. in pragm. 6. nu. 22. de Baron. & ſi contrarium effectum agerent, non aliter Paſtores, ſed potius mercenarij dicerẽtur, ad quod facit text. notab. in cap. tres ſunt 23. q. 4. quem text. alias in contingenti caſu allegabã, dum Baro vellet ſuum feudũ alteri affictare, quod poterat facere, & contradicebant vaſalli in hoc, nam aliud erat gubernari ſub Domino, & aliter ſub Affictatore, qui ſic ſe habebant Barones vti Paſtores, quibus ipſi aſſimilantur, & mercẽnarij affictatores, & ratio differentię oſtẽditur in d. cap. tres ſunt, non mirum ſi diuerſimodè gubernantur, quemadmodum dixit Affict. in prælud. conſtit. ſ. cum igitur poſt n. 3. populus non æquè gubernatur per Principem, aut per Locumtenentem, quo verò ad ſupremam iuriſdictionem exiſtimo ipſam nũquam à Principe recedere, quia ius ſupremum nunquam videtur tranſlatum, Anna in alleg. 130. nu. 24. nec etiam tale ius ſuperioritatis præſcribitur, idem Anna alleg. 52. nu. 50. ita quod Princeps cõcedendo iuriſdictionem, nunquam cenſetur à ſe omnimodam poteſtatẽ abdicaſſe, quin non remaneat ſuprema, vt dixi ſupra d. ſ. 1. de elect. offic. aliter ſi eſſet Princeps ſibi parem facere videretur, quod facere nõ poteſt, Reg. de Curt. in ſ. licet autẽ veriſsima n. 27. Capibl. in pragm. 1. n. 66. de Baron. & ob id ſi appellationis Iudex poſsit totam cauſam ad ſe deuolutã retinere, ſi fuerit grauatus appellans, Capibl. in d. pragm. 3. num. 133. nam Baronis iuriſdictio adeò limitata eſt, vt ſi grauamen inferatur vaſallis in eius Curia litigantibus in incidẽti, vel interlocutoria cauſę principalis tota cauſa auocetur, vt dixit Auctor ſup. eod. tit. de elect. offic. ſ. 1. nu. 47. ſic & Baro vbicũque eſſet ſuſpectus eius officialis, & tota eius curia, ſiuè iuriſdictio poterit recuſari, Maur. Iun. alleg. 87. nu. 5. & 6. quãto fortius in cauſa appellationis reputare tres ſentẽtias pro vna, quę cum ſit ſpecies defenſionis appellatio nemini denegari debet, Frãch. deciſ. 120. n. 5. & propterea inſtituta ſunt Regia Tribunalia, nẽpè Regiæ Audientiæ, M. C. V. & S. C. Iudices ordinarij competentes appellationum, Muſcat. in praxi S. C. lib. 2. par. 1. gloſ. in forma nu. 3. quibus appellari non veratur à quocumque Iudice in Regno omiſſo medio, ſicut idem Muſcat. d. lib. 2. par. 1. gloſ. tenebitur n. 3. dixit, & in ijs Tribunalibus attenditur potiſsimum ordo ſententiarũ circa conformitates, & exequutiones ipſarum, ſicut enim cauſæ ciuiles, ſiuè criminales per appellationes deuolutæ ad Mag. Cur. ſiuè confirmentur, ſiuè reformentur, ſiuè etiã fuerint deſertę, poſſunt per eam exequutioni demandari vigore Ritus, Franch. deciſ. 510. & ſucceſsiuè per S. R. C. vt ibidem refertur, & ita procedit text. in d. l. 1. C. ne lic. in vna, &c. nã loquitur de ſententijs prolatis ab Officialibus Imperatoris, ſicut in verbis demonſtratur, ibi, vel ſententiam Excellentiſsimorum Præfectorum Prætorio retractari, & ibi gloſ. in verb. retractari id ponderat.

Num.

Num. 19 vide Annam in alleg. 130. nu. 24. nam ſuperioritas eſt res ineſtimabilis, Maur. Iun. allegat. 50. num. 12. ſicuti etiam concedendo poteſtatem legitimandi Comiti, illi plenitudinem poteſtatis nõ concedit, Berous queſt. 60. num. 7.

Num. 20. videas ad hoc Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 5. conſider. 24. in priuileg. 137. & Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par. 2. tit. de perſonis quæſt. 4. num. 6. citat Auctorem hic.

Num. 21. adde Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 1 par. 7 gloſ. condemnando nu. 51. Immò reuocat benè ſtatuta à prædeceſſore, Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 5. conſider. 24. in 63. priuileg. & mandare poteſt Officiali ſuo, vt ſic iudicet ſubdit ibidem Chaſſan. in 122. priuil.

Num. 22. Immò Rex, & eius Præfectus Prętorio deſertam appellationem admittere poſſunt, Carauit. in rit. 260. num. 1. & licet Princeps habeat poteſtatem retractandi ſententiam, tamen hoc non eſt verum quò ad tollendam vel mutandam pœnam, non quò ad damnandum iam abſolutum, Boſſ. in tit. de ſupplic. aduerſ. rem iud. c. nu 7. & ſicut Princeps poteſt pœnam mortis commutare, & abſolutionem criminis poſt ſententiam concedere, ita & Prorex, Molfeſ. in prohem. conſuet. Neapol. q. 7. num. 5 7. & 8. quod ſecus eſt in Barone, Fuſc. ſing. 14. lit. B.

Num. 23. Princeps ſolus poſt ſententiam poteſt illam reuocare, Franch deciſ. 398. num. 4. Similiter ipſam reuideri facere ad ipſum, dumtaxat ſpectat, vt exemplo demonſtrat idem Franch. deciſ. 6. 7. in princ. cum id ſit ex gratia, ſicuti etiam ſupplicatio auth. quæ ſupplicatio C. de prec. Imperat. offer. quemadmodum, & reclamatio, non tamen appellatio, quæ eſt de iuſtitia, idem Franch. deciſ. 684. ſub nu. 1. Ideò non licet pluries fieri niſi ſemel, Andr. Gail lib. 1. practic. obſeruat. in obſeruat. vltim. nu. 3. & ſucceſſiuè talis præeminentia competit Sac. Conſ. repreſentanti perſonam Principis, non ſolum ſuas ſententias reuideri facere, ſicut exemplis demonſtrat Capyc. deciſ. 169. quem ſequitur Vrſill. deciſ. 231. nu. 4. ſed etiam mandat Magn. Cur. quod reaſſumptis actis iuſtitiam faciat aliquando in cauſis, in quibus non poteſt procedi præuia appellatione ex defectu ſummæ, & ſimiliter in cauſis appellationum deſertarum ſolet Sac. Conſ. eas reuidere ex eiſdem actis, quod nõ eſt permiſſum Mag. Cur. & inde fuit reuocatum decretum eiuſdem Mag. Cur. ita mandando, prout in meo Compend. verb. appellatio ab interlocutoria, & Princeps poteſt ſuam ſententiam ab eo male latam in melius reformare, Pileus q. 43. in fine.

Num. 24. Ideò Princeps tollit ea, quæ ſunt de iure ciuili ſine cauſa, Auctor conſ. 152. nu. 8. vol. 2. vbi plura de hoc notauit, ſecus tamen ea, quæ ſunt iuris naturalis, Tutius allegat. 48. num. 1.

Num. 25. adde Burſat. conſ. 54. nu. 31. lib. 1.

§. I.

NVm 1. quando vniuerſitas vellet demaniũ debet præferri cuilibet emptori, aut Baroni, Maur. Iun. alleg. 51. nu. 1. & infra quantum tempus peti poſſit, vide Franch. deciſ. 17. nu. 17. multa autem pertinentia ad iſtam demanij materiam cumulat Conſil. Rouit. in pragm. 64. nu. 6. cum ſeq. de offic. Procur. Cęſar. nouiſſimè Conſil. Georg. allegat. 7. Ideò conceſſa ſunt, quia demania poſſunt Ciues acclamare, & redimi ab oneribus Dominorum, Capibl. in pragm. 18. par. 1. num. 30. de Baronib.

Num. 2. hic nota, quod reſpectu ſubditorum demanialium ob ſeruitia ab eis præſtanda, ſiuè ſubuentiones in Regno ſunt donatiua; quæ ſunt loco ſeruitij, Auctor deciſ. 3. nu. 9. vbi nu. 16. ſubnectit adiuteria, & ſeruitia, quæ prętantur à vaſallis Domino appellantur adhoamenta, quæ fieri ſolent in parlamento generali.

Num. 3. & praxis petendi demania vnde originem traxit, Auctor in lect. 17. ſub nu. 1.

Num. 4. eſt verum, quod vaſallus Regis non poteſt inuitus per Regem ſubdi alterius dominio, eius enim intereſt non mutare Dominum, Maur. Sen. alleg. 44. num. 1. vbi plura, an autem vaſalli inuiti poſſint habere aliquem in Dominum, Capiblanc. in pragm. 8. par. 2. num. 28. de Baronib. & an, & quando Rex demania vendere poſſit, videas Reg. de Curt. in loco hic citato ab Auctore num. 10. & 11.

Num. 5. adde Auctorem in repet. feud. lect. 16. nu. 3. & lect. 17. nu. 1. vbi tempus ad hoc præfixum declarat, & ante eum Afflict. in cap. eſt autem §. donare, qual. ol. pot. feud. alien. nu. 71. Dominus enim directus præfertur vicino in iure congrui, Franch deciſ. 620. nu. 1. an autem hoc ius alteri cedere poſſit, idem deciſ. 38. num. 28. & an illud exercere ad alterius vtilitatem, & beneficium, idem deciſ. 28. nu. 32. quod etiã procedit in venditione rei emphyteoticæ, tunc. n. directus Dominus præfertur ſoluendo pretium, quod ab alio reperitur, Anna alleg. 43. nu. 14. & 15. & ſic deciſum retuli in meo Compend. verb. Dominus directus, quid autem è contra, an emphyteota præferatur, ſi Dominus directus vellet

ſuum directum dominium vendere, idem Anna in ſing. 150. ad quod multa alia conſimilia recollexit D.Larath.conſ.1.nu.61. cum ſeq quid autem in venditione fructuum eius maſſariæ ſpectantium ad colonum partiarũ, an Dominus præferatur extraneo, vide Frec. de ſubfeud lib.2.in 38.author.nu.1.vbi etiam loquitur de Barone emere volente fructus vaſallorum, de quibus latis per Capibl. in pragm 1.nu.115.cum ſeq.de Baronib.

Num.6.videas vltra Ferron.in conſuet.Burdegal.tit.de retract.§.2. & Tiraqu. de retract. conſang.§.21.gloſ.vnic.nu.1. Auctorem noſtrum in d.lect.17.nu.3. & 4. & quod præferatur Domino, tradit Affli&.in cap.ſequitur §.hoc quoque nu.45.de ſucceſſ.feud. D.Larath.conſ.86.nu.77.ſimiliter agnato remotiori, cui feudum venditum eſt, idem Affli&.in cap.ſi Titius num.8.ſi de feud.controu.fuer. inter Domin.& agnat.quanto fortius extraneo etiam vltra pretij oblationem, Curt. Sen.conſ.51.col.1.in princ. Mart.Laud.inter conſ.Bruni conſ.119.nu.19.

Num.7.vltra noſtrum Auctorem in lect.7.nu.1. ante eum retulit Anna in conſtit. cõſtitutionem num.260.ſequitur Fuſc.ſingul.43.lit.A, quod etiam procedit in reuocatione emphyteoſis, Tiraquell.de retract.§.1.gloſ.10.nu.4. vbi num.5.etiam loquitur in feudis reſpectu temporis Domino feudi conceſſi, & nu.8. & 9.reſpectu agnatorum, idem D.Larath.conſ. 86.num.29.

Num.8.& quod demanium ex iuris ratione introductum ſit, multis rationibus comprobat Conſil.Rouit.vbi ſupra num.23.& ſeq. & ſic non conſuetudine tantum, ſed ex vera iuris obſeruantia, vt quæ que nouiſſimè meminit D.Larath conſ.84.nu.1.

Num.9.vide in meo Compend.verb.alienatio, & verb.emphyteota, vltra Rendell.in tract. de iure prothom.verb.per emphyteoſim nu. 26.& verb.donationis nu.12.

Nu.10.vide eundem Rendell.in cit.tract.verb. ſub eodem ſeruitio nu.7.latiſſimè Cõſil.Fab. Anna in ſuis obſeruationibus obſeru.10.incip ſi feudum, Præt.Mormill. in conſtit.ſtatuimus num.13.

Num.11.ſingulariter Gomeſ.in l.70.Tauri nu. 27.loquitur de ſocio habente rem communẽ cum alio ſi habeat ius retrahendi, & diffusè Rendell.in d.tract. verb.ſocij per totum fol. 109.& ſeq. vbi plura.

Num.12. adde Alphan.colle&.539. vbi idem refert alios citando ad hoc, & alia ad eius ornatum.

Num.13.latè de hoc per Tiraq.in d.tract.de retract cõ ang §.21.gloſ.vnic.vltra alios citatos ſupra eod.nu.6. de quo in eod.meo Cõp. verb.ius prothomiſeos,& verb.prælatio.

Num.14.demanij petendi ius competit vniuerſitatibus, non ſolum vbi ipſi vaſalli exiſtentes ſub immediato dominio Regis venduntur alicui, vel etiam quando exiſtentes ſub dominio Baronis venduntur alteri, Conſil. Rouit.vbi ſupra nu 25.26.& 27. Agitur enim cauſa libertatis,quæ potiſſima eſt,at ſumma libertas eſt viuere ſub Rege, inquit D.Larath. d.conſ.84. nu.6. non mirum igitur ſi Vniuerſitas præferri debeat in iſta venditione facta à Domino, potiſſimum quando venderetur à Domino vtili,ſcilicet feudatario, vt ſupra dixi,de quo teſtatur etiam Maur.Iun. in alleg.51.Capibl.in pragm.8.par.2. n.139. de Baron.& prolixius proſequitur iſtam materiam idem D.Larath.conſ.86.loquens de Domino alienare volente loca,caſtra,terras & Ciuitates eorum, cũ vaſallis ipſis inuitis, & ſucceſſiuè ipſi vaſalli iure prælationis poſſint ſe redimere, ſed quando à Rege venderentur,non aliter ſe tuentur iure prælationis nomine directi Domini, vt dixit Auctor, ſed iure reemptionis,& petere offerendo pretiũ, latè Capibl.in pragm.8.par.2.n.139.de Baron.eo quia Rex poteſt facere homines feudales de eius demanio, & alios liberare ab oneribus, ad quæ tenentur eorum Dominis, Maur. vbi ſupra nu.3. non tamen Regis ſubditus poterit inuitus ſubdi alterius dominio,eius enim intereſt non mutare Dominũ, idem Maur.alleg.44. nu.1. & ſucceſſiuè ſtare ſub dominio Regis,& non Baronis,idem Capibl.in d.pragm.8.par.2.nu.138 de Baronib. nec ſemper demania conceduntur,etiam vigore dictæ prælationis exiſtente cauſa legitima,maximè ſi in dominio permanere non poterit ex eius paupertate, latè Camill.Saler.in prohem.Catoli in addit.incip.magna eſt Principis, verſ in hoc tamen animaduertendum, ſimiliter vt concedatur dominium requiritur, vt expediat Regiæ Curiæ, ſequitur ibi Conſil.Rouit. nu.22. & quid probandum erit, vt admitti poſſit, refert Capibl.in pragm.8 par.2.nu.142.de Baronib.

Num.15 denegari poteſt aliquando demanium per Regem ex cauſa relata in nu.præcedenti in fin. an autẽ conceſſo demanio Rex poſſit vendere Terram, quam in demanio promiſit habere, videas eundem Conſil.Rouit. vbi ſupra nu.2.& latiſſimè D.Larath.d.conſ. 86. vbi quæſtionem iſtam exactè examinat in beneficium vniuerſitatum, & demum deciſum refert in eorum fauorem, vt audirentur in eorum iuribus,attenta ambiguitate opinionum ciuium.

Verſ verumtamen, & per iſtam rationem dixit D.Larath.vbi ſupra nu.79.agnatum prẽferri Domino

Domino feudi facta alienatione per feudatarium.

Num. 16. quamuis enim Baro prælationem habere videatur, vt dixi in omnibus iuribus Vniuersitatum, ac rebus, ita & taliter, vt dominium vtile Baronis præferatur directo, quod est Regis, Frecc. de subfeud. lib. 2. in 4. quæst. nu. 12. quod sanè procedit in inuestitis, vt ex mente Bald. in l. 1. ff. de rer. diuis. refert Capiblanc. in pragm. 8. par. 1. num. 82. de Baronib. secus tamen in non inuestitis, quo fit, vt sicut dum Dominus semel effectus non possit amplius ex alia causa dominium nanciscì, nisi esset dubius de prima causa, cui renunciaret, quo euentu ex secunda, & non ex prima Dominus efficeretur, Auctor decis. 39. nu. 36. & 37. ita è contra dum ex dominio rei priuatus nequiret eodem iure prælationis eundem reacquirere peracta venditione, nam ius extinctum non reuiuiscit amplius, sed noua requiritur constitutio, Auctor in cons. 145. num. 47. vol. 2. sicuti enim ius prælationis competens vasallis est temporale, Anna allegat. 27. num. 2. ita & ius prælationis Domini, eo quia ad paria iudicantur, Afflict. decis. 265. nu. 2. & 13. nisi fortè euictio imineret in re euicta, tunc enim venditio extingueretur euicta re vendita iure prælationis, maximè nulla mora interueniente, secundum quæ alias iudicatum censet Auctor cons. 153. vol. 2. num. 15. & pariformitèr concludi videtur in eo, qui ius, vel priuilegium reuocandi domum competat alicui, & experit alium conuenire durãte causa concessiua dicti iuris, seù priuilegij tunc poterit conueniri, & cogeretur se defendere, ita tradit Diaz in regul. 402. vbi id limitat plurifariàm, quod facit pro Terra ipsa vendita, vt cesset priuilegium prælationis Domini sibi competens, nam cessante causa illius, legatione finita cessat ius reuocandi domum, Tiraquell. in tract. cessante causa par. 1. num. 228. & pro resolutione huiusmodi dico, quod si filius renunciauerit feudum Domino consentientibus agnatis tacitè, vel expressè, si Dominus reconcesserit dictum feudum eidem filio, qui postea moritur sine filijs, non aliter admittuntur ad eius successionem, ita Afflict. in cap. vnico nu. 61. an agnatus.

Num. 17. sic etiam si emptor citra assensum emisset, vel saluo iure assensus Domini, licet autem dominium non transferatur in feudis sine assensu, vt dixit Anna in rubr. de vasall. decrep ætat. num. 11. Auctor etiam meminit cons. 1. nu. 42. vol. 2. quamquam dominium transferatur in hoc casu, non tamen totaliter, sed suspensiuè, quod sanè transferri posse non ambigitur, donec assentiat Prorex, ita noster Auctor cons. 147. nu. 29. vol. 2. sicuti & venditio in suspenso permanet, donec assentiat Dñs, Consil. de Georg. in alleg. 6. nu. 46. sed benè pęnes emptorem suspensiuè, etenim in transferendo feudi dominium, & sibi venditor reseruauerit requiritur consensus emptoris in acquirendo, & Regis in tollẽdo obstaculum, Franch. decis. 540. nu. 22. accedente inde emptoris consensu remanẽt adhuc contractus in suspenso, donec vt dixi Dominus assentiat, non mirum si omnia resoluuntur Domino assentire renuente, nam emptor resoluta emptione habebit omnia, quæ cum interesse erogauit, Anna alleg. 42. nu 8 ita quoque, & dominium suspensiuè transfiatum quando contractus resolueretur virtute pactorum resolutiuorum dicitur redire ad sua principia attractiua, Franch. decis. 64. nu. 11. & Marta in vot. 100. num. 11. id benè declarat, & in vot. 9. num. 19. subdit, quod dominium reuocabile dicitur ius dominij non dominium verum, an autem emptor feudi cum pacto de retrouendendo dicatur verè Dominus, & in eum transferantur omnes prærogatiuę, quæ Domino irreuocabili competunt, & quomodo procedat, vide Franch. decis. 159. nu. 3. & 10.

Num. 18. Refutato feudo in manus superioris eo ipso pignus contractum resoluitur, Auctor noster decis. 28. nu. 4. vbi nu. 11. id declarat, quomodo procedat, & in cons. 147. nu. 2. eod. vol. nam dominij acquisitione pignus confunditur, Maur. Iun. alleg. 37. nu. 5.

Num. 19. idem Auctor in lect. 17. nu 3. & hac ratione perpensa, non habent prælationem in feudo nouo, Auctor decis. 11. nu. 89. confimiles rationes adduxit Afflict. in cap. 1. nu. 1. si de feud. fuer. contr. inter Domin. & agnat. ex quibus magis fauetur agnatis, quàm Dominis, D. Larath. d. cons. 86. nu. 77.

Num. 20. idem Auctor d. decis. 11. nu. 89.

Nu. 21. an autem in alienationibus factis subhasta directus dominus præferri debeat, idẽ D. Larath. cons. 1. num. 63. allegat Bald. cons. 306. lib. 1. affirmatiuè concludentem, & sic in dies practicari testificatur Frãch. decis. 277. nu. 2. sed in casu nostri Auctoris secus videtur, cum agnatus alienatione necessaria in præiudicium aliorum poterit alienare feudum, Afflict. in cap. si vasallus nu. 23. si de feud. fuer. controu. inter Domin. & agnat. & quid in feudo paterno, an possit in præiudicium agnatorum, etiam cum consensu Domini alienari, vide Curt. Iun. cons. 138. numer. 23.

Num. 22. exemplo hoc ostendit Rendell. in tract. alleg. de iure prothom. verb. ex transa-

sione nu.7.qualitas enim in ipſo actu requiritur,ad hoc vt dominium tranſeat, potiſſimum vt ſit Dominus tempore contractus, ſicut dixi ſupra eodem de aſſenſ. Reg. §. 4. num.7.

Num.23. vide Auctorem ſupra eod. tit. de aſſenſ.Reg.§.4.nu.15.

Num. 24. ceſſante cauſa ſententiæ ceſſat illius effectus,ita Tiraquell.in d.tractat.ceſſ. cauſ. par.1.nu.232.

Num. 25. aliter ſenſit Iacobut. de Franch. in cap.1.nu.58.de ijs,qui feud.dar poſſ.ex mente eiuſdem Andr.in cap.1. § flumina col.fin. verſ. de ijs, & §. vectigalia col. 3. in princ. quæ ſint regal.& in conſtit.quadragenalem, quod demanium præſcribitur tempore,quo non extat memoria in contrarium.

De alienat. fieri ſolit.bonor.Vniuerſitat. &c.

NVm. 1. videas Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap.4.nu 446.extat enim pragm.12.§.& *perche intendemo*, de adminiſtr.vniuerſ. qua cautum eſt, vt venditiones annuorum introituum per Adminiſtratores vniuerſitatũ, cum obligatione particularium ſine aſſenſu Regio fieri prohibentur, nec vllum ſortiantur effectum, nec indirectè, aut directè contra obligatos, & propterea vrgente neceſſitate Vniuerſitatibus accipere pecunias pro ipſarum ſublevatione ad intereſſe,& ſic Syndicis ex iuris diſpoſitione permiſsũ eſt (exiſtente de hoc ſpeciale mandato) illas accipere,& obligare perſonas, & bona priuatorum,& non ſolum omnes ciues obligare, ſed quoſdam, vt refert Montan. in pragm.2. nu. 146.cum ſeq. de adminiſtr. vniuerſ. & ſequitur idem Andr.Gail in tract.de arreſt.cap.9. per totum,adhuc tamen exiſtente allegata pragmatica id prohibente,nequeunt ſe obligare ſine aſſenſu Vniuerſitates ipſę, Capibl. in pragm.1.nu.189.& ſeq.& num.178 de Baronib. Attamen porrecto memoriale Excellentiſſimo Proregi, præuia informatione capta de allegata ipſarũ neceſſitate diſpenſari ſolet eis licere, & pro cautela venditorum,dummodò decem,vel ſex,&c. ex ditioribus ſe obligent,vt ſit eis conſultum pro recuperatione capitalium,& tertiarum, iuxta praxim hic ab Auctore traditam, verùm tamen ſi ſe obligare noluerunt adſtringerentur per Capitaneum,vt ſubdit ibi Montanar. ſub nu.158. cum ſeq. & ſequitur Zappull.in pragmat.5.§.20.num.15.cod.tit. ita quod ſi elapſo tempore præfixo per Collat. Conſil. non ſe obligauerint, nil opitulari videtur in præiudicium creditorum,prout in facti contingentia iudicatum fuit; ita in meo Compend. verb.aſſenſus interpoſitus memini, ad quod aduertendum erit,quod aliquando aliqui Ciues Vniuerſitatum ſolent accipere pecuniam nomine ipſarum proprio, & in effectu in vtilitatem Vniuerſitatum vertunt, citra tamen aſſenſum Regium, & hoc caſu an teneantur, & quid fuerit deciſum, ſimiliter notaui in d. Compend. verb. inſtrumentum certorum, vbi etiam refertur deciſio facta,ſi realiter in beneficium Vniuerſitatis pecunia conuerſa eſſet, & ſi non appareret ex ſcripturis fortè ex coniecturis demonſtrari poterat,& cui incumbit onus probandi hoc.ſ. fuiſſe verſam pecuniã in vtilitatem Vniuerſitatis,vide Loſeum in tract. de iure Vniuerſ.par.3.cap.4.nu.17.

Num.2.videas Montan.vbi ſupra nu.146.& in mutuo etiam loquitur Loſeus in d.tract.par. 3.cap.4 num.11.vt exigatur ſpeciale mandatum ad hoc.

Num.3.nota, quod gabellæ per Vniuerſitates, quandoq; per capita, & quandoq; pro viribus patrimonij,aut per fumantes imponuntur,Montan.in d.pragm.5. §.14.nu.2. de admin. vniuerſ.

Num 4 an & quando Vniuerſitas poſſit vendere bona propria, latiſſimè Loſeus in d.tract. par. 3. cap. 5. regulariter autem bona Vniuerſitatis, in quibus Ciues, vel Barones habent vſum vendere non poſſunt,vt per Capiblanc.in pragm.11.de Baronib. niſi omnibus conſentientibus ciuibus ſubdit nu.4. & vide in meo Compend.verb.Baro, tanquam primus.vbi loquitur de Barone contradicente in alienationibus faciendis per Vniuerſitates ob æs alienum, & multos Doctores allegat.

De poteſt. ſubſtit in officio.

NVm. 1. nullus enim ſibi Locumtenentem conſtituere poteſt abſque Principis licentia,Conſil.Rouit. in rubr.de adminiſtr.& quod perſon. ſeru. nu.11. non mirum ſi ſubſtituens teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti,ita Maur.Iun.alleg.93 num.13. eo quia tenetur ſufficientes, & idoneos ſubſtituere,idem Conſil.Rouit.ibidem nu.10. ante eum Aſſlict. in conſtit. magiſtri Camerarij nu.10 & in cap.beneficium num.2. ſi de feud.fuer.contr.inter Domin.& agnat. quãquam enim regulariter omnes perſonaliter ſeruire compellantur, quod potiſſimum ex iuribus Regni comprobatum eſt in cap. itẽ, quod prædicti Officiales,& in pragm.1. & 2. de adminiſtr & quod perſon.&c. de quo etiã per Carau.in pragm.1.nu.10. §.19. de adminiſtr.

niſtr.vniuerſit. hoc tamen limitari cernitur, niſi de voluntate Regis ſubſtitueretur ſubſtitutus,ita Affli&.in rubr. conſtit. vt iuſtit. alium ſuo loco non poſſ.ord. & Carau.in ritu 2.nu.16.

Num.2.addas Carau.in d.rit.2.nu.16. ad quod nota,quod ſi ſubſtitutus commiſerit peculatum fortè,vt alias in facto in Ciuitate Aquilæ occurſo apparuit Aerariũ vigore ſuæ poteſtatis ſubſtituendi alium ſubſtituit, & crimen allegatum patrauit, quæſitum fuerat, an ipſe ſubſtituens teneretur,quia ſe excuſabat, quod in reſcripto Regio non mandabatur,quod teneretur de facto ſubſtituti, licet de proprio, & fuit pro ipſo iudicatum, refert Luc.de Pen.in l.agentes C.de agent.in reb.lib.12.col.3.verſ.dicitur autem,qui contrarium tenere videtur, & in quibus caſibus ſubſtitutus admittatur,vide Campag.in capit.quia de Vicarijs nu.13.& an teneatur vltra culpas, dixit Maur.d.alleg.93. num.13. & de inſufficientia eius habetur in cap. item prædicti ſecreti.

Num.3. Inhabilis ad ſeruiendum, an ſucceedat cum fratre habili, ſi æqualiter inſtituantur hæredes in feudo, vide Pileum q.53. vel debeat ſeruire per æque idoneum, Corſet. in verb.ſubſtitutus,Capyc.deciſ.31.nu.3.eſt verùm,quod quando inhabiles vocãtur ad feudum,cum ipſis dicitur eſſe diſpenſatũ,Card. Pariſ.conſ.4.nu.24.& ſeq.vol.1.& cõſ.23.nu. 37.ſic etiam in conceſſione feudi facta inhabili,nam cenſetur cum eo diſpenſatum, Auctor deciſ.27.nu.14.& deciſ.37.nu.20.& ſucceſſiuè,vt ipſe ait, vt poſſit per ſubſtitutum ſeruire,quemadmodũ Papa confereus beneficium incapaci,videtur cum illo diſpenſare, Bon.de Curt.in tract.de nobil.par.3.nu.205. Fuſc.ſingul.77.lit.P, vltra addita ad hoc per me ſupra eod.tit. de aſſenſ.Reg.§.4. nu.16.

Num.4.adde Paſchal.in tract.de virtib.pat.poteſt.par.4.cap.9. nu.54. citantem Auctorem hic, & hic nota, quod ideò ſit, vt nominans debeat ſibi æqualem nominare,& non minus idoneum, prout in feudalibus terminis loquitur Affli&.in cap.beneficium nu.2. ſi de feud. fuer. controu. inter Domin. & agnat. quemadmodum enim infeudatio æquali perſonæ fieri debet, ſicut idem Affli&. teſtatur in cap.vnic.§.ſimiliter nu.6.de lege Corrad. ſic etiam ſubſtitutio officij, nam ſubſtitutus æque idoneus eſſe debet,vel idonior,vt principalis,vt dictum eſt in principio, aliter nominans aliquem ad officium, ſi nominatus fuerit minus idoneus, nominans conueniretur ratione fidei ſequutæ, Auctor conſ. 81. nu.1.vol.2. niſi per Curiam fuiſſet approbatus, vt idem ſubſequitur, & ob id nominans debet nominare idoneum, & aptum ad ſeruiendum, quo fit, vt habens poteſtatem nominandi in officio, vel feudo poterit nominare etiam extraneum hæredem,Maur.Sen. alleg.43.& talis nominandi poteſtas à Rege conceſſa non expirat niſi ſequuto effectu,Anna alleg.139.nu.27.qua ſiquidem non facta admitterentur ſucceſſores ab inteſtato,latè Maur.Iun.alleg.66.nu 6 & idem Maur.Sen. alleg.43. nu 4 vbi in fine concludit in fauorem mulieris eſſe admittendam in hoc caſu ad feudum,& ſic limitabitur dictum Auctoris noſtri in hoc.

Num.5.eſt deciſ. hic citata 28. noſtri Auctoris eam allegantis 31. & reſpectu naturæ ipſorum officiorum concordari videntur in hoc cum feudis,eo quia ſicuti officia de ſui natura hodie effecta ſunt vendibilia,idem Auctor deciſ.7.num.38. ita pariter,& feuda, ſed hoc præuio aſſenſu,vt ſupra dictum eſt,& in cõſ. 137. nu.5. vol.2. de officijs alloquendo dixit ea eſſe de regalibus Principis oſſibus infixa, & feudorum inſtar nullo ſanè pacto alienari,aut ad longum tempus abſque aſſenſu locari poſſunt, & in conſ.130.nu.9. & deciſ.34. nu.16. nec enim ſunt ad hæredes tranſitoria, ſicut feuda,ſubſequitur in d. conſ.137. nu.6. & in hoc differunt,& in alijs relatis per eundem in deciſ.28.nec inſuper locũ habet conſtit.conſtitutionem diuæ memoriæ,vt iam deciſum affert ibi Auctor,& vltra eum Frãc. de Amic.in cap 1.de ijs,qui feud.dar.poſſ. §. ex hoc etiã fonte fol.75.de quo in meo Compend. verb.reuocatio vigore cõſtit.vbi alios citaui Doctores.

Num.6. officium prorogatum nõ dicitur nouũ officium.inquit Maur.Iun.alleg.10.num.5.& 9. & an ſit licitum idem officium repetere per viam confirmationis, vide Conſil. Rouit.in pragm.1.de offic.& quæ ijs prohib.nu. 10. an autem idem officium continuare, vel reiterare alijs idoneis exiſtentibus quis cogi poſſit,idem in pragm.2. nu.14. de admin. vniuerſ.an autem vno reluctante ciue reformatio in officio militet, vide Annam alleg. 15.per totam.

Num.7.de materia iſta ampliationis officij loquitur Anna in allegat.32. vbi caſum refert deciſum, quod conceſſa poteſtate ampliandi pro vno hærede valeat, etiam quod non ſit filius,vel genere hæres inſtitutus, & ſi fuerit ampliatum ad hæredes, an poſſit diuidi inter filios, vel ad primogenitum tantum pertineat,vide Maur.Sen.alleg 19.per totam.

Num.8.eſt deciſ.7.& 25. de quibus vide in meo Compend.verb.inquiſitus, verb.ſuſpenſio,& idem Auctor in conſ.133.vol.2.

Num.9. eſt deciſ.26. de qua in meo Compend. verb.

verb.inquiſitio.'& ſic deciſum nouiſſimè refert Muta deciſ.Sicil.5.de quo habemus ſpecialem pragm.in Regno 7.de ſyndic.offic & vltra eam videas Pariſ.in tractat.de ſyndic. verb. Iudices ad ſyndicandum.

De ſaluo conductu.

NVm.1.vide Maſtrill.de magiſtr.lib.3.cap. 4.nu.214.& de hoc ſatis dictum eſt ſupra eod.tit.1. §.4.nu.6.& ſeq. vbi aliqua notaui, & quod Principi tantum ſpectet concedere abolitiones, non autem ad Barones, nec ad alium ſpectet retulit Conſil. Rouit. in rubr. de abolit.nu.10.

Num.2.& quid operetur iſta clauſula,dummodò non accedat,vbi partes offenſæ habitant, latiſſimè idem Conſil.Rouit. in pragm.1. de guidat. num. 8. cum ſeq. an autem conceſſo guidatico ne quis accedat in Ciuitatem comprehendantur Burgi ciuitatis, & quid ſi in vno ex Burgis inhabitauerit pars offenſa, quidnam fuerit deciſum retuli in meo Compend. verb. ſuburbia.

Nu.3.ſingulariter id tradit Iodoch.in ſua praxi crim.cap.146 nu.3.Andr.Gail lib.1. de pace publ.cap.9. nu.20.

Num.4.Maſtrill.vbi ſupra nu.177. & lib.5. cap. 6.num.88. ex diſpoſitione cap. ad hoc ſtatutum erat, vt pro furto infra angnſtalem ſit pęna fuſtigationis,& ſignationis in fronte, ſeù mercationis, & bannitionis de Prouincia, vt ibi Campag.num.27.notat,hodie autem ex communi obſeruantia mercantur in ſpatulis minores,qui ſi iteratò furtum commiſerint, iuxta furti qualitatem puniuntur ex diſpoſitione nouellæ pragmaticæ hic citatæ, quæ in ſcriptis non eſt redacta, & de omnibus pęnis furum abundè loquutus ſum in d. Compend. verb. pęna furti,& vidi aliquando ſeruari tempore Ducis Oſſunæ Iunioris, tunc Neapol. Protegis dictos minores fures cum ſonaleis in canna per Ciuitatem Neapol.aſportari,& caſtigari.

De Capitaneis deſtinatis ad cuſtodiam.

NVm 1 hoc ſpec ficè mandatũ eſt in pragm. 35 §.8.in fin. de offic.mag.Iuſtit.vt vnuſquiſque ipſorum Capitaneorum aſportare debeat virgam in manu tàm intra, quàm extra Ciuitatem Neapol. & ſimiliter cæteri ſeruientes Curiæ olim baculum aſportare tenebantur,prout ſeruari dixit in Francia, Chaſſan.in cathal.glor.mundi par.7. conſid. 31 prout etiam olim Neapol.ſeruatum fuiſſe teſtificatur Affict.in conſtit.edictorum ſub nu.6.quem ſequitur Campag.in cap.ſiuè quis ſub nu.19.in addit.verſ.& talis citatio, vbi retulit,quod Nuntij portant quendam baſtonem de ligno in manu, & Nuntij Sac. Conſ. portant mazzam de piltro cum armis Regijs, quamuis hodie reſpectu alguzeriorum non ſeruetur talis aſportatio baculi, neque etiam id obſeruant Porterij Sac.Conſ. niſi eo die, quo feriæ Tribunalium indicuntur, ſed tantum ipſi Capitanei de guardia cõmuniter virga vtuntur,& quæ nam pertinent ad eorum officium exprimuntur in pragm.35. de offic magn.Iuſtit.

Num.2. vide Maſtrill. de magiſtr. lib.5. cap.8. nu.109. intantum verùm eſt, quod exequutoribus iſtis incognitis, & ſignum non habẽtibus reſiſti poteſt,Claud.Tut.in allegat.41. nu. 13. hoc ideò antiquitus ſancitum fuerat Nuncios ipſos aſportare ſigna,vt cognoſcãtur cap.cũ parati, & cap.ſignificauit de appellat.vbi Doctor. & Campag.loc.cit. & inde citatio valeret tanquam à perſona legitima peracta,cui reſiſti non poteſt, alias ſecus, vt dixi,hinc hodie reſpectu iſtorum militum Curiæ, licet habeant poteſtatem capiendi contumaces,& bannitos, & alios delinquentes,vt in d.pragm.35 §.2.ſtatutum eſt,ſimiliter eos,qui reperiuntur in locis ſuſpectis, nam poſſunt etiam contra eos ſcrutari ſi portent aliquod illicitum,vel arma, & ſi captus reſiſterit nolens ſcrutari punietur,& ob hoc tantum detineri, & capi poterit per Deputatos ex ſola reſiſtentia, vide Parid.in eodem tractat.de ſyndic.verb.an ex eo, quod ſub nu.9. quo verò ad alios debent habere ſpeciale mandatum, teſte Boſſ.in tit. de capt.num.93.& habetur in d.pragm.§.3. quinimmò nemo à Nuntio capi poteſt niſi oſtendat licentiam,idem Boſſ.in tit.de citat. num 12.

Num.3.vide Menoch. de arbitr.iudic. caſ.318. nu.22. quando quis nomen, vel ſignum alterius ſibi falſo arrogat, vt puniri poſſit arbitrio Iudicis.

Num. 4. hoc idem demonſtratur ex d. pragm. 35. §.5. vbi dictis Capitaneis iniunctum eſt adire Regentem bis in die,& in §.6.vt capta reuelent Regenti.

De legitimatione, ſeu reſtitutione natalium.

NVm.1. Legitimatio cum ſit de regalibus, vt tradit Peregr. in tract.de fideicomm. art.23.nu.90. & de reſeruatis Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, Alciat.in l.i. ff.de verbor.obligat.nu.48. Soccin.conſ.95. nu.4. vol.4.Paril.conſ.3.nu.8.vol.3.& actus reſeruatus in ſignum ſuperioritatis, idem Pariſ. conſ.

conf. 2. num. 7. vol. 2. non mirum si ad Principem dumtaxat spectare videatur restituere, ac dispensare super natalibus, Chassan. in cathal. glor. mund. par. 5. consid. 24. in 49. privil. Boss. in tit. de Princip. num. 180. Anchar. quæst. 62. par. 1. nu. 14. Mich. Cherian. inter commun. opinion. tit. de iur. aur. anul. num. 4. & seq. Cæsar enim de iure, & de facto legitimat, & alteri hanc potestatem, & auctoritatem dat, inquit Bald. in conf. 129. num. 2. par. 2. Paris. conf. 2. nu. 2. consil. 3. nu. 3. conf. 5. nu. 2. conf. 6. num. 2. vol. 2. nec per hoc ipse minuatur sua suprema potestate hinc est, quod si Princeps legitimandi potestatem Comiti concederet, illi plenitudinē potestatis non concedit, Berous q. 60. nu. 7. & ex ijs cernitur multo fortius spectare ad Proregē huius Regni, qui vigore suæ potestatis amplissime quotidie legitimat filios illegitimos cuiusuis speciei cum sit gratia, quam non tantum Principi, sed etiam suo Locumtenēti concedit, sic, & legitimatio facta à Principe gratia, & priuilegium Principis nuncupatur, Afflict. in cap. 1. vers. nunc venio nu. 11. hic fin. lex sequitur Paris. conf. 1. nu. 54. vol. 2. & conf. 2. nu. 7. conf. 3. nu. 9. eod. vol.

Num. 2. In legitimatione enim sunt vocandi illi, de quorum præiudicio agitur Bald. in cōs. 119. nu. 5. vol. 5. & conf. 361. num. 1. eod. vol. Soccin. conf. 3. num. 7. vol. 3. & Vrsill. decis. 195. nu. 6. latè hoc est per citationem ipsorum, quibus præiudicatur in iure successionis in legitimatione filij, refert Ant. Gabr. lib. 2. commun. opinion. tit. de citat. concl. 1. nu. 130. cum seq. vbi id declarat, quomodo procedat, quod limitat Auctor noster non procedere, quando fieret in vita patris, Cherian. vbi supra nu. 80. & 82. vbi plures allegat, & ante eos Mart. Laud. in tract. de legitim col. 17. vers. an autem in legitimatione, vbi etiam subnectit iuxta Auctoris sententiam, etiam si fieret post mortem matris legitimatio, dummodò fuerit in testamento ordinatum ab eo, etenim legitimatio poterit à patre mandari, etiam in præiudicium agnatorum, Maur. Iun. alleg. 88. nu. 2. quæ siquidem facta ordine patris retrotrahitur, vt sequitur num. 3. secus autem si fuerit facta post mortem eius nulla facta mentione in testamento, vt retulit ibi Ant. Gabr. sub nu. 136. vers. & quando mortuo patre, potissimum quando ius esset quæsitum agnatis, vel hæredibus ex aditione hæreditatis, bonorumq; possessionis apprehensione, Berous vbi supra nu. 3. & Afflict. in cap. vnic. vers. nūc venio nu. 3. hic fin. lex, Kircou. inter comm. opin. eod. tit. de iur. aur. anul. sub nu. 11. vers. legitimatus filius.

Num. 3. quando enim fieret legitimatio in vita patris stantibus filijs legitimis, & naturalibus ad hoc, vt valeat fieri debet mentio de ipsis agnatis, Peregr. in tract. de fideicomm. art. 23. nu. 53. & seq. Paschal. in tract. de vir. patr. potest. par. 2. cap. 4. num 108. cum seq. quinimò ipsis inuitis legitimatio fieri non potest tantum in defectum legitimorum, ita Cherian. & Xuarez in eod. titul. de iure aur. anul. num. 80. vers. fallit, vbi legitimatio, & proinde clausula ista ab Auctore allegata in legitimatione apponitur, nam exquiritur etiam citatio filiorum legitimorum, & naturalium, Ant. Gabr. vbi supra nu. 143. & in tit. de legitim. concl. 1. Cherian. ibidem nu. 2. quando autem fieret post mortem, quia ipsis inuitis fieri non potest, vltra Cherian. loco citato, sequitur ibidem Ant. Gabr. num. 131. qui licet ex aliorum opinione, dicat contrarium esse verum in nu. 33. ex mente Bald. & Nicel. concordando opiniones censet postremam istam opinionem procedere quò ad effectum legitimationis, non quò ad successionem, etenim tunc erint citandi, & propterea apponitur alia clausula citra præiudicium agnatorum, idem Ant. Gabr. eod. tit. de legitim. concl. 2. & isto casu stante ista clausula limitatiua non succederet legitimatus, nec præiudicaret, sed tantum ex testamento, idē Cherian. inter commun. opinion. tit. de suis, & legit. hæred. nu. 27. Paschal. vbi supra num. 114. & seq. & de hac clausula in legitimatione apposita, latissimè loquitur idem Peregr. in d. tract. art. 23. nu. 76. an autem valeat legitimatio superuenientibus filijs, vide Afflict. in cap. mulier §. naturales in 2. notab. num. 73. si de feud. fuer. controu. inter Domin. & agnat.

Num. 4. ista clausula ordinariè apponitur in legitimatione filiorum naturalium nobilium ex particulari ordine Suę Maiestatis, & propterea filius alicuius nobilis legitimatus ex Principis gratia, seù priuilegio, an dicatur etiam nobilis, licet videatur Martin. Laud. in d. tract. de legit. col. 19. vers. vide, quod teneatur, negatiuam partem sequi, cōtra eum tenent Bon. de Curt. in tract. de nobil. par. 4. sub nu. 21. vers. aut verò, & secundo, & Card. Paris. in conf. 58. nu. 45. vol. 4. quod legitimatus quò ad omnia etiā nobilis dicitur, quod secus est in filio spurio nobile legitimato, Curt. Sen. in conf. 16. nu. 20. & de hoc loquitur Afflict. in cap. quia num. 33. quis dicatur Dux, vbi quærit si spurius dicatur nobilis, & de Casata, an autem ad honores sedilium Neap. admittantur spurij legitimati à Principe, & potissimum quando non simpliciter filius ipse nobilis fuerit à Principe legitimatus,

ſus ſi datur nullitas contractus principalis ex defectu aſſenſus,& per *Reg. Conſtitutionem* datur facultas reuocandi, & recedendi a contractu,etiam quod ſub pœna, & iuramento fuerit illius obſeruantia promiſſa : ergo quomodo poteſt ſuccedere obligatio bonorum pro obſeruantia contractus, & dari actionem ad intereſſe: ſi authoritate legis reuocat, & poteſt contrauenire, ad
5 quæ vltra prædicta ponderetur deciſio *Iſer.* ſatis communis,ſed ad propoſitum, *in cap. 1.§.commercium, de prohib. feud. alien. per Lothar.* dum tradit non valere obligationē, dum quis vendit feudum abſque aſſenſu, & promittit ſub pœna ſe curaturum,quòd Dominus conſentiat: cum omnia dicentur in fraudem,& propterea nulla, & metu pœnæ contractus feudales ſubſtinerentur: nec reuocarētur, ibi *quicquid ſequitur ex eo, vel ob id ſeruandum directè, vel indirectè, quod lex vetat, caſſum eſt, cum principale non teneat,*
6 *nec acceſſorium, quod ex eo, vel ob id apponitur extra de fid.inſtrum.c.inter dilectos, colum. fin. Principale in hoc eſt contractus alienationis factus de feudo : acceſſorium eſt obligatio interpoſita curandi, vt Dominus conſentiat, prohibito aliquo, omnia mala, quæ poſſunt inde conſequi, videntur prohibita*. Hæc *Iſern.* quæ deciſio notetur ad quæſt.infra,an debeatur extimatio feudi legati.

Et rurſus *ibidem poſt num.*10.*aliàs cum acceptor, ſeu emptor ſciens per nullam ſtipulationem poteſt ſibi conſulere, quin perdat pretiū, nec de euictione aget contra promittentem: Ratio eſt, qa contractus erat prohibitus, alias ſi non eſſet prohibitus ſcienti, p cautionē poſſet cōſuli, &c.* Et videatur *Frec.in* 12.*limitat.ad Conſtitutionē Reg.* nā multa elegāter tradit ad propoſitum: & licèt *Andr.in d.loco* videatur limitare prædicta; quando hanc promiſſionem fecerit Magnus Conſiliarius intimus Domini,cui videtur, vt bona fide ſit credendum facilè aſſenſum impetraturum, quem ſequitur *ibi Afflict.* tamen *D.*
7 *Frece. in* 37. *limit. ad conſtitutionem* dicit, quòd habebat hoc prò valdè dubitabili, quia ſemper erit verum ſcienter contrahi ſuper re, cuius contractationem lex prohibet expreſsè : & propterea nunquàm fuit practicata talis limitatio, licet Magnates, & Magni Conſiliarij ſuper feudalibus contraxerint cum promiſſione Regij aſſenſus, & inſuper *Afflict.* qui ſequitur *ibi Andr.* ponit exemplum in aſſenſu alias ſolito concedi,& in Conſiliario, qui facilè Regem alloquitur, & Princeps eius contemplatione multa concedere ſolet: alioquin ſi aſſenſus eſſet inſolitus : immò denegari ſolitus, vt in ſubſtitutionibus, in fideicommiſſis, in contractibus alterantibus naturā feudorū, tunc reputaretur aſſenſus impoſſibilis,& eſſet vndique promiſſio nulla, nec deberetur intereſſe,aut aliqua extimatio ſecundum termi nos *tex.in l.apud iulianum §. fin. de leg.* 1. vel quando dubitaretur de fraude, vt quia fieret alienatio ad priuandum immedjatos ſucceſſores, ob quod perpetuò aſſenſus fuerunt denegati, vt ſupra diximus authoritate *Andr.in d.§ ſed & res.*

Hinc in cōtractu inter viuos facta diſpoſitione de feudo in ſecundogenitum, vel aliū
8 per viam donationis, aut alio modo,nō adhibetur diſtinctio, quæ in vltima voluntate de ſecundaria intētione diſponentis ad pretium rei legatæ,quando in corpore diſpoſitio non ſubſiſtit; licet opinio etiam in vltima voluntate ſit ſatis controuerſa,&
9 tata;& *Ego in repet.tex.in c.*1.*ſi vaſal.feud. priuet.* tenui,non deberi,licet in conſulendo aliter tenuerim,confirmando tunc meam opinionem cum magis communi *Regnicolarum*, & cum deciſionibus aliàs factis per noſtra Tribunalia:ſed in puncto iuris teneo veriorem illam opinionem, quòd non debeatur extimatio, ſecundùm quam poſtea fuit deciſum in cauſa Surrianorum iunctis Tribunalibus S.R.C.& Regiæ Cameræ,quā opinionem tenuit *Bal.in l.*1.*C. de ſacroſanct. ec cleſ.* illumq; allegat,& ſequitur *Aret in l.apud iulianum §.cōſtat de leg.*1.*idem Bal.& Aluar.in §. donare qual olim.pot feu. alien. Curt.in tract feud.*4 *p.nu* 126.*verſ. videtur limitanda prædicta concluſio*, vbi cumulat *Doct. Iacob.in tracta.eodem in verb & cum pacto, quod de ipſo feudo verſ.iuxta prædicta quæro Capyc.in repet.c.imperialem cart.* 10. *verſ.ampliate tertio* cumulat. *Doctо.* innumeros,& de cōmuni teſtatur *Schrader.de feud.* 1.*to.p.*7.*c.*2.*nu.*9.& latiſſimè,& de communi teſtans poſt *Iul.Clar.Intrig.de feud.centur.* 2.*nu.* 384.*poſt Ann.* diſputantem articulū *in repetitione prædictæ Cōſtitutionis cōſti.diuæ memoriæ nu.* 138.& nouiſſime ad ſatietatem per *Bammac.in ſuo reſponſo in cauſa Principis Aſcoli*, quod eſt inſertum *in repet c.omnes filij, ſi de feud.defun.milit.* & caſus *Bam-*
10 *mac.* erat extra omnē dubitationē, quia ibi erat legatū iuriſdictionis ſecundarū cārū,ob q; ſcindebatur feudi iuriſdictio,& dabantur feudo diuerſa capita,& efficiebatur mōſtruū nec vnquā in Regno eſt data cōceſſio iuriſdictionis primarū cārū vni,& ſecūdarū alteri, & cōtra Ducē Sueſſę fuit deciſū in cā Baroniæ S.Georgij, cuius cōceſſionem habuerat magnus Capitaneus in primis,& ſecūdis c. ſis, & demū illa euicta p Saldanarē Milanū vigo-

vigore ſuorum priuilegiorum, qui primas tantum cauſas habebat, prætendit Dux debere ei remanere iuriſdictionem ſecundarũ cauſarum, & obtinere non potuit, vnde cum hæc eſſet diſpenſatio, & aſſenſus impoſſibilis, meritò miratus ſum de paritate votorũ in prædicta cauſa, & quomodo tanta in ea fuit facta altercatio, quæ in Prorege ſunt lõgè clariora, quia aſſenſus Proregis eſt impoſſibilis omninò per *Pragmaticam nouem capitum* ſupra ponderatam, quòd benè aduertit *Bammac. in prædicto capit. omnes filij quæſt.* 4. qui demùm in *prædicto reſponſo* refert deciſiones in inſtitutione, vt æſtimatio nullo
11 modo debeatur. Feudum enim dicitur legitima primogeniti ſecũdum *Hoſt. ibi Butr.* & communiter *Scriben. in cap. licèt extra de voto.* Intantum quòd prædicti *Doct.* tradiderunt, quòd ſine cauſa priuari non poteſt, & ſi aliter teſtator diſpoſuerit, haberet querelam primogenitus, vel ageret ad ſupplementum, & ſecundogenitis dare debet ſecundum facultates; dummodo tantùm remaneat primogenito, quantum decori, & honori dignitatis, ac nobilitatis conueniat: & aliter primogenitus ſua primogenitura frau
12 datus remaneret: vbi *Anchar.* idem ſequendo refert poſt *Ioan. Andr. & Abb.* dictum magnum *B. Bernardi.* quod in nobilibus ſemper debet primogenitus totum habere, quia mælius eſt ſecundogenitorum diſperſio quàm inter eos hæreditatis diuiſio, *ibique Anan.* quod videtur admirabile pro Maioratibus Hiſpaniæ. Ideoq; *Andr. in Conſtitutione Reg. dignum* dixit quod taliter dicetur feudum legitima primogeniti, quod non poterit Pater primogenitum illo priuare, &
13 quod dicitur in Regno, dicunt *Doctor.* in cæteris feudis dignitatum, & in feudis, in quibus viuitur iure francorum, vt ſit legitima primogeniti: hinc pater donando poteſt dici de inofficioſa donatione ſecundum *Andr. in d. conſtit. dignum, & Minad. in conſtit.*
14 *in aliquibus in princ. num,* 27. dùm dixit, quod totum feudum eſt legitima primogeniti, quodq; pater cũ aſſenſu poteſt ex cauſa diſponere in beneficium ſecũdogenitorum, ſubdit dummodo ſincerè, ceſſante dolo, & fraude, & ita refert fuiſſe ſæpius iudicatum, ſicut dicimus in infeudatione ſecundum iura
15 feudorum, quæ etſi ſit à lege permiſſa, intelligitur, dummodo ſincerè, & ſine fraude, ſic in refutatione, & in omni alia diſpoſitione, de quo latiùs per *Andr. in d. §. ſed, & res, per quos fiat inueſtit. cum ſuis concord.* & quid dubij erit, quod ex diſpoſitione feudi manifeſtatur animus priuandi primogenitũ de eo, & dum ex nullitate diſpoſitionis vult grauare in æſtimatione, & ſic ad tantundem hæc eſt fraus notoria, & diſpoſitio feudi ſine aſſenſu per indirectum, & non poteſt dici ita re actum in pendenti propter ſpem reconuallationis, quia mortuo diſponente, amiſſa eſt ſpes, & eſt impoſſibilis aſſenſus poſt mortem, quia res eſt hæredis, in cuius præiudicium Rex non ſolet aſſentire, vt ſupra dixi-
16 mus. Vndè ſumus in terminis *text. in §. cõſtat, & idemmet Camer.* qui contrariam tenuit opinionẽ, falſus eſt *in repetit. c. imperialem car. 27. lit. E*, quod diſpoſitio *tex. in §. conſtat* procedit indubitatè, quando vltra actum dependentem à Principis cõſenſu, ſumus in caſu q̃ ille non ſoleat præſtari, que ſufficit attigiſſe: nam non intendo diſputaræ hunc articulum, de quo latius, & diffusè diſſerui in *d. repet. cap. primi ſi vaſal. feud. priuet.* Benè tamen aduerto quod *Camer. & omnes* qui hanc opinionem tenuerunt, ſe fundant in ſolita præſtatione aſſenſus, & ſic reſpondent ad *text. in §. conſtat*, & hanc eſſe communem opinionem *Scrib. ibi*, qui volunt eſſe nullam diſpoſitionem, etiam quoad extimationem, quando dependet à conſenſu Principis, & quid quando aſſenſus non eſt ſolitus concedi, vt in caſibus ſupra relatis, tunc quæſtio de extimatione non procedit: nam nulla pænitus debetur, & non poteſt negari quin per diſpoſitionem hanc ſi tenemus deberi extimationem, quod in fraudem Domini per indirectum feudata rij de feudo diſponunt ad libitum ſine aſſenſu; ſic etiam fraudando ſucceſſores legitima ſucceſſione, nam hæres, vel tenetur cedere feudum legatario, vel vendere contra ipſius voluntatem, vt æſtimationem ſoluat, & fraudatur etiam *pragmatica nouem capitum*, quę vetat Proregibus præſtationẽ aſſenſus teſtamẽtis, dũ inſtituitur in feudo alius, quã ſucceſſor vocatus ex lege inueſtituræ per hũc enim modũ, ſi tenemus deberi æſtimationẽ venit effectiuè inſtitutus, qui ex lege inueſtituræ ſuccedere non debebat, & lex non eſt impoſita verbis, & non debet circumſcribi, nec admitti fraus cõtra ipſius intentionẽ, ſuper quibus cogitetur, nã hæc eſt mea indubitata ſententia, loquendo per veros iuris terminos, pro quo videatur deciſio *gloſ. in Cõſt. Reg. vt de ſucceſſ. in verb. ex vtroq; parente*, quę videtur pũctualis, videatur dec. *Andr. in c. 1. §. quid ergo 3. col. fi. in fi. de inueſt. de re alien. fact. & in c. 1. §. cõmerciũ 1. col.* ibi *metu pænę de prohib feud. alien. per Lothar.* q̃ vt ſupra põderata decidit punctũ; etſi practica eſt, vt aſſenſus denegetur ei, q̃ vult cũ aſſenſu Regis diſponere de feudis hæreditariis, quã do præſumitur, q̃ alienatio fiat ad fraudã ſũ

Num. 19. nam confirmari non poteſt id, quod non eſt, Franch. deciſ. 104. nu. 24. ſicuti non validat priuilegium, quod erat inualidum, Maur. Iun. alleg. 3. nu. 7. nec operatur ſuper actu inualido, Anna ſingulariter in conſtit. conſtitutionem num. 9. nam ſi non haberet confirmabile nil operatur, Auctor in d. conſ. 150. nu. 3. vol. 2. & conſ. 20. nu. 21.

Num. 20. Auctor noſter conſ. 23. nu. 18. vol. 2.

Num. 21. & ratio illa eſſe demonſtratur, quia confirmatio nil noui tribuit, ſed prius habita roborat, Maur. Sen. alleg. 18. nu. 3. & alleg. 52. nu. 9. at ſi actus eſſet nullus, vel inualidus nil iuuaret, vt dixi ſupra nu. 19. excepto tamen ſi ex certa ſcientia actus nullus conualidaretur, ſeù actus inualidus, vtputa ſi in confirmatione adeſſet clauſula, & quatenus de nouo concedimus, & ex certa ſcientia, ac plenitudine poteſtatis, vt per Maur. Iun. alleg. 40. nu. 5. & ſeq. tunc enim confirmatio á ſciente importaret actum nouum, Anna alleg. 35. nu. 14. tunc noua conceſſio diceretur, Auctor conſ. 37. nu. 4. vol. 2. & eo caſu confirmando quis actum nullum, dare videretur, Franch. deciſ. 185. nu. 5. & ſucceſſiuè confirmatio actus ab initio inualidi firmat actum, prout ex nũc, non prout ex tunc, idem Maur. Sen. alleg. 50. nu. 7.

Num 23. an ſemper præcedere debeat licentia, vel ſufficiat, quod ſubſequatur Corn. conſil. 89. viſo lit. N, & conſ. 201. viſis lit. I, par. 3. ſicut etiam licentia Regis, quæ neceſſaria eſt in confirmatione maioratus debet præcedere ipſam cõſtitutionem, Gomeſ. l. 42. Tauri in princ.

Num. 24. vide Doctor. inter commun. opin. tit. ſi maior fact. ratam habuer. &c. per totum, vbi hæc, & alia notantur, & in iſtis terminis an ſolemnitates ſeruandæ per mulieres in contractibus eas obligantibus fat ſit, quod adhibeantur in mandatis, vel in ratihabitione, Iacob. Mandell. conſ. 45. nu. 7.

Num. 25. adde D. Camill. de Larath. cõſ. 104. nu. 10. Item pro alieno facto mulier contrahens ſeù fideiubens ſemper regulariter velleiano iuuatur, Gomeſ. l. 61. Tauri nu. 1. & Bertacch. in repert. verb. mulier contrahens, verſ. mulier fideiubens, vbi hæc omnia tradit, ſi pro patre, marito, filio, &c. interceſſerit, & ſic locum habebit velleianum, vbi mulier pro alio rem ſuam obligat, Franch. deciſ. 279. nu. 11. ſecus autem ſi pro negotio proprio interceſſerit, quo caſu non iuuaretur, Conſiliar. Georg. alleg. 32. nu. 2. ante eum ſingulariter Alex. de Tremol. in addit. ad Bonacurſ. tit. de perempt. except. ſub nu. 3. ſuper verb. exceptio velleiani, verſ. pleriſque autem modis, Gail lib. 2. obſerv. 90. nu. 8. ſicut exemplificando oſtendit Maur. Iun. alleg. 1. nu. 23. vltra Conſil. Rouit. in d. pragm. 1. nu. 4. & ſeq. de Senatuſc. Velleian.

Num. 26. oſtenduntur cauſæ ipſæ pię infra, vbi alia notabo, ſed hic nota, in quibus caſibus mulier non gaudeat beneficio velleiani, videas eundem Alex. de Tremol. loc. cit. verſ. primus ergo caſus, & ſeq. vbi enumerat duodecim caſus, in quibus ceſſat Velleianum, & in quibus non, videas Franch. deciſ. 279. Theſaur. deciſ. 224. nu. 15. & ſeq.

Num. 27. adde Napodan. in conſuet. vbi dos nu. 27. vbi dixit, conſtante matrimonio poſſe vxorem exigere in octo caſibus, & nu. 26. refert alios caſus ſoluto matrimonio, & Gram mat. conſ. 92. nu. 14. in ciuilibus.

Num 29. vide Amatum deciſ. Ancon. 62. nu. 1. 7. & 8. & Ioſeph Ludou. in ſuis commun. opin. tit. de auctor. & conſen. verſ. fallit vndecimo vbi alios allegat, & præ cæteris Paſchal. in tract. de vir. patr. poteſt. par. 3. cap. 5. nu. 17. & ſequ. vbi etiam quærit, ſi poſſit vendere fundum dotalem pro iuſta cauſa mulier, & pro exonerando eius anima, & in quibus caſibus alijs pro marito ſe obligare poſſit, idẽ Gomeſ. in l. 61. Tauri per totam.

Num. 30. vide Duenam in regul. 31. in 9. limit. Gomeſ. in l. 36. Tauri nu. 2. & ſic deciſum refert Franch. deciſ. 237.

Num. 31. de hoc in meo Compend. verb. fideiubere, vbi etiam dixi aliter in alio caſu deciſum fuiſſe, iuxta Auctoris noſtri opinionem, & Paſchal. in d. tract. loc. cit. nu. 14. & 15. videas etiam Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 8. q. 5 nu. 2. citantem noſtrum Auctorem, & Conſil. Rouit. in pragm. 1. nu. 7. ad Senatuſc. Velleian. & eundem Paſchal. in d. tract. d. par. 3. & cap. 4 nu. 13.

Num. 33. mulieris renunciatio in Regno non procedit, Conſil. de Georg alleg. 32. nu. 5. & quid iure communi, an mulier certiorata renunciare poſſit, vide Conſil. Rouit. in dicta pragm. 1. nu. 1. & alia multa collegerunt Doctor. inter commun. opinion. tit. de Senatuſc. Velleian. attingentia iſtam materiam renũciationis huius beneficij, ſed quid ſi fuerit læſa in renunciatione, an poſſit petere abſolutionem, vide Fuſc. ſingul. 51. lit. M, & quod mulier renuncians velleiano certiorari debeat, retulit Affli&. in cap. vnic. §. item ſacramenta in 3. notab. de pac. iur. firm. nu. 22. & ibidem num. 26. ſubnectit, quando cum iuramento renunciauerit, non ſuccurritur etiã ſi non fuerit certiorata.

§. I.

NVm. 1. latiſſimè Bellac. inter comm. opin. lib. 5. tit. de donat. inter vir. & vxor. nu. 2. & 4.

& 4. vbi plures Doctor. allegat, latiſſimè Alciat. in tract. de præſumption. in præſumpt. 26. regul. 3. nu. 14. & ſeq. latius Oſaſc. deciſ. 140. nu. 4. 8. & 9. Regula enim eſt, quod vxor quicquid acquirit præſumitur acquiſiuiſſe de bonis viri, & quando procedat, vide Minſing. cent. 2. obſeru. 92. & Sylu. Nupt. in lib. 4. nu. 20. vbi nu. 21. infert ad bona quæſita per viduam, ſi præſumantur quæſita de bonis viri defuncti, & Bellon. conſ. 17. nu. 12.

Num. 2. in contrarium regulam poſuit Aſcia determ. 100. nu. 1. vt ſint mariti, &c. nam in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis viri, Angel. conſ. 141. nu. 2. & Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſin. 12. nu. 19. & ſeq.

Num. 3. adde Aſciam loc. alleg. nu. 8. & Minſinger. loc. cit. nu. 5.

Num. 4. Alciat. loc. alleg. nu. 12. & ſeq. exemplificando demonſtrat, & melius Crauett. conſ. 61. num. 7. vol. 1. multa ad ornatum huius l. quintus retulerũt Alphan. collect. 560. Ricc. collect. 190. Auctor conſ. 43. vol. 2. & Conſil. Fab. Anna collect. nu. 168. Sylu. Nupt. lib. 4. num. 22.

Num. 5. Bellae. vbi ſupra num. 2. & ibi Alciat. num. 6.

Num. 6. Molfeſ. in conſuet. Neapol. tit. de renũciat. q. 19. num. 5. & 6. & quod dominium ſit mulieris ementis cum pecunia viri, & non mariti, refert Aſcia ibidem nu. 2.

Num. 7. vltra Molfeſ. loc. cit. nota, quod ſi vxor emerit in præſentia viri non contradicentis præſumeretur acquiſiuiſſe de bonis ipſius vxoris, & non viri, idem Ioſeph Ludou. in d. deciſ. 12. nu. 22.

Num. 8. eſt enim talis cõfeſſio ſuſpecta de fraude, Bellac. inter commun. opin. tit. de confeſ. num. 280.

Num. 9. latius Alciat. in d. tract. præſumption. in præſumpt. 18. regul. 1. nu. 1. & ſeq. Roman. conſ. 172. nu. 2. & donata ſponſæ per conſanguineos viri, efficiuntur, & quæruntur mario, quia eius contemplatione fuerunt donata, Kircou. inter commun. opin. tit. de donat. num. 87. & ibi Xuarez num. 87. & donatum vxori contemplatione viri non comprehenditur in diſpoſitione l. fœminæ C. de ſecund. nupt. Franch. deciſ. 18. num. 7. Item donatio facta vxori cenſetur facta contemplatione viri potius quam vxoris, Dec. conſ. 278. numer. 4.

Num. 10. Regulariter enim donatum filio non præſumitur donatum cõtemplatione patris, Auctor conſ. 148. nu. 66. vol. 2. & quando eius vel patris contemplatione facta cenſeatur donatio, D. Camill. de Larath. conſ. 9. nu. 55. & ſeq. & per totum, & quod relictum ab auo non cenſetur relictum contẽplatione patris, Alex. conſ. 42. nu. 45. lib. 7. Item legatum factum Rectori talis Eccleſiæ, an & quando cenſeatur factum Eccleſiæ, & quando Rectori, vide Gulielm. de Ludo in ſing. 137. & quid ſi eſſet legatum conditionale factum monacho, & pendente conditione fuerit factus Epiſcopus, cui Eccleſiæ acquiratur, an Epiſcopali, vel Religioſæ, Rubeus conſ. 160. nu. 3. & quid in Legatis, ſeù Ambaſciatoribus, vt hic Auctor commemorat, an cẽſeatur eis donatum Principis contemplatione, vel ſub illorum commemoratione Principi donatum, vide noſtrum Auctorem conſ. 16. nu. 74. vol. 2. ante eum Parid. de ſyndic. verb. ſubſtitutus ſub nu. 2.

Num. 11. vide Minſinger. ſingul obſeru. cent. 3. obſeru. 53. in princ. Nunt. Pellic. in conſuet. Auerſæ cap. 3. nu. 541.

Num. 12. hinc eſt, quod donatum contemplatione vxoris diſſoluto matrimonio, vel extinguitur, quia non eſt tranſmiſibile ad hæredes, vel vxoris hæredes in eo ſuccedunt, Auctor in conſ. 16. nu. 69. vol. 2.

Num. 13. hinc eſt, quod ſi priuilegium eſſet conceſſum alicui, & is eſſet infamia notatus, nõ operaretur eius effectum, Fuſc. in ſingul. 90. lit. P, quemadmodum verba generalia ad habiles reſtringuntur, Alex. in conſ. 104. nu. 6. lib. 1. & ſucceſſiuè verba ſunt intelligenda ſecundum conditionem perſonæ, ad quam diriguntur, vel in quam diſpoſitio confertur, Euerard. in ſua topica loco à ſubiecta materia num. 11.

Num. 14. multa ad ornatum text. iſtius l. cum multa, notat Alph. collect. 106.

Num. 15. vide Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. nunc de altera num. 12. vbi notat, quod feudum ex pacto, & prouidentia aliter conſideratur reſpectu perſonæ primi acquirentis, aliter reſpectu ſucceſſorum, nam reſpectu ipſius primi acquiſitoris, licet conceſſio fiat ſub quacumque verborum conceptione dicetur feudum nouum ex pacto, ſed habens vim hæreditarij, & per omnia hæreditarium inde occaſione ipſius, cæteri ſucceſſores habent feudum, & ibi alia tradit.

Num. 16. licet enim de iure communi fœmina titulata nupta priuato non faciat ipſum titulatum, de conſuetudine tamen cõtrarium ſeruari dixit in Regno Reg. de Curt. in d. diuerſ. feud. §. ſed vnde digreſſi num. 24. & ſeq. fol. 12. fuitq; ſeruatum in perſonam D. Tiberij Carrafæ viri Marchioniſſæ Fuſcaldi, quæ in conſtantia dicti matrimonij fuit effecta Principiſſa Biſiniani, & ſucceſſiuè eius vir ſic declaratus, & habitus etiam poſt mortem dictæ Marchioniſſæ per Collateral. Conſil. de quo in meo Compend. verb. titu-

,atus, qui cum fuiſſet ad ſecundas nuptias conuolatus cum Principiſſa Scillæ de hoc anno 1621.audiui ipſum obtinuiſſe à Rege diſpenſationem retinendi titulum Principis Biſiniani.

Num.17.eſt verum, quod vxor per maritum nobilitatur, ſed non è contra, Vezzin. inter comm.opin. allegat plures in tit.de nuptijs nu.55. Chaſſan.in cathal.glor. mund. par.8. conſid.21.imò gaudet priuilegio viri, Aret. conſ.130.nu.2. & 6.

Num.18. iuxta mẽtem Auctoris videas Capyc. in l.imperialem fol.18.verſ.tertia concluſio, de proh feud.alien.per Feder. vbi etiam loquitur de Regina nupta Comiti, ſi inde Rex maritus efficiatur,& etiam Sylu.Nupt.lib.2. nu.26.loquitur de muliere nobili nupta cum ruſtico,& ex eo filios procreãte,ſi ex eo matris nobilitas ad eos tranſibit, eo quod mulier nobilis plebeo nubens nobilitatem ammittit,Curt.in tract.nobil.par.3.num.192.& Fuſc.in ſing.48. lit.M.

Num.19.idem Reg.de Curt.vbi ſupra.

Nu.20.quamuis nobilitas ex matrimonio conſequatur,vt dixit Chaſſan.loc.allegat.ita vt vxorati præferri debeant non vxoratis, ſubnectit idem Chaſſan.in d.cathal.par.11 conſid.10.Sylu.Nupt.lib 3.num.9.ſed hoc reſpectu dignitatis matrimonij tantum,regulariter tamen iuxta regulam l.fœminæ ff. de ſenat. & l.mulieres C. de dign.lib.12. quam Corraſ.lib.2.miſcell.cap.vlt.num.9.ſequitur potius vxor nobilitatur per virum, quam è contra quò ad tẽporalem nobilitatem, Bon. de Curt.in d.tract.nobil.par.3.num.184. ſed tamen, vt hic Auctor aduertit reſpectu feudorum vxori deuolutorũ fœminæ quandoq; nobilitant viros,ad quod vide Capibl.in rubr.de Baron.nu.32. & propterea ſi pater nobilitatur per filium,magiſter per diſcipulum Prẹſes per ſubiectos,vt notat Gloſ.in §.1.auth.conſtit.quæ de dignit.&c.verſ.& nobiliores ex regula illa, quanto magis quiſque ſubiectos habet digniores maior eſt,Capyc.de ciſ.23. nu.27. adhuc tamen non eſt vera nobilitas, ſed potius corruſcatio radiorum, vt quoque ponderat Aret.conſ.136.num.4.reliqua dicuntur infrà nu. 22.

Num. 21. hoc ſecundum ſubiectam materiam, de quo ſatis per eundem Euerard. in topica loco à ſubiecta materia.

Nu.22. nota, quod etſi pater per filium nobilitatur,& magiſter per diſcipulos, Præſes per ſubiectos, vt ſupra dixi, ſimiliter mater ob filiorum nobilitatem, non tamen verè nobiles dicuntur,Aret.d.conſ.136.nu.4. ſed qualiter intelligatur,& in quibus caſibus procedat,vide gloſ.vbi Bart.& cæter iin l.1. ff.de ſenat.quos commendat Bon.de Curt.vbi ſupra nu.198.Sylu.Nupt.lib.5.nu.42. quinimò ſi mulier nobilitatur per virum,vt dixi ſupra per rationem à Doctor.ponderatam,non tamen procedit per contrarium,non enim plebeius nobilem vxorem ducens ex illo nobilitatur, ſubdit ibi Bon.de Curt.nu.195. cum ſeq.per rationem ab eo citatam,& tãto fortius, nec aliquam dignitatem conſequatur, hinc eſt,quod ſi mulier feudum viro dederit in dotem, & vir non præſtat Domino ſeruitium non ammitteret illud,Iacobin.in tract. feud.verb.& promiſerunt nu.31.

Num.23.Auctor noſter in conſ.8.nu.13.& conſil.15.nu.24.vol.2.

Nu.24. proprietatem à poſſeſſione ſeparatam eſſe tradit Menoch.in tract.de retin. poſſeſſ. remed.3.nu.76.

Num.25. de hac re plenius loquitur Tiraq.in præfat.ſui tract.le mort ſais le vif in 3. decl. n.5.& 6.in dominio verò ſecus eſt,quia trãſfertur ſine poſſeſſione,Anna in alleg.65. nu. 19. & quid in feudis, Iacobin.in tract.feud. verb.ita,quod ipſi inueſtiti nu.13.

Nu.26.adde Auctorem in conſ.16.nu.11.& 29. vol.2.vnde dominium præſumitur ex poſſeſſione cum de eo incidẽter agatur, Maur.Sen. alleg.16.nu.5.& alleg.54.num.3.niſi ius reſiſteret,idem alleg.60.nu.3. limitatur principalis quæſtio, vt non procedat, quando eſſet verbalis inueſtitura,nam tunc non acquireretur dominium ſine poſſeſſionis traditione, Afflic.in conſtit.Comite nu.14.& ſicuti multifariam feudum acquiratur,vt per Annam in rubr. de vaſall.decrep.ætat. ita & per ipſius dominium.

Num.28.de eadem materia obſeruãtias,& deciſiones retulit Auctor ſupra de elect. offic. §.8.nu.19.& 20.quid autem in Comite titulari,qui ammiſſa Terra cum alijs Proceribus ſedere vellet in aula Titulatorum,vide Reg. de Curt.in diuerſ.§.ſed vnde digreſſi num.6. & 7.

Num.29.de hoc per Chaſſan.in d.cathal.par.6. conſid.5.

Nu.30. adde Tiraq.in tract.à ceſſant.cauſ.par. 1.num.104.vbi hæc omnia ab Auctore noſtro tradita dixit, regulariter enim priuilegium datũ perſonæ ad alios non extenditur,vt per Cagnol.in l.in omnibus ff.de reg.iur.nu.8.& nu.11.dixit limitari in acceſſorijs,ſed quid in correlatiuis ibid.nu.12.ſubſequitur, quod limitatur, ſi fauore alicuius priuilegiũ alteri cõcedatur,non per hoc mortuo ipſo priuilegiato euaneſcit priuilegium,&caſus ponitur in patre immunitatem habẽte ob numerum liberorũ,ſicuti enim mortuis filijs ipſius,qui cauſam fuerunt acquiſitionis priuilegij,non

ceſſat

ceſſat priuilegium ſicuti ibi Cagnol. refert, & ſic deciſum dicit Ann.ſing.241. de quo in meo Compend. verb.immunitas,ita pariter mortuis parentibus,vt ibi per Tiraq.nu.109. & ſic etiam deciſum in Reg. Cur. nouiſſimè cenſet Paſchal. in tract. de vir. patr. poteſt. par.4.cap.4.nu.21.

Num.31.dictum eſt ſupra nu.20. & vltra ibi allegata vide Calean. conſ.11.nu.7.

Num.32. dignitates perſonales non tranſeunt, tamen faciliter impetrari ſolent à conſanguineis,Anna alleg.57.nu.29. & ſeq.

Nu.33.idem Tiraq.vbi ſupra nu.107. & Grām. in conſtit.generalia iura nu.5. eo quia videtur eſſe in primo matrimonio,non mirum ſi gaudere debet priuilegijs viri, Vezzin.inter commun.opin.tit.ſolut.matr.nu.100.ſecus è contra, Conſil.Patin. in tract. de iudic. mil. num.20. inter opera Conſil.Rouit. de milit. vbi hic citat Auctorem, licet Paul.de Caſtr. in conſ. 329. nu.3. dicat ampliando iſtam conclusionem, viduam gaudere priuilegio viri in concernentibus dignitatem,& perſonam eius,non autem in patrimonialibus.

Num.34. non eſt dubium, quin vidua retineat dignitatem viri,quam habebat viro ipſo viuente, inquit Gloſ. in cap. ex parte de foro competenti in gloſ.magna verſ.non obſtantibus in fine, vbi Felyn. & Benedict. de Vadis conſ.30.Paul.de Caſtr.d.conſ 329. num. 3. & ad hoc diceretur titulata, ſicuti prius conſtante matrimonio, quod ſecus erit facto tranſitu ad ſecunda vota, vt deciſum retuli in meo Compend. verb.vidua, etenim iſta dignitas titularis, quæ de per ſe nobilitatem præbet eſt ſeparata ab adminiſtratione, & ponit exemplum Franch.deciſ.62. nu. 4. in dignitate Marchionatus, Comitatus, & Ducatus, quod ſecus eſt in officijs,nam in illis exigitur dignitas cum adminiſtratione, vt ibi num. 5. dixit hinc Barones dicuntur habere feudum in dominium, & Officiales in adminiſtrationem,Capiblanc.in pragmat.6.num.75. de Baronib. quo circa ſi loquamur de primo caſu quò ad nobilitatem tantum, vxor ipſa aſſequitur illam, & retinet mortuo viro, donec ad ſecunda vota tranſierit, non tamen dominium illius Terræ, nec adminiſtrationem iuriſdictionalium, ſicuti maritus habebat, niſi fuerit balia filiorum inſtituta, ſed reſpectu dignitatis officiorum cum adminiſtratione, quia in ea potiſſimum contemplatur perſonæ induſtria, & per mortem extinguitur, & fœminæ ab officijs repelluntur l.fœminæ ff.de regul. iur. Thomaſett. regul. 122. niſi iure proprio, aut ex conſuetudine, vel alijs modis id conceſſum ſit, vt per Carauit. in ritu 1.in fine, non aliter conſequeretur commodum adminiſtrationis, quo fit, vt quemadmodum dignitas officio annexa finito officio adhuc remanet, idem Franch.deciſ.403. num.7. ita etiam extincto officio viri remanent reliquiæ dignitatis vxori eius contemplatione, eo quia priuilegium non ſemper ſequitur priuilegiatum, ſed mutata perſona poteſt extingui, Rub.Alexand.conſ.149. num.13.

Num.35.quod priuilegium nobilitatis aſſequatur,quis ratione adiuncti, quod alias per ſe ſolum non conſequeretur, refert Bon. de Curtil.in dicto tractat. de nobil.par.3. num. 187. & licet hic Auctor tangat ceſſante cauſa priuilegij ceſſet priuilegium, attamen retulit id antea idem Tiraquell. in d. tract. ceſſante cauſa par.1.num.203. potiſſimum quando haberet effectum ſucceſſiuum, ſicut idem exemplificando demonſtrat in eodem tract. in 23.limit. quod ceſſante cauſa ceſſet effectus in ſucceſſiuis.

Num. 26. locus Tiraquell. hic citati eſt par. 1. num 188.nam officium dari debet ſecundum qualitatem perſonæ, Alexand.conſ.91.num. 1. libr.7. & in illis induſtriâ perſonæ electa videtur latè Carau. in ritu 2.num.17. & 20. qua ſiquidem qualitate,vel induſtria ceſſante, vt Auctor noſter notat ceſſat officium,ſimiliter & beneficium ceſſante officio ceſſat, idem Alex.conſ.10.nu.2.lib.5.

Num.37. ſupra eod.tit. in princ. nu.14.

Num. 38. an enim cauſa ſuperueniente mutet diſpoſitionem legitimè factam, vide Andr. Gail lib.2.obſeruat.23.num.9 Crauett.conſ. 194. nu.7 vol.1. & in priuilegijs præſertim ponit regulam cum declarationibus Thomaſet.in ſuo flore leg.reg.236.

Num.39.beneficij à iure conceſſi ceſſante cauſa ceſſat beneficium, Tiraquell.in d.tractat. par.1.nu.45.qui nu.105.in ſpecie dixit,quod in beneficio, vbi locum facit perſonę conditio ea deficiente beneficium deſinit,& circa concernentia priuilegia perſonalia iuxta hic ab Auctore tradita, vide Cagnol. in hac l.hic citata in omnibus ff.de reg.iur. vbi copiosè.

Num.41.certum eſt,quod priuilegij cauſa ceſſante ceſſat priuilegium, idem Tiraquell.in eodem tract.par.1.nu.203. an autem ſi cauſa reuiuiſcat reuiuiſcere debeat priuilegium, idem ibidem nu.43.

Num. 42. quid autem in priuilegijs conceſſis ratione dignitatis, an ea ceſſante ceſſent,& priuilegia, idem Tiraquell. vbi ſupra par.2. limit.15.per totam.

Num.43. non ſolum hoc reſpectu ipſorum dominantium monſtruoſum eſſe conſpicitur.

ſed pariter damnoſum quò ad ſubiectos, etenim ſicuti monſtruoſus homo diceretur, ſi duo haberet capita, ſic etiam ſi Reſpublica duos haberet Dominos, quod ſatis perniciosum fuiſſe demonſtratur ex Romæ dominio antiquitus ſub Romuli, & Remi dominio, ſuppoſita inde Romulum Remum interfeciſſe, legitur in l. fin. ff. de rer. diuiſ. cap. in apibus cum gloſ. 7. q. 1. melius eſt Rempublicam regi per vnum Principem, quam per plures, ſicut vnus eſt Deus, & vnum eſt caput inter cætera membra, & quia homines ſunt faciles ad diſſentiendum, Martin. Laudenſ. in tract. de Princip. §. 131. melius, qui comprobat hoc ex mente Alber. in 1. conſtit. digeſtorum, nam vera Monarchia, & regimen vnius ſolis eſt maior perfecta, Conſil. Patin. in tract. de iudic. milit. inter opera Conſil. Rouit. ſub tit. de milit. num. 4 & 5. aliorum auctoritate confirmat, nam etſi verum ſit filios Regum Reges eſſe debere, vt dixit gloſ. in cap. denique, verſ. Rege ſuo eadem cauſa, & quæſtione, non tamen omnes filij vnius Regis omnes Reges eſſe decet, ſed vnus dumtaxat præeſſe debet in Regno, in apibus inquit text. in cap. in apibus 7. q. 1. Princeps vnius eſt, & grues vnam ſequuntur ordine literato, Imperator vnus, Iudex vnus Prouinciæ, &c. ſi inter animalia talis ordo inſtitutus inſpicitur, multo fortius inter homines rationales obſeruari debet, hinc Gelaſius Pontifex in cap. duo diſt. 96. inquit duo sũt quippe, Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mundus regitur auctoritas ſacra Pontificum, & Regalis poteſtas, &c. nam diuiſum Imperium cum Ioue Cęſar habet, Affli. &. in deciſ. 24. ſub num. 5. ſic diuiſum Imperium, nam homo non poteſt eſſe Papa, & Imperator, Gloſ. in cap. quoniam, idem 10. diſtinct. idem Mart. Laudenſ. vbi ſupra §. 303. item, ſed bene ſub tali dominij diſtinctione vnus eſt Papa, & vnus Imperator, nec duo Apoſtolici, vel duo Cæſares, ideſt Imperatores eodem tempore eſſe poſſunt, idem Mart. Laud. vbi ſup. §. 68. duo, ſic diuiſum Imperium habet Sũm. Pont. ab Imperatore, ille in ſpiritualibus, iſte in temporalibus cap. ſolitæ de maior. & obed. non tamen plures cõſpiciuntur Pontifices eodem tempore, nec Imperatores plures dominari, vt ſupra dixi, ſed vnus Pontifex, & vnus Imperator, & licet aliquando duo fuerunt Imperatores eodem tempore in Orbe, vt dixit Gloſ. in d. cap. in apibus, vnus tamen de iure, alter de facto præfuit, prout erat Imperator Græcorum, qui non propriè fuit Imperator, ſed Alemanus, idem Laudenſ. in d. tract. §. 86. ſed poſtmodum inualente legitimi Imperatoris potentia ceſſauit Imperator de facto, quod ſiquidem demonſtratur ex Imperatoris inſignijs, qui antiquitus vtebatur aquila cum vno capite, de quo per Chaſſan. in cathal. glor. mund par. 1. in concl. 16. verſ. ſic erit, deinde ex vnione Imperij ſucceſſores in Imperio aquila cum duobus capitibus vtebantur, vt ibi ſubnectit, ſed de eo rationem aſſignat Anton. Capyc. in l. Imperialem colum. 1. verſ. circa hanc rubricam de prohib. feud. alien. per Feder. ſucceſſiuè autem in Regibus, ac alijs Dominis gubernantibus procedere debet vnitas, quod demonſtrat Gloſ. in prohem. conſtit. col. 6. in princ. de Epiſcopo regente plebem ſuam, de paupere regente domum ſuam, de diuite regẽte familiam ſuam, de marito regente vxorem ſuam, de Iudice regente prolem ſuam, de Abbate regente Monachos ſuos, de patre regentè prolem ſuam, & de Rege regente gentem ſuam, &c. Ex quibus colligitur vnitas, quæ in regimine eſſe debet, quæ adeò vera demonſtratur, tàm reſpectu dominantis, quàm dominati, & amborum vtilitati perſpicua ex experientia, quæ rerum magiſtra nuncupatur, ad text. in cap. quam ſit de elect. in ſexto, non tamen abſque ratione proceſſit iuridica, ac communis obſeruantia dominij, cum etſi Rex, aut quilibet Princeps plures haberet filios, non tamen omnes dominari decet, ſed vniuerſi dominij poteſtas ad primogenitum iure optimo defertur, non tantum in Regnis, ſed in omnibus alijs dignitatibus Regalibus, tum ex hiſtorijs, tum quoque iuribus, ac communibus obſeruantijs comprobatum eſt, ita ſeriosius concludente Tiraquell. in ſuo tractat. de iure primogenitur. q. 5. per totam, vltra Capyc. in inueſt. feud. rubr. feud. balij, & latè verſ. feud. Baron. Intantum eſt verum, quod Doctor. quæſtionem illam examinant, cum ignoretur vter ex geminis quis dicatur primogenitus verè, de quo ſatis per eundem Tiraquell. in eodem tractat. quæſt. 17. & inſuper de filio nato ante dignitatem, & de alio poſt dignitatem quæſitam quis dicatur primogenitus, ſatis commendat Fuſc. in ſingular. 75. liter. P, hoc ideò fit, cum primogenitura denotet ordinem, & non poſſit eſſe niſi in vno, vt ſingulariter dixit Gulielm. de Monſerrat. in ſuo tractat. de ſucceſſ. Regum num. 14. quod ſatis confert ad præmiſſam vnitatem, & tanto fortius hæc eadem corroboratur concluſio, quod & ſi filius Regis primogenitus adhuc viuente patre dicatur Rex, vt per Fuſcum alios citantem in ſingular. 114. liter. F, non tamen propriè diceretur, quia non adminiſtrat, ſed tantum nudum Regis

gis nomen haberet abusiuum; ad quod singulariter dixit Bald. in prælud. feud. num. 36. quod licet Rex possit filium suum Regem constituere, hoc procederet quò ad nomen, non quò ad administrationem, at succedente inhabilitate primogeniti ex aliquo legitimo impedimento succederet secundogenitus, vt voluit idem Bald. in cap. 1. nu. 10. de succes. feud. & sic continuare, nisi tamen Rex ipse Regnum filio refutauerit sicut fertur peregisse Carolum V. recol. mem. in eius vita Regna omnia refutasse Philippo II. Rege eius filio, vt demonstratur in pragm. 5. de abolit. non enim esset condecens duos simul dominari ob vnitatem dominantis, & dominium, quod simul, eodemq; tempore apud duos esse non potest, hinc etiam apud Turcas receptum est, nam eorũ Dominus priore excepto filio, reliquos filios interemi facit, vt illum in pacifico Regno relinquat, notat Sylu. Nupt. lib. 3. sub nu. 8. in fin. & non mirum, quia Regnum ipsorum est, & fuit violentum christianæ religioni, humanæq; pietati contrarium, sed ad rem ipsam condescendendo censeo limitari posse in duobus casibus, nempè si Rex esset in vtero, aut minor, & cum curator, vel balius erit dandus à Proceribus Regni, sicut tradit Capyc. in d. inuest. rubr. feud. balij, vers. Regi pupillo, vbi etiam in principio limitat, quoties esset furiosus Rex, vel mentecaptus, tunc similiter curator dari debet à superiore suo, scilicet Imperatore, vel Papa, hoc est in Regnis, nam in alijs dignitatibus sæcularibus Regalibus, ob defectum primogenitorum succederent secundogeniti, nam ipsi secundogeniti efficiuntur primogeniti deficientibus primogenitis, Anna in alleg. 139. nu. 10. & ipsis secundogenitis existẽtibus inutilibus ad Regnum operantur, vt nepotes ex primogenito succedant, Afflict. in cap. sequitur nu. 97. de succes. feud. Dato insuper dominio in omnibus alijs dignitatibus, quod esset pęnes duos, vel plures Dominos adhuc inter eosdem vnitas versari debet, hoc est, vt alternis temporibus vnus illorum exerceat iurisdictionem, ita tradit Iacobin. in tract. feud. verb. Marchio Italiæ, vers. dubitatur etiam nu. 5. etenim in feudis indiuiduis, & iurisdictionum exercitium est indiuiduum, Camer. in cap. 1. num. 105. de succes. feud. & successiuè discrepantibus Dominis vnius iurisdictionis alternis vicibus administratio erit decernenda, & vltra Iacob. supra citatum, idem refert Andr. Gail lib. 2. de pac. publ. cap. 18. num. 11. vbi alios allegat Doctores, ante eum Mart. Laudens. de Princip. §. 526. vbi denique respectu subiectorum, scilicet Regni, Ciuitatum, Terrarum, & ipsorum hominum vtilitas, maxima resultat sub vno Rege gubernari, Martin. Laudens. in tractat. de Princip. §. 471. interest, melius est enim Regi per vnum, quam per plures, ita Afflict. in constitut. non sine grandi nu. 6. vbi id experientia comprobat, & rationibus corroborat, & vltra ipsum singulariter notat Luc. de Pen. in l. 2. C. de exact. & execut. lib. 12. col. pen. vers. ita etiam habens, quod vnitas res conseruat, quas dualitas annihilat per multa media ibi tradita, & hoc in summa confirmatur alio fundamẽto, etenim si verum est, vt vnus præesse debeat in regimine Regni, Imperij, & aliorum, nec subiecta ipsa, hoc est Regna, & Imperia, aliaq; Regales dignitates plures Dominos habere non patiuntur, hinc est, quod Regina Apuleę nubens militi non efficitur miles ipse Rex, quia non possunt esse duo Reges eodem tempore, idem Mart. Laud. vbi supra §. 176. Regina, etenim consortem habere nullus à natura desiderat, Afflict. in constit. occupatis sub nu. 6 qui specificè loquitur de Imperatore, rationem reddens ex eo, quia Princeps solus melius exercet Imperium, quam plures, non tamen è contra, quia Dominus, siuè Rex, aut Comes, vel Marchio poterit plura Regna possidere, vel alia loca sibi subiecta administrare, vt dixit idem Monserat. in d. tract. nu. 44. prout est Rex Hispaniæ, qui plura Regna possidet, & ob id alijs præferendus, inquit Chassan. in cathal. glor. mund. par. 5. consid. 37. vltimo attenta indiuiduitate Regni, quod est indiuisibile, idem Lanar. d. cons. 1. num. 26. non datur diuisio illius inter plures filios, vel alios Reges, cum de sui natura, & essentia, etiam de iure communi nullam patiatur diuisionem, etiam quò ad eius partes, idem Monserat. vbi supra in 2 dubio nu. 3. non mirum si sub vno Rege gubernari debeat Regnum, quo fit, vt dum Regnum nostrum Neapol. ex prętensionibus Regis Gallorum succedente Federici Regis culpa diuisum fuerit inter dictum Regem, & Regem Catholicum Ferdinandum, ordine tamen Summi Pontificis, vt refert vltra Historicos Grammat. decis. 65. sub nu. 35. quia enim talis diuisio in præiudicium maximum Regis Catholici tendebat, eo quod Regnum integrum ex iuris debito sibi competebat, & in dicta Regni diuisione protestatus fuerat, suumq; exercitus Ducem Consaluũ de Corduba pro Regni recuperatione destinauit, sicuti etiam testificatur Io. Angel. Pisanel. in pragm. 1. de possess. non turb. sub nu. 3. & cum effectu strenuissimus ipse Dux superatis Gallis Regnum ipsum recuperauit, & integra liter eiusdem Regis Catholici dominio su p-

poſuit, propter quod, vt ipſe Piſanel. loc. cit. ſub n 8. retulit, quod noluit ipſe Rex Ferdinandus III. appellari, eo quia ex propria perſona Regnum ipſum ſubiecit eius ditioni, hoc ideò actum fuit tum ab Inuictiſſimi Regis prouidentia, quàm ſubſequuta fideliſſimi Ducis obedientia pro Regni huius integralis dominij conſecutione ob illius indiuiduitatem, non enim condecens erat Regnum iſtud, alias ſub vno Rege gubernatum, ſub duobus Regibus diuiſim regi, vltra alia iuridica fundamenta ipſi competentia, inde Rex tenetur ſeruare ſucceſſoribus indiuiduitatem Regni, ex dictis per Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. licet autem num. 32. & Lanar. conſ. 1. nu. 15. quod etiam porrigitur ad cætera feuda Regalia, quæ diuidi iure prohibentur, de quibus per Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 44. & ſic de ſimilibus, vt quoque tradit Monſerrat. in d. tract. in 5. dubio nu. 7. quia Regnum, & feudum æquiparantur per Doctor. Lanar. d. conſ. 1. nu. 46.

De Balijs dandis, &c.

NVm. 1. ad Principem peculiariter ſpectat prouidere de Balio feudatarijs minoribus, Capyc. in inueſt. feud. rubr. feud. balij in princip. & Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 39. auctor. nu. 3. qui in antecedenti numero, dixit etiam procedere in filijs ſubfeudatariorum, & Maſtrill. in ſuo tract. de magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 203. & hoc procederet quando non fuerit relictus in teſtamento balius à feudatario, vt Auctor noſter dixit in deciſ. 20. nu. 4. & ſic practicatum retuli in meo Compẽd. verb. balius, ſimiliter de balio Rex prouidet filio foriudicati, Franch. deciſ. 212. num. 12. ampliatur hæc eadem concluſio militare, etiam in Audientia Hydruntina, quæ ſimiliter dat balium feudatarijs, Frecc. in lib. 1. de ſubfeud. tit. de Prouinc. & Ciuit. Regni num. 46. verſ. Lycius Idomeneus, ſed Regi non valenti gubernari datur curator, vel ſi eſſet factus inutilis, aut iuſtitiam non ſeruaret, maximè locis pijs, & pauperibus ſecundum Innocent. relatum à Bertacch. in verb. Regi neſcienti ſub §. 30. ſimiliter quando eſſet minor, ſicut ex multorum auctoritate comprobat Capyc. loc. cit. verſ. & cum Rex, quando excederet pupillarem ætatem, ſed quando in vtero eſſet, vel infans, aut pupillus tutor ei daretur, idem ibi in verſ. Regi pupillo, & tales tutores, vel curatores Regibus per S. P. dantur, Mart. Laudenſ. in tract. de Princip. concluſ. 401.

Num. 2. aduerte, quod Comites, & Barones in teſtamento filijs eorum balios dare poſſunt, quando haberent feuda quaternata, Campag. in cap. feudatarius nu. 9. etiam ſi fuiſſet ſimplex feudatarius abſque licentia Curiæ, idem Campag. ibi nu. 1. & Capyc. loco allegato col. 2. verſ. balium licet, an autem auus maternus poſſit dare balium nepoti, ſi ei feudum in teſtamento reliquerit, vide Campag. vbi ſupra num. 16. ex quibus colligitur balium alium eſſe teſtamentarium, & alium datiuum, vltra Campag. ibi nu. 7. refert Auctor in d. deciſ. 20. nu. 4.

Num. 3. de matre, vt præferatur in baliatu, vltra Afflict. in conſtit. minoribus nu. 8. & ibi Præſ. Mormill. num. 4. dico eidem cæteris excluſis deferri debere baliatum, etiam exiſtẽte auo paterno, & ſic deciſum reliquit Franch. deciſ. 10. alios citando, memini in meo Compend. verb. baliatus, inde ipſa matre conuolando ad ſecundas nuptias decernetur ille balius, quem ipſa petierit, & nominauerit, ſicq; deciſum teſtificatur Anna cõſ. 50. de quo in eodem Compend. verb. baliatus, Ricc. colect. 1382. in fin. at nulla facta nominatione per patrem, vel auum in teſtamento de balio admittitur mater, & etiam auia, vltra Capyc. loco allegato, verſ. immò volens, ſequitur idem Mormill. ibidem num. 2.

Num. 4. adde Præſ. Mormill. in conſtitut. in aliquibus num. 2. vbi allegat hic Auctorem, ſic etiam in feudo obuento filio minori pater erit legitimus adminiſtrator, Capyc. loco mentionato col. 1. verſ. adeo quod, vbi retulit Sac. Conſ. non poſſe dare balium feudatario minori litiganti, vel curatorem ad litem habenti patrem.

Num. 5. nota hic, quod balij debent ſtatui à Curia de proximioribus, idem Campagn. in d. cap. feudatarius nu. 2.

Num. 6. an balius ſatiſdare teneatur, vide Capyc. vbi ſupra verſ. adminiſtrant, & quid ſi fuiſſet datus balius aliquis magnus Princeps prout hic Auctor dixit fuiſſe practicatum, vide eundem Mormill. vbi ſupra nu. 3. & Capyc. in d. loco, refert caſum vnius Reginç deciſum in eius fauorem, de quo ante eum teſtatur Laudenſ. in tract. de offic. dom. §. 4. an teneatur conficere inuentarium balius ſicut tutor, vide Afflict. in d. conſtitut. minoribus nu. 7. an autem de geſtis teneatur rationem reddere, vltra Afflict. ibi nu. 21. ſequitur ibidem Campag. num. 11. & ſic de omnibus iſtis tribus, nempè ſatiſdatione, confectione inuentarij, & redditione computorum deciſum tradit Conſil. de Boctis in d. conſtit. minoribus incip. ſed quid de ſatiſdatione, prout in meo Compend. verb. balius, & an pro ijs ſalarium debeatur, idem Capyc. d. loco,

verſ.

verſ. & debet habere, Mormill. ibidem nu. 1. de quo ſatis in meo Compend. verb. ſalariũ, & victum, ex deciſis per Franch. deciſ. 122. nu. 5. etiam reſpectu liquidationis ipſius aliquas deciſiones notaui, an autem balius ſeruire teneatur de perſona, quando bellum inciderit, & Rex eligerit ſeruitium in perſonam, refert Mormill. ibi nu 5. & quid in donatiuis an ſedere debeat in loco vbi pupillus ſedet, & ita dare vocem, & præcedentiam habere, meminit Auctor deciſ. 15. nu. 2. cum ſequen. de quo in d. Compend. verb. ſedere.

Num. 7. dixi in meo Compend. in verb. balius, ad quod etiam nota vnicum balium eſſe cõſtituendum, & ſi teſtator in ſuo teſtamento reliquerit fideicõmiſſarios exequutores ſuæ diſpoſitionis, vt noſter Auctor dixit ſolam matrem fuiſſe declaratam baliam in deciſ. 20. quem ſequitur Ricc. d. collect. 1382. an enim habebit facultatem balius adminiſtrãdi feudalia, & burgenſatica, Capyc. vbi ſupra in verb. adminiſtrant, verſ. adminiſtrabit Campag. vbi ſupra num. 14. & quia baliatus finitur adueniente pubertate, vt notat Affli. in d. conſtit. minoribus nu. 3. & ibi Campag. num. 10 & ſic in 14. anno, Auctor d. deciſ. 20. nu. 17. vel cum primum pupillus intrauerit annum decimumquintum ſecundum Capyc. in d. rubr. verſ. deſinunt, & in fœmina in 14. quid ſi fœmina poſt 12. annum ſe matrimonio collocauerit, an finiatur baliatus, tangit hoc ibidem Capyc. in fin. Marcell. Conuerſ. qui de eo mentionem non facit in tract. de tutel. tit. de excuſ. tut. nu. 15. qui omnes concludunt affirmatiuè, & propterea in dictis caſibus de curatore prouidendum erit, & ſic ſpecificè dixit ibi Campagn.

De Militibus, &c.

NVm. 1 in Regno autem nemo poteſt creari miles niſi à Rege, vel de licentia Regis, vt in conſtit. conſtitutione præſenti, vbi Afflict. nu. 2. & Frecc. de ſubfeud. lib. 1. rubr. quis dicatur Comes nu. 38. nullus enim miles effici poteſt ſine ſpeciali Principis auctoritate, idem Afflict. in conſtit. diuinæ iuſtitiæ nu. 6. à Rege enim ſolo verbo miles creatur, idem Frecc. lib. 2. de ſubfeud. in 6. auctor. nu. 2. ipſe enim ſolus approbat militem, & ad ipſum ſpectat, & pertinet aſſumere aliquem numerum, vel limitem cuſtodiendum, Chaſſan. in cathal. glor. mund. par. 5. conſid. 24. in 36. priuil. & ſucceſſiuè ad Proreges, qui perſonam Regis repreſentãt, Molfeſ. in prohem. conſuet. q. 5. nu. 10. & q 7. nu. 6. & multo fortius creare Capitaneos militum ad eum ſpectare, dixit idem Chaſſan. in d. cath. par. 9. conſid. 15. verſ. 20. à Principe, & ibi etiam colligitur in progreſſu verſ. 22. & verſ. 42. ſed magis ſpecificè in conſid. 18. & de hoc habemus pragm. 2. de milit. §. 1. *Capitani, che hanno d'hauer carrico di ſoldati di queſta militia ſerranno eletti da noi*, vbi loquitur de militibus nouæ militiæ, & de militibus equeſtris militiæ, habetur in pragm. 6. eod. tit. §. 1. ibi, *primieramente queremos, que los doze Capitanes eligendos por dicho R. Carden.* & in pragm. 10. §. 1. pragm. 7 §. 7. eod. tit. ibi, *los Capitanes que han da tener cargo los ſoldatos de la dicha militia han de ſer eligidos por nos*, & ſic de ſimilibus, per eoſdem Capitaneos eliguntur Alferij, Surgẽtes, Capita ſquadræ, & qualiter olim creabantur duces belli, latè Frecc. dicto tit. quis dicatur Dux nu. 19. & ſeq. vbi plura de hoc, vide Maſtrill. de magiſtr. lib. 5. cap. 6. nu. 206.

Num. 2. nullus miles de vno vexillo ad aliud tranſire poteſt ſine licentia Proregis, vt in pragm. 10. §. 15. de milit. ſolus Princeps trãſfert militem de vno numero ad alium, idem Chaſſan. d. par. 5. conſid. 24. in 52. priuil.

Num. 3. differentiam inter illos, qui militant expenſis Principis, & illos, qui militant expenſis ſuis, poſuit Anna in alleg. 75. nu. 3. & de militibus iſtis ſtipendiatis, qui vulgo *ſoldati* appellantur, ſatis loquitur Frecc. d. lib. 2. tit. de orig. Baron. num. 15. vbi nu. 14. intuetur eorum originem tempore Romanorum, & ſtipendia ipſorum, & nu. 38. mentionem facit de ſolemnitatibus quando creabantur, ac de forma fidelitatis.

Num. 4. & videtur eos gaudere ſi actu ſeruirẽt, cæterum ſi non ſeruirent actu, etiam milites profitentes militarem artem non gauderent fori priuilegio, Conſil. Rouit. in pragm. 26. de milit. num. 34. ſicuti etiam milites ſtationarij, Andr. Gail lib. 2. obſeru. 118. nu. 13. verius autem milites, qui ſtipendia merent, & exercent militiam gaudent priuilegijs militaribus, Boſſ. in tit. de indit. & conſid. ante tort. nu. 108.

Nu. 5. idem tradit Gulielm. Bonet. in ſuo tract. in quib. caſ. pœn. mort. nat. ſpecif. à lege eſt impoſ. ſub nu. 5. Gail de pac. publ. cap. 4. nu. 39. & Conſil. Rouit. in pragm. 2. de milit. qui id diſpoſitione vtriuſque iuris comprobat, quod etiam confirmatum eſt ex legibus Regni, nempè ex pragm. 2. §. *che il ſoldato*, pragm. 7. §. 22. & pragm. 10. nu. 19. de milit. vbi expreſsè imponitur pœna mortis naturalis militibus exiſtentibus in præſidijs, aut deambulãtibus per Regnum pro ſeruitio ſuæ Maieſtatis ſine licentia diſcedentibus, vt vidi pluries ſeruatum fuiſſe Neapol. niſi eſſent

minores

minores, quibus aliquando ex gratia diſpenſari ſolet per Proreges, ſicut accidit menſibus elapſis tempore Illuſtr. Card. Borgiæ in principio ſui regiminis indulgendo pœnam mortis minori militi aufugienti, quare in dictis pragmaticis ſubnectitur, quod ſi non poterunt de perſona capi illicò foriudicari debent, & hoc pariter confirmatur ex diſpoſitione iuris, vt à quocũque Iudice capi poſſint, idem Conſil. Rouit. in d. pragm. 16. nu. 18 ſicut aliquando mihi cõtingit obſeruari, quando in Theani Ciuitate iudicatus munus exercebam contra duos milites vagãtes abſque licentia Capitanei, nam de licentia nullum apparebat documentum, quæ in ſcriptis concedi debet, Bald. in l fin. C. de erog. mil. ann. lib. 12. Imò tales milites deſertores interfici poſſunt, Blanc. in prax. crim. §. iuris permiſſione nu. 51. fol. 116. & Gail vbi ſupra, hæc tamen concluſio limitatur, quando ad tempus miles deſeruiſſet militiam ob affectionem parentum, & affinium, ita Tiraquel. de pœnis cauſ. 20. nu. 3. quod iudicio meo nil prodeſſe video ne ſub hoc colore quæſito pœnam euaderent omnes. Secundo limitatur niſi ex aliqua cauſa graui, puta homicidij, vel aliorum timore pœnæ ſe abſentauerit miles, ſicut in d. pragmat. cautum eſt. Tertio limitatur non procedere, quando in præſidijs, vel itineribus pro ſeruitio Regio ambulantibus, ſed poſt albationem diſceſſerint ab armis ſine licentia Capitanei, tunc erit pœna relegationis triennalis, & alia arbitrio Proregis, reſeruata d. pragm. 10. §. 30.

Num. 6. Iudex militaris olim erat legionis Præfectus ſecundum Veget. quem citat Frecc. d. lib. 1. de orig. feud num. 30 hodie autem Auditor Campi, ſic vulgò nuncupatus præeſt militibus, vt dixit Auctor ſupra de aſſ. nſ. Reg. §. 7. nu. 24. quamuis in aliquibus caſibus ſolet Prorex aliquem ex Conſiliarijs, vel aliquem Iudicem Mag. Cur. deputare Iudicem in exceſſibus militum, vt multoties viſum eſt ſeruari, in ciuilibus verò cauſis Iudex militaris cognoſcet, vt per Conſil. Rouit. in d. pragm. 26. nu. 40. & in quibus caſibus ibi demonſtrat.

Num. 7. hoc ideò fit cum poſt deſcriptionem miles allectus in matricula deſcribitur, ad hoc, vt gaudeat priuilegio militum alias haberetur pro priuato, Conſil. Patin. in tractat. de Iud. mil. nu. 31. inter opera Conſil. Rouit. ſub tit. de milit. vbi refert per talem matriculam probari quem eſſe militem, quæ ſufficiens erit, idem Conſil. Rouit. in d. pragmat. 16. nu. 56. vbi etiam dixit communiter Rollum appellari, dum enim aufugiunt milites debent de Rollo ipſo caſſari, ne amplius potiantur militaribus priuilegijs, nec pro militibus reputandi, ſicuti milites, qui non ſtãt firmi in militia, ſed ſemper vadũt ad domos non debent eſſe milites, Marc. Laud. in tract. de milit. §. 12.

Num. 8. licentia diſcedendi debet concedi legitima ſubſiſtente cauſa, ſicut diſpoſitum eſt in ſupracitatis pragmat. & tunc etiam ſalarium conſequeretur, Bertach. in verb. ſtipendiarij il 5. quod non procederet ſi citra licentiam diſceſſiſſet, ſicut in ſimili de Officiali ſine licentia diſcedente concludit Carau. in rit. 7 nu 7 vt ſalario priuetur, pariter etiam durante tempore captiuitatis ſalarium obtinebit, Mart. Laud. in d. tract. §. 4. & Bertacch. vbi ſupra, vbi alia conſimilia collexit.

Nu. 9. hoc dictum Auctoris corroboratur duobus medijs, vt contra ius cenſeatur facultas concedendi licentiam militibus, vt ſua peragant negotia relicta militia, eo quia ex diſpoſitione iuris negotiatores prohibentur militare, ne eorum prætextu militiam deſerant ad text. in l. 1. C. negot. ne milit. lib. 12. & ibi Luc. & tanto fortius ſi eſſent milites effecti, & negotiationibus inhũberent, & quod peius obtenta licentia militiam deſerunt ſub tali colore, ſecundo vt Auctor ponderat ſimiles licentias impartiri militibus pro longinquis partibus quod ſatis videtur damnoſum, & abſurdum, eo quia licentia ipſa durat per ſeptem dies, Bart. in l. 1. C. de execut. lib. 12 Pet. de Suzar. in l. 1. C. de ſentent. quod pro eo, quod intereſt, Roman. in rubr. de arbit. col. 22. Bertach. in tract de gabell. par 9. & in ſuo repert. verb. licentia, vbi allegat Cardin. in clem fin. de elect. q 5. tenentem contrarium, & pro concordia opinionum dicentem verum eſſe re non integra alias ſecus, ego autem putarem id relictum eſſe arbitrio concedentis licentiam, vt dixit Menoch. de arbitr. iudic. lib 1. q. 8. nu. 46. vt perpenſo ſtatu militari, & cauſis legitimis licẽtia impartiri poſſit, at ſi non in ſtatu belli, vel præſidij miles perſiſteret, ſed in loco, vbi milites eliguntur, & paulatim deſcribuntur, quia tunc ex diſpoſitione d. pragm. 10. §. 5. de milit. cautum eſt poſt albationem non licere cuiq; propria voluntate diſcedere ab armis, ſed cum licentia, & in iſto caſu ſolent Capitanei, vel Prorex licentiam concedere per certos dies militibus ſubſiſtente aliqua legitima cauſa, & idem ſi in hoſpitijs per Regnum vacauerint, ſed in ſtatu belli, vel præſidij pro ſeruitio Regis aliter dicẽdum erit, tunc etiam ſi miles vulneratus eſſet diſcedere non debet ab inſignis ſine licentia, ita Bald. in l. 1. nu. 2. C. qui non ob long. tempor.

præ-

præſcript. & ſolet diſpenſari in ijs caſibus ob grauem morbum, vel vulnera recepta, vt curentur, vel ſi eorum intuitu miles inhabilis redderetur ad militandum, & multa alia ad propoſitum in ſimili recollexit Carau. in ritu 7. loquens de Officialibus.

Num. 10. ſalarium deberi diſcedenti cum licentia, affirmat Corſett. in verb. ſalarium il 4. exemplificando id in Doctore, & in Officiali deponente officium cum licentia Regis, exẽplificat Auctor ſupra eod. tit. de elect. Offic. §. 8. nu. 12. & in Officiali diſcedenti à Ciuitate de licentia, loquitur Carau. in rit. 7. nu. 5. per text. hic ab Auctore allegatum, ſubdens, quod ſi diſceſſerit cum licentia, & non reuerteretur intra terminum ſibi præfixum, eo elapſo non ſibi ſufficeret, ſi cum licentia diſceſſiſſet, & in ſeq. nu. 7. addit pœnam, qua puniendus veniret Officialis ſine licentia diſcedens ab officio, & licet in hoc concludere videatur, non aliter eſſe pœnam expreſſa de iure, attamen ſuccederet pœna ammiſſionis ſalarij, per text. in l. 3. §. qui militiæ ff. de re milit. & hoc pro tempore quo ſteterit abſens, & pro dietis eundi, & redeundi, ſi redierit, cæterum ſi non redierit etiam toto ſalario priuabitur, ad quod etiam vide Parid. de ſyndic. verb. licentia, ſed ego vidi in quamplurimis commiſſionalibus literis Regiorum Officialium adiectam eſſe pœnam priuationis officij, ſi diſceſſerint ſine licentia Proregis ab officij adminiſtrationis loco.

Num. 11. quemadmodum enim ſcholaris ociosus, & ſi deſcriptus eſſet in matricula non gauderet priuilegio ſcholarium, Andr. Gail lib. 2. obſeru. 118. nu. 8. & 9. & in tit. de arreſt. cap. 10. nu. 10 vbi alia conſimilia dixit, ſic & miles ociosus, qui profitetur militarem militiam, nec deſeruit, & ſi deſcriptus in matricula, Conſil. Rouit. in d. pragm. 16. nu. 34 hoc ideò fit, nam ſi fuerit conceſſum priuilegium vni non extenderetur ad aliud, Felyn. conſ. 3. nu. 2. hinc licentia abutens in fraudem vectigalis ammitteret beneficium illius, Boſſ. in tit. de fraud. vectig. nu. 3.

Num. 12. militare nullius tenetur proprijs ſtipendijs, Affli&. in rubr. quæ ſint regal. nu. 89. & in conſtit. Iuſtitiarios nu. 3. etiam ſi eſſet vaſallus, Petr. Iacob. in ſua praxi rubr. de cauſ. ex quib. vaſſ. quantum eſt de iure ſcripto deb. ammitt. feud. nu. 12. & per hanc rationem noſter Auctor in deciſ. 24. nu. 8. dùm quærit ſi ſuſpenſus ab officio, & reſtitutus ad illud recuperet emolumenta, ſiuè fructus medij temporis, demum num. 13. & ſeq. concludit negatiuè, eo quod ſubrogatus, vel ſubſtitutus loco ſui, non debet abſque mercede ſeruire, & allegat multa iura, ſic etiam in Officiali conſtituto cum ſalario ducatorum centum, ſi duo eligerentur Officiales in eodem loco, illud ſalarium diuideretur inter eos, Paris de reintegrat. feud. cap. pone, quod ſunt duo fol. 58. nu. 21. & ſeq. vbi alia ſimilia ponderat.

Nu. 13. bona fides non patitur, vt idem bis exigatur l. bona fides ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol.

De armis.

NVm. 1. iſta banna hic mentionata habentur in volum. pragmat. in tit. de armis, & quotidie fiunt per Proreges in principio eorum adminiſtrationum, quod eſt etiam iuri communi conſentaneum, vltra allegatam hic per Auctorem, eſt text. in auth. de armis in princ. notat Campagn. in cap. vt inter ſubiectos nu. 2. & 30. & de hoc poſuit regulam Duen. in regul. 55. cum ſuis limitationibus, quem ſequitur Ioſeph Ludouic. deciſ. Perufin. 31. nu. 3. & præ cæteris ad materiam iſtam videndus erit Menoch. de arbitr. caſu 394. vbi ipſam materiam armorum per varias quæſtiones examinat, quando autem licitè, vel illicitè aſportantur tractauit Campagn. in cap. illuſtri.

Num. 2. extractio iſta armorum non ſolum de iure communi, ſed etiam de iure Regni prohibita eſt ex ſuſpitione illa, ne ad hoſtes perueniant, quibus prohibitum eſt illa aſportari l. 2. C. quæ res export. non deb. & l. mercatores C. de commer. & mercat. vbi Doctor. Conſil. Rouit. in pragm. 2. nu. 1. de armis, latè Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 95. nu. 26. & de hoc habemus particularem pragm. 2. de arm. & vltra eos Muſcatell. in prax. crim. rubr. de extract. extra Regn. nu. 88. quæ quidem pragmat. concordat cum legibus Hiſpaniæ, de quibus per Xuarez alleg. 17. nu. 9. de reliquis extractionibus potiſſimum equorũ extant pragm. 2. & 19 de extract. animal. ad quod facit caſus in l. iubemus C. de curſ. publ. libr. 12. vbi Luc. id notat pro Capitaneis paſſuum Regni, & Capyc. in ſua inueſt. feud. rubr. feud. offic. verſ. magiſtri paſſuum, vbi allegat Luc. hic citatum ab Auctore, & de hoc editum fuit cap. à Rege Carolo incip. item quia cuſtodes, ſicuti etiam in Hiſpania prohibita eſt extractio Iannettorum ſine licentia Principis, vt per Boer. deciſ. 178. nu. 11. in fin. pariformiter aliæ res ad vſum belli pertinentes, vt eſt ſal nitrum, ſulphur, pragmat. 12. eod. tit. & puluis, vt in pragm. 14. eiuſdem tituli, vt dixi ſupra eod. tit. de tractis in principio. ſed ſi ea deferantur hoſtibus, vltra pœnam

adic-

adiectam in dictis pragmaticis ſunt excommunicati in bulla cęnę Domini, latè Maſull. ad Capyc. deciſ. 150. nu. 1. & 3.

Num. 3. adde adhoc Boer. d. deciſ. 178. num. 12. vbi allegat Andr. hic citatum, quem etiam ſequitur Capyc. loc. alleg. ad quod vltra eos vide Boſſ. in tit. de fraudant. vectig. num. 4. quod ſtatutum prohibens ne quid extra territorium extrahatur, vel conducatur in territorium, non habet locum in eo, qui aliundè ducit in territorium, vt inde extrahatur, & aliò ducatur.

Num. 4. vide Præſ. de Franch. deciſ. 72. num. 4. & ante eum copiosè Afflic. in conſtit. homines per totam.

Num. 5. dictum eſt ſupra de prouiſ. fier. ſol. §. 7. num. 4. & vltra ibi adducta vide Luc. in rubr. C. de lict. itin. cuſtod. lib. 12. in princ. verſ. an autem, Martin. Laudenſ. in tractat. de bello §. 28.

Num. 6. vide Boſſ. in tit. de via publica nu. 6.

Num. 7. vide in meo Compend. in noua compil. verb. vendere, an compellatur col. 2. verſ. nec ijs fortè, vbi de ijs omnibus auctoritates adduxi, ſed præter eas nota, quod data licentia vendendi feudum inimico, non intelligeretur de inimico Domini, ſed vendentis, ſcilicet feudatarij, ita Bald. in cap. 1. col. 4 nu. 14. de prohib. feud. alien. per Feder quem ſequitur Bertacch. in ſuo repert. verb. licentia vendendi, & verb. vaſallus alien. verſ. vigeſimooctauo.

Num. 8. quò ad primum Auctoris dictum ne Territoria poſita in confinibus Regni vendãtur exteris extat pragm. 12. de empt. & vendit. reſpectu verò ſecundi capitis, tàm actiuè exteri abſque aſſenſu de feudis diſponere poſſunt, vt per Conſil. Rouit. in pragm. 6. de feud nu. 119. etiam ſi vellent relinquere annuum legatum ſuper feudo, idem in pragm. 17. de feud. nu. 1. quam etiam paſſiuè, vtputa ſi fieret alienatio feudi in exterum, tunc Regis aſſenſus requireretur, ſic dictante pragmat. 17. eod. tit. cum qua quidem pragmat. concordat diſpoſitio decreti Mediolani, vt non poſſint donationes Principum, vel feuda in extraneos alienari quouis titulo, inquit Boſſ. in tit. de Princip. nu. 204. vbi num. 322. ſubdit id eſſe contrarium iuri communi.

Num. 9. dixi in meo Compend. verb. banna; adeò quod debent actu ſeruire, Conſil. Rouit. in rubr. de arm. nu. 10.

Num. 10. hinc fiſci patronus Magn. Cur. Vicar. interuenit etiam in cauſis criminalibus Curiæ Admiratiæ, Franch. deciſ 722. nu. 3. & ibi multa conuenientia dicto Auctoris commẽdat, & pro corroboratione præmiſſorum allego pragm. 15. de offic. magn. Iuſtic. vbi inſtãtiæ prorogatio habetur ſemper pro præſtita in Tribunali Magn. Cur. quæ inde fuit extenſa ad Curiam Admiratiæ.

De inſignis, & armis.

NVm. 1. vltra Maſtrill. in tract. de magiſtr. lib. 1. cap. 10. nu. 117. vide Auguſt. Caput. in tractat. de Regimin. Reipubl. cap. 1. §. 2. ad quod etiam notandũ duxi, nam & ſi cuilibet permiſſum eſſe videatur ad ſui beneplacitũ inſignia eligere ſicut nomina, Bertach. in repert. in verb. inſignia, & ante eum Bon. de Curt. de nobil. par. 3. nu. 172. in fin. attamen aduertendum erit primo, ne talia inſignia electa in alienis rebus depingãtur, ex text in l. 2. C. vt nem. lic. fig. in auth. Imp. vbi Gloſ. & facit text. in cap. cum dilecti de exceſſ. prælat. nam eo caſu liceret Domino rerum illa propria auctoritate remouere l. 1. C. eod. tit. Secundo ad rem noſtram, iuxta mentem Auctoris limitatur principale dictum, quando talia inſignia electa eſſent alterius, nam armis, & inſignis, & diuiſia alterius quis ſuo arbitrio non debet vti, ita Pariſ. conſ. 29. nu. 8. vol. 1. vbi id plurifariam limitat, & in caſu Theſaur. deciſ. 270. & tanto fortius ſi ignobilis vellet vti inſignis nobilium, de quo per Chaſſan. in cathal glor. mund. par. 1. concluſ. 20. in fin. nam & ſi populares etiam auctoritate propria arma ſibi aſſumere poſſint, idẽ Chaſſan. d. par. 1. conſid. 28. non tamen arma, & inſignia nobilium vt ſub diſtinctione concludit idem Bon. de Curt. loc. alleg. ad quod ſubdit Chaſſan. in d. par. 1. conſ. 21. & 23. eos teneri pœna falſi, de quo ſatis per Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 320. num. 12. etenim ex hoc multa oriri poſſent inconuenientia, & particulariter popularis vtendo inſignijs nobilium facillimè prætendere poſſet nobilitate gaudere, prout in facto euenit, vt demonſtrat Anna alleg. 57. vbi præſertim nu. 20. ſua iura tuendo dixit, etiam ex identitate familiæ circumſcriptis alijs probationibus, nam & ſi contra ipſum fuerit pronunciatum, poſtmodum declarata fuit eius familia nobilis deſcendere ex Illuſt. Cardinale de Anna, non tamen, vt gauderet in ſedili, prout etiam in alia familia de Notarijs exiſtentibus probationibus alijs vltra familiæ identitatem deciſum refert Ann. Iun. in cõſ. 88. de quo in meo Compend. verb. nobilis, quapropter in ijs erit ſatis aduertendum, eo quia identitas armorum inducit præſumptionem agnationis, & cognationis, idem Chaſſan. d. par. 1. concl. 41. Ideò arma, & inſignia nobilitatis alterius aſſumere nemini licet, & id faciẽdo prohiberi poteſt, & ſic iuxta

ta mentem Auctoris notat expreſsè idem Bon.de Curt.in d.tract.ead.par.3.nu.168.nouiſſimè Moror.in reſp.46.nu.25.

Num.2 adde Chaſſan.in d.cathal.eadem par.1. concl.14.& Bon.de Curt.d.par.3.nu.170.

Num.3.idem Chaſſan. vbi ſupra concluſ.23.& Menoch. ibidem latius, ſic etiam arma ſingularis dignitatis deferre nemini licet aſſumere,nec in ſuo depingi facere, niſi in ſignũ ſubiectionis, idem Chaſſan. in concluſ. 15. Bomb.conſ.6.nu.5.

Num.4. ſubditus vſurpans arma ſui Principis incurrit crimẽ læſæ maieſtatis,vt poſt Chaſſan. d.par.1. in concl. 17. demonſtrat Bombin.d.conſ.6.nu.8. & de caſu hic ab Auctore relato, memini in meo Compend. verb.Regem , ad cuius corroborationem videndus erit Menoch.de arbitr.iudic.caſ.318.vbi plenius loquitur de mutatione nominis,& quãdo pœna falſi eo caſu militabit, nonnulla inſuper exempla de hoc referens aliàs occurſa, & vltra eum de hoc duos ſpeciales caſus poſuit Gigans in tract. de crim. læſ. maieſt. lib.1.q.22.nu.11.& 12.

Num.5. vltra Amend. ad Franch. deciſ.443. & ibi Viſcont.qui allegant Auend.& alios, vide Chaſſan.in d.par.1.concl.16.in princ. ſed melius Bombin.d.conſ.6.nu.23. vbi etiam retulit,quod in operibus publicis,vel priuatis , non eſt licitum alteri ſcribere nomen ſuum,vel ſua arma imponere,niſi Principis, vel eius , qui ex pecunia ſua opus condidit , etiam ſi eſſent Præſides Prouinciarum, quod etiam ante eum tradidit Cępoll. de ſeruit. vrban.præd.cap.71.num 9.& melius Paris in tract. de ſyndic. verb. poteſtas cum annua ſub nu.3.verſ.tamen quando.

Num.6. Officiales enim quamuis de iure prohibiti ſint eorum nomina ponere in publicis operibus, ac eorum arma depingi facere, vt poſt Parid.loc.cit.ſequitur Chaſſan.in d.par. 1.concl.16.vnanimiter tamen concludunt ſecus eſſe de conſuetudine,ita vltra prædictos retulerunt Cępoll.vbi ſupra nu.8. & pariter Bombin.d.conſ.6.num.5.attamen vt Auctor hic notat, quando aliquis Officialis fuiſſet deputatus ad faciendum opus publicum benè procedere, qui eiusq; nomen,inſignia, & arma deſcribere curauit, nulla facta inſcriptione, Regis nomine, vel Ciuitatis, & hoc vidimus practicari in nonnullis deſcriptionibus Oeconomorum,Gubernatorum,& Magiſtrorum Eccleſiarum Neapol. qui eorum nomina tantum deſcribi fecerũt in operibus dictorum locorum ad futuram memoriam ipſorum, & ſi expenſis ipſarum Eccleſiarum fierent, ſed non eorum inſignia apponere , ſed tantum inſignia dictarum Eccleſiarum, niſi fortè Eccleſiæ,vel Cappellæ, aut Xenodochia fuerint proprijs expenſis particularium conſtructa, tunc proculdubio non tantum inſcriptiones, ſed arma , & inſignia eorum iure licito apponi poſſent,vt ſingulariter refert Chaſſan. d.par.1. concluſ.13. & id etiam tradit Cępoll.ibidem num.10. Intantum,quod ſi fuerint appoſita talia conſtruẽtium inſignia in locis prędictis nequirẽt fratres inuitis Dominis mutare , vel amouere , & aliena apponere,ſingulariter Mantua in apophtegm.6.& ante eum Anchar.cõſ.113. quem citat Capyc. deciſ.26. nu.41. ad quod addo Imol. in conſ. 60. viſis , prout in meo Compend.deciſ.Cur.Archiep.Neapol.verb. arma,videntur turbare eorum poſſeſſionem, Affli&. in conſtit.priuilegia ſub nu.2. & ſubdit Auctor noſter , quod ſi impenſis Regis , aut publicis opus publicum conſtructum eſſet, eo caſu poſt inſcriptionem Regis , vel Ciuitatis, aut poſt affixionem inſignorum Regis,vel Ciuitatis,liceret eidem deputato officiali eius nomen,& inſignia ponere,quãdo eius mandato fieret,de quo per Chaſſan. d.par.1.concl.25.& hoc iure optimo poſtquã nomen Regis præponendum erit prius, ſiuè eius inſignia anteponenda , vt colligitur ex auth.vt præpon nom.Imper. in docum. &c. in princ.vbi multis exemplis demonſtratur, & ſequitur Chaſſan.in d.cathal.par.5. cõſid. 24.in priuil.183. vltra Couarr. pract quæſt. cap.20. decet enim ſuper rebus ipſius Principis arma Principis depingi,idem Bombin. vbi ſupra num.32.ſicuti etiam in legibus ab eis conditis oſtenditur in omnibus legibus codicis,& authenticorum,nam Reges,Principes,& Prælati nomina ſua legibus , & conſtitutionibus inſerere poſſunt, Affli&.in cõſtit.ad laudem num.1. vbi in ſeq.num. cenſet etiam nomina compoſitorum librorum imponi debere, ſicuti in legibus digeſtorum patet , & in omnibus ferè operibus cuiuſuis ſcientiæ, cæterum ſi leges ipſę contingerint promulgari per Vicereges,ſeù Locumtenẽtes Regis, tũc præpoſito nomine Regis ſubſequuntur nomina ipſorum , & Regentium, & Secretarij,prout demonſtratur in Regalibus pragmaticis,nec hic prætermittere mihi viſum fuit, ſi in priuatis operibus licitum ſit arma Regis depingere,& certè de iure vetitum eſt,nam eo caſu res illę confiſcarentur l.2.C.vt nem lic.ſine Iud.auct. &c. Chaſſan. d.par.5.conſid.24.in priuil.201.etenim proprium erit gaudere Maieſtatis nomine appoſitio armorum in proprijs domibus,idem Bombin.vbi ſupra num.8 qui in antecedenti nu.5.id limitat, ſi hoc feciſſet ad ſignum ſubiectionis,vt dixi ſupra num.5. ſicut de conſuetudi-

ſuetudine receptũ eſſe teſtatur, potiſſimum in vaſallis, & in Officialibus tradit Pariſ. vbi ſupra.

Num. 7. ſatis de hoc dictum eſt in præcedenti nu. 6. & de deciſ. Franch. hic allegata memini in meo Compend. verb. arma ad illud, de quo quærit hic Auctor, quod in operibus publicis regalibus, vltra arma regalia ſunt pariter arma Proregum impoſita, vt videre eſt in Tribunalibus Regijs, in Palatijs Regalibus, in alijs vijs publicis per Regnum eorum iuſſu ſtratis ex epitaphijs ibi exiſtentibus in ampliationibus ſtratarum huius Ciuitatis in ſtudio generali, ac omnibus epitaphijs Neapol. exiſtentibus, notandum duxi vnum ſingulare quęſitum, pone quod aliquod opus publicum incæptum eſſet ab vno Prorege, cuius inſignia poſt regalia arma affixa cernuntur, ſi per ſucceſſorem Proregem completum fuiſſet prætendentem eius etiam inſignia apponere, an deleri debeant arma prædeceſſoris, & ſua inde apponere, & certè concluditur negatiuè, vt non poſſint deleri priora inſignia ibi affixa, quod ſingulariter oſtendit Paris loc. cit. ibi non tamen propterea debet aliorum priores titulos delere, qui ea opera feciſſent d. §. ſi quis opus, & ſic fuit obſeruatum in Regio Palatio Neapol. exiſtente, incæptum tempore Comitis Lemenſium Senioris, cuius inſignia poſt regalia affixa fuerunt, & deinde tempore Comitis Beneuenti completum, cuius inſignia ibidem pariter collocata fuerunt, ſimiliter & in publico Gymnaſio, nam & ſi tempore Ducis Oſſunæ Senioris fuiſſet incæptum ibi ædificium publicum pro Caualeritia Regia, ſiuè ſtabulo Regio, & eius inſignia in quadam ianua affixa, poſtmodũ ex tractu temporis in melius opus publicum commutatum, nempè in publicum Gymnaſium induſtria Excellentiſſimi Comitis Lemenſium Iunioris miro ordine, ac ſingulari artificio compactum pro vtilitate publica omnium ſcholarium cuiuſlibet ſcientiæ, nulla facta deletione armorum Ducis, ſua quidem inſignia poſt Regalia iure merito collocauit, prout ſic in alio caſu obſeruatum fuiſſe retuli in d. Compend. deciſ. Archiep. Neapol. verb. arma, etenim per talia inſignia conſeruantur memoriæ conditorum, Anan. conſ. 86. nu. 2. vbi Bologn. in addit. in fin. concludit non eſſe amouenda inſignia teſtatoris per hæredẽ extraneum, & ita ex amotione armorum, ſeù inſigniorum alicuius, vt ſua, vel aliena imponantur afficerentur iniuria priores Domini, ſicuti teſtatur Mantua in d. apopt. 6. & ſucceſſiuè actione iniuriarum amouentes teneretur, notabiliter Chaſſan. in d. par. 1. con. cl. 13. & 29. Guid. Pap. ſing. 535. eo quia iſta delatio armorum eſt pęna, & fit quandoq; in odium Dominorum in caſibus grauiſſimis, vt puta ob rebellionem, tunc arma eorum expulſorum ob cauſam prædictam vbicumque ſint depicta deſtrui debent, Mart. Laud. in tract. de crim. læſ. maieſt. q. 41. Nic. Boer. de ſedit. nu. 64. Gigans in eod. tract. de crim. læſ. maieſt. lib. 3. q. 2. nu. 3. & q. 8. nu. 1. & q. 23. ſub nu. 1. Campag. in cap. nuper ad vindictam num. 43. Ideò in caſu contingenti Baro Formiculæ delens arma prædeceſſoris affixa in Eccleſia eiuſdem Terræ fuit in exilium miſſus, Anna ſing. 382.

Num. 8. vide Maſull. ad Capyc. deciſ. 27. num. 8. vbi allegat etiam Frecc. hic citatum, & alia multa ad ornatum congerit, an arma Baronis in criminalibus depingi poſſint in Terra, ac mœnijs ipſius, exiſtente alio Barone in ciuilibus, refert Capyc. in d. deciſ. 27. quem ſequitur Frecc. hic citatus, de quo in meo Compend. verb. arma Baronis, & hic nota, quod licet Baro in ſua Terra depingi facere poſſit arma, non tamen lapidibus inſculpiri, ſicuti de vſufructuario concludit Cępol. vbi ſupra nu. 7. Chaſſan. etiam ſequitur in d. par. 1. conſ. 30. eo quia vſufructuario æquiparatur feudatarius, Paris de reintegr. feud. cap. & quia, vt pluries num. 17. fol. 59. Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. faciunt notata num. 1. fol. 85. & ſimilis vſufructuario, Dyn. conſ. 48. verſ. præterea, & quëadmodum vſufructuarius habet ius in re, ita Cauale. de vſufr. mul. relicto nu. 5. vltra Corſet. in verb. vſusfructus, ita & feudatarius, idem Paris in d. tract. cap. Or modo ſequitur num. 2. fol. 68. & demum vſufructuarius eſt Procurator Domini proprietarij, Anna alleg. 14. num. 5. ita pariter & feudatarius per ea, quæ notauit Auctor ſupra de prouiſ. fier. fol. §. 4. num. 67. quo fit, vt dum iſti vtile tantum dominium habeant in Terra nequeunt eorum arma perpetua duratura marmorea affigere in illis, ſed tantum depingere ob mutationem dominij proximam, ſed contrariũ puto verum eſſe, primo non obſtat æquiparatio prædicta, nam non in omnibus procedit, benè tamen quò ad quædam, nam etiam ęquiparatur feudatarius emphyteotę, inquit Paris vbi ſupra, qui eſt maior vſufructuario, ſecũdo non obſtat, quid ſicut vſufructuarius habet ius in re, ita & feudatarius, nam feudatarius plus iuris habet, quàm vſufructuarius, idem Franc. de Amic. in d. cap. 1. §. ſequitur n. 1. fol. 89. nam ad hæredes tranſmittit vtile dominium, & vſufructuarius morte finitur, & habet feudatarius vſumfructum anormolum, idem in d. cap. 1. §. ex hoc etiam

fol.90. vltimo non obſtat,quod ſit Procurator Domini proprietatis, nam feudatarius eſt benè Procurator Domini in rem propriam,inquit Auctor loco citato, & ſic cum plus ſit feudatarius, & plus iuris habeat in feudo, non ſolum arma depingere poterit, ſed etiã illa marmoreis lapidibus inſculpire, & in Terra eorum affigere,prout multoties vidi per Regni huius loca inſcriptiones, & inſignia,atque arma antiquorum Baronum, non ſolum depicta,ſed etiam lapidibus marmoreis inſculpta, præſertim in Ciuitate Ariani inſignia Dominorum de Gheuara, in Ciuitate Nolana inſignia Dominorum tunc de Vrſino, in Ciuitate Theani inſcriptiones cuiuſdam Principis illius de domo del Balſo,ante ianuam Annunciatæ, & alia quamplura, Accedat iis,quæ Chaſſan.in dicta concluſ.30. dixit in vſufructuario, & ſic contra opinionem Cępoll.ponderando text. in l.ęquiſſimum §.ſed ſi ędium ff.de vſufruct. ibi Nerua filius, & lumina immittere eum poſſe ait,ſed & colores, & picturas, & marmora poterit, & ſigilla, ex quibus colligit, quod per hoc non efficitur deterior conditio rei,neque mutatur eius ſubſtantia, quoniam alias ſecus eſſet, &c. multo fortius, & feudatario hoc conceſſum eſſe videtur.

Num. 9. Inſignia familiæ in Eccleſia depicta habere poteſt Eccleſiæ patronus, Menoch. de recuperand.poſſeſſion.remed.15.num.47. & an poſſit arma, & inſignia fundatoris deleri, & poni arma hæredum extraneorum, dixi ſupra eodem nu. 7. ex mente Anan. vbi Bologn.Imol. & Mantua, ex iis enim ſignis, & armis iuſpatronatus probatur, de quo latè multos colligendo refert Ricc. deciſ. Cur.Archiepiſcop.231.par.2. etiam ſi eſſent depictæ parieti,Tutius in quęſt.iuriſpatron. quæſt.5. num.1. ſimiliter per literas ſcriptas in marmore,Maur.Sen.in alleg.11.num.5.& quam fidem faciant, vide Guid.Pap. ſingul. 549. in fine, & quibus alijs modis probetur, refert idem Maur.alleg.82.nu.1.& alleg.56. num.1.

Num.10.adde Marcell.Calà de mod.artic.§.2. gloſ.vnic.nu.1335. & Tutium in d.quæſt.iuriſpat.q.1.nu.12.

Num.11.vide Auctorem ſupra de regal.impoſ. in princ.nu.66. vbi aliqua notaui.

Num.12. vide ſupra de abund. Ciuit. in princ. num.27.

Num.13.ſimiliter vaſalli litigantes cum Barone poſſunt à Prorege obtinere ſaluamguardiam,ne opprimantur,Capiblanc.in pragm. 3.num.75.de Baronib.

De limit.expenſ.&c.

NVm.1. Regula eſt in iure, quod quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter l.in re mandata C.mandat. ſed quia talis moderatio aliquando diminutionem ſignificat, Gloſ.in l.final.ff.de verbor.ſignif. Abb.& cæteri in clem.1.de iure patron.aliquando autem augmentum ſignificat ſecundum Laurent.& Zenſel.in d.clem.1.Cardin.in clem.2. de magiſt.quod per prius relictũ eſt arbitrio cuiuſlibet moderatè procedendo in ſuo patrimonio, ne ob extremam auaritiam prætextu augmenti ſibi, & ſuis deficiat, ne ob exiguam prodigalitatem ſibi & ſuis noceat, ad quod facit illud vulgatum, ſi pluſquam expendis,quam tua poſſeſſio reddit, non admireris ſi ęgeſtate prieueris vectigal non modicum conſequitur,qui vtitur parſimonia, Marc.Fort.in tract.de ver.& err par.2. in 2. memb. num.59. Idcircò iura noſtra in defectum hominis immoderatè viuentis, vel ob prodigalitatem, aut auaritiam remedium curatoris dandi inſtituerunt, ideò Princeps poteſt auaro dare curatorem, ſicut datur prodigo, vt ſubdit Auctor infra nu.14. adde etiam Molfeſ.in conſuet.Neapol. par.6.q.5. nu.24. hic allegantem Auctorem.

Num. 2. iſtæ pragmaticæ ſituatæ ſunt in volumin.pragmatic. ſub tit.de veſt.& calig. moder.& prohib. Veſtes enim ſunt inuentæ in honorem aſportantium, ita Chaſſan. in cathal. glor. mund.par.12. conſid.96.& ante eum Luc.in l.fortiſſimis C. de mil.veſt. can. lib.12.& in l.1. C.nulli lic.in fren.&c. lib.12. & in rubr.eod.tit.de mil. veſte,notat veſtem inuentam eſſe ad ornatum corporis,quo circa idem Luc.in d.l.1.dixit cultui veſtium debent actionis ornamenta quoque conuenire, & non tantum reſpectu veſtium moderatio iſta procedit, ſed etiam reſpectu ſeruorum, adeò quod titulati,vel nobiles, vel alij non poſſunt habere,niſi duos ſeruos,ſcilicet ſtafferios,& quatuor ſeruũculos,qui vulgo *paggi* nuncupantur, & ſic nouiſſimè mandatum fuit per Ill.Cardin.Zapat.in pragm.edit.die 31. Decembris 1620.

Num.4. vide Auctorem ſupra de elect.offic. §. 8.num.20.& ſeq.vbi de hoc loquitur,& ſi iſti Titulati ementes titulos præferri debeant alijs,vel reputari inferiores, & dignitas non debet attribui ex diuitijs,quia cadunt etiam in viliſſimis perſonis, Lapus in allegat.101. num.18.

Nu.5.idem Auctor loco ſupra cit.nu.26.& 27.

Num.6.vide Tiraq. de leg.connub.l.3.nu.16.

Num.7.nota hic,quod Neap.ſemper veſtes variantur, & de hoc rationem aſſignat Aſſli.in

conſtit. per vniuerſas in princ. cum enim Reges alterius nationis dominentur ad effectũ, vt ſicut ſe reddunt conformes in veſtibus ſe reddant conformes in fide, & amore Regio, & ſic in dies videmus ſeruari, quando veniũt Proreges in Regnum iſtud ſemper variantur veſtes, iuxta eorum nouum modum, ſiuè vsũ, quod licet in ſe verũ exiſtimatur, non tamen videtur eſſe bona æquiparatio, etenim ipſi ſunt ſuperiores, & in dignitate conſtituti, atque diuites, quibus decet veſtimẽta pretioſa aſportare, nõ tamen licitum erit ſubditis ad eorum ſimilitudinem veſtibus indui pretioſioribus, nam facilè in ruinam deueniunt, & propterea ſi modum, vel vſum veſtimentorũ imitentur, non tamen eis condecentia veſtimenta pretioſa imitari, nõ enim omne quod licet, honeſtum eſt, l. non omne ff. de reg. iur. & propterea ſunt conditæ pragm. allegatę.

Num. 8. vide Io. Andr. in regul. ea, quæ à Iudice in nouell. nu. 5. de reg. iur. Tiraq. vbi ſup. n. 14.

Num. 9. videas eundem Io. Andr. vbi ſupra, vbi nu. 11. examinat, ſi mulieres non nuptæ ſuper ornatu à Principe facto obedire teneantur, & nu. 12. loquitur de nuptis.

Nu. 10. ex diſpoſitione iuris cõmunis determinatus eſt numerus clericorũ in qualibet Eccleſia, vt in auth. vt determ. ſit num. cler. &c. per totum, quod tamen relictum eſt arbitrio cuiuſlibet Epiſcopi, vt iuxta oportunitatem Eccleſię prouidere debeat de clericis, ita Maur. Sen. alleg. 59. num. 1. nec indifferenter omnes prætendentes ad clericatum ordinem aſſumendi, ſed tantum iuris probati, & experientia noti, Carol. de Graſſ. in pręl. de effect. cler. nu. 344. & ſeq. vbi nu. 353. ait, vtilius eſſe Eccleſiæ Dei miniſtros pauços, bonos, quam multos malos exiſtere, & ſubdit n. 354. quod multitudo clericorũ affert ipſorum vilipendium, & rationem aſſignat n. 358. ſicut multitudo Doctorũ produxit eorum ſtatum ad vilipendium, Carau. in rit. 166. ſub nu. 30.

Nu. 11. aduerte, quod taxa pretij fieri poteſt per Principem, non ſolum pro rebus comeſtibilibus, ſed etiam pro quibuſlibet alijs, Conſil. Rouit. in pragm. 1. nu. 7. de annon. & ad hoc nota aliud remedium à Principe ordinatum contra Antimerios ſic vulgo nũcupatos, qui pecuniam accipiebãt à maſſarijs in Apulea, vt tempore meſſis tot meſſores aſportarent, & tempore aduenięte, nec ipſi, nec meſſores comparebant, in maximam iacturam bonorũ Dominorum, & propterea fuit eis iuncta pęna triremium, ne de cętero id agere procurarent in prag. 17. de annon. & quod Baiuli tempore meſsium, vel vindemiarum, & etiã alijs temporibus ponentes metam quantum debeat dari operarijs dietim pro ſua mercede, & hoc facto non licere operarijs ſub pœna amiſsionis mercedis, & quadrupli fiſco Regio applicanda contrauenire, vt in cõſtit. magiſtros, & ibi Afflict. nu. 3. ſubſequitur hodie malè ſeruari, & ſimiliter ipſi Baiuli cognoſcunt de locatoribus operarum, & quando artifices, & operarij promittunt ſub pęna aliquod artificiũ, vel operationem, & poſtea non obſeruant, licitè exigere pœnam poſſunt, idem in conſtit. ad officium Baiulorum nu. 5. vbi id declarat.

Nu. 12. quemadmodum Officialis debet vti diſcretè arbitrio ſibi cõceſſo in literis arbitrarijs, inquit Campag. in cap prouiſa iuris ſanctio nu. 12. ibi declarat nu. 13. illud diſcretè, ſic etiam in omnibus conceſsionibus procedere videtur, ita quod extendẽdo metas ſuæ commiſsionis abuti videtur ſua poteſtate, & iuriſdictione, ob quod Iudicibus ſanctibus freni tẽperies adhibenda erit l. 2. C. de cuſt. reor. imò priuari ſua iuriſdictione, Camp. in cap. ſi cum ſceleratis nu. 22 ſimiliter & Barones abutentes ſua poteſtate priuantur eorum iuriſdictione, Auctor ſupra de elect. Offic. §. 1. nu. 2. & abuſus priuilegij facit eo priuari, Bertacch. in repert. verb. priuilegium verſ. decimoſexto.

Num. 13. vt cum Reipubl. interſit ne re ſua quis malè vtatur §. ſed & maior inſtit. de ijs, qui ſũt ſui, vel alien. iur. §. cogitatio, auth. vt iudic. ſin. quoq. ſuffrag. Maureus deciſ. Lituan. 4. nu. 62. ideò Princeps præuia ſententia prodigos inhabilitat ad contrahendũ dando eis curatorẽ, eo quia prodigus furioſo, & pupillo comparatur, Franch. deciſ. 672. nec habet perſonã ſtandi in iudicio, quia mente, & animo caret, & ob tale vitiũ intellectus nequit contrahere, teſtari, vel codicillari, vt ibi per eum, Alphan. collect 1076. ſed niſi fuerit declaratus, non aliter diceretur prodigus, Andr. Gail lib. 2. obſeru. 51. nu. 2 & lib. 2. de pac. publ. cap. 3. nu. 12. nam ei interdicitur adminiſtratio §. item prodigus, inſtit. quib. nõ eſt permiſſ. fac. teſt. vbi Aret. notat talem declarationem fieri debere per Iudicem, & ſucceſſiuè curator ei dandus erit, etiam nemine petente, vt notauit Alex. ad Bart. in l. hæc autem ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. per illã gloſ.

Num. 14. certiſsimum eſt, quod auaritia reddit homines odioſos, Sylu. Nupt. lib. 4. nu. 130. & oppoſita eſt prodigalitati, adhuc tñ auarus prodigus famę ſuę dicitur, vt cenſet Fuſc. ſing. 106. lit. A, in fin. per text. in cap. renunciatur 32. q. 1. & ſucceſsiuè eidem curator dandus, licet in praxi receptum nõ ſit, & quibus alijs curator dandus erit, refert Marcell. Conuer. in tract. de tutel. in tit. de curator. & in quibus caſibus beneficia inuitis danda ſint, col-

lexit

lexit Cagnol.in l.inuito ff.de reg.iur.licet tamen ad reſtringendã auaritiã certa remedia dari ſolent,de quibus per Affl.in conſti.quã plurimũ n.17. vbi exemplum poſuit de hoc.

Num.15. idem Fuſc.loc.cit.

Nu.17 vide Andr.Gail lib.2.obſeru.85. n.1.vbi quęrit,ſi maritus recuperet adminiſtrationẽ ſuperuenientibus diuitijs,& n.6.ſubinfert ad prodigum, ſi ceſſante prodigalitate recuperet adminiſtrationem rerum ſuarum.

Num.18 adde Specul. in tit.de actore ſub num. 11.verſ.idem in muliere luxurioſa, quem allegat Alex.de Tremol.ad praxim Bonacurſ. tit.quib.mod.ſuo nom.agent. & ſub num.7. verſ.interdictum,& ſubnectit Specul. ibi nu. 12.de maſculo luxurioſo, ſi dandus erit eidẽ curator, & licet concludat affirmatiuè hoc eſt per Iudicem, nam ipſo iure non datur ſicuti prodigis,furioſis,& pupillis, & plura de hoc refert Marſil.ſing.688. vltra Boer.conſ. 4.nu.58. loquens de muliere luxurioſa.

Num.19.adde Paſchal.in tract.de vir.patr.poteſt.par.4.cap.5.nu.61.de hoc etiam multa collexit Fuſc.ſing.62.lit.A,eo quia amantes, vt plurimum ſunt in ſuis ſtudijs obſtinati, & excæcati,Sylu.Nupt. lib.4.nus 45. & furioſi æquiparantur,& quare tradit Tiraq.de pœnis cauſ.4. n.1. inde cæci appellantur,idem cauſ. 51.nu 65.& n.85.ſubdit, quod amor ignorat iudicium,ratione ferè caret, modum neſcit, nec aliud cogitat,quamquam diligit.

Num.20.nota principaliter hic,quod ſtatutum prohibens aſportari pretioſiora, non cẽſentur prohibita mulieribus, niſi expreſsè de eis dictum ſit, Chaſſan.in cathal.glor.mundi part.2. conſid.37. verſ.dixi hic, ſicut expreſsè cauetur in noſtris pragmaticis,quæ ſiquidem concordant cum ſtatutis Venetorum, & Ianuenſium dicentibus ne foris mulieres ornamentis aureis, & holoſericis ornatæ incedant, niſi in certis temporibus ſtatutis,Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.caſ.8.num. 114. & ſi inuentæ fuerint per plateas iuſtiſſimè procederent pragmaticæ, ſecus ſi in domibus,ſicut tenentes arma prohibita in domo non puniuntur pœna ſtatuti, Iul.Clar. in §.final.q.82.in ſtatuto 6.num.7. niſi id expreſsè prohibitum ſit, ſicuti certum armorum genus in domo tenere expreſsè vetitum eſt in pragm.7.de armis,an autem veſtes ipſæ prohibitæ,in legato veſtium veniant,vide Corſet.in ſuis ſingul.verb legatum, Roman. ſing.628.& Cremenſ.ſing.65. tenentes negatiuam opinionem.

Num.21. nota, quod permiſſum eſt mulieribus armillas,zonas,manilia,& ſimiles res aureas etiam cum margaritis aſportare, Chaſſan. d.par.2.conſid.37.verſ.dixi hic,vbi corroborat hoc etiam apud Romanos fuiſſe permiſſum, vt honorarentur, quod etiam permiſſum patet in pragm.1.§ 3. de veſt. moderat. ſed ſi fortè prohibitæ eſſent aſportari, an ſictas res comprehenderet ſtatutum, idem Chaſſan.loco citato allegat Bart.in l.1.ff.de fonte, vbi loquitur de ſtatuto prohibente aſportationem perlarum,vt non comprehendantur perlę fictę, ſed verę, ad quod vide Cremenſ.in ſing 83.& Tiraq d.l.3.nu.20. vbi cenſet tale ſtatutum eſſe irrationabile prohibendo mulieribus deferre margaritas.

Num. 22. ideò in Regno expreſsè prohibitum eſt, ne in bigis, ſeù quadrigis incedant, vt in pragm.5.de meret. quod antiquitus apud Romanos idem ſtatutum erat, ſicut ibidem Conſil. Roüit. notauit, nouiſſimè autem ex abuſu pragmat fuit per Ill.Card.Zapat. edita pragmat.incip. *ſi bene*, die 31.Decembris 1620.vbi permiſit,quod ipſę incederent cum bigis tantum conductis,non proprijs, vt cognoſcantur, firmis remanentibus pragmat. in alijs.

Num.24.ad hoc ſingulariter videas Marcum Mantuam in ſua ſuaſoria ad compeſc. mul. luxus,&c poſt eius ſingularia col.9.verſ.modo redeuntes, vbi aliqua ponderat ſatis vtilia ad hunc quæſitum Auctoris.

De reformatione inueſtitura.

NVm.1 quamuis inueſtitura ſit de ſubſtantia feudi, vt dixit Iacob. de Franch.in prælud.feud.rubr.quid ſit feudum nu.4.attamen ſubnectit ipſe ibidem nu. 6. non ſemper eſſe neceſſariam, tàm de iure communi feudorum,quàm de iure Regni,vt ibi nu.8. demonſtrat, idcircò neceſſaria inueſtitura non eſt, quia præſumitur ex præcedenti præſcriptione,inquit Reg.de Curt.in diuerſ.feud §. declarata igitur num.148.& propterea ſufficiet priuilegium donationis feudi,vt feudatarius habeat, & pariter literas executoriales,vt in poſſeſſionem ponatur, & vaſalli fideliter iurent, idem Reg. in eod. tract. §.vt igitur nu.10.11.& 12. & ob id quamquam de iure feudorum,non ſemper erit neceſſaria potiſſimum in Regibus infeudantibus, quod ſecus eſt in Comitibus,& alijs ſubinfeudantibus, vt dixit ibidem Iacob. etenim in Rege alia poſſet eſſe inueſtitura verbalis,& alia realis,Franc.de Amic.in cap.1 §. Rex autem nu.6 de ijs,qui feud.dar.poſſ.benè verum eſt, quod oportet de hoc actu inueſtiturę apparere aliquod priuilegium,& ob id ad formãdum feudum de iure communi erit neceſſaria inueſtitura, idem Franc.de Amic.in d. §. Rex autem nu.4. fol.77. vbi ſubiunxit, quod

in Regno Siciliæ ſufficit priuilegium, vel breue teſtatum, quod nos inſtrumentum conceſſionis appellamus, & ibidem nu.8. ſub illa inueſtiturę diuiſione, ſcilicet verbalis, vel realis dixit inueſtituram aliam eſſe nouam de feudo formando, & aliam antiquam, quæ cõfirmatio dicitur de feudo antiquo, nam in Regno non ſunt neceſſaria illa verba, inueſtio te, pro formando feudo, ſed ſolum priuilegium, aut inſtrumentum ſufficit, quod breue, vt dixi teſtatum nuncupatur, & ita inueſtituræ æquipollet licentia, vbi per breue teſtatum de licentia appareret, Brun. in conſ.38.nu.8. hinc inueſtitura facta à Rege per priuilegium probari cenſet Afflict. in cap. ſi duo de pac.ten.nu.4. & ſucceſſiuè per breue teſtatum, quod quidẽ nullatenus probaret, niſi à paribus eſſet ſubſcriptum, potiſſimum quando concedens Dominus reperiebatur in poſſeſſione, cæterùm ſi poſſeſſio feudi reperiretur pẽes conceſſionarium, tunc probaret etiam quod à paribus nõ eſſet ſubſcriptum, idem Reg. de Curt. in d. §. vt igitur nu.8. verùm quia feuda non tantum inueſtitura, ſed pariter ſucceſſione quæruntur, dixit ibidem Iacobut. immò etiam ex præſumpta inueſtitura, Capyc.deciſ.77. nu.13. ac alijs modis relatis per Annam in rubr.de vaſal.decrep.ætat.per tot. Inde attento origine acquiſitionis ipſorum cernitur, quod cũ inueſtitura ipſa, ſeù feudi acquiſitio contractus ſit, ſicut idem Amic.in d.cap.1. §. ex præmiſſis nu.6.fol.127.& conſequenter talis inueſtitura ſit prima radix, & principium acquirendi feudum, idem in §. & poſtquam nu 1.fol.17.ſucceſſor, qui in poſſeſſione feudi ſe immitti proclamat, quia oportet à poſſeſſore feudi inueſtituræ renouationem petere, Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 3.auctor. num.10. propterea quãdo petitur renouari per nouũ ſucceſſorem, neceſſe erit oſtendere primam conceſſionem, vt ſubdit ibidem Frecc nu.13. non mirum ſi ſecunda inueſtitura, & cæteræ, quæ ſequuntur poſt primam, dicantur potius renouationes, quàm inueſtituræ, Afflict. in deciſ.404 nu.3. Fuſc. ſing 49 lit.A, & Conſil.de Georg.alleg 19.num.10. tanto fortiùs cum tales inueſtituræ confirmatoriæ ſubſequentes, ſi expediri petantur à ſucceſſoribus in feudis expediri debent, iuxta tenorem primarum inueſtiturarum, eo quia inueſtitura non tribuit ius de nouo, ſed vetus confirmat, idem Frecc.loc.cit.nu.12. & tenor primę inueſtituræ ſeruandus, nec ab eo recedendum propter ius commune, Reg.de Curte d.§.cũ igitur num. 39 ex quibus colligitur, quod aliud eſt inueſtire, aliud concedere, aliud confirmare, aliud aſſentire, idem Amic.dicto cap. 1. §.differunt num.1. fol. 69.

Num.2.tenor inueſtituræ ſemper attendendus, eo quia demonſtrat qualitatem, & eſſentiam feudi, Reg.de Curt in d.§.cum igitur nu.35. & in qualibet inueſtitura tenor erit inſpiciendus, Loffred conſ 15.nu.6. Oſaſc.deciſ. 23.nu.2. Vrſill.deciſ.195.nu.6. vbi etiam refert, quando procedat, ſimiliter tenor conceſſionis eſt ſeruandus, Mandoſ.in tract.de priuil.ad inſtar gloſ.7.nu.38.& tenor priuilegij ſeruandus, idem ibidem in gloſ.14. num.15. Guid.Pap.conſ.65.nu.5.qui in conſ.207.nu.2. dixit, quod tenor contractus ſeruari debet.

Nu.3.feudum ante inueſtituram, neque erectũ, neque formatum dicitur, Amic.in d.cap.1.§. eodem n.7.fol.103. & per inueſtituram feudatarius, ita eo veſtitur, ſicut homo veſte, idem in d.§. Rex ergo n.7. verumtamen cum feudum homo mutus dicatur, vt tradit idem Reg.de Curt.d.tract. §.ſemper autem nu.7. Amic.d.cap.1. §.& proinde nu.2.fol.2. dùm illud Rex concedit feudatario operatur inſufflationem ſpiritus vitæ, vt noſter Auctor opinatur, inde feudum, ſeù caſtrum eſt homo mutus, & ſurdus vtens miniſterio ſui feudatarij, vt vice ſua tanquam organum, & pica ſe gerit, Capyc.deciſ.1. nu.8. Auctor lect.21. num.5.

Num.4.quod feudũ naſcitur, viuit, & moritur; refert etiam noſter Auctor d. lect.21.nu.5.& quomodo hoc contingat, tangit Franc. de Amic.d.cap.1.§.& proinde, eo quia feudum non eſt ſine inueſtitura, Afflict.deciſ.129.nu.3. idcircò inueſtitura ſemper attendenda erit, idem deciſ.293.nu.2.& potiſſimũ tenor primæ inueſtituræ ſemper attendendus, idem deciſ.195.poſt n.5. de quo ſupra eodem n.1. nam inueſtitura arguit feudũ, Gozzad.conſ. 8.nu.16.& conſ.9.nu.3. & præſertim prima inueſtitura feudorum attendenda erit, Lanar.conſ.13.nu.13.

Num.5. vide ſupra eodem nu.1.& 4.

Num.6.adde Vrſill.deciſ.265.nu.106. quinimo inueſtitura in conceſſione feudi ſecundum naturam ordinariam feudorum fieri ſolet, Grat.conſ.9.nu.113.vol.1.ideò ſi alia noua inueſtitura ſubſequatur non derogaret antiquæ, nec immutaret eam, Io.Campeg.conſ. 11.nu.1 Bald.conſ.205.vol.2.Caſtr.conſ.176. circa finem vol. 1. non enim forma antiquæ inueſtituræ in alterius præiudicium mutari poteſt, Iacob. Aluar.in conſ.57.nu.1. & Dec. conſ.445.n.23. quod ſiquidem limitatur niſi mutaretur voluntate eius, qui ius habet in ea, Brun.conſ.1.nu.83.conſ.25.nu.2.conſ.78. n.6.Iacob.Aluar.conſ.57.nu.1.Mandel.conſ. 34 nu.10.vol.1.& ſic expreſsè iuxta mentem Auctoris, ad quod dixit Oſaſc.deciſ.23.nu.7.

in

in inueſtitura niſi expreſsè dicatur de feudo nouo cenſetur inueſtiti tãquam de paterno, ceſſante expreſſione mutationis feudi ſemper inueſtitura prior prævalet, Iacob. de Leonard. conſ. 114. nu. 119. inter conſil. Bruni inde inueſtitura poſterior intelligitur ſecundum primam, Alex. conſ. 18. num. 13. lib. 5. & tanto fortius ſi eſſet inueſtitura abuſiua, quę ſemper alterat, & tollit omnem naturam feudorum, Curte in d. §. vt igitur nu. 36. At inueſtituræ ſubſequentes declarantur per præcedentes, & primæ debent attendi, & non poſteriores, maximè quando in poſteioribus fieret relatio ad primas, & ne inducatur contrarietas, quę fugienda eſt, Pariſ. conſ. 23. nu. 64. & ſeq. volum. 1. Inueſtiturarum confirmationes factæ non ad derogationem ſecundum naturam, & conditionem prędecedentium inueſtiturarum cenſentur, Curt. Sen. conſ. 48. col. 11. & inueſtitura noua non habet mutare qualitatem antiquæ inueſtiturę, Afflict. in cap. ſi fuerit n. 34. de controu. inter Dom. & vaſal. & quomodo fieri debeat noua inueſtitura, refert idem Affl. in cap. inueſtitura §. nulla autem n. 10. per quos fiat inueſt.

Num. 7. quemadmodum in ſui præiudicium renouatio inueſtituræ ſi fuerit conceſſa cui feudum non competebat ignorante Domino non noceret ipſi, & poterit reuocari, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in d. 3. author. nu. 11. ſic pariter nullum agnatis præiudicium afferre poſſet, ſi aliter inueſtitura ſecunda fuerit conceſſa contra formam primæ inueſtituræ, vt dixi ſupra, quapropter ad propoſitum, ſi prima inueſtitura dixerit tibi, & hæredibus, & ſecunda inueſtitura confirmationis tibi, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, & tertia ſibi, & hæredibus, an illa media attendatur, deciditur negatiuè per Afflict. deciſ. 295. ſic inueſtitura facta pro vno modo non præiudicat alijs filijs venientibus ex primis inueſtituris, idem Pariſ. conſ. 106. nu. 2. vol. 1. & inueſtituræ ſecundæ, in quibus non fit mentio de agnatis, & quod non fuerint citati nullæ reddi videntur, idem Pariſ. dicto conſ. 23. num. 149. vol. 1. ſimiliter non poſſunt alterari inueſtiturę antiquæ in præiudicium nominatorum in eis, etiam conſentiente Eccleſia, Gozzad. conſ. 53. num. 18. prout in terminis ſic concludit Maur. Iun. allegat. 6. vt non poſſit alterari forma ſucceſſionis ex ſecunda inueſtitura, & excludere fœminas, quæ primæ inueſtituræ fuerant vocatæ, & quid ſi de originali nõ conſtaret, neque de principio acquiſitionis, & quid in feudo eccleſiaſtico an præſumatur inueſtitus ſecundum naturam feudi recti tãtum pro maſculis, vel pro fœminis etiam vide Franc. de Amic. d. cap. 1. §. vidi etiã fol. 110. num. 1. eo quod dum dubitatur de ea, quomodo concepta ſit, tunc ſecundum ius commune feudorum conceſſa intelligeretur Loffred. conſ. 1. nu. 45. ex quo ipſa inueſtitura iuri communi conformis eſſe debet, idem conſ. 28. num. 13. hinc eſt, quod inueſtituræ, ſeù priuilegia in dubio cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione iuris cõmunis, idem Oſaſcus deciſ. 23. nu. 3. & inueſtituræ primæ innouatio ſecundum primam intelligitur Vrſill. deciſ. 195. nu. 6. quæ non poteſt fieri ſine particulari hominis aſſenſu, quia eſſet reſtringere ſucceſſionem feudorum, & excludere certos hæredes, Lanar. conſ. 8. item eorum, de quorum intereſſe tractatur.

De Theſauris.

NVm. 1. nonnunquam ad aures Curiæ opera reuelantium theſauros peruenire ſolet notitia ipſorum, propter quod inuentores multoties incarcerantur, imò torquentur pro rei veritate habenda, vt inde multa infortunia patiuntur inuentores ipſi ad hoc, vt exeant à carceribus, de quo per Napod. in cap. Regni, quia non decet, vbi etiam monet inuentores theſaurorum, vt ſint ſagaces, & alijs non propalent, quamuis contra tales ſit ſtatutum non poſſe procedi ad capturam, & ſucceſſiuè nec ad ipſam abſque ſpeciali Regio mandato, de quo in cap. Regni incip. prædicti Magiſtri Procuratores, vbi Campagn. num. 16. & 17. niſi extarent indicia veriſimilia, vel appareret de inuentione theſauri, & num. 18. ſubſequitur contra accuſatores alicuius de theſauro inuento non debere audiri niſi præſtito ſacramento, quod malitioſè non procedunt, adhuc tamen hodie fiſcales habita aliqua ſuſpitione veriſimili carcerant, & tormentis ſubijciunt tales inuentores theſaurorum ad ſciendam, vt dixi veritatem, & vt theſaurum habeant, vide Vrſill. deciſ. 321. nu. 7. hoc ideò fit cum fiſcus prætendat ſibi deberi theſaurum, ſiuè in loco publico, ſiuè priuato reperiatur, vt in conſtitut. Duane ſecreti, Campagn. in d. cap. prædicti Magiſtri num. 19. quod licet innouatum ſit per d. cap. quia non decet, vt medietas fiſco, & alia inuentori aſſignetur, adhuc tamen diligentiæ ipſæ fiunt ne fiſcus iure ſuo fraudetur, argum. cap. de terris decimis, nam contingere poſſet, quod inuentor aliquam partem occultauerit de illo in fiſci damnum, & tunc pęna ſibi vendicaret locum, Peregrin. de iure fiſci lib. 4. tit. 2. nu. 9. vel fuiſſet ille inuentus in loco publico tunc erit fiſci, vt Auctor num. ſequen. cenſet, vel arte magica repertus, & tunc erit Cæ-

ſaris,idem Peregrin.loco citato num.2. de quibus omnibus loquitur Capyc. in ſua inueſtit.feud.rubr.feud.clauſ.verb.cum inuentoribus in fine,& Campagn.in cap.quia non decet num. 10. & ſic ordinariè ijs rationibus perpenſis proceditur contra eos, ſiquidem ad euitandum euitanda ſolent iſti inuentores ſub incerto nomine memorialia porrigere Reg.Cur.vel Excellentiſſimo Proregi, iuxta praxim hic ab Auctore relatam.

Num.2.de hoc ſingulariter loquitur Ioan.Petr. de Ferrar. in ſua praxi rubric. in forma libel.act.real.gloſ.iure dominij num.12.& ſub quadam diſtinctione omnia recollexit, cui nam theſaurus pertinere debeat, & dicit, quod aut reperiatur in loco priuato,aut in loco ſacro,aut in loco fiſci,vel publico, ſeù Ciuitatis, vt ibi per eum,vbi in verſ.vbi autem ſubnectit,quod theſaurus inuẽtus in loco publico,vel fiſcali, aut Ciuitatis,& tũc ſi data opera repertus fuerit efficeretur in totum Domini, ſi verò caſu fortuitu vtique diuideretur dimidia illius dabitur inuentori, & alia fiſco, quod etiam tradit Villalob. inter commun.opinion. in tit.de acquir.poſſeſſ. num.230. & confirmat Peregrin. vbi ſupra num. 8. qui dixit hoc procedere in locis publicis ad fiſcum, ſeù Regem pertinentibus, non autem in locis, qui nullius ſunt dominij, licet autem Chaſſan. in cathal.glor. mundi par.5.conſider.24. in 20.priuileg. dicat,ſiuè in loco ipſius,ſiuè religioſo,quando non data opera diuideretur,ſecus tamen data opera.

Num. 3. huic quæſito idem Ioan. Petr. de Ferrar.loco allegato, ſubſequendo de theſauro inuento in fundo priuati inquit, quod aut reperiatur in fundo ſuo,aut alieno, ſi in fundo proprio, & tunc aut arte magica inuentus fuerit eo caſu efficeretur fiſci illius dominium, Villalob. inter commun. opinion. loco citato num.231. Angel.Clauaſ. in ſumma verbo inuenta num. 1. & melius Peregr. vbi ſupra num.2. eo quia theſauri abſconditi nequeunt arte Dæmonum inueniri, Grill. de Sortil.in 3.quæſt. num.12. ſed ſi caſu fortuitu,vel data opera inuentus ſit efficeretur in totum inuentoris,ſubnectit ibidem Peregrin. num. 3. quando autem in alieno territorio reperiretur theſaurus, & iſto caſu diſtinguit ſi caſu contingerit hæc inuentio dimidia eius erit inuentoris, & alia Domini loci,idem Villalob. inter commun.opinion. tit.de acquir.poſſeſſ.num.229. Peregrin.ibidem num. 4. ſed ſi data opera totus erit Domini loci, vt concludunt prædallegati Doctor. in citatis locis, quid autem ſi locus eſſet duorum Dominorum, nempè alicuius reſpectu vtilis dominij,& alterius reſpectu directi, cuius erit, exemplum patet in theſauro reperto in re feudali per feudatarium, vel in re emphyteotica per emphyteotam, vide Grammat. in d.cap. quia verò num.10. item ſi res vendita fuiſſet ſub pacto de retrouendendo durante tale pacto, ad quem ſpectabit theſaurus, vide Tiraquell.allegat. per Fuſcum ſingul. 8. liter. T, & melius Vrſill.deciſ.321.num.9. vbi alios allegat, & ibi Afflict.aliam deſuper quæſtionem formauit, quod ſecus eſſet ſi res libera empta ſit, nam tunc theſaurus inuentus erit illius, nec daret cauſam reſciſſionis contractus, Pariſ.cõſil.16.num 84.volum.2. ſed hodie, vt concludit Auctor ad Principem ſpectaret,& ſucceſſiuè ad fiſcum, quod ſequitur Campagn. in dicto cap. quia non decet, ſub num. 10. ex mente Afflict. in dicta conſtitutio. Duanæ num.1.

Num.4. & ſubdit ad hoc ibidem Ioan.Petr.de Ferrar.ſub eadem diſtinctione,nempè ſi fuerit inuentus theſaurus in loco religioſo, & tunc ſi data opera erit Domini illius loci, ſi verò caſu dimidia inuentoris, & alia erit fiſci, & vltra Chaſſan. & Villalob. locis citatis, ſingulariter ſequitur ibidem Peregrin.num.6.& 7. Angel.Clauaſ. vbi ſupra, & Grammat.d.cap. quia vero nu.7. ad quod idem Ioan.Petr. de Ferrar. cur fiſco,& non Presbyteris, vel Pontifici, & reſpondet fortè hodie per iura Canonica Pontifici applicaretur.

Num.5.ſic cenſet ibidem Ioan.Petr. de Ferrar. ſpectare Summo Pontifici.

Num.6.adde Capram in regul.4.& 18. vbi poſuit regulam cum nonnullis limitationibus, & Diaz in regul.434. Molfel. conſ.27. nu.8. & ſeq.& de ſtatutis laicorum ſatis loquitur Carol. de Graſſ. in tract. de effect.cler. in 2. effect.nu.26.& ſeq.

Num.7.vide Rocch. de Curte in cap.final. de conſuetud.verſ.quinta ſit concluſio fol. mihi 47. in paruis, vbi ponit regulam huius quæſtionis cum limitationibus, & de ſtatutis contra libertatem Eccleſiæ non faciendis,ſatis proſequitur Carol.de Graſſ.vbi ſupra nu.61.& ſeq. eſſent vtique nulla,Bellon. conſ.43. num.1.

Num.8.verba generalia nunquam comprehendũt priuilegiatos, idem Graſſ.vbi ſupra nu. 12.& ſucceſſiuè non comprehendunt caſum libertatis Eccleſiæ, nec pariter caſum publicæ vtilitatis, ſicut Auctor dixit ſupra eod. tit.de tractis nu.20.ſicuti priuilegium generale non includit caſum publicæ vtilitatis, Minſing.cent.4.obſeru.70.nu.7.

Num.

Num. 10. ad materiam præfatorum Doctorum hic relatorum, & præter eos id notat Grammat. in dicto cap. quia verò, vltra Chassan. loco citato.

De Triremibus. Tit. XI.

VIm. 1. respectu primi dicti Auctoris asserentis, Proreges deputare Capitaneos ad purgãdam Prouinciam malis hominibus, satis dictum est per ipsum Auctorem supra de prouis. fieri solit. §. 3. num. 1. & quemadmodum Rex itinera secura tenere debet, Afflict. in constit. pacis num. 62. vltra Chassan. in dicto cathalog. par. 5. consider. 24. in 2. priuileg. sic etiam, & mare ab incursibus Piratarum, Reg. Valenz cons. 100. sub num. 55. vbi allegat Luc. hic allegatum per Auctorem, ad quod aduertendum est, quod quamuis Pirata de per se dicatur quilibet, qui in mari, aut in fluminibus depredatur, authent. nauigia C. de furt. Summa Angel. in verb pirata, adhuc tamen similes personæ dicuntur latrones maritimi, Benuen. Stracca in tract. de mercat. part. 3. tit. de nauig. &c. num. 31. & successiuè publici latrones appellantur tales in mari furantes, Franch. decis. 142. num. 2. quamquam Santer. in tract. de sponsal. mercat. num. 54. & 55. videatur constituere differentiam inter piratas, & latrones, hoc est, quia piratæ in maritimis occultis horis, vt non videantur, sed postquam te viderunt, sed per vim insurgunt, dando velas, & rapiunt naues, sed latro dici potest fur si occulte, & sine vi furetur aliquid, non autem fur latro, quod satis mihi videtur absonum, nam latro quoque clam aggreditur in itineribus cum ferro, & spoliare nititur homines, etiam cum violentia, Paris de syndicat. verb. quia supereſt dictum num. 4. vbi plura de hoc, & propterea satis conueniunt inter se in effectu, licet differant ratione loci quò ad nomen, eo quia illi, qui in mari furantur dicuntur piratæ, & qui in Terris latrones, inde appellatione latronum continentur etiã latrones, qui in mari furantur, idem Franch. vbi supra num. 4. sicut etiam dicuntur illi, qui furantur in mari, sicut idem Santern. in dicto tract. par. 3. num. 63. confirmat, intantum est verum, quod potestas militaris procedendi ad modum belli contra latrones sibi locum vendicat, etiam contra piratas, Io. Grand. de bello exulum in prædic. de relat. quæst. 3. num. 4. & istorum latronum differentia operatur diuersitatẽ contra eos procedendi, vt tuta itinera fiant ab eorum incursibus, verumtamen isti piratæ in mari furantes, vt plurimum sunt infideles, licet aliquando mali christiani hoc peragant, diuersimodè tamen contra eos proceditur, contra tamen ipsos hostes, qui sunt duplicis speciei, scilicet ratione fidei, & alij ob bellum eis indictum, Ioan. de Deo in suo specul. par. 6. cap. 1. num 1. quò ad infideles cum quibus indictum est bellum perpetuum, vt dicit Auctor decis. 21. num. 2. ob defensionem nostræ Religionis, quod iure licito processit ex traditis per Moron. in tractat. de treug. & pace par. 1. quæst. 5. & nouissimè Reg. Valenz in discursu status, & belli par. 2. cap. 3. num. 19. & 36. hinc bellum per Hispanos motum contra Barbaros, quos Indos vocamus licitum fuit, vt per Marquar. in tractat. de Iudæis par. 1. cap. 14. num. 1. & seq. vbi alia consimilia enumerat, & contra Turcas, & Saracenos vltra fidẽ accedentibus alijs causis traditis per dict. Marquard. dicta par. 1. cap. 6. num. 10. legitimè processit, & præ cæteris Couar. in regul peccatum par. 2. §. 10. num. 3. nam aduersus tales Princeps facile arma sumere debet, Afflict. in constit. post mundi num. 30. quinimò existente tali inimicitia, ac etiam belli indictione perpetua, ex quo non solum priscis temporibus in Regno nostro incursus hostium continuò insurrexit, ob quod nonnullos occidebant, percutiebant, & exterminabant, Luc. in l. 2. col. 3. C. de quibus muner. vel præst. lib. 11. sed etiã modernis temporibus, sicut in dies infesti Turcæ per mare Regnum istud diuersis partibus infestant, & pertranseuntes capiunt cum bonis, sicut & cæteri piratæ mare frequentantes, de quibus per Boer. decis. 56. in princ. quos vulgo appellamus, *Corsari*, propter quod Rex noster, tam pro suorum Regnorum custodia, quam per mare nauigantium, vt sint loca tuta nonnulla vaxella apta in mari detinet continuò vagantia contra eos insurgentes, quos in acie belli licitum est occidere, Boss. in tit. de defens. reorum num 40. non tamen ex interuallo, idem in tit. de captura num. 78. licet benè capti seruandi sint, non tamen occidendi, idem dicto tit. de defens. num. 53. sed bona ipsorum capta efficiuntur capientium, vt iuris est, de quo per Auctorem decis. 21. & non sine causa particulari lege cautum est in Regno, vt non assecurentur piratę sub specie redimendi captiuos pragmat. 1. de pirat. non assecur. nam cum istis dolus seruandus erit, Afflict. in constit. Comes. & Baro sub num. 67. & vti insidijs, dummodò non rumpatur fides, Laudens. in tractat. de bello §. 44. licet Veneti

tales

tales piratas in Gulfu eorum depredantes vltimo ſupplicio illico afficiant, vt percepi, cæteri verò piratæ chriſtiani, ex quo æquiparãtur hoſtibus fidei chriſtianæ poſſunt impunè derobari ſecundum Bald. in dicta authent. nauigia, etenim à quocumque bona ipſorum capi poſſunt, & quando locum habent, Soccin. Sen. conſ. 262. in cauſa verſ. præterea, & 2. par. 2. Couarru. in dicta reg. peccatum par. 2. §. 11. in fine: ſunt enim ipſo facto diffidati, vt ibi Bald. notat, & Stracca vbi ſupra num. 30. quemadmodum foraſciti pro diffidatis, & hoſtibus publicis habentur, Ioan. Grand. vbi ſupra, & ter ſingulis annis ore proprio à Summ. Pontif. excommunicantur, vt ipſe Stracca ſubnectit, & ante eum Angel. Clauaſ. vbi ſupra, non mirum ſi etiam impunè occidi poſſunt, quia ipſi piratæ æquiparantur hoſtibus fidei, & Principis, Alexand. ad Bart. l. hoſtes colum. 4. ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. verſ. hoſtes: immò grauiſſimè puniri in loco vicino mari, in quo delinquunt, Bart. & alij in l. Inſulæ ff. de iudic. videlicèt, infra centum miliaria, Bart. in tractat. Tiberiad. 2. par. de Inſul. in princ. Bertacch in verb. piratæ, prout multoties vidi eos in antennis galearum ſuſpenſos, prout contingit in aduentu Comitis Beneuenti, in cuius poſſe in itinere quidam piratæ deuenerunt, quos illico iuſſit laqueo ſuſpendi, & contra tales per Regni partes maritimas proceditur ad modum belli per Præſides Prouinciarum, vt fundat Io. Grand. vbi ſupra.

Num. 2. de iure non prohibetur, vt priuati nauigia habeant l. 1. C. de nauicul. libr. 11. ſed prohibetur ibi ſigna alicuius potentis imponere, vt quando onus indiceretur nequeãt ſe excuſare, vt ibi Luc. exemplum citat de hoc alias in Regno occurſum, quapropter ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ hic citatæ, quæ eſt pragmat. 1. quod Regnic. poſſ. armar. nauig. &c. conceſſum apparet Regnicolis naues, & alias fuſtes armare in perſecutionem inimicorum, & quid in Officiali in aliqua Prouincia præſidente, an poſſit in ea nauem conſtruere, Paris de ſyndicat. verbo ſyndicantur etiam Officiales num. 10. tenet, quod non, licet per iſtam pragmaticam videatur contrarium affirmari, nam ſi minoribus conceſſum eſt, tanto fortius, & maioribus, eo quia cauſa attenditur perſecutionis hoſtium, quæ reſpicit publicam vtilitatem, intantum cum ſit vtile facere armatam contra hoſtes, & hoc maximè expedit facere armatam maritimam contra piratas, Campagn. in cap. agendorum num. 5. multo fortius conſtruere naues pro ipſa armata facienda, & an iſtæ nautæ, qui vadunt in perſecutionem inimicorum infidelium gaudeãt aliqua immunitate, præſertim Hoſtici exceptione, vide Affli&. in conſtit. hoſtici in 5. quæſt. tenentem, quod ſic, & maximè ſi de Regis licentia iſta perſecutio fieret, vt in publicam tenderet vtilitatem, ampliatur etiam non tantum in mare licitum, & naues habere, ſed etiam in flumine publico, Amanel. ſingul. 28. Aduerte tamen quod triremes Regiæ implentur hominibus infidelibus captis, ſcilicet Turcis in ſeruitutem redactis, ſimiliter & chriſtianis delinquentibus ad Regias triremes condemnatis pro delictis, vt in pragmat. 1. de condemnat. pro delict. ſimiliter damnari poſſunt rixatores frequentes delatores armorum, luſores publici, & frequentatores tabernarum, & non ducentes vitam ex artificijs, Campagn. in cap item prædicti num. 7. Immò pro armata poſſunt in eis ponere burgenſes, & alios artis ignaros, idem ibidem num. 3. & in talibus trirembus exiſtunt Capitanei, cum eorum cohortibus militum, hoc eſt in vnaquaque galea vnus Capitaneus præeſt pro ipſius adminiſtratione, & gentium regimine, qui vulgò *forzati* nuncupantur, & quæ pertinere videntur ad eorum officium, referuntur à dicto Campagn. in cap. prædicti Admirati per totum, & ibi quærit num. 11. ſi teneantur de leuiſſima culpa, ad quod facit ſolemne conſilium D. Camill. de Larath. 103. quod Capitaneus, vbi quærit ſi Capitaneus triremis teneatur pro fuga condemnati ad triremes, & quando non, quod non eſt in priuatorum galeis, quamuis non appareant conſtructæ, nec conſtruuntur ſimiles galeæ à priuatis, ſed benè naues, ac alia vaſſella maritima.

Num 3. Hoſtis captus in bello detineri poteſt vt ſeruus, & pariter bona, Grammat. voto 10. num. 37. quò ad perſonas in bello captas, vt efficiantur capientium, longè proſequitur Cępoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap 1. num. 4. vltra Alexand. conſ. 97. volum. 1. colum. penult. in fine, Couarru. in dicta regul. peccatum par. 2. §. 11. num. 2. ſed reſpectu bonorum in bello captorum, vt capientium efficiantur, ſatis loquuntur Martin. Laudenſ. in tractat. de bello §. 4. Ioan. de Deo vbi ſupra num. 2. Couarr. ibidem num. 1. Donat. à Fina inter commun. opinion. eod. tit. de acquir. poſſeſſ. num. 192. vbi regulam poſuit alios citando, & vltra eos Franch. deciſ. 278. de quo in meo Compend. verb. capta ab hoſtibus, vbi alij moderni Doctores referuntur, & hoc reſpectu bonorum mobilium, quid autem in bonis immobilibus, an autem

Ciuita-

Ciuitates captæ ab hoſtibus efficiantur ſeruæ hoſtium, certè, quod non, ſed ſubditę quò ad iuriſdictionem, & ciues illius Ciuitatis retinent bona, & poſſunt teſtari, idem Laudenſ.in d.tract.§.21.Boſſ.in tit.de captura nu.69.excepto ſi fuiſſent Ciuitates rebelles, nam capiuntur, & homines ſerui efficerentur, & in alium locum transferri poſſunt, Reg.Valenz. in dicto tractat. part.1. cap.2. num.40.

Num.4.hoc certum eſt, quod ex iure gentium bella initium ſumpſerunt, item violentiæ, & ſeruitutes, Reg. Valenz. in diſcurſ.ſtatus, & belli par.1. cap.1. num.14. eo quod ex diuerſitate opinionum ipſa orta dicũtur, Marcagn.Azoguid. lib.1. commun.opinion.cap. 8.nu.11.quia quot capita, tot ſententiæ, Felyn.conſ.25.nu.14.

Num.5. Hoſtes enim dicuntur propriè Regis, & Regni, quibus eſt â Rege indictum bellum Boer.deciſ.178.num.1. & quia contingi poſſet hoſtes, alios eſſe chriſtianos, & alios infideles, vt dixi ſupra nu.1. reſpectu chriſtianorum, ſi benè hoſtes non rebelles de iure fiunt ſerui, & ius poſtliminij habent, non tamen ſeruatur, ſed quò ad res tantum fiunt ſerui, vt poſt Laudenſ.in d.tract. §.19. comprobat Boſſ. in tit.de crimin.læſ.maieſt. nu. 123.& in tit.de captura nu.69.Marquard.in d.tract.par.1.cap.6.in fin. ſub num.10. verſ. & quò ad bella, Couar.in d.§.11. ſub num.5. verſ illud hoc, ſed reſpectu infidelium ſecus eſſet, vt ibi per Couar.num.2. etenim tam in bello captiui efficiuntur, quàm extra bellum, vt hic Auctor notat, ſimiliter & chriſtiani capti ab infidelibus efficiuntur eorum ſerui, ſicuti ibi Couar.nu.6.teſtificatur.

Num.6. Bellum enim ſine diffida moueri non poteſt, Bertacch.in repert. verbo bellum, allegat Bald.hic citatum, & in alijs locis Ioan. Andr.in cap.pro humani de homicid.in ſexto, etenim agentes bellum ſine diffidatione dicuntur proditoriè agere, ſecundum eundem Bald.in cap.1. quib.mod.feud.amm itt. quem refert Laudenſ.in d.tract. §.39. & in §.37.allegando eundem Bald.in l.pen.C.de obſeq. à patron. lib. præſt. quod non debet Princeps peruenire ad bellum, niſi præcedat monitio, immò bellum geſturus præcedere debet, & anteire occaſiones, & non ſubſequi, Reg.Valenz. in dicto ſuo tract. par.1. cap.3. num.17.quod ſanè etiam in duellis procedere dixit Alciat. in tract.de duello cap.5.

Num.7.vide ſupra eodem nu.5.

Num.8.videas Franch.deciſ.268.nu.3.ad quod nota hic aliqua eſſe bona mobilia, & ſic præda, quæ capta eſt in bello, & tunc debet aſſignari Duci belli, vt ipſam diſtribuat inter pugnatores, & armigeros, Laudenſ.in dicto tract.de bello §.4.& ſequitur Gramm.deciſ. 71.vltra Couar. vbi ſupra n.5.verſ.res autẽ Diaz regul.60. & erunt illa bona, quæ fuerunt capta in bello campeſtri inter partes conflictu ordinato poſt victoriam, quod dicitur *lo bottino*, ſecus in bonis captis in diſcurſu territorij, quod vulgariter dicitur *la correria*, ita Grammat. in d.deciſ.71. nu.17. & 18. quem ſequitur Auctor in deciſ. 21. nu. 1.ad 6.vbi num.2. notat, quæ hic dixit, quod bona capta propter bellum indictum in eo præhenſa dicuntur.

Num.9.maximè quando eſſet indictum bellum contra eos, vide Angel.Clauaſ. in verb. furtum nu.39.

Num.10. vide in meo Compend. verb.capta in bello.

Num.11. nota, quod hoc non procedit in repreſalijs conceſſis, etenim ſi fuerint conceſſæ contra Ciuitatem, non extenduntur ad Comitatenſes, Andr.Gail de arreſt.cap.8.nu. 11. & bona ſubditorum non poſſunt capi, quando indicitur bellum alicui Principi, ſecus ſi indictum eſſet ciuitati vti rebelli, Boſſ. in tit.de crim.læſ.maieſt.nu.126.

Num.12.adiuuantes, & auxiliantes, etiam in bello moto contra foraſcitos in Regno comprehenduntur ſub militari poteſtate, & ad pœnas eis debitas, & in omnibus alijs æquiparantur, Io.Grand.de bello exulum in prædic. de relat.q.1.per totam, & qui ſunt adhærentes, ſequaces, & participes, refert Laudenſ.in tract.de confœderat.pace, & conuent. &c. §.27. adeò tamen hoc verum eſt, quod ſi Princeps fecerit pacem, debet etiam pro adhærentibus paciſci, idem ibi §.52.

Num.13.dixi in meo Compend. verb.ſubditi.

Num.15.adde Auctorem in d.deciſ.21.nu.1. & nu.7.allegat Soccin.hic per eum allegatum, inſuper quod hoſtis poſſit offendi in territorio Principis, cuius erat hoſtis, non autem extra territorium, tradit Boſſ. in tit.de defenſ.reor.&c.nu.56.

Num.16.inimicus præſumitur, qui fecerit confœderationem cum inimico alicuius, eo quia confœderati ſunt eiuſdem intentionis, & voluntatis ſecundum Bald. relatum à Martin. Laud.in d.tract.de confœd.pace, & conuent. Princ. §.26.

Num.17.vide ſupra eodem nu.10.

Num.18. quod Dominus poſſit prohibere ingreſſum militibus, vide ſupra tit. præcedenti rubr.de armis nu.5. & ſupra de prouiſ.fieri ſolit. §.7.num.4. quo verò ad venationes, de quibus hic Auctor multa verba facit, an Domino fundi prohibente venator acquirat ſibi feras, quas acceperat, refert Couar.

in

in regul. peccatum par. 2. §. 8. num. 5. & 14. quem ſequitur Conſil. Rouit. in rubr. de aucupibus pragm. 1. num. 6. an autem Dominus prohibere poſſit ſubditis ne venentur, neque piſcentur, vide Bellon. conſ. 49. nu. 9. & latius Io. Petr. Molign. in ſuo tract. de venat. Ferar. par. 1. q. 17. 18. 19. & 20.

Num. 19. hoc idem ſequuntur Rodor. Xuarez in allegat. 17. ſub num. 13. Ioan. Grand. de bello exul. in prædic. relat. quæſt. 3. num. 5. nouiſſimè Reg. Valenz. conſ. 100. num. 55. vbi id pluribus rationibus comprobat, quãuis contrariam ſententiam tenuerint Martin. Laudenſ. in tractat. de Princip. §. 123. & melius Balb. in tractat. de præſcript. 4. part. 5. partis principalis quæſt. 6. nu. 6. Dec. conſ. 638. num. 3. Calean. conſ. 56. num. 2. ad huiuſmodi difficultatis reſolutionem ſatis mihi erit neutralem Doctorem allegare, nempe Bertacch. in ſuo repert. verb. Veneti, vbi dixit, quod Veneti ſunt Domini maris Adriatici, & lictorum eius in genere, non in ſpecie, quia lictora ſunt Ciuitatum adiacẽtium lictori, ſecundum Bald. & alios per eum citatos, & idem habetur in apoſtilla ad Cępoll. in dicto tract. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 26. ſub num. 2. & idem Bertacch. in verb. mare, idixit, quod mare Adriaticum noſtrum Italiæ conterminum à parte Orientali eſt de iuriſdictione Venetorum ex præſcriptione ſecundum Bart. & alios per eum citatos, ergo ſecus ex parte Occidentali, ex quibus colligitur quatenus vera eſſet eorum prætenſio ſuper dicto mare, non erit abſoluta, nec vniuerſalis in toto, ſed in certa parte, & loco de ſcripta verſus Orientem tantum, non tamen verſus Occidentem.

Num. 20. vide Rocch. de Curt. in cap. fin. de conſuet. in 4. requiſ. fol. 36. in paruis à terg. verſ. quarto limita.

Num. 21. quando lex dicatur aſſiſtere; vel reſiſtere, vide Balb. in l. Celſus ff. de vſucap. nu. 20. & id quod non eſt præſcriptibile, non poteſt per tantum tempus, cuius initij memoria non extat fieri præſcriptibile, idem in tractat. de præſcript. 4. part. 5. partis principal. quæſt. 6. num. 9. an præſcriptio procedat in ijs, quæ non ſunt conceſſibilia, vide Crauett. de antiquit. tempor. par. 4. ſect. materia iſta num. 97. concedi non poteſt, quod non poteſt præſcribi, Gulielm. de Ludo ſing. 132. ſicuti, quod non eſt tranſmiſſibile, non eſt delegabile, aut ceſſibile, Bald. in conſ. 327. nu. 6. par. 1. ceſſibile multo magis eſt tranſmiſſibile, Franch. deciſ. 593. nu. 3.

Num. 22. ſic etiam priuilegiati citari poſſunt, & comparere tenentur, Benedict. de Plumbin. in l. neque infantes in princ. num. 2. ff. de fideicomm. libertat. & ſucceſſiuè eorum priuilegia allegaturi, Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 1. par. 2. gloſ. competentes nu. 12. & par. 7. gloſ. ſententia nu. 22. & an, & quando priuilegium ſuum quis allegare tenetur, vt iudicium impediatur, Paul. Caſtr. conſil. 431. nu. 2. nec enim ſufficit allegare niſi allegatum probetur, idem Benedict. de Plumbin. in l. illud §. ſi quis num. 1. ff. de manumiſſ. vind. Diaz in regul. 27. nam alleganti incumbit onus probandi, Carauit. in rit. 179. nu. 9. Bellon. conſ. 75. num. 5. immò Iudex poterit præcipere, quod exhibeantur priuilegia, ſicut in priuilegijs artificum exemplificat Anna in ſing. 366.

Num. 23. adde Feſtaſ. de æſtim. & collect. par. 4. quæſt. 18. verſ. ex ſupra firmatis num. 28. vltra Straccam de mercat. par. 6. tit. de nauig. num. 8. & Anton. Franc. ad Abb. in cap. ſicut de iureiurand. lit. E, incipient. quod ſic, & ſi Veneti poſſint imponere collectas in mare Adriatico, vide Ferrett. in tractat. de publ. & vectigal. nu. 177.

Num. 24. non ſolum ex Imperiali conceſſione, ſed etiam Papali dixit Ferrett. loc. cit.

Num. 25. vide Bertacch. in ſuo repert. verbo Rex Hiſpaniæ, & verbo Reges Hiſpaniæ, Couar. in dicta regula peccatum par. 2. §. 9. nu. 9. & Molfeſ. in prohem. conſuet. quæſt. 3. nu. 24. & quod præcedit omnes alios Reges, cũ plura habeat Regna ſub ſe, & plures coronas, retulit Chaſſan. in d. cathal. glor. mundi par. 5. conſid. 37. vltra Grammat. conſ. ciuil. 169. nu. 5.

Num. 26. hanc quæſtionem diſputauit Chaſſan. in dicto cathal. eadem par. 5. conſid. 28. Couarru. dicta regula peccatum par. 2. §. 9. nu. 5. Mantua apophtegm. 312. vult, & Fuſc. latè in ſing. 6. lit. I, & quomodo intelligatur, vide Bellon. conſ. 2. nu. 2.

Num. 27. videas Cœpoll. in tractat. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 26. ſub tit. de mare in principio, & Rodor. Xuarez allegat. 17. numer. 4.

Num. 28. reſpectu proprietatis maris, quod ſit nullius, retulit ibi Cępoll. nu. 8. & quod proprietas maris aliqua præſcriptione, vel conſuetudine non poſſit præſcribi, & an cadat præſcriptio in vſu maris, vel iuriſdictione, idem ibi nu. 5.

Num. 29. idem Cępoll. loco citato num. 3. verſ. ſed quæritur numquid in mari, & Xuarez dicta allega. 17. ſub num. 14. verſ. ſed nihilominus, & quid in flumine, an Princeps poſſit vſum fluminis publici priuato concedere, ita vt ibi ædificet, vide Maur. Sen. allegat. 61. num. 2.

Num. 30. Ciuitas Venetiarum ideò libera, quia

ſita

ſita eſt in mare, Iaſ. in l. cunctos nu. 11. & 12. C. de ſumm. trinit. Cępoll. vbi ſupra in fine, quos ſequitur Bertacch. in d. repert. verb. Ciuitas Venetiarum, idem Ant. Franc. ad Abb. vbi ſupra. Imò ſuperiorem non recognoſcit, & locum Principis tenet, & libertatem ab Imperatore Romano ex priuilegio obtinuit, idem Feſtaſ. vbi ſupra nu. 28. Ideircò Venetorum Reſpublica Dominum ſuperiorem non recognoſcit, nec de iure, nec de facto, Menoch. in 2. reſponſ. cauſ. Finar. num 63. & nu. 64. ſubnectit eam eſſe hodiè communem patriam.

Num. 31. hoc idem proſequitur Cępoll. vbi ſupra nu. 13. & ſeq. vbi plura. & in cap. 32. de Inſula, vltra Doctor. in l. Inſulæ ff. de iudic. Excellentias autem aliquarum Inſularum intuetur Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 12. conſid. 56. in materia Inſulæ aliqua poſuit Fuſc. ſing. 44. lit. I, vbi etiam loquitur de Inſula Siciliæ.

Num. 32. vide Cępoll. vbi ſupra, ſub nu. 16.

Num. 33. Cępoll. ibidem eodem nu. 16. verſ. vnde dicit Bart.

Num. 34. vide Bertacch. hoc idem affirmantem ex mente Bartol. Bald. & aliorum in repert. verb. Veneti, non tamen viuunt legibus Imperialibus, ſed ſuis, quia non recognoſcunt ſuperiorem, Ferret. in d. tract. num. 221. hinc dixit Bologn. ad Anan. in d. conſ. 53. num. 5. quod Venetorum ſuperbia tanta eſt, vt non dignentur viuere ſecundum leges Imperiales.

Num. 35. idem tradunt Doctor. citati ſupra nu. 30. præſertim Ant. Franc. ad Abb. loco citato.

Num. 36. Princeps ea, quæ ſunt ſuæ iuriſdictionis ad ſui libitum reuocat, & tollit, Gramm. deciſ. 46. nu. 2. & particulariter priuilegium ex noua cauſa reuocatur, Benint. deciſ. 63. num. 7. etiam ſi conceſſum fuiſſet in vim contractus, Oſaſc. deciſ. 90. nu. 15. & potiſſimũ ex cauſa ingratitudinis, vt poſt Marſil. ſing. 333 pactum in medio, vbi alia conſimilia collexit, ſequitur idem Oſaſc. deciſ. 139. nu. 9. vbi alias cauſas reuocandi priuilegia enumerat, non ſecundum hoc procedere videtur contra ſubditum, ſed pariter contra non ſubditum, ex traditis per Socci. Sen. conſ. 266. nu. 48. par. 4. & Diaz in regul. 713. ſubdito.

Nu. 37. adde Martin. Laudenſ. in tract. de Principe concl. 406. incip. Dux Ianuenſium, vel Venetorum.

Num. 38. concedens ſemper videtur iura ſua concedere, Anna alleg. 52. nu. 19. hinc infertur, quod ſi Princeps alicui militi villam cum pertinentijs donaret, videtur cum pertinentiarum nomine cõprehendi id quod dictę villę ratione iuriſdictionis ſubiectum eſt, Xuarez in alleg 7. nu. 14. & ob id aliena nequaquam conceſſa cenſentur. At ſi Princeps concederet alicui caſtrum ſpecialiter, & poſtea alteri totam Prouinciam, non veniret caſtrum alteri conceſſum, Vrſill. deciſ. 334. nu. 4 nec ſimiliter aliquid donando videretur dare in feudum, neque videretur donare alteri conceſſum, neque ea in quibus quis habet ius ſingulare, ita Vrſill. deciſ. 361. nu. 56. & ſic conceſſione facta, de toto iure concedentis intelligitur, Dec. conſ. 291. nu. 4. ſic etiam conceſſo caſtro, venit omne ius, quod concedens in eo habebat de iure, & de facto, Loff. ed. conſ. 24. nu. 14.

Nu. 39. Riparum vſus eſt publicus, ſicut & mare licet omnibus in illis naues alligare, & reponere, Xuarez d. alleg. 17. ſub nu. 12. & de hoc ſatis per Cępoll. in d. tract. cap. 36. ſimiliter ripæ fluminum quò ad proprietatem ſunt illarum perſonarum, quarum prædijs adhærent, Bellac. inter commun. opin. tit. de alluuion. & palud. nu 4.

Num. 40. Princeps regulariter ſi aliquid dat, vel confirmat ſemper intelligitur ſaluo iure alterius, Gramm. deciſ. 103. nu. 236. Bellon. conſ. 28. num. 12. Curt. Iun. conſ. 174. num. 21. Bellac. inter commun. opinion. tit. de diuerſ. reſcript. nu. 53. nam in dubio non præſumitur velle iuri tertij prędicare, idem Gramm. loco citato nu. 239. Xuarez in allegat. 11. nu. 3. & alleg. 7. num. 4. idem Bellon. conſ. 20. nu. 6. Guid. Pap. conſ. 189. nu 3. Dec. conſ. 268. num. 9 Soccin. Sen. conſ 15. num. 4. vol. 3. idem Curt. Iun. conſ. 88. num. 8. & conſ. 142. num. 3. Cuman. conſ. 157. num. 2. Pariſ. conſ. 62. num 24 volum. 4. niſi tamen in priuilegio adiecta eſſet clauſula non obſtante, vt voluit idem Xuarez alleg. 28. num. 19 licet contrarium teneat Vrſill. deciſ. 282. nu. 4. etenim Princeps ſine cauſa, quempiam, lædere modica læſione poterit idem Bellon conſ. 51. num. 12. & conſ 28. nu. 8. Tiraquell. in tit. de iudic. in reb exig. &c. verſ. ſexageſimo poteſt Princeps fol. 68. quod ſecus erit in magno præiudicio, vt hic Auctor concludit in caſu, de quo agitur, eo quia Princeps nequit alicui auferre rem, vel dominium, quod habet de iure gentium. Petr. Iacob. in ſua praxi tit. de nat. vniuerſ. num. 7. Soccin. Sen. conſil. 59. num. 13 vol. 3. Pariſ. conſ. 101. num. 65. volum. 2.

Num. 42. littora maris quò ad vſum, & dominium ſunt communia, quo ad protectionem ſunt Imperatoris, idem Xuarez dicta allegat. 17. num. 9. & de hoc ſatis per Cœpoll. in d. tract. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap.

27. hoc adeò verum eſt, quod dum Princeps habet dominium, & iuriſdictionem in Terram, illudmet etiam habet in mare terrę adiacenti, Oſaſc. deciſ. 54. nu. 2. & proinde poterit imponere gabellas in mari, & eas exigere à vendẽtibus merces per mare ſuæ terræ adiacenti ſaltim intra centeſimum lapidem, idem deciſ. 155. nu. 4.

Num. 43. ſic etiam dicere ſolemus, quod vbi eſt Chriſtus eſt paradiſus, & ſic explicantur verba illa dicta latroni, hodie mecum eris in paradiſo, Luc. 22. non tamen in paradiſum aſcendit tunc, ſed in limbum deſcendit, vt ſingulariter tradit Mantua in apophtegm. 9. incip. inſerere, vbi etiam vulgatum illud allegat, vbi eſt Papa, vel Imperator, ibi eſt Roma.

Verſ. non loquor, ad hoc facit facetia illa Gonnellæ buffonis, relata per Cœpoll. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 43. nu. 8 & facit contra illos per mare nauigantes aſportantes diuerſa vexilla, hoc eſt, dum nauigant in mare alicuius Domini ponunt vexilla illius, & dum nauigant in alieno, ſimiliter aliena vexilla, & hoc fit cum ſint inimici, non poſſunt offendi, vel capi ab eorum inimicis, de quo eſt caſus expreſſus in l. 1. C. de nauibus non excuſ. lib. 11. vbi Doctor. & cum de hoc contingiſſet hæſitari in Collater. Conſil. ſi ritè, ac rectè proceſſerat captura nauis Inglenſis duo vexilla aſportantis, ſcilicet vnum Regis eorum, & aliud Regis noſtri, & quid fuerit deciſum, dixi in Compend. verb. bona, & merces.

Num. 44. dicit Martin. Laudenſ. in tract. de bello in concluſ. 42. quod vadens ad bellum motu non conductus, vel vocatus à Principe animo obligandi illum, cuius negotia geſſit, agit actione negotiorum geſtorum ad equos, & arma deperdita in bello, immò vocans amicos ad bellum, non tenetur de equis ammiſſis, & alijs rebus, nec ſumptibus ſi bellum fuerit iniuſtum, Guid Pap. ſingul. 226. ſed ſi ſciret locator ea pro vſu belli deſeruire, ſecus eſſet, vt ſubdit Auctor, quãuis enim non teneatur regulariter conductor propter bellum, Viuius in ſylua commun. opin. opin. 1. 19. conductor, ſic & conductor rei tempore belli non haberet remiſſionem, Andr. Gail lib. 2. obſeruat. 23. num. 10. Bellac. inter commun. opinion. tit. de locato, & conduct. nu. 62. vbi alia conſimilia huic conferentia poſuit, quid autem ſi bona fidelium ammiſſa, in bello fuerint recuperata à poſſe inimicorum, an proprijs Dominis erint reſtituenda, vltra Martin. Laudenſ. in dicto tractat. de bello concluſ. 7. & Mant. in apophtegm. 105. hoſtici, vide Couarru. d. regul. peccatum par. 2. §. 11. num 7.

Num. 45. an Rex teneatur redimere Ambaſciatorem captum ab hoſtibus, vide Nattam conſ. 137. 138. & 169 deciſ. Auenion. 126. & nouiſſimè Maur. Sen. allegat. 1. num. 7 circa reliqua hic ab Auctore congeſta, nota quod ſi Princeps mandauerit Capitaneo armorum, vt vadat ad bellum, & Capitaneus, vel miles ammiſerit equos, & arma teneretur vtique Princeps ipſe, vel Ciuitas emendare, quia mandatarius habet regreſſum ad damna, & expenſas, ſecus ſi miles, vel Capitaneus eſſet conductus pretio, vt hodie faciunt Principes, ita Laudenſ. in eodem tract. concluſ. 6. ex mente Innocent. in cap. ſicut de iureiurand. & de vaſallis, qui perdiderunt equos, & arma, vel capiantur, an Domino mandante repetantur, vide Salyc. in l. quoniam multa C. ad l. Iul. de vi publ. Regulariter enim mouentes guerram tenentur de omnibus malis, quæ exinde ſequuntur, niſi guerra fuerit licita, quia qui cauſam damni dat, &c. idem Laudenſ. vbi ſupra concl. 14. & Boſſ in tit. de crim læſ. maieſt. num. 29. & in tit. de captura nu. 60. vbi etiam tradit quando bellum iuſtum, vel iniuſtum dicatur, vltra Bertacch. in ſuo repert. verb. bellum ſi iuſtum.

De delegationibus cauſarum. Tit. XII.

VIum. 1. cum itaque omnis iuriſdictio radicata ſit in Principe originaliter, & ab eo deſcendant Iudices ſicut riuoli à flumine, ſeu fonte ſuo, vt poſt Chaſſan. in cathal. glor. mundi par. 5. conſider. 24. in priuileg 15. ſequitur Marant. in ſpecul. par. 4 diſt. 4. num. 3. non mirum ſi ſolus Princeps committat cauſas ſuas cui vult, idem Chaſſan. vbi ſupra in 43. priuileg. ſimiliter delegat merum, ac mixtum imperium, vt ibi ſubnectit in 88 priuil. multo fortius, & alienas, non tantum ordinarijs Iudicibus, ſed etiam alijs delegatis, attamen reſpectu Iudicum ordinariorum commiſſio eis facta à Principe cenſetur facta regulariter vti ordinario, ſicut poſt Affict. in conſtit. auctoritatem num. 4. tradit Præſ. de Franch. deciſ. 646. nu. 5 loquentes de delegatione facta à Rege, Viceregi, & Regentibus, vt cenſeatur facta vti ordinario, eo enim caſu Princeps committendo cauſam ordinario Officiali, videtur tantum iuriſdictio excitari, Angel. conſ. 214. in prine. & hoc potiſsimum quoties ſimpliciter committe;

mitteretur causa, mandando Princeps iustitiam ministrari simpliciter, quo casu non faceret eum delegatum, Andr. Gail lib. 2. obseruat. 1. num. 7. sed si aliquid superadderetur in commissione, secus esset, quoniam tunc dijudicaretur delegatus, sicuti exemplificando demonstrat Marant. loco citato num. 4. versic. quomodo autem cognoscatur, Bertacch. in repert. verbo delegatus §. 70. sed intuendo personam delegati Principis, dico ei liberum esse, cui vult causam delegare, tàm Officialibus suis, quàm etiam priuato, ex dispositione iuris, ita Ias. in rubr. ff. de offic. eius col. 2. vers. & ponenda, licet in praxi nunquã visum est consimiles delegationes causarum fieri priuatis personis, sed tantum Officialibus Regijs, ad quod singulariter refert Afflict. in constit. vt vniuersis n. 35. quod si Rex sic se habere debet committendo causam tangentem Comitem, vel Baronem alicui Comiti, vel Baroni, & non simplici Doctori, quemadmodum enim S. P. in delegando causas regulariter personis in dignitate constitutis, vt ibidem notat Affli. & quoties delegatio per Proregem facienda erit Officialibus suis, quia in hac Ciuitate extant nõnulla Tribunalia diuersimodè cognoscentia, de causis liberum erit eidem cui velit causas delegare, hinc causæ militum, quæ regulariter spectant ad Auditorem Exercitus cõmittere solet Regijs Consiliarijs, vt refert noster Auctor supra de diuers. prouis. rubr. de milit. num. 6. & eisdem aliquando causas bancorum delegat, aut redemptionum locorum piorum, & similium, de quibus per Præs. de Franch. decis. 191. nu. 1. in tantum, quod si talis delegatus esset Præses Regiæ Cameræ, vel Regius Consiliarius, & fuerit effectus Regens procedere possit in dictis causis delegatis, idem decis. 445. nu. 1. præterea aduertendum est, quod non tantum causæ ab ipso Principe delegantur ab initio, antequam ab ordinario cognoscãtur, sed etiam post eorum cognitionem, adeò quod quoties Princeps causam ad se auocaret nullus inferior Iudex debet esse ita audax se intromittere de illa causa, idem Chassan. loco citato in 92. priuil. & non posset dici Iudex incompetens, sicut Senatus, Boss. in tit. de for. compet. num. 76. sed tantum superior ipse Princeps procederet, Bertacch. in repert. verbo Princeps, Roman. in cons. 335. nu. 10. quo fit, vt dum Princeps causam alicui delegauerit de certa scientia auferret iurisdictionem ordinario, vt cognoscere non posset, etiam post latam sententiam per delegatum, quæ sit nulla, quia iurisdictio reddit ad Principẽ Bald. in cap. ad hæc col. 5. de pac. iur. firm. nec amplius poterit ordinarius illam reassumere, & de ea cognoscere, Arn. sing. 89. nã facta semel delegata causa debet delegabilis manere semper, Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. q. 54. n. 23. de quibus autem causis fieri debeat delegatio, vt satisfaciam quæsito Auctoris, vide Specul. in tit. de deleg. §. 4. & in tit. de iurisdict. omn. iudic. vers. quæ autem meri, & seq. & vers. causa meri, & misti imperij per totum, & in hoc potissimum versari debet arbitrium Principis, attentis qualitatibus personarum, rerum, causarum, temporis, ac aliorum requisitorum, licet de hoc habemus nouellam pragmaticam editam per Ill. Cardin. Zapat. ad præsens huius Regni generalem Locumtenentem suæ Maiestatis publicatam die 13. Ianuarij anni currentis 1621. & demum intuendo finem delegationis causarum considero non tantum ordinem procedendi, sicut hic Auctor notat procedi posse per horas, & hoc potissimum in certis causis capitalibus magni momenti, in quibus aliquando citra delegationem procedi solet, non tantum in prima instantia, quantum etiam in causa appellationis, teste Franch. decis. 520. sic iudicatum affirmãte, sed etiam respectu executionis sententiæ, quæ prius debet exequi, nec retardari prætextu supplicationis, vel alterius remedij, inde hoc confirmari conspicitur ex obseruantia sententiarum Sac. Cons. quæ prius exequi debent antequam committatur causa reclamationis ex pragm. 5. de offic. Sac. Cons. notat Franch. decis. 290. & decis. 603. & hoc non ab re, cum ipsi Regij Consiliarij fint Iudices delegati, vt dixi ex mente Carauit. in præfat. Comp. Decis. Regni, multa autem recollexit ad istam materiam nouissimè Ludou. Rodol. in suo tract. de suprema Princ. potest. par. 2. in tract. quib. modis ordin. offic. deleg.

Num. 2. Princeps enim nobilitare potest, Bon. de Curtil. in tract. de nobil. 3. par. num. 126. & ipse solus nobilitat, & non alius, Anna allegat. 130. num. 4. & propterea non tantum Vniuersitatibus, sed etiam Sedilibus huius Ciuitatis inhibitum esse testantur Anna vbi supra, & Maur. Iun. allegat. 7. sed etiam priuatis hominibus, sicut ibidem Maur. nu. 1. confirmat, cum nobilitate aliquem sit de Regalibus, hinc nobilis dicitur, quem Rex facit, Franch. decis. 62. num. 6. benè tamen declarare aliquem nobilem esse ad Regios Officiales spectare videtur, sicuti experientia comprobatum est, & non alijs Officialibus Baronalibus, ex decisis per Consil. Rouit. in pragm. 3. nu. 6. de offic. Sac. Consil. vbi apparet in cõtingenti casu fuisse denegatam remissionem causæ nobilitatis Domino Ca-

ſtri Maris de Stabia petenti remiſſionem ipſam, & ſic benè, cum vt dixi ſit de Regalibus, cum igitur perſæpè in cauſis ipſis nobilitatum ſedilium Neapol. ex aggregatione petita magnum præiudicium, & intereſſe exoriebatur, eo quia nonnulli ignobiles aliquãdo admittebantur ad honores ſediliũ, vt Auctor hic ponderat, quod ferendum non eſt cum Princeps dũtaxat de inhabili facit habilem, idem Curtil. in d. tract. par. 7. nu. 27. & Chaſſan. in d. cathal. par. 5. conſid. 24. priuil. 33. ad euitandum nonnulla inconuenientia placuit ſereniſſimo Regi noſtro decernere, vt cauſæ nobilitatum, præſertim ſedilium huius Ciuitatis per quinque Iudices Hiſpanos delegatos terminentur, cum interuentu fiſci patroni ad hoc ſpecialiter conſtituti, & ſic ſeruatum fuit ab illo, & in dies ſeruatur potiſſimum in cauſis illorum de Anna, Arcamone, de Franchis, & aliorũ, de quibus mentio habetur in meo Compend. verb. indemnitas, & verb. nobilitas, & talis modus procedendi per quinque Iudices Hiſpanos delegatos, etiam in cauſis nobilium Coſentiæ obſeruari cernitur ex ſpeciali Regio mandato, vt ab ipſis percepi, & patet ex actis nobilium penes Figliolam Act. Sac. Conſ. & pariter de hoc particulari habetur in dicto Compend. verb. nullitates in 2. edit.

Num. 3. iſtis nobilibus ſedilium huius Ciuitatis de iure competit facultas, ne quis admittatur abſque eorum conſenſu, Auctor noſter in conſ. 70. num. 21. volum. 2. & pariter Regi, in quo præcipuum habet intereſſe ex dictis in præcedenti num. 2. hinc eſt, quod ſi nobiles ipſi cedere vellent liti petentium admitti ad honores ſedilium, intelligeretur de iure, quod habent, non autem in præiudicium Regis, vt Auctor dicit, ſicuti enim pars offenſam ſibi factã quandocumque in ſui præiudicũ, non autem fiſci concordare poterit, Carau. in rit. 272. nu. 2. ita etiam & Ciuitas, quæ poterit concedere immunitatem in ſui præiudicium, non autẽ in præiudicium Principis, Bellon. conſ. 37. num. 4. & Baro licet poſſit ſuo priuilegio renunciare, non tamen in præiudicium vaſalli, quemadmodum vaſallus contra eum, Franch. deciſ. 541. num. 7. vbi eſt caſus notabilis deciſus, de quo in meo Compend. verb. Barones.

Num. 4. ad quem finem delegatio fit, vide Andr. Gail lib. 1. obſeru. 55. nu. 1. & deueniendo ad notabile Auctoris noſtri aduertendum erit, quod & ſi benè iuſtitia adminiſtratur per Officiales diſtinctos, vt dicit Affict. in conſtit. non ſine grandi ſub nu. 10. & ſucceſſiuè copia Officialium pro adminiſtranda iuſtitia eſſe debet, idem in conſtit. cum iuſtitiæ nu. 1. multitudo tamen ipſorum in eodem Tribunali reprobatur, idem in conſtit. cum circa num. 10. ſed dato competenti numero Officialium in vnoquoque Tribunali bene iuſtitia ipſa miniſtrabitur, & talis numerus Officialium in arbitrio Regis reſidet, ſicuti exemplificando oſtendit Affict. in conſtit. ſtatuimus nu. 9. de Iudicũ Mag. Cur. numero, loquens dicendo aliquando vidiſſe vſque ad ſex, & interdum tres Iudices præfuiſſe, ſicut hodie ſunt octo Iudices cauſarum ciuilium, hoc eſt quatuor in qualibet Audiẽtia ciuili, & alij ſex in Audientia criminali, octo Præſides in Reg. Cam. & viginti Cõſiliarij in Sac. Conſil. hoc eſt quinque pro qualibet Aula, & tres Regentes in Collaterali Conſilio ordinariè, nam aliquando quatuor, & aliquando quinque præfuerunt, de quibus memini in prohem. Compend. deciſ. Regni, qui inſpecta eorum cognitione procedũt in cauſis habita matura deliberatione inter eos in diſcuſſione cauſarum, & iuxta cauſarum merita, adeò quod magnæ cauſæ ad maiores Iudices pertinent, idem Andr. Gail dicto lib. 1. in obſeru. 1. num. 32. Verumtamen quia, vt etiam hic Auctor aduertit iudicium plurium ſententia confirmatur, & ob id ſententia plurium debet prævalere, Affict. in 1. deciſ. poſt num. 4. nam melius ſententiæ vires diſcutiuntur per plures, quam per vnum, Vrſill. in deciſ. 1. nu. 1. & conſilium plurium firmius eſt, quã vnius, Reg. Valenz. in diſcurſ. ſtatus, & belli par. 2. cap. 20 nu. 32. & integrum fit iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur, atque corroboratur, Boer. conſ. 17. in princ. Fortun. in tract. de verit. & error. par. 1. nu. 48. & non mirum ſi multoties attenta cauſarum qualitate ex diſpoſitione iuris alij Iudices adiuncti ordinarijs ſuperadduntur, de quibus teſtificatur Iodoch. in praxi ciuil. cap. 196. & in Regni huius Tribunalibus vſitata ſe habet praxis aulas vniri, aliquando duas, aliquando tres, aliquando omnes, imò vna cum Tribunali Sacr. Conſ. vnitur Tribunal Reg. Cam. & è contra, aliquando cum Tribunali Mag. Cur. & aliquando omnia vniuntur Tribunalia, vt in dies videmus, quod non ſeruatur in cauſis delegatis, in quibus ſtrictè proceditur, cum delegatio ſit odioſa, ſed ordinaria fauorabilis, Marant. in ſpecul. par. 4. diſt. 5. nu. 30. vbi ſubdit nu. 38. Idcircò delegata iuriſdictio derogat ordinariæ, non mirum ſi reſtringenda erit, & ibidem prolixius differentiam iudiciorum delegatorum, & ordinariorum oſtendit, & quod delegationes communiter per reſcripta committuntur, refert Vbert. de Bonac. in ſua praxi rubr. de impedi. ſiuè excep. quæ contra reſcript. nu. 1.

Num.

Num. 5. etenim à ſententijs Principum appellari non poteſt, latius Chaſſan. in d. cathal. dicta par. 5. conſid. 24 in 180. priuil. cum eorum ſententiæ inappellabiles ſint, Boſſ. in tit. de Princip. nu. 378. niſi in vno caſu tantum ſubſequitur, idem Boſſ. vbi ſupra n. 103. hoc eſt ad benè informandum de veritate.

Num. 6. vide Præſ. de Franch. deciſ. 637. vbi diſputat ſi detur reclamatio ab incidentibus criminalibus in Collater. Conſil. & ibi plura dixit, de quo in meo Compend. verb. reclamatio.

Num. 7. faciunt hic conſimilia tradita ab Auctore ſupra de regal. impoſit. num. 17. & ſeq. & ad materiam iudiciariam, de qua agitur, ſi ſententia ferri poſſit, ex voto duorum Doctorum de conſilio, vbi maior pars eſt in contrarium, vide Affli&. in d. deciſ. 1. num. 4. & ſi Officialis plures Iudices haberet, cuinam voto maioris partis, vel ſanioris adhærere debeat, idem ibi num. 2. vbi etiam loquitur de Præſide Sacr. Conſil. ſi nomine Regiæ maieſtatis procedere poſſit, cum voto vnius relicta maiori parte, quando Conſiliarij de neceſſitate non eliguntur.

Num. 8. an bona exulum, ſeu domus, vel vineæ, & cæteræ res immobiles deuaſtari debeant, vide Io. Grand. de bello exul. in ſpecial. 33. 34. & 35. & Carraba ſingul. 186. & ad propoſitum dicti Auctoris inquit Caranit. in ritu 272. num. 6. quod in delictis non burſa, ſed perſona deliquit, & pœnas ſuos teneat Auctores.

Num. 9. in hoc particulari quæſito Auctoris circa commiſſiones, ſeu delegationes cauſarum faciendas per Principem conſultum eſt ei, non tantum conſtantiam, quantum circumſpectionem, & conſiderabilitatem iuſtitiæ inueſtigare: Enimuerò Princeps principaliter conſtans eſſe debet, ſicuti ex fortitudine collaudatur per Chaſſan. in d. cathal. par. 5. conſid. 12. nam non debet committere, ſeu delegare cauſam ei, quem vna ex partibus petierit in Iudicem, eo quod Iudex, & Commiſſarius cauſæ certus, quando petitur nequaquam dari debet, ita Anna in ſingul. 280. ſimiliter in delegatione circumſpectus eſſe debet, vt iuxta qualitatem cauſarum committeret Iudicibus circũſcripta eorum habilitate, ex quo Groſſis Iudicibus non ſunt cauſæ ſubtiles cõmittendæ, vt poſt Paridem de Syndic. verb. ſuſpitio ſub num. 7. confirmant Marant. in ſpecul. par. 6. verbo appellatio num. 67. & Cotta in ſuis memoralibus verb. ignorantes, vbi in fin. ex mente Bart. & Barbat. ſubnectit, quod propterea cauſæ magnæ ſunt committendæ ſubtilibus, & doctis Aduocatis, demum conſiderabilitatem iuſtitiæ præ oculis habere, etenim effectus iuſtitiæ eſt, vt vnicuique ius tribuatur §. iuris præcepta inſtit. de iuſtit. & iur. Idcircò iuſtum non videtur, vt vnus Officialis ob inſufficientiam alterius eiuſdem onera ſubſtineat, ad quod Auctor concludendo cenſet, quod Princeps non debet eum onerare cauſis, ac multitudine negotiorum, vt alter inſufficiens ocio vacet, nam Iudex indignus remouendus, & dignus aſſumendus, ita Iodoch in d. praxi ciuil. cap. 125. nu. 3. nam ex hoc confuſio generatur negotiorum in maximam populi iacturam, cum difficiliter expeditioni illorum incumbere poſſit Officialis oneratus non valens onus graue, & importabile ſubſtinere.

Num. 10. adde hic, quod in anno 1617. fuit per aliud capit. Regiæ Maieſtatis confirmatum quod hic ab Auctore dicitur, cuius tenor exprimitur in nouella pragmatica Ill. Cardin. Zapat. edita die 13. Ianuarij 1621. incip. *eſſendo gionti* in fine, ibi placet ſuæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtati, quod circa delegationes faciendas obſeruentur ordines alias dati per ſuam Catholicam Maieſtatem, & quoties per Ill. Proregem ſuum fuerint delegatæ cauſæ Neapol. nequaquam poſſit ad prolationem ſententiæ diffinitiuæ deueniri, niſi cum voto ad minus quatuor Iudicum, qui actualiter ſeruiant, & in adminiſtratione officij exiſtant comprehenſo cauſæ Commiſſario, & quod idem teneatur obſeruari in actis irretractabilibus. In cauſis verò Campaneæ nihil innouandum ordinat, & iubet, quod ſiquidem capitulum fuit ampliatum, etiam ad omnes perſonas de Regno, per diſpoſitionem eiuſdem pragmaticæ, per quam ſpecialiter fuit mandatum, quod in omnibus cauſis ciuilibus nullatenus procedatur ex delegatione, exceptis cauſis exactionum, ſummarijs, Eccleſiarum, hoſpitalium, & aliorum locorum piorum, item bancorum, & hominum negotiorum ob facilem exactionem, & ſolutionum effectuum, & ob id omnes, cauſę, quæ delegatæ reperiuntur, & non ſunt eiuſdem qualitatis redeant ad Tribunalia ordinaria competencia, & in illis ordinariè procedatur, ſed in cauſis criminalibus mandatur, vt Mag. Cur. Vic. procedat ex delegatione in delictis læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, vitij nefandi, furtorum, aut receptorum commiſſorum intus Ciuitatem Neapol. ac aliorum delictorum rigorem extraordinarium exquirentium, licet reſpectu cauſarum ex præterito eidem Mag. Cur. delegatarum, non aliter reuocationem delegationum locum habere mandatur, prout ex eadem pragmatica percipitur: in ijs enim delictis gra-

prioribus, in quibus proceditur ex abrupto, vtputa ad modum belli ſit extenſio, etiam ad præterita, vt cauſæ præteritæ, & pendentes comprehendantur, Ioan. Grand. de bello exulum in prædic. relat. quæſt. 3. & in ſpecial. 4.

Num. 11. de præheminentia, ac iuriſdictione huius Tribunalis Collater. Conſil. vltra recollecta à me in præfat. Compend. Deciſ. Regni, vide Muſcat. in tract. de doctor. decor. & auctor. par. 5. nu. 46 & ſeq.

Verſimmo mandatur, adde Conſil. Rouit. in rubr. pragmat. de offic. ad Reg. Maieſt. & Vicereg. collat. ſpect. nu. 4.

Num. 12. de hoc etiam dixi in dicto meo Compend. in ſui præfat. iſti enim Regentes Regiam Cancellariam libellorum Præfecti antiquitus appellabantur, ſcilicet de iure communi, vt per Frecc. de ſubfeud lib. 1. §. alia etiam fuit nu. 2. & in Regno iſto Neapol. à Rege Catholico deputati fuerunt, & in quo eorum verſatur officium, refert idem Frecc. eodem lib. 1. rubr. de offic. magni Cancellar. num. 29. & eo tempore non niſi vnicus erat Regens Cancellariam, vt demonſtratur in pragm. 1. de abolit. pragm. 1. de adminiſtr. & quod perſon. ſeruiant, deinde ex tractu temporis duo poſtmodum, tres, aut quatuor, vt ſatis erit videre in volumine pragmaticarum, etenim antiquitus tempore etiam Regum Aragonum eligebatur vnus Auditor à Rege, prout fuit Marcellus Gazzella de Gaeta Regius Auditor ſuæ Maieſtatis, vt retulit Afflict. in conſtit. vt vniuerſis ſub nu. 7. ſine potius in eius Conſiliarium, vt fuit Paris de Puteo Conſiliarius Regis Alphonſi, prout Franch. deciſ. 393. num. 2. refert, & ob id ipſi Regentes Regiam Cancellariam, etiam Regij Conſiliarij à latere nuncupantur, & ſic etiam hodie intitulantur.

Num. 13. ſic quoque in alijs Tribunalibus ſeruari cernimus, potiſſimum in Sacr. Conſil. vt per Afflict. deciſ. 1. & in alijs Orbis partibus, de quibus teſtificatur Theſaur. deciſ. Pedemont. 1. vbi optima additio ſui filij materiam ipſam, ac etiam votorum ſatis diffusè proſequitur, & quando maior pars reſtè dicatur an, quæ dignior, vel ſanior, prout ibidem refert Theſaur. pater nu 8.

Num. 14. dictum eſt ſupra eod. tit. de aſſenſ. Reg. §. 7. nu 25. nam & ſi benè Regentes ipſi in cauſis ſtatuum interueniant, attamen eorum vota ſunt conſultiua, & non deciſiua, ſicuti vota Conſiliariorum ſtatus, vt infra ſubſequitur Auctor, quo fit, vt dum Princeps de re militari ageret audire debet milites, ſi de iure Doctores, ita Reg. Valenz. in d. ſuo diſcurſu ſtatus, & belli par. 2. cap. 20. nu. 11. nam omninò peritis in arte ſtandum erit, quam centum imperitis, Marcagn. Azoguid. lib. 3. de commun. opinion. cap. 8. nu. 9. & de hoc exemplum affertur à Valerio Maximo dicente, quod Quintus Mutius Scæuola legum clariſſimus, & certiſſimus vates quotieſcumque de iure Prætorio conſulebatur ad Furium, & Caſellum, qui huic operam dederat, conſultores reijciebat, quo quidem lucro moderatorum ſuam magis commendabat, quàm auctoritatem minuebat ab ijs in negotium aptius explicari poſſe confitendo, qui quotidiano vſu callebat, vt refert Afflict. in conſtit. non ſine grandi num. 10. vbi alias de hoc commendat rationes, & idem Afflict. in prælud. conſtit. quæſt. 5. nu. 4. dixit conſilium Regis viris refertum literatis, lex enim, vbi condenda eſt ſuper aliqua negotiatione, vel artificio ſemper vocari debent negotiatores, & periti dictæ negotiationis, vel artificij, Conſil. Rouit. in pragm. 1. nu. 10. de lit. camb. ſed melius, & magis diffusè de hoc loquitur Molfeſ. in prohem. conſuetud. Neapol. q. 11. per totam.

Num. 15. in quibus caſibus Rex erit conſultandus, vide Afflict. in conſtit. hac lege num. 1. & 11. & quando Prorex teneatur ſequi Regentium conſilium deciſiuum, quando ſunt omnes pari voto, & quomodo practicetur, tradidit Auctor ſupra dicto titul. de aſſenſ. Reg. §. 5. nu. 8 & quod Princeps non ab vno, vel paucis, ſed à pluribus conſilium ſumere debet, ioquit idem Reg. Valenz. in d. ſuo diſcurſu eadem par. 2. cap. 20. nu. 29.

Num. 16. vide Auctorem noſtrum in d. tit. alleg. de aſſenſ. Reg. §. 7. nu. 25. & §. 5. nu. 7.

Num. 17. Auctor noſter ſupra de aſſenſ. Reg. §. 5. ſub num. 10 & quæ nam ſpectent ad eorum officium, aliqua recollexit Frecc. in dicto libr. 1. de ſubfeud. tit. de offic. magn. Cancell. num. 29. & ad corroborationem eorum, quæ hic ab Auctore adducuntur, & primo reſpectu ſuſpitionum ipſorum Regentium extat pragmat. 5. de ſuſpit. official & pragm. 11. §. 3. eod. tit. ſecundo quò ad viſitam faciendam per vnum ex ipſis Regentibus quolibet die Sabbathi adeſt pragmat. 1. de viſit. carcer. Inſuper eorum caput eſt Prorex, inquit Auctor, quia repreſentat perſonam Regis, vt inquit Molfeſ. in prohem. conſuetud. q. 5. nu. 10. & q. 7. nu. 6. eo quia Principes ſunt capita Regnorum ſuorum, idem Reg. Valenz. in citato ſuo diſcurſu par. 2. cap. 13. nu. 26. reliqua verò hic conferentia, etiam allegando Auctorem noſtrum examinat idem Molfeſ. in d. prohem. q. 11. nu. 25.

Num. 18 & ideò dicuntur Regentes Regiam Cancellariam, idem Frecc. relatus in præcedenti

cedenti numero,loco ibi adducto

Num.19.ſic etiam,& Prælatus non debet eſſe nimis credulus, inquit Specul. in tit. de inquiſ.§.1. verſ.item, quod tantum, & Affli&. in conſtit.quæſtiones ſub nu.5. qui in eodem titulo § 2. verſ. vt autem inquit, quod credens de facili facilis eſt, multo magis, & Princeps non debet eſſe credulus, eo quia Princeps quandoq; plus voluntate,quam ratione mouetur,Sylua Nupt.lib.6.nu.52. etenim Principes collaudantur ex virtutibus eis adhærentibus relatis à Chaſſan. in cathal.glor. mundi par.5. conſid.4. ad 13. hoc eſt ex veritate, iuſtitia,pietate,clementia, affabilitate, liberalitate, magnanimitate, magnificentia, ſapientia, caſtitate, continentia, fortitudine, & fide, ſed vitia ab eis longè abeſſe debent, nam cum ipſi principaliter conſtituti eſſe videntur ad finem illum, nempè vt vitia eradicent, & plantent virtutes per pœnarum inflictionem,ac præmiorum exhortationem, teſte Affli&. in conſtit. nihil veterum abſurdum quodammodo videretur,vt vnde iura naſcãtur iniuriæ oriantur l. memineriut C. vnde vi.

Num 20.ad hoc latè Hieronym.Gigans in tract.de crimin.læſ.maieſtat.lib.1.q.14. nu.2. & per totam,idem diſcurrit multa ſuperaddendo.

Num. 21. Regulariter omnia ſunt conſilio facienda, Specul. in tit. de Aduocato §. nunc tractemus §.altero,& potiſſimum hoc Principes ſæculi peragere monentur, inde Princeps in Conſiliarijs habendis parcus eſſe non debet, inquit Affli&.in conſtitut.vt vniuerſis ſub nu.47. eo quod dicit ipſe, nec Reges debent facere parſimoniam in habendis pluribus Conſiliarijs, quia vbi multa conſilia ibi ſalus,Prouerb.cap.24.& c.conſtitutus de elect.quia quod à pluribus quæritur faciliter inuenitur cap.prudentia de offic.deleg. vbi Abb. Sic in 3.notab. § de quibus 20.diſtinct.ad hoc notauit Fuſc.ſingul.200. lit.C, & nouiſſimè Reg. Valenz. in ſuo optimo diſcurſu ſtatus,& belli par.2.conſid.20. exactè proſequitur,qualiter Princeps,quamuis prudens debet negotia grauia cum conſilio deliberare,& vni tantum minimè confidere, ſed plurium Conſiliariorum ſententias perpendere, & meliores ſequi, quod multis roborat rationibus, ac vtilitates, quæ exinde naſcuntur, vel detrimenta parui conſilij intuetur, ex hoc enim præſumptio iuridica oritur ſemper præſumi Principẽ omnia cum conſilio peragere, ita quod Princeps in ſpectantibus ad officium ſuum poteſt præcipere ſubditis, licet non exprimat cauſam præcepti, nam vani capitis eſſe exiſtimatur ſuperiorem non poſſe præcipere ſine omni cognitione, & ſine cauſæ expreſſione, vt notat Innocent.in cap. ad aures de tempor. ordin. Abb. in cap. ſi quando in fin. de reſcript. & non mirum ſi excedit, vt Auctor notat faciendo ex ſuo capite, vel cum paucis conſulendo, dum cum multis erat negotium ventilandum,hoc enim caſu egrederetur terminos iuſtitiæ, inde Princeps egrediens terminos iuſtitiæ non eſt Rex cenſendus, Affli&.in prælud.conſtit.quæſt.11.nu.2. ſicut poteſtas, quæ debet conſilio ſapientis deliberare non ex ſuo capite, Paris in verb.poteſtas nu.12. reliqua verò ad huius materiæ ornamentum tradit Molfeſ. in d.prohem.conſuet.q.11.per totam.

Num. 22. non mirum ſi contemptibiles fiant cum tota legis intentio ſit, vt Magiſtratibus,& Iudicibus obediatur, Affli&.in conſtit. pœnam eorum nu.41.

Num.23.Rex in ſuo Regno dicitur pater iuſtitiæ, Affli&.in conſtit.non ſine grandi ſub nu. 8. & ex iuſtitia peculiariter Reges collaudantur, teſte Chaſſan.in d.cathal.par.5. conſid. 5. nam iuſtitia debitè adminiſtrata Regale auget faſtigium,idem Affli&.in conſtit. cum circa ſub nu. 7. eo quod cum amore, & charitate adminiſtrari debet, idem in dicta conſtit.non ſine ſub nu 9. in fin.

Num.24. nam ex hoc actu videtur eum habere ſuſpectum,ſiuè potius inconfidentem, non mirum ſi iniuria afficiatur Officialis,quemadmodum allegans Iudicem ſuſpectum, & non probans tenetur Iudici allegato ſuſpecto actione iniuriarum, Carauit.in rit.265. num.24.

Num. 25. certiſſimum eſt in iure, quod ſicuti poteſtas,ſeù quilibet Officialis pronunciare tenetur,tàm in ciuilibus,quàm in criminalibus cum conſilio ſuorum Iudicum, Paris de ſyndic.verb.conſilium in princ. quam etiam Præſes Prouinciæ, etiam ſi ad modum belli procederet leuato velo,& ſi cum voto vnius quia tunc cum voto vnius ex Auditoribus procedere debet, niſi ſpecificè id conceſſum eſſet,vt cum voto vnius Auditoris, vel alterius, quia id remiſſum videtur eius arbitrio merito poterit variare, ita Ioan.Grand.de bello exul.ſpec.53.ſub nu.2.& 3. vel ſi fuerit poteſtati conceſſum arbitrium procedendi abſque conſilio periti, ſed ipſe ſolus, vt in cap. ſi cum ſceleratis habetur, aut ſi fuerit conceſſa facultas ſibi eligendi conſultorem, vel Aſſeſſorem, nam aliter eligere non poſſet,Paris de ſyndicat. in verb.aſſeſſor nu.32. vt vidi in aliquibus commiſſionibus Officialium Regiorum,& Baronalium,prout eſt talis obſeruantia in Ciuitate Puteolorum,

Terræ

Terræ Caſoriæ, & aliarum, ſed ſi fuiſſet poteſtati datus Aſſeſſor, Iudex, vel Conſultor ab eodemmet Domino, qui ipſum in poteſtatem elegerit nequiret citra conſilium ſui ordinarij alienum votum exquirere in actibus iuriſdictionalibus, quia eſſent nulla, inde ſolet Collaterale Conſilium prouiſiones expedire ad inſtantiam ipſorum Iudicum, & Aſſeſſorum contra Poteſtates, vt nil agere valeant abſque voto ordinarij Conſultoris, ſeu Iudicis eis deſtinati, ſicuti pluries obſeruatum cernui, alias Poteſtas ipſa teneretur de culpa Aſſeſſoris per eum electi, quia mala electio eſt in culpa, ſecus ſi à curia fuerit Aſſeſſor deſtinatus, vt fundat Paris de ſyndicat. verb. aſſeſſor num. 11. & propterea nequit Poteſtas variando alterius Aſſeſſoris conſilium petere, quando Aſſeſſor ab eo non fuiſſet electus, ſed datus ab vniuerſitate, vt eſt in Ciuitate Litij, quæ eligit Iudicem in Ciuitate, vel fuiſſet electus à Principe, quoniam tunc perneceſſe conſilio illius vti deberet, cum ipſe aſſeſſor habeat iuriſdictionem ſibi à Domino communicatam, ſicuti etiam poteſtas deputans aſſeſſorem poteſt eo infirmato cauſam alteri delegare, non ſi ſtatutum dat aſſeſſori iuriſdictionem, Bald. in l. 1. ff. de offic. Proconſ. & ſicut poteſtas ipſa non poteſt ſine voto, & conſilio ordinarij Conſultoris, Iudicis, vel Aſſeſſoris à Principe dati aliquid ſtatuere, etiam eo aliquando abſente, ita Aſſeſſor præſente Præſide iudicare debet, Paris vbi ſupra ſub nu. 27. verſ. an aſſeſſor, quemadmodum Iudices baiulorum ſententias proferre debent in præſentia ipſorum, inquit Afflict. in conſtit. cum noua num. 3. & num. 4. id extendit ad Aſſeſſores Viceregis, qui non poſſunt ſententias ferre eo abſente, quod notat pro Iudicibus Mag. Cur. Vicar. abſente Regente non poſſe ſub eo nomine ſententias ferre, nam eſſent falſæ, & ſucceſſiuè nullæ; nouiſſime autem in caſu mortis alicuius Capitanei, ſeu Poteſtatis Iudex, qui ſuperuixerit exercebit vtrumque officium, donec aliter prouiſum fuerit per Proregem, & è contra, in caſu mortis Iudicis, vel Aſſeſſoris licitum erit Capitaneo, ſeu Poteſtati ſibi eligere aliquem Conſultorem ordinarium ex locis conuicinis, vt in pragmatica Comitis Lemenſium Iunioris edita die 31. Maij 1616. §. 15.

Num. 26. ſicuti Barones dicuntur habere feudum in dominium, Officiales eius in adminiſtratione, Capiblanc. in pragm. 6. num. 75. de Baronib. ita pariter nobilitas alia eſt cum adminiſtratione, & quædam ſine adminiſtratione, Franch. deciſ. 62. num. 3. inde ſubnectit ipſe num. 7. quod nobilitas, quæ alio vocabulo dicitur dignitas, quæ eſt ſeparata ab adminiſtratione cadit in infantem, & furioſum, & iſti dicuntur habere in dominium, eorumq; Tutores, Balij, & cæteri in adminiſtrationem, & de ijs alia exempla referuntur ab Auctore ſupra de diuerſ. prouiſ. rubr. de decret. Collater. Conſil. §. 1. à num. 26. ad finem.

Num. 27. vide Rocch. de Curt. in cap. final. de conſuet. in 3. notab. verſ. quarto amplia, vt etiam fol. mihi 13. à tergo in paruis, vbi loquitur ſi valeat conſuetudo contra ea, quæ ſunt de honeſtate, & ibi in verſ. contra ca men, loquitur ſi Papa poſſit ardua tractare ſine Cardinalibus, & ſi valeat conſuetudo in contrarium, & per text. hic citatum ab Auctore in cap. nouit de ijs, quæ fiunt à maior. par. capit. refert deciſum, Puteus deciſ. 18. par. 1. quod conſuetudo, quod Epiſcopus ſolus procedat in priuando clericum ſine conſenſu ſui Capituli valet, ſimiliter valeret, eo quod Epiſcopus vellet corrigere exceſſus Canonicorum ſine Canonicis, Reg. Valenz. conſ. 79. nu. 103.

Num. 28. ſicuti enim poteſtas cogere poteſt Iuriſperitos eius iuriſdictionis, & ſucceſſiuè eſſe Iudices, vt per Parid. de ſyndicat. verbo poteſtas cum eſſet, vbi num. 5. ſequitur, niſi rationabilem cauſam allegaret, ita è conuerſo exiſtente legitima cauſa poteſtas à conſilio Aſſeſſoris, vel Iudicis recedere, vel ob cauſam ſuſpitionis, aut inconfidentiæ, multo fortius, & in Principe hoc militare debet reſpectu eius Conſiliariorum, qui debent habere qualitates relatas ab Afflict. in conſtitut. vt vniuerſis à num. 48. & ſeq. hoc eſt, vt ſint timentes Deum, & veritatis amatores, ſapientes, graues, prudentes, fideles, nec ob aliquod delictum infames, Iuriſperiti non ignares, iuſti non lucri cupidi, ebrioſi, aut luxurioſi, veritatem in ore habere, & mendacium fugere, valde ſecreti, ſolertes non negligentes, nec extranei, non iracundi, aut ſubitanei, nec de crimine condemnati, aut turpitudine aliqua notati, patientes in audiendo, & honeſti, & nec partibus, aut Regi ſuſpecti, vt ibi per eum, & propterea exiſtente aliqua rationabili cauſa, quemadmodum Iudices varijs cauſis recuſantur, de quibus per Aufrerium in tract. de recuſat. per totum, & Marant. in ſpecul. 6. par. verb. appellatio num. 34. & ſeq. ita etiam per allegatas cauſas requiſitas in eorum perſonis, & ſi tamen in cauſa ſuſpitiones aliqui dixerint cauſam proponendam tantum ſufficere, vel allegare, nec aliter probari, vt ibi per Aufrer. in princ. contrarium tamen potiſſimum

in

in Officialibus teſtatur ſeruari Carau. in ritu 265.nu.6.vbi ſubnectit nu.23.allegantem ſuſpectum Iudicem,& non probantem arbitrio Iudicis puniendum eſſe,licet de hoc extent pragmaticæ ſituatæ in tit.de ſuſpit.official.& ſeq.ibidem Carau.num.24.teneri pariter Iudici allegato ſuſpecto actione iniuriarum, in Principe enim ſecus eſt,nam non arctatur ad cauſæ probationem, nemo enim dicere poteſt Principi,cur ita facis,Chaſſan. in cathal.part.5.conſid.24.in 62.priuileg.& ſubdit in priuil. 97. quod ſolus Princeps remouet Officialem, quem ipſe probauit, eo quia ſemper cauſa iuſta præſumitur in eo, Anna in allegat.65.num.25. & alleg. 69. nu. 24.& ſucceſſiuè ſubditi rationes,quibus mouetur Princeps ad aliquid faciendum non debent diſcutere, inquit Affict. in conſtit. diſputare num.5. Attamen quia ob debitum ad quod erga Principem tenentur non præſumitur eos aliquid in Principis præiudicium afferre, nam ſemper Officialis Regius præ oculis debet habere votum, & mandatum Regis, idem in conſtit.humanitate ſub num. 53. & præſumitur quod Rex, qui facit electionem Conſiliariorum ; quod faciat, prout debeat, ideò non aliter examinantur, nec ſatiſdare coguntur, quia animi virtus habetur pro ſatiſdatione, inquit Affict. in dicta conſtit. vt vniuerſis ſub num. 58. propterea Princeps cauſam ipſam recusãdi eius Officiales nimium perpendere debet antequam aliorum conſilia expetat fortè malè informatus ab aliquo Officialis emulo, & contrarium poterit libenter conſtare,& iſto caſu Regi non crederetur, vbi de contrario conſtare poteſt,ſubdit Affict.in conſtit.magiſtris Procuratoribus ſub num.3. & ſic credo eos procedere,cauſa tamen benè perſpenſa cum circumſpictione, vnde ex ijs diuino ſuffultus præſidio ijs Additionibus hodie die primo Aprilis 1621. finem imponere propoſui, ad laudem,& gloriam totius indiuiduæ Trinitatis,Beatæq; Virginis,ac totius Cęleſtis Curiæ triumphantis,neenon ad publicam omnium in foro verſantium vtilitatem,quos rogo, vt mecum inſimul Altiſſimo gratias perſoluere debeant ex receptis beneficiis, collatis ſi fortè aliquid boni ſuperadditum reperiatur, ſin autem inſufficiens compertum oſtendatur conſiderent ob rpis anguſtiam currenti calamo,hæc omnia cum labore congeſta in lucem prodere curaui.

Io.Bapt.de Thoro I.C.Neapol.

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Imprimatur, Alex.Boſch.Epiſc.Carin.& Vic.Gener.Neapol.

L. Abbate Taſtio deputatus vidit.

Aloyſius Riccius Canonicus deputatus vidit.

NEAPOLI, Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi. MDCXXI.

338

Signat. Top.
Est. 38
Tab. I
Num. 7

Disputatio

490